6
41.G
15

M

G. 11. G. 15

DEST. DESTR.

Tomus decimus operum.

IN QVO MAGNI COMMEN. AVER.

DISPVTATIONES QVAE DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM ALGAZELIS dicuntur, cum expoſitione grauiſsimi Philoſophi Auguſtini Niphi Sueſſani continentur.

ET TRANSLATIONE CALO CALONYMOS; quam (vetuſtiori poſt habita) vt facilitati commoditatiq; ſtudioſorum incumberemus in particulas iuſta cõmentaria diuiſam & accomodatam, apponi curauimus, ne quid amplius haberet quod deſideraret candidatus lector.

OMNIA VERO SIC PVRGATA EMENDATA Summisq; vigiliis elaborata præſtamus, vt noſtram diligentiam facile commendent omnes.

Quæ in hoc habeantur Tomo ſequens oſtendet pagina.

32

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBL. S. PVDEN DE VRBE

Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS MDLX.

IN HOC DECIMO TOMO
HAEC CONTINENTVR.

DESTRVCTIO deſtructionum Philoſophiæ Algazelis, Calo Calonymos Hebręo interprete, Auguſtini Niphi Sueſſani expoſitione: In Metaphyſicis quidem in ſexdecim nunc diuiſa diſputationes: In Phyſicis autem in quatuor, quas idem Latinis donauit. char. 1

Tractatus de Animæ beatitudine: char. 353

Cui addita eſt Epiſtola de intellectu, quæ idem eſt cum dicti libelli parte, eodem Calo interprete. char. 358

Quam autem hæc omnia ſummo ſtudio Emendata ſunt.

INDEX CAPITVM LIBRORVM QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Diſputationes Libri, Deſtructio deſtructionum Philoſophiæ Algazelis appellati.

IN METAPHYSICIS.

DIſputatio Prima. De narratione rationū philoſophorum circa antiquitatem mundi, & earum deſtructionibus. char. 1

Diſputatio Secunda. De deſtructione ſermonis eorum de æternitate mundi, & temporis, & motus. char. 61

Diſputatio Tertia. De declaratione deceptionis eorum, dicentiū Deū glorioſum eſſe agens mundi, & mundum opus & operationem eius. char. 77

Diſputatio Quarta. De declaratione, quòd non poſſunt afferre rationem, quòd ſit efficiens mundi. char. 150

Diſputatio Quinta. De declaratione, ꝙ non poſſunt afferre rationē ꝙ Deus glorioſus ſit vnus: & ꝙ impoſsibile eſt ponere duo neceſſaria in eſſe, & quodlibet eorum non habeat cauſam. char. 168

Diſputatio Sexta. De conuenientia eorū circa falſitatē cōſtitutionis ſciētiæ, poſſe, & volūtatis in primo principio. char. 186

Diſputatio Septima. De deſtructione ſermonis eorum, ꝙ impoſsibile eſt vt cōmunicet cū alio genere, & ſeparetur ab eo differentia aliqua: & ꝙ non dirigitur ad id verificatione intellectus diuiſio in genus, & differentiam. char. 215

Diſputatio Octaua. De deſtructione dicti eorū, ꝙ eſſe primi ſit ſimplex, ſcilicet ꝙ eſt eſſe abſolutum, & non eſt quiditas nec verificatio, ad quas referatur eſſe, ſed eſſe conueniens ei eſt ſicut quiditas alteri. char. 234

Diſputatio Nona. De diminutione eorum circa probationem, ꝙ primum non ſit corpus. char. 248

Diſputatio Decima. In declarādo diminutionē declarationis eorū, ꝙ Deus mūdi ſit cauſa efficiēs, & qđ ſermo Hęretici ſequit̃ eis. c. 259

Diſputatio Vndecima. De diminutione tenētis ꝙ Primū ſcit aliud ab eo, & ſcit genera, & ſpecies modo vniuerſali. char. 261

Diſputatio Duodecima. De diminutione eorū in adducendo rationē, quòd ipſe ſcit ſeipſum. char. 277

Diſputatio Tertiadecima. De deſtructione eius, quod dicunt, ꝙ Deus glorioſus, abſit, ignorat particularia diuiſa ad diuiſioē tēporis, ad

præſens,& præteritum,& futurum. char. 284
Diſputatio Quartadecima. De diminutione eorum in conſtituẽdo rationem, quòd cœli ſint animati, ſeruientes Deo glorioſo motu circulari eorum. char. 296
Diſputatio Quintadecima. De deſtructione eius, quod dixerunt de intentione,& virtute motiua cœli. char. 308
Diſputatio Sextadecima. De deſtructione dicti eorum, ꝙ animę cœli reſpiciũt omnia particularia, quę fiũt in hoc mundo. char. 324

IN PHYSICIS.

Diſputatio Prima. De iudicio eorum, ꝙ hæc copulatio, quę apparet in eſſe inter cauſas & cauſata, eſt copulatio, quæ conſequitur neceſſario. char. 329
Diſputatio Secunda. De dicto eorum, ꝙ animæ humanæ ſunt ſubſtantiæ exiſtentes in ſe, & nõ ſunt innatæ in corpore. c. 340
Diſputatio Tertia De dicto eorum, ꝙ falſum eſt dicere ꝙ corrumpãtur iſtæ animæ, ſed cum reperiantur, ſunt æternæ, perpetuæ, & non poteſt conſyderari corruptio, & finitas earum. char. 350
Diſputatio Quarta. De dicto eorum, quòd ſit falſum quòd animę reuertantur amplius in corporibus. char. 351

Capita Tractatus de Animæ Beatitudine.

Caput Primum. Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ eſt ſecundum Ariſtotelem cõiunctio intellectus abſtracti cum anima humana. char. 353
Caput Secundum. De intellectus materialis eſſentia, tum ex Antiquorum, tum ex propriis dictis declarata. char. 353
Caput Tertium. De intellectus materialis cum abſtractis intellectibus connexione. char. 354
Caput Quartum. De intellectus agentis natura: ac quo pacto intellectionis cauſa ſit humano intellectui. char. 355
Caput Quintum. De ordine Principiorum. char. 356
Libellus ſeu epiſtola Auer. De connexione intellectus abſtracti cum homine. char. 356

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX QVAESTIONVM IN DISPVTATIONIBVS AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In prima diſputatione.

1 VTRVM veritas ſit chara & appetibilis. char.2
2 Vtrum tempus eſſe habeat aliquo modo in rerũ natura. c.15
3 Vtrum in primo ente voluntas ſit neceſſaria. char.23
4 Vtrum diſtantia ſit cauſa grauitatis terrę. char.28
5 Vtrum elementa media ſint mixta ex leuitate & grauitate. charte 28
6 Vtrum quilibet orbis habeat ſuas proprias differentias poſitionis. char.32
7 Vtrum nouum poſsit prouenire ab antiquo per accidens. char.35
8 Vtrum homo genitus ſit ab homine corrupto. char.36
9 Vtrum tempus ſit vnum omnium. char.45
10 Vtrum tempus & motus fuerint ſimul creata cum mundo. char.47
11 Vtrum ſi aliqua quantitas poteſt in infinitum venire: ergo poteſt augeri in infinitum. char.48

In ſecunda diſputatione.

1 Vtrum accidens ſemper permaneat in tempore priuationis & eſſe. char.74

In tertia diſputatione.

1 Vtrum ſi anima nutritiua ſit ſemper operans: ſit actus ſecundus ſolum: & non primus. char.82
2 Vtrum ſit differentia inter Auicennam & Auerroem de productione intelligentiarum. char.94
3 Vtrum virtus per quam entia & ſunt vnum ſit effectus Dei prouenientis in omnibus rebus, aut qualitas: aut ſubſtantia. char.95
4 Vtrum Auer. intelligat per rationes probabiles per accidens intelligibiles ſufficientias fundata in ſenſatis. char.104
5 Vtrum corpus celeſte ſit viuens. char.105
6 Vtrum corpus cœleſte ſit animal rationale. char.106
7 Vtrum poſsibile poſsit diuidi in poſsibile ex ſe & poſsibile ab alio ſicut & neceſſarium. char.111
8 Vtrum in Deo intelligens & intelligibile ſint vnum & idem omnibus modis. char.114
9 Vtrum ars nigromantię ſit vera. char.122
10 Vtrum codẽ modo ſe habeat intellectus humanus reſpectu materialium formarum: & intelligentia reſpectu illarum. char.126
11 Vtrum formę habeant nobilius eſſe in materia. char.127
12 Vtrum Deus ſit in orbe ſolis. char.127
13 Vtrum ſi generatio procederet recte: tunc eſſet actu infinitum. char.130
14 Vtrum omne compoſitum ſit nouum. char.134
15 Vtrum cœlum ſit corpus ſimplex. char.137

In quarta diſputatione.

1 Vtrum pluralitas attributorum arguat compoſitionẽ in continente. char.156
2 Vtrum ſi animę humanę ſint multiplicatae in vna ſpecie: poſsint remanere numeratae poſt exitum earum a corpore. char.156
3 Vtrum prima diuiſio entis ſit per ſe nota. char.161
4 Vtrum aliquid contingens poſsit ab aliquo perpetuari. char.161

In ſexta diſputatione.

1 Vtrum intellectus & intelligibilia multa ſint idem in intellectu noſtro. c.196

2 Vtrum accidens habeat ſolum materiam compoſitam in qua: & non ex qua fit. char.213

In ſeptima diſputatione.

1 Vtrum intellectus & intelligibile ſint vnus & idem ſecundum rem: differunt tamen per accidens. char.226

In octaua diſputatione.

1 Vtrum omne compoſitum ex eſſe & eſſentia indigeat agente. char.240

2 Vtrum ponendo oĩa entia eſſe de nouo facta poſsit eſſe via firma in probando impartibilitatem primi motoris. char.240

3 Vtrũ poſsit eſſe aliquid neceſſarium per aliud & poſsibile in ſui natura. c.241

4 Vtrum pertineat ad metaphiſicam probare primum motorem eſſe. c.242

In vndecima diſputatione.

1 Vtrum materia prohibeat comprehenſionem. char.266

2 Vtrum homo appetitu naturali deſideret ſcire. char.271

In duodecima diſputatione.

1 Vtrum viuens poſsit gigni ex non viuente. char.283

In decimatertia diſputatione.

1 Vtrum intellectus diuinus intelligat ſingularia char.293

In decimaquarta diſputatione.

1 Vtrum motus corporis cœleſtis ſit violentus. char.302

2 Vtrum numerus ſubſtantiarum ſeparatarum ſit ſecundum numerum corporũ cœleſtium. char.302

3 Propter quid: propter numerum motuum ſtabilitatur numerus ſubſtantiarum ſeparatarum: & non per numerum luminum quando lumen & motus ſint propria orbi. char.307

In decimaquinta diſputatione.

1 Vtrum motus cœli ſit finalis vel localis. char.311

2 Vtrum cœlum intendat motum inquantum motum. char.312

3 Vtrum cœlum moueatur propter nos ſecundaria intentione. char.313

4 Vtrum corpora cœleſtia neceſsitent nos. char.317

5 Vtrum cœlum moueatur motu raptus. char.323

Finis quæſtionum.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI IN AVERROIS DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM LIBRVM. COMMENTARIIS.

PROLOGVS.

AIT Auerrois. Cum in cunctis rebus ab intellectuali virtute deſiderandis naturaliter & præcipue charior:& dulcior:ac dilectior ſit veritas: tenemur igitur eam ſemper attente & feruide vt efficacius meditari poteſt obtinere:ſuosq; hoſtes eam prauiter litigantes ſe vere percipi: ac ei obiicientes cum variis diſpendiis ipſam ſeducere.pertractantesq; viſceribus ardentibus interimere conamur: itaq; veritas vbiq; inter omnia obſtacula vigeat & præualeat. Vnde nos à diuturno priſtino tempore in pelaginem philoſophorum freti nauigantes cum voluminum peripateticorum nauibus:ibidem laquea ac retia iactantes: venando: indeq; cum hamis ſeparati animi piſces præfati talaſsi vehentes: ad manus noſtras quidam liber Alga. attributus peruenit: cuius deſtructio philoſophorum titulus eſt: de quo libro ab eodem Alga. editum fuiſſe non eſt ambigendum: ipſe enim in principio & fine cuiuſdam ſui libri: philoſophorum intentio nuncupati:prædictũ promiſerat librum compilare. Et eſt notandum: quòd dictus liber de quo tractaturi ſumus:multos in corda hominum ſeruat errores: in cerebroq; plurimorum ſapientum infinita poſuit dubia periculoſa: prout dictus Alga notus eſt ſummus philoſophus.& de maioribus tenetur philoſophis. Eſt et manifeſtum quòd fama multorum præceſſorum in ſufficientia cauſa plurium poſteriorum ſtat errandi. Tandẽ dicimus quòd hic liber multos ſubtiles atq; nobiles modernorum admirari facit ſæpiſsime:maxime:quòd dictus Alga. eſt ſummus philoſophus notus.& in philoſophia eximia conſtruxit volumina:in quibus ſapientum opiniones clarius quã deberet & diffuſius oſtendit.

Deinde excitatus eſt hunc librum texere:in quo & ſtipites totius ſapientiæ promittit euellere: turres & caſtra veritatis meditatus eſt irruere:itaq; philoſophia ratione huius libri periculata abominationi extitit deinde.

Sed cum tales nobiles ſemper excuſandi ſint:dicimus quòd hoc dicto homini accidit forte vna dictarũ cauſarum: aut ex aliquo morbo perturbatus fuit intellectu: aut forte ſuſpectus erronice prauitatis inter legales ſui tẽporis præextiterat. Legales nanq; inimici reperiũtur philoſophorum:& ipſe aliquo modo noluit ipſorum pati inimicitiã.

Demum dicimus quòd qualitercunq; ſit dictus liber venenum ma-

gis quàm cibus debet reputari. Nos igitur liuorem perſecutorum noſtræ matris chariſsimæ philoſophię gerentes: verba dicti libri vt diligenter potuimus ſpeculati ſumus gracile, noſq; inſudauimus vitia ipſius ac ſophiſmata eminenter patefacere: ac eis: vt ſufficientius præualuimus obiicere: licet in pluribus ſatis ſit difficile nimia argumentatorum profunditate & obſcuritate locorum ſophiſticationis. Et facimus cunctis notum: quòd de prædicto libro illud ad quod veracior apparet præſertim ſumpſimus & diſputauimus: prout periculoſius eſt: & debilia diuiſimus verba huius libri in paruula capitula: vt facilius ſuos errores valeamus redarguere: & expreſſe præpoſita magis ardua inter cætera diſputare capimus. Et ideo dicimus quòd Algazel altercauit cum philoſophis in illo libro magis in metaphyſicis: & in aliquibus naturalibus.

AVERROIS CORDVBENSIS

DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM PHILOSOPHIAE ALGAZELIS,

Calo Calonymos Hebræo interprete:

Adiunctis multis Diſputationibus, ac etiam Dubiis Algazelis, quæ prius apud Latinos minime reperiebantur.

PROLOGVS AVERROIS.

A INtentio noſtra in hoc ſermone eſt declarare ordinem, & apparentiam opinionum ſermonum poſitorum in libro Deſtructionis Philoſophiæ Algazelis, & diminutioně plurimorũ dictorũ eius à gradu veritatis, & demonſtrationis.

DISPVTATIO PRIMA.

DE NARRATIONE RATIONVM Philoſophorum, circa Antiquitatem mundi, & earum deſtructionibus.

B

ALGAZEL.

AIT Algazel, recitans rationes Philoſophorum de antiquitate mundi. Sufficit autem nobis narrare ex rationibus eorum id, quod eſt conueniens animę. Et dicimus ꝙ hic modus rationis eſt triplex. Primus quidem, cum dicũt impoſsibile eſt vt proueniat innouatum ab antiquo abſoluto. nã cum poſuerimus ꝙ ab antiquo non prouenerit mundus exempli gratia, deinde prouenit, tunc nõ proueniebat antea, qm

non fuit ad eſſe ipſius aliquid inclinans. Et, ſi eſſe mūdi ab eo fuit poſſibile poſsibilitate abſoluta, tūc, cum productus fuit, nō euadet quin innouatum ſit quoddam inclinans, aut non. ſi non fuit quoddam innouatum inclinans, ergo mundus remanſit in poſsibilitate abſoluta, vt fuerat antea. ſi vero innouatum fuit inclinans, permutabitur quidem ſermo de hoc inclinante. quare nunc inclinauit, & non antea. & ſic aut procedet in infinitum, aut deuenietur ad aliquod inclinans, quod nunquam defecit eſſe inclinans. D

Auguſtini Niphi Sueſſani philoſophi clariſsimi in Deſtructiones deſtructionum Auerrois contra Algazelem expoſitio.

In pricipio cuiuslibet operis inuocandus eſt Deus.

DIXIT PLATO in Thimeo. Omnes quippe, mentis quoquomodo compotes, operis cuiuslibet, vel magni: vel parui principio, inuocare deum ſolent: Deos ergo omnes deaſque precamur imprimis quidem: vt ea dicātur a nobis quæ illis placeant. deinde vt nobis ipſis conſtemus: quantum ad Deos attinet: ſic nobis oratum ſit. hæc Plato. Inuocatis ergo dijs, & humiliter exoratis. Circa expoſitionem huius libri, Primo proponam intentionem meam, ſecundum prohœmium Auer. exponam, & per conſequens reſiduum libri. E

QVANTVM ad primum. Quia cura, & ſolertia illius ingenioſi philoſophi Hieronymi Bernardi Patricij Veneti, ad manus meas, liber hic, qui deſtructio deſtructionum inſcribitur Auer. venit: Et vidi, quod hic liber plenus erat vtilitate, vt potui colligere, rogatus, immo coactus ab illius viri excellentia, dico, quod intentio mea eſt gloſare hunc librum. Et quia hic liber eſt multum difficilis, vt apparet: tum ex mala tranſlatione: tum ex verbis, & ſententijs arduis hic contentis: ideo nolebam ſcribere: quia vero ſcio quod nō tantum his, qui veritatem dixerunt ſunt habendæ gratiæ, vt dicit Ariſto. ſed his etiam, qui ſunt principium inueſtigationis eius: opus iſtud non recuſaui, Scio bene quod poſteriores, videntes iſtam expoſitionem, eam accuſabunt. Sed quid curo maliuolorum latratus? Et quidam exponent aliter hunc librum: & quid curabo de verbis cæcorum de coloribus inſcriptis? Monet autem maxime me hunc librum edere paucitas philoſophorum in hoc tempore (hoc enim meo tempore non video philoſophos) & illi pauci ſunt multum moleſti, & in paruo precio, & quaſi a populis habentur, tanquam indigni amicitiæ, & conſortij humani: Cauſæ autem huius paucitatis ſunt dictæ ab Auer. in locis eius. Vt ergo in hoc lib. appareant aliqua fundamenta philoſophorum, curaui exponere hunc. Cauſa autem editionis meæ potiſsima, & maxima eſt, quoniam hic liber continet multas quæſtiones contra nos chriſtianos: vt ergo videatur, ꝙ philoſophorū rationes ſunt debilis efficaciæ contra nos, ideo exponam illas, & eas in ſingulis locis conabor ſoluere fundamentis verioribus. Nolui autem probare hunc librum eſſe Auer. quia manifeſte apparet: tum ex verbis eius. 8. Phy. com. 3. tum ex modo procedendi, & propoſitionibus ſuis. F

Quare motus fuit hunc librū edere.

ET CVM iſta ſit mea intentio: Ad ſecundum. ſ. ad expoſitionem huius libri venio. Nec expedes a me diuiſiones, & ſubdiuiſiones: ſed tantum colligabo quædam cum quibuſdam: vt ipſe facit in libris Ariſt. Dico ergo ꝙ Auer. primo præmittit prologum: deinde ibi. (Ait alg.) proſequitur. In prima parte declarat vtilitatem, ſeu neceſsitatem præſentis libri. Et ponit vnum ſyllogiſmum; cuius concluſio eſt: ꝙ nos naturaliter diſpoſiti debemus omni conatu defendere veritatem: & ſyllogiſmus ſic componitur. Id, quod ab intellectu eſt appetibile, & deſiderabile, in ſuſtentatione illius debemus apponere omnem conatum, & omne ſtudium, ſed veritas eſt appetibilis, & deſiderabilis: ergo ſequitur con-

Oī conatu tuēda eſt veritas.

A cluſio iam dicta. huius ergo ſyllogiſmi ponit primo minorem. d. Cum in cunctis rebus, ab intellectuali virtute deſiderãdis naturaliter, & præcipue charior, dulcior, & dilectior ſit veritas: deinde ponit cõcluſionẽ. d. tenemur igitur eã ſemper attẽte, & feruide, vt efficacius mediari põt, obtinere: vult. d. defendereq;, pro & ſuos hoſtes prauiter litigantes, ſe vero percipi, id eſt in eo quod vere ſe percipiunt eſſe litigantes: ac ei obijcientes cum varijs ſtipẽdijs, id eſt ſtudijs ipſam ſeducere pertractanteſq; conamur interimere viſceribus ardentibus: vult dicere magno calore, & feruentia. itaq; vult dicere ad hoc: vt veritas vbiq; inter omnia obſtacula vigeat & præualeat: ecce igitur intentionem, & cauſam intentionis in generali. Deinde introducit modum, quomodo inuenit librũ Algazelis. d. Vnde nos a diuturno priſtino tempore nauigantes in pelaginem philoſophorum freti cum nauibus voluminum: vult dicere librorum Peripateticorum: ibidemq; laquea ac retia iactantes, venando: indeque cum hamis ſeparati animi, id eſt, cum diſcreto cogitamine piſces vehementes præfati talaſſi, vult dicere prædicti maris, ad manus noſtras quidam liber Aga. attributus peruenit, cuius deſtructio philoſophorum titulus eſt: & confirmat id eſſe Alga. dicens: de quo libro, ab eodem Alga. editum fuiſſe, non eſt ambigendum. ipſe, in principio & fine cuiuſdam libri, qui vocatur intentio philoſophorum, promiſerat librum prædictum compilare. Deinde declarat naturam huius libri dicens: Et

Modus quo hũc librum inuenit.

Certificatio hũc librum fuiſſe Alga.

B eſt notandum, quod dictus liber, de quo tractaturi ſumus, multos in corde hominum ſeruat errores: in cerebroque multorum ſapientum infinita poſuit dubia periculoſa: & dat cauſam, dicit, prout, id eſt quoniam dictus Alga. notus eſt ſummus philoſophus, & de maioribus tenetur philoſophis: & eſt manifeſtum quod fama multorum præceſſorum in ſufficientia, id eſt in ſummo, magna eſt cauſa errandi plurimum poſteriorum. Deinde ponit id, quod facit lib. hic: dicens. Tandem dicimus, quod hic liber multos ſubtiles, atque nobiles modernorum admirari facit ſæpiſsime: maxime quia dictus Alga. eſt ſummus philoſophus notus, & in philoſophia conſtruxit eximia volumina, in quibus ſapientum opiniones, clarius quam deberet, & diffuſius, oſtendit. Deinde excitatus eſt hunc librum texere, in quo ſtipites totius philoſophiæ promittit euellere: turres & caſtra veritatis mediatus eſt irruere: itaque philoſophia, ratione huius libri periculata, abominationi exiuit, deinde, id eſt, retro, Deinde excuſat Alga. & dat cauſam dicens: Sed cum tales nobiles: vult dicere, qualis eſt Alga. ſemper excuſandi ſint: dicimus quod, hoc dicto homini accidit forte vna dictarum cauſarum: aut quia ex aliquo morbo perturbatus fuit intellectu: aut forte ſuſpectus erronicæ prauitates interlegales ſui temporis præextiterat: vult dicere ſe excuſauit in hoc libro: legales namque inimici reperiuntur philoſophorum: & ipſe aliquo modo noluit pati inimicitiam,

Natura libri.

Excuſatio pro Alga.

C Debes ſcire quod ipſe Auer. appellat theologos multis nominibus: ſcilicet quandoque loquẽtes: quãdoque legales: quandoque ſophiſtas: quandoq; credentes: dicuntur quoque legales: eo quia leges prophetarum ſequuntur, & non rationes philoſophorum: & iſta appellatio eſt ſatis nota: quandoque loquentes: & ideo dicuntur ſic, quia loquuntur res, & rationibus non probant: & iterum eſt apppellatio honeſta, vt puto: quandoque ſophiſtæ, eo quia negant principia philoſophorum, & ex contrarijs principiorum faciunt concluſiones: & eſt appellatio vituperanda: quãdoque credentes: & ratio eſt manifeſta: quatuor ergo modis nominat eos: & ego hic ſequendo modum loquendi eius illis tribus modis nominabo: quarto autem modo cum ſit ad vituperandum non nominabo. Deinde, concludit naturã huius libri dicens: Demum dicimus, quod qualitercunq; ſit, venenũ magis, quam cibus debet reputari: Deinde ponit ordinem, quem vult tenere in hoc libro: dicẽdo cauſam, quare compoſuit hunc, dicens. Nos igitur liuorem perſecutorum noſtrę matris chariſsimæ philoſophiæ gerentes, id eſt, narrantes fideliter verba dicti libri: vt diligenter potuimus nos ſpeculati ſumus gracile, id eſt, ſubtiliter: infudauimuſque vitia ipſius, atque ſophiſmata eminenter patefacere: ac eis, vt ſufficiẽtius præualuimus, obijcere. Deinde excuſat ſe dicẽs, licet in pluribus, ſatis ſit difficile nimia argumentorum profunditate, & obſcuritate loco-

Quot nominibus appellantur theologi.

Ordo ſeruãdus.

Excuſatio.

rum ſophiſticationis: vult dicere ſatisfacere. Deinde complet ordinem dicens, D
Manifeſtatio. Et facimus cunctis notum: quod de prædicto libro illud, ad quod ſcilicet liber hic veracior apparet, præſertim, id eſt, ſolum ſumpſimus & diſputauimus, prout periculoſius eſt: & debilia dimiſimus. Verba huius libri nos cepimus, id eſt, locauimus in parua capitula: vt facilius ſuos errores valeamus redarguere: & expreſſe præpoſita, vult dicere dubia magis ardua inter cætera diſputare. Deinde ponit diuiſionem libri in duas, ſecundum quod Alga. fecit, quoniam fecit,
Diuiſio libri. 14. quæſtiones in metaphyſi. & duas in naturalibus: & ponit numerum: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe.

Duplex intentio. SED CIRCA hoc procemiũ debes ſcire, quod Auerrois ſuas in hoc procemio innuit intentiones vt philoſophus artificioſus, & moralis vt quoniam tria fecit: quorum primum eſt reddere lectores beniuolos: ſecundum attentos: tertium dociles: hæ enim ſunt conditiones procemij, vt moralis, vt Ariſtoteles dicit in rhetoricis: fecit quidem eos beniuolos declarando iſtius libri vtilitatem, quæ quanta ſit, iam manifeſtum eſt ex dictis. Fecit eos attentos, exponendo iſtius difficultatem, & ſatis apparet, quanta ſit ex dictis. Fecit eos dociles
In procemio 7. præmittenda ſunt. aliqualiter, ponendo ordinem dicendorum: & ſic iſtud procemium rhetorice & moraliter eſt factum: eſt etiam factum naturaliter ſeu logice: quia in procemio libri debemus. 7. præmittere, vt Auer. dixit in phyſicis, ſcilicet intentionem, & hoc fecit Auer. quoniam declarauit ſuam intentionem in hac libri deſcriptione. Vtilitatem, & iam tibi apparet hoc. Ordinem, & licet, non ſatis aperte, hoc fecerit: tamẽ adhuc ex verbis ſuis apparet. Hic enim liber eſt primus, quia de rebus metaphyſicis abſtractis tractat, vt ſcis. Proportionem, & hoc etiam iam potes ex verbis iſtius libri habere: quoniam proportio huius libri eſt, ſicut Metaphyſicæ ad libros ſcientiæ Naturalis. Viã doctrine, qđ etiam habere potes: eo quia, cum liber hic Metaphyſicus ſit illiſmet vijs procedimus, ſicut & in Metaphyſica: Nomen libri, & iam apparet hic totum hoc: & nomen auctoris: & hoc eſt manifeſtũ etiam: ideo vere artificialiter hoc procemium eſt factum, & moraliter, & logice. E

Prima qõ. QVAERO hic vnam quæſtionem breuem: quoniam Auer. ait, quod intellectuali virtutis veritas eſt chara, & dulcis, & appetibilis: vtrum hoc ſit verũ: & videtur quod non: Quoniam multi fugiunt verum: vt apparet. Circa iſtam dubitationem dicendum, veritas eſt intellectui appetibilis: quod quatuor vijs declarari poteſt. Prima ſumitur eo, quia eſt obiectum intellectus, vnde videmus omnes potentias cognitiuas valde in ſuis proprijs obiectis delectari, & in eis quietari, propter quod fugiunt obiecta extranea, & per ſe amant naturaliter obiecta propria; quia igitur verum eſt obiectum intellectus, vel ſaltem ratio obiecti intellectus, vt dictum eſt in libro de anima, ſcimus quod veritas eſt
Quatuor vijs declaratur veritatẽ intellectui appetibilem eſſe.

Secũda via. valde intellectui delectabilis. Secunda via ſumitur ex concomitantia veritatis cum ipſo intellectu: videmus enim, quod falſum eſt non ens, & res quanto plus de veritate habet, tanto plus de ente & eſſentia: & propter quod ſecundo Meta. vt ibidem commen. 4. Auer. declarat, prima principia oportet eſſe veriſſima: immo videmus aliqua vera ita appropinquari intellectui, quod ſtatim lumine intellectus ei fiunt conformia, vt ſunt prima principia: vt dicit Auer. ſecundo meta. commen. primo. Ex his concluditur quod intellectus valde delectatur in veritate: quoniam veritas eſt ei ſimilis: & res plus in ſuo ſimili delectatur, quam in ſuo extraneo, vt ſcis. Tertia via ſumitur eo, quia per ipſam primo principio immateriali appropinquat: dictum eſt in nono met. commen. 22. quod in ſubſtantijs immaterialibus non eſt niſi verum: quia carent materia: quia igitur naturale deſiderium eſt appropinquari primo principio, & melius intellectus appropinquat appetendo verum: ideo ſicut eſt naturale eſt appetere aſsimilari primo: ita naturale eſt appetere veritatem, mediante qua plus naturaliter appropinquat. Quarta via eſt: quia per veritatem intellectus fit quodammodo omnia: quoniam veritas rei eſt quodammodo ipſa res: & ideo quod appetit plus de veritate, plus appetit fieri res ipſas quibus coniungitur mediante veritate: & quia naturaliter intellectus appetit fieri res quã- F
Intellectus ĩ veritate delectatur.
Tertia via ĩ ſubſtãtijs ſeparatis non eſt niſi verũ quia carent materia.
Quarta via.

A tum poteſt: ideo naturaliter appetit vniri veritati ſmediante qua ſit quodammo- Nihil carius
do omnes res. Ex his ſequitur quod veritas naturaliter præcipue eſt charior, itellectui ꝗ
dulcior, & delectabilior ipſi intellectui cunctis rebus deſirandis. Eſt quidem veritas.
chara: quoniam intellectus, cum ſit ſenſibus inuolutus, & eis continuatus, cum
difficultate ad veritatem pertingit: quod autem eſt difficilis inuentionis ca-
rum, habetur. Dulcior quidem: quoniam licet dulcedo a guſtu percipiatur:
intellectus cum ſit virtus multo nobilior omnibus ſenſibus in virtute ſua ali-
quo modo continet operationem ſenſuum, ideo aliquo modo dulcedinem parti-
cipat: quoniam ſicut guſtus, tunc dulcedinem participat, quando obiectum pro
ſequitur: ita quia intellectus veritatem pro ſequitur: dicitur quod veritas eſt ei
dulcis. Delectabilis vero: quoniam eſt ſibi proprium obiectum conueniens ei,
per ipſamque primo principio, & rebus vniuerſaliter, propter quod veritas eſt
intellectui delectabilis. Veritas ergo eſt chara, dulcis, & delectabilis intelle-
ctui propter cauſas dictas. Ad argumentum, dicendum, quod licet multi appeti- Solutio.
tu voluntario corrupto veritatem fugiant: non tamen appetitu naturali, & volũ-
tario recto: vt dicitur enim 3. ethic. cap. 5. multa innaturalia poteſt voluntas ap-
petere, & impoſsibilia.

Finito prologo, vult modo proſequi de propoſitis quæſtionibus, & primo de
prima, ſcilicet an mundus ſit ab æterno an non: & ratio ordinis eſt: quoniam
B hęc quæſtio eſt quaſi fundamentum omnium aliarum, vt apparebit, & eſt com-
munisſima, propter quod debet eſſe prior: & quia, vt dicitur in principio tertij
meta. quæſtio debet habere dubitationes primo, & poſt earum ſolutiones, pro-
pter cauſas ibidem dictas: & etiam, quia diſputatio exigit duo, vt dicit primo Diſputatio
phyſic. commen. 23. ſcilicet arguere contra fundamenta alicuius opinionis, & duo reqrit.
ſoluere illa, ideo Auer. primo inducit ſententiam Alg. per modum quæſtionis, Dubitatio.
ſecundo loco ſoluit illas ſigillatim. Sed dubitatur: quoniam ait Auer. 3. meta. Solutio.
commen. primo, quod dubitationes metaphyſicales debent poni omnes inſimul,
& poſt debet fieri liber ſpecialis ſolutionum quæſtionum: vt fecit Ariſt. qui fe- Prima ratio
cit tertium meta. vbi mouet omnes quæſtiones, & in reſiduis libris ſoluit illas. probans mũ
Dicendum quod Auer. fecit hoc primo, more Nicolai: ſecundo, vt ſententia dum ęternũ
Alg. melius intelligatur: quoniam litera diuiſa eſt clarius intellecta. In iſto er- eſſe.
go dubio ponit primo intentionem Alg. dicens id, quod primo inueſtigandum Declaratio.
eſt de philoſophorum opinionibus, dirigitur circa antiquitatem & nouitatem
mundi. Deinde adducit rationes philoſophorum. Et prima ſic componitur: nul-
lum nouum procedit ab antiquo ſempiterno. Sed mundus procedit ab antiquo
& æterno, ſcilicet deo: ergo, in tertio modo ſecundę figurę, mundus non eſt no-
uus: huius ſyllogiſmi minor non ponitur in litera: quoniam in diſputatione ter-
C tia dicetur declaratio illius: maior ponitur, cum dicit, vnde dicimus quod for-
tior eorum probationum, ſiue probationibus ſupradicto propoſito hęc eſt: proce
dere innouatum ab antiquo abſolute impoſsibile eſt: hęc eſt maior ſeu virtus
eius. Deinde ponit eius declarationem: & hęc declaratio ſic ordinatur: ſi eſt
aliquod nouum factum ab ęterno. V. g. mundus, qui fit a deo ęterno, hoc non po-
teſt eſſe niſi, vel quia carebat aliquo inclinante id ęternum ſiue mũdum: vel quia
nullum erat inclinans. Sed vterque modus eſt impoſsibilis: ergo maior eſt ma-
nifeſta: primo ergo tãgit primum modum dicens (ſi nos enim ponemus. quod-
dam antiquum, quod mundus ab eo proceſſus vel productus non fuit, & poſtea
ab eodem antiquo mundus tempore (.i. in tempore proceſſus ſeu productus fuit:
dicimus ꝙ mundus non producebatur ab ipſo antiquo, niſi, vel quia carebat in-
clinante eum ad eſſe productum.) Deinde probat rationibilitatem huius mem-
bri. d. (vnde dicimus ꝙ, ſi mũdus poſsibilis erat omnino produci ab eo antiquo,
antequam ad actum egreſſus fuiſſet, non euaderet quin tn ſua productione inno
uatum ſit quoddam inclinans, producens eum ad eſſe.) Deinde ponit ſecundum
membrum, & deſtruit id. d. (aut vero ſi non oporteret ꝙ mundus adhuc remane
ret in ſua poſsibilitate, ſicut antequam productus eſſet) vt dicam poſt. Deinde
deſtruit primum membrum. d. (ſi primo modo, adhuc petendum eſt de illo incli-
nante: quia magis inclinauit mundum ad eſſe,) vult dicere pro tunc quam ante.

(nulla enim cauſa adhuc imaginari poteſt, niſi altera duarum: vel quia inuidet, aut quia non potuit pro tunc: ſed nullum iſtorum eſt ponendum in deo.) D deinde proſequitur rationem, & dicit (vnde.) vult dicere, ſi ponatur id inclinans. (aut hoc procedit ad infinitum: quod eſt falſum: aut perueniet ad quoddam inclinans ipſius eſt ab æterno: & ſi ſic, ergo mundus eſt ab æterno.) quoniam ſup. id inclinans ſeipſo mundum produceret. Deinde Alga. incœpit deſtruere hoc argumentum: & primo ſupponit hoc argumentum eſſe philoſophorum dicens (& hæc eſt ſententia philoſophorum:) vult dicere Ariſto. in 8. Phy. maxime text. com. 7. & inde. Deinde incœpit debilitare illam rationem dicens (de qua reſpondendum eſt, quod hic non eſt poſsibilitas in agente, neque in patiente.) vult dicere in productione mundi non procedit potentia agentis, nec potentia paſsi. (licet in rebus artificialibus & naturalibus præcedat agens & patiens ante ipſorum effectus.) vult dicere, quod ante rerum productionem tam naturaliter quam artificialiter potentia agentis, & potentia patientis præcedunt. Cuius rationem dicit. (eo quod cauſatur ab alijs ea præcedentibus in tempore.) vult dicere, quia concurrunt diſpoſitiones temporaliter diſponentes. (proceſſus vero mundi modo ſupradicto non ſic ſe habet, videlicet, quia ibi non debet attribui poſsibilitas agenti, neque patienti. Hoc probat Auer. duabus rationibus: quarum prima ſic componitur: omnis poſsibilitas eſt in ſubiecto: actio Dei non eſt in ſubiecto. ergo non eſt hæc poſsibilitas. Vel ſic, omnis poſsibilitas habet fieri circa aliquod ſubiectũ: E virtus Dei nõ habet fieri circa aliquod ſubiectum. ergo virtus Dei non eſt poſsibilitas vel forma ipſius, vt placet. primo ergo accipit concluſionem. d. (poſsibilitas nanque patientis hic eſſe nequit.) Deinde accepit minorem. d. (hic nullum eſt ſubiectum.) vult dicere quod virtus Dei non habet aliquod pro ſubiecto, vel non circa aliquod ſubiectum. deinde accepit maiorem. d. (& poſsibilitas, quæ eſt quædam virtus, eſt in ſubiecto.) Et cum probauit ꝙ poſsibilitas non eſt ex parte paſsi, probat ꝙ non ſit ex parte agentis: & ſyllogiſmus eſt per locum a maiori ſic. ſi hic eſſet aliqua poſsibilitas ex parte agentis, illa eſſet in Deo; vel eſſet ipſe Deus. Sed non eſt Deus, vel in Deo: ergo, vt prius. minor declaratur: quoniam nulla potentia eſt eſſentia, poſsibilitas eſt potẽtia: ergo poſsibilitas non eſt eſſentia. Tunc ſequitur. nulla potentia eſt eſſentia: & Deus eſt eſſentia: ergo Deus non eſt potentia, nec in eo eſt potentia. Huius ergo ſyllogiſmi accipit primo concluſionem. d. (nec hic eſt poſsibilitas in agente.) hic eſt concluſio. Tunc accipit antecedens. d. (quia in prædicta productione nullum eſt dare agens niſi Deum.) vult dicere ꝙ, ſi eſſet aliquod agens, id eſſet Deus. deinde accepit probationem minoris, quæ eſt deſtructio conſequentis: & primo minorem. d. (& cum poſsibilitas ſit quædam potentia.) deinde accipit minorem vltimi ſyllogiſmi, & dicit (& Deus benedictus eſt ſicut eſſentia totaliter actualis & F ſimpliciſsima.) deinde ponit concluſionem dicens (non debet ergo de quadã poſsibilitate denominari.) Hic ergo intellexit tres ſyllogiſmos. quorum primus fuit hypotheticus per locum a maiori, & poſuit antecedens & conſequens, & tacuit deſtructionem conſequentis, quæ erat velut minor. Secundus fuit in prima figura in quarto primæ, & eius poſuit minorem tantum, & tacuit illius maiorẽ, & concluſionem. tertius fuit in tertio modo ſecundæ, & illius ponit minorem, & concluſionem, & tacuit maiorem: & ſic explanatus eſt hic locus.

Licet in rebus naturalibus, & artificialibus ꝑcedat potentia agẽtis & paſsi, non tñ ſic in productione mundi.

Actio Dei nõ eſt poſsibilitas.

Poſsibilitas quum ſit potẽtia, nõ eſt eſſentia.

His habitis reſpondet ad rationem Ariſt. primo ad maiorem, & ait (& ideo dicimus ꝙ productio mundi a Deo non eſt mutatio in eo, neque exitus de potentia ad actum, immo quidam modus potentiæ diuinæ, qui a nobis ignoratur, & propter hoc dicimus ꝙ non eſt comparandum inter opera diuina, & alia opera naturalia. Et ipſe tacuit ſolũ. ad formam argumenti philoſophorum, quoniam manifeſta eſt: eo quia ipſi credebant actionem Dei eſſe ſimilem actionibus naturalibus, ideo fecerunt diuiſionem prædictam. Hoc igitur eſt primum dubium Alg. & explanatio illius, vt potui.

A ## AVEROES.

AIt Auer. Iſte ſermo eſt ſermo ĩ ſupremo gradu gaduũ Topicę, & non peruenit ad demonſtrationem. qm̃ propoſitiones eius ſunt generales. & generales ſunt proximæ communibus: propoſitiones vero demonſtratiuæ ſunt ex per ſe dictis, & appropriatis. Nam nomen poſsibilis dicitur æquiuoce de poſsibili vt plurimum, & poſsibili vt raro, & poſsibili æqualiter: & non videtur neceſsitas inclinantis in eis eſſe eodem modo. poſsibile enim vt plurimum bene exiſtimatur quòd inclinetur ex ſeipſo, non autem ex inclinante ab extra in oppoſitum quidem poſsibilis æqualiter. Sic etiam & poſsibilitas aliqua eſt in agente, & eſt poſsibilitas agendi: & aliqua eſt in patiente, & eſt poſsibilitas recipiendi. Et non videtur neceſsitas inclinãtis eſſe in eis eodem modo. Nam poſsibilitas, quæ eſt in patiente, Poſsibile dicitur æquiuoce.

B apparet in ea neceſsitas inclinantis ab extra. apprehenditur enim ſenſu in rebus artificialibus, & multis ex rebus naturalibus. eſt tamen dubium in rebus naturalibus. nam multæ ex rebus naturalibus eſt principium mutationis earum ex eis. & ideo exiſtimatur in plurimis earum ꝙ motor ſit motum: & non eſt notum per ſe ꝙ omne motum habeat motorem, & ꝙ non ſit hic res, quæ moueat ſeipſam. nam hoc totum indiget declaratione: & ideo perſcrutati ſunt de eo Antiqui. poſsibilitas vero, quæ eſt in agente exiſtimatur in plurimis eius ꝙ nõ indigeat in exitu eius in actum inclinante ab extra. nam permutatio agentis ex non agendo ad agendum exiſtimatur in plurimis eius ꝙ non ſit mutatio indigens mutante: ſicut permutatio Geometræ ex non geometrizando ad geometrizandum, & permutatio docentis ex non docendo ad docendum. Sic etiam & mutatio, quæ dicitur indigere mutante, aliqua eſt, quæ eſt in ſubſtantia, & aliqua in qualitate, & aliqua in quantitate, & aliqua in vbi. Et Antiquum etiam Hic non cõſonat teſtũ antiquus.

C aliquod dicitur de antiquo ex ſe, & aliquod de antiquo ex alio apud multos. Vlterius mutationes, aliquæ earum apud aliquos permittuntur de antiquo vt poſsibilitas quòd ſit voluntas innouata in antiquo apud carneos, & poſsibilitas generationis & corruptionis in materia prima apud Antiquos, & tamen eſt antiqua. Sic etiam & intellecta dicuntur de intellectu, qui eſt in potentia, & tamen eſt antiquus apud plurimos eorum. & ſunt aliqui eorum, apud quos non permittitur, & præcipue apud quoſdam Antiquos eorum, & nõ apud alios. Similiter & agens aliquod eſt, quod agit voluntarie, aliquod verò naturaliter: & non eſt quidem qualitas emanationis actionis poſsibilis ex eis eadem, ſcilicet circa neceſsitatem inclinantis. Et quis ſcit an ſit hæc diuiſio agentium ſufficiens? aut inducet demonſtratio ad agens, quod non aſsimilatur agenti naturaliter, neque agenti voluntarie, quod nobis apparet. Omnia iſta ſunt quæſita magna, & excelſa: & vnumquodque eorum indiget ſpeculatione

ſeparatim,& cum eo,quod dixerint Antiqui de eo. Aſſumere autem D
vnum loco multorum quæſitorum eſt locus famoſus locorum fallen
tium turpium:& error in vno horum principiorum eſt cauſa erroris
maximi circa ſpeculationem de entibus.

Poſtquam Auer.adduxit ſententiā Alga.in dubio iam dicto,vult contradice-
re ei.& primo obloquitur cōtra eū,& admiratur de vtilitate huius hominis,et di
cit.(dicimus nos ꝙ valde mirādū eſt de verbis huius hoīs) cuius ratione dicit.
(Ipſe.n.poſuit ſe in thalamo philoſophorū vt ratiocinatus eſſet cū eis,concedēs
& ſupponens eorū principia & radices,& modo,qn̄ ſibi defecerūt rationes ſuf-
ficiētes .)vult dicere cōtra eos.(appodiauit ſe in infimis filorū aranearū.) dein-
de accipit id,quod dixit, declarādo eſſe falſum,& dicit.(& id, quod ipſe dicit,
videlicet,ꝙ hęc nulla ſit poſsibilitas in patiente,quia nullum eſt hic ſubiectum;
nihil eſt.)vult dicere ad propoſitum:qm̄,ſiue hoc concedatur,ſiue negetur,nihil
facit ad rem,quod declarat.d.(in hoc enim eſt tota diſſenſio.) vult dicere inter
theologos,& philoſophos,videlicet, vtrum mundus caruit eſſe in tempore pri-
ſtino. vult dicere a deo quod in tempore certo deus fecit ipſum, & non ab ęter-
no. modo ad hoc quęſitum propoſitio Alga. nihil facit. Pręterea arguit ſecun-
do,declarando opinionem Alga.facere pro philoſophis.d. (tandem iſte homo
negat id,quod philoſophi totaliter negant, & non reprobat id,)quod ſcilicet po- B
nunt philoſophi.(cum principijs conceſsis inter eos.) Sed hic videtur difficul

Dubitatio.

tas.qualiter Alga.negat id,quod philoſophi. Dicendum ꝙ philoſophi negant

Solutio.

mundum eſſe factum in tempore nouo, videlicet,in a inſtanti, & non ante a in-
ſtans,ſed volunt mundum ab ęterno proceſsiſſe. Modo hoc idem habet negare
Alga.cum ſuis propoſitionibus:quoniam,ſi in primo principio nulla eſt poten-
tia,quia caret ſubiecto:& eſt eſſentia pura:ergo in eo non eſt potentia ad produ
cendum mundum in a inſtanti poſt tempus verum vel fictum. conſequentia ap-
paret ab vniuerſali negatiua ad particularem,vt dicitur in ſecundo topicorum:
& ſic Alga.cōcedens id, nō deſtruit mētē philoſophorū,ſed potius eā cōfirmat.
Deinde declarat ꝙ illa propoſitio.ſ.d.in deo non eſt virtus, & potentia actiua,
eſt falſa in ſe.& dicit turſus id,quod poſuit.ſ.ꝙ hic non ſit poſsibilitas in agen-
te,ſunt verba cęci tangentis parietes, vult dicere domus,& non ea, quę ſunt in-

Ratio.

tus,id eſt ſunt verba non profundantia in fundamentis : quod hic declarat. &

Quod repit in inferioribus, meliori modo reperitur in ſuperioribus.

ratio ſic componitur:quod inuenitur in inferioribus,nobiliori modo et melius in
primo:ſed potentia & virtus reperitur in entibus hic: ergo & in ſupremo. huius
ſyllogiſmi tangit minorem. d.nobis namque manifeſtum eſt, quod ſapientes
nequiuerunt loqui in aliquo entium tam in naturalibus, quam in diuinis, niſi
pręſupponant auctoritates: vult dicere potentias a natura quorundam entium cō F
parabilium ad ipſum propoſitum,id eſt deum, vt magis fieri poteſt: & per hoc

Syll's ꝓbās deū non potuiſſe ꝓducere mundū in vno tēpore ꝙ nō pro alio.

vult habere minorem.Deinde arguit & tertio, declarando adhuc argumentum
philoſophorum ſtare. & ſyllogiſmus poteſt ſic componi.omne agens per cogni
tionem: quod ita agit in hoc tempore ꝙ non in alio,vel mutat in phantaſia &
voluntate,vel nouiter occurrit agens adiuuans ipſum pro nunc ꝙ non pro tunc.
Sed deus non poteſt mutari in voluntate & eius phantaſia ſeu comprehēſione,
nec eſt aliquod agens nouum in eius actione concurrens:ergo in ſecunda figura
deus non poteſt producere mundum pro vno tēpore ꝙ non pro alio.minor pro-
batur in litera:quoniam aliquod agens poni nō poteſt aliud a deo mundo non
exiſtente:nec deus poteſt in opinione & voluntate mutari,quia non niſi a ſe:&
modo nihil mutat ſe. De hoc ergo ſyllogiſmo non ponit formaliter niſi proba-
tionem minoris,& propoſitionem Alga.in forma dubitationis. d.& ſi ſic, vult
dicere. ſi eſt ſicut dicit Alga. qualiter ergo dicendum eſt quod deus produxit
mundum poſt puram priuationem, videlicet, de nihilo abſque aliqua muta-
tione voluntatis, niſi ratione quorundam extrinſecorum mouentium : vult di-
cere nouiter concurrentium. hęc ergo eſt quaſi maior in forma quæſtionis:
deinde ſub inducta minori deſtruit maiorem, & dicit : ſed nullum mouens ex-
tremum poni poteſt medio remoto.: oportuit ergo fuiſſe mutationem in ipſo

A deo:quod deſtruit.d. (& principium conceſſum ab omnibus eſt, quod nulla res ſeipſam permutare poteſt.) deinde ponit concluſionem.d.oportebit nos ergo de neceſsitate negare mundi creationem , ſecundum quod patet ex iſtis principijs philoſophorum. Vltimo correlarie concludit errorem Alg.d. (quod magis mirandum eſt,poſtquam ipſe tantum preconizabat dei ſimplicitatem) vult.d. immobilitatem. (qualiter non ſenſit quomodo inducebat eum,ſcilicet deum ad abſurdam mutationem.) & hoc iam declarauit Auer. eo quia,ſi non poteſt nouitas mundi reduci ad aliquod agens nouum:ergo nec ad dei mutationem, vt diximus. Tandem concludit errorem eius dicens, (vnde dicimus denique quod verba ſua erronea ſunt manifeſte,& non exigunt maiorem redargutionem.)Et debes ſcire quod leges hic dant multas ſolutiones : & quædam earum ſunt poſitæ ab Alga.in alijs dubijs,& quædã indigent perſcrutatione per ſe:ideo nolo nunc dicere illas. Sed in loco vbi tangentur,& in fine quęſtionis pręſentis.

Aduerte.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem eſt. dupliciter. Primo quidem , vt
B dicatur eis, quare negatis id , quod dicitur, ꝙ mundus fuerit productus voluntate antiqua,quæ determinauerat eſſe eius,& ꝙ procederet priuatio vſque ad finem,ad quem peruenit, & ꝙ inciperet eſſe ab eo, in quo incœpit , & eſſe antea non fuit de voluntate eius, & ideo non fuit productus : attamen in hora, qua productus fuit , fuit de voluntate eius , voluntate tamen antiqua , & ideo innouatus fuit? Quid ergo prohibet hanc opinionem,& quid eam falſam reddit?

Cum adduxit Auer.ſolutionem Alga. & eam remouit.hic adducit ſolutionẽ ad argumentum philoſophorum. eſt enim virtus argumenti peripatheticorũ in in quarto primę,ſic:nullum innouatum procedit ab antiquo ęterno. Sed, ſi mundus fieret , iam eſſet innouatum:ergo non poteſt prouenire ab ęterno immobili cuiuſmodi eſt primum principium: hęc enim eſt virtus argumẽti philoſophorũ. Ad quod reſpondet:& apud me videtur diſtinguere maiorem:quoniam illa poteſt duobus modis intelligi: vno modo quod nullum nouum ab ęterno procedat voluntate noua,& ſic conceditur maior, & concluſio:quoniam manifeſtum eſt quod mundus non prouenit a deo voluntate noua. Secundo modo,voluntate antiqua:& ſic non inconuenit nouum fieri ab ęterno voluntate antiqua : dicit er-
C go (ait Alga.amplius philoſophis dicendum eſt,qualiter negetur mundum produci a deo benedicto voluntate antiqua inferente eius eſſe , quando non fuit.) quaſi dicat.quod hoc modo non inconuenit nouum prouenire ab ęterno voluntate antiqua inferente eſſe eius , quando non eſt.i.poſt non eſſe: alia litera habet(quando fuit)& eſt corrupta,& debet dicere(quando nõ fuit.)vel forte vult dicere,quando fuit,ſupple pręconceptum illum eſſe pro tempore ordinato a diuina voluntate. (Licet proceſſerat.) hic remouet aliam rationem philoſophorum:quorum virtus erat per impoſsibile.Si mundus ſit factus de non eſſe ad eſſe per voluntatem antiquam:ergo tempore infinito ſtetit ſub priuatione : quod reputant inconueniens. Reſpondet, quod hoc non eſt inconueniens,prout fuit ordinatum a diuina & antiqua voluntate,dicit ergo (licet præceſſerat eum priuatio infinita,& incepit ipſius eſſe,quando peruenit tempus ordinatum antiqua diuina voluntate.) ſup. nullum debet poni inconueniens prout cadit ſub antiqua voluntate .

Rõ philoſophorum.

Solutio rationis.

Ab ęterno nõ prouenit nouũ voluntate noua, ſed bene voluntate antiqua.

Alia ratio philoſophorum.

Solutio.

Nõ eſt incõueniẽs mundum fuiſſe ſub priuatione tpe infinito voluntate antiqua, ſed eſſet incõueniens voluntate noua.

SED quia ſæpe Alga.vtitur ly diuina voluntate , & noua voluntate, oportet vt aliqualiter declarentur. Dico ergo ꝙ noua voluntas [a] eſt nouus appetitus ex nouo fine pręconcepto,vnde & voluntas poteſt capi pro actu primo,& pro actu quaſi ſecundo:ſi capiatur pro actu primo,ſic voluntas eſt potentia,vel quaſi potentia animę,qua poteſt deſiderare bonum extra;ſi capitur pro actu ſe-

a Quid ſit no

ua volũtas. Volũtas antiqua qd eſt.

cundo., ſic eſt nouus appetitus ſequens nouam cognitionem alicuius boni præ- D
concepti: quoniam, vt dicitur .12. met.com.39. appetitus ſequitur comprehenſionem ſicut vmbra corpus: & ſic capitur voluntas noua in propoſito. per hoc enim ꝙ ſor. appetit hodie balneari, non acquirit nouam voluntatem pro actu primo acceptam, quoniam iam habuit illam: ſed bene noua voluntate id appetit, quæ eſt actus ſecundus: & per hoc ſcitur quid ſit voluntas antiqua, ſeu ęterna. poteſt enim capi pro actu primo, & ſic eſt vnum attributorum ipſi deo, quaſi potentia eius. alio modo poteſt capi pro actu ſecundo: & ſic eſt quidam appetitus ſequens aliquam pręordinationem, ſeu pręconceptionem, ſeu pręcognitionem ęternam. Verbi gratia, Si ſor. per intellectum ordinaſſet, & pręconcepiſſet ſe balneari hinc ad. x. annos. Si enim veniet decimus annus, in quo balneabitur, poteſt dici id fuiſſe voluntate antiqua. Eſt ergo voluntas ęterna dei appetitus ſequens pręconceptionem eius diuini intellectus, & quia intellectus eius eſt ęternus, & oia intelligibilia intelligit per ſe, ideo ordo & pręconceptio fuit ab ęterno, & non per nouam excitationem. Declaratum eſt igitur quid ſit voluntas noua, & quid ęterna. debet enim hoc ſeruari, quoniam multum confert dicendis.

AVEROES.

Ait Auer. Iſte ſermo eſt fallax. quoniam, cum impoſsibile ſit ei dicere poſsibilitatem retardationis eſſe acti actioni id agentis, & deliberantis actionem ipſam, cum fuerit agens eligens, dixit poſsibilitatem retardationis eius prouenire a voluntate agentis. retardatio autem acti ex voluntate agentis bene poſsibilis eſt, ſed retardatio eius actioni agentis eſt impoſsibilis, & ſic retardatio actionis ex deliberatione ad agendum in agente voluntario. Attamen dubitatio remanet, prout eſt. nam de neceſsitate eueniet ei vna duarum rerum, aut ꝙ actio agentis non cauſabit in agente mutationem, ex qua ſequitur vt ſit ei mutans ab extra, ſeu ꝙ ex mutationibus aliqua eſt de ſubſtantia mutati abſque indigentia mutantis, aut ꝙ reperitur aliqua mutatio, quæ bene poteſt euenire antiquo abſque mutante. Nam id, ex quo manutenetur controuerſia hic, ſunt duo. quorum Vnum eſt, ꝙ actio agentis ſequitur ex ea neceſſario mutatio, & omne mutatum habet mutantem. Secundum vero, ꝙ antiquum non mutatur mutatione aliqua. & hoc totum eſt difficilis declarationis. Et ꝙ non poteſt ſe ſaluare ab eo ſecta Aſſaria eſt ponere agens primum, ſeu actionem primam, quoniam impoſsibile eſt eis ponere ꝙ diſpoſitio agentis circa actum, quod innouatur, ſit hora actionis diſpoſitio eius hora priuationis actionis. & ibi proculdubio eſt aliqua diſpoſitio, quæ innouatur, & proportio, quæ non fuerat: & hæc neceſſario, ſeu in agente, ſeu patiente, ſeu in vtroque. Et, cum ſic fuerit, tunc illa diſpoſitio, quæ innouatur, cum de neceſsitate omne innouatum ſit ei agens, erit proculdubio agens eius, aut aliud agens. & ſic non erit hoc agens primum agens, & non erit ſufficiens in agendo ipſum ſolum, ſed cum alio. aut agens illius diſpoſitionis, quæ eſt conditio requiſita in agendo, eſt ipſummet. & non erit hæc actio, quæ poſita eſt, emanata ab eo prima, ſed erit actio eius, propter illam diſpoſitionem, quæ requiritur in agente, antequam agat actum. & hoc ſequitur neceſſario, vt vides. Niſi di-

Margin: B (beside "Ait Auer."); C (beside "tio remanet"); F (beside "bet mutantem"); Duo in controuerſia. (beside "mutatio, quæ bene"); Hęc particula nonnihil conuenit cũ antiquolex. (beside "patiente, ſeu in vtroque")

A xerit aliquis abuſiue, ꝙ ſunt aliquę diſpoſitiones, quę fiunt in agentibus, non indigentes quidem mutante. & hoc profecto eſt abſurdum, niſi apud permittentes ꝙ ſunt hic aliqua, quæ fiunt ex ſe: & eſt ſermo primorum ex Antiquis, qui negauerunt agens. & eſt ſermo, cuius falſitas eſt manifeſta ex ſeipſa. Attamen in hac dubitatione eſt confuſio. nam, cum dicimus voluntatem æternam, & voluntatem innouatam, dicuntur æquiuoce. & etiam in contrarietate. nam voluntas, quæ nobis apparet, eſt potentia, in qua eſt poſsibilitas agendi vnum duorum oppoſitorum æqualiter, & poſsibilitas recipiendi vnum duorum volitorum æqualiter, cum voluntas ſit deſyderium agentis ad actionem. &, cum eam egerit, defecit deſyderium, & peruenit volitum. & hoc quidem deſyderium & actio alligatur duobus oppoſitis æqualiter: ſed, cū dicitur, ꝙ hic ſit volens vnum duorum oppoſitorum æternum, aufertur definitio voluntatis propter permutationem naturæ eius a poſsibilitate ad neceſsitatem. &, cum dicitur voluntas æterna, non aufertur

Voluntas in nobis qd ſit.

B voluntas apud peruentionem rei volitę. &, cum non fuerit ei principium, non fuit innouata ab eo hora in peruentione rei volitę. & non poteſt innui talis eſſe, niſi dicatur ꝙ demonſtratio perducat ad inuentionem agentis ſecundum potentiam, quę non eſt, nec voluntaria, nec naturalis, ſed lex appellat eam voluntatem, ſicut perducit demonſtratio ad res, quę exiſtimantur primo aſpectu eſſe oppoſita, & tamen non ſunt oppoſita, vt dicimus de ente, quod non eſt infra mundum, nec extra eum.

De ente dicimus ꝙ nō eſt infra mū. dum nec extra.

Cum narrauit reſponſionem Algā. vult nunc reprobare eam: & primo proponit intentionem eius, & dicit. Dicimus nos ꝙ ad hoc reſpondendum eſt duobus modis: quorum primus hic eſt. Nunc exequitur de reſponſione, & primo arguit ex dictis, ſecundo ibi. (Secundo vero.) adducit ſecundam rationem nouā. Prima itaque ratio ſic componitur. Omne bonum eligibile ſimpliciter, & ſimpliciter perfectum ex natura rei exiſtens in poteſtate alicuius agentis per electionem, debet eligi ſemper & poni in eſſe. Sed mundum produci eſt bonum eligibile ſimpliciter, & ſimpliciter perfectum ex natura rei conſiſtens in pote-

Ratio.

C ſtate primi motoris: ergo ſemper debuit eligi ab ipſo deo, qui agit per electionem. Maior pro ſyllogizatur in ſecunda figura ſic, quoniam, ſi non fit, hoc eſt vel propter aliquod impedimentum, vel propterea quia præconcipit maius bonum, quod primo vult ponere in eſſe. Sed Deus non poteſt impediri, nec pręcu-det aliquod melius ante eſſe mundi: quoniam nihil eſt, ergo; in ſecunda figura, omnino eligetur. huius ergo rationis primo tāgit maiorem. d. quorum primus hic eſt. manifeſtum eſt ꝙ electio cuiuſdam boni rei abſolute ſemper apud eligētem debet eligi: & quilibet eligens, qui ſic ſe habet, debet ſine dubio continue eligere & deſiderare & diligere ipſum electum: hęc eſt maior, vel eius virtus. deinde probat hanc. d. niſi quoddam obſtaculum interueniret, aut quia dimittat eum pro aliquo meliori. hęc eſt quaſi maior pro ſyllogiſmi. deinde accipit minorem. d. & ambo iſta hic neganda ſunt: quod probat. d. (ipſi enim deo obſtaculum attribuendum non eſt.) Et hoc quantum ad primam partem. quantum ad ſecundam ait (& nullum melius) dicta electione. ſ. mundi. hic ponendū eſt namq;, pro quia, ante productionem mundi iuxta ipſorum opinionem nihil erat, nec melius. ſ. nec eius, propter quod dicamus ꝙ dimiſerit eam, ſcilicet electionem pro meliori, ſcilicet eligenda. deinde quaſi recolligit vim rationis. d. (Immo quod plus eſt; poſtquam deus nullum habuit reſiſtens, oportet neceſſario ergo concedere ꝙ ſemper vna & eadem fuit ſua electio, videlicet illius, quod melius eſt) ſcilicet

mundi.(rurſus,ſi deus.) hic arguit ſecundo in eodem modo primo, & arguit in vi entimematis,cuius antecedens ait. (Rurſus, ſi deus eligit priuationem mundi).i. non eſſe mundi vſque ad productionis exordium.i. inſtans initians eſſe mundi.& inde,poſt ad inſtans electio illa.ſ.illius priuationis fuit ceſſata, id eſt, amota ab ipſo deo eligente,ponit conſequens.d.oportet nos concedere neceſſario hoc fuiſſe ratione extrinſecorum inducentium,id eſt, impedimentorum, aut ex quadam ſuipſius mutatione. Tunc ab oppoſito conſequentis: ſed ambo iſta reprobata ſunt: ergo antecedens erit deſtructum, quod eſt propoſitum. eſt ergo ſyllogiſmus hypotheticus, vbi arguitur a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis,vt vides. (Secundum vero eſt hoc.)completo primo modo reprobationis,nunc exequitur de ſecundo,quem propoſuit. Eſt ergo virtus huius ſecundi modi argumentum ad impoſsibile ſic. Si voluntas primi ab æterno deſiderauit generare mundum pro inſtanti aliquo in infinitum poſt illam ordinationem,tunc deſtruetur definitio voluntatis. quod eſt impoſsibile. Ad declarationem conſequentiæ primo venatur definitionem voluntatis. deinde ponit ſyllogiſmum hypotheticum vt formam. ibi ſecunda (vnde ſi poneremus.) Tertio deducit conſequentiam ibi.(pro eadem. Quantum ad primum, primo proponit quod intendit.d.(ſecundum vero eſt hoc.)Deinde venatur definitionem voluntatis, & dicit. manifeſtum eſt quod voluntas eſt deſideratio).i.appetitus. & per hoc innuit propoſitum voluntatis.omnis enim voluntas eſt appetitus,& non econtra. Deinde ponit differentias &.d.(Cuiuſdam agentis.) Et per hoc vult habere differentiam. quoniam appetitus eſt eſſe materię,vt dicit Auer.1.phyſi.com.81. ſed ille non eſt appetitus agentis,ideo ad differentiam illius, dixit agentis. & dixit cuiuſdam,quoniam voluntas non eſt appetitus cuiuslibet agentis, ſed determinati,puta intelligentis.deinde explicat aliam conditionem voluntatis.d.(Erga quandam actionem.) Et per hoc,quaſi innuit propoſitum voluntatis. Voluntatis enim propoſitum eſt ſemper tendere verſus aliquod,tanquam verſus eius finem. Deinde ponit aliud propoſitum,ſcilicet nata ad moueri,per hoc quod ponitur ad actum.vnde dicit,& quando ſit producta.ſ.illa actio deſiderando ad actum, id eſt,poſita in actum.illa deſideratio ceſſat ſine dubio. Deinde ponit tertium propoſitum.ſ. indifferens ad duo oppoſita æqualiter.& hoc.d.(& iſta deſideratio eſt actio ęqualiter dependens) id eſt, indifferens in duobus oppoſitis: recolligendo iſtam definitionem, dico quod voluntas eſt appetitus agentis intelligentis verſus aliquod, tanquam finem ordinati, nata ad moueri illo fine acquiſito indifferens ad vtranque partem cõditionis.hęc definitio melius habet declarari in 9. meta.tex. commen.3.& 10. (Vnde,ſi poneremus.) Nunc ponit ſyllogiſmum in forma dicta.d. vnde, ſi poneremus quendam volentem, qui vnum duorum oppoſitorum ab æterno retineret,remoueremus voluntatis definitionem. (Prout eadem.) Probat nunc conſequentiam.d. (prout eandem de natura poſsibilitatis ad naturam neceſsitatis transferremus) quod probat.d. (voluntas nanq; infinita de natura neceſſariarum rerum poteſt reputari) cuius rationem.d.(naturales enim res infinitæ in earum natura non continuantur niſi per accidens. deficiunt enim intercum:quod in deo benedicto conſiderandum non eſt.) Ecce igitur conſequentia, & eius probatio.

Omnis voluntas eſt appetitus, & non econtra.

Quid eſt voluntas.

Triplex eſt natura entis

PRO intellectu huius rationis debes ſcire, vt dictum eſt in primo de cœlo. com.138. & ſecundo periher. com.51. quod natura entis per ſe eſt triplex, ſcilicet quędam ſecundum ſe ſemper;quędam ſecundum ſe nunquam,quę dicitur ſemper non ens:& quędam ſecundum ſe quandoque ens & quandoq; non ens,ſicut ſunt res habentes materiam, vt dicit ibidem. & per hoc apparet dictum eius hic. voluntas enim,cum ſit quædam natura prout ordinatur ad actum, debet eſſe aut natura ſemper entis,aut natura ſemper non entis,aut natura quandoque entis et quandoque non entis,& non poteſt dici tertium. quoniam illa voluntas poſita eſt infinita a parte ante: quod eſt contra naturam quandoq; entis & quandoque non entis:nec ſemper non ens, vt patet: ergo eſt natura ſemper entis, & per conſequens tollitur definitio voluntatis, quę eſt cum indifferentia ad duo oppoſita. Si enim voluntas, prout ordinatur ad actum, eſt ſemper ens; iam in eius natura eſt

A ſolum ordinatio ad vnum, & per conſequens non eſt ibi definitio naturę volun-
tatis: quod theologi negant. Et poteſt etiam hęc ratio declarari per dicta Auer.
in primo cęli.com.128.134. & 124. & in tertio cęli. com. 52. vnde in com. 128.
ait.idem, in quo eſt potentia ad eſſe aut non eſſe infinita, impoſsibile eſt vt ſit in
præterito abſque futuro, nec in futuro abſque pręterito. cuius rationem.d.quoniã
infinitum ſimpliciter comprehendit duo tempora neceſſario. Modo ſub iſta maio
ri aſſumatur hęc minor. ſed voluntas ęterna, ante inſtans factionis mundi. eſt po-
tentia in tempore infinito pręterito. ergo erit etiam in tempore futuro infinito. et
ſic deſtruitur definitio voluntatis. Iſta maior declaratur etiam aliter in com.134.
ibidem ſic. & cum poſuerimus tempus eſſe, aut tempus non eſſe durare in infini-
tum, non inuenitur tempus, quod dignius ſit ad eſſe magis quam ad non eſſe, aut
econuerſo. neceſſe eſt igitur vt id, quod eſt non ens in tempore infinito pręteri-
to, ſit non ens ſemper. & ſimiliter id, quod eſt ens in tempore infinito pręterito
vel futuro. ſit tale in omnibus temporibus: quoniam natura infiniti non magis li-
mitatur ad pręteritum quam ad futurum: ideo vel neutrum erit, vel erit in ambo-
bus temporis infiniti. Et tu inſpicias commentum, 133. & 124. & tertio cęli. cõ.
51. quoniam tibi ſit hęc ratio clarior, & vellem declarare huiuſmodi rationes
pluries, ſed non eſt locus hic, nec tempus: ſatis eſt mihi expoſuiſſe eas meliori mo
do quam potui ex dictis huius philoſophi. Et tu vides quomodo non ſunt demon
B ſtrariuę, immo nec probabiles, quoniam tãtum ex dictis ab eis procedunt. Vnde
theologi dicunt ꝙ volũtas diuina poteſt eſſe reſpectu infiniti poſtpoſiti effectus,
non tamen ſequitur ꝙ ſemper, ſed id ſequeretur, quando Deus ageret ex neceſsi-
tate naturę, & non ex ordinatione ſua, & voluntate, & intellectu.

Infinitũ nõ magis limitatur ad pte ritũ quã ad futurum.

Poſitio theologorum.

A L G A Z E L.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit aliquis
hoc falſum eſſe manifeſta falſitate; quoniam innouatum ha-
bet efficientem, & cauſantem, ſicut eſt falſum innouatum eſſe
abſque efficiente, & cauſante, ſic etiam eſt falſum eſſe aliquod efficiens
cum complemento ſuarum conditionum, ad hoc vt ſit efficiens, &
cauſans, ac fundamentum, adeo ꝙ non remanſit ex eis aliquid omni-
no, deinde retardatur ab eo cauſatum, ſed eſſe cauſati apud verifica-
tionem cauſantis cum complemento ſuarum conditionum eſt neceſſa
C rium, & eius tardatio eſt falſa, ſicut eſt falſum eſſe innouatum cauſa-
tum abſque cauſante. Et ante eſſe mundi erat volens repertum, & vo-
luntas reperta, & proportio eius ad volitum reperta, & non eſt innoua
tum volens, nec voluntas, nec fuit innouata voluntati proportio, quæ
ante non fuerat. nam totum hoc eſt mutatio. ergo quomodo innoua-
tum eſt volitum? & quid prohibuit quin ſit innouatum antea? & di-
ſpoſitio innouationis non ſeparata eſt a diſpoſitione priuationis inno
uationis in aliqua rerum, nec in aliqua diſpoſitionum, nec hora hora-
rum, nec proportione proportionum, ſed omnia eadem, ſicut fuerant
antea, & adhuc non fuit eſſe rei volitæ, remanſerunt prout fuerant, &
tamen reperitur volitum, ergo non eſt hoc niſi vltimitas inſaniæ.

Cum reprobauit Alga, & adduxit motiua philoſophorũ, vult modo adducere
verba Alga. illam ſententiam confirmantia, & primo proponit intentionem Al-
ga.d. (Ait Alga. reſpondens pro) philoſophis, & poſt redarguens ſeipſum. (Et
ſi forte, Nunc proſequitur, & dicit. (Etſi forte aliquis diceret hoc), i. nouum pro-

ęedere ab antiquo, eſt falſum manifeſte: & hęc litera debet legi ſuſpenſiue vſque D ibi. (Nos tantum reſpondemus.) In quarto dubio (quodlibet namq;) probat id eſſe falſum. d. (Quodlibet namq; innouatum indiget cauſa dante ſibi eſſe. Tunc arguit per locum a ſimili (ſicut impoſsibile eſt aliquid innouari abſq; cauſa inferente & dante eius eſſe. Sic eſt ſimpliciter impoſsibile reperiri quoddam cauſans cum omnibus ſuis conditionibus, quibus cauſa eſt alterius effectus, quod ſuum cauſatum non reperiatur immediate) id eſt ſine eius effectu: & per hoc vult habere maiorem: & minor pręponebatur & erat: quodlibet namq; cauſatum indiget cauſa dante ſibi eſſe: tunc ſupplenda eſt concluſio, ſcilicet ergo impoſsibile eſt eſſe cauſans cum omnibus requiſitis ad eandem ſine eius effectu proprio & adęquato. (Immo neceſſarium.) Hic remouet ſolutionem quandam: poteſt enim negari ſimilitudo: quoniam plus dependet effectus cauſa eius quam econtra. & ideo non poteſt eſſe cauſatum niſi ſit cauſa, licet bene econuerſo. Hanc ſolutionem remouet. d. (Immo neceſſarium eſt quod reperiantur prout duo relatiua ſunt.) Hęc eſt minor, & concluſio. Prima enim pars eſt concluſio: ſecunda eſt minor. deinde accipit maiorem. d. & de natura relatiuorum eſt, vt ſint ſimul & ſemel) & per hoc remouetur ſolutio iam dicta: ſi enim ambo ſunt ęqualiter relatiua omnino oportet vt ſimul ſint & non ſint, vt ſatis in Metaphyſica. (Vnde poſtquam) hic ponit concluſionem principalem, & repetit in forma dubitationis omnes rationes factas fere. d. (Vnde poſtquam) ſcilicet Deus E ante mundi eſſe eſſet volens producere, & erat voluntas directa ad eſſe ipſius mundi, & ſimiliter erat proportio eorum ad id, in quo dirigitur, & nullus volens erat ſup. impediens illum, ita quod nullus volens impediens nouiter ortus eſt, nec voluntas nouiter orta eſt, nec aliqua proportio innouata eſt, aut ordinata: qualiter ergo ab eo. ſ. Deo mundus innouari debet. i. nouiter procedi debet? quaſi impoſsibile eſt hoc: nec ſup. debet procedi poſt puram infinitam priuationem. ſ. infinitum non eſſe. Deinde tangit aliam rationem. d. (vel quid ergo ante reſiſtebat dicto proceſſui, vt non ad actum egreſſus eſſet: ergo mundus ab ęterno reperitur neceſſario) vt dixi, tota hęc litera debet legi ſuſpenſiue vſque ad quartum dubium.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc eſt manifeſtum in vltimitate manifeſtationis, niſi apud negantem aliquam propoſitionum poſitarum ſuperius. ſed Alga. ſe permutauit ab hoc ad exemplum poſitiuum, & inuoluit cum eo hanc reſponſionem Philoſophorum. & hoc F eſt, quod dixit.

Hic Auer. nihil aliud facit, niſi quod auctoritate ſua confirmat dicta Alga. d. (dicimus nos. quod omne, quod pro philoſophis allegabamus, veriſsimum eſt et clarum: niſi apud aliquem proterunt negantem aliquam illarum prędictarum propoſitionum) quę ponebatur in ſyllogiſmis factis,

ALGAZEL.

AIt Alga. Et non eſt falſitas huius generis in cauſato, & cauſante neceſſario, & per ſe tantum, ſed etiam accidentali poſitiuo. nam, ſi homo dixerit repudiare vxorem, & non peruenerit repudium, ſtatim non imaginatur quod adhuc perueniet: quoniam poſuit ſermonem cauſam iudicii poſitione, & deliberatiue: & non intelligitur retardari cauſatum, niſi dependeat repudium in ad-

A uentu patris, aut in introitu in domũ. & non erit ſtatim, ſed cum aduentu patris, & in introitu in domum. & ſuperſedebit peruentio cauſati vſque ad inuentionem eius, quod non inuenitur nunc. & non peruenit res, niſi iam innouata fuerit diſpoſitio, & eſt ingreſſus in domũ, aut aduentus patris, adeo quòd, ſi voluerit aliquis aſſumere cauſatum a loquela circa peruentionem eius, quod non peruenit, non intelligitur, licet ipſemet ſit ponens & eligens expreſſe poſitionem. &, cum hæc poſitio non fuerit intellecta. & eam non intelligimus, quomodo intelligemus hoc in cauſatis eſſentialibus intellectualibus neceſſariis? In conſuetudinibus autem id, quod eſt in intentione noſtra, non retardatur ab intentione cum præſentia intentionis ad id, niſi propter prohibens. ſi autem verificabitur intentio, & poſſe, & auferuntur prohibentia, non intelligitur retardari ei eſſe intenti. & hoc quidem imaginatur in deliberatione. quoniam deliberatio non ſufficit ad hoc, vt ſit actio, ſed deliberatio ad ſcribendum nunquam faciet ſcripturam, niſi innouetur intentio reperta in homine, cũ venerit hora actionis. Si autem fuerit voluntas antiqua. vt eſt intentio noſtra ad actionem, non poteſt imaginari retardari intentum, niſi propter prohibens, nec imaginari præceſſionem intentionis. nam non intelligitur intentio in die ad ſurgendum in mane, niſi per viam deliberationis. Si autem fuerit voluntas antiqua, vt eſt deliberatio noſtra, hoc quidem non ſufficit in aduentu deliberati, ſed impoſsibile eſt abſque innouatione emanationis intentionis apud inuentionem. & in eo eſt ſermo de mutatione. Iterum remanet dubitatio, quare hæc emanatio, aut intentio, aut electio, aut voluntas (appella eam vt vis) innouatur nunc, & non antea. & ſic aut inuenietur innouatum abſque cauſa, aut procedet in infinitum. & reuertitur ſermo ad id, quod reperitur cauſans cum complemento ſuarum conditionum. & non remanſit aliquid demonſtratum tale, & tamen retardatur cauſatum, & erit abſq; diſpoſitione innouata: quod eſt falſum.

Lõge differt hic ab antiquo tex.

B

C

Sicut dixi, nunc reſponder argumentis philoſophorum dictis, & terminatur ſuſpenſio: & forte litera illa fuit diminuta, & debebat ei ſuppleri terminus ſuſpenſionis ſic.ſ. & ſi forte aliquis diceret qđ eſt falſum manifeſte ſub. arguemus ſic contrarium: quodlibet namq;, & reliqua. Et ſi forte litera non eſt diminuta, &, debet hic terminari ſuſpenſio, & quaſi dicat, ſi forte dicatur quod opinio legis eſt falſa manifeſte propter rationes dictas (nos tm̃ reſpondemus quod produci aliqđ nouiter diuina voluntate, non proprie dictis verbis reprobatur propoſitis). i. prædictis. Et ſtatim declarat quę propoſitio eſt neganda.d. (& dicemus quod in [illegible]to agente perfecto cum ſuis omnibus conditionibus, oportet quod inue[illegible]atur ſuus actus ſiue effectus: non eſt vera propoſitio) & per hoc vult negare maiorem, & eius ſimilitudinem. (Oportet namq;. Præpoſita reſpoſione ſtatim declarat illam. Vbi debes ſcire quod propoſitio concedenda a philoſophis eſt duobus modis: aut habita vi concluſionis demonſtrationis: aut quia eſt maxima, quam quis audiam concedit ſtatim. Declarat ergo quod neutro modo poteſt poni dicta propoſitio, quam maior probabat.d. oportet namque vt illa propoſitio recipiatur, id eſt concedatur ex vi concluſionis ſyllogiſmi ſcilicet demonſtratiui, aut quod illa dicatur quod maxima eſt. Declarat neutrum

Duplex eſt ꝓpõ, quæ a philoſophis conceditur.

eſſe horum.d.probari autem demonſtratiue nequit: quia eſt inductiua.ſ. vniuerſalis. & pręmiſſa, quę tantum inductione fit nota, vt dictum eſt in poſterioribus analiticis, tunc. d.& ſi probatur inductione forti: ſi in rebus creatis ſeu cauſatis concedenda eſſet: ideo forſitan dubitabilis eſſet, & forte falſa. & per conſequens non poteſt probari demoſtrationi: deinde probat eam non eſſe maximam.d. (vnde ex hoc patet ꝙ maxima eſſe non poteſt) ꝙ probat.d. (maximę propoſitiones dicuntur primę cognitiones) tunc per impoſsibile: (& ſi hęc propoſitio ſic ſe haberet).i. eſſet maxima prima cognitio. (ergo eſſet conceſſa ab omnibus ꝙ falſum eſt.) Et vis argumenti eſt: omnis maxima eſt prima cognitio ab omnibus cōceſſa.i. hęc propoſitio per philoſophos eſt maxima. ergo eſt prima cognitio ab omnibus conceſſa: ꝙ falſum eſt, D

Dupliciter debilitat̃ ꝓpoſitio philoſophorū.

Debes ſcire quod duobus modis hęc propoſitio poteſt in deo debilitari: vno modo, quoniam deus eſt agens plene libere & contingenter ad extra: & tunc quantuncunque ſint omnia requiſita, & nihil deficiat: attamen nō producit, quia non vult: itaque illa propoſitio non tenet in agentibus voluntate & intellectu. Hęc reſponſio eſt omnium chriſtianorum. & talis reſponſio eſt multum apparēs apud me. Secundo poteſt debilitari: quoniam Deus eſt agens ſecundum modum, quem ignoramus, vt dicebat Alga. ſupra. & quia ſic eſt: iſta propoſitio eſſet ſimpliciter neganda in eo: & licet cōcedenda in rebus naturalibus: quia tamē Deus eſt agens ſupra naturam: & tali modo quod nobis eſt eius modus agendi immanifeſtus: ideo hęc propoſitio eſt neganda. E

AVEROES.

Ait Auer. Hæc exemplificatio eſt poſitiua de repudio, & exiſtimauit cum ea roborare rationes Philoſophorum: eas tamen debilitat, nam ſecta aſſaria poteſt dicere ꝙ, ſicut retardatur repudium loquelæ vſque ad aduentum conditionis, cum fuerit mane, aut aliud, ſic retardatur eſſe mundi in actione Dei vſque ad tempus inuentionis conditionis, a quo dependet. & eſt hora, qua intendit eſſe eius. Attamen non eſt ſic in materialibus, ſicut eſt in intellectualibus. qui autem aſsimilat hunc mundū materialem intellectuali, eſt ex eis, qui ſequuntur cortices rerum,

Qui aſsimilat hunc mūdū materialē itellectuali ſequitur cortices rerum.

ALGAZEL. F

Ait Alga. Non eſt neceſſe apud iuſſum, & non eſt apud aduentum conditionis retardantis iuſſui mandantis. quoniam non erit iuſſus abſque eo, ꝙ copuletur ei actio mandantis, & non eſt proportio intellecti ex eo, quod aſſumitur a natura in hac intelligētia a ſubiecto ſibi conuenienti. Deinde dixit Alga. reſpondens quidē pro ſecta Aſſaria. & reſponſio eſt, vt dicatur falſum eſſe voluntatem antiquam dependere ab innouatione rei, quicquid ſit, &c. vſque ad, & inconueniens abſolutum non ſufficit abſque demonſtratione.

AVEROES.

In paucis cōuenit hic tex. cū exp.

Ait Auer. Hic ſermo eſt ex ſermonibus nimium rhetoricis. & vis eius eſt ꝙ, cum poſuerit aliquis ꝙ, cum ſit agēs cum omnibus ſuis conditionibus,

A conditionibus, impoſsibile eſt vt retardetur ei actum, nō euadet quin ponat hoc ſciri aut ratione, aut quia eſt ex rebus per ſe notis. ſi autem ratione, oportet quidem eum vt eam afferat. & tamen nulla eſt ibi ratio. ſi vero poſuerit hoc tanquam per ſe notum, oportet vt id ſciāt omnes homines diſputantes, & alii. & hoc non eſt verum: quoniam non eſt de conditione requiſita in rebus per ſe notis, vt ſciāt eas omnes homines: nam hoc non eſt magis quàm eſſe famoſum: ſicut non eſt neceſſe ei, quod eſt famoſum, vt ſit per ſe notum. Non eſt neceſſe ꝙ famoſum ſit p ſe notum.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. tanquā reſpondens pro ſecta Aſſaria. Nos autem de neceſsitate intellectus ſcimus quòd non imaginatur cauſans cum complemento ſuarum conditionum abſque cau B ſato. & permittere hoc eſt dominatio ex neceſsitate intellectus, &c. vſque ad, non ſciebat artem ſuam omnino.

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ ipſi non ponunt poſsibilitatem contrarii eius, quod videtur de neceſsitate impoſsibilitatis retardationis acti actioni agentis abuſiue, & abſque ratione perducente eos ad hoc, ſed poſuerunt hoc ex demonſtratione, quæ perduxit eos ad innouationem mundi. ſicut non ponunt Philoſophi contradictionem neceſsitatis intellectionis ſciti cum numeratione ſcientiæ, & ſciti, eo quòd vniuntur in Deo glo, niſi per viam demōſtrationis, quam exiſtimauerunt adduxiſſe eos ad hoc in æterno ipſo, & eo magis eum, qui poſuit ex Philoſophis contradictionem neceſsitatis eius, ꝙ ſciens ſcit ſeipſum, & non ſcit opus ſuū, cū dixerit in Deo C glo. ꝙ non ſcit, niſi ſeipſum. Attamen hic ſermo, cum inſpicitur, eſt de genere oppoſitionis corrupti corrupto. nam omne ſcitum ſcientia vera, & vniuerſali in omnibus entibus, non reperitur demonſtratio, quę contradicat ei. & omne, cui reperitur demonſtratio contradicens, reputatur quidem eſſe verum, non quòd ſit verum in rei veritate. Et ideo, ſi fuerit notum per ſe vere eſſe numeratam ſcientiam, & ſcitum in apparenti, & in occulto, nos profecto ſententiabimus quòd non eſt demonſtratio apud Philoſophos eſſe eandem, & in Deo glo. ſi vero ſermo de numeratione ſcientiæ, & ſciti eſt opinio, bene poſsibile erit de identitate eorū apud Philoſophos eſſe demonſtrationē. & ſimiliter, ſi fuerit per ſe notū ꝙ non retardatur actum agentis actioni eius, & poſuerit contrarium huius ſecta Aſſaria ex eo, ꝙ apud eos in hoc eſt demōſtratio, nos quidem ſciemus ſententia inciſiua ꝙ non eſt apud eos in hoc demonſtratio. Et hoc quidem, & ſimilia, quando euenerit eis diſputatio, reuertitur res ad conſiderationem creationis cōuenientis, Scitū demōſtratione neceſſaria non habet ꝙ ſibi contradicat.

quę nõ ſit nutrita in opinione, & exiſtimatione.qñquidẽ id imagina- D
tus eſt ille cũ ſignis, & cõditionibus, quibus diſtinguitur inter verita-
tẽ, & exiſtimationẽ in libris Logicæ: ſicut eſt, cũ cõmoti fuerint duo in
vno ſermone, & vnus quidẽ eorum dicit, ꝓ ſit verſus, reliquus vero ꝓ
nõ ſit verſus:non reuertitur iudiciũ in eo, niſi ad creationẽ perfectam:
quę quidẽ diſcernit verſum a non verſu, & ad ſcientiam verſuum. &
ſicut ille, qui apprehendit verſum, nõ prohibetur ei, quin neget eum
negãs, ſic ẽt eſt in eo, quod eſt verũ apud vnũ hoĩem, non prohibetur
ei, quin neget id negans. Iſti aũt ſermones oẽs ſunt in vltimitate mol
litiei, & debilitatis. oportebat tñ eũ, vt non inuoluiſſet hunc ſuum li-
brũ his ſermonibus, ſi fuerat intẽtio eius in eo loqui cũ hoĩbus priua-
tis. Et, qm̃ conſequentia, quæ adduxit in hac ſua diſputatione, ſunt ex-
tranea, & extra diſputationẽ, dixit ſtatim ſed non permittemus conſe
quẽtia huius diſputationis, & dicimus eis, quare negatis aduerſariis,
cũ dixerint antiquitatẽ mundi eſſe falſam? qm̃ inducit ad tenendũ re-
uolutiones cœli infinitas numero, & nõ eſt numerus vnitatibus earũ, E
licet habuerint ſextũ, quartũ, & medium, &c. vſq; ad, & neceſſe eſt vo-
bis dicere ꝓ non ſit par, nec impar, vt recitabimus poſtea. Et hæc ẽt
eſt quæſtio ſophiſtica. & ſumma eius eſt. qm̃, quemadmodũ vos non
poteſtis contradicere noſtræ rationi, ꝓ mundus ſit creatus, & eſt quia,
ſi eſſet non creatus, eſſent reuolutiones non pares, nec impares, ſic etiã
nos non poſſumus contradicere ſermoni veſtro, ꝓ, cũ fuerit agens non
deficiẽs habere conditiones agentis, non retardetur ei actũ. & hic qui-
dem ſermo finis eius eſt confirmare dubitationem, & eam confiteri: &
eſt vna intentionũ ſophiſtarũ. Tu aũt, qui huic libro incumbis, iam
ſciuiſti ſermones, quos dixerunt Philoſophi circa affirmationem, ꝓ
mundus ſit antiquus, cum hac ratione, & ſermones, quos dixit ſecta
Aſſaria in contradictione eius. & audi rationes ſectæ Aſſariæ circa no
uitatem: & audi ſermones, quos dixerunt Philoſophi in contradictio-
ne rationum ſectæ Aſſariæ in eo, quod ſcripſit iſte homo. F

Cum induxit argumentum peripatheticorum, & reſponſionem Alga. vult modo logice contradicere illi. Vbi debes ſcire quod argumentum philoſophorum totum firmatur in vna propoſitione, ſcilicet iſta: omne agens perfectum, non impeditum, habens omnes conditiones agendi agit: & tunc tota ratio philoſophorum procedebat, vt vides. tota ergo lis eſt de huiuſmodi propoſitione, an ſit vera, an falſa. & ſi vera, quomodo ſcimus eam eſſe veram? &ı ſi falſa, nihil iuuat nos. cui reſpondet Auer. d. (Dicimus nos quod hæc propoſitio aut eſt de ſe nota). i. prima (aut eſt per perfectam inductionem manifeſta.) Vbi debes ſcire, vt dicitur. 2. Topicorum. cap. 4. quod cum profertur aliqua propoſitio vniuerſalis vel affirmatiua, vel negatiua, & non datur inſtantia niſi in eo, in quo ſumus diſputantes, nec eius aliqua particularis, non eſſe ita poteſt probari demonſtratione: conſtruenda eſt. verbi gratia ſi dixero an boni & mali ſit eadem diſciplina: & in probatione illius accipio iſtam: omnis diſciplina eſt vna: tunc non debes inſtare per propoſitionem illam, in qua ſumus diſputantes: quia ſic omnis inductio eſſet infirma, & facile poſſemus ei contradicere. Dixi autem quod nec aliqua particularis poteſt demonſtratione probari pro oppoſito vniuerſalis: quoniam adhuc poſſet inductio infirmari. Sunt ergo duæ

D A conditiones ad hoc, quod inductione probetur aliqua propoſitio vniuerſalis: prima, quod non debeat dari inſtantia in propoſitione quæſita. ſecunda, quod aliqua eius particularis demonſtratione non probetur ad contrariam partem illius vniuerſalis: defectu ſecundæ non eſt iſta inducibilis: omne animal eſt irrationale, homo eſt animal: ergo homo eſt irrationalis: quoniam, & ſi non poteſt dari inſtantia in maiori de homine, poteſt dari particularis, aliquod animal non eſt irrationale: & declarari per rationem: defectu primæ iſta non eſt inducibilis: omne, quod mouetur, quieſcit, cælum mouetur: ergo cęlum quieſcit: vt patet. Applicando modo ad propoſitum, illi propoſitioni, non poteſt dari inſtantia in Deo: quia iam in Deo facimus quæſtionem, nec poteſt demõſtrari de Deo contrarium illius propoſitionis, ergo eſt ſimpliciter concedenda: & per conſequens inductione eſt per ſe nota. & hoc dixit, maxime quod contrarium, id eſt contradictorium probari nequit.

Sed circa huiuſmodi rationem eſt locus quæſtionis. 8. Topico. quoniã, vt dicitur, inductio petit. ergo propoſitiones per ſe notæ non debent inductione confirmari. Vbi debes ſcire ꝙ inductio & infert, & quandoque probat: inferre enim eſt proprium argumento, vt argumentum eſt: vnde inductio ipſa, vt quoddam argumentum, de neceſsitate infert. Sed non ſemper probat, niſi quã'o ſunt

Inductio nõ tm̃ ifert, ſed etiã probat quandoq;.

B B particulares ſeu ſingulares propoſitiones eſſentiales, de quibus ſit vnum iudicium: vt, ſi dicam, hic ignis calefactiuus, & hic. ergo omnis: quoniam prima propoſitio eſt eſſentialis: & iam ſciũt philoſophi ꝙ omnis propoſitio eſſentialis eſt de omnibus conſimilibus ſubiectis in ſpecie vera, ideo erit vis eius vis demonſtrationis. Et tunc dico ꝙ inductio eſt duplex, ſcilicet dialectica, & demonſtratiua. prima infert, & non probat. ſecunda infert, & probat. vt poteſt colligi. 2. Phyſi. com. 80. & inductio præſens eſt demonſtratiua, vt vides: & 2. Priorum Auer. declarat tertiam ſpeciem inductionis, ſcilicet demonſtratiuę dialecticæ & ſophiſticæ: vide ipſum. (Et ſi forte) hic declarat qualiter accidit multis negare propoſitiones per ſe notas. d. & ſi forte aliquis per quandam phantaſiam eam negauerit, vel propter neceſsitatem quorundam principiorum, quæ ponunt theologi: quorum vnum eſt: omnia deus ex nihilo fecit, &c. non eſt mirũ: cuius cauſam dicit: multi enim rudium antiquorum negabant motum, vt Parmenides, & Meliſſus: & partem continui diuiſibilem eſſe, immo dixit continuum eſſe indiuiſibile: contra quos Ariſto. fecit librum ſextum Phyſi. & ideo philoſophi peripathetici de talibus non curant. Deinde exclamat quaſi omittendo opinionem eiuſ. d. (Et tu, ſcilicet lector, o frater mi iam audiuiſti philoſophorum verba, & huius hominis obiectiones in præfato propoſito, videlicet in creatione mundi, & ſenſiſti philoſophorum robur, & iſtius hominis debilitatem.) Deinde excla-

Duplex inductio.

F C mat hortando auditorem ad verba ſequentia. d. (Deinde o frater audi verba huius hominis nomine loquentium in propoſito prædicto, & defenſiones philoſophorum ſuper ea.) Debes ſcire ꝙ theologi dicerent quod inductio debet fieri in indiuiduis eiuſdem rationis, & ſpeciei: & quia Deus, & homines ſunt alterius generis: ideo dicerent quod dicta Auer. ſunt voluntarie dicta, & argumentum nihil eſt.

Poſitio theologorum.

ALGAZEL.

Ait Algazel. Et dicimus, quare negatis aduerſario, cũ dixerit antiquitatem mundi eſſe falſam? quoniam cauſabit reuolutiones orbis infinitas numero, & non eſt numerus vnitatibus earum, licet habuerint ſextum, quartum, & medietatem. nam orbis Solis voluitur in anno vno, & orbis Saturni voluitur in triginta annis: igitur reuolutio Saturni erit tertia pars decimę reuolutionis Solis, & reuolutio Iouis medietas ſextæ reuolutionis Solis: nam ipſe

voluitur in duodecim annis.&,ſicut non eſt finis in numero reuolutionum Saturni, ſic non eſt finis in numero reuolutionum Solis, licet ſint tertia pars decimæ.& ſic etiam non eſt finis in reuolutionibus orbis ſtellarum,quæ voluuntur in triginta ſex millibus annorum ſemel,ſicut non eſt finis in motibus ortus Solis in die, & nocte ſemel. D Si autem aliquis dixerit ꝙ falſitas huius habetur neceſſario, quæro quomodo recedent ab hoc ſermone? Si vero dixerit,numerus harũ reuolutionum aut eſt par,aut impar?ſeu par, & impar ſimul? ſeu nec par, nec impar. Si quide dixeritis par, & impar ſimul, ſeu nec par, nec impar, tunc habebitur falſitas eius neceſſario, Si vero dixeritis par, tunc par fiet impar in eodem. & quomodo determinauit id, quod eſt infinitum vnum, Si vero impar,tunc impar fiet par in eodẽ, & quomodo terminauit hoc vnum,quo fit par? & ſequitur vobis neceſſario ſermo,ꝙ non ſit nec par,nec impar.

Si mundus fuiſſet ab æterno, reuolutiones orbium eſſent infinitæ.

Quia propoſuit adducere verba Alga.qui nomine loquentium arguit contra mundi æternitatem,ideo hic adducit illa,& dicit(ait Alga.adhuc dicimus quod E impoſsibile eſt mundum eſſe ab æterno)quod probat vi entimematis, dicit nãque,pro quia hæc propoſitio induceret ad aſſerendum volutiones orbium infinitas in numero. Eſt ergo vis argumenti,quod ſi mundus præfuiſſet ab æterno, omnes reuolutiones omnium orbium eſſent numero infinitæ. Et ſecundo, ſequitur quod earum vnitates, id eſt, numeri eſſent inconcluſibiles, id eſt, non recipientes concluſionem & numerum, licet habeant partes terminatas. Verbi gratia, vt dimidium, & tertium, & quartum. In arabico autem ſic iacet hæc litera. (Eo quod earum numeri, & menſuræ ſunt ſine fine: licet earum portiones ſint terminatæ ad ſe inuicem.)& tunc iſta verba ſunt quaſi declaratio conſequentiæ iam factæ, & mihi plus placent. (Et cum orbis) hic probat id inconueniens eſſe impoſsibile:& virtus eius eſt,quod eo dato ſequitur vnum infinitum eſſe maius altero,& infinitum recipere maius & minus. Pro deductione iſtius ſic procedit:quia primo proponit declarationem conſequentiæ, & ſecundo infert conſequentiam:ſecunda ibi(ergo infinitum)quantum ad primam partem ait & cum orbis, ſcilicet proprius ſolis circuit totum mundum in vno anno,dixi de motu proprio, quia de motu diurno non eſt ita. Saturnus vero in 30. annis vel fere: ergo reuolutio Saturni eſt tertia decimæ partis reuolutionis ſolis. Iuppiter ſemiſextæ partis reuolutionis ſolis: quia ipſe circuit mundum.12. annis. Tunc recolligit quid vult habere per hoc, & dicit vnde, ſi F mundus eſſet ab æterno, eſſent reuolutiones infinitæ: & reuolutiones Saturni tertia dicimæ partis reuolutionum ſolis, & ſimiliter reuolutiones firmamenti, id eſt, octaui orbis: quarum vna fit.36000. annis ſunt infinitæ, ſicut reuolutiones diurni motus ſunt infinitæ.(Ergo infinitum) nunc infert inconueniens, & dicit(ergo infinitum recipit maius & minus: quod eſt abſurdum) conſequentia ex dictis iam manifeſta eſt: eo quia reuolutiones omnes ſunt infinitæ: & tamen reuolutiones Saturni ſunt in minori quantitate quam illæ ſolis, & illæ octauæ in minori quantitate quam illæ diurni motus:ergo infinitum recipit magis & minus.

Quilibet planetarũ mouetur motu proprio.

Motus planetarũ diuerſi ſunt in q̃titate.

Debes ſcire primo, quod quilibet planeta mouetur motu proprio,a proprio oriente ad proprium occidens ſupra propria puncta, & per partes proprias, & mouetur motu communi,ſcilicet diurno, qui in 24. horis diuoluit totam terram:motus planetarum diuerſi ſunt in quantitate: quoniam quædam eſt maior:& quædam minor: vnde maximus eſt motus octaui orbis, & poſt illum motus ſaturni,& ſic ſucceſsiue breuiſsimus eſt motus lunæ, vt ſcis Eſtimandum eſt ergo,quod vbi Saturnus ſemel circuit totam terram: ſol. 22 vicibus plus vel minus: & ſic numerus reuolutionum Solis ſunt multo plure quam ſint reuolutiones Saturni,vt vides: & ſicut dico de ſole, & ſaturno, poſ

A ſum dicerê de alijs. Et quanto plures in numero ſunt reuolutiones diurni motus octauæ ſphæræ quam reuolutiones propriæ, vt ſcis: & per conſequens, ſi omnes ſunt infinitæ: tunc numerus reuolutionum diurni motus erit maior numero reuolutionum propriarum: & numerus reuolutionum ſolis maior erit numero reuolutionum Saturni: & quilibet numerus eſt infinitus: ergo vnum infinitum eſt maius altero. Secundo debes ſcire, quod apud Ari. octaua ſphæra non mouetur alio motu quã diurno, vt dictum eſt in Met. attamen Ptolemeus, & Alg. & Aui. ponũnt vltra motum diurnum, motum econtra illi: eo quia inuenerunt octauam ſphæram, & vltra illam, nonam, vt patet in libris eorum: & quomodo ſint hæc, iam videnda ſunt in aſtronomia modernorum.

Octaua ſphæra non mouetur alio motu, niſi diurno ſecũdũ Ariſt.

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt, cum imaginati fuerint duo motus habentes reuolutiones inter extremitates vnius tẽporis, deinde imaginata fuerit pars vniuſcuiuſque eorum inter extremitates alterius temporis, tunc proportio partis ad partem eſt
B proportio totius ad totum. Verbi gratia, ſi fuerit reuolutio Saturni in ſpatio temporis, quod dicitur annus, tertia pars decimæ partis reuolutionis Solis in eodem ſpatio, tunc, cum imaginati fuerint omnes reuolutiones Solis ad omnes reuolutiones Saturni, quæ fuerint in eodem tempore, de neceſsitate quidem erit proculdubio proportio omnium reuolutionum vnius motus ad omnes reuolutiones alterius motus proportio partis ad partem. Attamen, cum non fuerit inter duos motus vniuerſales proportio: quia vnuſquiſq; eorum eſt in potentia, i. nõ habẽs principium, nec finem, & fuerit ibi proportio inter partes, quia vnaquæque earum eſt in actu, tunc non ſequitur de neceſsitate vt ſit proportio totius ad totum proportio partis ad partem, vt poſuerunt homines in rationibus ſuis: qm̃ non reperitur proportio inter duas dimenſiones, & duas menſuras, quarum vnaquæq; ponitur infinita, ergo Antiqui, quia poſuerunt exempli gratia vniuerſum motum Solis
C non habere principium, nec finem, & ſic motum Saturni, nõ erit quidem proportio inter eos omnino vt ſequatur ex hoc, vt ſun ma vniuſcuiuſque eorum ſit finita, ſicut ſequitur in duabus partibus ipſius ſummæ. & hoc eſt manifeſtum per ſe. Hic autem ſermo facit opinari ꝙ, cum fuerit proportio partium ad partes proportio multi ad paucum, ſic etiam ſequitur in genere, vt ſit proportio vnius eorum ad alterum proportio multi ad paucum. Attamen hoc ſequitur, cum fuerint ambæ ſummæ finitæ: cum autem non fuerit ibi finitas, non eſt ibi multitudo nec paucitas. &, cum ponitur, ꝙ ibi ſit proportio multitudinis ad paucitatem, imaginatur ꝙ ſequatur ex hoc alia falſitas, & eſt ꝙ ſit infinitum maius infinito: quod quidem eſt falſum. cum enim accipimus duo infinita in actu, tunc reperitur proportio inter ea: cum autem accipimus ea in potentia, non eſt ibi proportio. Hæc eſt reſponſio huic quæſtioni: non autem id, cum quo reſpondit Alga. pro Philoſophis. & cum hoc reſoluuntur omnes dubitationes euenientes eis in hoc capi-

Vbi non eſt finitas non eſt ibi multitudo neque paucitas neque ꝓportio.

tulo. Et difficillima omnium eſt illa, quam aſſueti ſunt dicere, ſcilicet ſi fuerint motus in tempore præterito infiniti, non reperitur motus ex eis in tempore præſenti demonſtrato, niſi finiti ſint antea motus infiniti. & hoc quidem eſt verum, & conceſſum apud Philoſophos, ſi poſiti fuerint motus præcedentes conditio requiſita in eſſe poſteriorũ. nam, cum oporteat vt reperiatur vnus, oportet vt reperiantur ante eũ cauſæ infinitæ. & nemo ſapientum concedit eſſe cauſas infinitas, ſicut eſt poſſibile hoc apud Daharios: quoniam ſequeretur eſſe cauſatum abſque cauſa, & motum abſque motore. ſed Philoſophi, quia induxit eos demonſtratio, quòd hic ſit principium motiuum æternum, cuius eſſe non habet principium, nec finem, & quòd actio eius neceſſe eſt vt ſit non retardans eſſe eius, ſequitur ergo apud eos vt actio eius non habeat principium, ſicut eſt in eſſe eius. ſin autem, tunc actio eius erit poſſibilis, non neceſſaria, & non erit principium primum. ergo ſequitur vt actiones agentis, cuius eſſe non habet principium, non habeant principium, ſicut eſt diſpoſitio in eſſe eius. &, cum ſic fuerit, neceſſe eſt vt non ſit aliqua ſuarum operationum primarum cõditio requiſita in eſſe ſecundæ. quoniam vnaquæque earum non agit per ſe, & eſſe vnam ante alteram eſt per accidens. & eſt poſſibile apud eos eſſe infinitũ per accidens, non autem per ſe. immo eſt neceſſe vt ſit hæc ſpecies infiniti neceſſaria ſequens eſſe principii voluntarii æterni. & hoc non eſt in imaginationibus motuum ſuccedentium, aut continuorum tantum, ſed etiam in rebus, in quibus exiſtimatur quòd præcedens ſit cauſa ſubſequentis, vt homo, qui generat hominem, & ſimilia. nam faciens hominem demonſtratum, mediante alio homine, neceſſe eſt deuenire ad agens primum antiquum, cuius eſſe non habet principium, nec in faciendo hominem ab homine, & eſſe hominẽ ab alio homine in infinitum eſt generatio per accidẽs: anticipatio vero, & poſtpoſitio per ſe. nam ſicut agens, cuiuſ eſſe non habet principium, non eſt principium operationibus ſuis quas operatur abſque inſtrumento, ſic non eſt principium inſtrumento, quo operatur operationes ſuas, quibus non eſt principium ex operationibus quidem eius, quarum mos eſt, vt ſint cũ inſtrumento. Et, quia opinati ſunt Loquentes ꝙ id, quod eſt per accidens, ſit per ſe, negauerunt eſſe eius, & eſt difficile ſoluere ſermonem eorum: & exiſtimauerunt quòd ratio eorum ſit neceſſaria. Attamen hoc eſt manifeſtum ex verbis Philoſophorum. quoniam declarauit princeps Philoſophorum, & eſt Ariſtoteles, quòd, ſi motus haberet motum, non eſſet motus: &, ſi elementum haberet elementum, non reperiretur elementum. Et hic quidem modus infiniti nõ habet apud eos principium, nec finem, quare non eſt verum dicere de aliquo eius, quod finiatur, neque quòd ſit ingrediens ipſum eſſe in tempore præterito, nec finiet. quoniam omne, quod finitur, iam incœpit, & quod non incœpit, non finietur, & hoc etiam eſt manifeſtum ex eo, quod principium, & finis ſunt in prædicamento relationis. Quare ſe-

Nemo ſapiẽtum cõcedit cauſas eſſe infinitas.


Huc vſque habet text. antiquus.

Oẽ ꝙ finitur iam incœpit.

A quitur ei,qui dicit quòd eſt infinitas in reuolutionibus orbis in futurum, vt non ponat in eis principium.nam omne, quod habet principium, habet finem: hoc autem non habet finem:ergo non habuit principium.& ſic eſt diſpoſitio in primo, & vltimo,ſcilicet quòd omne habens principium, habet finem: & quod non habet principium non habet finem:& quod non habet finem,non eſt ceſſatio alicui partium eius in rei veritate,nec eſt principium alicui partium eius in rei veritate:& quod non eſt principium alicui partium ſuarum, non habet finem. Et ideo,cum interrogauerunt Loquentes Philoſophos, ſi ceſſauerint motus,qui ſunt ante motum præſentem, reſponderunt quòd non ceſſauerint.nam ex poſitione eorum, ꝙ non eſt eis principium, non habent ceſſationem.opinio autem Loquentium, ꝙ Philoſophi cõcedunt ceſſationem eorum,non eſt vera.quoniam non ceſſat apud eos, niſi id, quod incœpit. Igitur declaratũ eſt tibi ꝙ in rationibus, quas recitauit ex Loquentibus de innouatione mundi, non eſt ſufficientia

B ad tangendum gradum veritatis,& ꝙ non deueniunt ad gradum demonſtrationis: nec rationes,quas recitauit ex Philoſophis in hoc libro, perueniunt ad gradus demonſtrationis.& hoc eſt, quod intendimus declarare in hoc libro. Et melius quod poteſt cum eo reſponderi interroganti de eo,quod ingreſſum eſt ex operibus eius in tempore præterito, vt dicatur ꝙ ingreſſum eſt ex operibus ſuis, ſicut ingreſſum eſt ex eſſe eius. ambo enim non habent principium. Id autem, cum quo reſpondit Alga pro Philoſophis circa contradictiònem rationis, quòd ſit aliquis motuum orbium velocior alio, & difficultatem in eis, eſt hoc, quod dicit.

Philoſophi idem ſentiũt de eſſe Dei & de eius operari.



Vult modo Auer. ſoluere rationes, Alga. contra philoſophos, & primo dat ei vim, & robur. d.dicimus nos quod ſententia horum verborum eſt quod,ſi nos imaginaremur duos motus circulares inter duas extremitates vnius

C temporis. V.g.inter punctũ a.& punctum b. deinde imaginaremur partem concluſam de quolibet eorum motuum,id eſt,partem contentam in quolibet eorum inter duas extremitates vnius temporis, ſcilicet quod ſit pars prioris. V.g.inter c,& d.vt in figura: per quam volo intelligere quantitatem vnius totalem & particularem:& per a b intelligo quantitatem totalem per c d particularem:prima ſit per vnũ annum gratia exempli: ſecunda ſit per medietatem anni. Tunc ſecunda figura ſit: tunc volo per iſtam quantitatẽ aliã alterius motus eodem modo ſicut in illa:tunc ait, erit proportio partis ad partem. V.g.c d, ad g h, ſicut totius ad totum: ſcilicet a b ad e f. deinde exemplificat.d. V.g. ſi reuolutio Saturni in quodam determinato tempore ſit: vt dicamus quod in anno fuerit decimæ tertiæ partis reuolutionis ſolis, id eſt, volo quod g h ſit ſua decimatertia proportio ad c d, quando ergo imaginaremur proportionem ſummæ reuo-

lutionum ſolis ad ſummã reuolutionũ Saturni in vno & eodem tẽpore, oportet D
de neceſsitate quod ſit proportio omnium reuolutionum vnius motus ad omnes
reuolutiones alterius proportio æqualis proportioni partis ad partem: &, quaſi
dicat, qualis proportio eſt g h partis reuolutionum omnium Saturni ad partem
c d reuolutionum ſolis, talis eſt proportio totius ſummæ e f reuolutionum ad a
b reuolutionum ſolis ſummam. Tunc arguit, quod ſi opinio iſtorum philoſo-
phorum eſſet vera, iſta proportio deſtruitur. d. (Sed, ſi inter duos motus vni-
uerſales,) id eſt, totales proportio non fuit, prout, id eſt, eo quia vnus iſtorum
motuum, immo omnes, eſt in potentia, videlicet: quia carent principio & fine:
& per conſequens illi motus totales non ſunt proportionales, & proportio par
tium manifeſta eſt, quia in actu, videlicet terminato: vult dicere, quod ſi inter
illos totales motus, ſcilicet Saturni, & ſolis non erit proportio, & inter partes
illorum, ita ſcilicet partium motus ſolis, & motus Saturni, tunc deſtruitur pro-
portio dicta: quia non neceſſario ſequitur quod ſit proportio totius ad totũ æqua
lis proportioni partis ad partem, vt putant illi homines: vult dicere peripatheti
ci: ꝙ autem inter illos motus. ſ. totales Saturni & ſolis nulla ſit proportio, pro-
bat. d. nulla nanque proportio inter duas infinitas quantitates reperitur. D. ex
hoc concludit errorem philoſophorũ. d. vnde ex hoc patet quod id, ꝙ ponebãt
philoſophi. ſ. ꝙ ſumus, i. totalis motus ſolis eſt ſine principio & fine: & ſimiliter
ſummus motus, id eſt totalis motus ſaturni, eſt error. omnino enim remouẽt pro E
portionem inter ipſorum motus. Quare, ex hoc ponimus ipſas ſecundas ſummas
id eſt, quantitates totales eſſe finitas, ſicut de duabus partibus, ſup. dicebatur.
Deinde ſummatim ponit ſententiam huius. d. Hæc eſt ſententia verborum hu-
ius hominis, quæ ſummatim continet, ꝙ quando proportio partium ad partes ſit
proportio magis ad minus, ſequitur in genere. i. in ipſis totis quod ſit proportio
vnius ad alterum proportio magis ad minus. (Nos autem. (Cum adduxit argu
mentum Alga. & ei dedit vim, vult modo diſſoluere ipſum, & dicit. nos vero
ſuper hoc reſpondemus, ꝙ hoc ſequitur, quando illæ duæ ſummæ, id eſt illę duæ
totales quantitates amborum motuum finitę fuerint, ſi ambę, vel vna earum ſi-
ne caret: non eſt, id eſt non contingit dare magis neque minus. Eſt ergo vis
ſolutionis. illa propoſitio, qualis eſt proportio partis, &c. intelligitur quando
tota ſunt finita, & partes ſimiliter. (Et poſito) hic quaſi dat aliam ſolutionem.
d. & poſito ꝙ ſit ibi proportio magis ad minus, ſic quod ſequatur id inconue-
niens, videlicet ꝙ infinitum ſit in generę, id eſt in toto ſit maius quam infinitũ
quod eſt falſum: dico ꝙ hoc eſt verum, ſcilicet quando ſunt duę res infinitę in
actu: tunc enim reperitur proportio inter ipſas duas res actu. ſed, ſi illę duę res
in potentia fuerint, non erit ibi dare proportionem. hęc eſt ſolutio huius dubij.
Et hoc ſolent dicere ſophiſtę noſtri temporis: tempus reuolutionum ſolis conti F
nue, quod eſt, vel erit infinitum, eſt maius tempore ſaturni, quod eſt, vel erit
infinitum, nunquam fuit, vel erit, vel eſt: ita quod infinitum tempus ſolis ſit ma-
ius infinito tempore ſaturni. Sed iſtę ſunt truphę, vt ſcis, apud peripatheticos.
(Et eſt notandum) ſoluta iſta. q. accidit ad ſoluendum aliam. q. & primo propo-
nit habitudinem huius ad illam. d. & eſt notandum quod ab hac ſol. annihilan-
tur omnia dubia ſuper hoc propoſitu aduenientia: deinde ponit id. d. quorũ diffi
cilius eſt hoc: ſi motus pręteriti temporis infiniti fuerint: nullus ergo motus eorũ
in pręſenti reperiri poterit, niſi pręceſsiſſent eum infiniti motus: tunc arguit per
regulam peripatheticam ſecundi Meta. vnde, dum primus non ſit, vltimus non
erit. econtra, ſed vltimus eſt: quia tempus, quod eſt pręſens, eſt. ergo & primus:
ergo pręteriti motus ſunt finiti neceſſario: hoc eſt argumentum. (Et nos) hic
ſoluit argumentum iſtud d. & nos diximus quod ſine dubio ab omnibus phi-
loſophis eſt concedendum, id eſt quod ſi primum eſt & vltimum. & econ-
tra: poſito quod motus pręcedens ſit neceſſarius ad eſſe ſequentis & cauſa
ipſius: vult dicere quod propoſitio illa 2. Methaphy. intelligitur in eſſe or-
dinatis: quando ſcilicet primum eſt cauſa vltimi, & cętera. Tunc enim, ſi eſſet
ordo eſſentialis, & motus ante eſſet pręcedens in infinitum, bene dicen-
dum eſſet & de neceſsitate, quod oportet quod cauſæ infinitę præcedant

A quemlibet motum pręſentem: quod eſt falſum: maxime, quia ex hoc ſequitur in-
ueniri cauſatum ſine cauſa. & mobile ſeu motus ſine mouente. & iſta conſequen
tia fuit dicta. 2. metaph. vbi declaratur: eo quia omnia eſſent mediate, & per con
ſequens nulla prima . ergo omnes cauſatæ ſine cauſa. (Sed quia demonſtratio)
hic vult ponere motiuum philoſophorum ad ponendum primum motum æter-
num. d. ſed quia demonſtratio. ſ. poſita in. 8. phy. & rememorata in. 12. primę phi
loſophię cogit philoſophos ponere primum principium motus ab ęterno eſſe, qđ
non habet principium nec finem, cuius actio ab ipſo non recedit: propter quod ſe
quitur ꝙ actio ipſius ſit ſimiliter ab ęterno, ſicut ſuum eſſe, alioquin ſua actio eſ-
ſet poſsibilis non neceſſaria, & non eſſet primum principium: & tunc concludit,
& dicit & ſi ſic, ſcilicet ſit, ꝙ non ſit ſine actione , oportet ꝙ actiones talis agen-
tis ſint abſq; initio ſeu principio ad ſimilitudinem ſui eſſe. Sed circa hoc ſunt Dubitatio.
duo videnda . primo de demonſtratione Ariſt. in. 8. quoniam videtur committi
circulus. ſecundo de ratione Auer. hic: quoniam videtur facilis, & nullius neceſ-
ſitatis, adeo ꝙ derident illam theologi . Quantum ad primam partem : vt viſum
eſt in. 3. ca de ſubſtantia orbis. demonſtratio Ariſt . in vlt. 8. & in. 12. meta; tex.
com. 41. ſuſtinetur in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt : omnis virtus
in corpore eſt finita in tempore : primus motor non eſt finitus in tempore . ergo
B primus motor non eſt virtus in corpore: maior eſt manifeſta: minor autem iterū:
quoniam mouet per infinitum tempus. iſta ergo fuit demonſtratio Ariſt. videtur
ergo ꝙ hęc demonſtratio committat circulum: quoniam Auer. probat motorem
ęternum eſſe ſeparatum per motum ęternum eſſe: & probat motum ęternum eſſe
per motorem ęternum eſſe: ergo demonſtratio circularis. Ad iſtam quęſtionē, Demonſtra-
oſtendit Auer. 8. phy. com. 50. & 53. ꝙ demonſtratio, probans primum motorem tio, ꝓbās pri
eſſe ſeparatum, eſt demonſtratio quia dicens eſſe tantum. Demonſtratio vero, mū motorē
probans motum æternum eſſe, eſt demonſtratio propter quid, dicens cauſam: & eē ſeparatū,
ſic non inconuenit committi circulus in diuerſis generibus demonſtrationis , vt ē demōſtra-
dictum eſt in poſterioribus. Quantum ad ſecundam, reſpondent theologi ꝙ duo- tio quia. de-
bus modis eſt actio primi motoris: vna eſt extrinſeca ab eius eſſe, & iſta eſt ſim- monſtratio
pliciter contingens, ſicut mouere: mouet enim Deus mere contingenter contin- aūt, ꝓbans
gentia definita in prioribus, ſcilicet ꝙ nō eſt neceſſarium, nec impoſsibile. Alia motū ęternū
eſt extrinſeca per eius eſſentiam , vt intellectio eius per ſubſtantiam propriam: eē, eſt pp qđ
& hęc eſt ſimpliciter neceſſaria, & ſempiterna: et ſic inconueniens Auer. eſt ſim Duplex eſt
pliciter in ſe neceſſarium, licet reputetur inconueniens ab eo. Vt ergo videatur actio primi
ratio Auer. debes ſcire , ꝙ bonum per participationem differt a bono per eſſen- motoris ſe-
tiam eo ꝙ neceſsitatem eius habet a bono per eſſentiam . Quod enim aqua cō- cundū theo-
municet eius perfectionem corporibus generabilibus, hoc eſt neceſſarium & ei logos.
C mere naturale: ſed non per eſſentiam , ſed per participationem primi entis boni Bonū p par
per eſſentiam: vnumquodq; enim communicat ſuum eſſe, quantum poteſt, natu ticipationē
raliter per participationem primi entis: ideo naturalius eſt primo communicare differt a bo-
eſſe rebus, ꝙ̄ rebus generabilibus: cum primo id inſit per eſſentiam , alijs vero no per eſſen
ratione primi. Ex hoc arguitur: omne id , quod ineſt alicui per eſſentiam, & tiam.
ita naturale ꝙ naturalius ſibi ineſſe non poteſt , eſt ſimpliciter neceſſarium : ſed Rō Auer.
communicare eſſe rebus ineſt Deo per eſſentiam, & ita naturale ꝙ naturalius ei
ineſſe non poteſt. ergo mere neceſſario ſibi ineſt. & per conſequens , cum Deus
non poſsit communicare eſſe niſi motu . ergo mouere eſt actio ſimpliciter Deo
neceſſaria. Et per hanc rationem Auer. ratio habet vim. Si Deus eſſet ſine hac
actione, eſſet ſine actione ſibi naturaliſsima & ſibi propria , & per conſequens
eſſet valde imperfectus: & ſic ratio Auer. hic habet vim. Alias rationes poſui Confutatio
in quęſtione de infinitate Dei, quas videas. Debes ſcire, ꝙ iſta ratio non con- rationis.
cludit apud nos chriſtianos: quoniam , & ſi Deus eſt agens per eſſentiam , quia
tamen agit per intellectum & voluntatem, ideo agit quantum vult, non quantū
poteſt . & ſic argumentum iſtud nihil eſt contra nos . (Quare concluditur) hic
vult concludere iterum for. ſub alia forma, & dicit, quare concluditur ex hoc ne-
ceſſario, quod nulla primarum actionum neceſſaria ſit ineſſe ſui, neq; ipſius cau-
ſę. eius rationem dicit ; nulla enim ipſarum actionum principaliter , & per ſe

Duplex expoſitio.

agens nuncupari debet, & per conſequens non eſt agens ipſius. Debes ſcire, quod iſte textus poteſt duobus modis intelligi: habet enim Deus multas actiones, ſcilicet mouere orbem proprium, & mouere alios orbes, & intelligere res, & ſeipſum, & alia: & tunc primus modus eſt ꝙ licet Deus habeat multas actiones, attamen nulla eſt neceſſaria ſibi, ita ꝙ ſit agens eam, vt inſtrumentum, vel cauſa principalis: & hic modus eſt verus. Et poteſt intelligi, quoniam Deus mouet orbem vnico motu totali diurno ſempiterno, qui eſt maxime proprius ei, in quo ſunt plures reuolutiones particulares diurnę. & tunc erit ſenſus: ꝙ licet Deus moueat multis actionibus, id eſt reuolutionibus partialibus, attamen nulla illarum eſt cauſa eſſe Dei, nec neceſſaria pro eius eſſe: licet aggregatum ex illis ſit propria actio primi motoris, vt dictum eſt. & hęc expoſitio eſt plus conſona verbis conſequentibus. (Immo eſſe quędam) nunc colligit ſol. d. Immo eſſe quędam earum ante aliam eſt per accidens, & philoſophi non cauent ſibi concedere infinitum per accidens: namque, pro quia, non negant ipſum niſi per ſe: & per hoc habetur ſol. ad argumentum Alga. adduxit enim Alga. ꝙ ſi motus eſſet ſempiternus, tunc daretur infinitum: cui Auer. reſpondet, ꝙ hoc non inconuenit per accidens, & in accidentaliter ordinatis, vt dictum eſt in. 5. phyſi. commen. 13. & 8. phyſi. commen. 15. & 47. & ex hoc apparet quod ſecundus modus exponendi eſt melior, vt vides in verbis iſtis. (Immo oportet) hic probat neceſſitatem huius ſol. dicens immo oportet ꝙ ſit hęc ſpecies infiniti neceſſario ſequens eſſe cuiuſdam principij primi ab ęterno. & addit, ꝙ hoc non tantum reperitur in ſeparatis motibus, vel continuis, id eſt artificialibus, immo reperitur in rebus etiam, in quibus putari poteſt quod pręcedens ſit ſubſequentis cauſa. quod probat dicens, vt dicamus, ꝙ homo generat hominem ſibi ſimilem: ille enim, qui quendam hominem generat, eſt alius homo: vnde oportet vt oſtendat, id eſt deueniat ad quoddam agens ſecundum quandam ſubordinationem antiquam, non habens principium: & ideo generari hominem ab homine in infinitum eſt generatio per accidens, licet proceſſio & ſubſecutio fuit prima pars, ſcilicet genita & per ſe ab ęterno, ſcilicet cuiuſdam corporis ęterni: cuius rationē dicit: quia, ſicut agens imprincipiatum, id eſt incauſatum, in eſſe cuius ſuę actiones fiunt ſine inſtrumento, habet eſſe ab ęterno: ſimile eſt ꝙ ſuę actiones imprincipiatę, quę fiunt ab aliquo inſtrumento, fiunt ab inſtrumento principiato in eſſe. Debes ſcire ꝙ virtus huius eſt ꝙ, ſicut actiones Dei, quę ſunt ſine inſtrumento, vt ſunt intentę, ſunt æternę ab agente incauſato euenientes, ſic per contrarium actiones prouenientes nouę mediante inſtrumento, ſunt ab inſtrumento cauſato proueniente: quod inſtrumentum prouenit ab alio inſtrumento, vt vides. (Et quia loquentes) hic ponit cauſam erroris loquentium ſuę legis: & quia loquentes opinati ſunt in eo, quod eſt per accidens, ꝙ ſit per ſe, id eſt quia non diſtinguunt inter infinitum per accidens, & per ſe. negant abſolute, ſcilicet ſimpliciter ſine diſtinctione omnes ſpecies infinitas, & aſſerunt ꝙ ſolutio eorum ad argumenta peripatheticorum eſt neceſſaria: & concluſio, id eſt demonſtratio eorum eſt firma. addit quod hoc eſt id, quod reſpondendum eſt in pręductis verbis huius hominis: & ſic apparet qualiter Auerrois tribus modis ſoluit argumentum Alga.

Datur infinitum per accidens.

Error loquētiū ſuę legis.

ALGAZEL.

Ait Algazel. Si autem dicatur locus erroris eſt, cum dicunt, quòd hæ reuolutiones ſunt collectio vnitatum: quia iſtę non ſunt in rerum natura. præteritum enim finitum eſt, futurum vero adhuc non reperitur: collectio autem innuit entia præſentia, & tamen non reperitur aliquid hic. Deinde dixit Algazel, in contradictione huius dicimus quòd numerus diuiditur ad par, & impar. & fal-

A ſum eſt, vt excludatur numerus ab eis, ſiue numeratum remaneat, ſiue deficiat. cum autem poſuerimus numerum ex numeris, neceſſe eſt credere ꝙ non poteſt quiſpiam euadere, quin ſit par, aut impar, ſiue iudicauerimus eum eſſe, ſiue non eſſe. nam licet non reperiatur poſt eſſe, non deficit tamen hæc propoſitio, & non mutatur. hæc eſt ſumma ſermonis eius.

Hic vult inducere Alga. reſpondentem pro philoſophis, & ipſos redarguentem, & dicit. (ait Alga. & ſi forte hoc eſt). i. inducitur pro reſponſione, quod in illo argumento eſt ſophiſticatio, videlicet in eo, quod dicunt quod motus ſunt ſummę vnitatum, i. quod ex motibus pręteritis, & futuris ſit numerus totalis: hęc enim propoſitio eſt ſophiſtica, quoniam eſt falſa: ex eis enim non fiunt numeri, cuius rationem dicit: quia hę reuolutiones ſunt priuatiuę. i. non entes: id enim, quod pręceſsit, finitum eſt, id eſt pręteritus motus non eſt: id vero, quod venturum eſt, nondum egreſſum eſt ad eſſe, id eſt nondum reperitur. Modo recolligit qualiter debet intelligi vis argumenti, id eſt quod illę ſummę. i. illi numeri totales reuolutionum, ſcilicet ſolis, & octauę ſphęrę intelliguntur de pręſentibus entibus. i. exiſtentibus in rerum natura: quod. i. quę res hic non reperitur, ſcilicet nulla ſumma pręſent. i. nullus numerus reuolutionum actu reperitur. B Et debes ſcire quod per hęc vult habere hanc ſolutionem, ſcilicet quod illa propoſitio, qualis eſt proportio partis ad partem, talis totius ſummę ad totam ſummam, debet intelligi de ſummis, & totis actualibus pręſentibus, & non in potentiis: cuiuſmodi ſunt motus, qui non ſunt actu, ſed continue habent eſſe actu permixtum potentia, vt ſcis. Aliter poteſt exponi, vt dicamus, quod ſummę, id eſt tota ſunt illa, quę fiunt ex partibus entibus, ideo ex non entibus non fit aliquod totum: & quia motus non habet partes entes, ideo non poteſt eſſe ſumma: & tunc dicamus quod reſponſio eſt, quod argumentum loquentium ſupponit falſum: ſupponit enim reuolutionum ſaturni aggregatum eſſe quoddā totum, quod negatur, & ſic de illis ſolis: & ambę iſtę expoſitiones poſſunt eſſe ad verba: attamen videtur mihi quod Auer. intelligat vere ſecundam expoſitionem: quoniā verba ſequentia oſtendunt eam. (Nos ad hoc) hic, vt mihi videtur, remouet expoſitionem, prout fuit ſecundo modo expoſita. & ſimilis ſic componitur: omne ens, quod eſt par, vel impar, eſt quoddam totum, & quędam ſumma totalis: ſed omnis numerus ſiue in actu, ſiue in potentia eſt par vel impar: ergo omnis numerus ſiue in actu, ſiue in potentia eſt quoddam totum, & per conſequens remota eſt hęc euaſio data: maior non ponitur in litera, ſed eſt manifeſta per ſe, minor C autem ponitur, & dicit. nos ad hoc dicamus quod numerus dicitur neceſſario ad par & diſpar, qualitercunque ſit numerus, videlicet pręſens, aut priuatus, ideſt in potentia: vnde, ſi ponamus quendam numerum, oportet nos concedere ꝙ non euadet quin ſit aut par, aut diſpar, qualitercunq; ille numerus ponatur, videlicet in actu, vel in mente. quo poſito, intentio namq; omnimode ſaluatur: ecce quomodo poſuit maiorem tantum.

AVEROES.

Ait Auer. Hic ſermo eſt verus in habente principium, & finem extra animam, ſeu in anima, ſcilicet quod ſit iudicium intellectus de eo circa par, & impar hora priuationis, & hora eſſe eius. id autem, quod eſt in potentia, ſ. non habens principium, nec finem, non verificatur de eo, nec ꝙ ſit par, nec impar, neq; ꝙ incœpit, neq; ꝙ finietur, nec ingrediens in tēpus præteritum, nec in futurum: nam id, quod eſt in potentia, eſt tanquā id, quod nō eſt. & eſt id, quod

voluerunt Philoſophi, cum dixerint ꝙ reuolutiones, quæ fuerant in D præteritum, & in futurum non reperiuntur. Diſpoſitio autem huius quæſtionis eſt, omne, quod denominatur eſſe collectio determinata, habens principium, & finem, aut denominatur in hoc ex eo, quòd habet principium, & finem extra animam, aut denominatur in hoc ex eo, quòd eſt in anima, non autem extra animam. id autem, quod eſt ex eo totum in actu, & determinatum in præteritū in anima, & extra animam, eſt neceſſario aut par, aut impar. quod vero ex eis fuerit collectio non determinata extra animam, non erit quidem determinatū, niſi ex eo, quod eſt in anima: anima enim non poteſt imaginari id, quod non finitur in eſſe ſuo, & denominatur etiam hoc modo quòd ſit par, aut impar: in eo vero quòd eſt extra animam, non denominatur nec par, nec impar. & ſic etiam eſt id, quod fuerit de eo in præteritum, & ponatur eſſe in potentia extra animam, ſcilicet ꝙ non habet principium, nec denominatur quòd ſit par, nec impar, niſi ponatur in actu, ſcilicet habens principium, & finem. ergo omnes motus non habentes totum, nec collectionem, ſcilicet habentes principium, & finem, B niſi in eo, quod eſt in anima, ſicut eſt diſpoſitio in tempore, & motu circulari, neceſſe eſt in natura eorum, vt non ſit nec par, nec impar, niſi fuerit ex eo, quod eſt in anima. Cauſa autem huius erroris eſt, quoniam res, cum fuerit in anima in vna denominatione, imaginatur ꝙ ſit extra animam in denominatione illa. Et, quoniam nihil eſt eius, quod fuerat in præteritum, quod imaginetur in anima, niſi finitum, exiſtimatur, quòd omne, quod fuerat in præteritum, ſit ſic natura eius extra animam. Et, quoniam id, quod erit eius in futurum, adiuuat imaginatio quòd ad infinitum ex eo, quòd imaginabitur pars poſt partem, ſicut exiſtimauit Plato, & ſecta Aſſaria quòd ſit poſsibile, vt ſint reuolutiones orbis in futurum infinitæ. Et hoc totum eſt iudicium imaginabile, non demonſtratiuum. & ideo fuit magis apprehendens radicem ſuam, & magis conſeruans poſitionem ſuam ille, qui poſuit F mundum habere principium, ponendo habere finem, vt fecerant aliqui Loquentium. Sermo autem Alga. poſtea quòd nos dicimus eis quòd non eſt falſum ſecundum radices veſtras ponere entia præſentia eadem in eſſe, diuerſa tamen in denominatione. & ſunt infinita, & ſunt animæ hominum ſeparatæ a corporibus hora mortis, quæ ſunt entia non denominata, nec paria, nec imparia: ipſi autem negant quod dicitur contra hoc ſcientia neceſſaria, ſicut, cùm vos poſuiſtis deſtructionem dependentiæ voluntatis antiquæ innouationi neceſſariam, eſt ſermo in vltimitate mollitiei. Summa autem eius eſt, quòd non debet denegari id, quod dicimus de eo, quod eſt neceſſarium apud vos, quòd non ſit neceſſarium, poſtquam vos ponitis res poſsibiles, quarum impoſsibilitatem ponit aduerſarius eſſe notam de neceſsitate intellectus. Ideſt quòd, ſicut vos ponitis res poſsibiles, & aduerſarius opinatur ꝙ ſint impoſsibiles, ſic ponitis vos res neceſſarias, & aduerſarius ponit

Anima non pōt imaginari qd non finitur in eſſe ſuo.

A eas non eſſe neceſſarias. & non poteſtis in hoc toto adducere differentiam inter duas poſitiones. Et iam declaratum eſt in Logicis quòd huiuſmodi eſt diſputatio Rhetorica debilis, aut Sophiſtica. Attamen reſponſio in hoc eſt, vt dicatur quòd id, quod ponitur notum, neceſſario eſt ſic in ſeipſo. Quod vero vos ponitis, quòd deſtructio eius ſit nota neceſſario, non eſt, ſicut vos ponitis. & non eſt via ad babendum differentiam eorum, niſi per virum perfectæ naturalitatis. ſicut, cum aliquis poſuerit aliquem ſermonem eſſe verſum, alium vero quòd non ſit verſus, quòd diſcernere hoc ſpectat ad virum perfectæ naturalitatis ſcientia innata homini. Ponere autem animas abſque materia multas numero eſt quid non notum ex opinionibus Philoſophorum. nam cauſa multitudinis numeralis eſt materia apud eos: cauſa vero diſtinctionis in multitudine numerali eſt forma. Reperiri autem multa numero, eadem tamen forma abſque materia, eſt quid dubium. nam non cognoſcitur, nec diſtinguitur indiuiduum ab indiuiduo aliquo attribu- *Cauſa multitudinis nūeralis eſt ipſa materia, diſtinctiõis vero in multitudine ipſa forma.*

B to, niſi per accidens, quoniam reperitur aliud, quod communicat ei in attributo illo: diſtinguitur tamen indiuiduum ab indiuiduo ex parte materiæ. Etiam impoſsibilitas reperiendi infinitum ei, quod eſt in actu, eſt radix nota ex opinionibus Philoſophorum, ſiue ſint corpora, ſiue non ſint corpora. & non reperitur aliquis, qui faciat differentiam inter habentem ſitum, & non habentem ſitum in hac re, niſi Auicenna tantum: alii vero omnes, non inueni aliquem eorum, qui hoc dicat. & non conuenit radici ſuarum radicum: & eſt ex rebus vanis. nam Philoſophi denegant infinitum in actu, ſeu corpus, ſeu non corpus. *Auic. error.* quoniam ſequitur ex eo, ꝙ ſit infinitum maius infinito. Auicenna autem intendit blandiri vulgo in eo, in quo aſſueti ſunt audire de anima. Sed eſt ſermo paucæ ſufficientiæ, & blanditiei. nam, ſi eſſent infinita in actu, eſſet pars vt totum, ſcilicet cum diuiſum fuerit infinitū in duas partes, verbi gratia ſi linea, aut numerus eſſet infinita in actu

C ex duobus lateribus, deinde diuidatur in duas partes, tunc eſſet quælibet partium infinita in actu, & totum eſt infinitum in actu. ergo totum, & pars, quælibet eorum eſſet infinitum in actu. & hoc eſt falſum. & hoc totum ſequitur, cum ponitnr infinitum in actu, non autem in potentia.

Hic vult Auer. quodammodo defendere reſpõſionem, quam Alga. deſtruxit, & ait dicimus nos ꝙ iſta verba bene eſſent vera, ſi ſermo dirigeretur erga id, quod habet principium extrà animam, vt in anima, id eſt, quemadmodum in anima, & exponit hoc dicens, videlicet ꝙ indicatio intellectus in eo, vtrum ſit par, vel diſpar, quando reperitur, id eſt, qñ eſt: vel qñ caret eſſe, id eſt, quãdo nõ eſt, verificatur, id eſt, habet aliquod, cui reſpondeat ex parte rei. Mihi videtur ꝙ iſte locus poteſt duobus modis intelligi. vno modo, vt intelligamus ꝙ maior d. omne ens par, vel impar eſt totum: poteſt intelligi de ente, cuius principium eſt extra. Vel poteſt referri hoc ad minorem, vt dicamus, ꝙ numerus eſt par, vel impar de numero, cuius principium eſt extra. & ſecundo modo videtur magis mihi propter verba ſequentia. ideo ait, ſed, ſi ſermo fuerit de eo, quod tantum in potentia reperitur, id eſt, ſi minor intelligitur de numero in potentia, videlicet quod non habet principium neque finem, tunc ille numerus, ſ. in potentia nõ

Quod eſt in potentia de natura priuatiui reputatur.

Numerus in potētia nec eſt par, nec impar.

Tribus modis numerus dicitur par, vel impar.

poterit denominari, vtrum ſit par, vel diſpar: id enim, quod eſt in potētia, de na- D
tura priuatiui poteſt reputari. et hoc eſt id, quod intenderunt philoſophi, qñ dixerunt ꝙ reuolutiones pręteriti temporis, & futuri priuatiuę ſunt. Debes ſcire ꝙ numerus in potentia non pōt dici par, nec impar: qm̄ par, vel impar ſunt accidētia numero, inquantum eſt in rerum natura actu. (Tandem dicimus) hęc vult colligere qualiter pōt verificari ꝙ numerus ſit par, vel impar. & videtur mihi ꝙ tribus modis, vno modo in re, qñ, ſ. in re ſunt res enumeratę actu entes, ſicut ſunt lapides actu numerati. Secundo modo, quando ſunt in re actu, & in anima actu. Et tertio modo, quando ſunt in re in potentia, & in enima actu. Duo primi modi ſunt numeri, qui reperiuntur in rebus permanentibus. Tertius modus reperitur in rebus ſucceſsiuis in potentia. Dicit ergo, tandem dicamus ꝙ ſententia huius eſt, ꝙ quodlibet denominatum in ſumma terminata, id eſt, quoddam totum habens principium & finem, aut denominatur ſic, prout habet principium & finem extra animam, aut prout eſt tantum in anima: ſed, ſi fuit totum in actu, & terminatum in tēpore pręteriti in anima vel extra animam, tunc ſine dubio aut eſt par, aut diſpar, & per hoc innuit duos primos modos. Deinde innuit tertium. d. ſed, ſi illa ſumma fuerit interminata extra animam, quod eſt ens in potentiam & non actu. tunc non pōt terminari niſi prout eſt in anima: cuius rationem dat. d. anima namq; poteſt aliquo modo imaginari id, quod eſt infini-
tum in ſuo eſſe, & per conſequens ſibi dare numerum. alia litera habet, anima B
namq; non poteſt aliquo modo imaginari id, quod eſt infinitum in ſuo eſſe. Et tunc vult dicere, prout eſt infinitum, bene tñ vt eſt finitum. Deinde recolligit totum hoc. d. vnde hoc modo bene poteſt denominari ꝙ eſt par, vel diſpar, ſcilicet prout habet eſſe in anima. ſed inquantum eſt extra animam de hoc denominari non poteſt, cum id ſit infinitū. ſimiliter id, quod prędicatum eſt. poſito ꝙ tantum fuerit in potentia extra animam, videlicet ſi priuatio, id eſt, poſito ꝙ nullum habeat eſſe, ac ſi eſſet priuatio, non poteſt etiam denominari vtrum ſit par, vel diſpar. ſ. dum in actu non eſſet, videlicet ꝙ haberet principium & finem, id eſt, non poteſt denominari par vel impar, ſicut nec habens principium vel finem, ex his voluit habere tres modos iam dictos. (Patet ergo ex iſtis.) Nunc concludit quoddam correlarium. d. patet ergo ex iſtis ꝙ nullus motus poteſt dici totum, neq; ſumma. ſ. totum, quod ſit principiatum vel finitum niſi prout in anima ſumptus fuerit, ſicut de tempore, & de motu circulari. ſ. ꝙ non poſſunt denominari de pari, vel diſpari niſi prout ſumuntur in mente. (Et cauſa huius) hic ponit cauſam erroris antiquorum. d. & cauſa huius erroris eſt, ꝙ quando quędā res fuerit in anima cum quadam denominatione, putant ipſi ꝙ poſsit extra animam in eodem modo ſumi: vult dicere ꝙ pręciſe, ſicut eſt in mente, credunt ꝙ
debet eſſe in re: et, quia nullum pręteritum poteſt ab anima concipi niſi finitum, E
opinantur ꝙ quodlibet pręteritum ſic ſe habere debeat extra animam; &, quia id, quod venturum eſt, id eſt futurum in conceptu intellectus infinitum indicat, videlicet partem poſt partem, opinatus eſt Plato, & eius ſequaces, ꝙ poſsibile eſt reuolutiones orbium procedi in infinitum in futuro, non tamen in pręterito. Et addit ꝙ iſta indicatio eorum ſine dubio procedit a phantaſia, non ab intellectu. ſ. non eſt demonſtratiua, ſed opinabilis. Iſtud ergo fuit motiuum Platonis quare mundus incœpit, & nunquam finietur. & quare dentur vniuerſalia extra animam, vt dictum eſt in lib. de cœlo. & in metaphyſica; &, quia illa propoſitio eſt falſa, ideo dicit Auer. ꝙ hęc ratio eſt phantaſia. i. fictio, & non demonſtratio. Sed in dictis ab iſto homine ſunt quęſtiones, ait enim ꝙ motus circularis, vt eſt quidam numerus par, vel impar eſt in anima tantum, non extra animam, & ſic de tempore, ideo poteſt eſſe quęſtio.

V᷊TRVM tempus habet eſſe in rerum natura aliquo modo extra animam: Id autem, quod facit quęſtionem, eſt diuerſitas dictorum Auer. in. 4. phyſi. vbi in multis commentis varie locutus eſt: propter quod fuit cauſa diuerſitatis in poſterioribus. Et quod facit quęſtionem, eſt, quoniam ſcimus ꝙ tempus eſt numerus motus, vt philoſophus in. 4. phy. in vna definitionum temporis dixit. Et ſcimus ibidem ꝙ tempus eſt paſsio motus, & hęc videntur valde oppoſita: nā,

A cum numerus ſit mens, vel actus mentis, vt dicit Aner. ſequitur ꝙ tempus ſit ani
ma, vel actus animę. Ex alio, cum motus ſit ens naturale extra animam, &
tempus ſit proprium accidens eius, videtur etiam conſequi, quod ſit ens natura-
le extra animam, ſicut & motus: eo quia proprium fluit ex principiis, quę ſunt
in re. hęc ergo ſunt, quę primo aſpectu quęſtionem nobis faciunt. In iſta quę- Poſitio.
ſtione Ioan. iandonus, qui fecit quęſtiones in li. phy. in quadã quęſtione finxit Ioannis.
reſpondere ad hanc quęſtionẽ ſcdm veritatem, dicendo quod tempus põt. capi,
prout eſt quoddã nomen analogũ ad tẽpus formaliter, & ad tẽpus materialiter
eſt. n. tẽpus materiale ipſe motus: tempus formale aũt eſt ipſe numerus, quo nu-
merantur prius & poſterius in motu: & ſic vult quod tempus primo modo eſt
ens extra animam. Secundo modo eſt ens in anima, quoniam vt dicit Auer.
ibidem, numerus vel eſt anima, vel actus animę. & pro Ioan. faciunt multa cõ-
menta hincinde collecta, primo facit pro eo commentum. 131. vbi concludit qđ
tempus in potentia eſt extra animam, ſed tempus in actu eſt in mente. ergo vult
dicere quod tempus in potentia. i. pro materia, eſt ens extra animã, & pro actua
li & formali eſt in anima. Et ibidem commento. 101. prope finem ait, quod tem-
pus nihil aliud eſt quam numeratio motus ſecundum prius & poſterius, quę nu
meratio eſt actus animę, vide. Et ibidem commen. 100. videtur concludere om-
nino per vnum ſyllogiſmum, quod tempus & motus omnibus modis ſunt idem:
B concludit enim iſtam, quod tempus ſit motus, & econtra. quę prędicatio non eſſet
vera, niſi extrema vnirentur inter ſe. Et ibidem commen. 88. plane dicit, quod
tempus actu eſt ab anima, in potentia extra animam. Et ibidem cõ. 108. ait qđ
tempus eſt numerus, ſecundum quod mens accipit ipſum. vt habet partes priores
& poſteriores. & ibidem commen. 106. ait, quod de tempore extra animã nihil
eſt niſi motus. & ait quod tempus eſt, quando mens diuidit motum in prius & po
ſterius. Ex his, & multis alijs ibidem poſitis poteſt rationabiliter, vt dicit, ex-
poni Auer. quod tempus, prout capitur formaliter, eſt ens extra animam, quia
vt ſic, nihil aliud eſt niſi numeratio mentis prioris & poſterioris exiſtentium in
motu: hęc enim numeratio eſt formaliter tempus. Si vero capitur pro ipſo ma-
teriali, ſic eſt ipſe motus natus intelligi ab intellectu, prout numerus, quo illa nu
merantur: & ſic poſſunt dicta Auer. Sed hęc poſitio, licet ſit valde ſubtilis, Confutatio
attamen videtur mihi ꝙ ſit falſa, & propter verba Auer. & propter rationes: poſitionis
propter verba quidem, quoniam, vt dicit Auer. commen. 98. tempus eſt conſe- Ioan.
quens, id eſt accidens proprium motus: modo proprium accidens nõ videtur eſſe
ens in anima, & ſubiectum extra animam, vt omnes ſciunt, quia paſsio fluit ex
principijs ſubiecti, vnde in fine cõmenti concludit. remanet vt ſit accidẽs, quod
eſt impoſsibile niſi eſſet ens extra animam. Sed Ioan reſpondet huic dicens, ꝙ Reſpõſio ꝓ
C motus poteſt capi duobus modis. vno modo pro fluxu formę: alio modo pro ipſa Ioan.
forma fluente: modo dicit ꝙ tempus eſt paſsio motus ſecundo modo, non primo
modo: cum primo modo tempus & motus ſint vna res, licet ſit diuerſitas quędã
rationis. Sed hęc reſponſio eſt error. primo, quoniam, vt vult Auer. ibidem. Confutatio.
tempus eſt paſsio primi motus, & conſtat ꝙ primus motus non eſt acceptabilis
niſi pro fluxu. Pręterea, motus pro forma fluente eſt res permanens, vt ſatis. 3.
phyſi. ab ipſomet Io. & quomodo ens ſucceſsiuum poteſt eſſe paſsio entis per-
manentis? Pręterea, ſequitur ꝙ motus cęli eſſet ſine tempore, cuius contrarium
patet ſenſui. conſequentiam probo; quoniam quod eſt ſine ſubiecto proprio tem
poris eſt ſine tempore. modo ille motus, cum non ſit ſubiectum temporis, nec ha
beat ſubiectum proprium tẽporis, ergo erit ſine tempore: & vere iſte homo erra
uit, ſicut ſolet in omnibus. Secundo principaliter Auer. ibidem cõmẽ. 93. infert,
ꝙ ſi tempus eſſet motus cęli. ergo plura eſſent tẽpora, modo ipſe habet conſe-
quens pro inconuenienti, ergo & antecedens, & per conſequens tempus nõ eſt
motus cęli. & econtra motus cęli non eſt tempus: ergo ſunt diſtincta realiter. Re Reſponſio
ſpondet quidam homo, ꝙ ad prędicationem veram negatiuam ſufficit diſtinctio cuiuſdam.
extremorũ ſecundum modum & rõnem. contra, qm̃ Auer. ibi non euitaret quin Confutatio.
darentur plura tẽpora realiter, vt patet, ſecundo, qm̃ propoſitio affirmatiua falſa
ſimplr̃ fundatur ſup diuerſitatẽ ſimplr̃ extremorũ, vt ſcis, ergo & negatiua vera,

quæ ſequitur ad affirmatiuam falſam. Pręterea principaliter tertio.ibidem.cō. D
96.declarat,ꝙ tempus non ſit motus,eo quia velocitas & tarditas inſunt motui,
quę non inſunt tempori,& tunc in principio commen.97. dicit, cum declarauit
ꝙ tempus non eſt motus,incœpit innuere ipſum ſequi motum, & accidere ei,id
eſt, eſſe accidens proprium eius, vbi etiam multis interpoſitis ait,& quia tempus
non imaginatur,id eſt,intelligitur ſine motu.& motus poteſt imaginari,id eſt,in
telligi extra tempus,ſignificat hoc ꝙ motus pręcedit tempus naturaliter,& ꝙ tē
pus accidit motui,licet ſint conſequentia ſe complete: quoniam tempus ſequitur
motum complete,vt propriam accidens ſequitur proprium ſubiectum.Ecce,quā
plane accipitur ꝙ natura temporis ſit alia a natura motus:et per conſequens,nō
omnino ſunt res diuerſę,immo naturę diuerſę, vt Auer. innuit. Sed dices,ſicut
Io.finxit argumento dicto, quod loquitur de motu pro forma fluente. & hęc re-
ſponſio eſt deriſibilis,vt patet in principio commenti vbi loquitur de motu, qui
velox eſt vel tardus qui non poteſt eſſe,niſi pro fluxu accipiatur: & immorari
in hoc eſt ſuperfluum. Pręterea quarto,ibidem Auer.commen.101.in fine cō-
cludit definitionem veram temporis.d.definitio igitur, in qua non eſt dubitatio,
eſt dicere quod tempus eſt numeratiuum prioris & poſterioris exiſtentium in
motu. vbi vult quod tempus non ſit numerans ſed numeratiuum.i.aptum natū
numerare.hoc idem in fine commenti.102. concludit. Tunc arguo.ſecluſa ope-
ratione intellectus,tēpus eſt aptum natum numerare motum. motus,ſecluſa ope- E
ratione intellectus, non eſt aptus natus numerare motum,vt dicit Auer.commē
to illo.102.ergo,ſecluſa operatione intellectus,motus non eſt tempus, & econ-
tra. argumentum eſt in ſecunda figura:& in rei veritate hoc argumentum habet
vim demonſtrationis. Pręterea quinto, ibidem commen. 132. prope finem.
vult quod tempus ſit menſura propria primi motus. Sicut eſt propria forma in
re,& non ſic eſt de alijs motibus. vide ergo motus & tempus ſunt res diuerſę.

Diſtinctio tēporis.

Propter verba hęc, & rationes inuolutas in verbis illis, videtur mihi ad hanc
concluſionem eſſe reſpondendum,ſecundum quod Auer. videtur ſoluere cōmē.
109.quoniam tempus eſt quodammodo continuum, & quodammodo diſcretum,
eſt enim continuum actu,& potentia diſcretum:vt enim eſt quid continuum, eſt
ipſe motus in ſubiecto,ideſt propria paſsio motus, quę eſt quędam aptitudo mo-
tus ad menſurari ab anima,vel quędam potentia naturalis ipſius motus, qua po-
teſt ab intellectu menſurari,& ſic motus, & tempus ſunt duę res in eſſentia, li-
cet in ſubiecto ſunt vna, pro quanto illa potentia naturalis, ſeu illa aptitudo ac-
cidit motui tanquam proximo & primo ſubiecto.& ſic loquitur Ariſtote. in prę-
dicamentis,& quinto metaphyſicę: vbi enumerat tempus inter ſpecies quanti-
tatis continuę. Secundus poteſt accipi,vt eſt quodammodo diſcretum, ideſt nu-
merus prioris & poſterioris in motu exiſtentium: & ſic tempus nullum eſſe ha- F

Solutio.

bet niſi in anima,eo modo,quo entia duo intellecta ſunt in anima. Ex hac di-
ſtinctione ſoluo. q.quod,ſi loquimur de tempore, prout eſt quid continuum: vt
ſic eſt res diſtincta a motu ſecundum eſſentiam, licet in ſubiecto non ponat in
numero: quoniam ſunt vnum numero. Si vero loquimur de tempore, quod eſt
quid diſcretum: vt ſic eſt ens in anima ſubiectiue vel obiectiue, ſicut obiectum

Solutio auctoritatū facientiū pro Ioanne.

in potentia, vel cauſatum in cauſa. Et per hęc omnes auctoritates gloſantur.
Ad primam patet qualiter loquitur de tempore,prout habet eſſe diſcretum. ſed,
ſi capitur vt habet eſſe in potentia ad eſſe diſcretum, ſic eſt quid continuum, &
non eſt aliud numero ab ipſo numero, licet ſit aliud in eſſentia reali ab eo mo-
do,quo accidens proprium eſt aliud a ſubiecto proprio. Ad ſecundam apparet,
qualiter loquitur de tempore,prout eſt menſura motus,quę eſt quid diſcretum, &
per conſequens vt ſic non habet eſſe pręter actum animæ. Ad tertiam conce-
do, quod iſta eſt vera,tempus eſt motus,ſicut iſta,riſibile eſt homo, & econtra:
ſicut iſta,homo eſt riſibilis: quoniam prima eſt pręedicatio ſubiecti de accidente
proprio, ſecunda econtra:& ambę ſunt verę: quoniam fundantur ſupra identi-
tate numerali extremorum, licet non ſupra identitate eſſentiali & reali. Ad
quartam dicatur,ſicut dictum eſt. & eodem modo ad quintam. Sed ad ſextam,
vt dixi,debes ſcire quod aliqua ſunt ſimpliciter idem numero, quę ſunt res rea-
liter diuerſę,

A ter diuerſæ, vt propria paſsio & ſubiectum. & ſic in illis verbis Auer. vult quod
tempus. & motus ſunt idem ſimpliciter indiuiduo & numero: licet, cum iden
titate illa poſsit ſtare diuerſitas ſpecifica, & rerum eſſentialium & diffinitio
num, vt dixi. & propter hoc poſſunt quaſi innumerabiles concluſiones intelli
gi Auer. & gloſari multæ auctoritates eius. Sed ahuc anima nõ quieſcit: quę- Prima dubi
ram enim primo quare tempus non definitur. 4. Phy. vt paſsio, & vt eſt quid tatio.
continuum: videtur enim quod quot modis res habet eſſe, tot modis poteſt in-
telligi & definiri. ergo, ſi vt ſic differt a motu, ergo potuit definiri: &, ſi res eſt,
vt dixi, ſolutio. Auer. quam dat ad hoc, ibidem commen. 100. nulla eſt: quoniã
ego teneo quod etiam vt ſic diſtinguitur a motu. Secundo videtur quod fal- Secunda.
ſum ſit quod poſsint aliqua eſſe idem numero, & tamen eſſe ſpecie & definitio
ne, & re diuerſa: quoniam, ſemper maior vnitas infert minorem. ſi ergo ſunt
vnum numero, ergo vnum ſpecie & definitione & eſſentia. Tertio, ſi tempus Tertia.
eſt numerus, & vt ſic habet eſſe ab anima ſolum, ergo eſt fictũ, ſicut chimera. Solutio.
Ad hæc, vt prius, dico quod ſi capitur tempus, vt eſt quid continuum, bene po-
teſt definiri definitione propria alia a definitione motus, licet definitio commu
nis vtriuſque ſit eadẽ: &, quia definitio communis vtrique eſt eadem, ideo ha
betur pro vna re ſimpliciter vno modo definita. quia vero tempus, vt quid di
ſcretum, habet definitionem ſimpliciter genere & ſpecie diuerſam a definitio-
B ne motus, eo modo, quo differt continuum a diſcreto, ideo illo modo definitio-
nem inueſtigat: & ideo reſponſio Auer. eſt ad propoſitum, vt patet cõſiderãti.
Ad ſecundam poteſt dici quod aliqua dicuntur vno modo intrinſece, & aliqua
extrinſece: modo ſubiectum & proprium accidens, ſecundo modo, ſunt vnum
numero: vnitas numeralis primo modo infert ſpeciem, &c. ſed non ſecundo mo
do, vt ſcis. Ad tertiã respondet Auer. cõ. 131. quod eſſe numeri non eſt in ani
ma omnibus modis, ſed eſſe eius aliquo modo eſt extra animã, ſaltem in poten
tia, quod eſt eſſe ſubiecti proprij. i. motus. dico eſt eſſe ſubiecti proprij. ſ. in vni-
tate numerali & indiuiduabili, licet adhuc in ea ſit aliqua diuerſitas, vt dictum
eſt. Ex his apparet, quod tam tempus, quam motus ſunt quodammodo in ani-
ma, & quodammodo extra animam: quoniam, vt ſunt quantitates continuę, ſunt
extra animam, & vt ſunt diſcretæ, in anima: prout habent eſſe actu: licet ſint
quodammodo extra animam, vt habent eſſe in potentia. Sed adhuc dubitant
ſophiſtæ: qm̃ tempus nulla pars eſt: ergo tempus non eſt: antecedens eſt mani- Quomodo
feſtum: qm̃ non habemus niſi inſtans, quod non eſt pars temporis. conſequentia tẽpus, et mo
patet. qm̃ totũ nihil aliud eſt ꝙ̃ ſuæ partes, vt dicit Auer. primo Phy. com. 17. tus ſunt in
vel ſaltẽ ſunt correlatiua. Ad hoc ſoluit quidã homo, ꝙ ad hoc vt ſucceſsiuũ aïa, & quo
habeat eſſe, ſufficit quod aliquid eius habeat eſſe, licet nõ ſic ſit de permanenti: extra aïam,
C & ſic, licet inſtans non ſit pars temporis, eſt tñ aliquid tẽporis. Contra. qm̃, ſi dubitatio ſo
valet, tẽpus eſt. ergo quoddam totum eſt: valebit tẽpus eſt actu: ergo quoddam phiſtarum.
totũ eſt actu per regulam prioriſticam. ſ. qñ conſequens ſequitur ad antecedens Solutio cu-
ſimpliciter, ẽt aliquo addito vtriq; ſequitur. dummodo illud additũ non dimi- iuſdam.
nuat, nec diſtrahat. Tunc vltra, quoddã totũ eſt actu, ergo partes illius totius Impugnatio
ſunt. ergo valebit a primo ad vltimum. inſtans eſt. ergo tempus eſt tempus: er-
go quoddã totũ, quoddã totũ. ergo quædã partes temporis ſunt actu: vltimum
conſequens eſt falſum. ergo reſponſio nulla. Poteſt dici ꝙ eſſe actu tẽporis nõ
eſt ſimpliciter totum ſimul, ſed cum potentia permixta actui, & ſic poteſt cõce-
di partes eſſe, & totũ eſſe, intelligendo de eſſe eſſe actu nõ puro: ſtat enim ſubie-
ctũ & prædicatum in propoſitione ſupponere pro ſucceſsiuis, & tñ intellectus
cõiungit extrema in inſtanti. & ita ſtat quod tẽpus prædictũ ſit ens, prout intel
lectus illud componit in inſtanti, licet non verificet illud pro inſtanti. & nolo
plus immorari, quoniam quæſtio eſt ſophiſtica, &c.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit opinionem Platonis eſſe veram: & eſt
ꝙ anima ſit antiqua, & vna: diuiditur tamen in corporibus: &,

cum ſeparetur ab eis, redit ad fontem, & radicem, & fit vna: Dicimus D
ꝙ hoc eſt magis abominabile, & magis abſurdum, & potius credi debet ꝙ ſit contradicens neceſsitatis intellectus. Nam nos dicimus quòd anima Socratis eſt alia ab anima Platonis. ſi enim eſſet eadem, ſequeretur inconueniens neceſſario. quoniam vnuſquiſque apprehendit animam ſuam, & bene ſcit ꝙ non ſit anima alterius. ſi autem eſſet eadem, eſſent æquales in ſciẽtiis, quæ ſunt atrributa eſſentialia animabus, ingredientia quidem cum animabus in omni relatione. Si vero dixeritis quòd ſit vna, diuiditur tamen circa alligantiam cum corporibus, dicimus diuidi vnum, non habens quidem magnitudinem, mẽſura aliqua in quantitate menſurabili eſt falſum de neceſsitate intellectus. Et quomodo vnum fiet duo? immo mille? deinde redit in vnum. ſed hoc intelligitur de habente magnitudinem, & quantitatem: ſicut mare diuiditur in lacus, & flumina, & ad id redeunt: id autem, quod non habet quantitatem, quomodo diuiditur? Et intentio in hoc toto eſt declarare quòd ipſi non vicerunt aduerſarios eo opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, niſi cum rationibus neceſsitatis innouãtis requiſiti, quòd hoc ſit poſsibile: & quòd ipſi nõ poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur neceſſario cum eis in his rebus contra opinionem eorum, & non poteſt fugi, & euadi ab eo. E

Parum conuenit vt vídebis & hęc particula iacet in antiquo non habet particula, vt in expoſitione vídebis.

Quia lis erat, an daretur actu infinitũ, & ab Algazele erãt plurima motiua adducta, quibus Auer. reſpõſum dedit. vult modo inducere Alg. adducentẽ fortiſsimum motiuum contra philoſophos: quod mouit Auicennam, Platonẽ, Alfarabiũ, & multos latinorũ, vt dicam. Dicit ergo, ait Alga. adhuc eſt dicendum philoſopho, quod ſecundũ eorum radices poſſunt inueniri entia præſentia infinita, quæ ſunt vnitates. i. naturæ diuerſæ inuicẽ differentes in numero, videlicet, animæ hominum, quæ poſt mortem ſeparantur; illa enim ſunt entia indenominabilia in diſpar, vel par. & forte litera eſt corrupta, & debet dicere ſic. illa enim ſunt indenominabilia ſecundum diſpar, vel par: &, ſi litera eſt ſic, videtur quod tangat hanc rationem. ſ. quæcunque numerantur, & denominantur numero pari, vel impari ſunt multa: ſed animæ ſeparatæ denominantur numero pari, vel impari. ergo ſunt multæ: & ſic huius rationis tetigit tantũ minorẽ rationis: & poſt reperi literam ſic. illa enim ſunt multiplicata ad diſpar, & ad par: & tunc ſermo eius manifeſtus eſt per ſe. Debes ſcire quod iſta ratio Alga. eſt mixta partim ex lege, partim ex naturali ratione: propoſitio enim dicens, quod animæ hominum poſt mortem remanent multæ, eſt credita, & non ratione demonſtrata, vt declaratum eſt in libro de intellectu: licet enim hominis intellectus ſit æternus, ille tamen non eſt multus, immo vnus numero omnium: propoſitio autem dicens, quod ſunt infinitæ, ſupponit vnam, ſ. quod homines fuiſſent infiniti, & per conſequens ꝙ motus cœli ſit æternus, & ita cœlum, & ita elementa, & per conſequens totus mundus, ſicut declaratum eſt in naturali philoſophia, & maxime in libro cœli. & 8. Phyſico. & hæc eſt nota ratione naturali apud philoſophos: & ſic iſta ratio eſt multum vilis, immo non tranſcendens ordinem ſermonum probabilium. F

A V E R O E S.

Ait Auer. Socrates eſt alius a Platone numero: & tamen ipſe, & Plato ſunt idem in forma, quę eſt anima. ſi autem eſſet anima So-

A cratis alia ab anima Platonis numero, ſicut Socrates eſt alius a Platone numero, tunc eſſet anima Socratis, & anima Platonis duę numero, & eædem in forma, & eſſet animę anima. &, cum neceſſe fuerit, vt ſit anima Socratis, & Platonis eadem in forma, & idem in forma, euenit ei multitudo numeralis, i. diuiſio propter materias, tunc, ſi anima non moritur ad mortem corporis, ſeu fuerit in ea aliquid huiuſmodi, neceſſe eſt, cũ ſeparetur a corporibus, vt ſit vna numero. hæc autem ſcientia non eſt via adipiſcendi eam in hoc loco. Sermo autem, quem fecit in deſtructione opinionis Platonis, eſt ſophiſticus. & ſumma eius eſt, quoniam anima Platonis aut eſt alia ab anima Socratis, aut eſt eadẽ: ſed illa non eſt anima Socratis: ergo eſt alia. Attamen nomen alietatis eſt æquiuocum. ſic etiam & identitatis nomen dicitur tot modis, quibus dicitur alietas. & anima quidem Socratis, & Platonis ſunt eædem aliquo modo, & multæ aliquo modo: ac ſi diceres ſunt eædem ex parte formæ, & multæ ex parte ſubiecti earum. Cum autem dixit ꝙ non B imaginatur diuiſio niſi in eo, quod habet quantitatem, eſt ſermo falſus in parte, quoniam hoc eſt verum in eo, quod diuiditur per ſe, & nõ eſt verum in eo, quod diuiditur per accidens: ideſt quod illud diuiditur per accidens, quia eſt in diuiſibili per ſe, diuiſibile autem per ſe eſt corpus. exempli gratia diuiſibile per accidens eſt, vt diuiſio albedinis repertæ in corporibus, cum diuiditur corpus per ſe: & ſic formæ, & animæ diuiduntur per accidens, ideſt per diuiſionem ſubiecti earum. Anima autem præ cæteris aſsimilatur lumini: &, ſicut lumen diuiditur ad diuiſionem corporum illuminatorum, deinde fit vt vnũ in ablatione corporum, ſic eſt res in animabus cum corporibus. Et adducere hoc in his demonſtrationibus eſt turpe. nam reputatur de eo, ꝙ non ſit homo talis, ꝙ hoc eum lateat: ſed voluit cum hoc blandiri hominibus ſui temporis: & eſt remotum a moribus eorum, qui intendunt patefacere veritatem. Et forte iſte vir habet excuſationem ex tempore, & loco ſuo, ſicut diſcernitur in libro ſuo. Et, quoniam C iſti ſermones non adiuuant ad veritatem aliquam, dixit & intentum ex hoc toto eſt declarare quòd ipſi non vicerunt aduerſarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, niſi cum rationibus neceſsitatis innouantis requiſiti: & ipſi non poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur demonſtratiue cum eis in iſtis rebus contra opinionem eorum, & non poteſt euadi ab eo. Ego autem dico quòd qui ratiocinatus eſt de eo, quod eſt notum per ſe quòd ſit tale aliter quam ſit, non reperitur ſermo, cum quo poſſumus abſolui ab eo. Nam omnis ſermo declaratur cum rebus notis, quibus æqualiter ambo credunt aduerſarii. &, cum ratiocinatus eſt vnus aduerſariorum in omni ſermone ꝙ ſit aliter quam ſit, ille, quem poſuit aduerſarius, non erit ſibi via contradicendi ei, ſed talis eſt extra ſpeciem humanam, & ſunt homines, quos debemus corrigere, & caſtigare. Qui vero ratiocinatus eſt in per ſe noto quòd non ſit per ſe notum pro-

Tangit ſuſ dementũ de vnitate intellectus.

Nomẽ Alietatis & identitatis eſt equiuocum.

Formę et alę diuidũtur p accidens. Anima aſsimilatur lumini.

pter errorem ingredientem in eo, hic quidem eſt ei medela. & eſt ſoluere dubitationem illam. Attamen qui non concedit per ſe notũ, quia eſt diminutus in naturalitate, hic quidem non eſt eum aliquid docendum, nec corrigendum. nam eſt, ſicut ille, qui imponit cæco, vt ſciat deſignationem colorum, ſeu eorum eſſe. D

Qui nõ concedit per ſe notũ nõ eſt docẽdus neque corrigẽdus.

Huic motiuo reſpondet Auer. ſecundũ fundamenta philoſophorũ peripatheticorũ, & primo negat aſſumptum, ſecundo probat eius reſpõſionẽ. dicit ergo primo, dicimus nos quod ponere aĩas ſeparatas a materia plures in numero, eſt opinio inconceſſa, immo neganda ab oĩbus philoſophis, immo eſt opinio valde dubitabilis, ecce, qũo negat propoſitionẽ primam: immo, vt dixi, eſt pure credita, & naturali ratione non conceſſa. (Cauſa enim pluralitatis cum expoſuerit ad formã rationis, vult modo dare cauſam ſuę reſponſionis, & duas adducit rõnes cõtra Alga. primo aſsignãdo cãm eius reſpõſionis. ſecũda ibi. (Rurſus impoſſibile) adducit rationem Ariſt. directe cõtra illã. dicit ergo: cauſa. n. pluralitatis, ſeu numeralitatis eſt materia apud philoſophos, & cauſa conuenientiæ in multitudine numerali eſt forma: ſed ꝙ poſsint reperiri res plures in numero, vna in forma ſecundũ materiã, incõueniens eſt. eſt ergo vis rationis Auer. iſta: quęcũq; multiplicãtur in numero, & vniuntur in forma, ſunt cõpoſita ex materia & forma: ſed animæ ſeparatæ non ſunt cõpoſitæ ex materia & forma. ergo non ſunt multę in numero, & vna in forma. ſyllogiſmus eſt in ſecũda figura: & huius accipit maiorẽ, & tacuit minorem: qm̃ eſt conceſſa ab eis. (Nullũ nanq;.) Nunc probat maiorẽ, & dicit: nullũ nãq; indiuiduũ ab alio indiuiduo diſtingui debet ab aliqua proprietate niſi per accidens. hæc eſt maior: ſed indiuidua diſtinguuntur materia. ergo diſtinctio per accidens eſt per materiam, & econtra. eſt enim ratio in tertia figura. & maior eſt Ariſto. in ſecũdo poſte. & minor eſt manifeſta per ſe. (Rurſus impoſsibile) hic reprobat opinionem illorum, adducendo ſecundam rationem, & primo facit hoc. ſecundo ponit euaſionem illorum, & reprobat illos. dicit ergo, rurſus impoſsibile eſt apud omnes philoſophos inueniri aliquid infinitum in actu, quod ſit corporeum & incorporeum. hæc eſt tanquã maior, & ſuppleas minorem. ſed animæ ſeparatæ ſunt corporeæ, vel incorporeæ, ergo non poſſunt inueniri infinitæ. (Et nullus ſapientũ) ponit ſol. Auic. & contradicit illi. d. & nullus ſapientum poteſt intelligere talia, niſi vtet differentiã inter ſitualia, & indiſsitualia, niſi ille ſapiens eſſet Aui. hæc eſt ſolutio ꝙ maior eſt falſa: quoniam licet infinitum corpus reperiri non poſsit, poteſt tamẽ reperiri infinitum in rebus abſtractis a loco, & ſitu, quæ locum non occupant. cõtra arguit Auer. dicens. dico quod hoc non poteſt intelligi: quia maxime ſequitur ex hoc iſte error. ſ. ꝙ infinitum recipiat magis & minus, & totum eſſet ſimul parti, id eſt æquale: quod eſt falſum. & ſic contradicit omnibus eis. E F

Sicut materia ad eſſe indiuiduorum cõcurrit, ita ad diſtinctionem.

Circa præſens capitulum nolo diffuſe declarare dicta iſta: quoniam, in libro de intellectu, & in quæſtione de infinitate primi prolixe locutus ſum, ſed tantũ circa primũ debes ſcire, ꝙ ſicut materia concurrit ad eſſe indiuiduorum, ita cõcurrit ad diſtinctionem. ſed, qm̃ materia eſt cauſa per accidens indiuidui, neceſſario tamen: forma autem per ſe eſt cauſa indiuidui. ideo diſtinctio indiuiduorum per materiam eſt per accidens, non tamen pure, ſed per accidens neceſſarium. Declaratum eſt enim in 7. Meta. quod materia eſt cauſa quiditatis indiuiduorum non per ſe, ſed per accidens, ſed tamen neceſſarium: forma autem eſt cauſa per ſe totalis eſſentiæ, & quiditatis rerum: ideo eſſentia indiuiduorum eſt per accidens a materia, & per ſe a forma. Sed obijcis, ſicut Ioan. dicit in lib. de ſubſtantia orbis: ſicut aliquid eſt cauſa rei in eſſe, ita in diſtinctione illius: ſed forma eſt cauſa per ſe eſſendi indiuiduorum: ergo diſtinguendi. & ſic principium indiuiduorum erit forma. Ad hanc. q. debes ſcire quod, ſicut eſſe ſimpliciter eſt a forma, ita eſſe ſimpliciter diſtinctum non eſt niſi eſſe vnum in ſe, & diuiſum a quolibet alio: ſed, ſicut eſſe indiuiſibile eſt eſſe ſecundum quid, ita diſtinctum numero eſt diſtinctũ per accidens, & ſecundum quid: & ſic illa propoſitio non habet

Obiectio.

Solutio.

A locum niſi in eſſe, & diſtinctione ſimpliciter, & non aliter: quomodo autem valeat ratio Auer. de eſſe infinito, iam dixi in lib. de intellectu, & in quæſtione de infinitate primi, & confirmaui illa verbis Ari. in 3. Phy. & nolo ponere ea, quę ibi poſui: quoniam eſſet ponere capitulum ſupra capitulum.

ALGAZEL.

AIt Alga. ratiocinans pro Philoſophis. Si autem dixerit hoc conuertitur contra vos, quoniam Deus glo. ante creationem mundi poterat eum creare menſura anni, aut duorum annorum, & non eſt finis poſſe eius: & quaſi expectauit, & nõ creauit, deinde creauit: tunc tempus dimiſsionis aut fuit finitum, aut infinitum. ſi dixeritis finitum, ergo eſſe creatoris fuit finitum. ſi vero infinitum, ergo finita eſt menſura, in qua ſunt poſsibilitates infinitæ, & ambo falſa. Dicimus ꝙ menſura, & tempus ſunt creata apud nos. & nos de-

Hæc potius cum 17. particula coincidit. tex. antiqui.

B clarabimus verificationem reſponſionis ad hoc, cum loquemur de ſecunda ratione eorum.

Cum induxit opinionem Alga. & argu. eius, & ſolutionem illius: nunc vult adducere rationem Platonis: & primo ponit illam ſecundo ibi: (Nos vero) reſpondet contradicendo ei, dicit ergo, ait Alg. & ſi forte aliquis diceret, quod opinio Plato. eſt vera, videlicet, quod anima eſt vna, & antiqua, & diuiſibilis diuiſione corporum, & incorporea ſeparatione redit ad ſuam radicem. & vnitur. Ego diu conſideraui verbum iſtud, & cum inſpexi hoc, ſemper ſteri in dubio, & petij declarationẽ illius: dixit comes mirãdulanus, corona noſtræ ætatis, in corbula me petente Bononiã, ꝙ opinio Plat. ponit vnã ideam animarũ, quæ ſe habet reſpectu aĩarum, ſicut ligna in voltis, & arcubus domorũ: dicebat. n. qđ ſicut ligna illa ſubterpoſita lapidibus incalcinatis ad modũ arcus poſt exſiccationẽ illorũ, remota dimittũt veſtigum eorum ꝙ vocatur volta ſeu arcus, ſic eſt vna idea numero omniũ animarũ, quæ, cum corpora formantur a virtute genitiua, egreditur illa, & recedit, dimittitq; eius vmbrã ſeu veſtigium eius, quod anima vocatur: & ſic dixit dictũ Iſaac iſraelitæ intelligi, ſ. quando dicit animam eſſe productã in vmbra, intelligitur, id eſt, ideæ. iſta ergo reſultatio, ſeu veſtigium apud Platonẽ anima erat, & ideo illã ideam ſeminariũ, ſeu radicem dicebat. Et

Quę fuit opinio Plat. de multitudine animarũ ſecundũ comitẽ mirandulanum.

C tunc dixit Plato, quod qñ animę deſinunt corpora, tunc redeunt ad earum ſeminariũ, intantũ quod veſtigia illa, quæ animæ erant, amplius non ſunt poſt: ſed redundant in ſuũ ſeminarium, vt dicit, & hanc opinionem dixit eſſe Platonis ille vir. & ita Plato poſuit oẽs animas eſſe vnã in radice, plures autẽ originaliter: & ſic huic multũ conſonat ſeries verborum Alga. & Auerrois: quoniam nititur Alga. probare multitudinẽ animarum in verbis ſequẽtibus: propter quod, ſignum eſt quod Plato opinabatur vnam eſſe tantum. Huic etiam Themiſtius, ſolennis Platonicus, vt narrat Auerrois. 12. Metaphy, commen. 18. concordat dicens, quod Plato poſuit ideam terræ eſſe factam ex dijs ſecundis. Ariſto. autẽ a ſole, & orbe decliui. vbi loquitur de illa idea: vt apparet ibidem, & in expoſitione mea. Sed licet hæc opinio ſit ſolennis, vt vides: dixi tamen ſibi quod opinio Platonis non eſt illa, vt apparet in phædone: et ei monſtraui textum, cui nõ contradixit: videbatur enim mihi Platonem velle animas eſſe creatas a Deo in quodam numero certo, & eas ſtare in ſignifero ſeu orbe ſeminario in gloria: & tunc ponit quod illæ deſcendunt ad corpora: & cum completur eorum deſcenſus, ſic quod ſingulæ in corpore fuerint: tunc erit annus magnus, in quo iterum omnia, vt prius, redibunt: & hoc fiet infinities, & reiterabuntur ſæpe: & tunc vult ipſe per radicẽ orbẽ ſignorũ, quẽ appellat ſeminariũ primũ, in quo ſtant: et ſi iſta eſt opinio Platonis, iã ſoluta eſt quæſtio Alg. (Nos vero) cũ induxit ſol,

Opinio Auerro. de multitudine animarũ ſecundũ Plat.

Platonis. Nunc Alga. reprehendit illam: Circa quod debes ſcire quod ad illam opinionem ſequitur animam vnius hominis eſſe animam alterius: quoniam anima mea tunc fuit alterius, tempore ante reuolutionem magnam: quoniam ego tunc fuit aliud in Deum a me nunc, vt probant philoſophi: contra hoc arguit Alga. d. nos vero reſpondemus quod hæc opinio eſt abſurdior opinionibus animę, & contra intellectus ſententiam: cuius rationes tangit. d. nos enim dicimus quod anima Petri nõ eſt anima Gulielmi: impoſsibile eſt enim quod ſint vnæ quęlibet nãq; earũ ſentit, & cognoſcit ſe differre ab alia: vnde, ſi animæ eſſent vnæ, eſſent homini vni in ſcientia: cuius rationes tangit. d. quæ ſcientia eſt proprietas ſubſtantialis animarum: vult dicere, quod ſicut anima erit vna, ita & ſcientia: eo quia ſcientia eſt proprium animæ: ergo non poſſunt animæ in quodam numero creari. Et, ſi forte aliquis arguat. d. quod ſint vnum animæ, id eſt, quod omnes animæ ſint vnum, ſed diuidantur ſecundum dependentiam, id eſt, ordinem ad corpora, ſicut videtur opinio peripatheticorum: vult enim Auer. peripatheticus, vt dixit, quod intellectus omnium eſt vnus numero in ſe. poteſt tamen multiplicari extrinſece, prout eſt dicens ordinem ad diuerſa corpora, quorum eſt perfectio prima. Contra hoc arguit Alga. d. nos dicimus quod diuidi id, quod magnitudinem quantitatis menſurabilium non habet, eſt falſum: ergo ſup. impoſsibile eſt vnicum intellectum eſſe multos reſpectu corporum. Secũdo arguit, qualiter etiam dicemus quod vnus ſit mille, vel infiniti: id namque, quod eſt inquantitabile, eſt indiuiſibile, & per conſequens ille vnus intellectus non poteſt eſſe plures. hęc ſunt argumenta Algazelis.

Opinio peripatheticorũ. Impug.

AVEROES.

Ait Auer. Plurimi eorum, qui dixerunt innouationem mundi, dixerunt innouationem temporis cum eo. Quare, cum dixit ꝙ menſura dimiſsionis aut eſt finita, aut infinita, eſt ſermo non verus. nam quod non habet principium, non ceſſat, nec finitur: & etiã qm̃ aduerſarius non confitetur ꝙ ſit dimiſsioni menſura. Quod vero debet dici eis, eſt vtrum ſit poſsibile vt innouatio temporis ſit extremitas eius, quæ eſt eius principium, longior ab inſtante, in quo ſumus? aut impoſsibile? Si dixerint impoſsibile, tunc poſuerunt menſuram terminatam, qua maior non poteſt imaginari ab agente. & hoc eſt falſum, & abominabile apud eos. Si vero dixerint ꝙ ſit poſsibile vt ſit extremitas eius longior ab inſtante extremitatis creatæ, dicatur eis, vtrum ſit poſsibile in hac extremitate ſecunda, vt ſit extremitas longior ea? Si dixerint ſic, & non euadent ab hoc, dicatur eis ergo hic eſt poſsibilitas innouationis menſurarum infinitarum numero, & ſequitur vobis, vt ſit ceſſatio earum ſecundum vos in reuolutionibus cõditio requiſita in innouatione menſuræ temporalis, quæ eſt ex eis. Si autem dixeritis quòd id, quod eſt infinitum, non ceſſat, tunc id, quod ſequitur ſcd̃m vos aduerſario ĩ reuolutionibus, ſequitur vobis in poſſibilitate mẽſurarũ tẽporũ, quæ innouantur. Si aũt dixerit ꝙ ſit differentia inter ea, qm̃ poſsibilitates illę infinitę, quę ſunt in mẽſuris, nõ exierũt in actũ, & poſsibilitates reuolutionũ infinitarũ iã exierunt in actũ, dr̃ eis ꝙ poſsibilitates rerũ ſunt ex eis, quę cõnectũtur rebus, ſiue ſint p̃cedẽtes res ipſas, ſiue cũ eis, vt tenẽt aliqui, & ſunt neceſſario numerãtes res ipſas. Si aũt falſum eſt reperiri reuolutiones infinitas ante

Obſerua ꝙ Expoſitor potius. 14. part. expoſuit, quę iſtã.

D A reuolutionem repertam in inſtante,tũc erit falſum reperiri poſſibilitatem reuolutionũ infinitarũ:niſi ꝙ poſſet dicere aliquis ꝙ tempus eſt terminatum menſura,ideſt tempus mundi:& impoſsibile eſt reperiri tempus maius eo,& minus eo, vt Philoſophi dicunt de menſura mundi.& ideo iſti ſermones non ſunt demonſtratiui. Quare eſſet magis cautum dicenti mundum eſſe creatum ponere tempus terminatũ menſura,et non ponere poſsibilitatem ante id,quod eſt poſsibile,et ponere etiam magnitudinem finitam.ſed magnitudo habet totum,tempus vero non habet totum.

Magnitudo habet ſolum tẽpus nequaquam.

Vult nũc Auer. ſoluere.q.Alg. & primo proponit veritatẽ,q.ſecũdo probat illam,tertio exponit opi. Platonis,quarto ſoluit.q.declarando latentiã ſophiſticationis.In prima dicit, dicimus nos quod Petrus bene differt a Gulielmo in numero,& ſunt vnus ĩ forma,ſ.in anima vna:iſta eſt veritas,quã proponit,(Si anima Petri)nũc probat iſtã veritatẽ: & primo infert vnũ conſequens, deinde oſtẽdit falſitatem illius,& tertio oſtendit id ſequi quomodocũq; : dicit ergo, ſi anima Petri differt ab anima Gulielmi in numero, ſicut perſonaliter entia ſolent differre in numero:igitur oportet, qd anima Petri & Gulielmi eſſent duæ in numero:iſtud eſt conſequens:deinde oſtendit impoſsibilitatẽ huius, & infert vnũ impoſsibilius.d.& ſequitur ex hoc,quod anima haberet animã. (Et ſic anima Petri) nũc concludit veritatẽ propoſitã.d. & ſic anima Petri & Gulielmi eſſent vna & eadẽ in forma,& pluralitas numeralis,ſ. diuiſio ſequitur vnum in forma,licet ratione materię ſit numeralis diuiſio,Sed prouenit locus.q.nõ paruus:qm̃ poteſt eſſe locus quæſtionis in eo,quod dicit: quia tunc anima haberet animã:non enim videtur locus aliquis,vnde teneat illa conſequentia. Et ſoluitur,qm̃,ſi anima Sor. eſſet alia ab anima Platonis:vel eſſet alia ſimpliciter & per ſe,vel per accidens ratione corporis:ſi ſecundum : ergo in ſe ſimpliciter eſt vna,licet multa attributione,ſicut dictum eſt:ſi autem ſint plures ſimpliciter:ergo ſunt differentes,& conuenientes: &, ſic ſunt compoſitæ ex parte qua differunt,& parte qua conueniunt:ſed pars,qua conueniunt, nõ poteſt eſſe niſi forma,& non niſi forma,quæ eſt anima:qm̃ anima non fit ex non anima: ergo ex anima. Illa ergo conſequentia valet,præſuppoſito quod illæ ſunt plures ſimpliciter & non attributione.(Vnde,ſi anima)nunc infert,quomodo omnino oportet quod qualitercũque ſequitur opinio prædicta,& dicit:vnde,ſi anima nõ admitteretur in corporis admiſsione, oportebit quod quando ſeparata fuerit a corpore ſit vna & eadem in omnibus, videlicet in numero:conſequentiam ſupponit ex ſolutione ſexti dubii:quoniam cauſa multiplicationis numeralis eſt materia:cum igitur in corruptione totali nulla remaneat materia,ideo ſimpliciter dici poteſt,quod remouebitur cauſa & principiũ multiplicationis, & per conſequens remanet vnitas numeralis ſaltẽ priuatiue,& ſic vna erit anima ſimpliciter omniũ(Attamen id,quo)nunc verificat opinionẽ Platonis, & ſoluit argumẽtum eius,& d.attamen id,quo iſte homo Platonem reprobat,ſophiſticatio fuit: ſentẽtia.n.eius erat qd anima Petri aut differt ab anima Gulielmi , aut fuit vna & eadẽ.Deinde deſtruit mẽbrum falſum, & concludit verum.d. non ſunt vna: quia ſequitur falſum,vt ſupra fuit ab eo deductũ,ergo differũt. (Et loca ſophiſticationis)ſoluit iſtã quęſtionem.d.& loca ſophiſticationis ¦hęc ſunt in duobus vocabulis, videlicet in eo,quod dicit differt,& in eo,qd dicit,idẽ: differre nãq; æquiuoce ſignificat:& idem multipliciter poteſt intelligi: & ideo anima Petri & anima Gulielmi quodammodo poſſunt intelligi vna & eadem , vtputa ex parte formæ,& ſunt multæ alio modo,videlicet ratione ſubiectorum.

Dubitatio.

B

Solutio.

C

Debes scire, quod forma hominis poteſt dupliciter conſiderari, videlicet inquantum anima,& inquantum intellectus ſubſtantia exiſtẽs ſeparata. Si primo modo,dico qd,ſicut colũna eſt dextra & ſiniſtra nõ per ſe, ſed ex ordine ad diuerſos hoĩes,ſic qd nulla eſt nouitas ĩ ea;ſic intellectus, ꝓut reſpicit hoĩes

Dupliciter capitur forma hominis

diuerſos, eſt anima multa nõ multiplicatione accidẽte ei, ſed multiplicatione ſe tenẽte ex parte corporũ: & ſic poteſt dici homo multus per accidens extrinſece, ſicut colũna dicitur dextra per accidens ratione rei dextræ ſimpliciter. Si autem cõſideratur vt intellectus eſt: ſic eſt vnus per ſe & per accidẽs: qm̃ vt ſic, ſeparatur ſimpliciter ab omni reſpectu ad quodcunq; extrinſecũ, & ſic anima eſt vna quodãmodo, & plures quodãmodo: vna quidẽ per ſe & ſimpliciter: multę aũt extrinſece & per accidẽs. (Sed id, qđ dicebat) nũc ſoluit ad motiuũ Alg. & d. ſed illud, quod dicebat, ſcilicet qđ diuiſio nõ põt diuidere in quantitabile, falſum eſt abſolute, videlicet quod hæc propoſitio nõ eſt vniuerſalis: immo deficit in quodammodo: quod declarat dicẽs: hoc enim verificatur in eo, quod per ſe diuiditur, ſed non in eo, quod diuiditur per accidens, ſcilicet id, quod diuiditur ratione ſubiecti diuiſibilis per ſe: vt albedo, quæ diuiditur ratione corporis: & hoc modo forma, & anima diuiduntur diuiſione corporum. Ad formam, negatur maior, vel diſtinguitur. vt dictum eſt. (Et ideo) vltimo exponit hoc per exẽplum, & dicit. & ideo dicimus quod anima vere eſt ſimilis luci: quia, ſicut lux diuiditur diuiſione corporum lucentium, attamen in medio eſt vna, poſtea vnitur lux remotis lucentibus corporibus: ſic recte eſt de anima cum corporibus, ſcilicet quod ipſa eſt vna ſimpliciter, plures tamen reſpectiue: & ſic per hoc intelligitur totum illud. D

Opinio platonis.

CIRCA DICTA, primo debes ſcire ꝙ opinionem Plato. Auer. reduxit ad opinionẽ eius, intantũ ꝙ Pla. vt Auer. innuit, nihil aliud, niſi ſit quodammodo vna, & quodãmodo plures: eſt. n. vna ſimpliciter & abſolute in ſubſtãtia, & plures reſpectiue & in habitudine ad diuerſa ſubiecta, vt dixit iã. Et hãc opi. Auer. aſcribit Platoni. Et addo, ꝙ Plato videtur dicere ꝙ homo nõ eſt aliud niſi anima, prout vtitur corpore, tanq̃ inſtrumento. & ideo, ſicut nauis eſt nauta tantũ vtens inſtrumento, ſic homo eſt anima vtens corpore tanquam inſtrumento: & ſicut artifex eſt quodammodo plures propter vſum diuerſorum inſtrumentorũ, & quodammodo vnus ſimpliciter & abſolute, ſic & anima. & hæc videtur opinio Plato. vt ſcripſi in libro de intellectu. E

Poſitio cuiuſdam hebręi.

SECVNDO debes ſcire in propoſito, vt narraui in tractatu intitulato Vincentio quirino veneto, meo ſcholari, de actione omnium rerum. Quidã hebręus opinatus erat Auer. & Ariſto. & Pla. eſſe vnius opinionis, intantum ꝙ dixit eos velle, quod omnes res compoſitæ erant compoſitæ ex materia & intellectu, adeo quod intellectus in quibuſdam erat intellectus tantum, vt in homine, & in quibuſdam anima, & in quibuſdam natura. anima erat in brutis, natura vero in elementis, tamen vna numero ſubſtantia erat omniũ. & huic opinioni videtur Auer. aſſentire in principio huius ſolutionis. attamen, vt narraui, hanc opinionem reprobat Auic. in 6. naturalium, & auctor de ſpiritu in lib. eius. ideo, hic dum dicit animã eſſe animã vnam omniũ, intelligit a proprietate, vltra quã F

Impugnatio

eſt vna propria vnicuique, per quam homo ponitur in ſpecie, quæ incipit & deſinit ad generationem & corruptionem corporis, vt d. Auer. in com. 2. tertij. & tu vide tractatum meum de hoc.

Cum compleuit difficultatem quæſtionis iam dictę circa animas, vult modo aggredi nouũ argumentum, & primo arguit ꝙ mundus non eſt creatus in tẽpore. ſecũdo ibi. (Nos vero) reſpondit rationi illius. dicit ergo, ait Alg. & ſi forte aliquis philoſophorũ diceret ꝙ mundus nunquã creatus fuit: vult dicere nouiter. Deinde arguit hoc dicens, ſi mundus modo creatus fuiſſet, nõ euaderet quin Deus benedictus ante dictam creationem ceſſaſſet in quantitate vnius anni, vel duorum annorum vel infinite, poſtea creauit tandem, adeo ꝙ duratio ceſſationis aut finita, aut infinita fuit. Si fuit finita, ergo eſſe creatoris eſt finitum. hoc eſt falſum, quoniam creator eſt Deus æternus. ſi fuit infinita, ergo venit ad finem duratio illa, in qua pertranſierũt poſsibilitates infinitæ in numero, quod eſt impoſsibilius. (Nos vero) reſpondit nunc, & dicit. nos vero dicimus ꝙ tempus & duratio fuerunt res creatæ, vt in ſequentibus ad præſens argumentum diffuſe reſpondebimus. vult ergo ꝙ argumentum ſupponat falſum, ſcilicet ꝙ mundi creatio ſit in tempore, immo ipſo tempore præcedenti.

A Nunc Auer. recitato argumento, quod ſoluit Alga. vult fortificare ipſum, & primo ponit proximū veritatis ſecundo ibi. (Sed argumentum) fortificat ipſum. aliç particulç erūt manifeſtç. dicit ergo in prima. dicimus nos ꝙ maior pars opinantium mundi creationem ponunt ipſum, ſcilicet tempus creatum fuiſſe ſecum. cuius rationem dicit. dicimus enim ꝙ ponere durationem aliquo modo finitam, aut infinitam ante mundi creationem eſt impoſsibile. id enim, quod non habet principium, non poteſt finiri: ergo tempus ſimul cum mundo generari debet. & hoc probauit Ariſt. aperte in. 8. phy. nullus enim tempus generat, &c. Debes ſcire, quod Auer. non dicit hoc, tanquam negatum ab Alga. ſed potius oſtendit illud eſſe conueniens philoſophis. (Sed argumentum huius) hic vult confirmare argumentum dictum, & videtur mihi quod retorqueat argumentum eius contra eum. Vbi debes ſcire, quod Alga. arguebat. ſi mundus eſt ęternus a parte ante. ergo infinitum fuit finitum. conſequentiam probauit: quoniam reuolutiones fuerunt infinitę ante inſtans, quod eſt pręſens: & omnes ſunt cōſumptę. ergo fuit infinitum cōſumptum, & terminatum vſq; ad hoc inſtans, quod eſt præſens. intendit ergo Auer. retorquere argumentum illud ad oppoſitum, & dicit, & argumentum huius hominis debet fortificari alio modo, videlicet aut extremitas creationis mundi, ſcilicet eius principium poterat eſſe longior momento, ſcilicet illo in quo creatus fuit, vel cum quo creatus fuit, aut non. ſi non, oportebit ponere Nota.

B menſuram, in qua creari amplius non poterat: quod eſt falſum apud omnes: quoniam nulla eſt menſura, quin in illa potuit creari, & alia ante illam, & ſic in infinitum: quoniam omnes ſunt vnius rationis, & non maior ratio eſt de vna quā de altera, nec eius potentia eſt fortior in vno tempore quam in alio, nec indiget auxilio alterius iuuantis ergo non datur menſura determinata, in qua poſsit tantum. Debes ſcire, quod apud ſophiſtas loquentes, ſi conceditur maximum tempus, in quo ſic aliquid poteſt fieri, vel minimum, in quo non, reſpectu potentię finitę, non tamen reſpectu potentię infinitę. immo potentia infinita eſt, quę poteſt non tantum in tanto tempore, quin maius in minori tempore, vt dictum eſt ſophiſticis modernorum. Applicando ergo ad propoſitum, ſi theologi ponunt vigorem primi eſſe infinitum, habent dicere quod menſura, in qua creatus fuit mūdus, non eſt determinata, quin Deus in illa poſsit, & in alia ab illa poſſet quoniā non limitatur ab extrinſeco, vt dixi. Deinde remouet primum membrum. d. ſi primo modo, videlicet, extremitas temporis, ſcilicet ſuum principium, poterat eſſe longior momento pręſenti, in quo fuit creatus, ſcilicet ab extremitate creati, adhuc petere eſt, vtrum ſit poſsibile in pręſenti extremitate quod ſit lōgior. Et, ſi reſponſio eſſet quod ſic (quod neceſſario reſpondendum eſt) oportet quod ſit terminatio menſurarum temporis: quod ipſe habet pro impoſsibili: & ſequitur Poſitio ſophiſtarum.

C ex hoc quod terminatio ipſarum fuiſſet in reuolutionibus cauſantibus menſurā temporalem ab eiſdem inuentam: & ſic ſequitur idem, quod prius. Sed difficile eſt probare has conſequentias. & ideo in declaratione iſtius, multa dicet ipſe in ſecunda diſputatione. & ego volo dicere aliqua pro huius euidentia. Dico ergo, quod tota vis iſtorum conſiſtit in duobus: quorum primum eſt, ſcilicet ante inſtans, quod eſt pręſens, in quo mundus fuit creatus, potuit eſſe tempus infinitum, & motus in infinitum. iſtud eſt manifeſtum: quoniam ante illud inſtans infiniti potuerunt eſſe mūdi quolibet modo facti, ſcilicet quorum quilibet potuit per aliquam diſtantiam eſſe factus ab aliquo: ergo potuit tempus eſſe infinitum. Secundum eſt, quod in his, quorum complementum eſt ab anima, eadem eſt poſsibilitas eſſendi apud animam, & ſecundum rem, & eadem impoſsibilitas. etiam iſtud omnibus eſt manifeſtum. His habitis arguo conſequentias. Prima, ergo apparet ex primo fundamento, quoniam, ſi mundus in hoc inſtanti eſt factus, & ante hoc inſtans potuerunt eſſe mundi infiniti. ergo infinitę fuerunt poſsibilitates eſſendi temporis. ergo apparet prima conſequentia. Tunc vltra, ſed eadem eſt ratio poſsibilitatis, & actualitatis in eis, quorum complementum eſt ab anima, vt apparet in ſecundo: ergo poteſt inferri, quod infinitę actu fuerunt menſurę terminatę ad hoc inſtans. iſtę conſequentię apparebunt clarius infra in diſputatione dicenda. Et debes ſcire, quod apud nos chriſtianos bene concedendum Prima propoſitio. Secunda. Deductio cōſequētię. Poſitio chriſtianorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

eſt ante inſtans,quod eſt pręſens,pręfuiſſe tempus in mente diuina, & per con- D
ſequens ſimilitudo temporis,nō tamen tempus materialiter, quod eſt natura mo
tura motus, vt infra dicetur.(Si vero)nunc inducit ſolutionem quorundam.& li
cet hęc reſponſio poſsit habere plures intellectus attamen iſte primus bonus
eſt.quod infinitum finiri ex ea parte,qua finitum eſt,non eſt impoſsibile:qm̄ vt
ſic,eſt capacitatis infinitę.ſed ex ea parte,qua infinitum, eſt ſimpliciter impoſsi
bile:modo applicando ad propoſitum. tempus id verum, vel imaginatum eſt fi-
nitum ex parte pręſentis eſt,vel fuit infinitum ex parte futuri. Hoc dicit,ſi vero
dicerent ꝙ,quod infinitum eſt nō pōt perfici, neq; finiri.vult dicere a parte, qua
infinitum,& per conſequens a parte,qua finitum pōt.et ſic in propoſito,vt dixi.
(Reſpondendum eſt ad hoc) replicat,vbi vult quod non valet ſimpliciter, ſed
ad hominem:& hic locus vix intelligibilis eſt. Et tamen debes ſcire quod,vt
videbis. Alga.arguit contra philoſophos, quod ſi mundus a parte ante ſit ęter-
nus,tunc tempus eius erit ęternum,& id tempus eſt terminatum ad hoc inſtans
huius diei.ergo infinitum recipit terminum. vult ergo Auer. quod argumentum
iſtud contra loquentes eſt difficile ad hominem: quoniam eodem argumento de
tempore vero, ſicut de tempore poſsibili:quoniam idem eſt modus impoſsibilita
tis vtriuſq;.& ſic argumentum eſt contra eos.dicit ergo.Ad hoc reſpondendum
ꝙ id, quod ſequitur partem obijcientem,id eſt, loquentes de reuolutionibus, id E
eſt,tempore vero infinito. ſequitur & eos in poſsibilitate mēſurarum temporum
innouatorum,id eſt ſequitur eos ponendo infinitas reuolutiones fuiſſe poſsibiles:
quoniam eadem eſt ratio eſſendi actu temporis,& poſsibilis eſſe. (Et ſi forte.)
adhuc reſpondet,& dicit. &, ſi forte aliquis diceret ꝙ differentia inter eos eſt ꝙ
illę infinitę poſsibilitates non ſunt adhuc egreſſę ad actum, & poſsibilitates re-
uolutionum ſunt iam actu egreſſę. ergo argumentum bene procedit contra phi-
loſophos, & non contra loquentes. (Nos vtique) reſpondet applicando.d.nos
vtiq; reſpondemus, ꝙ poſsibilitates rerum ſunt de concomitatibus ipſarum:vult
dicere,reputantur pro ipſis rebus actu, qualitercunque ſint, videlicet ꝙ pręce-
dant illę concomitantes illas res, aut ſint ſimul & ſemel, ſicut philoſophi opi-
nati ſunt. quapropter ſequitur mutationes rerum, vult dicere ꝙ ſi res eſt vna,
vna fuit poſsibilitas:& ſi duę, duę ſunt poſsibilitates. Vnde, ſi impoſsibile eſ-
ſet quod ante pręſentem reuolutionem fuiſſent infinitę reeolutiones.ergo a pari
eſſet impoſsibile eſſe poſsibilitatem infinitarum reuolutionum. ecce quomodo
Dupliciter Auer. dixit declarationem illarum conſequentiarum. (Sed adhuc)hic ponit vl-
cōſideratur timam eorum ſolutionem. & vult quod tempus poteſt dupliciter conſiderari,
tempus, ſcilicet reſpectu mundi, & ſimpliciter, ſi reſpectu mundi, ſic eſt terminatum,
quoniam quęlibet magnitudo finita eſt in tempore finito. ſi ſimpliciter, ſic eſt
ęternum ſimpliciter. dicit ergo: ſed, adhuc dicendum ab obijcientibus, quod F
tempus eſt terminatum in menſuram, ſcilicet tempus mundi. Impoſsibile eſt
ergo eſſe tempus maius eo, neque minus, ſicut multi homines opinati ſunt in
mundi menſura. Tunc ait Auer. & ideo diximus nos quod prædictę conclu-
ſiones non ſunt demonſtratiuę, vult dicere theologorum. & ideo eſſet melius
pro aſſerentibus mundi creationem,quod ponerent tempus terminatum in men-
ſura. & per conſequens non ponerent magnitudinem infinitam ipſius mundi,
quoniam magnitudo habet totum, id eſt finem, tempus autem ſimpliciter.
non ergo habet contra theologos ſaltem quod tempus in ſe ſimpliciter ſit ęter-
num,& hoc vult.

ALGAZEL.

Ait Alga. recitans de Philoſophis in eo, ꝙ negarunt aduerſa-
rio, quòd ſit ex per ſe notis retardari actionem antiqui anti-
quo, aliqua ſpecie rationum in hac propoſitione. Si autem
dixerit, quare negatis dimittendi rationes neceſsitatis, & adducenti

A rationem eis ex aliis modis? &c. vſque & non diſcernitur, & cognoſcitur res a ſuo ſimili in aliquo.

Hic vult Alga. facere petitionem vnam philoſophis cum quadam admiratione. d. ait Alga. nomine philoſophorum hęc verba. quando ei obijcientes negabant quod ceſſare actionem antiqui ab eodem antiquo eſſe quid notum, vult dicere, quod quidam peripathetici dixerunt quod impoſsibile eſt quod actio, quę ſemel fuit ab antiquo, ceſſet ab eodem: contra quos dixit talia verba, ſcilicet & ſi forte aliquis diceret, quare negant admittentes autoritates neceſsitatis, id eſt, ipſum habere poſſe cum quadam neceſsitate, quare negant ſup. & quęrunt alios modos incompetentes. i. extraneos. q. d. ꝙ non videtur bonum negare id manifeſtum, & quęrere aliam viam extraneam. Hęc eſt petitio, quam facit Alga. nomine loquentium. Cui Auerrois reſpondet in diſputatione ſequenti, vt vides.

AVEROES.

B Ait Auer. Summa eius, quod recitauit ipſe de Philoſophis in hoc capitulo, eſt in adducendo rationem, ꝙ impoſsibile ſit reperiri innouatum ab agente ęterno ex eo, ꝙ impoſsibile eſt vt ſit ibi voluntas. Attamen hęc quęſtio eſt eis congrua, cũ conceſſerint aduerſario ꝙ oppoſita omnia ſunt indifferentia reſpectu ad voluntatẽ antiquam, tam id, quod fuerit ex eis in tempore, vt prius, & poſterius, & tam id, quod eſt in qualitate contraria, vt albedo, & nigredo: & ſic priuatio, & eſſe ſunt apud eos indifferentia reſpectu ad voluntatem primam. &, quoniam conceſſerunt hanc propoſitionem aduerſario, licet non teneant eam, dixerunt eis quòd de natura voluntatis eſt non inclinare magis actionem vnius duorum indifferentium prę alio, niſi ex quo approprianate. & eſt cauſa, quę reperitur in vno duorum, quę non reperitur in alio. ſin autem, tunc eſſet vnum duorum indifferentium caſu, & fortuna. Philoſophi aũt confitentur eis hunc ſermonem. nam, ſi eſſet voluntas ab æterno, tunc eſſet poſsibile fieri innouatum ab anti-

C quo. &, cum non potuerint Loquentes reſpondere, coacti ſunt ad dicendum ꝙ voluntas antiqua ſit attributum, cuius natura ſit diſtinguere rem ab indifferenti abſque eo, ꝙ ſit ibi approprians inclinans actionẽ vnius duorum indifferentium prę alio: ſicut caliditas eſt attributum, cuius natura eſt calefacere, & ſcientia eſt attributum, cuius natura eſt apprehendere ſcitum. Attamen eis reſpondet aduerſarius ex Philoſophis, hoc eſt falſum, & non poteſt imaginari eſſe eius. quoniam duo indifferentia, quę apud volentem ſunt ęqualiter, non pendet actio eius magis in vno quàm in alio, niſi in eo ſunt differentia, ideſt in eo, quod eſt in vno eorum attributum, quod non eſt in alio. cum vero fuerint ęqualia omnibus modis, & non fuerit ibi approprians oĩno, tunc voluntas pendebit in eis ęqualiter, &, cum pendebit in eis ęqualiter, & ipſa fuerit cauſa actionis, non eſt dependentia actionis in vno eorum magis quàm in alio. & tunc aut pendet in duabus actionibus ſimul, aut non pẽdet neq; in vno eorum, & ambo ſunt falſa. In primo aũt

ſermone quaſi concederent eis, q́ omnia ſunt ſimilia reſpectu ad agẽs D
primum, & ſequitur eis vt ſit ibi approprians prius eõ. & hoc eſt falſum. Et, quia reſpondent q́ voluntas ſit attributum, cuius natura eſt diſcernere, & cognoſcere ſimile a ſimili, in eo q́ eſt ſimile, contradixerunt eis, q́ hoc non intelligitur, nec eſt quid intellectuale de voluntate, & quaſi negauerunt eis radicem, quam iam conceſſerunt. Hæc eſt ſumma huius capituli, & eſt permutatio ſermonis a quæſtione prima ad ſermonem de voluntate: permutatio aũt eſt operatio ſophiſtica.

Vult modo inducere ſententiam verborum Alga. & reducit opinionem philoſophorum in propoſitionibus, & dicit. dicimus nos quod ſententia eius, quam nomine philoſophorum inducit, ad probandum quod impoſsibile eſt inuenire in nouarum ab antiquo ęterno agente, eſt, quod impoſsibile eſt quod ſit ibi voluntas. Hęc igitur eſt prima propoſitio. ſ. quod in ęterno agente non eſt voluntas. Hanc propoſitionem declarat. d. & hęc negatio eius congrua apparebat: vult dicere quod negare ibi voluntatem eſſe eſt congruum, inquantum ipſi concedebãt obijcientibus, quod omnia opponentia, vult dicere pręſentia, ſunt ſimilia, id eſt, eiuſdem rationis reſpectu antiquę voluntatis, iam ſi ſint in tempore ſicut pręcedens, & ſubſequens, id eſt, ſicut res temporales, quam in qualitatibus contrarijs E
vt albedo, & nigredo. iſta enim oppoſita omnia ſunt vnius rationis; ſimiliter eſſe & priuatio ſunt ſimilia reſpectu primę voluntatis. Deinde hanc quaſi probant, & eorum probatio conſiſtit in hoc. quoniam, ſicut proprium eſt calori calefacere, & aquę infrigidare, ſic propriũ eſt voluntatis eſſe illimitatã ad vtroſq; actus, & nullius eſſe determinatam. dicit ergo: &, quia ipſi hanc propoſitionem concedunt obijcientibus eis, reſpondent quod non eſt de natura voluntatis inclinare actum vnius ſimilium magis quam alterum, niſi cauſa appropriante particulari vnum ipſorum ſimilium expreſſe, alioquin prouenirent res, & earum prouentus eſſet ab euentu. vult ergo quod voluntas eſt illimitata, & limitatur a cauſa particulari, aliter euentus rei eſſet caſualis, & ſine illius cauſę intentione. (Vnde philoſophi) hic tangitur ſecunda propoſitio. d. vnde philoſophi concedunt eis ex hoc, quod ſi antiquum haberet voluntatem, bene poterit nouum ab antiquo prouenire. Sed dubitatur, quoniam videtur quaſi argumentum ex deſtructione antecedentis, ſic. ſi antiquum habet voluntatem, poteſt ab eo prouenire nouum, ſed non habet voluntatem. ergo non poteſt ab eo prouenire nouum. dictum in logica, & maxime in fine primi priorum quod locus iſte eſt falſus, & ego declaraui ipſum ibi in expoſitione mea, quam feci Padue. Themiſtius, vt apparet in primo de anima. & Auerro, commen. 13. viſi ſunt velle quod poteſt F
argui conſequente exiſtente de modo contingenti, ſicut bene ſequitur. ſi dion nauigat, contingit dionem bene nauigare, ſed dion nõ nauigat, ergo non contingit ipſum bene nauigare. Huius autem rationem declaraui in primo priorum capi. de contingenti. & in ſecundo perihermé. in expoſitionibus meis. quoniam propoſito de contingenti affirmatiua ſequitur ad illam de ineſſe, immo ſe habet vt conſequens, cuius ſignum eſt, quoniam oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti: quoniam, ſi non contingit dionem bene natare, ergo de neceſsitate dion non natat, per regulam ęquipollentiarum modalium ſecundi perihermenias. &, ſi dion de neceſsitate non natat, ergo non natat, ergo dion natat, & dion non natat, quę incompoſsibilia ſunt. Propoſitio autem de ineſſe negatiua ſe habet, vt inferior ad contingentem negatiuam: quando, ſi dion non natat, non contingit ipſum bene natare, & ſic apparet ratio regulę. Sed omnes moderni logica obijciunt, & ego obiectiones illas ſolui in expoſitione mea primi de anima. Securius eſt tamen dicere cum Auer. in. 7. phy. commen. 16. ſ. quod in terminis conuertibilibus poteſt argui ab oppoſito antecedentis ad oppoſitum conſequentis, ſicut hic arguitur, licet enim per ſe ab oppoſito antecedentis non ſequitur oppoſitum conſequentis. attamẽ per accidens gratia mẽ. bene ſequitur, vt dicit Auer. in primo priorũ in figura ſecunda ex duabus affirmatiuis, & tu inſpicias ſcripta.

Terminatio.

A mea in logicis Ariſt. & aperietur tibi veritas, quoniam magna pars modernorū
oſtendit bene dicta. (Et quia negantes) Vult hic inducere reſponſionem theolo
gorum, quam quidam moderni dicunt in eorum theologijs. Circa quam debes
ſcire, quod ſicut in propoſitionibus per ſe eſt deuenire ad vnam per ſe notā ex
terminis. V.g. ens eſt ens, vt declaraui in logica mea, ita in propoſitionibus con
tingentibus eſt venire ad vnam notam ex terminis. Verbi gratia, volūtas vult:
quia, ſicut illa eſt vera ex natura entis, ita eſt vera, quia voluntas. Applicando
modo ad propoſitum: dico quod voluntas vult vnum ſimiliū magis altero, quia
voluntas. V.g. pręſentatis duobus omnino ſimilibus, dico quod voluntas, quia
voluntas, vult a, & non b: & ſic in propoſito eſt de voluntate primi. Et hęc re-
ſponſio eſt multum ſubtilis apud me: & credūt quidam theologorum noſtrorum,
quod ipſi ſoli inuenerint hanc reſponſionem, & iam apparet qualiter apud anti-
quos fuit nota. & ideo bene dicitur quod omnia vere noſtris patribus aperta fue-
runt. Lege literam. Et quia negantes mundum eſſe ab ęterno carent in hoc, ſ. ar
gumento facto, reſponſione, conati ſunt dicere quod antiqua voluntas. ſ. Dei, eſt
quędā denominatio, id eſt, natura denominata, cuius natura eſt diſtinguere rē. i.
vnum ſimilium a ſuo ſimili abſq; cā appropriāte vnum duorum ſimilium magis
quam alterum. ſicut calor eſt quędam denominatio. i. natura denominata, cuius
natura eſt calefacere. itaq;, ſicut calor calefacit, quia calor, ita voluntas vult al-
B terum illorum, quia voluntas. Ecce igitur, qūo ventilata fuit reſponſio hęc apud
iſtos patres, non tm̄ apud modernos. (Sed philoſophi) hic replicat hanc reſpon-
ſionem. & vr̄ mihi quod virtus eius argumēti eſt. quęcunq; comparata ad aliquā
potentiam ſunt omnino ſimilia & eadem, reſpectu illius, nunquam erunt limita-
ta magis ad vnum quam ad alterum, qm̄ ipſa ſunt ſimilia, & reſpectu voluntatis
ēt, ergo ſunt indifferentia. & per conſequens apparet maior. Sed volibilia reſpe
ctu primi ſunt huiuſmodi, vt ēt concedunt theologi: ergo ſequitur concluſio iam
dicta: huius lege literā. Sed philoſophi reſpondēt eis. ꝙ hoc eſt falſum, & inima
ginabile. ſi enim ſimilia ęqualia fuerint apud volentem, non debet ab eodem ef-
fectus vnius eorū magis procedere quam alterius effectus, niſi prout eſſent diſſi-
milia. ſ. inquantum in vno eorum eſſet quędā denominatio, id eſt, natura, quę in
altero non reperitur. Si enim omnino diſſimilia fuerint, & ibi nulla eſſet cauſa
inclinans, tunc voluntas reſpiceret ambo ęqualiter. & tunc non magis ab eodem
volente effectus vnius eorum ſimilium quam alterius effectus. Deinde recolligit
vim rationis. d. vnde tunc aut voluntas dependet de duobus contrarijs actioni-
bus ſimul & ſemel, aut de nullo eorum. & ambo iſta ſunt ſimul falſa: tandem dici
mus quod illius hominis verba ſunt ſemierronea. & nihilominus conamur repro
bare ad cauendum nocumenta multorum. & ſic apparet vis rationis, &c.

C SED, SVPER hoc ſunt quęſtiones non paruę, quarum prima eſt. an in pri
mo ente neceſſe eſſe ſit voluntas. ſecunda quęſtio erit, videlicet de vi rationis
Auer. contra theologos. arguitur contra primam. quoniam Auer. 12. meta. cōm.
36. voluit ꝙ quęlibet intelligentia mouet per appetitum rationalem, & intelle-
ctum. appetitus rationalis non eſt niſi voluntas. Secundo ibidem com. 39. ait
autoritate Alexan. ꝙ appetitus ſequitur comprehenſionem, ſicut vmbra corpus.
ſed in primo eſt comprehēſio intellectiua. ergo ibi erit appetitus intellectuus, qui
voluntas erit. Prętetea tertio, in tota ſecunda, & tertia diſputatione Auer. demō
ſtrat primum habere voluntatem, & mouere per appetitum volitiuum. Pręte-
rea, quarto arguunt theologi: quicquid perfectionis eſt in ente inferiori, eſt in ſu
periori: ſed in ente intellectuali, ſcilicet homine, eſt voluntas. ergo & in ſupre-
mo erit multo perfectius. & Auer. commen. 39. declarauit omnia hęc. Circa
iſtam quęſtionem breuiter debes ſcire, quod ad concludendum aliquam virtu-
tem reperiri in aliquo non poteſt concludi niſi ex operatione: ad eo quod vbi
operatio erit vniuoca, & vis erit vniuoca; modo ad propoſitum, vt capitur. 9.
meta. coōmen. 3. & 10. & eſt intelligentia. voluntas conſiſtit ſecundum opera-
tionem propriam in eligere libere. eſt autem eligere libere, vt declarabitur in
ſecunda diſputatione, ſine ſpe remeriti electio. & hęc eſt operatio prima & eſ-
ſentialis voluntatis, alia ratio eſt plus nobis nota, ſ. eligere cum contigentia ad

Tertia quęſtio.

Aliquā virtutē reperiri ī aliquo ex operatione cognoſcit.

Quid eſt libere agere.

vtrunq; oppoſitorum contradictorie: & iſta poſitio eſt famoſa omnibus. quoniã D
voluntas hominis cum ſubordinetur rationi fallibili, ideo eſt in potentia neutra.
& ideo vulgares credunt quod omnis voluntas eſt huiuſmodi : quoniam iſtam
tantum vident, & cognoſcunt : voluntatem autem ſecundum primam rationem
non poſſunt niſi ſapientes bene intelligere. & ideo illam deſpiciunt: & quia lo-
qui debemus vt plures, vt dicitur. 2. topi. ideo philoſophi dicerent quod volun-
Solutio. tas primo modo tantum non dicitur voluntas. His habitis dicatur ad quęſtio-
nem, ꝙ ſi loquimur de voluntate ſecundum primam opinionem, primo & per ſe
tantum ineſt primo principio: quoniam ſolum ipſe Deus agit, & eligit opus eius
ſine ſpe remunerationis: quoniam, cũ ipſe ſolus ſit optimus, & perfectus, & ſum-
me beatus, ipſe ſolus aget abſque eo quod perficiatur ab extrinſeco, & ideo ipſe.
ſolus agit ſine ſpe remunerationis. alię autem res huiuſmodi voluntatem non ha
bent ita primo & per ſe, ſed ſatis ęquiuoce & participatiue : & iam iſto modo
non arguit Deum agere contingente, immo cum voluntate ſecundum iſtam ra-
tionem ſtat agere ſumme neceſſario. Si loquimur ſecundum voluntatem ſecun-
do modo: dico, quod ipſi non inerit : quoniam, cum ipſe per eſſentiam ſit bo-
nus, & per eſſentiam eius intentio eſt bona, & ordinata ad bonum, ideo per eſ-
ſentiam erit agens, & non ex indifferentia & contingentia : &, quia, vt dixi,
voluntas ſecundo modo dicitur voluntas famoſe apud vulgares. ideo illo mo-
do poteſt ſimpliciter concedi quod in primo non eſt voluntas: eo quia non E
eſt voluntas ſecundum rationem, ſecundam quam eſt propria & famoſa ratio
eius: & hęc fuit ſubtilis & pulchra imaginatio Auerrois, licet a paucis intel-
lecta. & per hęc iam concordantur omnia verba Auerrois. & tu conſidera
Poſitio theologorum. illa. Pro intellectu vero huius quęſtionis, dicunt theologi, quod in omni rela-
tione contingenti, vel quomodocunq;, eſt conſiderare duo extrema: quoniam re
latio eſt vnius ad alterum habitudo, vt dictum eſt in prędicamentis. &. 5. meta.
loco eius. Modo contingens relatio, vt dicunt, poteſt eſſe ex duobus: vel, quia
neutra extremorum ſunt neceſſaria & neceſſe eſſe: vel, quia alterum tãtum. &,
quia licet Deus ſit neceſſe eſſe, omne aliud extra ipſum eſt cõtingens: ideo Deus
ad quicquid comparatur extra ſe, contingenter comparatur, & ideo ad extra cõ
tingens eſt voluntas eius. ad intra, eius comparatio eſt neceſſaria. & hęc eſt opi-
Poſitio philoſophorũ. nio omnium in theologia noſtra, & eſt propria, vera. Philoſophi autem, qui
ponunt voluntatem ſubordinari intellectui. intellectus autem ſubordinatur eſſen
tię, eſſentia autem per eſſentiam & naturam eſt optima, & ſumme bona. ideo na
turaliter appetit, & eſſentialiter inclinatur ad agendum perfectionem in alio, &
intus integra agere perfectionem in alio eſſentialiter & per ſe: & per conſequẽs
voluntas ad vnum tantum ordinatur: & hęc eſt intentio omnium ſapientiũ phi-
loſophorũ, & nolo plus immorari: & ex his apparet intellectus verborũ Auer. F
& omnium philoſophorum, & declaratio multorum, qui in hoc propriam vocẽ.
Poſitio chriſtianorum. ignorare videntur. Et debes ſcire, quod ſecundum nos chriſticolas, ratio agen
di non eſt eſſentia, vt dicam in tertia diſputatione, ſed eſſentia vt volens. et ideo
comparatur ad extra mere contingenter: & per hęc ſoluuntur argumenta Auer.
q̃m licet Deus ſit indifferens ad omnia volita, tamen quia eligit contingenter et
libere, ideo poteſt agere quod ſibi pręfigit. Ad ſecundum patet ſolutio: quoniã,
& ſi Deus agat per eſſentiam non agit per eſſentiam, vt eſſentia, ſed vt volens:
& ſic contingenter. Et ſic argumenta huius hominis non agunt, vt patet.

ALGAZEI.

AIt Alga. reſpondens pro Loquentibus circa affirmationem vo
lũtatis. Dubitatio aũt eſt dupliciter, Primo quidẽ, cũ dixerint
hoc, non põt imaginari: nã an ſcitis hoc de neceſsitate, aut ſpe
culatione, aut impoſsibile eſt ratiocinari aliquod eorũ, vſq; ad affirma
re attributum, cuius natura eſt appropriare rem ſuo indifferenti?

A In dubio pręſenti Auerrois inducit ſententiam Alga. & quia verba ſua ſunt multum prolixa, abbreuiat ea, & ponit eorum ſententiam. d. ait Alga. contra philoſophos aſſerens voluntatem talibus verbis: dicimus quod hic poteſt dupliciter argui. primo vt dictum eſt, &c. hęc ſunt verba Alga. ſupra quibus Auer. primo ponit illum modum arguendi, quē dixit. ſ. explicando illud, quod iam tacuit Alga. poſt ibi in dubio. 12. inducit Alg. arguendo ſecundo articulo. & iterum explicat illud: & quia Alga. tacuit argumentum primum, & tantum remiſit ſe: ideo Auer. in ſolutione ſequenti conatur exponere vim illius, & reſpondet ei.

AVEROES.

AIt Auer. Iſta diſputatio includitur in duabus rebus. Prima eſt, quia ipſe concedit, ꝙ volnntas, quæ apparet nobis, non eſt verum de ea dicere quòd diſtinguat rem a ſimili, in eo ꝙ eſt ſimile. & ratio intellectualis iam cogit, vt ſit attributum tale in agente primo, & id, quo exiſtimatur impoſsibile eſſe attributum tale, eſt, ſicut exiſtimatur ꝙ non eſt hic ens, nec infra mundum, nec extra. Et B ſecundum hoc voluntas attributa ipſi Deo glorioſo, & voluntas hominis erunt dictę ęquiuoce, ſicut eſt in nomine ſcientię, & aliis attributis, quorum eſſe in ęterno, non eſt prout eſt in innouato: appellamus tamen eam voluntatem in lege. Attamen apparet quòd finis gradus huius diſputationis eſt topicus. quoniam demonſtratio, quę inducit ad affirmandum attributum tale in hac re, ſ. ꝙ approprict ſimile in eſſe a non ſimili, eſt poſitio volitorum ſimilium, & tamen non ſunt ſimilia: immo etiam ſunt oppoſita, poſtquam omnia oppoſita reuertuntur ad eſſe, & priuationem, quę ſunt in vltimitate oppoſitionis, quæ eſt repugnans ſimilitudini. & poſitio eorum, quòd res in quibus pendet voluntas, ſint ſimiles, eſt poſitio falſa: & ſermo erit de hoc poſtea. Si autem dixerint, nos autem diximus ꝙ ſunt ſimilia reſpectu ad volens, poſtquàm fuerit remotum ab intentionibus: intentiones enim ſunt, quę appropriant rem magis vni actioni, quam alteri: dicimus ꝙ C intentiones, quę ſunt ex eis, quibus perficitur ſubſtantia volentis, vt intentio noſtra, qua pēdet voluntas noſtra in rebus, ſunt falſę de Deo. quoniam voluntas talis eſt deſyderium rei ad perfectionem apud diminutionem repertam in ſubſtantia volentis. intentiones vero, quæ ſunt in ſubſtantia voliti, non ex eo ꝙ aliquid voliti peruenit volenti, quod non fuerat in eo, ſed hoc peruenit volito tantum, vt exitus rei a priuatione ad eſſe, non eſt dubium quòd eſſe eſt melius ſibi, quàm priuatio, id eſt rei exeunti. & hæc eſt diſpoſitio voluntatis primæ cum entibus. quoniam ipſa eligit ſemper eis melius duorum oppoſitorum: & hoc eſſentialiter, & primo. & hęc eſt vna ſpecierum diſputationis, quas includit hic ſermo. Secunda vero eſt, quia ipſe non concedit hoc attributum voluntatis, quę eſt in apparentia nobis, & conatus eſt affirmare ꝙ reperiatur in nobis in rebus ſimilibus voluntas, quę eligit rem pre ſimili. & adduxit ad hoc exemplum, vt ſi ponantur ante aliquem duo dactyli ſimiles omnimode, & conſyderat ꝙ impoſsibile

Diſpoſitio voluntatis primę. i. Dei ſcdm philoſophos.

eſt eos ſimul capere, & conſyderat ꝙ non imaginetur apud eum inclinans ad aliquem eorum, & ipſe proculdubio eliget vnum eorum in capiendo. Quod quidem eſt ſophiſticum. Nam, cum poſuerit aliquod tale, & poſuerit volentem, quem induxit neceſsitas ad comedendum dactylum, ſeu ad capiendum, tunc captio quidem vnius duorum dactylorum in hac diſpoſitione non eſt diſtinguere ſimile a ſimili, ſed eſt tenere ſimile loco ſimilis: & quemcunque eorum acceperit, peruenit ei volitum, & erit adimpleta eius intentio; & voluntas ſua erit pendens in electione captionis vnius eorum, potiuſquam in dimiſsione abſoluta, nõ aũt in captione vnius eorum, & electione eius potiuſquã in dimiſsione alterius, ſ.cũ ponantur intentiones in eis æquales, quoniam ipſe non eligit accipere vnum eorum, quodcunq; ſit, & inclinat eum ad relinquendum aliud. & hoc eſt manifeſtum per ſe. nam electio vnius eorum præ alio eſt inclinatio vnius eorum præ alio, & impoſsibile eſt vt inclinet ad vnum duorum ſimilium præ alio, in eo ꝙ eſt ſimile. ſi autem fuerint in eſſe ſuo, in eo ꝙ ſunt duo indiuidua, non ſunt ſimilia: nam omnia duo indiuidua, differt vnum eorum ab alio aliquo attributo, appropriato ei. ergo, ſi poſuerimus voluntatem pendere in aliqua re appropriata alicui eorum, tunc imaginatur eſſe voluntas in aliquo eorum præ alio, propter differentiam repertam in eis: igitur nõ erit pendens voluntas in duobus ſimilibus, in eo ꝙ ſunt ſimilia. Hæc eſt diſpoſitio rei, quam narrauit de primo modo dubitationis. Deinde recitauit Alga. ſecundum modum dubitationis in eo, quod dixerit nõ reperiri attributum, quod diſtinguet vnũ ſimilium ab alio, & dixit.

D

E

ALGAZEL.

Ait Alga. Et modus Secundus dubitationis eſt, quia nos dicimus, vos autem in opinione veſtra eſtis indigentes appropriatione rei præ ſimili. quoniam mundus eſt a cauſa ſua cauſante eum in diſpoſitione propria cum aſsimilatione differentiarum eius: & quare appropriatur aliquibus modis? & falſitas differentiæ rei a ſimili in intellectu, aut in neceſsitate naturaliter, aut coacte non differt, &c. vſq; ad, fuit autem affirmatio ſitus in eo, potius quàm mutatio ſitus. & hoc eſt, quod non poteſt euadi ab eo. F

AVEROES.

Ait Auer. Prouenit ex hoc ſermone ꝙ oportet de neceſsitate Philoſophos confiteri ꝙ ſit hic aliquod attributum agenti mũdum, approprians rem præ ſimili. nam ipſi tenent ꝙ mundus poteſt eſſe maior quàm eſt, aut minor. &, cum ſic fuerit, ſunt ſimiles circa eſſe eius. Si autem dixerint Philoſophi quòd mundus poſsibile eſt vt ſit in figura ſibi propria, & quantitate corporũ appropriatorum,

& numero

A & numero appropriato, & ꝙ hæc aſsimilatio non imaginatur, niſi in tempore innouationis, & ꝙ non ſit ibi hora, in qua fuit innouatio mũdi dignior alia, dicitur eis ꝙ iam poſsibile fuerat eis reſpondere huic ꝙ creatio mundi fuit in hora digniori, ſed appropinquãtur eis duo ſimilia, inter quæ impoſsibile eſt Philoſophis ponere differentiã: quorum vnum eſt appropriatio partis motus, qui eſt in orbibus: ſecundũ vero appropriatio loci polorum orbium. quoniam omnia duo puncta oppoſita, quæ poſuerimus in linea protracta ab vno eorum ad aliud, tranſiens per centrum ſphæræ, poſſunt eſſe poli. appropriatio autem duorum punctorum præ cæteris punctis, quæ poſſunt eſſe poli eiuſdẽ ſphæræ præ cæteris punctis, quæ ſunt in illa ſphæra, non erit, niſi ex attributo approprianté vnum duorum ſimilium. Si vero dixerint ꝙ non eſt verum vt omnis locus ſphæræ poſsit eſſe locus polorum, dicitur eis ſequitur vobis ſecundum hanc radicem ꝙ non erit ſimiliũ partium: & iam vos dixiſtis in multis locis ꝙ eſt ſimplex, & propter hoc B fuit ei figura ſimplex, & eſt rotunda. Vlterius, ſi poſuerint ꝙ ſint ibi loca non ſimilia, dicetur eis quomodo ſunt diſsimiles naturaliter? an ex eo ꝙ ſunt corpus, aut ex eo ꝙ ſunt corpus cœleſte? & nõ põt eſſe priuatio ſimilitudinis his duobus modis. Dixit &, cũ ſic fuerit, ſicut ſtat apud eos, dicere ꝙ horæ in innouatione mundi ſunt ſimiles, ſic bene ſtat aduerſario dicere ꝙ omnes partes orbis ſunt æquales, vt ſint poli. & non videtur ꝙ hoc appropriatur eis in vno ſitu præ alio, nec in vno loco præ alio. & hæc eſt declaratio huius quæſtionis, & eſt Rhetorica: nam multa, quæ apparent demonſtratiue eſſe neceſſaria, ſunt primo aſpectu poſsibilia. Attamen reſponſio apud Philoſophos eſt ꝙ ipſi opinantur fuiſſe apud eos demonſtrationem, ꝙ mundus ſit compoſitus ex quinque corporibus, corpore quidem neque graui, neque leui: & eſt corpus cœleſte rotundum, quod mouetur circulariter, & quatuor corporibus: quorum duo ſunt ſicut extrema: nam vnum eſt graue abſolute, & eſt terra, quæ eſt centrum corporis circularis, & alterũ C eſt leue abſolute, & eſt ignis, qui eſt in concauitate orbis circularis: & id, quod ſequitur terram, & eſt aqua, eſt graue in comparatione ad aerem, & leue quidem in comparatione ad terram: & aſſociatur aquæ aer, & eſt leuis in comparatione ad aquam, & grauis in comparatione ad ignẽ. Et cauſa ꝙ terrę ſit grauitas abſolute, eſt quia eſt in vltimitate remotionis à motu circulari: & ideo fuit centrum fixum: Et cauſa leuitatis ignis abſolutę eſt, quia eſt in vltimitatę appropinquationis motui circulari, & corpora, quæ ſunt inter ea, reperitur eis vtrunque ſimul, ſcilicet grauitas, & leuitas, quia ſunt in medio inter duo extrema, ſ. locum longiorem, & locum propinquiorem. &, niſi eſſet corpus circulare, non eſſet ibi nec graue, nec leue naturaliter, nec ſurſum, nec deorſum naturaliter, nec abſolute quidem, nec reſpectiue, nec eſſent diuerſa naturaliter, adeo ꝙ terra, exempli gratia, de natura eius eſt vt moueatur ad locum appropriatũ, & ignis de natura eius etiam eſt vt

De compoſitione Mũdi quamplurima.

Cur terra ſit grauis abſolute & ignis leuis ſimpliciter.

moueatur ad alium locum, & ſic quod eſt inter eà ex corporibus, & D
mundus eſt finitus ex parte corporis circularis.corpus enim circulare
eſt finitum ex ſe,& natura ſua ex eo,ꝙ id circuit ſuperficies vna circu
laris: corpora vero rectarum dimenſionum non ſunt finita ex ſe, cum
poſsit eſſe in eis additio,& diminutio.ſunt tamen finita, quia ſunt in
medio corporis,cui impoſsibilis eſt additio,& diminutio: & ideo eſt
finitum ex ſe. & propter hoc impoſsibile eſt vt ſit corpus circuens
mundum,niſi circulare.ſin autem, ſequeretur vt corpora aut finian-
tur ad alia corpora,& procedet in infinitum,aut finiantur in vacuum.
& iam declarata eſt impoſsibilitas amborum ſimul, Qui autem ima-
ginatus fuerit hoc,ſciet ꝙ omnis mundus,qui ponitur,impoſsibile eſt
vt ſit,niſi ex iſtis corporibus,& ꝙ corpora aut erunt circularia,& erũt
non grauia nec leuia,aut recta, & erunt grauia aut leuia,ſ.ignis, aut
terra,aut quod eſt inter ea,& ꝙ iſta non ſunt, niſi circularia, aut in cõ
tinente circulari:quoniam omne corpus aut mouetur a medio, aut ad
medium,aut circa medium:& ꝙ in motibus corporum cœleſtium eſt E
dextrum,& ſiniſtrum,& commiſcentur corpora quatuor, & fiunt ex
eis omnes generationes contrariæ, & ꝙ iſta quatuor corpora cõtraria
non deficiunt eſſe propter motus illos in generatione continua, & cor

Si deficeret aliquis cœleſtium motuũ corrumperetur hęc ordinatio,& proportio.Idem lib. de ſuba orbis cap. 4. Vide oppo. 12. Met. 41. Vide contr. Zim.

ruptione continua, i.in partibus ſuis.quoniam,ſi deficeret aliquis ho-
rum motuum,tunc corrũperetur hæc ordinatio,& proportio.nam ma
nifeſtũ eſt ꝙ hæc ordinatio neceſſe eſt vt ſit conſequens numerum re-
pertum in iſtis motibus.ſi enim eſſet magis,aut minus, peruerteretur
hæc ordinatio, aut eſſet alia ordinatio, & numerus horum motuum
aut eſt de neceſsitate ad eſſe eius,quod eſt hic,aut ad bene eſſe. Et hoc
totum nõ expectes hic declarari demõſtratiue. ſi autem fueris ex ho-
minibus demonſtrationis,ſpeculare de his in locis ſuis. & audi hic ſer
mones, qui ſunt magis ſufficientes ſermonibus iſtorum:&, ſi non fe-
cerint te adipiſci veritatem,facient tamen te adipiſci dominium cogi-
tationis,quæ mouebit te ad habendum veritatem in ſpeculãdo in ſciẽ F

Quilibet orbis eſt viuẽs Loca Corporũ Cœleſtium.

tiis.Nam conſidera ꝙ quilibet orbis orbium cœleſtium eſt viuens:quĩ
ſunt habentes corpora determinatæ menſuræ,& figuræ, & mouentur
ex ſe ex partibus determinatis, non ex quacunq; ſit:& omne,quod eſt
tale, eſt viuens neceſſario.ſ.nos, cum videmus corpus determinatæ
quantitatis,& qualitatis moueri in loco ex ſe à parte determinata, nõ
propter aliquid ab extra, nec ex quacunque parre ex partibus, & mo-
uetur ſimul ad duas partes oppoſitas,ſententiabimus deciſiue ꝙ ſit vi
uens. Diximus autem non propter aliquid ab extra, quoniã ferrũ mo
uetur ad magnetem,cum occurrit ei magnes ab extra, ac etiam quia
mouetur ad eam a qualibet parte partium Et, cum verificatum fuerit
hoc,ergo corpora cœleſtia habent loca, quæ ſunt poli naturaliter: &
impoſsibile eſt vt ſint poli præter illa loca. ſicut animalia, quæ ſunt
hic, habent membra propria in locis propriis corporis,& in eorũ ope-
rationibus propriis,& impoſsibile eſt vt ſint in aliis locis eorũ, ſicut

A membra motus, quæ ſunt in locis determinatis animalis. poli aũt ſunt in animali circulari in gradu horum membrorũ, ſ. ꝙ ſunt mẽbra motuum. Et nulla eſt differentia in hoc inter animalia rotundi corporis, & non rotundi, niſi ꝙ iſta membra differunt in animali non rotundo figura, & potentia, & in animali rotundo differunt potentia tantum: quare exiſtimatur in eis primo aſpectu ꝙ non differant, & ꝙ poſsibile ſit vt ſint poli in orbe, quæcũque puncta fuerint. Et quemadmodũ, ſi aliquis dixerit ꝙ hic motus ĩ hac ſpecie animalis, i. quę eſt hic, poſſibile eſt vt ſit in quocunque loco eius, & ꝙ ſit in loco, vbi eſt in alia ſpecie animalium, eſt deridendum: quoniam datum eſt omni animali motum fieri in locis conuenientibus naturæ illius animalis, aut in loco tali, & in alio non poteſt fieri motus illius animalis: ſic eſt diſpoſitio in diuerſitate corporum cœleſtium in locis polorum ex eis. nam corpora cœleſtia non ſunt eadem ſpecie, plura vero numero, ſed ſunt plura ſpecie, vt indiuidua animalium diuerſorum, licet non reperiatur illius ſpeciei niſi vnum indiuiduum tantum. Et hæc eadẽ reſpõſio

Ecce quõ cęlum dicatur Aĩal & quõ habeat mẽbra.

Corpora cœleſtia nõ ſũt eadem ſpẽ. Idem lib. de ſ̃ba orbis capitu. 5. Vide oppo. 2. cœ. 49. et 59. cõ. Vide cõtra. Zim.

B eſt, quæ dicitur in reſponſione, quare cœli mouentur ad partes diuerſas. nam ex eo, ꝙ ſunt animalia, neceſſe eſt vt moueantur ex partibus determinatis, ſicut eſt in dextro, & ſiniſtro, & ante, & retro, quæ ſunt partes determinatæ in motu animalis, niſi ꝙ ſunt diuerſa in animalibus diuerſis figura, & potentia, & ſunt diuerſa in corporibus cœleſtibus potentia. & ideo poſuit Ari. ꝙ in cœlo ſit dextrum, & ſiniſtrum, ante, & retro, & ſurſum, & deorſum. Diuerſitas autem corporum cœleſtium in partibus motuum eſt, quia differunt ſpecie: & eſt quid proprium eis, ſ. ꝙ differãt ſpecies eorũ propter diuerſitatẽ partiũ motuum eorum. Et conſidera corpus cœleſte primũ eſſe vnũ aĩal, cui determinauit natura ſua ſeu ad neceſsitatem, ſeu ad bene eſſe, vt moueatur ſecundum oẽs partes ſuas vno motu ab oriente in occidens: alii vero orbes, determinauit natura eorũ, vt moueantur contra hunc motum. & pars orbis totius, quam determinauit natura, eſt melior oĩbus partibus,

Corpus cœleſte eſt vnũ animal. Vide infra diſp. 3. & 2. Cœ. 42. 71. & 74.

C bus, cũ hic orbis fuerit melior omnibus orbibus, & totis melius mobilibus oportet, vt ſit ei pars melior. Et hoc totum declaratũ eſt hic modo rhetorico: in locis autem propriis declaratum eſt demonſtratiue. ſi ergo dilexeris eſſe ex hoĩbus demonſtrationis, perquire ea in loco proprio. Et, cum ſciueris hoc, nõn erit tibi difficile debilitare rationes, quibus rõcinatus eſt Alg. cũ fuerint duo motus diuerſi ſimiles in cõparatione ad quẽlibet orbẽ orbiũ cœleſtiũ, & in cõparatione ad id, qđ eſt hic. qm̃ apparet primo aſpectu ꝙ motus orientalis poſsit eſſe aliis præter orbem primum, & quòd motus occidentalis poſsit eſſe ei. & hoc (vt diximus) eſt, vt ſi quis imaginatus fuerit quòd pars motus in Cancro ſit pars motus in homine. & non euenit hæc exiſtimatio de Cancro, & hoĩe propter diuerſitatem figuræ in eis: euenit vero orbibus cœleſtibus, quia ſunt concordes in figura. & qui conſiderauerit in aliquo facto factorum, non declarabitur ei ſcientia eius, niſi cum declarata

fuerit ei ſcientia intenta in illo facto, & finis intentus in eo, &, cum non ſciuerit omnino ſcientiam eius, poſsibile erit vt exiſtimet ꝙ poſſibile ſit reperiri hoc factum, licet ſit in quacunque figura fuerit, & in quacunque quantitate, & quocũq; ſitu partium, & in quacunque compoſitione. hoc idem euenit Loquentibus, de corpore cœleſti Et oĩa iſta ſunt cogitationes primo aſpectu, & ſicut qui opinatus fuerit hoc in factis, ignorat facta, & factorem, ſed habet in eis opiniones non veras, ſic etiam eſt diſpoſitio in creatis. Et aduerte huic radici, & non acceleres in iudicando creaturas Dei. glo. primo aſpectu, & eris ex eis, de quibus dicitur, tu es prope os eorũ, & longe ab interioribus. Illuminet Deus glo. oculos noſtros lumine ſcientię ſuæ, & auferat a nobis velamina ignorantiæ. nam ipſe eſt tribuens ſciẽtias: & noticia operationũ propriarum corporum cœleſtium eſt noticia facientis ea, quem inſpexit Abraam. requieſcat in pace, cum dixerit faciens cœlum, & terram: & nos transferamus ad ſermones Alga. in motibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundum vero conſequens conſideratur ex parte diuerſitatis motuum orbium: aliqui quidem ex oriente in occidens, & aliqui econtra, &c. vſque ad poſsibile eſt aduerſario afferre rationes diuerſitatis in rebus, & diſpoſitionibus.

AVEROES.

Ait Auer. Non latet autem te Rhetorica in hoc ſermone, ex eo, quod pręceſsit, ac etiã eius reſponſio, & ꝙ hoc totum eſt eius, qui non intelligit naturas illas excelſas, & operationes nobiles, quæ fiunt ex eis, & aſsimilat ſcientiam Dei glo. ſcientiæ hominis ignorantis. Et, cum dixit ſi autẽ dixerint duæ partes oppoſitę ſunt contrariæ, & qũo fient æquales, dicimus ꝙ hoc eſt, ſicut id, quod dicitur, ꝙ ante, & poſt in inuentione mundi ſunt contraria, & qũo ponitur aſsimilatio eorum. Id aũt, quod exiſtimauerunt, ꝙ ſit notum eſſe ſimilitudinem horarum diuerſarum in comparatione ad poſsibilitatem eſſendi, & ad omne congruum, quod imaginatur poſitio eius in eſſe, & ſic etiam eſt nota æqualitas diſpoſitionum, & ſituum & locorum, & partium in comparatione ad congruũ ei, illud eſt ſermo manifeſti erroris ex ſe. nam, ſi cõceſſum fuerit ꝙ poſsibilitas eſſe hominis, & priuationis ſit æqualiter in materia, ex qua cauſatus eſt homo, & ꝙ hoc ſit ratio ad probandum ꝙ ſit inclinans faciẽs eſſe, & nõ priuationem, tunc non eſt poſsibile imaginari ꝙ poſsibilitas videndi, & non videndi ipſius oculi ſit æqualiter. nam nemo poteſt ponere quòd partes oppoſitæ ſint æquales, ſed debet ponere quòd recipiẽs ea eſt indifferens, & ſequuntur ex eis operationes indifferentes. & ſic ante, & poſt

Quõ ante et poſt in inuẽtione mundi ſint contraria.

Nemo põt ponerẽ quod partes oppoſitę ſint ęq̃les.

A quæ ſunt ſimilia, ex eo quòd hoc eſt ante, hoc vero poſt, poſsibile eſt tamen vt ponatur ꝙ ſint ſimilia circa receptionem eſſe. Attamen hoc totum non eſt verum. nam quod in eſt oppoſitis, eſſentialiter eſt, vt recipientia eorum ſint diuerſa: ꝙ autem recipiens actionem cõtrariorum ſit vnum in vna hora hoc eſt impoſsibile. Philoſophi autem non tenent poſsibilitatem eſſe rei, & priuationis æqualiter in vna hora. ſed tempus poſsibilitatis eſſe eſt aliud a tempore priuationis, & hora apud eos eſt conditio requiſita in innouatione eius, quod innouatur, & in corruptione eius, quod corrumpitur. Si autem eſſet tempus poſsibilitatis eſſe rei, & tempus priuationis idem, i. in materia rei propinqua, erit eſſe eius corruptio poſsibilitatis priuationis eius, & erit poſsibilitas eſſe, & priuationis ex parte agentis: non autem ex parte recipientis. Et ideo, qui conatus eſt ex hac via affirmare agens eſt ſermo ſufficiens, tamen eſt rhetoricus, & topicus, non demonſtratiuus: licet exiſtimatum fuerit in Alfarabio, & Auicenna ꝙ ipſi proceſſerint hac

Philoſophi non tenent poſsibilitatẽ eẽ rei et priuationis eius equaliter in vna hora.

B via ad probandum quòd omnis actio habeat agens: & eſt via, qua non proceſſerunt Antiqui: & profecto ſecuti ſunt iſti duo viri in hoc loquentes noſtræ gentis. Attamen quo ad innouationem totius apud tenentem innouationem eius non imaginatur quidem in eo antecedens, nec ſubſequens. q̃m antecedens, & ſubſequens in horis imaginãtur in comparatione ad inſtans præſens: &, cum non fuerat ante creationem mundi apud eos tempus, quomodo imaginatur, vt præcedat inſtans ipſum, in quo creatus eſt mundus? & non poteſt demonſtrari hora in creatione mundi: q̃m antea aut non fuerat tempus, aut fuerat tẽpus infinitum: & ambobus modis non demõſtratur ei hora propria, in qua pendeat voluntas. & ideo hic liber nomen proprium ſibi congruum præ cæteris eſt Deſtructio ſimpliciter, non deſtructio philoſophandi. nam quod facit adipiſci incumbentem ei eſt deſtruere, & deuaſtare ſententias. Et, cum dixit ſi autem fuerint ei poſsibiles rationes diuerſitatis cum ſimilitudine, conueniunt aduerſario rationes diuerſita

Alpharabiꝰ & Auic. in quid errant ſcd̃m philoſophos peripatheticos.

Declaratio tituli huius libri.

C tis in rebus, & diſpoſitionibus, i. ſi verificatum fuerit Philoſophis ponere diuerſitatẽ in partibus motuũ, verificatur ẽt aduerſario ponere diuerſitatem in tẽporibus cum credulitate ſimilitudinis in eis. Attamẽ hæc eſt cõtradictio ſecũdum ſermonẽ dicẽtis, nõ ſecũdũ rẽ ipſam, cum cõceditur proportio inter partes oppoſitas, & tempora diuerſa. & huic contradicit proportio in hac mutatione temporum, & partium. & aduerſario eſt ponere ęqualitatem inter eos in ratione diuerſitatis, aut ratione ſimilitudinis. quare omnia iſta ſunt ſermones topici.

In hac ſolutione Auerroes tria facit: primo ponit ſentẽtiam verborum groſſo modo, ſecundo ibi (quorum ſententia) exponit ſubtilius verba eius, tertio ibi (ſed philoſophi reſpondent) declarat ſententiam philoſophorum & ſapientum, & quid bene, & quid male dixit Alga. Quantum ad primam partem reducit ſententiam eius in duobus punctis: quorum ſecundus ponitur ibi (ſecundum vero prædictorum) de primo dicit: dicimus nos quod ſententia horum verborum concluditur in duobus: primum, quod ipſe concedit, eſt, quod impoſsibile eſt in voluntate pręſenti, quod diſtinguat rem a ſuo ſimili: vult dicere quod

loquendo de voluntate noſtra, quę dicitur de voluntas pręſens, quia nobis D
manifeſta: verum eſt, quod, ſi ei pręſententur duo ſimilia: ſimpliciter impoſsibi
le eſt diſtinguere vnam illarum, ſcilicet rerum a ſuo ſimili, inquantum ſimile.
Deinde ponit modum, quomodo voluntas pręſens eligit potius vnum ſimiliũ
magis altero.d.& intellectus ſine dubio iudicat eſſe denominationem talis vere
in agente primo: vult dicere, quod licet voluntas vnum ſimilium non eligat
magis, attamen intellectus facit eam denominare eligere potius vnum quam al-
terum: eo quia intellectus eſt primo in agente, cum operatio pręſupponat cogni
tionem, vt Auerroes declarauit auctoritate Themiſtij. 12. Metaphyſi. com-
men.8. Debes ſcire quod voluntas eſt certa, & de ſe illimitata ad effectus ſimi

Volũtas eſt certa, & illimitata de ſe ad ſimiles effectus.

les: ſed, quia ipſa ſequitur comprehenſionem, ideo eligit effectum illum, quem
ſibi ratio dictat, & præſentat, vt declarauit Ariſto. in libro de cauſa motuum
animalium, &.3. de Anima: vide (Et quod hoc) nunc probat iſtam primam pro
poſitionem: & intendit probare quod Deus hoc modo præuidentia intellectus
eligit per voluntatem, ſicut facit hominis voluntas, & dicit, & qui hoc nega-
ret, eſſet ſicut opinatus eſſet, id eſt, eſſet ac ſi diceretur ab aliquo, quod hic nullũ
eſt ens infra mundum, neque extra: quoniam omnia ſi ſunt, a Deo eſſe debẽt:
ſed, ſi Deus non agit illo modo, nullum ens erit a Deo, & per conſequẽs appa
ret vis primi puncti. (Et ideo ſequitur) iſte textus poteſt dupliciter cõtinuari ad B
præcedentẽ, vt poſſum concipere: vno modo vt ſit ſecunda ratio ad probandũ
voluntatem eſſe in Deo, quæ ratio eſt quaſi ex auctoritate antiquorum, quos
narrat Auerroes.12. Metaphy. commen.39. quod hæc ſunt in Deo æquiuoce,
& per conſequens ſunt in Deo. Vel poteſt exponi melius, quod Alga. infert
correlarium ex dictis dicens, & ideo ſequitur ex hoc, quod voluntas dicitur in
Deo, & in homine æquiuoce: cuius rationem ex dictis tangit dicens, ſicut dici-
tur ſcientia, id eſt, intellectus, cui ſubordinatur voluntas, & alijs denominatio-
nibus, quæ in Deo ſunt: & hęc expoſitio eſt melior. (Et hæc ſunt verba.) Hic
textus põt exponi iterũ duobus modis. Vno modo, vt dicamus quod poſtquam
contradixit maiori, quæ erat: duo ſimplicia præſentata vni voluntati, non ma-
gis vnum eligitur quam alterum: vult contradicere minori, quæ erat, ſed effe-
ctus Dei ſunt ſimiles, ſcilicet eſſe mundi & non eſſe mũdi, &c. dicit & hęc ſunt
verba dialecticalia, id eſt, minor eſt ficta non demonſtratiua: cuius rationẽ in-
nuit dicens, id namque, quod cogit tantum talem denominationem ponere, vide
licet appropriare quandam magis quam ſuum ſimile, eſt ſine dubio poſitio, id
eſt, quia ponitur voluntates horum eſſe ſimiles. Cui reſpondet dicens, & tamen
non ſunt: immo opponuntur, quod declarat dicens: omnia enim opponentia, i.
oppoſita reducuntur ad eſſe, & ad priuationem, id eſt, ad contradictionem, quæ
formaliter id eſt, per ſe primo opponuntur: & oppoſitio generalis contradi- F
ctoriorum eſt ſimilitudinis, id eſt, poteſt ſaluari in ſimilibus & tunc recolli-
git ſolutionem dicens, patet ergo quod hoc, quod ponebat, videlicet; quod res,
in quas voluntas reſpicit, ſunt ſimiles, eſt falſum immo ſunt oppoſita con-
tradictorie: quoniam eſſe & non eſſe contradicunt: & ſic eſt de eſſe mundi, &
non eſſe eius. Et per hoc apparet ſolutio ad maiorem & ad minorem, & hic
eſt primus modus exponendi. Poteſt exponi ſecundo modo, vt dicamus
quod hic Auerroes Arguit contra Alga. & tu conſidera: quoniam primus mo-
dus eſt melior: vt videtur, & plus conſonus verbis arabicis, & ordini præmiſ-
ſo, vt vides. (Secundum vero prædictorum.) Nunc vult ponere ſecundum
punctum Alga. & dicit: ſecundum vero prædictorum duorum in verbis huius
hominis eſt, quod ipſe dicit ſic philoſophis: & ponit illud, quod loquitur philo-
ſophis dicens, vos ſup. o philoſophi opinamini quod non oportet appropriare
rem a ſuo ſimili, vult dicere, creditis non eſſe differentiam a voluntate in ele-
ctione alterius, ſcilicet rei a ſuo ſimili. Tunc arguit contra eos dicens, mun-
dus factus namque eſt & productus a ſua cauſa dante ſibi eſſe, & propriam fi-
guram: tunc dicit: quare ergo appropriatus fuit in iſto modo: vult dicere, & non
ſub modo oppoſito ſimili: cum ſit manifeſtum apud vos, quod diſtingui aliquid
a ſuo ſimili in intellectu, aut in conſequentia naturali, id eſt, ſimilitudine natu-

A tali, ſit falſum apud vos: vult dicere, ergo ex quo nec intellectus diuinus, nec
voluntas eius poteſt diſtinguere inter duo ſimilia. Cum igitur mundus iſto
modo factus, & illo modo oppoſito ſint ſimilia, non erit productus a primo mo
tore, vt in tempore, nec in æternum: hæc ſunt verba hujus hominis. (quorũ
ſententia.) Vult modo ſubtilius exponere verba eius, & ponit ſecundum pun-
ctum primo.d.quorum, ſcilicet verborum in ſecundo puncto dictorum ſenten-
tia eſt, quod oportet philoſophos concedere eſſe denominationem in agente pri
mo appropriante rem a ſuo ſimili, id eſt, quod oportet concedere quod in Deo
ſit potentia diſcretiua vnius rei a ſuo ſimili. Quod declarat dicens, videtur
enim poſsibile mundum eſſe in aliam figuram, præter hanc, quam modo re-
tinet: & in aliam quantitatem, præter iſtam, ſcilicet maiorem vel minorem:
& ſi ſic: omnia ergo ſunt ſimilia in natura ſui eſſe. Eſt ergo punctus quæſtio-
nis contra philoſophos in hoc: quoniam mundus, inquantum mundus, eſt poſ-
ſibilis ſub duobus modis oppoſitis: ergo non magis fuit productus a Deo ſiue
ab æterno, ſiue in tempore ſub diſpoſitione præſenti, quam ſub oppoſita. Hæc
forma arguendi valet contra eos, ſicut contra theologos. (Et ſi forte.) Inducit
reſponſionem philoſophorum, & redarguit eos dicens: &, ſi forte philoſophi
dicerent, quod hoc verum eſſet in temporibus priuationis mundi: vult dicere,
quod illa poteſtas in vtroque modo eſt vera ante tempus eſſendi mundi: modo
B in propoſito nullum fuit tempus ante eius creationem, in quo mundus fuit ſub
non eſſe: ante enim creationem nullum erat tempus principalius alio, quia pro
ductio ſeu creatio nunquam fuit: vult dicere in tempore nouo. Sed, quia theo-
logi ponunt ante eſſe mundi tẽpus verum, vel imaginatum: ideo tunc vere fuit
poſsibilitas in vtroque modo factionis: & argumentum contra eos procedit, nõ
autem contra philoſophos. (Nos reſpondemus.) Adhuc Algazel nititur de-
ſtruere opinionem philoſophorum dicens, nos reſpondemus eis, quod creatio
mundi in nobiliori tempore: vult dicere, concedo quod eſſe mundi fuit in tem
pore: & dico quod eodem modo, quo nobis arguunt, arguemus eis, & arguit. d. ſi
duæ ſunt res omnino ſimiles abſque aliqua differentia, videlicet eſſe mũdi ſub
forma præſenti, & magnitudine præſenti, & eſſe ſub quantitate maiori vel mi-
nori, & figura alia: petendum eſt, quare magis fuit vna earum ad eſſe quam al-
tera, videlicet quare magis motus orbium tendit verſus quandam partem, quã
verſus contrariam. Similiter, quia puncta polorum mundi magis appropriata
fuerunt vbi ſunt, quam alibi: & declarat poſsibilitatem vtriuſque partis. d. quæ-
libet namque duo puncta diametraliter in ſphæra oppoſita poſsibilia ſunt eſſe
poli in eadem ſphæra: quare cogimur dicere, quod appropriari duo puncta po-
lorũ prouenit neceſſario a quadam denominatione dante eiſdem duobus pũctis
C naturã polorũ, vult dicere a volũtate primi motoris, quæ appropriat illa pũcta
eſſe polos: ergo conantur philoſophi concedere corpora ſupercęleſtia non eſſe
homogenea. & ipſi totum contrarium opinantur, videlicet quod corpus cœleſte
eſt ſumme ſimplex, & ideo retinet ſimpliciorem figuram, ſcilicet ſphæricam:
vult ergo dicere, quod aut poli ſunt ad voluntatem, aut ex natura. Si primum,
habetur quod ſunt poli facti a voluntate Dei: ſi a natura, ergo corpora cœle-
ſtia ſunt diuerſarum naturarum, & per conſequens contra philoſophos ẽt: & ſic
quomodocunque ſequitur argumentũ contra theologos; factum eſſe cõtra philo
ſophos: hęc eſt ſententia verborum Alga. in præfato capitulo. Debes ſcire,
quod virtus argumẽti Alga. conſiſtit in hoc: quoniam philoſophi euadebant a
quæſtione, quantum ad hoc, quod eſſe mundi fuit æternũ: modo cõtra arguitur:
quoniam eſſe polorum & motuum eſt temporale, vel poſsibile ſub vtroque
modo in tempore: igitur oportet ponere in Deo voluntatem, qua illæ ſic ſint,
& non ſub oppoſito: & per conſequens habent dicere quod negant. (Sed philo
ſophi.) Antequã hanc partẽ exponam: dico: quod duo ſunt, quæ difficultatẽ fa-
ciunt Auerroi. Primum, ex quo puncta illa ſunt contingenter poli: quare cœ-
lum mouetur magis verſus a punctum, quam verſus b punctum: ergo oportet,
vel dicere motum eſſe caſualem, vel dicere hoc ſubeſſe voluntati primi prin-

cipiis:& ſic habetur intentum. Secundum eſt, ex quo eſſe mundi ponit ſecundum eius eſſentiam eſſe ſub diſpoſitione oppoſita ad illam, in qua modo eſt: quare non fuit? vel igitur caſu fuit,vel,vt ſupra,oportet recurrere ad voluntatem primi:& iſta duo tangit vis argumenti Algazel.& Albertus octauo phyſicorum quaſi formaliter fecit hoc argumentum. Iſtis propoſitis videtur mihi quod Auerroes duo faciat:primo præponit duo, quaſi fundamenta ſolutionis: ſecundo ibi. (Et hoc modo reſpondendum.) Reſpondet ad formam argumenti primi,& ſecundi. Quantum ad primam partem,primo oſtendit quinque eſſe corpora in mundo: ſecundo ibi. Prælibatis igitur iſtis.) ponit ſecundum fundamentum ad propoſitum eius. Dicit ergo in prima parte. Sed philoſophi reſpondent quod probatum eſt demonſtratiue, quod mundus eſt. ex quinque corporibus,videlicet ex corpore cœleſti, quod non eſt neque graue neque leue,& quatuor corporibus elementalibus: quorum quoddam eſt graue abſolute:vt terra,quæ eſt centrum omnium orbium. vult dicere centrum naturale,& quoddam leue abſolute: vti ignis, & alia duo elementa, ſcilicet aqua, & aer, quæ ſunt huiuſmodi in reſpectu, vt dictum eſt in libro cœli. (Et cauſa.) Vult modo dare cauſam iſtarum proprietatum elementorum, & dicit. & cauſa grauitatis terræ eſt, quia eſt in maxima diſtantia a motu orbium. Et dat cauſam alterius.d. & per contrariam cauſam ignis eſt in ſumma leuitate. Et dat cauſam aliorum.d. & quia alia duo elementa ſunt interpoſita inter terram,& ignem, ideo exiſtunt mixta de duabus prædictis naturis, ſcilicet leuitate, & grauitate. E

Circa istam partem occurrit quæſtio: quoniam omne corpus cauſam, vel aliquid eius,debet eſſe immediatum ei, vel ſecundum ſe, vel ſecundum aliquid ſui, vt 7. Phyſicorum colligitur, maxime commen. 10. Et arguitur priuatio nullius poſitiui eſt cauſa. modo diſtantia eſt quædam priuatio, cum ſit carentia ſitus ad cœlum: ergo non eſt cauſa grauitatis terræ. Ad iſtam quæſtionem ſunt plures modi dicendi. primus eſt, quod immediata cauſa grauitatis eſt frigiditas. Sed,quia cauſa caloris eſt motus cœleſtis. 2. cœli. text. commento.42. ideo frigiditas cauſatur a priuatione motus cœleſtis. & ſic grauitas ab illa frigiditate. Et quia leuitas & grauitas ſunt oppoſitæ, ideo leuitas cauſatur a calore: & ita ignis eſt leuis, quia propinquus cœlo. Contra,quoniam effectus poſitiui debet cauſa eſſe poſitiua: modo frigiditas eſt effectus poſitiuus,ergo non a priuatione cauſatur. Secundo arguitur, ſi ſic: ergo vbi plus de frigiditate,ibi plus de grauitate: ſed plus aqua eſt frigida, quã terra, vt 2. de generatione capitur: ergo erit grauior terra, contra ipſum hic.

Primus modus rñdẽdi.

Contra.

Defenſio.

Adhuc quidam volunt defendere opinionem iſtam. Et dicunt duo. primum, quod frigiditas eſt duplex: ſicut calor duplex. quidam enim eſt calor cœleſtis,& quidam calor elementalis.vt 12. Metaphy.commento. 18. & in de ſubſtantia orbis habetur, ita duplex eſt frigiditas: quædam cœleſtis, & quędam elementalis.prima opponitur ad calorem cœleſtem, ſecunda calori elementari. hæc diſtinctio colligitur. 2. cœli. commen. 102. Secundo dicunt, quod quia frigiditas cœleſtis cauſatur ex priuatione cauſarum calidorum,ideo dicunt quod frigiditas cœleſtis nihil aliud eſt, niſi priuatio caloris, non quod effectum poſitiuum ponat, ſed tantum priuationem caloris, eſt enim terra aqua frigidior iſta frigiditate, quia plus priuata calore cœleſtis corporis: eo quia aqua eſt propinquior cœlo,& cauſis calefactionis. frigiditas autem elementi eſt effectus poſitiuus, ſicut & calor. Iſtis habitis, ad primum dicit, quod frigiditas elementi eſt effectus poſitiuus, & iſtius cauſa eſt poſitiua, vt dicetur: ſed frigiditas cœleſtis non eſt niſi ſola priuatio caloris, & iſtius cauſa eſt priuatiua, ſcilicet carentia cauſarum calefacientium. Ad ſecundam patet ſolutio: quoniam in aqua eſt, ſcilicet plus de frigiditate elementi, non autem cœleſtis. Sed adhuc ego non poſſum bene intelligere ſolutionem iſtam: quia nihil haberet Auerro. quoniam, ſi frigiditas, de qua loquitur,eſt cœleſtis, tunc non haberet intentum: quoniam, vt dicunt, iſta eſt ſola F

Impugnatio.

A priuatio caloris formaliter, & potentialiter priuatio cauſarum caloris.modo arguitur, vt prius:quoniam grauitas eſt effectus poſitiuus, & frigiditas cauſa,& ens priuatiuum:ergo, vt prius,illa non erit cauſa grauitatis. Ad hoc dicit quidam meus ſocius Paduę,quod forte, ſicut apud Auerro.conceditur duplex frigi- Poſitio alia. ditas,ita duplex grauitas,cuius primę eſt cauſa frigiditas cęleſtis,et ſecunda cauſa ſecundę.& ſicut frigiditas cęleſtis eſt ſola priuatio caloris, ita grauitas cęleſtis erit ſola priuatio leuitatis. Ad formam dicebat,quod frigiditas illa non eſt cauſa entis poſitiui, ſed priuationis tantum. Sed adhuc dubito: quoniam aqua Impugnatio apud iſtos frigiditate elemẽtali eſt frigidior terra: ergo grauitate elementali erit grauior:conſequentia patet:quoniam,vbi erit plus de cauſa naturali naturaliter agente,erit plus de effectu naturali naturaliter cauſato:cõſequens eſt contra totam philoſophiam,& maxime contra Auerro. hic. Secundo, ſi ſic:tunc datur duplex leuitas poſitiua in corpore igneo exiſtens: quoniam ibi opponitur leuitas grauitati:conſequens eſt notum, & nondum conceſſum ab aliquo. Aliter Poſitio quorundam. dicunt alij,& eſt ſecundus modus dicendi, ſcilicet quod vna tantum eſt frigiditas,ſcilicet elementi,quę eſt priuatio caloris, id eſt res priuata calore.volunt.n. quod duo dicat,ſcilicet qualitatem illam,quę eſt frigiditas,& carentiam caloris: & volunt quod, quia hęc frigiditas non eſt intenta a natura, ideo cauſatur per accidens a corporibus cęleſtibus:nec inconuenit quod priuatio ſit cauſa effectus

B poſitiui per accidens: & dicunt,quod iſta frigiditas eſt maior in terra, quam in aqua propter cauſam Auerr.hic &.2.cęli.commen.102.& quando dicitur.2.periher.aqua eſt primum frigidorum:intelligunt quo ad ſenſum noſtrum:quoniam plus mutatur a frigiditate aquę propter inconſuetudinem, quam ab illa terrę:& hoc tangitur primo phyſi. His habitis, patet ſolutio quęſtionis. volunt enim quod terra eſt grauior, quia frigidior:eſt autem frigidior, quia plus diſtat a corporibus cęleſtibus per motum calefacientibus. Hic modus,licet ſumatur a Tho Impugnatio ma.2.cęli.attamen peccat apud me:quoniam non videtur verum,quod frigiditas non intendatur a natura:quoniam illud, per quod conſtituitur in eſſe corpus neceſſarium in mundo,eſt intentum per ſe a natura: ſed per frigiditatem conſtituitur in eſſe terra:ergo, &c. Secundo, illud, quod eſt cauſa operationis naturę, eſt intentum a natura.frigiditas eſt huiuſmodi.eſt enim cauſa frigefactionis,quę eſt operatio pluſquam naturalis. alia argumenta contra hoc tetigi in libro de ſubſtantia orbis. Secundum,in quo peccat,eſt:quoniam omnes fere concordes ſunt in hoc,quod aqua eſt frigidior terra. eſt enim ignis primo calidus, aer primo humidus,aqua primo frigida,& terra primo ſicca:vt dicit philoſophus ſecundo de generatione:& certum eſt, quod non ęquiuocat de ly primo in iſto ordine. Et etiam declaratum eſt, quod non poteſt ordo elementorum aliter eſſe. ibi-

C dem vide,quoniam eſſet longum. Ideo ad quęſtionem iſtam videtur mihi eſſe dicendum,quod ſola frigiditas non ſit cauſa grauitatis:quoniam, tunc aqua eſſet grauior:nec ſola ſiccitas:quoniam,tunc ignis eſſet grauis,immo grauior aqua ad minus.dico ergo quod frigiditas eſt cauſa ſub certo gradu commixtionis ad ſic- Poſitio propria. citatem. Vnde, ſicut colores extremi ſunt cauſa mediorum ſub certis proportionibus,ita frigiditas eſt cauſa grauitatis, prout eſt cum certa proportione ad ſicci Dubitatio. tatem. Sed dices,quare ſiccitas non eſt cauſa grauitatis ſub certa proportione Solutio. ad frigiditatem, ſicut econtra? Iam apparet ſolutio:quoniam illa non eſt de qualitatibus actiuis,ſicut frigiditas:ideo potius illud attribuitur frigiditati, quam ſic- Replica. citati. Contra adhuc, quoniam, ſi frigiditas eſt cauſa grauitatis ſub illa proportione, caliditas non poterit eſſe cauſa leuitatis ſub aliqua alia, quomodocunque Solutio. proportione ad ſiccitatem eiuſdem ſpeciei. Reſpondeo,quod,ſicut materia eſt vna numero omnium ſub diuerſis diſpoſitionibus, ita ſiccitas eſt vna ſpecie ambarum ſub diuerſis proportionibus:& ſic negatur conſequentia. Ad argumentum modo. ad primum patet ſolutio.priuatio enim motus,ſeu corpus cęleſte non eſt cauſa grauitatis,ſed concauſa concomitans, ſed cauſa eſt, vt dixi. Ad ſecundum dicendum, vt prius, quod Auerro. non tetigit cauſam grauitatis terrę, ſed concomitans illam cauſam: & ſic intelligitur dictum eius in ſecundo cæli, & alibi.

SECVNDA QVAESTIO principaliter eſt circa elementa media. ait D enim ea eſſe mixta ex duabus naturis vult dicere, ſcilicet quodlibet eſt mixtum ex grauitate & leuitate modo. Hoc non videtur verum: quoniam quodlibet elementum eſt æque ſimplex, ſicut & alterum, vt.4.cæli declaratum eſt, & philoſophus in omnibus locis ponit tanquam manifeſtum, quatuor eſſe corpora ſimplicia generabilia & corruptibilia: ergo dictum Auerro. patitur difficultatem.

Poſitio quorundam. Circa iſtam quęſtionem breuiter quidam viri dicunt quatuor eſſe qualitates ſenſibiles, & duas motiuas in corporibus ſimplicibus. volunt enim quod ignis ſit ſumme leuis, terra ſumme grauis, aer ſit compoſitus ex grauitate & leuitate. plus tamen ex leuitate, aqua eodem modo ex leuitate & grauitate, licet plus de grauitate. volunt enim quod, ſicut apud Auer. color medius non eſt eſſentialiter & realiter, niſi extremi ſub certa proportione; ita huiuſmodi qualitates medię ſunt qualitates extremę ſub certis proportionibus diuerſis. &, ſicut color medius differt ſpecie ab extremis per accidentia, ita & huiuſmodi mediæ qualitates differunt ſpecie ab extremis. Qualitas ergo motiua aeris non eſt niſi grauitas, & leuitas refractę ad certum motum fractionis. Et ſimiliter etiam qualitas motiua aquę: & hanc opinionem accipiunt ab Auer. primo cæli.commen.17.&.4.cæli.commen.26.&.29.& pro eis facit multum verbum Auer. hic.d. & quia alia duo elementa interpoſita ſunt inter terram & ignem, E mixta exiſtunt de duabus prędictis naturis: ecce, quomodo aperte, & manifeſte tangit hunc modum. Et per hoc ad primum. dicendum enim quodlibet eſſe ęque ſimplex in ſubſtantia, non autem in qualitatibus: &, etiam licet illa qualitas motiua ſit compoſita, quia tamen compoſitio illa non diuerſificat operationem illius, poteſt & debet computari tanquam ſimplex: & ſic poteſt ſaluari dictum Auerro.

Impugnatio. Contra iſtam opinionem eſt ſolitum argui ſic: cuiuslibet motus & operationis ſimplicis cauſa principalis, & inſtrumentalis debet, vt ſic, eſſe ſimplex. hæc propoſitio declaratur in primo cæli, per totam ſecundam ſummam: ſed motus elementi eſt ſimplex operatio & ſimplex actus: ergo cauſa principalis, ſcilicet natura elementi, & inſtrumentalis, ſcilicet qualitas motiua debent eſſe ſimplicia. Secundo, in quocunque corpore ſunt plures qualitates motiuæ, motus eſt ſemper a qualitate dominante, vt Auerro. declarat primo cæli.commen.7. Cum igitur in elementis medijs ſint iſtæ plures motiuę qualitates, motus illorum erit a dominio qualitatis dominantis: & ſic motus elementorum erit, ſicut motus corporum mixtorum: cuius contrarium dicit Auer. Tertio arguitur, & ſuppono primo quod qualitates elementorum ſunt intenſibiles & remiſsibiles ſecundum intenſionem & remiſsionem formæ ſubſtantialis, ſaltem apud Auer. 3. cæli commen. 67. & hoc eſt verum tam de actiuis quam motiuis: quoniam motiuæ ſequuntur actiuas. Tunc arguo in quocunque eſt forma F ſubſtantialis elementorum ſubeſſe intenſo & perfecto, ibi eſt qualitas tam actiua quam motiua perfecta ſub eſſe intenſo, vt ex ſuppoſito apparet: ſed in corporibus medijs formę ſubſtantiales ſunt perfectę, & ſub eſſe intenſo: ergo, vt prius. Quarto arguitur, cum qualitates motiuæ apud Ariſto. 4. cæli cauſentur ab actiuis: a quo cauſantur huiuſmodi qualitates? ergo, & ſi detur licentia fingendi, aut vnus effectus habebit cauſas diuerſarum rationum, aut effectus erit ſine cauſa propria & per ſe: & nolo deducere conſequentiam: ſed tu conſidera.

Poſitio cō-munis. Propter iſta, quæ ego feci, & multa alia antiqua argumenta, communis opinio eſt, quod qualitates motiuę ſunt quatuor ſpecie, & numero diuerſę in corporibus ſpecie & numero diuerſis, & quod quęlibet illarum ſit ſub eſſe intenſo in proprio elemento, verbi gratia, qualitas motiua terrę in ea ęſt ſub eſſe intenſo: & qualitas motiua aquę in ea eſt ſub eſſe intenſo: & ſic grauitas aquę, & grauitas terrę ſunt diuerſarum ſpecierum, ſicut leuitas aeris, & leuitas ignis: & ſicut iſtę qualitates ſunt ſpecie diuerſæ, ita & motus illi ſunt diuerſi in ſpecie, propter diuerſitatem terminorū ad quos. Sed pro dicto Auerro. debes ſcire, quod mixtio, quando capitur, prout eſt alteratorum vnio, vt in fine primi perihermenias dictum eſt: quandoq; prout eſt denominatio ſecundum diuerſorum rationem, & reſpectus diuerſos: ſic in propoſito: quia grauitas illa aquę dicitur deorſum reſpe-

A ctu ignis, & aeris, ideo dicitur grauitas: & quia reſpectu terrę eſt ſurſum, ideo dicitur leuitas, & ideo vocatur aggregatum propter reſpectus diuerſos, & ſic de le uitate dicatur: & ideo in terra eſt grauitas in ſummo, ideſt ſimpliciter, & leuitas ſecundum denominationem, & ſic de illa ignis, & ſic ſatisfit argumentis pro & contra, & dictis Auerro. quę videntur repugnare. Quia tamen prima opinio ſępe eſt habita pro vera, & videtur Simplicij plane quarto cęli, vt ibidem declaraui. Ad argumenta contra illam dicendum primo, quod aliquod eſſe compoſitum contingit dupliciter, vno modo in ratione eſſendi: & ſic omne ens ſeparatum a materia, & ſubiecto dicitur ſimplex, & per contrarium ens in materia dicitur compoſitum. Secundo modo aliquid dicitur compoſitum in ratione principij: eo quia pro vno euentu concurrunt principia diuerſarum rationum, & per contrarium ſimplex in ratione principij erit, quod pro vno effectu concurrit ſecundum vnam rationem. Ad formam argumenti dico, quod illa maior debet intelligi de ſimplici vel in ratione eſſendi, vel in ratione principiandi: & ſic intelligendo maiorem, negatur minor: quoniam vt ſic, licet illę duæ qualitates ſint compoſitę inuicem, quia tamen in ratione principij non componuntur, ideo debent dici ſimplex. Ad ſecundam diceret illa opinio, quod antecedens debet intelligi vbi ſunt plures qualitates, & ſub ratione eſſendi, & ſub ratione principiandi. modo in propoſito negatur minor. ſunt enim ratione refractionis

Solutio argumẽtorum cõtra primã opinionem.

B redacta ad vnam rationem principij, & ſic intelligitur dictum Auerro. primo cęli. Ad tertiam, licet mihi ſolutio fuerit valde difficilis Bononiæ, vbi diſputaui hanc opinionem, attamen dixi quod qualitas motiua dicitur duobus modis vna. Aut in ratione eſſendi, & ſic ibi ſunt plures qualitates remiſſæ & refractę certa proportione, vt dixi, aut ratione proportionis. & ſic illæ duæ qualitates debent dici vna qualitas, pro quanto certa proportione ſunt redacta ad rationem vnius principij motiui. & iſta qualitas eſt intenſibilis & remiſsibilis ſecundum intenſionem & remiſsionem formæ ſubſtantialis, eo quia remiſſa forma ſubſtantiali, remittitur proportio illa, quę eſt alicuius latitudinis, & ſic variatur velocitas ad intra vnitatem qualitatis motiuæ, pro quanto remanet latitudo proportionis a principio remiſsionis formæ vſque ad finem, & ſic defenſaui hanc opinionem in ſcholis meis Paduæ multotiens. Opinionem iſtam, & alia argumenta ſcripſi alibi, & ſolui alibi. (Vnde, ſi corpus) Hic infert corrolarie neceſsitatem corporis cęleſtis primo ex dictis, ſecundo ibi. (Pręterea mundus) probat illud a principali intento. Dicit ergo. vnde, id eſt, quia terra eſt frigida ratione diſtantiæ ad motum cęli, & ignis calidus ratione propinquitatis, ſequitur quod, ſi corpus orbiculare non eſſet, nulla iſtarum naturarum eſſet, & exponit. d. neque ſurſum, neque deorſum eſſet naturaliter: vult dicere

C nullum corpus naturaliter deorſum locaretur, neque relatiue, neque motus elementorum ſic ſe habere: vult dicere. ſic quod vnus eſſet ad concauum, alter ad oppoſitum punctum, vt dictum eſt. Sed eſt quęſtio: hęc concluſio per quem locum tenet: ex quo dictum eſt illam diſtantiam non eſſe niſi concomitantem. Reſpondetur, quod ibi prędicatur eſſe multiplex locus, ſcilicet a cauſa ab eſſentialiter inhęrente. a caſu, & multis alijs. A cauſa, quoniam, cęlum, & ſi non ſit cauſa generans, & eſt cauſa agens conſeruans, & eſt forma reſpectu elementorum, vt patet primo meteororum, & eſt finis. & ſic eſt ibi locus cauſę, & eſt ibi concomitantia eſſentialis, quoniam dictum eſt quod, ſi eſt terra grauis, oportet vt ſit frigida: non poteſt eſſe frigida niſi eſſentialiter concomitatur eſſe diſtantem a motu cęli, & etiam eſt locus a caſu, & iu immorare ibi. (Pręterea mundus) nunc probat idem alia ratione principali, & non correlaria: & virtus ſuę rationis eſt. Id eſt neceſſarium in eſſe alterius, quod requiritur ad hoc vt aliud ſit finitum, & ſtans ſub dimenſionibus terminatis. Sed corpus cęleſte eſt neceſſariũ ad hoc vt mundus habeat eſſe finitum. ergo, &c. huius tangit primo vim minoris d. pręterea mundus finitus eſt ratione corporis ſphęrici, prout illud corpus finitũ eſt de ſua natura, & de ipſo circuitu eſt ab vna ſuperficie. ſup. contentum. vult ergo habere minorem, ſcilicet quod corpus cęleſte eſt neceſſarium ad eſſe limitatũ & finitum elementorum, & totius mundi. Deinde tangit vim maioris, d.

Dubitatio.
Solutio.

& corpora recta dimenſionibus, id eſt, ſecundum dimenſiones, non ſunt finita per ſe, quin poſſint diminui & augeri, & per hoc vult habere vim maioris, & tu vide probationem primo cęli. commen.4. quoniam ibi declaraui totum hoc. (quare huiuſmodi ratione) hic infert correlarium ex iſto primo. d. quare huiuſmodi ratione oportet quod corpus ambiens mundum. i. elementa, quę mundus inferior dicitur primo Meteororum, ſit ſphęricum: cuius rationem breuiter tãgit d. alioquin ſequeretur aut quod corpora perueniant ad alia corpora, vult dicere recta, & illa vlterius ad alia, & ſic ad infinitum: aut quod finient ad vacuum, vt dicebat Ioan. grammaticus, & ambo ſunt impoſſibilia. D

Dubitatio, Sed accidit quęſtio, quoniam octauus orbis etiam finitus eſt, & per conſequens, aut finietur ad vacuum circuiens ipſum, aut ad aliud corpus, & ſic argumentum eſt vnum vtrique.

Solutio, Ad quęſtionem dicebat Democritus, & Leucippus, & Ioannes grammaticus quod extra corpus octauum erat vacuum infinitum, ad quod terminabantur corpora cæleſtia, ad quę terminantur elementa, vt dictum eſt. Huius autem cauſa tangitur ab Alexan. primo cæli, vt refert Simplicius, eo quia ibi poteſt eſſe motus: quoniam, ſi eſſet homo ibi, poſſet extendere brachium, & non extenderet ipſum in pleno, ergo in vacuo. Secundo arguebant, vt narrat Auer. 4. phyſi. commen. 43. & 45. quoniam omne corpus phyſicum & naturale localiter per locum, qui eſt ſuperficies alicuius corporis ambientis. et per conſequens octauus orbis locabitur per ſuperficiem vacui, ſic vt ſupra.

Impugnatio Sed huic opinioni contradicit philoſophus in ſumma quarta primi cæli. & 4. phyſico. prope finem. probat enim quod extra mundum nihil eſt, neque plenum, neq; vacuum, ſed entia optimam vitam ducentia, vt dicit primo cæli. commen. 100. Arguit etiam philoſophus primo cæli. text. commen. 95. mundum conſtare ex tota ſua materia, & ſic nihil extra ipſum inueniri. & tu conſidera rationes Ariſto, ibidem. & 8. phyſi. E

Solutio ad quęſtionem, Ad quęſtionem ergo reſpondebat Auempace, & poſt ipſum Auer. primo cæli. commen. 4. dicebat enim Auempa. vt narrat. 4 phy. commen. 43. ꝙ corpus ſphęricum, & corpus rectum differunt, eo quia ſphęricum ſecundum eius rationem intrinſecam, inquantum ſphęricum finitur per ſe, & non per aliud extrinſecum. rectum autem econtra, per propriam rationem non finitur, ſed per aliquod extra ſe. & ideo corpus cæleſte non finitur ad vacuum, neque ad plenum. accidit enim ſphęrico contineri: proprium enim eſt eius continere, magis quam contineri, vt dicit Auempa. & ſic apparet vis rationis Auer. quare autem hęc quidem ſecundum eius rationem continet, illud vero continetur, in expoſitione commenti quarti primi cæli. dictum quęre. Ad obiectiones. Ad primam dicit Alex. ꝙ illo caſu, manus vel brachium non poſſet extendi. Et cum arguitur, nihil ſibi reſiſtit, ergo in infinitum velociter extendetur. Dico ꝙ reſiſtentia eſt duplex. poſitiua & priuatiua, vel melius non reſiſtere duobus modis, vel in medio ente, vel in medio non ente. primo modo arguit motum in infinitum velocitari, & in infinitum velocitari motum, ſecundo modo aufert omnino rationem motus: & ſic reſpondet in ſumma Alex. vt potui colligere ex verbis Simplicij. F Ad ſecundum Auempa. dixit, quod dictum illud intelligitur in corporibus rectis, in ſphęricis autem accidit locari, ſicut eis accidit contineri. Auer. autem. 4. phy. com. iam dicto. & Ariſt. in lib. de cauſa motuum animalium, dicunt ꝙ corpus cæleſte, & maxime octauum per centrum, ſupra quo, & circa quod mouetur, locatur: & quęſtiones accidentes huic in quęſtione mea facta in pueritia mea quęre, quoniam ibi forte ſubtilius ſcripſi, quam debui, quare, &c. (Tandem manifeſtum) hic redit ad propoſitum, & infert ex dictis correlarium. d. tandem manifeſtum eſt ꝙ corpora mundi ſunt quinq;, ſcilicet quatuor contenta, & vnũ continens.

Dubitatio, Dubitatur, quoniam vel diſtinctio ſpecifica corporum ponit in numero, vel non ſi non, ergo vnum eſt elementum, quoniam elementa tantum ſpecie differunt. ſi ponit in numero, non tantum quinque erunt corpora: quoniam corpora cæleſtia differunt ſpecie, ſicut & motus eorum. modo multo plures ſunt motus cæli, quam elementorum. 12. metaphyſi. tex. commen. 48.

Solutio cuiuſdam, Ad quęſtionem dicit quidam homo huius temporis, ꝙ in rei veritate plures ſunt motus, & corpora quam vnum, ſed Ariſto, ſatisfacit vulgo, qui tantum iudicat diuerſa, quę

A ſenſu videntur diuerſa: & , quia corpora cæleſtia non iudicantur ſenſu diuerſa, ideo ea computat pro vna natura:quia,vt dicit ſecundo topicorum , loquendum vt plures, ſentiendum vt pauci. Sed hęc ſolutio eſt deriſibilis. Ariſt. enim in ſcientia demonſtratiua non loquitur vulgaribus. Pręterea, vt dicit Auer.quarto cæli, etiam naturam ignis eſſe diuerſam a natura aeris non niſi forti ratione compertum eſt. Præterea, philoſophi non niſi ſenſu inuenerunt corpora cęleſtia diuerſa,vt apparet per aſtrolabia, & alia inſtrumenta regularia. Tandem dico, quod Auer. ſecundo cęli. commen.49.reſpondet, & dicit quod motus cęli diuerſi non differunt tanquam motus totales , ſed tanquam motus membrorum, & ideo omnes illi conſtituunt vnum motum totalem , & poteſt tota natura cęli dici vna natura totalis,licet ſint ibi plura membra, & plures motus: & tu vide quoniam Auerro. reſpondet argumentis Auicennę ibidem. (Prædeclarato etiã quod elementa.) Hic infert aliud correlarium dicens, prędeclarato , id eſt,tanquam declaratum accipitur ꝙ elementa ſint ſphęricę figurę , cuius rationem dicit,quia ambiuntur a corpore ſphęrico. Sed dubitatur adhuc circa idem, quoniam pauloante dictum eſt,corpora elementaria contineri , eo quia ſunt rectę figurę,& econtra,corpus ſphęricum. Ad hoc dicit Auerroes.2. cæli.commen. 108.quod corpus elemẽtum limitare ſibi figuram ſphęricam naturaliter eſt duobus modis : eſſentialiter & inſeparabiliter , & naturaliter ſeparabiliter . primo

Impugnatio

Solutio propria.

Dubitatio.

Solutio.

B modo non:quoniam ſolum cęlum limitat ſibi figuram ſphęricam , ſecundo modo ſic: quoniam,licet elementum poſsit ſtare ſub quacunq; figura,attamen vniuerſalius ſtat ſub ſphęrica,licet poſsit ſtare ſub oppoſito eius. & ideo quia poteſt ſtare ſub oppoſito,oportet vt terminetur per id , quod eſſentialiter eſt tale.ſ. cęlum verum non determino nunc elementa eſſe figurę rotundę naturaliter,ſed alias dicam,& dixi.(Et quia dicta elementa) tertio infert tertium correlariũ.d. et quia motus orbiũ continet dicta elementa,ideo elementa mouentur hincinde, & propter idem miſcentur,& generationes contrarię, & corruptiones ſup.fiunt in indiuiduis non in ſpeciebus,ſicut dicit Ariſt.2.periher.tex.cõm.56. Deinde infert aliud.d.&.ſi aliquis ſupercęleſtium motuum ceſſaret , ordo totus vniuerſi deſtrueretur,immo, ſi eſſet cęlum ſine motu , adhuc deſtrueretur,aut eſſet nouus ordo. & queſtiones accidentes huic quęre in penultimo capitulo de ſubſtantia orbis in expoſitione mea . Deinde infert aliud.d.& patet ꝙ nullus horũ motuum eſt ſine neceſſe eſſe.i.motoribus,aut ſine bene eſſe.i.intellectus, quę dicuntur bene eſſe motuum , quoniam numerus motuum eſt per numerum intelligentiarum.& addit ꝙ omnia iſta clare probata ſunt in ſingulis locis tam ab Ariſto. quam a ſuis poſterioribus.(Prælibatis igitur iſtis.) Cum accepit primum fundamentum,vult modo accipere aliud, & primo continuat ſe ad præcedentia.d.prę

Quõ elemẽta limitant ſibi figuram ſphęricã, & qũo rectam.

C libatis igitur iſtis,pertractabimus diſputare in obiectionibus Alga. cum autoritatibus, id eſt,rationibus autenticis ad demonſtrationem circunſtantium,id eſt,auſcultantium magis, ſuper efficaciter,quam ſint dicta huius hominis. Poſt continuationem ponit ſecundum fundamentum quodammodo tanquam concluſionẽ. d.& dicemus ꝙ imaginandum eſt, ꝙ quęlibet ſphęrarum ſupercæleſtium eſt viua.hęc eſt concluſio.ſ.quodlibet corpus cæleſte ſeorſum ab altero eſt viuum. Et primo tangit vim rationis eius,quę eſt in prima figura,cuius minorem accipit.d. prout.i.quoniam conſtituitur ex corporibus terminatis in figura, & menſura, & mouebitur de ſeipſis,id eſt,ab intrinſeco, ergo ad terminatas partes. Deinde accipit maiorem.d.& quodcunq; ſic ſe habet,videlicet ꝙ, quando videmus corpus terminatum in quantitate , & qualitate mobile de ſeipſo in loco ab aliqua terminata parte,non parte cuiuſdam extrinſeci rei.i.per pedes,vel brachia,vel ſcardas, vel ab aliquo attrahente ipſum, & ꝙ ſimul & ſemel mouetur ad oppoſitas partes , dicendum eſt diffinitiue ꝙ tale corpus eſt animatum . ecce igitur maior,& minor. Circa limitationem propoſitionum.ſ.maioris, & minoris debes ſcire ꝙ viuum differt a non viuente,primo modo, quoniam omne viuens requirit corpus terminatæ quantitatis , & hoc innui per terminari menſura . Finguntur enim ſapientes ꝙ elementum, vt ſic poteſt creſcere ad infinitum , vt apparet ſecundo de anima, vbi dicitur ꝙ, ſi igni apponatur combuſtibile in infinitum

Quinq; modis differunt animata ab inanimatis.

creſceret ignis. vbi dicit ꝙ non ſic eſt corpus viuens, cum ſit determinatę magni D
Secundo. tudinis, & augmenti. ſic dicit notanter terminatis in menſura. Secnndo differt viuēs, quoniam omne viuens eſt limitatę, & certę figurę. quoniā, vt dicit Auer. tertio cęli. commen. 67. figura eſt de diſpoſitionibus eſſentialiter ſequentibus formam, & maxime animam. Manifeſtum eſt enim elementa non limitare ſibi certam figuram, vt pauloante dictum eſt. econtra eſt de viuentibus. vnumquodque
Tertio. viuum ſibi limitat certam figuram eſſentialiter. & tu lege. 3.4. cęli. Differt tertio. quoniam inanimata non mouentur a principijs in eis, vt dictum eſt. 8. phy. ſcilicet de potentia eſſentiali. animata autem econtra: & tu vide ibidem, ſcilicet
Quarto. commen. 32. &. 31. Quarto differt, quoniam inanimatum pluries mouetur ab alio extrinſeco, Verbi gratia, ferrum a magnete, pluries etiam ab impellente: non ſic cōtingit de animato. recolligendo igitur naturas corporum animatorum,
Quinto. iam apparet, quomodo mouetur ab extrinſeco. Quinto differt, vt accipitur in libro de anima. quoniam animatum mouetur ſecundum omnem differentiam poſitionis ęque naturaliter, vel non magis naturaliter verſus vnam partem quam verſus alteram. Inanimata autem ad certum punctum mouentur omnia, vt iam
Ratio. dictum eſt in libris philoſophorum. Ex his ergo propoſitionem maiorem, ſcilicet omne corpus terminatum in menſura, figura mobili a principio in eo ſine concurſu cuiuſcunque extrinſeci verſus partem terminatam per partem terminatam, ſupra partem terminatam, eſt corpus animatum viuens. & hęc maior eſt E manifeſta ex quinque poſitis. minor autem ſupponitur per ſe tanquam nota. & inde concluditur concluſio poſita, ſcilicet ꝙ corpora cęleſtia ſunt viua animata. (Diximus tamen) Limitat maiorem quantum ad vltimam particulam. diximus tamen ꝙ corpus ſupercęleſte non ab aliqua cauſa extrinſeca mouetur, quia ferrū mouetur a lapide magnetis, quando ille lapis eſt præſens extra. (Vnde iſtis.) Deinde infert correlarium, quaſi ad propoſitum quęſtionis. d. vnde iſtis pręlibatis, ſequitur quod in corpus ſupercęleſtibus ſunt ſignati naturaliter. ſ. poli mundi. ſic impoſsibile eſt quod ſint alibi. poli aūt ſunt ſimiles ſurſum & deorſum in animalibus, vt dicitur. 2. cęli. cō. 16. &. 15. & dixit naturaliter: qm̄ in omni peripheria cęli poteſt ſignari polus, ſed non naturaliter. Deinde probat iſtud. d. ſicut. n. animalia pręſentia. i. nobis manifeſta, ſ. generabilia habent propria membra in locis proprijs, operibus ſignata, & non decet ꝙ ſint alibi: vt dicamus. i. exponendo me, quantū ad membra motus, quę ſunt in locis proprijs animalium. iſta. n. mēbra habent ſitus in corpore animalis naturaliter. & hęc eſt quaſi vis maioris. deinde accipit minorē. d. & quia poli animati ſphęricę figurę ſunt ſimiles membris motus noſtrorum animalium: & tangit paruam differentiā, quę nō remouet propoſitum, & dicit, & nulla eſt differentia in hoc inter animalia ſphęricæ figurę, & inſphericę. i. rotundę figurę: niſi quia in noſtris animalibus differunt mem F bra prędicta in figura, & potentia. i. quo ad diſpoſitionē figurę, pro quanto figura capitis differt ab illa pedum. & potētia: qm̄ virtus capitis eſt alia a virtute pedum in animali inſphęricę figurę differunt tantum in potentia. Et vult habere quod iſta differentia non tollit concluſionem iam dictam, ſ. quod illi poli ſunt terminati naturaliter, & tanquam membra animalis propria. Declaratum eſt igitur vſque huc, quod corpus cęleſte eſt viuum habens membra, vel quaſi mēbra animalis, vt dicetur. Sed, quomodo corpus cęleſte ſit viuum, & animatum dictū eſt a me in pluribus locis, quomodo ſit diuerſum ſecundū poſitionem, ſcilicet, ſurſum & deorſum, ante retro, & dextrum & ſiniſtrum. Dictum eſt in quęſtione mea ſingulari propter hoc inſcripta Vincentio Quirino Veneto meo ſcholari: vbi acute declarata eſt tota iſta materia, licet in fine colligam quędam dicta ad propoſitum. (Et ideo opinati ſunt) Hic ponit peccatum theologorum. Et primo accipit propoſitionem, quaſi pręmiſſam. Secundo accipit propoſitionem quaſi concluſionem, & dicit primo, & ideo opinati ſunt loquētes quod membra huius animalis, vult dicere cęleſtis, non differunt aliquo modo: vult dicere quod dextrum, ſiniſtrum, ante, retro, ſurſum, & deorſum non differunt naturaliter, & abſolute, ſed ſunt ibi reſpectiue, ſicut in columna: & tunc infert propoſitionē quaſi concluſionem, d. vnde, ideſt propter quam cauſam, ſcilicet, quia ibi non ſunt niſi

A reſpectiue,& non naturaliter dicunt quod poſsibile eſt polum mundi eſſe in qui-
buſcunque duobus punctis fuerint in ipſa ſphęra: vult dicere quod ſicut in co-
lumna poſſunt accipi illa puncta ad placitum, ita & in cęlo. Et debes ſcirę
quod Auerroes non reprobat hanc opinionem, ſed quaſi correlarie voluit habe-
re eam pro reprobata: quoniam iam declarauit eſſe ſimile de cęlo, & de anima-
li noſtro pręſenti. Ariſtote. enim in ſecundo cęli in loco eius vſus eſt ratione
Auerrois, hic poſita, ſcilicet quoniam, quod eſt de perfectione animalis, inquan-
tum animal, non erit negandum ab animali cęleſti, quod eſt perfectius, & mul-
to honorabilius animali generabili: modo declaratum eſt huiuſmodi ſex diffe-
rentias poſitionis eſſe de ſumma perfectione animalis, inquantum animal: ideo
non erit negandum ab animali cęleſti; & hanc rationem voluit Simplicius eſſę
intelligendam ex vi verborum Ariſtot. ibidem contra antiquos. Secundo de-
bes ſcire, quod ſicut in animali pręſenti nobis ſunt naturaliter ſex virtutes di-
uerſæ, ſaltem in modo naturaliter ei inexiſtentes ab ipſa anima, ita in quolibet
corpore cęleſti. V.g. eſt virtus ſurſumitatis. ſ. in capitę. virtus oppoſita ſcilicet
deorſum in pedibus. Virtus anterioritatis, videlicet, ante viſum & pectus, &
virtus poſterioritatis poſt humeros, & virtus dextreitatis & ſiniſtreitatis, quæ
naturaliter ſunt virtutes exiſtentes in compoſito ex corpore & anima, ratione ta-
men animę principaliter. quare autem ſic ſunt, & non aliter, & tot & non plu-
B res, neque pauciores, & ſic dictę & non aliter, non eſt locus præſentis ſpecula-
tionis, ſed in tractatu de hoc dixi, ſcilicet intitulato Magnifico viro Vincentio
Quirino, Patricio Veneto. Sicut ergo iſtę ſex virtutes naturales, & abſolutę,
& verę animali pręſenti, ita in animali abſenti, ſcilicet cęleſti eſt virtus ſurſum
& deorſum, vt ſunt duo poli. antarcticus quidem eſt ſurſum, arcticus, ad quem no
ſtra habitatio, vergit deorſum. non quod iſti puncti ſunt iſtę virtutes, ſed ibi ha-
bent vires, & partes iterum ſunt alię. ſ. ante & retro, vt ſunt angulus medieta-
tis diei, & angulus medietatis noctis. Diei quidem ante noctis vero retro. Ite-
rum ſunt alię duę. ſ. dextrum & ſiniſtrum, & iſtæ ſunt, dextrum quidem oriens,
ſiniſtrum quidem occidens: & locutus ſum hic ſine ratione, quoniam ibi ſum lo-
cutus valde ſubtiliter.

Nota. Quod eſt de perfectione animalis, in quãtũ aĩal, ineſt aĩali cę leſti, quia pfectius.

SED SVNT LOCA quęſtionis, quorum primus eſt, vtrum quilibet orbis
habeat ſuas proprias differentias poſitionis, an totum colligatum ex omnibus
orbibus, ſicut animal totum colligatum ex membris? Secunda quæſtio,
vtrum huiuſmodi virtutes ſunt ſubſtantię, an accidentia: &, ſi ſubſtantiæ, an ſe-
paratę, an in materia? &, ſi accidentia, vtrum ęterna an generabilia: & hæc
quidem quæſtio multum difficilis eſt. Pro intellectu ſolu. quæſtionis debes
ſcire, quod huiuſmodi differentiæ poſitionis poſſunt capi dupliciter. Vno modo
C reſpectiue, & ſecundum comparationem. Secundo modo abſolute & natura-
liter: & iterum abſolute & naturaliter dupliciter: aut vniuerſaliter reſpectu
totius vniuerſi, aut particulariter reſpectu vnius determinati corporis & ani-
malis proprij. Si reſpectiue & ſecundum comparationem, ſic ſunt relationes ex
parte portionis terræ habitabilis fixæ in toto vniuerſo. Verbi gratia quælibet
portio terrę habitabilis, & quælibet ciuitas habet propriam ſituationem reſpe-
ctu cęli, reſpectu cuius poſſunt huiuſmodi ſex differentię poſitionis aſsignare.
gratia exempli, Sueſſa, vbi ſum natus, habet dextrum cęli reſpectu orientis to-
tius verſus montes caſchani, ſiniſtrum verſus ſitum montium Cayetæ, ante in
directo angulo diei, retro in oppoſito, deorſum reſpectu montis ſireni, ſurſum
reſpectu maris Leonis: & ſicut dico de Sueſſa, ita dico de Padua, & Venetijs,
& Neapoli, &c. qlibet enim ciuitas in cęlo habet ſex iſtos reſpectus fixos, &c.
immo contingit iſtos reſpectus variari reſpectu cuiuſcunque portionis terræ.
Sed dices, iſti reſpectus vbi ſunt ſubiectiue? Reſpondeo, quod ſicut columna Petitio.
dicitur dextra & ſiniſtra nullo accidente nouo adueniente ei, ſic nullo reſpe- Reſponſio.
ctu accidente reali cęlo, accidentia illa variantur in cęlo variatione noſtra: &
ſicut illi reſpectus ſunt ſubiectiue in nobis, ita illi reſpectus cęli ſunt ſubiectiue
in terra habitabili. huius ratio eſt: quoniam, cum ciuitates innouantur, tunc cęlo
accideret nouum aliquod, quod non conceditur: & ſicut dico de portione ter-

re parua, ita de tota terra magna habet huiuſmodi differentias reſpectu cæli to- D
tius, vltra illas, naturaliter & abſolute exiſtentes. Si vero loquimur de illis ſe-
cundo modo, ſicut dixi, duobus modis vniuerſaliter & particulariter. loquendo
primo de eis vniuerſaliter, dicendum: quod illę ſunt ſex virtutes reales, & natu
rales animę cęli, mediantibus quibus fiunt diuerſę operationes circa terram. ima
ginandum eſt enim quod ſicut primus motor eſt primus finis, prima forma, &
primus motor: non quidem tres res, ſed vna res, & multæ in modo, vt dicit Auer
Solutio ſecūdæ q̄ſtionis. roes. 12. metaphy. commen. 6. ita iſtæ differentiæ naturaliter & abſolute ſumptæ
ſunt vna res, ſcilicet ipſa anima cæli vniuerſaliter, diuerſa tamē in modo, prout
diuerſimode per portionem cæli diuerſam influit, & ſic ſunt vna res in ſubiecto,
plures tamen in modo, prout multę ex ea per portiones cæli diuerſas veniunt
operationes: & ſic ex anima ſic multa in virtute operandi, & corpore cæleſti
ſimplici proueniunt diuerſę operationes ratione illarum virtutum, quæ ſunt ipſa
anima cęli totius. Et per hoc ſatis ſit ſecundæ quæſtioni. Sunt enim ſubſtantiæ
ſeparatæ vna in ſubiecto, multæ tamen in modo, vt dictum eſt. ex his ſequitur
primo, quod ſiue terra habitabilis ſit, ſiue non: iam poſſent, & eſſent huiuſmodi
differentiæ cæli ſic ſumptæ: quoniam non ſunt niſi ipſa intelligentia pluribus vir
tutibus multa cælo applicata & continuata, vt anima & motor. Secundo ſequi-
tur, quod ſicut nulla eſt quærenda cauſa, quare intelligentia vnitur cælo, niſi
quia intelligentia & cælum eſt cælum: ita nulla eſt cauſa, quare ipſa ſit multa in B
virtute. ſecundum dextrum vnitur orienti, & ſecundum ſiniſtrum occidenti, &c.
Dubitatio. niſi quia eſt intelligentia ſic multa in virtute. Sed dices ſubſtantia cæli eſt ſim
pliciter vniformis in toto, quomodo diuerſæ operationes poſſunt ab vna intelli-
gentia prouenire in partes vnius rationis. Dico, quod iſta fuit ignorantia cuiuſ-
Solutio. dam mei concurrentis, qui dicebat quod propter hoc erant influentiæ: ſed ego
dico, quod ſua reſponſio non eſt intelligibilis, nec digna poni hic. Ideo dico
aliter, quod non eſt imaginandum, quod ſicut aqua fluit ab vno puncto per par-
tem, ita illæ tales vires fluant ab intelligentia in portionem cæli, vt ille groſſus
imaginabatur: ſed oportet ſupponere ex anima cæli, & ipſo cælo conſtitutum
eſſe quoddam animal, ſic per partes diuerſas diuerſimode influere: non quod ſuc
ceſsiue exeant ab intelligentia, ſed exeunt a cælo toto ratione intelligentiæ: &
tu conſidera in animali præſenti. Si vero loquatur particulariter, dicendum eſt
ſimiliter: quod ſicut reſpectu totius orbis dantur ſex differentiæ poſitionis, ita re-
ſpectu cuiuslibet ſphęræ dantur ſex alię. Verbi gratia reſpectu orbis lunæ, & re
ſpectu orbis ſolis, & ſic de alijs: & iam dicendum eſt in toto eodem modo par-
ticulariter & vniuerſaliter: & tu recurre ad modo dicta, & per hæc iam appa-
ret expoſitio commenti. 16. & . 15. ſecundi cæli. vbi Auer. loquitur de huiuſmo-
di differentijs cæli, & multa dicta in illo tractatu, & patet intētio eius in vltima F
Prima dubitatio. diſputatione, in ſolutione vltimi dubij. Sed adhuc anima non quieſcit: quoniā
ſunt tria, quę faciunt quæſtionem. videmus enim in animali præſenti quod hu-
iuſmodi virtutes ſunt reales, realiter, & in ſubiecto diuerſæ: quare non ſic ſequi-
Secunda. tur in cæleſti corpore. Secundo, videmus huiuſmodi virtutes requirere determi-
Tertia. natas figuras, Verbi gratia, alia eſt figura, quę requirit ſurſum, alia, quæ requirit
deorſum, & ſic de alijs. quare non ſic eſt de cæleſti corpore. Tertio, cum virtu-
Solutio. tes non innoteſcant niſi ex proprijs operationibus, quæ ſunt operationes illarū
ſex virtutum, per quas debeamus arguere ibidem illas vires eſſe. Ad iſtam vl
timam quæſtionem dicendum, quod in animali præſenti, Verbi gratia, homines
ex tribus iam ſumuntur, ſcilicet ex motu locali, & alteratione, & motu augmen
ti: vt ſcis ex libro cæli, Verbi gratia, ante in homine eſt principium motus ſen-
ſationis, quæ eſt quædam alteratio perfectiua, & per oppoſitum retro ſumitur
ex eo, quia non eſt principium illius, ſed finis. incipit enim ſenſatio ab ante, &
terminatur in retro. dextrum ſimiliter, quia eſt principium motus localis, & ſi-
niſtrum, quia eſt finis illius: incipit enim motus localis naturaliter a dextra par
te, & terminatur in ſiniſtra: ſurſum & deorſum ſumitur a motu augmenti, eo quia
ſurſum eſt principium augmenti. pro quanto per ſurſum aſſumitur cibus, deorſum
finis eius. propter igitur iſtos tres diuerſos motus innaſcuntur in animali gene-
rabili ſex

A rabili ſex differentiæ poſitionis diuerſæ, vt nunc ſuppono. Tunc applicando ad propoſitum: quia illa, quæ ſunt diſperſa in natura inferiori, & per diuerſas portiones ſumpta, reperiuntur vnita in ſuperiori, & per vnam portiònem ſumpta. Ideo dicendum ꝙ penes motum localem tantum ſumuntur illæ ſex in cœlo, & notanter per motum localem magis, quoniam eſt ſimplicior, & plus corpori ſimplici accommodatus, Imaginandum eſt enim, ſicut dicit Ariſt. in lib. de animalibus, ꝙ cœlum eſt ſimile homini, qui ſuper pedem voluitur a dextro pede, & manu in ſiniſtrũ pedem & manum circumcirca: veluti rota, videlicet fixa per punctum capitis, & pedum. Sicut ergo, tunc dextrum eſt, a quo incœpit motus, & ante, per quod tranſit, & ſiniſtrum, ad quod terminatur, & retro, per quod girat redeundo iterum ad dextrum & ſurſum: & ſunt puncta fixa, ſupra quæ fiunt iſtæ reuolutiones. Ita in corpore cœleſti imaginandum, ſcilicet ꝙ dextrum eſt oriens, a quo incœpit motus circularis, angulus diei ante, per quod tranſit, accidens ſiniſtrum, in quod terminatur angulus noctis. retro, per quod redit ad dextrum: & antarcticus & arcticus polus ſunt ſurſum & deorſum, in quibus cœlum fixe reuoluitur: & tu lege de homine imaginato reuerti in naturam cœli. 2. cœli. commen. 14. Ecce igitur quomodo ad quæſtiones reſpõdetur. Ad primam dicendum ꝙ cauſa diuerſitatis eſt, quia natura cœli eſt natura ſuperior, & natura animalis hic eſt natura inferior: & ideo quæ ſunt diuerſa hic, habent vniri ibi, vt colligitur. 2. cœli. commen. 42. per idem. Ad ſecundam: quæ enim diſperſas figuras requirunt hic, in ſuperiori poſſunt in vna figura vniri, eo quia illa natura eſt ſuperior, & hæc inferior. Ad tertiam iam apparet qualiter innoteſcunt ex vna operatione tantum propter eandẽ cauſam, prout reſpectu illius, diuerſimode concurrunt, vt viſum eſt: & bene verum dicũt quidam aſtronomi, ꝙ ſub dextro cœli & ſiniſtro, & ſic de alijs, fiunt diuerſæ influentiæ, & diuerſæ operationes, quæ ſunt nobis occultæ: & tu vide Alber. 2. cœli. qui multum aduerſatur meæ opinioni, & credit contradicere Auerro, & vt puto noluit ipſum intelligere. Sed dices adhuc, cœlum ſemper mouetur, quõo poſſunt ſumi iſtæ partes, & iſta principia reſpectu æterni: & tu vide ſolutionem 2. cœli. commen. 14. Poteſt tñ dici pro nunc, ꝙ ſunt ibi illa, pro quanto ſi cœlũ nouiter mouetur, ſic inciperet, & ſic proſequitur, & terminatur. Declaratum eſt igitur quomodo, & qualiter huiuſmodi differentię ſunt in corpore cœleſti, & propter quid, & ſub quibus reſpectibus, & differentia hęc ſunt iam expoſita, redeamus ergo ad locum noſtrum, (Similiter dicendum.) Hic vult ex dictis ſoluere quæſtionem iam tactam, ſcilicet an huiuſmodi differentiæ ſint ſumendæ in quolibet orbe determinato, ſicut in toto vniuerſo colligato ex omnibus orbibus, & dicit, ſimiliter recte dicendum in ſupercęleſtibus corporibus de ipſorum polis; vult dicere particulariter de quolibet determinato orbe,

Cœlũ eſt ſimile hoi.

Ad primã.

Ad ſecũdã.

Ad tertiam.

Dubitatio.
Solutio.

C quo ad polos & alias differentias poſitionis: cuius rationem tangit, d. eo quod corpora orbium non ſunt vna in ſpecie, id eſt, non ſunt vnius naturæ ſpecificæ multa in numero, immo ſunt multa in ſpecie, ſicut eſt indiuiduum animalium vniuerſalium: vult dicere generabilium, & ponit aliquam differentiam dicens, quãuis non inueniatur de illa ſpecie niſi vnum indiuiduum in tota ſpecie, vt patet primo cœli. commen. 90. ſed quomodo ſit illud, vide in ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis: quoniam moui, q. in propria forma, & ſoluit contradictionem hic, & 2. cœli. commen. 49, & non eſt opus omnia ſcribere. (Et hoc modo reſpondendum.) Et quia iam tacta ſunt fundamenta multum bene ad propoſitum, modo vult ad formam reſpondere; arguebatur enim, quare corpus cœleſte mouetur ad terminatam partem, &c. aut enim hoc fuit caſu, aut ſub voluntate primi, vt iam dictum eſt, & dicit, & hoc modo reſpondendum eſt ad quæſtionem: quare orbes mouentur ad diuerſas partes: cui reſpondet. d, quaſi prout orbes ſunt animati, pertinent vt moueantur a partibus terminatis, & verſus terminatas partes, videlicet; dextra & ſiniſtra, & ante & retro: quæ partes ſunt motus in quibuſcunque animalibus terminatæ, & hoc iam declaratum fuit. (Sed in diuerſis differunt,) Sed quia iam data eſt ſolutio, & dictum eſt in corporibus cœleſtibus reperiri huiuſmodi differentias ſex ſitus, & poſitionis: vult

modo tangere differentiam inter huiuſmodi in corporibus cœleſtibus & gene- D
rabilibus, & dicit: ſed in diuerſis differunt: vult dicere ꝙ huiuſmodi differentiæ
in generabilibus ſunt diuerſæ, & cœleſtibus, ſcilicet in figura, & potentia: quo-
niam in animalibus huiuſmodi virtutes differunt, eo quia limitant ſibi membra
diuerſarum figurarum, & ſunt virtutes diuerſæ: ſed in cœleſtibus non differunt
niſi potentia tantū, vt iam tactum eſt: & tu recurre ad digreſsionem per tactā:
& addit quod huiuſmodi ratione opinatur Ariſt. quod cœli habent ſex extremi
tates, & non ſup. in figura diuerſas, ſed virtute tantum. Et tunc concludit vim
ſolutionis d. & ideo dicimus quod diuerſitas motuū in tempore partium cœlorū
procedit ad diuerſitatem, id eſt, propter diuerſitatem ipſarum differentiarum cœ-
lorum, & addit quod hoc eſt proprium in prædictis corporibus, ſcilicet ꝙ cor-
pora ſuper cœleſtia differunt in ſpecie, diuerſitate, id eſt, propter diuerſitatē par-
tium ipſorū motuū, quaſi dicat: quod eo modo differūt motus cœlorū, ſicut diffe-
runt corpora cœleſtia, & quia differunt ſpecie, ideo differunt ſpecie: & ideo dan-
tur huiuſmodi differentiæ in quolibet corpore cœleſti. (Vnde conſiderandū.)
Et quia iam ſoluta eſt quæſtio, & expoſita eſt, vult modo cōcludere correlarie
naturam corporis cœleſtis, & illius motuum, & d. vnde conſiderandum eſt, id
eſt, concludendum ſecundum veram conſiderationem quod primum corpus cœ-
leſte, id eſt, totum colligatū ex orbibus, eſt vnum animal per ſe, cuius natura eſt B
aut ſecundum neceſſe eſſe, aut ſecundum bene eſſe, quod mouetur, id eſt, cuius
natura de neceſsitate, aut vtiliter debet moueri motu cū omnibus ſuis partibus,
id eſt communi omnibus eius partibus, videlicet diuino motu, id eſt, diurno: ſi-
cut animal colligatum ex omnibus membris mouetur vnico motu, ita totus cœ-
lorum nexus vnico motu diurno vniuerſali mouetur: & de natura aliorū orbiū
eſt, quod mouentur verſus contrariam partem: & huius nō poteſt dari alia cau-
ſa. Deinde comparat inter motum octauę ſphærę, & reliquarum. d. & eſt ſup.
neceſſarium quod pars motus vniuerſalis eſt nobilior partibus aliorum: vult di-
cere quod illa portio motus conueniens octauo orbi, eſt nobilior aliis portio-
nibus, quæ conueniunt aliis, prout, i. qm̄ hoc corpus, ſcilicet octauum eſt nobi-
lius omnibus corporibus & nobilibus: nobilibus debet attribui nobilior pars
in ſuo motu: & recito tibi fabulam, immo veritatē, quod quidā meus amicus Pa
duæ legens, cū eramus in cœna Rectoris noſtri nouiter laureati, noluit comede
re plus, quia non data fuit ſibi portio marzepani ſecundum nobilitatem eius,
& ſic abiit: & omnes riſu magno exaltati fuimus: & ita, quia octaua ſphæra
eſt nobilior aliis, ideo ſibi debetur portio motus nobilior. Deinde excuſat ſe. d.
& omnia iſta ſunt probata demonſtratiue in ſuis locis, & ideo non indiget nūc
probare: & ideo corrigit illum dicens, vnde frater mi, ſi tibi placuerit diligere,
pone intellectū tuū ad ſtateram ponderandam inter phantaſmata huius homi- E
nis, & flores philoſophorū: & tandem impoſsibile eſt quod ordo orbium ſit per
alium modum: & ſic ſoluta eſt quæſtio ita copioſa, ſicut vides: & tam bona de-
clarata ſunt, & multa horum in ſequenti diſputatione declarabo: quoniam non
eſt bonum omnia ponere in vno.

AVEROES.

AIt Alga. Dubitatio autem Secunda pro radice rationis eorum
eſt vt dicatur, vos negatis emanationem prouenientem ab an-
tiquo, & tamen impoſsibile eſt vobis abſque cōfeſsione eius,
Nam in mundo ſunt innouationes, & habent cauſas. ſi autem innoua
tiones illæ proceſſerint ad alias innouationes, & ſic in infinitum, eſt
falſum. & hoc non eſt id, quod cogitet aliquis intelligens. Si autē hoc
eſſet poſsibile, eritis abſque neceſsitate concedendi agens, & affirma-
re neceſſarium in eſſe, quod eſt ſuſtentaculum innouationum poſsibi-
lium. &, cum innouationes habuerint extremitatem, ad quam deue-

A niat proceſſus earum, tunc illa extremitas erit antiquum ipſum. ergo non euadet ſecundum radicem veſtram, quin permittamus emanationem innouati ab æterno.

Vult iterum arguere contra philoſophos.d. Adhuc arguendum eſt ſuper philoſophorum opinione hoc modo; vos negatis aliquod innouari ab antiquo æterno, & nos dicimus quod oportet concedere hoc neceſſario: cuius rationem tangit.d. multa enim in mundo ſunt noua a terminaris cauſis procedentia, & probat hoc.d. aut noua cauſantur a nouis, & ſic ad infinitum: aut perueniũt ad finẽ. primũ eſt falſum, & ab omnibus falſum eſſe eſt conceſſum: cuius rationem tangit.d. & ſi concedimus hoc poſsibile eſſe, id eſt, continue nouum a nouo procedere in infinitum: oportet negare primam cauſam neceſſariam eſſe, ad quã omnia poſsibilia reducuntur: & hoc declaratum eſt 2. Meta. & tunc concludit veritatem alterius membri.d. oportet ergo quod omnia noua in fine, id eſt tandem reducantur ad extremitatem, videlicet antiquum: & ſi ſic: ergo nouum abſolute poteſt ab æterno innouari: & hæc eſt ratio Auicen. & multi loquentes noſtræ legis vtuntur ea pro fortiſsima.

B ## AVEROES.

Ait Auer. Si vellent Philoſophi ponere ens antiquum in eſſe propter ens, quod innouatur, hoc modo inferendo rationem, ſcilicet ſi poſuiſſent ꝙ innouatum, in eo ꝙ eſt innouatũ, emanat ab æterno, tunc eſſet eis refugium exonerandi ſe à dubitatione in hac diſputatione. Sed debes ſcire ꝙ Philoſophi permittunt eſſe innouatum ab innouato in infinitum per accidens, cum fuerit hoc reiteratum in materia comprehenſa finita: vt ꝙ ſit corruptio corrupti in eis conditio requiſita in eſſe ſecundi tantũ. v.g. qm̃ eſt neceſſe apud eos vt homo ab homine generetur, cum conditione, ꝙ corrumpatur homo præcedens, ita ꝙ ſit materia, ex qua generetur tertius. verbi gratia ꝙ imaginentur duo homines, quorum primus fecit ſecundum ex materia hominis corrupti: &, cum fuerit homo ſecundus, ipſemet homo primus corrumpitur, & facit homo ſecundus ex materia eius hominem tertium,
C iterum corrumpitur homo ſecundus, & facit ex materia eius homo tertius hominem quartum. Nam poteſt imaginari in duabus materiis poſſe fieri actionem in infinitum, abſque eo quòd ſequatur inde falſitas. & hoc tantum, quantum remanet agens. &, cùm hoc agens non fuerit ei principium, nec finis in eſſe ſuo, tunc hæc actio non habebit principium in eſſe ſuo, nec finem, vt declaratum eſt ſuperius. Et ſic accidit imaginari in eis tempore præterito, ſcilicet cum præceſſerit hominem homo, qui eum fecerit, & homo corruptus, & ante hominem illum homo, qui eum fecerit, & homo corruptus. nam omne tale, cum ſubſtentatur in agente antiquo tunc eſt in natura circuli, in quo impoſsibile eſt eſſe quid totum. Si vero fuerit homo ab homine ex materiis infinitis, & poſsibile eſt vt addãtur additione infinita, tũc eſt falſum: qm̃ eſſet poſsibile reperiri materiã infinitam, & reperiretur quiddã totum, quod nõ finiretur; quoniam, ſi reperiretur totum finitum additum additione infinita, abſque eo, quòd corrũpatur aliquid

eius, tunc erit poſsibile, vt reperiatur totum, quod non finitur: & hoc eſt, quod iam probauit Ariſ. in lib. Phyſi. ergo modus, quo probauerunt Antiqui ens antiquum, quòd non moueatur omnino, non eſt ex parte eſſe innouarorum ab eo, in eò ꝙ ſunt innouata, ſed in eo ꝙ ſunt antiqua in genere. Et conueniens apud eos eſt, ꝙ hic proceſſus in infinitum ſequatur ab ente agente antiquo: quoniam innouatum neceſſe eſt vt ſequatur per ſe a cauſa innouata. Sed modus, quo poſuerũt Antiqui, quo ad eſſe ens æternum vnum numero, abſque eo, quòd recipiat aliquam ſpeciem mutationis, ſunt duo modi: quorum Vnus eſt, quoniam inuenerunt hoc eſſe circulare antiquum: inuenerunt enim generationem hominis, qui reperitur nunc, eſſe corruptionem præcedentis, & generationem huius corruptionem præcedentis, & ſic corruptionem eius, quod corrumpitur ex eis, inuenerunt eſſe generationem ſubſequentis: & intulerũt de neceſsitate quòd hæc mutatio antiqua ſit à motore antiquo, & moto antiquo, non mutabili ex ſe, ſed quod mutatur tantum in loco ſecundum partes, ſcilicet appropinquando quibuſdam generatis, & diſtando. & hoc erit cauſa corruptionis corrupti ex eis, & generationis generati: & illud eſt corpus cœleſte. & hoc quidem corpus eſt ens, non mutabile: & ipſum eſt cauſa innouationũ ex parte operationum ſuarum, quæ fiunt, & ipſum, ex parte continuationis harum operationum ei, ſcilicet non habens principium, nec finem, eſt ex cauſa non habente principium, nec finem. Secundus aũt modus, quo poſuerunt ens antiquum, non corporeum omnino, nec habens materiam, eſt, quia inuenerunt omnia genera motuum deuenire ad motum in loco, & inuenerunt motum in loco deuenire ad mobile ex ſe a motore primo, non moto omnino, nec per ſe, nec per accidens: ſin autem, reperirentur motores, qui mouentur, ſimul infiniti: & hoc eſt falſum. Et oportet vt hic primus motor ſit æternus: ſin aũt, non eſſet primus. Et, cum ſic fuerit, tunc omnis motus in eſſe deuenit ad hunc motorem per ſe, non autem per accidens: & eſt id, quod reperitur cum omni moto in hora, qua mouetur. Eſſe autem mobile ante motorem, vt hominem generari ab homine, hoc eſt per accidens, non per ſe. Motor autem, qui requiritur in homine à principio generationis eius ad finem eſſe eius, eſt hic motor. & ſic eſſe huius motoris requiritur in eſſe omnium entium: & requiritur in conſeruatione eorum, quæ ſunt in cœlo, & terra, & reliquorum, quæ ſunt in medio. Et hoc totum non declaratur in hoc loco demonſtratione, ſed ſermonibus, qui ſunt de genere huius ſermonis, & ſunt magis ſufficientes, quã ſermones aduerſarii ei, qui confitetur veritatem. Et, cum declaratum fuerit tibi hoc, non indiges euaſionibus, quibus tuetur ſe Alga. à quæſtione Philoſophorum circa modos dubitationum contra eos in hac diſputatione: quoniam ſunt euaſiones diminutæ. nam, cum non fuerit ſibi declaratus modus, quo poſuerunt ens æternum in eſſe, non erit declaratus ei modus euaſionis eorum ex eſſe innouati ab æterno. &

A hoc eſt, ſicut diximus, mediante eo, quod eſt ęternum ex ſe, ſed generabile, & corruptibile propter motus ſuos particulares, non propter motum vniuerſalem circularem, ſeu mediante eo, quod eſt paſsionis æternæ in genere, ſ. non habens nec principium, nec finem. Sermo autem Alga. reſpondet pro Philoſophis. Si autem dixerit, nos equidem non negamus emanationem innouati ab antiquo, i. quodcunque innouatum fuerit: ſed negamus emanationem innouati ab antiquo, quod ſit caput innouatorum ab antiquo, poſtquam non diſtinguitur hora innouationis ab ea, quę fuerat antea circa inclinationem modi eſſendi, non ex eo, ꝙ imaginatur hora, nec inſtrumentum, nec conditio, nec natura, nec accidens, nec cauſa cauſarum, quę cauſat aliquam rem. Cum autem non fuerit hoc innouatum primum, ipſum poteſt eſſe vt emanet ab eo cum innouatione alterius rei de diſpoſitione ſubiecti recipientis, ſeu aduentu horę conuenientis, aut eo ꝙ currit ita hoc curſu naturali. Et, quia reſpondit eis Alga. hac reſponſione, dixit, reſpondēs

B eis, interrogatio autem de aduentu diſpoſitionis, aut aduentu horæ, & omni, quod innouatur in eo, eſt conueniens, & aut procedet in infinitū, aut perueniet ad antiquum, ex quo erit innouatum primum. Attamē nos dicimus ꝙ hęc interrogatio eſt, quam interrogauit primo: & hęc ſpecies conſequentię eſt illa, quam intulit contra eos, ad tenendum ꝙ emanet innouatum ab ęterno. &, quia reſpondit ei reſponſionibus nō congruis interrogationi, & eſt permittere innouatum ab ęterno, non autem innouatum primum, ideo reiterauit quęſtionem eis. Sed reſponſio huius quęſtionis eſt id, quod pręceſsit de modo emanationis innouati ab antiquo primo, non in eo ꝙ eſt innouatum, ſed in eo ꝙ eſt ęternum, ex eo ꝙ eſt ęternum ſecundum totum, innouatum vero ſecundum partes. nam omne agens ęternum apud eos, ſi emanauerit ab eo innouatum per ſe, non eſt antiquum primum apud eos. & actio eius apud eos ſubſtentatur antiquo primo, ſcilicet aduentus conditio

C nis actionis antiqui, quod non eſt primum, ſuſtētatur antiquo primo, eo modo, quo ſuſtentatur innouatum ab antiquo primo: & eſt ſuſtentatio, quę eſt ſecundum totum, non ſecundum partes. Deinde adduxit reſponſionem pro Philoſophis in eo, quòd ipſe imaginatus fuit partim imaginationem opinionis eorum: & eſt quòd non poteſt imaginari innouatum ab antiquo, niſi mediante motu circulari, qui aſsimilatur antiquo, ex eo quòd non habet principium, nec finem: & aſsimilatur innouato, quia omnis pars eius imaginatur generata, & corrupta: & hic motus ex innouatione partium eius erit principium innouationum, & erit in ęternitate vniuerſitatis eius actio ęterna. Deinde dixit circa dubitationem huic modo, quo emanat innouatum ab antiquo primo ſecundum opinionem Philoſophorum, & dixit eis, motus circularis aut eſt innouatus, aut antiquus. Si autem eſt antiquus, quomodo poſsit eſſe principium primum innouatorum? Si vero innouatus, tunc indiget innouante, & procedet res in infinitum. Si vero

innouatus,tunc indiget innouante,& procedet res in infinitum.Si vero dixerint ꝙ ipſe aſsimilatur antiquo aliquo modo, & aſsimilatur ĩnouato aliquo modo:nam aſsimilatur antiquo,ex eo ꝙ eſt permanẽs, & aſsimilatur innouato,ex eo ꝙ innouatur. Dicimus vtrum ſit principium innouatorum,ex eo ꝙ eſt permanens,aut ex eo ꝙ eſt innouatus.Si autem ex eo ꝙ eſt permanens, igitur emanat aliquod innouatum ex aliquo,ex eo ꝙ eſt permanens. Si vero emanat ab eo, ex eo ꝙ eſt innouatus,ergo indiget eo,quod faciet innouationem, & procedet hoc in infinitum.& hæc eſt diſpoſitio ſermonis eius. Et eſt ſermo ſophiſticus.quoniam non emanat ab eo innouatum,ex eo ꝙ eſt permanens,ſed emanat ab eo,ex eo ꝙ eſt innouatus.ſed ipſe non indiget cauſa innouante.quoniam innouatio eius non eſt noua, ſed eſt operatio antiqua,ſ.abſque principio,& abſque fine.& neceſſe eſt vt agẽs huius ſit agens antiquum:quoniam actio antiqua eſt ab agente antiquo, & innouata ab agente innouato:motus autem intelligitur de antiquitate eius,ꝙ non habeat primum, nec vltimum.& hoc eſt, quod intelligitur de permanentia eius:nam motus non eſt permanens,ſed eſt ſucceſsiuus.&, quia Alga.conſiderauit hoc, dixit eis in euaſione ab hac conſequentia,eſt ſpecies induſtrię reiterata quibuſdam quæſtionibus.

Nunc Auer. vult reſpondere argumento Alga. Et primo ponit quomodo eſt neceſſarium illud,quod concludit argumentum. Secundo ponit qualiter illud, negat,et ſit neceſſarium. Tertio declarat vtrunque: partes declarabuntur. Dicit ergo primo:dicimus nos quod philoſophi ponerent,id eſt,concederent qđ innouatũ,inquantũ innouatũ,poſſe procedere ab antiquo,manifeſtũ eſt, quod nullatenus poſsit a præfato argumento euadere,quaſi dicat, quia argumentum cõcludit verũ,ſed non explicat modũ,ſed poſt dicet.(Tamen dicendum)vult modo ſecundo declarare qualiter illud,quod negauit,eſt neceſſariũ apud philoſophos. Et dicit,tamen dicendum quod philoſophi concedunt procedere innouatum.i. ens nouum ab innouato,id eſt ente nouo ad infinitum per accidens, & non per ſe,vt dicam:quod declarat,d. hæc enim eſt replicatio,id eſt, ſucceſsio in materia terminata,& finita,id eſt,in rebus materialibus, generabilibus,& corruptibilibus:quod declarat dicens,vt dicamus quod corruptio corrupti ſaltem diſpoſita cauſa eſt eſſe ſubſequentis, Verbi gratia, oportet ſecundũm philoſophum, quod homo ex homine generetur,ſcilicet quod pręcedens homo corrumpatur, ita quod ſit materia ſubſequentis tertij,id eſt, differentis a patre & matre, & concludit poſt.d.tandem dicimus quod in duabus materijs poteſt optime generatio procedere ad infinitum:vult dicere in accidentaliter ordinatis, & generabilibus & corruptibilibus:& nullum ex hoc impoſsibile ſequitur: cuius rationẽ dicit,& ratio huius eſt:quod dum agens ſit præſens,& fuerit ſine principio, & ſine fine:actus eius ſimiliter erit ſine principio,& ſine fine: & ſic non ſequitur infinitũ actu,ſed in potentia: & ideo in his non inconuenit ire ad infinitum. Deinde declarat quomodo in accidenter ordinatis hoc ſit poſsibile, & dicit,ſimiliter ſi imaginaremur in tempore præterito,videlicet, quod quando fuit quidã homo, iã præcedit eum alius homo,qui eum generauit, & eſt homo corruptus:illud enim,quod ſic ſe habet,quando de agente antiquo pendet, eſt de natura circuli,id eſt,quaſi æterno tempore poteſt ſe habere.

Circa iam dicta ꝓueniũt.q. Primo,qa ait qđ nouũ põt ꝓcedere ab antiquo per accidẽs.Hoc vr̃ falſum,& forte dubiũ:qm̃ generatio vnius ab alio ſimili in ſpecie,vt d.Alber.primo Meteor.eſt ꝑ ſe:ſed gñatio vnius ab aliquo diſsimili in ſpẽ eſt per accñs.Cũ igitur iſte homo genitus ſit vnius ſpeciei cũ illo hoĩe gẽnerãte:ergo erit per ſe,& non per accidẽs,Itẽ omne per accidens reducitur ad

A aliquod per ſe: ſi igitur iſte homo generatur per accidens ab iſto homine, a quo per ſe gñabitur idē, vel ad quod per ſe generãs reducetur. Itē illud, quod generat aliud per foramē: eo ergo, &c. & multa alia argumēta feci alibi, quę quęras.

Secunda Quęſtio eſt, qm̄ ait, qđ homo genitus eſt ex hoīe corrupto: hoc falſum eſt: qm̄ ſecundo de gñatione in fine, hoc nō fit niſi in pluribus gñationibus intermedijs, & ſcđo Metaphy. cōmē. 6. declarat idē Auer. Secūdo, qm̄ omne agēs naturale prius trãſmutat de vno veniēdo ad imperfectū, quã ad pfectū: vt ſcis ſcđo perihermenias: ergo, &c. Circa iſtas qōnes mihi vr̄ eſſe dicēdum, qđ generatio huius hoīs. V. g. Sortis a Platone eſt per accidēs multis modis: primo, qm̄ inter generãs & genitū non eſt ordo eſſentialis, vt dicit Auer. 5. Phy. cō. 13 & 8. cō. 45. accidit. n. huic genito qđ ſit poſt generans ſecūdo eſt per accidēs, qm̄ per ſe ſcđo: ſicut. n. riſibile primo cōuenit homini, & ſecūdo huic homini: ita eſſe rationē generãdi primo conuenit homini, & ſcđo huic homini: licet operatio ſit primo ſuppoſiti, ratio tñ operãdi primo ineſt naturę, vt iã Auer. d. 2. Phy. loco eius. tertio eſt per accidēs, qm̄ pōt impediri, vt d. Auer. in 2. ca. de ſubſtãtia orbis: cœlū. n. generatur per ſe a ſuo motore: qm̄ nō pōt impediri, ecōtra eſt de corpore gñabili: iſtis igitur reſpectibus tribus cōſideratis, philoſophi volūt huiuſmodi generationē eſſe per accidens. Tunc ad primam dicendū, ꝙ generatio illa eſt per ſe illo reſpectu, quē tangit argumentū primū. Similiter erit

B per ſe ſecundo, reſpectu, quē tangit ſecundū argumentū. nō enim eſt ita per accidēs, vt ſit pure, ſ. taliter ꝙ debeat reduci ad aliquod per ſe: vel forte reducitur ad rationē generandi; ſcilicet ad naturam communē vtriq;. Tertio dico, ꝙ eſt per ſe tertio, reſpectu, quē tangit tertium argumentū: & ſic poteſt fingi, ꝙ tribus reſpectibus eſt per accidens, & tribus per ſe: & ſic argumēta non militant. Ad ſecundam quęſtionem poteſt dici, ꝙ vno modo per hominem corruptū pōt intelligi id, quod vltimate factū eſt ex homine corrupto: & ſic ſperma pōt dici homo corruptus, qm̄ ſperma fit ex cibo, cibus ex pane, panis ex frumento, frumentum ex terra, terra ex corpore hominis corrupto, & ſic poteſt ſperma dici homo corruptus iſto modo. Secundo poteſt dici ꝙ homo generatur ex hoīe corrupto pluribus medijs, & hoc intelligit ipſe. Tertio pōt dici, ꝙ illud eſt exēplū, cuius nō requiritur veritas, ſed tm̄ manifeſtatio. potuit tñ exēplificare in elemētis, ſed noluit: qm̄ eſt in materia exemplari, de qua non curandū, quomodocūq; dicat: & ſic apparet. ſol. ad ſecundam quęſtionē, & ad argumēta eius. (Sed ſi homo ex homine.) Hic remouet quendã falſum intellectū verbi dicti. poſſet enim dici. ſi hic homo ex homine hoc generatur per accidens, ergo caſu: & ſic poſſet dici ꝙ homo iſte ex hoc homine caſu generatur. Hunc intellectū remouet. d. Sed, ſi homo ex homine generatur ex infinitis materijs, id eſt a caſu: & illæ

C materiæ poſſunt ad infinitū augeri, id eſt ſic ꝙ non poſsit ex tot, quin ex pluribus, & ſic in infinitū; tunc ſine dubio ſequitur falſum, vt probauit Ariſt. in lib. Phyſi. id eſt in 8. & ipſe Auer. ibidem contradicit Auic. in 46. commen. (Patet ergo ex præmiſsis.) Hic vult reſpondere ad vim argumenti. dicebatur enim ꝙ ſi nouū ex nouo generatur, tunc non poſſet probari primum innouabilę ęternū eſſe, vt dictum fuit. Ad hoc reſpondet. d. patet ergo ex præmiſsis, ꝙ qñ antiqui ponebant antiquū immutabile, id eſt aliquod ęternum eſſe, non afferebant, id eſt non probabant illud ex proceſſu innouatorum ab eo, inquantum innouantur, immo inquantum ſunt antiqui ex genere, inquantum veniunt ab eo aliquo modo medio: deinde reſumit veritatem. d. tandem veritas apud eos eſt, quod hic proceſſus ad infinitum ſequitur eſſe antiqui agētis, id eſt reducit ad aliquod agens ęternum, licet immediate a cauſa noua procedat: cuius rationem tangit innouatum enim debet per ſe innouari, quãdo a cauſa noua procedit. (Qualiter tamen.) Hic excuſat ſe d. qualiter tamen conati fuerunt antiqui ponere vnum ens in numero ab æterno immutabili aliquo, patefactum eſt a philoſophis, & maxime ab Ariſto. 8. Phyſi. & 11. Metaphy. & ideo dicit, vnde, id eſt propter quod, hic non eſt locus iterandi ea, quæ ſufficienter determinata ſunt: & ſic concludit. d. vnde notandum eſt, ꝙ ſuppoſitis iſtis ceſſata eſt altercatio Alg. cum philoſophis.

Dubitatio.

Sed circa hæc duo ſunt tangenda. Primum eſt, quoniam Auerro. D reſpondet ad materiam argumenti, non tamen multum ad vim formæ: quoniam poteſt dici. nonne motus cœli eſt nouus: iſta enim hodierna reuolutio nunquam fuit, & tamen procedit immediate a corpore cœleſti æterno. Secundum eſt, quoniam non dixit viam, qua declarauit illud Ariſto. ſcilicet ęternitatem primi. Ad primam dicendum, ꝙ ſatis reſpondit in lib. de ſubſtantia orbis, attamen pro nunc dico quod licet iſta dixi: melius tamen tangetur hęc reſponſio in ſolu. ſequentis dubij. Ad ſecundam, illam ſcilicet viam tetigit Ariſtot. tex. commē. 46. & 47. quoniam omnis multitudo generabilium debet continuari ab aliquo ęterno, & ſecunda via fuit tacta in vltimo tex. & xij. Metaphyſi. text. commen. 41. in ſecunda figura ex motu ęterno: & tu vide in 3. cap. de ſubſtantia orbis.

Solutio.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda autem ratio eorum in hac diſputatione eſt, quoniam exiſtimauerunt ꝙ dicens mundum poſtponi Deo glorioſo, & Deum glo. pręcedere eum, vſque ad, &, cum neceſſe fuerit antiquitas temporis, & eſt prolatio menſurę motus, ſequitur antiquitas motus. &, cum ſequitur antiquitas motus, ſequitur antiquitas moti. B

Hic vult adducere argumentum iam modo tactum. & primo introducit Alga. d. ait Alga. arguens ad philoſophos de eo, quod negabant, videlicet quod nullum innouatum poteſt procedere ab antiquo. iſta enim fuit propoſitio fundamentalis omnium philoſophorum: deinde ponit ea, quę adducit contra philoſophos. d. & dicit ſic. motus orbium aut eſt ab æterno, aut innouatus, id eſt nouus. D. exequitur membra. d. Si eſt ab ęterno, qualiter ergo poteſt eſſe primum principium innouatarum cauſarum: ſi innouatus, ſcilicet effectus, ergo indiget de innouata cauſa, & procederet in infinitum: vult ergo dicere quod, ſi motus cœli eſſet æternus, non poſſet eſſe cauſa tot rerum nouarum: tacet autem deſtructionem ſecundi membri, quoniam manifeſta eſt eius deſtructio, & ponit ſolutionē philoſophorum cōem, quā declarauit Auer. 12. Metaph. cō. 41. d. Et, ſi forte dicerent philoſophi, quod quodammodo retinet naturam antiqui, & quodammodo naturam noui. vult dicere, quod philoſophi tenent medium, ſ. qđ motus cœli nec ſimpliciter eſt ęternus, nec ſimpliciter nouus, immo retinet naturam mediam. quod declarat. d. naturam vero antiqui retinet inquantum eſt permanens, ſcilicet ſempiternus & infinitus, & naturam noui inquantum continue fit, & regreditur ſeriatim ad actum. E

In motu cœli duo conſideranda.

Circa hoc debes ſcire, ꝙ in motu cœli duo eſt conſiderare. ſ. nouitatē, & ęternitatem. Eſt quidem nouus in parte, prout reuolutio pręſens nunquam fuit ante hunc diem, nec vnquā erit poſt illū. ergo ſecundū partē pōt dici nouus. Eſt autem ęternus, prout ante hanc reuolutionem pręfuit altera, & ante illam altera. & ſic in infinitū: ex quibus conficitur quoddam vnum numero ęternum ſucceſsiuū: ergo eſt quodāmodo ęternum. (Nos reſpondemus.) Hic contradicit illi reſponſioni. d. nos reſpondemus eis ꝙ ipſe motus aut eſt principium rerum innouatarum, id eſt generabilium inquantum eſt permanens, id eſt ęternus, aut inquantum innouatur cōtinue, & egreditur ad actum, id eſt inquantū eſt nouus. habet enim motus duplicem rationem, ſcilicet ęterni, & noui: ergo, cum oīs cauſa vnius effectus cauſet, prout eſt vnius rationis, petitur ſatis bene: vtrū motus cœli ſit cā generabilis entis, prout eſt ęternus, vel prout eſt nouus. Tūc exequitur de membris. d. ſi primo modo concedunt, id eſt. ſi dicant quod ipſe motus, prout eſt ęternus, eſt cauſa rerum generabilium, tunc concedunt neceſſario ꝙ aliquid innouatur ab aliqua re, id eſt ab aliqua cauſa, inquantum ipſa res, id eſt illa cauſa eſt permanens, i. ęterna contra eos. Si ſecundo modo. i. ſi motus cœli

A eſt cauſa generabilium, prout eſt quid nouum: cum cuiuslibet noui detur cauſa noua: ergo oportet ponere cauſam dantem ipſum. ſ. motum continue innouantem eum, & ſic in infinitum. & hoc argumentum eſt potiſsimum, quod adducit quidam theologus, & maxime gloriatur in eo.

AVEROES.

AIt Auer. Via autem proceſſus ſermonis, quem recitauit de eis, non eſt demonſtratiua. & ſumma eius eſt ſi Deus glo. præceſſerit mundum, aut erit prior cauſalitate, non tempore, ſicut prioritas hominis reſpectu vmbræ ſuæ: aut erit prior tempore, vt prioritas ædificatoris reſpectu parietis. Si autem fuerit prior prioritate hominis reſpectu vmbræ ſuę: & Deus eſt antiquus: ergo mundus eſt antiquus. Si vero fuerit prior prioritate temporis, ſequitur vt ſit pręcedens mundum tempore non habente principium, & erit tempus antiquum. nam, cum ante tempus fuerit tempus, non poteſt imaginari in-
B nouatio eius. &, cum tempus fuerit antiquum, ergo motus eſt ęternus: quoniam non imaginatur tempus, niſi in motu: &, cum motus fuerit æternus, erit motum in eo æternum, & motor eius de neceſsitate æternus. Attamen hæc demonſtratio non eſt vera: quia Deus glo. non eſt ex eis, quorum natura eſt eſſe in tempore: mundus vero eſt, cuius natura eſt eſſe in tempore. & non eſt vera apud eos proportio ęterni ad mundum, ita ꝙ aut erunt ſimul, aut eſt ante eum tempore, ſeu cauſa. æternum enim non eſt ex eis, quorum natura eſt eſſe in tempore: mundi vero natura eſt eſſe in tempore.

Nunc ſoluit argumẽtum tactum. d. dicimus nos ꝙ omnia prędicta ſunt ſophiſmata, & declarat. d. non enim innouata procedunt a circulari motu, inquantum eſt permanens, id eſt æternus, immo inquantum continue innouat. hęc igitur eſt ſol. dico ſcilicet ꝙ hęc generabilia procedunt a motu cœli, prout ille continue innouatur. Et cum dicebatur: ergo indiget cauſa noua alia, reſpondet. d. ſed non indiget de cauſa innouante continue ipſum, immo eſt opus antiquum abſq; prin-
C cipio, & fine: quapropter omnino oportet ꝙ tale agens ſit antiquum, cuius cauſam dicit. opus nanque antiquum fit neceſſario ab agente antiquo, & opus innouatum fit etiam ab agente nouo. Deinde declarat quomodo intelligitur antiquitas in motu. d. & antiquitas dicitur in motu, videlicet ꝙ non habet principium, neq; finem. & hoc modo eſt permanentia motus, quia motus eſt quid continue per ſe mutabile. Debes ſcire, quod ex his voluit remouere quoddam dubium. poſſet enim quis dicere. Si motus eſt permanens: ergo eſt totus ſimul: ideo reſpondet dicens, quod permanens eſt duobus modis. ſ. vno modo, pro ſempiterno. alio modo, prout eſt totum ſimul. primo modo intelligitur motũ eſſe permanens, ſecundo modo non. Sed hęc ſolutio fuit ad materiam, non multum tamen ad formam: ideo debes ſcire, vt colligitur. xij. meta. tex. & commen. 34. & . 8. phy. commen. 47. & . 46. & . xij. meta. commen. 41. quod in rebus generabilibus eſt duo conſideare, ſcilicet ſucceſsionem nouam, & continuationem ſucceſsionis, primo modo attenditur ex parte materiæ paſsiuę, & ex parte motus cœli, inquantum nouus. ſecundo modo innuitur a motu inquantum æternus. Ad formam ergo dicendum. cum quæritur, generabilia quomodo proueniunt a motu cœli? dico quod, ſi loqueris de eis, inquantum noua, ſic ab eo proueniunt, inquãtum generabilis. Si de eis inquantum continua, vt ſic proueniunt ab eo, inquantum ſempiternus. Et cum dicit, ſi proueniunt ab eo, inquantum nouus: ergo illæ

Duplũ permanens.

ab alijs,&c.dico quod non omne nouum habet cauſam nouam, ſed nouum ſimpliciter:modo motus eſt nouus ſecundum quid: & ſic apparet ſolutio queſtionis ad formam,& materiam. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem eſt vt dicatur ꝙ tempus ſit innouatum,& creatum,& non eſt ante id tempus omnino. Et dictum noſtrum, ꝙ Deus glo. ſit ante mundum, & tempus, eſt ꝙ ipſe fuerat,& non fuerat mundus nec tempus, deinde fuit & cum eo mundus,& tempus. Et dictum noſtrum, nanq; fuit, & non erat mundus, nec tempus,eſt eſſe ſubſtantia creatoris,nec priuatio ſubſtantiæ mundi.Et dictum noſtrum,fuit & cum eo mundus,eſt eſſe duarum ſubſtantiarum tantum, & præceſsio eſt ſeparatio in eſſe tantum, & mundus eſt vt vnum indiuiduum. Si autem dixerimus, fuit Deus glo. & non aliud,exempli gratia poſtea fuit Deus, & aliud, non importat dictio niſi eſſe ſubſtantiæ, & priuationem ſubſtantiæ, & vlterius eſſe duarũ ſubſtantiarum.& non eſt de neceſsitate huius conſyderare rem tertiã, & eſt tempus.& licet imaginatio non quieſceret, niſi conſyderaret rem tertiam, & eſt tempus,tamen inſpicias fallacias imaginationis. E

Nunc vult nouam materiam ingredi, & primo introducit Alg.& ordinẽ eius procedendi.d.ait Alga.modo vero dicemus vnum philoſophorum argumentum contra nos,& poſtea reprobabimus ipſum.In quibus verbis innuit duo tractanda:quorum vnum eſt,ſcilicet adducere argumentum philoſophorum cõtra theologos. ſecundum eſt reprobare illud. (Et tale) Nunc exequitur de primo.d. & tale eſt argumentum.ſi Deus benedictus mundum prçcederet.aut iſta præceſsio eſſet cauſalis,id eſt,ſecundum naturam,cuius expoſitionem ponit.d.ſicut corpus ſuam vmbram prçcedit.aut temporalis,ſicut çdificator domum prçcedit. Si primo modo,ergo mundus eſt ab çterno,cõſequentiam ſupponit.quoniam, ſi Deus tantum natura mundum prçcedit,tunc erit mundus ei çternus. ergo,ſicut çternus Deus,ita çternus mundus.Si ſecundo modo, ergo oportet ꝙ Deus benedictus prçcedat mundum in tempore ſine principio:ergo tempus eſt ab çterno. poſtquã enim ante tempus fuerat tempus,nunquam ergo innouatum fuit, & poſt tempus eſt ab çterno,ergo & motus. Tempus.n.ſine motu non eſt imaginandũ,ſed motus eſt quçdam denominatio.i.paſsio mobilis.3.phy.ergo & mobile eſt ab çterno,& ſic cœlum,& mundus,& reliqua, & addit ꝙ hoc eſt argumentum philoſopho.(Super quod.)Nunc vult exequi de ſecundo,d.ſuper quod taliter reſpondemus.ꝙ tẽpus apud nos non eſt çreatum, & nullũ tempus ipſum prçcedit. Ad vim argumenti reſpondet.d.& qñ Deus prçcedit mundũ, & tẽpus.Intelligendũ eſt ꝙ Deus erat ſine mundo,& ſine tẽpore.poſt vero creationem fuit cũ mundo,& cũ tẽpore.(Vnde qñ)reſpondet tacitæ quçſtioni.d.vnde, qñ dicimus ꝙ Deus erat,& non alius prçter eum,poſtea fuit cum alio, non ex hoc ſignificatur tempus ab çterno fuiſſe,licet imaginatio non quieſcat in hoc loco,donec ponat tempus,ſed ſecundum veritatem non eſt reſpiciendum ad imaginationis vitia. F

Dubitatio.

Solutio.

SED CIRCA hanc ſolutionem duo ſunt videnda. quorum vnum eſt ſolu. ad formam quçſtionis.ſecundum eſt quo modo poteſt ſol.imaginari. Quantum ad primum dicendum ꝙ argumentum erat, vel Deus prçcedit mundum natura, vel tempore,ſi primum,ergo ſunt ſimul, &c.dicendum ꝙ prçcedit eum natura, & tempore.natura,quia cauſatiue.tempore priuatiue, ſcilicet quia inter ipſum, & tempus,& mundum potuit eſſe tempus. Et,quando dicit.ſi natura, ergo ſunt ſimul,conſequentia negatur,ſed verum eſt,quando natura ſolum prçcederet.&c.

A quando dicitur, tempore pręcedit, ergo tempus ante tempus. negatur conſequen-
tia, quoniam illa pręceſsio non fuit poſitiua, ſed priuatiua, & ſic patet ad formã
queſtionis. Circa ſecũdum dicendũ, ꝙ ſicut dicitur.4.phy.in fine. extra mundũ
non eſt plenum, neq; vacuum, & non eſt ibi extra, nec intra poſitiue, ſed nega-
tiue. ſic eſt in hoc caſu. non eſt enim ibi præceſsio poſitiua, ſed negatiua. qm̃, ſicut
extra cœlum eſt iſta differentia extra priuatiua. pro quanto poteſt imaginatio
vltra ipſum aliquid imaginari, ſicut eſt in productione mundi.

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermo eſt ſophiſticus, & corruptus. quoniã iam
facta eſt demonſtratio ꝙ ſunt hic duæ ſpecies ipſius eſſe, quo-
rum vnum eſt in natura motus, & hoc non euadit tempore: &
aliud non eſt in natura motus, & hoc eſt æternum, & non denomina-
tur tempore. id autem, quod eſt in natura motus, eſt ens notum ſenſu,
& intellectu: eius verò, quod non eſt in natura motus, nec in mutatio
B ne, iam facta fuit demonſtratio de eſſe eius apud omnes confitentes ꝙ
omne motum habet motorem, & omne actum habet agens, & ꝙ cau-
ſæ mouentes altera alteram non procedunt in infinitum, ſed perue-
niunt ad cauſam primam, quę non mouetur omnino. & facta fuit etiã
demonſtratio ꝙ id, quod non eſt in natura motus, eſt ſupra eſſe eius,
quod eſt in motu, & facta etiam eſt demonſtratio ꝙ ens, quod eſt in na
tura motus, non euadit a tempore, & ꝙ ens, quod non eſt in natura mo
tus, non euenit ei tempus omnino. Et, cum ſic fuerit, tunc præceſsio
vnius eorum alteri, i. eius, quod non euenit ei tempus, non eſt priori-
tas temporalis, nec prioritas cauſæ in cauſato, quæ ſunt de natura en-
tis, quod mouetur: vt eſt prioritas hominis reſpectu vmbræ ſuæ. Et
ideo qui aſsimilauerit præceſsionem eſſe non moti moto præceſsioni
eſſe duorum motorum vnius quidem reliquo, errauit. nam quælibet
duo entia huius generis, cum aliquod eorum conſyderatum fuerit in
comparatione ad ſecundum, tunc verificabitur de eo dicere aut erunt
C ſimul, aut ante id, ſeu poſt id tempore. & qui proceſſerunt hac via ex
Philoſophis, ſunt poſteriores Maurorum, propter paucitatem intelli-
gentiæ eorum in opinionibus Antiquorum. ergo præceſsio vnius
duarum entitatum reliquæ eſt præceſsio eſſe, quod non mutatur,
nec eſt in tempore, eſſe mutabili, quod eſt in tempore, & eſt alia ſpe-
cies præceſsionis. & , cum ſic fuerit, non verificatur de his duabus en-
titatibus, nec ꝙ ſint ſimul, nec quod vna earum præcedat aliam. Ser-
mo autem Alga. ꝙ pręceſsio Dei glo. mundo non eſt præceſsio tem-
poralis, ſed poſtponitur ei mundus, eſt ſermo verus: ſed non intelligit
retardationem mundi ei, cum non fuerit pręceſsio eius temporalis, ſed
retardationem cauſati reſpectu cauſę. nam poſtpoſitio opponitur prę-
ceſsioni: & oppoſita ſunt in eodem genere de neceſsitate, vt decla-
ratum eſt in ſcientiis. Et, cum non fuerit præceſsio temporalis, non
erit poſtpoſitio temporalis. Et contingit huic etiam dubitatio pręce-
dens, & eſt quomodo poſtponitur cauſatum cauſę, quæ perfecte habet

conditiones agentis. Philoſophi autem, quia poſuerunt ꝙ ens mobile, vniuerſalitas eius non habet principium, non accidit eis hæc dubitatio: & poſſunt dare modum emanationis entium innouatorum ab ente ęterno. Et ex rationibus eorum ad probandum ꝙ ens mobile nõ habet principium, nec innouationem quo ad vniuerſalitatem eius, eſt, quoniam, cum fuerit poſitum innouatum, poneretur ens repertum, antequàm reperiretur, Innouatio enim eſt motus: & motus neceſſario eſt in moto, ſiue ponatur motus in tempore, ſiue in inſtanti. Vlterius omne innouatum eſt poſsibilis innouationis, antequàm innouetur: licet etiam Loquentes excitentur etiam in hac radice, & in poſterum loquemur de ea cum eis: poſsibilitas autem eſt paſsio neceſſaria paſsionum entis mobilis, & ſequitur neceſſario, ſi ponatur innouata, vt reperiatur, antequàm reperiretur. & hoc totum eſt ſermo topicus in hoc loco, niſi quòd eſt magis ſufficiens verbis hominum. Sermo autem Alga. ſi autem eſſet Deus glo. & non aliud exempli gratia, deinde fuit Deus cum alio, non importat hęc dictio niſi eſſe ſubſtantiæ, deinde fuerunt duo, & non eſt de neceſsitate huius conſyderare rem tertiam, & eſt tempus, eſt ſermo verus, niſi ꝙ ſequitur vt ſit retardatio ſua ei non retardatio temporalis per ſe: ſed, ſi fuerit, eſt per accidens, cum tempus præceſſerit ſubſequens, ſ. ex neceſsitate pręceſsionis temporis, & ipſum eſſe innouatum: mundus autem non euenit ei hoc de neceſsitate, niſi eſſet pars moti, quam excedit tempus ex extremitatibus eius: vt accidit Moyſi, & aliis hominibus generabilibus & corruptibilibus. Et hoc totum non eſt declaratum hic demonſtratiue. quod vero declaratum eſt hic, eſt ꝙ contractio non ſit vera, & quod recitauit ipſe poſtea de rationibus Philoſophorum, non eſt verum.

D

E

Et, quia ſolutio illa fuit neceſſaria omnino, vult hic alio modo reprobare ſolu. poſitam. & primo ponit qualiter eſt duplex genus entis. ſecundo ibi (Concedentes) declarat qualiter vna ſpecies ex alia declaratur. deinde tertio videtur innuere vim rationis, vt declarabitur. Quantum ad primam partem. d. dicimus nos ꝙ hęc verba erronea ſunt. probatum enim eſt demonſtratiue ꝙ hęc, ſcilicet in vniuerſo, ſunt duæ ſpecies eſſe. quarum vna eſt de natura motus, & hæc ſpecies nullatenus poteſt a tẽpore ſeparari. Alia vero ſpecies non eſt de natura motus, & eſt ab ęterno, & nequit, id eſt, non poteſt de tempore aliquo modo denominari, & addit. Prima vero iſtarum aperte patet ſenſu & intellectu. Secunda tamẽ, quid ab intellectu deprehenditur, declaratur egregie demõſtratiue apud omnes ſup. ex prima ſpecie. Sed contra iſtam diuiſionem arguitur. quoniam multa ſunt, quę nec ſunt motus, nec ſubſtantię ſeparatę, vt generabilia hic permanentia. ergo diuiſio eius mala. Secundo, falſum dicit, quoniam motus non ſenſu deprehenditur, quoniam de motu non habetur niſi mutatum eſſe, quod eſt indiuiſibile, quod apprehendi non poteſt, vt dicitur in lib. de ſenſu. Prętereа motus non poteſt apprehendi niſi ſenſu interiori. 2. de anima. tex. com. 64. maxime in commen. vbi dicitur quod ſenſibile commune ſenſu communi apprehenditur. modo motus eſt ſenſibile commune. Ad hanc quęſtionem dicendum, quod aliquid eſſe de natura motus contingit multis modis. vel, quia recipit formalẽ prædicationem motus, & ſic tantum argumentatio, alteratio, generatio, & motus localis eſt de natura motus, vt patet in libris Ariſt. Secundo aliquid dicitur de natura motus, quia ſine motu eſſe non poteſt. & ſic omne ens eſt de natura motus, quoniam ſecundum philoſophos motores ſeparati eſſe non poſſunt niſi moueãt,

F

Dubitatio.

Solutio.

Multipliciter aliqd põt eſſe de natura motus.

A vt ſcis.8.phyſ.maxime commen.52.&.xij.meta.cōm.41.&.48.&.9.metaph.
cōm.7. Tertio modo aliquid eſt de natura motus, qm̄ incipere vel deſinere non
poteſt niſi per motum, vel quia ipſum in ſe eſt motus. & ſic omne ens, vel eſt im-
mobile ſimpliciter, vel mobile. & notanter dixit de natura motus, intelligens p
naturam motus, id eſt, mobile. & ſic apparet vis quęſtionis. Ad argumenta. Ad
primum patet ſolu. Ad ſecundum dicendum quod motus non eſt ſenſibile pro-
prium, ſed commune. & ideo ſufficit quod ſit fundamentum proximum, vel re-
motum ſenſibilis proprij, neceſsitate propinqua vel remota, vt declaraui in quę-
ſtione de hoc. Ad tertium patet ſolu. a ſenſu enim interiori terminatiue com-
prehenditur, a ſenſu exteriori immutatiue, modo nunc dicto, & hoc ſufficit. (Cō-
cedentes ꝙ omne) Cum poſuit diuiſionem illam, modo vult declarare quomodo
ex prima ſpecie entis declaratur ſecunda ſpecies, et accipit propoſitiones: quarū
prima eſt, concedentes quod omne mobile habet mouens, cuius rationem tangit
d. & pro, quoniam omnis effectus habet agens. Deinde ponit ſecundam propoſi
tionem. d. & ꝙ cauſę mobiles ſunt terminatę, videlicet quod. i. taliter quod per-
ueniant ad primam cauſam immobilem aliquo modo. eſt ergo ſecunda propoſi-
tio. omnes cauſę reducuntur ad vnam primam cauſam. Deinde accipit tertiam. d.
& probatum eſt demonſtratiue, quod id, eſt illud ad quod ſit vltima reductio,
B naturam motus non habet, & tamen eſt naturę motus habentis, id eſt, attributus
ei, quod habet naturam motus, ſ. corpori cœleſti habenti naturam motus, qm̄ eſt
res mobilis, & redit ad primam. d. ſimiliter probatum eſt demonſtratiue, ꝙ id,
quod eſt de natura motus, non pōt aliquo modo a tempore ſeparari, & id, quod
non eſt de natura motus, nullo modo ingreditur tempus. hę ſunt propoſitiones
principales. (Prelibatis igitur.) Vult nunc ex his reprobare reſponſionem Al-
ga. & declarat quomodo eius reſponſio fuit inſufficiens. d. prelibatis igitur iſtis,
dicimus quod prçceſsio vnius dictorum entium ad alterum, videlicet ad id, quod
non ingreditur tempus. vult dicere quod præceſsio, qua immobile, ſcilicet Deus,
precedit mobile, ſ. corpus cœleſte motum, non eſt præceſsio temporalis, neque
cauſalis. ſup. cauſalitate noua, ideo addit, quę eſt de natura mobilis entis, ſicut
corpus precedit ſuam vmbram. vult dicere, nō dicitur preceſsio naturę mobilis,
propter quod concludit, d. & ideo quicunq; dicat quod preceſsio immobilis, id
eſt, reſpectu rei mobilis ſit ſimilis preceſsioni vnius mobilium ab altero, errat:
cuius rationem tangit. d. quęlibet namq; duo huius generis. ſ. mobilis ſic ſe hu-
bentia. ſ. in natura mobilis, aut ſunt ſimul, aut vnum eorum precedit alterum in
tempore. (Patet ergo) quia, ergo non eſt preceſsio temporalis nec naturę mobi-
lis, concludit naturam preceſsionis, qua Deus precedit naturam entis mobilis. d.
patet ergo ꝙ preceſsio vnius eorum duorum entium ab altero. ſ. Dei ad ens mo-
C bile, eſt preceſsio eſſe impermutabilis. neque eſt preceſsio ſup. illius, quod eſt in
tempore de eſſe permutabili, id eſt, neque eſt preceſsio vnius entis mobilis ad al
terum ens mobile. (Vnde qn̄ ait) Verificat nunc dictum Alga. ad vnam partē. d.
vnde, qn̄ ait Alga. ꝙ Deus benedictus non precedebat mundum in tempore, ve
rum dicit. (Et poſtquam) Tunc infert contra ipſum. d. & poſtquā preceſsio Dei
a mundo non fuit temporalis, ergo tardatio creationis mundi adeo non fuit tem
poralis: iſte eſt ſuperficialis intellectus literę. Sed oportet immorari circa iam
dicta. Primo, quomodo ex illis tribus propoſitionibus cōcluditur propoſitum,
& qualiter faciunt ad rem. Secundo, qualiter illa prima propoſitio. ſ. motus
non accipit eſſe, non precedente motu, habet veritatem ſimpliciter, & qualiter
debet ſupponi a philoſopho hic. Tertio, quomodo habet vim predicta ratio ab
eo contra Alga. Dicamus ergo, quantum ad primam, ꝙ illæ tres propoſitiones
ſunt acceptę, quantum ad hoc. ſ. ꝙ ſit vnum primum ens immobile, qm̄, ſi omnis
motus habet mobile, & omne mobile habet mouens, & oportet multitudinem
cauſarum reduci ad vnam primā cauſam illius totius multitudinis; oportet omni
no quod illa cauſa ſit extra illam multitudinem mobilium. qm̄, ſi ad intra latitu
dinem mobilium poneretur, idē eſſet cauſa ſui, vt deducit Auer. 8. phy. com. 46.
&. 47. in ſimili verbo. ergo oportet vt illa cauſa ſit ſeparata a genere mobiliū,
& ideo venit veritas tertię propoſitionis. ſ. ꝙ illa vna ſit ſimpliciter immobilis.

Aliter aliquod ratiõe naturali tenetur, & aliter lege.

& ſic ſatisfactum eſt ad primum. Circa ſecundum dico, ꝙ aliud lege tenetur, aliud ratione naturali, lege enim credo motum accepiſſe eſſe poſt non eſſe, nullo precedente motu. & hoc nulla ratione poteſt euidentiam habere, ſed tm̃ eſt ex lege, & ex bonitate creatoris nobis reuelatum. Quod vero hoc ſit contra rationem naturalem, capiẽdo contra rationem naturalem, id eſt, ſupra rationem naturalem, declaratur. qm̃, vt tradit Ariſt. in toto lib. poſte. hic eſt modus reſolutorius. ſ. ꝙ demonſtratio vel ſit ex immediatis, vel quæ ex immediatis originẽ ſumpſerunt, quãdo demonſtratio ſit ex premiſsis, oportet inſpicere ad premiſſas, & quando videmus omnia ſingularia earum omnibus ſenſibus eſſe conuenientia, vel pluribus, vel vno nullo alio contradicente, demonſtratio eſt ſimplex ex immediatis immediatione cauſe. V. g. omne, quod ſit de nouo, ſit precedente motu. motus ſit de nouo: ergo ſit precedente motu. Hec demonſtratio eſt ex immediatis: qm̃ maior eſt omnibus ſenſibus conueniens. qm̃ viſu videmus ꝙ albũ ſit ex nigro, id eſt, ex motu corruptionis nigri. Guſtu idem percipimus. ſ. ꝙ dulce ſit ex permutatione amari. Et tactu idem videmus. calidum enim non ſit niſi ex corruptione frigidi. Idem videmus auditu. non enim ſit acutum niſi ex graui. Idẽ odoratu. & tu diſcurre. Cum igitur illa propoſitio maior omnibus ſenſibus ſit cõueniens, a philoſopho naturali debet accipi pro immediata immediatione cauſe. Quod, ſi dicatur, ꝙ eſt vnus alius modus factionis tranſcendens ſenſum. ego cõcedam illud, ſed dico quod non debet eſſe cura apud naturalem philoſophum, qui ex ſenſibus doctrinam accipit. & maxime, cum illi contradicant omnes ſenſus. & hoc eſt, quod dicit elegantiſsime Auer. 8. phy. com. 22. ſ. ꝙ experimentũ ſermonum verorum eſt, vt concordet ſenſatis, & ibidem com. 25. ſcilicet quod illa eſt propoſitio notior, cui ſunt concordes plures ſenſus, & primo cœli, cõm. 22. vide idem. Et in hoc apparet error expoſitorum latinorũ, qui volunt Ariſt. poſuiſſe creationem nouam, & eam tranſcendere ſenſus. non enim hoc eſt dictũ boni viri. forte enim illud fuit Plato. qui ex intellectu ſcientiam ſenſibilium poſuit primo meta. Ariſto. autem econtra ex ſenſibus: & vbi deficiunt ſenſus ex memorijs, & vbi medie ex experientijs, vt docet. 2. poſte. cum igitur creatio tranſcendat ſenſus, tranſcendit philoſophos naturales. & ideo bene dicit Ariſto. ꝙ principium fuit eis, qui de natura loquuntur, ꝙ nihil ſit ex nihilo, ſed vnumquodq; ex conuenienti: & ideo nullibi probauit illam, ſed ſemper tanquam immediatam propoſitionem ſuppoſuit, & tanquam famoſam: taceant ergo expoſitores. Demonſtratio ergo illa eſt ex immediatis apud philoſophos. Circa tertiam dico, quod duobus modis vim habet vno modo, quia motus eſt eternus: vt arguitur. omne, quod mouetur tempore infinito, indiget motore immobili mouente tempore infinito: ſed cœleſte corpus mouetur motu in tempore infinito, ergo indiget motore mouẽte immobili tempore infinito: & ſic habet vim ratio Auer. contra Alga. qm̃, ſi primus motor mouet tempore infinito. ergo Deus non præcedit tempore, nec natura ipſum motum. Secundo poteſt habere vim: qm̃ concluſum eſt ex tribus propoſitionibus eſſe primum motorem immobilem. ergo immutabiliter ſe habet ad quodcunq;. & hoc Auer. ſupponit, & per conſequens non præcedit motum tempore, nec natura mobili, ſed natura immobili. & iſtud eſt eſſe cauſam motus cauſalitate immutabili. & quam ſubtiliſsima imaginatio eſt iſta Auer. & nolo amplius prolongare ſermonem: quoniam ſuppoſito ꝙ motus ſit eternus. Alga. reſponſio totaliter exterminatur. & tu vide illam bene, et tu vides quõ ratio Auer. procedit bene ſecundum philoſophos, attamen nihil eſt contra nos chriſtianos, qui tenemus principia vera ſupra ſenſus, vt ſcis.

Error latinorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis, Si autem dixerit ꝙ dictũ noſtrum, ꝙ fuit Deus glo. & non mundus, habet intelligentiam tertiam præter eſſe ſubſtantiæ, & priuationem mundi ra-

D A tione. quoniam, ſi nos conſyderabimus priuationem mundi in futurum, tunc proueniret eſſe ſubſtantiæ, & priuatio ſubſtantiæ. & non eſt verum dicere Deum, & non mundum: ſed conueniens eſt dicere erit Deus, & non mundus: & dicere in præteritum fuit Deus, & non mundus. & erit differentia inter dicere noſtrum fuit, & erit, quoniam non erit id, quod intelligitur de vno, id, quod intelligitur de alio, & perſcrutabimur nunc in quo conſiſtit differentia. Et non eſt dubium ꝙ ipſi non differunt in eſſe ſubſtantiæ, nec in priuatione mundi, ſed in re tertia. nam, cum nos dicimus de priuatione mundi in futurum, fuit Deus glo. & non mundus, dicetur nobis ꝙ hic eſt error. fuit enim dicitur de præterito, & ſignificauit ꝙ ſub dictione fuit, eſt intelligentia tertia, quæ eſt in ſe tranſiens: & tranſiens ex ſe eſt tempus, & trãſiens ex alio eſt motus, qui tranſit tranſeunte tempore: ergo de neceſsitate ſequitur vt ante mundum ſit tempus, quod completum eſt, vſquequo peruenerit ad eſſe mundi.

B

AVEROES.

Ait Auer. Intentio huius ſermonis eſt ad notificandum ꝙ in ſermone dicentis fuit ſic, & non ſic, deinde fuit ſic, & ſic, eſt intelligentia tertia: & eſt tempus, quod ſignificauit illa dictio, fuit, in ratione differentiæ intelligentiæ huius rei in præterito, & futuro. nam nos, cum conſyderauerimus eſſe alicuius rei cum priuatione alterius, dicimus eſt ſic, & non ſic, & mutatione ambarum intelligentiarum determinatur ꝙ ſit hic res tertia. ſi autem, cum dicimus fuit ſic, & non ſic, non ſignificaret illa dictio, fuit, aliquid, non eſſet differentia inter dicere noſtrum, fuit, & erit. Attamen hoc, quod dixit, non totũ eſt notum per ſe. & non eſt dubium in eo circa comparationẽ entium adinuicem in præceſsione, & poſtpoſitione: quandoquidem fuerint ex

C eis aliqua, quorum natura eſt eſſe in tempore. cum vero non fuerint in tempore, illa dictio fuit, & ſimilia ei non ſignificant in iſtis propoſitionibus, niſi copulationem recitationis recitato, ſicut dicimus & fuit Deus pius, & miſericors: & ſic, ſi vnum eorum fuerit in tempore, & aliud non in tempore, ſicut dicimus fuit Deus, & non mundus, deinde fuit Deus, & mundus. Quare non eſt conueniens his entibus hæc comparatio, de qua exemplificauit. Verificatur tamen comparatio verificatione indubitata, cum ſit comparatio priuationis mundi ad eſſe eius. quoniam priuatio eius de neceſsitate eſt vt ſit in tempore, ſiquidem eſſe mundi fuerit in tempore. &, cum impoſsibile eſt vt ſit priuatio mundi in hora met eſſe mundi, ergo eſt de neceſsitate antea. & priuatio id præcedit, & mundus poſtponitur ei, quoniam prius, & poſterius in motu non intelliguntur, niſi cum tempore. Et quod ingreditur in hunc ſermonem de inuolutione, eſt quia accepta eſt comparatio inter Deum, & mundum. & hac via tantum deſtruitur hic

Prius & poſterius ĩ motu nõ eſt niſi cum tẽpore.

ſermo: & non erit demonſtratiuus, ſcilicet quem recitauit Alga. pro Philoſophis. D

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens Philoſophis pro Loquentibus, in contradicendo huic ſermoni, dicimus ꝙ intelligentia radicalis ambarum dictionum eſt eſſe ſubſtantię, & priuatio ſubſtantię: & res tertia, qua eſt copulatio dictionum. eſt proportio ſequens reſpectu noſtri. & ratio huius eſt. quoniam nos, ſi conſyderauerimus priuationem mundi in futurum, & vlterius conſyderabimus poſt hoc eſſe ſecundum, iam diceremus apud hoc fuit Deus, & non mundus. & verificabitur ſermo noſter, ſiue ſi intellexerimus de eo priuationem primam, ſiue priuationem ſecundam, quæ eſt poſt eſſe. ſi autem in hoc fuerit proportio ad futurum, poſsibile eſt vt conuertatur in præteritum, & proferant eum cum dictione prętetiti: & hoc totum propter E defectum imaginationis in imaginando aliquod ens incipere, niſi cōſyderauerit ei aliquid ante. & hoc pręcedens, a quo non poteſt euadere imaginatio, reputatur ꝙ ſit res vera in eſſe, & eſt tempus, & eſt ſimile defectui imaginationis in conſyderando finire corpus in parte capitis, exempli gratia niſi ad ſuperficiem ſuperiorem eius, & imaginatur ꝙ vltra mundum ſit locus, aut plenus, aut vacuus. Et, cum dicitur ꝙ non ſit ſupra ſuperficiem mundi ſurſum longinquius, defecit imaginatio obedire in hoc concedendo illud: ſicut, cum dicitur ꝙ ante eſſe mundi non ſit aliquid pręcedens, & tamen eſt verum, defecit in hoc concedere. Et, quoniam poſsibile eſt imaginationem falſam fieri, cum imaginatus fuerit aliquis ſupra mundum eſſe vacuum, quod eſt dimenſio infinita, dicendo ei ꝙ vacuum non eſt intelligibile ex ſe: dimenſio vero eſt conſequens corpus, cuius diametri extenduntur. &, cum corpus habeat dimenſiones, tunc dimenſio, quę id proſequitur, eſt finita, & F deciſio vacui, & pleni non eſt intelligibilis. & iam probatum eſt quòd vltra mundum non ſit vacuum, nec plenum, licet imaginatio non obediat in hoc concedendo. ſic etiam dicitur ſicut dimenſio localis conſequitur corpus, ſic dimenſio temporalis motum. nam ipſa eſt extenſio motus, ſicut hæc eſt extenſio dimenſionum corporis. Et, ſicut probatio finitatis diametrorum corporis prohibet affirmationem dimenſionis locis ſupra ipſum, ſic probatio finitatis motus ex lateribus eius prohibet imaginationem dimenſionis temporalis poſt ipſum, licet imaginatio inuoluatur in imaginationibus, & exiſtimationibus ſuis, & non obediat ei. Et nulla eſt differentia inter dimenſionem temporalem, cuius probatio diuiditur apud comparationem eius ad ſurſum, & deorſum: ſiquidem poſsibile eſt affirmare ſurſum, quo non ſit ſuperius, ſic poteſt affirmari ante, ante quod non ſit ante verum, non imaginabile, ſicut eſt in ipſo ſurſum. & hoc ſequirur, & aduerte huic,

A quia ipſi conuenerunt quòd non eſt vltra mundum vacuum, nec plenum.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duæ quæſtiones: quarũ Vna eſt quòd imaginari præteritum, & futurũ, quę ſunt ante, & poſt, ſunt duo reperta reſpectu noſtræ imaginationis. nam poſsibile eſt nobis imaginari futurum fieri præteritum, & præteritũ, quod fuit antea futurum. &, cum ſic fuerit, ergo præteritum, & futurũ non ſunt ex rebus exiſtentibus per ſe, & non habent eſſe extra animã, ſed eſt res, quam operatur anima. &, cum deſtruatur eſſe motus, deſtruitur intelligentia huius proportionis, & comparationis. Duę quęſtiones.

* Attamen reſponſio eius eſt ꝙ conſecutio motus, & temporis eſt vera: & tempus eſt aliquid, quod operatur intellectus in motu: ſed mo-B tus non deſtruitur, nec tempus, quoniam non prohibetur eſſe temporis, niſi cum entibus non recipientibus motum: eſſe vero entium mobilium, ſeu conſideratio eſſe eorum euenit eis tempus neceſſario: quoniam non ſunt hic, niſi duo entia, ſcilicet ens recipiens motum, & ens non recipiens motum, & impoſsibile eſt vt conuertatur vnum eorum ad reliquum, niſi eſſet poſsibile conuerti neceſſarium ad poſſibile. Si autem motus eſſet impoſsibilis, deinde reperiretur, tunc de neceſsitate conuerteretur natura entium non recipiẽtium motum ad naturam recipientium motum. quod eſt falſum. & hoc eſſet, quoniam motus eſt in re neceſſario. Et, ſi motus eſſet poſsibilis ante eſſe mundi, tunc res præcedentes recipientes eſſent in tempore neceſſario: quoniã motus eſt poſsibilis in eo ꝙ recipit quietem, non autem in priuatione. in priuatione enim non eſt poſsibilitas omnino, niſi eſſet poſsibile vt priuatio deferret eſſe. & ideo impoſsibile eſt innouato quin præ-C cedat id priuatio. & non eſt dubium ꝙ ſeparatur priuatio innouati in ſubiecto recipiente eſſe innouati, & remouetur ab eo priuatio, ſicut eſt in aliis contrariis. nam calidum, cum fit frigidum, non conuertitur ſubſtantia calidi in frigidum, ſed mutatur ſubiectum recipiens a calido in frigidum. Quæſtio autem ſecunda, & fortior quidem earum, eſt ſophiſtica, & corrupta. Et ſumma eius eſt ꝙ imaginari præceſsionem ante initium primi motus, ante quem non fuit aliquod, quod moueatur, eſt ſicut imaginari ꝙ vnum corporum mundi, & eſt ſurſum exempli gratia, finitur neceſſario aut ad aliud corpus, aut ad vacuum. nam dimenſio eſt quid ſequens corpus, ſicut tempus eſt quid ſequens motum. &, ſicut eſt impoſsibile reperiri corpus infinitum, ſic impoſsibile eſt reperiri dimenſionem infinitam. &, cum impoſsibile ſit reperiri dimenſionem infinitã, impoſsibile eſt finiri omne corpus ad aliud corpus, aut ad aliquid, in quo conſideratur eſſe dimenſionẽ: & eſt vacuum exẽpli gratia, & procedet in infinitum: & ſic motus, & tẽpus eſt

Obſerua ꝙ tex. antiquus hanc particulam vſque ad ſignum * attribuit Algazelo reliqua Auer. & iõ expoſitor exponit pro 27. particula

In priuatione non eſt poſsibilitas omnino.

Secũda q̃.

quid ſequens ea. Si autem impoſsibile eſt reperiri motum præteritũ infinitũ, & fuerit hic motus primus finitus in extremitate initii, impoſsibile quidem eſt reperiri in eo ante. nam, ſi eſſet ei ante, reperiretur ante primum motum alius motus. Attamen hæc quæſtio, vt diximus, eſt turpis, & eſt ex locis permutationis ſophiſticis, ſi legeris artem ſophiſticam. & hoc quidem permutando iudicium ad quantitatem non habentem ſitum, in qua non reperitur totum, & eſt tempus, & motus, à iudicio quantitatis habentis ſitum, & totum, & eſt corpus. & ponendo impoſsibilitatem priuationis finiendi in quantitate habente ſitum probationem ꝙ ſit impoſsibilis in quantitate non habente ſitum, & ponendo actum mentis in imaginando additioné, in eo quod eſt in actu, eiuſdem conſiderationis. Et hic eſt error manifeſtus. nam imaginatio additionis de magnitudine reperta in actu, & quòd neceſſe ſit vt finiatur ad aliam magnitudinem, non eſt quid repertum in ſubſtantia magnitudinis, nec aſſumitur in definitione eius. D

Preceſsio et poſtpoſitio in motu innouato eſt qd per ſe aſſumptum in eius definitione. Imaginatio vero preceſsionis, & poſtpoſitionis in motu innouato eſt quid per ſe aſſumptum in definitione eius. nam impoſsibile eſt vt ſit motus innouatus niſi in tempore, ſcilicet quòd excedat tempus initiũ eius. Et ſic impoſsibile eſt imaginari tempus habens extremũ, quod non ſit finis alterius temporis: poſtquam fuerit definitio inſtantis ꝙ ſit res, quæ eſt finis præteriti, & principium futuri. inſtans enim eſt præſens. & præſens eſt medium neceſſario inter præteritum, & futurum. & imaginari inſtans præſens, ante quod non ſit præteritum, eſt falſum. Et non eſt ſic in puncto: nam punctum eſt finis lineæ, & reperitur cum ea, quia linea eſt quieſcens. & poſsibile eſt imaginari punctum, quod ſit principium lineæ, & non ſit finis alterius lineæ: inſtãs tamen impoſsibile eſt vt reperiatur nec cum tempore futuro, nec cum præterito, & eſt neceſſario poſt præteritum, & ante futurum. &, cum impoſsibile eſt ei vt ſit de ſe, impoſsibile eſt vt ſit ante eſſe futuri, abſque eo quòd ſit finis temporis præteriti. & cauſa huius erroris eſt ſimilitudo inſtantis cum puncto. Demonſtratio autem, quòd omnis motus innouatus ſit ante eum tempus, eſt quoniam omne innouatũ aut non erit, & impoſsibile eſt in inſtanti, in quo verum eſt dicere quòd innouatum ſit, ꝙ non ſit, remanſit ergo ꝙ verum eſt dicere de eo ꝙ non ſit in alio inſtanti præter primum, de quo verum eſt dicere ꝙ ſit: & inter quælibet duo inſtantia eſt tempus medium: non enim continuatur inſtans inſtanti, ſicut non continuatur punctum puncto: & iam declaratum eſt hoc in ſcientiis: ergo ante inſtans, in quo innouatus eſt motus, eſt tempus neceſſario. nam, cum imaginemur duo inſtantia in eſſe, ſit inter ea proculdubio tempus. futurum autem non aſsimilatur ipſi ante, vt dictum eſt in hoc ſermone, nec inſtans aſsimilatur puncto, nec quantitas habens ſitum aſsimilatur non habenti ſitũ. E

Inſtans qd

Differentia inter punctũ & inſtans. F

Qui pmittit quod inſtãs Qui autem abuſiue permittit eſſe inſtans, quod non ſit præſens, aut præſens, ante quod non ſit præteritum, ipſe negat tempus, & inſtans.

ponendo inſtans tale, etiam præſupponit tempus non habens principium. & hęc poſitio contradicit ſibi ipſi. Quare impoſsibile eſt vt attribuatur eſſe præceſsionis in omni innouato imaginationi. nã qui negat præceſsionem, negat innouatum: &, qui negat ꝙ ſit ſurſum ipſi ſurſum eſt econtra: quoniam ipſe negat ſurſum ſimpliciter: &, cum auferatur ſurſum ſimpliciter, aufertur deorſum ſimpliciter. Et, cum auferantur duo iſta, aufertur graue, & leue, & non eſt actus imaginationis inconueniens in corpore rectarum dimenſionum, ꝙ neceſſe ſit vt finiatur ad corpus aliud, immo eſt neceſſarius. nam corpus rectarũ dimenſionum poſsibilis eſt ei additio: & cui poſsibilis eſt additio, id non habet terminum naturaliter. Et ideo ſequitur vt finiantur corpora recta ad corpus rotundum continens; quoniam eſt completum, cui impoſsibile eſt vt fiat additio, nec diminutio. Et ideo, cum acquirit intellectus imaginari de corpore rotundo ꝙ neceſſe ſit finiri ad aliud pręter id, tunc imaginatus eſt inconueniens, & falſum. Et hęc omnia nõ ſunt apprehenſa apud Loquentes, neque apud eum, qui non incœperit ſpeculari ordine artificiali. Vlterius, qm̃ non ſequitur tempus motum, ſicut ſequitur finitas magnitudinem: nam finitas ſequitur magnitudinẽ, quia eſt in ea, ſicut eſt accidens in ſubiecto ſibi appropriato, & demonſtratur tale demonſtratione ſubiecti ſui, & eſt in loco, vbi eſt ſubiectum ſuum. & non eſt ſic in conſecutione temporis motui, ſed conſecutio temporie motui magis aſsimilatur cõſecutioni numeri numerato, ſcilicet quòd, ſicut non conſideratur numerus in conſideratiõne numerati, & nõ multiplicatur in multiplicatione eius, ſic eſt diſpoſitio temporis cum motibus. & ideo eſt tempus vnum omni motui, & moto, & reperitur in omni loco, adeo ꝙ, ſi imaginati fuerimus homines carceratos a pueritia in vna ſpelunca terrę determinabimus quòd iſti non apprehendunt tempus, eo ꝙ non apprehendunt aliquem motuum ſenſibilium, qui ſunt in mundo. Et ideo tenet Ariſt. ꝙ eſſe motuum in tempore eſt ſimile pręomnibus eſſe numeratorum in numero. nam numerus non multiplicatur in multiplicatione numeratorũ, & non demonſtratur ei locus, cum demonſtrantur loca numeratorũ. & videtur ei ꝙ propter hoc fuit proprietas eius menſurare motum, & menſurare eſſe entium, quę mouentur, in eo ꝙ mouentur, ſicut numerus menſurat corpora eorum. & ideo dicit Ariſt. in definitione temporis quòd ſit menſura motus ſecundum prius, & poſterius, quę ſunt in eo. Et, cum ſic fuerit, quemadmodum cum poſuerimus numeratum quoddam innouatum, nõ oportet vt numerus ſit innouatus, ſed oportet, ſi fuerit numeratum, vt ſit ante id numerus, ſic oportet, ſi fuerit hic motus innouatus, vt ſit ante eum tempus. ſi autem innouatum fuerit tempus, cum fuerit motus demonſtratus, quicunque ſit, tunc tempus apprehenditur cum motu illo. & hoc quidem facit te intelligere quòd natura temporis eſt remotiſsima à natura magnitudinis.

Nõ ſit pſens aut pręſens ante qd non ſit pręteritũ negat tẽpus.

B

C

Numerus nõ multiplicatur in numeratione numeratorum.

ALGAZEL.

AIt Alga.reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicitur hoc pondus eſt tortuoſum, mundus enim non habet ſurſum nec deorſum,quia eſt rotundus,rotundum autem non habet ſurſum nec deorſum,ſed appellatur pars ſurſum id quod eſt prope caput tuum,& deorſum, quod eſt prope pedem tuum, & eſt nomē determinatum in comparatione ad te,& pars,quę eſt deorſum reſpectu tui,eſt ſurſum reſpectu alterius,cum imaginatus fueris eum eſſe in alia parte rotunditatis terræ:& etiam planta pedis eius erit in oppoſitum plātæ pedis tui:immo pars,quam imaginatus es ſurſum ex partibus cœli die,eſt eadē ſub terra nocte:& quod eſt ſub terra, reuertitur ſupra terram circulariter.Primum vero in eſſe mundi non poteſt imaginari vt conuertatur vltimum.& eſt,quemadmodum, ſi imaginati fuerimus lignum,cuius vna duarum extremitatū ſit groſſa, alia vero ſubtilis, & deliberauerimus appellare partem groſſam contiguam ſubtili ſurſum ad locum,ad quem finitur, aliam vero partem deorſum, non videtur ex hoc eſſe differentia eſſentialis mundo: ſed ſunt nomina diuerſa,quæ ſunt ex diuerſa poſitione huius ligni, adeo ꝙ, ſi mutatur ſitus eius,non mutatur nomen:mundus autem non mutatur:ergo ſurſum, & deorſum eſt proportio abſoluta tibi,& non mutantur partes mundi,& ſuperficies eius. Priuatio autem præcedens mundum, & finem primum, eſſe eius eſt ens eſſentiale,& non imaginatū vt recipiat permutationem,& fiat vltimū,nec priuatio,imaginata a nobis ꝙ ſit corruptio mundi,quæ eſt priuatio eueniens,poteſt imaginari ꝙ fiat præcedens:ſed extremitates finis mundi,quarum vna eſt prima,& alia vltima, ſunt duæ extremitates eſſentiales permanentes, & non poteſt exiſtimari permutatio in eis in permutatione relatiui ad eas: & econtra eſt in diſpoſitione ſurſum,& deorſum. Quare poſsibile eſt nobis dicere ꝙ mundo non eſt ſurſum,nec deorſum:& tamē impoſsibile eſt nobis dicere ꝙ eſſe mundi nō habet ante,& poſt. &, cum probatū fuerit ante,& poſt,tunc nihil aliud eſt diſpoſitio temporis, niſi id, quod eſt eius per prius,& poſterius.

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermo reſponſionis Philoſophorum eſt in vltimitate ruinæ.Et ſumma eius eſt ꝙ ſurſum, & deorſum ſunt duo relatiua,quare euenit eis diſcurſus imaginatiuus:diſcurſus vero in ante, & poſt non eſt imaginatiuus,qm̄ in eo non eſt relatio,ſed eſt intellectualis. Et diſpoſitio huius eſt,quoniam ſurſum,imaginatum in aliquā re,poſsibile eſt imaginari deorſum in re illa, & deorſum poteſt imaginari ſurſum.ſed in priuatione præcedente innouatum, quæ dicitur ante,non poteſt imaginari ꝙ ſit priuatio, quæ eſt poſt innoua-

A tum, quæ appellatur poſt. Attamen dubium poſt hoc remanſit eis. quoniam Philoſophi tenent ꝙ hic ſit ſurſum naturaliter, & eſt id, ad quod mouetur leue, & deorſum naturaliter, & eſt id, ad quod mouetur graue. ſi autem, eſſent graue & leue reſpectiue, & poſitione. & tenent ꝙ finis corporis, quod eſt ſurſum, naturaliter euenit ei in imaginatione finis aut ad vacuum, aut ad plenum. Sed hæc ratio opponitur ei apud Philoſophos duobus modis. Primo quidem, quoniam ipſi ponunt ſurſum ſimpliciter, & deorſum ſimpliciter, & tamen non ponũt primum ſimpliciter, nec vltimum ſimpliciter. Secundo vero, quia aduerſarius poteſt opponere ꝙ non eſt cauſa imaginationis ꝙ ſit ſurſum ipſi ſurſum: & procedet hoc in infinitum, ex eo ꝙ eſt relatiuum. ſed accidit hoc imaginationi, quoniam ipſe non apprehendit magnitudinem, niſi copulatam magnitudini, ſicut non apprehendit innouatum, quod non habeat præcedens. Et ideo permutatus eſt Alga. ex dictione ſurſum, & deorſum ad vltra, & extra: & dixit, reſpondens Philoſo-
B phis, ſed reſpondemus illi dictioni vltra mundum, & extra, & dicimus mundo infra, & extra, &c. vſque ad & hæc eſt cauſa erroris. & deſtruxit in hac permutatione id, cum quo diſputauit cum Philoſophis in aſsimilatione finis in tempore fini magnitudinis. nos autem iam declarauimus modum fallaciæ in hac aſsimilatione, id quidem, quod ſufficit, & declarauimus quòd ſit quæſtio ſophiſtica. & nõ oportet id hic reiterare.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio autem alia apud eos ad probandum æternitatem temporis. Dixerunt non eſt dubium apud vos ꝙ Deus glo. poterat creare mundum, antequam creaſſet eum ſpacio centum annorũ, aut ducentorum, aut mille, & ſic in infinitum. hæc autem ſpacia diſtin-
C guuntur menſura, & quantitate. Et impoſsibile eſt quin affirmemus aliquid ante eſſe mundi extenſum, & menſuratum, cuius pars aliqua ſit durabilior, & longior alia. Et impoſsibile eſt quin affirmemus aliquid ante eſſe mundi, &c. vſque ad ergo ante mundum apud vos eſt aliquid habens quantitatem diuiſibilem, quod eſt tempus: ergo ante mundũ eſt apud vos tempus.

Cum poſuit argumenta, & ſol. vult modo inducere Alga. immo probantem veritatem iſtam, ſcilicet eſſe poſsibile in imaginatione præteritum abſq; motu. & dicit, Adhuc dicimus quod præteritũ, & futurũ ſunt eadẽ: & ante, & retro ſunt duæ res tantũ in mente in noſtra imaginatione. Hæc eſt igitur propoſitio, quod in re non ſunt diuerſa, immo eadem, ſed tantum in mente. (Nos enim.) Hanc propoſitionem probat. d. nos enim poſſumus imaginari futurum id, quod fuit, & econuerſo: quoniam inſtans heri fuit futurum ante heri, & econuerſo: inſtans craſtinum erit præteritum poſt cras, & tunc concludit. d. & ſi ſic. ergo præteritum, & futurum non ſunt res in mente per ſe, ſcilicet diuerſæ ſeorſum, neque habent eſſe aliquod extra animã, immo eſt aliquid actũ, i. factum ab anima. (Vnde iſta.) Cũ concluſit propoſitionẽ iſtã, vult modo concludere modũ, quo põt ibi intelligi, qđ illa ſunt duę res, d. vnde iſta prædicta duo. ſ. pręteritũ.

& futurum comparatiue ſumuntur.i.non ſunt duo abſolute, ſed in reſpectu. (Et b ideo ceſſato.) Iſtis viſis concludit concluſionē.d. & ideo ceſſato eſſe motus.i. poſito quod motus ceſſet,nō ceſſat tēpus in re:quia hoc non fieret niſi in tempore: ſed ceſſat prędicta cōparatio. i.non eſt amplius id,a quo ſumitur prædicta comparatio. Et per hoc vult innuere ſolutio.arg. philoſophorum ſ. Ariſt.8.Phy. ſi tempus ceſſat,vel in inſtanti,vel in tempore:non inſtanti, quia inſtans eſt principium futuri,& finis præteriti:ergo erit tempus fuit ante tempus. ſi in tempore, idem ſequitur.His verbis innuit ſolutio.d. ꝙ non ſequitur : quoniam illa ceſſatio non eſt in re,ſed in mente:quoniam illæ temporis differentiæ non ſunt extra animam,ſed compoſitione intellectus,&c.

Quia Alga.ſubtiliter ſoluit argumētū philoſophorū,vult modo Auct. reprobare ſolutio. Alg.et primo reſumit quid veritatis dicit reſpōſio. Alga.d.dicimus nos,qd verū eſt qd tēpus,& motus ſequuntur ſe adinuicē. vult dicere, ſe habet ſicut paſſio, & ſubiectū. Deinde ponit ſecundū bene dictū. d.& bene ſup. dicit ꝙ tēpus eſt quid actū ab anima cū motu.i.ꝙ in natura motus aīa elicit rationem formalē tēporis. (Non tñ) vult modo ponere quid falſi dicit,& ait ſup. licet hęc duo ſunt conuenienter conceſſa,motum ſequitur ꝙ motus,& tēpus ceſſant. Vbi debes ſcire ꝙ tēpus pōt duobus modis ſumi. vno modo formaliter, & ſic nihil eſt,niſi menſura motus. Secundo modo materialiter:& ſic nihil aliud eſt,niſi natura motus apta nata conſiderari ab intellectu ſub forma menſuræ motus. Vult B ergo probare,quod licet tempus formaliter fiat nouiter ab anima,attamen tēpus materialiter non ſit nouus,immo eſt ſemper,& ſemper fuit,& ſemper erit, Dicit ergo.eſſe namque tēporis nō eſt impoſsibile niſi cū entibus immobilibus,ſ. ſeparatis. vult dicere quod ſub tēpore nō eſt illud genus entiū,tñ mobilia ſequūtur tēpus neceſſario.i. ſub tempore materialiter ſumpto continentur omnino,ſic quod nec illa poſſunt abſolui a tēpore, neque econtra. (Hic enim non) poſuit duas propoſitiones:quarū prima eſt,quod impoſsibile eſt tēpus eſſe in rebus abſtractis a motu,& a materia.ſecunda,quod omnino eſt in rebus mobilibus. Primo ergo probat primam.d. hic,i.in natura non ſunt niſi duo entia.i.duo genera entium,videlicet,ens recipiens motum.i.tranſmutabile generabile,& ens in recipiens motum.i.abſtractum a motu.iſta diſtinctione habita, arguit præſupponendo,videlicet, vnde impoſsibile eſt quod vnum iſtorum ſup. generum entiū conuertatur ad alterum. ſ.genus,videlicet,quod ens tranſmutabile fiat in tranſmutabile,vel ecōtra.cuius rationem dicit,niſi eſſet poſsibile ꝙ neceſſariū conuerſum eſſet ad poſsibile.præſuppoſito ergo iſto.ſ.ꝙ inrecipiens motum non poteſt conuerti ad recipiens motum,arguit.q. vnde, ſi motus poſsibilis non eſſet, ideſt,ſi motus non eſſet in rerum natura, & poſtea inuentus fuerit,ideſt, & poſtea eſſet.ſequitur contra ſuppoſitum.ſ.ꝙ natura entium inrecipientium motum F conuerteretur ad recipiendam naturam motus: quod eſt falſum : cuius falſitatis rationem.d. & ratio huius eſt:quia motus eſt in re neceſſarius: & ideo non poteſt variari de non eſſe ad eſſe. (Vnde, ſi motus)hic probat conſequentiā. Vbi debes ſcire, quod inrecipiens motum poteſt duobus modis capi. Vno modo pro eo,quod eſt,& tamen non eſt aptum motū recipere:ſicut Deus, & ſubſtantiæ ſeparatæ. Secundo modo pro eo,quod non eſt : ſicut eſt pura priuatio ſcilicet quies. Primo modo, immobile dicitur inrecipiens. Secundo modo, quies dicitur inrecipiens motum. Dico ergo, quod vtroque modo inrecipiens motum recipere motum eſt impoſsibile. vult igitur deducere ad hoc, quod aliquod inrecipientium motum alteratio conuertitur ad naturam recipientem motum. His viſis deduco conſequentiam. vnde, ſi motus eſſet poſsibilis ante mundi eſſe, eſſent res recipientes, ideſt aptæ natæ recipere illum in tempore : vel ſupple,non eſſent illæ res aptæ recipere illum motum. non ſecundum, cuius rationem dicit. motus enim poſsibilis eſt in recipiente quietem, ideſt in re mobili, non in priuatione, ideſt in pura quiete: cuius rationem dicit. quia in priuatione nulla eſt poſsibilitas, niſi eſſet poſsibile, quod priuatio reduceretur ad eſſe, ideſt conuerteretur ad eſſe.& ſic habetur conſequentia ſcilicet quod natura inrecipiens motum fiet natura recipiens motum. Probat deinde, quo

A non eſt poſsibile priuationem illam recipere motum per inductionem.d.& hu-
iuſmodi ratione priuatio præcedit quodlibet innouatum. & receſſa priuatione
innouata.i.annullata a ſubiecto recipit illud ſubiectum eſſe ipſius innouati, &
renouatur inde priuatio: quod declarat per ſimile. d. ſicut in contrarijs in qui-
bus ſubiectis vicisſim peruenientibus, ideſt alteratis reperitur: quando nãque
calidum ſit frigidum, non caliditas ſit frigiditas, immo calidum ſit frigidum.i.
ſubiectum caloris amittit calorem, & nouiter frigiditatem recipit : vt clare pa-
tefactum eſt alibi a philoſopho, & ſuis ſequacibus patet ergo qualiter priuatio
motus non poteſt recipere motum. Tum, quia inrecipiens motum fieret reci-
piens motum. Tum, quia in contrarium eſt inductio: neque poteſt dicere aliquis
ꝙ ante mundi eſſe præfuerint mobilia. quia tunc, ante mundum eſſet mundus: et
ſic apparet conſequentia iam dicta. Debes ſcire ꝙ virtus rationis conſiſtit in
hoc. ſi motus incœpit, ergo fuit ante eius eſſe ens poſsibile. ſi ſic, vel fuit ens
poſsibile recipi in pura priuatione, vel in ente mobili. non primum, neque ſe-
cundum. ergo motus non potuit incipere eſſe. ergo fuit æternus. & ſic tempus
etiam eſt ſaltem materialiter æternum. & ſic ſol. Alga, nihil eſt. Sed dubita- Dubitatio.
tur: quoniam diceret quis, quod motus fuit ante a inſtans eſſe mundi ens poſsi-
bile, non quidem ex parte paſsi, ſed ex potentia agentis: & quia ante a inſtans
Deus potuit facere cœlum, & ſimul cum cœlo motum, & tempus: ideo poſsibi-
B litas eſt ex parte agentis, & non paſsi, vt dicit Ioan. chriſtianus, vt recitat
Auer. 12. Metaphy. commen. 18. Contra hanc ſol. nolo arguere ſed tantum di-
co ꝙ philoſophi non habent illud dicere. quoniam philoſophi ex inductione Op. philoſo-
ſciunt iſtam vniuerſalem. quod omne factum habet agens ex quo, & ſubiectum phorum.
in quo, vt deducit Auer. primo Cœli. commen. 124. & in primo de ſubſtantia
orbis; hæc enim propoſitio eſt conueniens omnibus ſenſibus. color enim albus
fit ex non albo, & recipitur in ſubiecto. & breuiter omnibus quinque ſenſi-
bus: illa vniuerſalis eſt manifeſta, & ideo apud Ariſto. & philoſophos habe-
tur tanquam principium, & Auer. 8. Phyſi. commen. 22. & 26. & primo cœli.
commen. 22. fere tetigit hoc. ſupponit ergo illam Auer. vt principium in natu-
rali philoſophia, & eam Ariſto. nullibi probauit niſi inductione, vt dictum eſt
in 1. Phyſi. iſta ergo ſuppoſita, Auer. elicit inconuenientia iam dicta. Quomo-
do autem poſsit probari a potentiori, eſſet longum & friuolum: quoniam illa
probatio procederet ex creditis: ſicut & hæc probatio, modo, & quælibet philo
ſophorum: & tu quære libros meos alibi.

Cum Alga. adduxit rationem illam, & Auer. ſolutione vult modo adducere
vnam aliã rationẽ philoſophorum, & eã ſoluere, & primo adducit rationẽ bre-
uiter. d. ait Alga. arguens ad philoſophos, ſcilicet vos o philoſophi diceretis for
C te, quod neceſſario oportebit vos ponere præceſsionem ante principium primi
motus: hæc eſt virtus rationis philoſophorum contra theologos. Si primus mo-
tus incœpit: ergo oportet ponere ante primum motum alium motum: q̃m omne
finitum terminatur ad aliquod ens: aliter ad nihil terminatur, & ſic non eſſet fi-
nitũ, illud ens non pōt fingi eſſe niſi motus: quoniam ante primum motum non
poteſt eſſe niſi motus, cum omnia ſint poſt ipſum. (Nos vero.) Vult reſponde-
re huic rationi, & eius ſolutio conſiſtit in hoc, quod concluſio illa non valet:
nec oportet vt terminetur ad alium motum, ſed ſeipſo terminatur. & hoc decla-
rat per exemplum: dicit ergo, nos vero vobis, ſcilicet philoſophis reſpondemus,
quod hæc, ſcilicet motum primũ terminari ad aliũ motũ, eſt ſumma phantaſia,
& error imaginationis, & exponit quæ eſt ſumma phantaſia. d. videlicet, ima-
ginari præceſsionem ante primum motum, quando nullum erat mobile. Hoc di-
co eſſe phantaſiam. (Et hęc phantaſia.) Cum negauit cõſequentiã, declarat re-
ſpõſionẽ eius eſſe cõuenienter datam per exemplũ. d. & hęc phãtaſia, ſeu imagi
natio vniuerſale, id eſt, ſimilis eſt imaginationi opinantis, quod terminus corpo
ris mundi ſeorſum, id eſt, globum octaui orbis, peruenit neceſſario aut ad aliud
corpus, aut ad vacuũ. Et dat cauſam huius ſimilitudinis, ſcilicet inter corpus, &
motum. d, & declaratio huius eſt, quia dimenſio ſequitur corpus, ſicut tempus
ſequitur motum: q̃m dimenſio eſt propria paſsio corporis, ſicut tẽpus eſt ꝓpria

paſsio motus: ideo concludit. d. vnde, ſi impoſsibile eſt corpus infinitum inueni D
ri, impoſsibile eſt inueniri dimẽſionem infinitam: qm̃ dimenſio eſt paſsio cor-
poris, &, ſi ſic, neceſſarium eſt quod corpora finiãtur: non ꝙ quodlibet corpus
ad aliud corpus perueniat, vel ad rẽ, in qua dimenſio mẽſurari põt, ſcilicet va-
cuũ: quod licet non ſit corpus naturale, eſt tñ res, in qua poteſt menſurari dimẽ-
ſio. (Similiter motus.) Applicat exẽplũ ad propoſitũ. d. ſimiliter motus eſt qd
ſecutum a tempore, i. ſe habet ad tempus eo modo, vt dimẽſio ad corpus, & ideo
concludit illud idẽ. d. vnde impoſsibile eſt inueniri motũ prẹteritũ infinitũ, po-
ſito motu primo finito a parte principij, & addit qd eſſet ẽt impoſsibile, quod
attribuatur ſibi ante, cuius rationem dicit, quia, ſi ante haberet, oporteret poni
motus ante primũ motũ: vult ergo quod, ſicut corpus mũdi ſeipſo finitur, ita mo
tus primus, & ſicut illud corpus non dicitur infinitũ, quantũcunque non termi-
natur ad aliud: ita & motus non dicitur infinitus, licet non terminatur ad alium
motum. Et hæc eſt pulchra imaginatio, & Ariſt. videtur tangere illam in fine
quarti Phyſi. vide eum: quoniam Auerroes etiam bene dicit ibidem.

Cum narrauit motiuum Algazel. vult reprobare ipſum, quantum ad lo-
cum ſimilitudinis, & ait dicimus nos quod verba huius hominis ſunt ſophi-
ſtica manifeſte: vult dicere quod argumentum eſt ſophiſticum. (Et locus)
explanat locum ſophiſticationis dicens, & locus ſophiſticationis eſt intrans
relationem vel lationem, id eſt, multiplicitatem, & extenſionem prædicati E
propoſitionis, vt in libro Elencorum patefit. Debes ſcire quod argu. conſi-
ſtebat in hoc: quod ſicut mundus eſt finitus ſeipſo, ita tempus & motus: quo-
niam, ſicut vltra octauum orbem nihil eſt, ita vltra tempus, & motum primum
nihil eſt: poteſt ergo exponi vno modo, quod hoc prædicatũ, infinitus, eſt mul
tiplex ſecundum æquiuocationem: quoniam dicitur de infinitate in magnitudi-
ne, & de infinitate in ſucceſsione: & quia ita eſt, ideo poteſt ibi eſſe æquiuo-
catio, & fallacia in dictione. Vel poteſt dici quod eſt ibi fallacia in tota oratio-
ne, merito multiplicitatis prẹdicati, ſcilicet fallacia amphibologiæ: & videtur
mihi plus ad verba: quoniam ſubdit rationem. d. & declaratio huius eſt, quod
ipſe tranſtulit indiuiduum in ſitualis quantitatis, id eſt, rem de vna ſpecie quan-
titatis, ſcilicet ſucceſsiue, & totum non habens corpus, ſcilicet tempus, & mo-
tum: ambo enim carent ſitu: tranſtulit dico ad quantitatem ſitualem, & ad to-
tum habens corpus: ecce, quomodo eſt amphibologia: quia tranſlatiue, & me-
taphorice locutus eſt metaphora, & ſimilitudine incongrua. Deinde ex hoc
Algazel opinatus eſt hoc, quod ponit d. & indicauit, id eſt, intulit impoſsibi-
le, ſcilicet quod impoſsibile eſt, quod infinitum poſsit prædicari de ſituali
quantitate: & hoc, quia impoſsibile eſt prædicari de ſituali quantitate; hæc
enim eſt immediata, corpus eſt finitum: vt declarat Auerroes primo cœli com F
men. 39. quoniam corpus, inquantum corpus, clauditur termino, vel termi-
nis, cum ſit figuratum: & propter hoc poſuit actum animæ, imaginando impoſ-
ſibilem augmentationem ſuper quodcunque ipſorum, ſcilicet tam genus ſucceſ-
ſiuorum quã continuorum vno & eodem modo: & in hoc conſiſtebat vis argu-
menti Algazel. & locus ſophiſticationis. (Et hoc ſummum falſum eſt: quia)
Cum declarauit ſedem ſophiſticationis, vult modo declarare peccatum, quaſi
quo ad materiam: quoniam medium Algazel. peccat in forma, vt demonſtra-
uit: & peccat in materia, vt nunc declarat. d. & hoc ſummum falſum eſt, id eſt,
illa ſimilitudo nulla eſt: cuius rationem aſsignat. d. quia imaginari ſupra ma-
gnitudine præſenti in actu, id eſt, exiſtenti in eſſe facto, quod perueniat ad
aliam magnitudinem, non eſt quid inuentum in ſubſtantia, id eſt, definitio-
ne eius, neque pro, id eſt, neque in ſua definitione. Debes ſcire, vt dicitur. 3.

Aliquod poteſt diminui in infinitum non tamẽ poteſt augeri ĩ infinitum.

Phyſi. quod licet corpus poſsit diminui in infinitum, eo quia vt dicit. 59. com-
men. ibidem, diuiſio eſt ratione materiæ, non tamen poteſt augeri ad infinitum:
quoniam augmentũ eſt ratione formæ, quę terminus dicitur, et ratio, vt ibi dicit,
& ideo, ſi aliqñ aliquod poſſet augeri in infinitũ, ſequitur quod augeretur aliqñ:
non tamen, ſi aliquod poteſt diuidi in infinitũ, aliquando diuidetur: & tu lege
bene commenta illa. (Sed imaginari.) Cum declarauit qualiter magnitudo

A continua in permanenti, nec ſecundum ſubſtantiam, nec ſecundum deffinitionem
poteſt eſſe infinita. Declarat quod non ſic eſt in ſucceſsiua.d.ſed imaginari per-
fectionem ſubſequentium poſt preterita in motu innouato, eſt quid inuentum in
ſubſtantia ipſius motus: vult dicere quod motus ſit poſt motum, & ſic in infini-
tum eſt de perfectione & ſubſtãtia motus: quod probat dicens, impoſsibile enim
eſt quod motus innouetur niſi in tempore, ſic videlicet, quod tempus præcedat
ſuum principium. Tunc vltra, ſimiliter impoſsibile eſt imaginari tempus habe-
re extremitatem, quod non ſit finis preteriti, & cuiuſdam temporis principium,
ſcilicet futuri. Cuius rationem adhuc aſsignat. d. definitio enim nunc, id eſt, inſtã
tis eſt eſſe aliquid medium inter preteritum, & futurum. & ideo concludit.d. vn-
de imaginari preſens, quod preteritum non precedat, ipſum eſt falſum. Ecce quo
modo declarauit, quod ſemper ante tempus fuit tẽpus: ergo, per conſequens ante
motum fuit motus, & ſic de definitione temporis, & motus eſt crementum in ſuc-
ceſsione infinita, & totum hoc declarauit Ariſt. in. 6. phyſi. (Punctus nanq;.)
Hic remouet quandam tacitam obiectionem: poteſt enim quis dicere, ſicut ſe ha
bet punctus ad lineam, ita inſtans ad tempus, & mutatum eſſe ad motum: ſed da-
tur punctum, ante quod nihil eſt linee, neq; puncti: ergo datur inſtans, ante quod
nihil eſt temporis. Cui reſpondet negando ſimilitudinem, d. punctus namq; non
B ſic ſe habet: ergo vult negare ſimilitudinem: cuius rationẽ dicit, punctus namq;
finis eſt linee, & cum ea ſemper reperitur, id eſt, & eſt permanens cum ea, prout
linea eſt quid quieſcens, id eſt, permanens: & ideo optime poteſt imaginari, id
eſt intelligi punctus principium lineæ, quamuis non ſit alterius finis. Debes
ſcire quod tota virtus diſsimilitudinis ſtat in hoc: quoniam ideo in motu, & tem-
pore nunc eſt in medio præteriti, & futuri: quoniam eſſe motus, & temporis con
ſiſtit in fieri, & nunquam eſt in actu terminatum, & factum. Magnitudo autem
permanens, ideo poteſt habere terminum totalem, quoniam eſſe eius conſiſtit in
facto eſſe. & ſic apparet locus diſsimilitudinis, & ſolutio q̃ſtionis. (Patet ergo.)
Vult nunc concludere peccatum Algazel. totaliter dicens. patet ergo quod nũc
eſt poſt preteritum, & ante futurum: & patet vniuerſaliter quod id, quod de ſe
ſtare nequit, id eſt, quod de ſe ſtare nequit, id eſt, quod omne id, cuius eſſe eſt ſuc
ceſsiuum & in fieri, impoſsibile eſt quod reperiatur ante eſſe futuri, niſi ſit finis
preteriti temporis: vnde ſequitur quod cauſa erroris Alga. ſumitur in dando ſimi
litudinem inter nunc, & punctum. & ſic ſoluta eſt ratio quantum ad materiam, et
quantum ad formam. (Demonſtratio tamen.) Vult verificare aliquo modo di-
ctum Alga. & primo oſtẽdit illud non poſſe intelligi de priuato, id eſt, de motu,
quod accipit eſſe poſt non eſſe.d. demonſtratio tamen quod tempus præcedit
quemlibet motum innouatum, id eſt nouum: hoc eſt quodlibet innouatum ſine
C dubio erit priuatum, id eſt, ſine dubio non poteſt intelligi niſi altero duorum mo
dorum, aut de priuato, id eſt, nouo, aut de æterno. non poteſt intelligi de priuato,
quoniam eſt impoſsibile ꝙ in illum nunc, in quo innouatum fuit, id eſt res noua
fuit, pro tunc fuerit res priuata. ergo non poteſt intelligi de priuato. Si ergo veri
ficabitur, remanet quod verificetur de deo, quod erat priuatum in nunc, id eſt in
aliquo inſtanti: & præter primum nunc innouationis. q. d. ſunt duo nunc, ſcilicet
Dei, & innouationis motus. & inter duo nunc ſemper tempus reperitur, ſicut
inter quelibet duo puncta poteſt linea protrahi, vt probatum eſt in lib. phy. 6.
Debes ſcire, ꝙ hic Auer. duo tangit: quorum primum eſt, quõ ſequitur adhuc
ante motum fuiſſe motum: quoniam declarat, quod in aliquo inſtanti fuit Deus
apud Algaze. in quo non fuit motus: ergo inſtans, in quo fuit Deus, & inſtans,
in quo incœpit motus, ſunt duo inſtantia. ergo inter ea eſt tempus per rationem
illam poſitam: ſed tempus ſine motu non eſt, ergo erit ante motum motus: quod
erat probandum. His concludit. d. oportet ergo ꝙ ante nunc, in quo innouatus Op. philoſophorum.
fuit motus, ſit neceſſario tempus. ergo ſeorſum magnitudo, & ſucceſsiuum non
ſunt ſimilia. cuius rationem dicit. ante enim, & nunc ſimile eſt puncto: & per
conſequens, ſicut inter punctum, & punctum cadit linea media, ita inter nunc,
& nunc, & addit: neque quantitas ſitualis eſt ſimilis quantitati inſituali. vult di-
cere propterea argumentum eius nihil eſt, (Amplius tempus.) Nunc vult decla-

rare modum, quo errauit in ſimilitudine alio modo a prędicto.d. amplius tempus non ſequitur motum eo modo, quo finis ſequitur magnitudinem, id eſt tempus non ſe habet ad motum, eo modo, quo finis, id eſt terminus ſequitur, id eſt ſe habet ad magnitudinem. cuius rationem dicit, enim pro quia, finis ſequitur magnitudinem, inquantum in ea reperitur actualiter, ſcilicet inquantum reperitur accidens in ſuo ſubiecto ſenſibiliter indicato. Sed tempus cum motu non ſic ſe habet: immo tempus ſequitur motum illo modo, quo numerus ſequitur numeratū: cuius ſimilitudinem declarat dicens, ſicut enim numerus non permutatur mutatione ſubiectorum numeralium, neq; multiplicatur eorum multiplicatione, ſimiliter recte tempus ſic ſe habet cum motibus. Debes ſcire, ꝙ numerus trinarius lapidum, bouum, hominum ſemper eſt vnus: quoniam res numeratę, ſe habēt vt materia, ratione cuius non accidit variatio in forma: variatur tamen numerus ratione formę, ſcilicet per additionem vnitatis, &c. ſic & tempus eo modo dicendum. (Et ideo tempus) Concludit correlarium.d. & ideo tempus eſt vnum cum quolibet motu & mobili. cuius rationem dicit. & ideo Ariſt. in temporis definitione ait, ꝙ tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. quod vlterius declarat.d. vnde, ſicut ſi nos poneremus quoddam numeratum nouum, non ſequeretur quod numerus eſſet nouus, immo oportet quod ante ipſum ſit numerus ſimiliter eſt in motu, videlicet, ꝙ ſi hic eſſet motus, ꝙ tempus præcedit eum. tunc concludit intentum. oportet ergo ex omnibus pręmiſſis, quod natura temporis diſtinguitur omnino a natura magnitudinis. D E

Hic accidit quęſtio ait Auer. quod tempus eſt vnum omnium, quia eſt numerus. Contra arguitur: quoniam, ſicut dicit ipſe. 8. phyſi. com. 6. & . 2. phyſi. commen. 26. forma ſpecificatur a materia. cum igitur motus ſint, ſcilicet diuerſi in ſpecie, ergo & formę eorum, quę ſunt tempora. In oppoſitum eſt Auer. hic & Ariſt. 4. phyſi. plane.

Tempus dupliciter ſumitur.

Circa quaestionem debes ſcire primo, ꝙ tempus poteſt capi dupliciter. Vno modo materialiter pro aptitudine fundata in motu ad menſurari: & ſic quot ſunt motus, tot ſunt aptitudines, cū illa aptitudo ſit vna res cum motu, vel eius paſſio. Secundo modo poteſt capi pro numero, id eſt formaliter pro numero, qui eſt actus animę, vel tempus animę, per quod motus actu menſuratur. & ſic dicitur forma motus, non quidem inexiſtens motui, ſed animæ, ſed dicitur forma denominans motum.

Solutio.

Ad quaestionem ergo reſpondeo, ꝙ tempus materialiter multiplicatur ſecundum numerum motuum: quoniam, vt ſic eſt forma intrinſeca eis: formaliter autem cum compleatur ab anima, ideo eadem forma eſt omnium, ſicut eodem actu numero anima menſurat decem lapides, & decem boues. Ad argumentum dicendum, quod dictum Auerrois intelligitur de forma inhæſionis, & non de forma denominationis. F

Dubitatio.

Sed adhuc intellectus non quieſcit: quoniam anima eo actu, quo numerat lapides, non poteſt numerare boues, quoniam actus animæ deſinit eſſe. ergo ſaltem erunt plures actus numero. Adhuc, ſicut numerus variabitur per additionem vnitatis, ita & tempus per additionem menſuræ. Verbi gratia, dies diſtinguitur ſpecie ab anno. ergo ſaltem erunt plura tempora aliquo modo. Pręterea, tunc omnia eſſent in ęquali tempore, cum vnum numero ſit tempus omnium.

Tēpus qūq; ſumitr vt cōtinuū, qūq; vt diſcretū.

Ad hæc dicendum, ꝙ tempus poteſt conſiderari vt continuū eſt, & vt diſcretū: vt continuum, vt ſic neq; eſt hora, neq; dies, neq; annus, ſed menſura longa motus, & vt ſic eſt vnū oium: ſicut circulus pōt conſiderari, vt circulus tantū, & ſic vnus eſt in ligno. x. pedum, ſicut in ligno centū pedum. Alio modo pōt conſiderari, vt tranſit in quantitatem diſcretam, id eſt, numeratur per horā, per minuta, per dies, &c. & ſic per accidens multiplicatur tempus ratione additi.

Solutio.

Ad argumenta. ad primum dico, ꝙ actus illi ſunt vnus ęquiualenter, ſicut vox, qua vocatur Socrates eſt vna cum eadē voce ſecundo prolata, qua vocatur idem. ſunt ergo vna vox æquiualenter, & ſic in propoſito. Ad ſecundū dicendū, ꝙ vt ſic tempus eſt multiplex in ſpecie, non ratione eius, vt cōtinuū, ſed vt tranſit in diſcretum: & ſic rationē intellexit Auer. Ad tertium concedo, ꝙ omnia ſunt in ęquali tempore abſolute ſumpto, ſ. vt nō tranſit in diſcre-

lo, non tamen vt tranſit in diſcreta quantitate. & ſic apparet quomodo tempus eſt vnum, & quomodo non. & diu ſtetit Ioan. in errore, & ego cum eo: modo autem dominus philoſophus Auer. ad plenum ſatisfecit mihi.

Hic adducit Alga. argumentũ philoſophorum contra theologos. & primo introducit Alga. loquentem. d. ait Alga. allegans pro philoſophis contra loquentes, iſtud, videlicet, quod mundus eſt ab ęterno, in his verbis. (Non eſt dubiũ.) Cum introduxit verba Alga. ponit eius verba. d. non eſt dubium apud nos, quod ipſe Deus benedictus poterat creare mundum, antequã creaſſet eum. dico ante, ſ. in menſura vnius anni, vel mille annorum, vel infinitę, id eſt tẽpore finito ante. adeo quod hę menſurationes ſunt infinitę continuę in menſura, & in quantitate. Eſt ergo ſuppoſitum, antequam Deus creauit mundum, potuit ipſum creare. vel igitur inter poſſe, & eſſe fuit aliqua mora, vel non. ſi non, ergo Deus inſimul fuit cum mundi creatione. Si ſic, habetur ſuppoſitum, ſ. quod inter poſſe creare mundum, & eſſe creatum eius, ſtetit menſura. (Vnde ſine.) Ex hoc infert vnum conſequens. d. vnde ſine dubio oportet ponere aliquid ante eſſe mundi extẽſum, cuius vna pars eſt longior, & dilatior altera: quoniam pars propinqua creationi mundi eſt breuior parte remota, ideo concludit. ergo oportet quod ante mundũ eſſe ſit aliquid quantitabile: & hoc non poteſt eſſe niſi tempus, ergo oportet concedere ꝙ ante mundum fuerat ipſum tempus.

B

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ, cum imaginati fuerimus motum, inuenimus cum eo ſpacium menſurans eum, quaſi ſit menſura eius. motus vero eſt menſuratus, & inuenimus hoc ſpacium, & menſurã poſſe poni in eo motum lõgiorem motũ poſito primo, & ęqualem ei, & conuenientem cum eo. & ex hoc ſpacio dicimus vnum motum eſſe lõgiorem alio. &, cum ſic fuerit, & mundo ipſi fuerit ſpacium vnum apud vos a principio vſq; ad pręſens, ponamus exempli gratia, quod hoc ſit mille annorũ, & qm ipſe Deus glo. poterat creare ante hunc mundum alium mundum, tunc erit ſpacium, quod menſurat eum, lõgius ſpacio, quod menſurat primum mũdum menſura determinata, & ſic poteſt creare tertiũ ante iſtum ſecundum, & quilibet horum mundorum neceſſe eſt vt pręcedat ad eſſe eius ſpacium, quo poteſt menſurare menſuram eſſe eius. &, cum fuerit hęc poſſibilitas in mundis, procedetur in infinitum, ſ. ꝙ poſſit eſſe ante mundum mundus, & ante mundum illum alius mundus, & procedetur in infinitum. ergo hic eſt ſpacium ante omnes mundos. & hoc ſpacium, menſurans omnes, impoſſibile eſt vt ſit priuatio: priuatio. n. non menſuratur: & non erit niſi quantitas neceſſario: nam menſurans quantitatem eſt quantitas neceſſario. Igitur quantitas menſurans eſt id, qđ nos appellamus tempus, & apparet ꝙ ſit prius eſſe omnibus rebus, quę imaginatę ſunt innouari, ſicut menſura debet eſſe pręcedens menſurato in eſſe. Et quemadmodum, ſi fuerit hoc ſpacium, quod eſt tempus, innouatum in innouatione primi motus, neceſſe eſt vt ſit ante id ſpacium, quod eſt menſurans id, & in eo eſt innouatum, & eſt quaſi menſura ei, ſic neceſſe eſt vt ſit ante omnem mundum, cuius eſſe imaginatur ſpacium eum menſurans. Igitur hoc ſpacium non eſt innoua-

C

Et ſic Auer. concederet ꝙ ſi Deus põt facere aliũ mundũ ĩfinitos quoque poſſet. et hoc pro quibuſdã Theologis.

tum.nam, ſi eſſet innouatum,eſſet ei ſpacium id menſurās: nam omne D innouatum habet ſpacium id menſurans,quod appellatur tempus. Et hic eſt magis conueniens modus modorum,quibus ponitur hic ſermo: & eſt via Auicennę in probatione eſſe temporis. Attamen cum intelligere eſt difficile, quoniām omne poſsibile eſt ſpacium copulatum ei. & eſt locus quęſtionis, niſi cum conced tur ꝙ poſsibilitates, quę ſunt ante mundum, ſunt de natura poſsibilitatis repertę in hoc mundo.i. ſicut poſsibile, quod eſt in hoc mundo,de natura eius eſt vt eueniat ei tempus, ſic poſsibile, quod eſt ante mundum. hoc tamen eſt manifeſtum in poſsibili, quod eſt in mundo, vnde poteſt imaginari ex eo eſſe temporis.

Primo exponit vim argumenti Alga.dando ei efficaciam.ſecundo ibi (Et duratio) Remouet quęſtionem,& colligit membrum, de quo eſt ſermo. dicit ergo. Dicimus nos quod ſententia horum verborum eſt, ꝙ quādo imaginamur motū, nos non imaginamur niſi prolongationem quandam & menſurationem,quæ ſi eſſet pondus,vel menſura,motus menſuratur ea, & ait,quod licet in illa prolongatione non ſit motus,ſaltem ibi poteſt poni motus vnus altero longior. ſ.lōgior primo motu,id eſt motu cœli.vel ſi non poteſt eſſe longior motu cœli,ſaltē equipollet ei, id eſt eſt ei æqualis: ſufficit ergo quod ante mundum poſsit poni in illa prolongatione motus maior motu cœli , vel ei ęqualis. (Ponamus ergo) Tunc arguit.ponamus ergo per exemplum hoc fuiſſe ſpatium mille annorum: & quia Deus apud eos poterat creare aut hunc mundum,aut alium mundum. ergo prolongatio,qua productus fuit mundus menſuratus, eſt longior illa prima, qua potuit produci alius prior iſto , ex quo mundus primus menſuratur quantitate terminata. erit ergo breuior hac. Similiter erat poſsibile alius mundus tertius creari ante ipſum ſecundum , & ſine dubio poſsibile erat quod prolongatio, in qua menſurari poterat quantitas ſui eſſe , pręcedebat quemlibet eorum mundorum,& hoc poterat ire , & procedere ad infinitum. ergo hic eſt dare prolongationem pręcedentem omnes mundos. Vult ergo habere ex hoc:quod ante eſſe huius mundi fuit mora media intereſſe , & poſſe : cum ante eſſe huius potuerint eſſe infiniti mundi, quorum quilibet potuit eſſe ante alium , & ſic in infinitum. (Et hæc duratio) Remouet quęſtionem. poteſt enim fingi quod illa duratio pręcedens fuit priuatiua,non poſitiua:eo quia, tunc non fuerunt mundi infiniti , ſed potuerunt eſſe . & ideo fuit priuatio prolongationis cum poſsibilitate ad illam. Contra iſtud arguit Auerroes tribus rationibus;ſecundo ibi (Et eſt manifeſtum) F tertio ibi.(Et ſic dicendum)primo ponit concluſionem,quam intendit.d. & hęc duratio ſeu prolongatio, quę menſurat omnes , impoſsibile eſt quod ſit priuatio. Deinde ponit rationem, quę ſic componitur.omnis quantitas menſuratur quantitate poſitiua. mundus eſt quantitas. ergo menſuratur quantitate poſitiua, & ſic tēpore. Huius primo ponit minorem.d. mundus enim neceſſario eſt quantitas.deinde maiorem. d. & quantitas menſuratur quantitate. deinde ponit conſequens ad concluſionem:d.& ideo hęc quantitas ſine dubio menſurans eſt tempus.(Et eſt manifeſtum) Hic ponit ſecundam rationem, quę ſic componitur.omnis menſura poſitiue,& realiter præcedit menſuratum. ſed illa prolongatio eſt menſura apud eos ipſius mundi. ergo realiter & poſitiue præcedit mundum. huius tangit maiorem.d. & eſt manifeſtum ꝙ omnis menſura pręcedit in eſſe, id eſt realiter & poſitiue quamlibet rem innouatam , ſicut menſura pręcedit quemlibet innouatum menſuratum in eſſe.(Et ſic dicendum) hic tāgitur tertia ratio per impoſsibile.d. & ſic dicendum eſſet, ꝙ iſta prolongatio, quę eſt tempus , fuerit innouata innouatione primi motus,ergo ante eam eſſet prolongatio menſurans, qua menſuratur. & eſt tanquam menſurans. Similiter dicendum eſt , quod ante quemlibet mundum, verum, vel imaginatiue eſſet duratio, ex qua menſuratur,ergo hęc prolongatio non eſt noua,ſed ſemper fuit;ſi enim noua eſſet, haberet durationem,

A ex qua menſuratur.& quodlibet ſic ſe habens, tempus nuncupatur. deinde po-
nit autorem huius vis,& difficultatem, & patet. Debes ſcire, quod ſicut co- Dupliciter
lumnam eſſe dextram, vel ſiniſtram poteſt duobus modis intelligi: vno mo- pōt intelligi
do per naturam intrinſecam, eo modo, quo animal per virtutem intrinſecam tēpus finiri.
eſt dextrum, & ſic falſum eſt ipſam eſſe talem. ſecundo modo per accidens, &
reſpectiue per rationem extrinſecam alterius. & ſic verum eſt. Ita tempus fi-
niri apud philoſophos poteſt intelligi duobus modis. vno modo intrinſeco, quia
detur vltimum inſtans,& intrinſecum, vltra quod non proceditur amplius: alio
modo extrinſeco, & reſpectiuo, pro quanto in eo finitur aliquid,& pro quanto
homo ſignat ab intellectu inſtans totius præteriti in eo, quę ſignatio nihil ponit
temporis, cum inſtans non ſit in actu apud Auer. niſi in noſtra mente, ſicut vni-
uerſale. Secundo debes ſcire, quod ſicut circulo per rationem intrinſecam re-
pugnat finiri, eo quia ibi intrinſece non eſt dare punctum, ad quem terminatur,
& vltra quem amplius non protenditur, ita tempus finiri ab intrinſeco eſt im-
poſsibile apud eos:& ſicut a nobis poteſt circulus intelligi finitus, per hoc, quod
ſignamus punctum a quo incipit, licet iſta ſignatio nihil relinquit in eo, ſed tan-
tum in nobis, ita in tempore ſignamus inſtans huius diei eſſe finem totius tempo
ris pręteriti,& principium totius futuri, licet intrinſece nihil ſit in eo, cū actu nul-
B lum ſit inſtans terminans, nec actu pręteritum eſt diuerſum a futuro, ſed tantum
in potentia vt patet ab Auerro. alibi. ideo dicit Auer. 8. phyſi. commen. 5. quod
tempus finiri per ſe,& infinitum eſſe per tranſitum per ſe, eſt impoſsibile per ra-
tionem intrinſecam, vt patet ibidem. 13. commen. licet per accidens non incon-
ueniat, vt patet. 5. phyſi. c. 13. & ibidem. 8. commen. 47. Ex his poteſt ratio Ratio.
componi vna fortiſsima ſic, aggregans omnes alias. quicquid repugnat eſſentia-
liter tempori actuali,& per rationem intrinſecam repugnat eſſentialiter, & per
rationem intrinſecam tempori poſsibili eſſe: patet, ſi hinnibile repugnat forti ge
nito, repugnat forti generando: ſed finiri per ſe, & ratione intrinſeca repugnat
tempori actuali, ergo tempori poſsibili, quod præceſsit tempus actu genitum ſi-
mul cum mundo. ergo impoſsibile eſt tempus potentiale finiri ad primum inſtās
temporis geniti.

Sed hic eſt quæſtio non parua. videtur enim quod nulla iſtarum ratio-
num valeat. quoniā Theologi dicunt quod tempus,& motus primus nō ſeorſum
creati vel generati fuerunt, ſed ſimul cum mundo, ſicut Plato dicit, ſolus enim
Plato mundum generat,& ſimul cum eo tempus,& motum factum eſſe dicit, vt
8. phyſi.& primo cœli teſtatur Ariſt. Quando autem arguitur. omne innouatum
menſuratur aliqua menſura, eſt verum de innouato propria innouatione, quali-
ter non innouatur motus,& tempus, vt Plato dicit, & ſic poſſet defendi opinio
C Plato.& etiam legis,& eſt optima reſponſio & vera. Attamen contra poteſt Contra.
replicari pro Auer. & Ariſto. quoniam omne, quod per ſe incœpit, vere aliquan
do fuit,& aliquando non. ergo omne, quod incœpit cum alio, aliquando fuit, &
aliquando non. Sed omne tale habet menſuram propriam, vel communem ſibi,
& illi, cum quo incœpit. ergo, &c. Quod ſi dicatur ꝙ aliquando, & aliquando Reſponſio.
ſunt conditiones temporis imaginarii & non veri. Contrà, huiuſmodi conditio- Replica.
nes ſumuntur ab aliquo ex parte rei, vel a nullo. Si a nullo, ergo eſt chimericū.
& ſi ab aliquo, ergo eſt extenſio vbi poteſt ſignari aliquando & aliquādo. Prę-
terea, non plus eſſe debetur tempori, quam eſſe menſuram alicuius. ſed tale nihil
requiritur niſi anima, ergo illud, vbi ſignabitur aliquando & aliquando, erit ve-
re tempus. Prętereа, nunc tempus eſt, demonſtrando inſtans, in quo mundus
creatus fuit,& ante illud non fuit, ergo vere tempus incœpit, ergo ſibi reſpondet
vera menſura incęptionis eius. Pro fundamento philoſophorum debes ſcire, Fundamen-
quod ipſi non ponunt aliquam productionem niſi generationem. quoniam ipſi tū philoſo-
non ponunt niſi illud, quod eſt commune omnibus ſenſibus, vel contra ipſum phorum.
nullus ſenſus contradicit. cum igitur creationi omnis ſenſus contradicat, vt alibi
declaraui, ideo tantum generationem ponunt. omnis autem generatio finis eſt al-
terationis. ideo, ſi mundus incępit, vere genitus fuit,& vere alteratio ipſum prę-
ceſsit, ergo ante tempus fuit vere tēpus. & hoc fundamento vſi ſunt philoſophi.

quod ſi verum eſt, rationes Auer. ſunt demonſtratiuę. Verum rationes contra responſionem Platonis ſunt poſitę a me gratia exercitij, & de facili ſoluuntur. D

Solutio. Ad primam dico, quod tempus imaginatum ſumitur a poſsibilitate temporis, quę eſt in agente. Ad ſecundam negatur antecedens. immo requiritur fundamentum a quo ſumitur, ſcilicet aptitudo fundata in motu, de qua ſuperius dixi. Ad tertiam dicendum, quod nunc tempus eſt, accipiendo nunc poſitiue & vere. Ante non fuit, ly ante accipitur priuatiue, & non vere. & ideo rationes philoſophorum ſunt tantum ex ſuppoſitione, & licet ita ſit, iſtud tamen eſt verum fundamentum eorum, & tu conſidera.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem eſt, quoniam hoc totum eſt ex opere imaginationis. & magis conueniens modorum, circa ablationem præceſsionis tempori, eſt cum dicimus verum fuerat in poteſtate Dei creare orbem ſuperiorem in eleuatione eius, maiorem eo, quo creauit eum. Si autem dixerint non, ergo eſt deficiens. E Si vero dixerint ſic, vt duo brachia, vel tria, & ſic procedet in infinitum, tunc in hoc eſt affirmare dimenſionem vltra mundum habentem menſuram quantitatiuam. nam eleuatum menſura duorum brachiorum, aut trium occupabit locum maiorem eo, quem occupabat aliud per duo brachia, vel tria. ergo vltra mundum, ſecundum hoc, eſt quantitas determinans habentem quantitatem, & eſt corpus, aut vacuum. igitur vltra mundum eſt vacuum, aut plenum, &c. vſq; ad & reſponſio noſtra, imaginando in imaginatione exiſtimationem poſsibilitatum temporalium ante eſſe mundi, eſt ſicut reſpõſio veſtra, imaginando in imaginatione exiſtimationem poſsibilitatum localium vltra eſſe mundi.

Declarauit Auer. ꝙ ſimilitudo Alga. nulla eſt. dixit enim Alga. quod ſicut mundus finitur ſeipſo, & ita tempus, vt viſum fuit, vult modo Alga. probare ſimilitudinem, & dicit, ait Alga, nos vero ſuper hoc arguemus dicentes, ꝙ omnia iſta ſunt phantaſię, cuius rationem dicit. opus enim, & facultas ad caſſandum prędicta, eſt, ꝙ opponamus tempori cum loco, id eſt, comparemus naturam temporis cum natura loci, & locati, & dicemus ꝙ erat in potentia Dei, vt faceret ſupremum orbem maiorem, ſcilicet octauum, quam mundus eſt in quantitatę vnius palmę. &, ſi philoſophi hoc negarent, attribuerent Deo defectum: ergo Deus poteſt facere octauum orbem multo maiorem, quam nunc ſit. (Si vero ipſi.) Nunc eligit membrum ad propoſitum. d. ſi vero ipſi concederent, poſſunt confiteri de duabus palmis, vel tribus, & in infinitum, tunc concludit, ergo oportebit ex hoc concedere retro mundum ſpatium quantitabile. ſpatium enim duarum palmarum magis impedit, quam ſpatium vnius palmæ: ergo retro mundum eſt dare ſpatium quantitabile, id eſt, magnum, quod eſt neceſſarium ponere, aut corpus, aut vacuum, &c. quę ſequuntur iſtum hominem, & quomodo intelligitur hęc ratio ad propoſitum Alga. non exponit, ſed Auerroes ſtatim. F

Vult modo Auer. dare vim argumento Alga. Deinde ibi (reſponſio huius eſt) dat reſponſionem. Primo ergo dicit, dicimus nos ꝙ id, quod dixit Alga. bene ſequitur, poſito ꝙ quantitas corporea mundi poſsit ad infinitum augmentari. tunc. n. ſequitur ꝙ poſsit a Deo benedicto inueniri res finita, quã precederẽt infinitę poſsibilitates quantitabiles. ſtat ergo in hoc, ꝙ ſi mundus poſsit eſſe maior quam modo ſit, tunc poſſent ante eum precedere poſsibilitates infinitę, ſub qui-

A bus potuit eſſe, & nõ eſt. Tunc reducit exemplum ad propoſitum.d.vnde, ſi hoc
eſſet poſsibile in magnitudine, ſequitur ſimiliter in tempore. ergo inueniretur tẽ
pus finitum ab vna extremitate.ſ.a parte ante, quamuis pręcedant ipſum poſsi-
bilitates temporales ad infinitum. Ecce igitur vim ſimilitudinis. arguitur igitur
ſic, ſicut mundum pręceſſerunt infinitę poſsibilitates quantitabiles, ita & tẽpus:
ergo, ſicut mundus a Deo ponitur finitus, ita & tempus, & ſic apparet vis ar-
gumenti Alga. (Reſponſio huius.) cum dedit vim argumento Alga. vult ſol-
uere ipſum. vbi debes ſcire ꝙ tres ſunt naturę entis.ſ.neceſſaria, impoſsibilis, &
contingens. omne.n.ens aut eſt neceſſarium, aut impoſsibile, aut contingens, &
hoc declarauit Ariſt. in prioribus, & Auer. primo cœli.cõ.138.dicit ergo quod
mundum fore maiorem, vel minorem eſt natura entis impoſsibilis. & hoc primo
ponit, ſecundo ibi. (Si enim poſsibile.) Probat hoc. Dicit ergo primo, reſponſio
huius eſt, quod imaginari eſſe mundum maiorem vel minorem eſt poſsibile ſe-
cundum veritatem, ſi natura poſsibilitatis ante eſſe mundi fuiſſet, & non fuiſſent
etiam alię duę naturę, videlicet neceſſaria, & impoſsibilis. quod eſt falſum. qm̃
mundum eſſe maiorem vel minorem non eſt natura poſsibilis, ſed impoſsibilis.
hę nãq; tres naturæ ſemper fuerunt. & ideo redargutio Alga. cõtra philoſophos
nullo modo dirigitur: ipſi nãq; opinantur quod impoſsibile eſt mundũ eſſe maio-
rem, vel minorem. (Si.n.poſsibile.) Nunc probat hoc.d.ſi enim eſſet poſsibile
B reperiri magnitudo maior magnitudine, qua mundus nunc eſt, & ſic in infinitũ,
ſequeretur quod deberet reperiri magnitudo infinita in actu, cuius conſequens
deſtruit.d.quod eſt falſum, vt declaratum eſt ab Ariſt. pri. cœli & mundi. At cõ-
tra quos valet argumentum.d. ſed apud negantem prędictam impoſsibilitatem, et
dicentem eſſe poſsibile reperiri mundum maiorem, quam nunc ſit, erit redargu-
tio illa perfecta, & valde vehemens. oportet enim quod hęc ſit poſsibilitas ſal-
tem intellectualis, ſicut mundum apud philoſophos. Si ergo conceditur quod po-
teſt eſſe maior mundus, quam nunc ſit. iam ſequitur quod poſsibilitates quantita-
biles potuerunt eſſe, & pręceſsiſſe infinitę.

Sed circa hoc eſt quęſtio, quomodo valet hęc conſequentia, põt aliqua
quantitas ad infinitum venire, ergo augebitur ad infinitum, arguitur.n.hoc non
valere: qm̃ non ſequitur apud Auer. primo de gene.cõ.9. continuum põt diminui
in infinitum, ergo diminuetur. Ad hoc dixerunt quidam logici hanc conſequẽ- Reſponſio quorũdã logicorum.
tiam tenere: qm̃ primo priorum definitum eſt contingens, quod eſt, quo poſito
ineſſe nullum ſequitur inconueniens: vbi plane Auer. & Alber. volunt omne
contingens debere reduci ad eſſe. Sed replicatur: qm̃ a pari deberet tenere ſecun Impugnatio
da conſequentia per hanc regulam.ſ. continuum poteſt diuidi in infinitum, ergo Defenſio.
diuidetur: qm̃ omne poſsibile debet reduci ad actum. Poteſt reſponderi, quod Impugnatio
C prima propoſitio eſt vera de ſenſu compoſito, ideo debet poni in eſſe. ſecunda
autem de ſenſu diuiſo, ideo non debet poni in eſſe. Sed reuera hęc reſponſio
peccat in duobus. Primo, quia non dat cauſam, quare hęc quidem intelligitur de
ſenſu compoſito, illa de ſenſu diuiſo. Secundo, quoniã omnis propoſitio, cuiuſcun
que ſenſus eſt, debet poni ineſſe, aliter poſsibile reuerteretur impoſsibile, vt di-
ctum eſt ibidem. & 5. meta. cõm. 8. et ego declaraui totũ hoc in expoſitione mea
primi priorum. Addunt alij, ꝙ hęc diuiſio propoſitionis in ſenſum cõpoſitum, &
diuiſum, nunquã fuit dicta ab Ariſt. Ideo videtur mihi eſſe dicendum cũ Auer. Solutio propria.
3. phy. maxime cõm. 69. quod augeri eſt ire ad formam, diminui eſt ire ad ma-
teriã: & quia ire ad formã eſt ire ad vnũ actum, ideo prima intelligitur de ſenſu
cõpoſito, & ideo debet reduci ad vnũ eſſe actu. ſecunda aũt eſt ire ad materiã, et
ideo eſt ire ad plures diminutiones, & ideo intelligitur de ſenſu diuiſo, quę debet
reduci ad actum diuiſum. omnis enim propoſitio, qualiter eſt contingens, taliter
debet eſſe, & poni ineſſe: quia igitur prima eſt de poſsibili compoſito ad vnum
ſimul, ideo debet poni ineſſe ſimul ad vnum: quia ſecunda eſt de eſſe & poſsibili
diuiſo, & ſucceſsiuo, ideo debet poni in eſſe ſucceſsiuo, & multiplicato. & ſic ap-
paret deductio conſequentię. & iam, dum egi tertium phiſicorum, melius declara
ui totũ hoc. (Et ideo quicunq;.) Hic correlarie declarat, contra quem valet ratio
Alg. & dicit. & ideo quicunq; opinatus fuit mundũ creari in tẽpore, & dicat, ꝙ

quodlibet corpus eſt in loco, oportet eum concedere ꝙ ante illum locum ſit locus.ſ.aut corpus.i.plennm,aut vacuum. Ecce igitur conſequentia. ſi mundus ſit de nouo,ergo ante ipſum datur vacuum,aut plenum,qui eri eius locus.Cuius cōſequentię deductionem ponit.d.oportet namq; quod locus præcedat innouatum neceſſario. Hoc idem probat auctoritate Ariſto.d.& ideo quicunq; negaret eſſe vacuum,& concederet finitatem corporum.i.orbium,& maxime ſupremi, non eſt auſus concedere, quod mundus ſit creatus.i.nouiter factus. (Vnde dicimus,)Ex his infert peccatum ſimilitudinis.d.vnde dicimus quod,ſi imaginari dictam durationem menſurantem motum eſt opus phantaſiæ.i.non eſt verum,ſed fictum,vt dixit Alga. ſicut imaginari mundum eſſe maiorem vel minorem quā eſt,ſequitur ꝙ tempus non haberet eſſe aliquomodo: quoniam, ſicut imaginari mundum maiorem eſt imaginari falſum & impoſsibile,ita erit de tempore,poſtquam ſunt conſimilia: modo hoc eſt falſum. Tempus enim non eſt aliud niſi illud,quod comprehenditur vera comprehenſione ab intellectu de prædicta prolongatione menſurante motum.Ex his apparet reprobatio Alga. Tota difficultas huius partis eſt, quoniam non video deductionem conſequētiæ.ſ.mundus eſt nouus,ergo ante ipſum præcedit locus,plenum ſcilicet, vel vacuum. Quod declaro:quoniam mundus, ſi eſſet æternus,eſſet eiuſdem ſpeciei a ſeipſo, ſi eſſet nouus:ſicut albedo æterna, & albedo noua:ergo,ſicut ſequitur eſt nouus, ergo habet locum priorem tempore.ſequetur,eſt ęternus, ergo habet locum priorem ſaltem natura.vel,ſi non valet,vellem audire a ſacerdote Ariſto. ſcilicet Auer. cur hęc quidem tenet,illa vero non? Quod ſi dicat quod oportet locum præcedere innouatum neceſſario:quare, non præcedit æternum ſaltem pręceſsione in natura,ſi non in tempore? Multi fingunt quod huiuſmodi conſequentia tenet ad hominem,ſcilicet ad Alga.quoniam Alga. ſuſtentabatur in duabus propoſitionibus,ſ. quod mundus incępit nouiter,& quod oē corpus ſit in loco:& ad ipſum ſequitur prędictum inconueniens.apud autem peripatheticos nō ſequitur,qm̄ nō tenent,ſecundū,ſed tm̄ de corporibus rectis,Sed hęc deductio fatua eſt,cū Auer. com.6.quarti phy,faciat eandem conſequentiam, & non loquitur ad Alga.ſed ſimpliciter.ait.n.quod,ſi mundus eſſet nouus,quod omnino daretur vacuū. & tu vide eum.Mihi igitur vř quod conſequentia pōt duobus modis deduci. Primo, accipiendo quod,omnis productio ſit generatio apud philoſophos;qm̄, ſicut pluries dixi,philoſophi omnes creationē ex nihilo non perceperunt,immo habent eam negare,cum ſibi ſenſus omnes contradicant, & tunc habent ponere primū, ſcilicet ex nihilo nihil fieri. Secundo,accipio quod omne,quod generatur,generatur ex corpore:qm̄ omne genitum eſt alteratum,& omne alteratum ex corpore alteratur,dictum eſt.n.in fine ſecundi capituli de ſubſtantia orbis, quod alterans eſt corpus. &.7,meta.cōm.31. plane dixit, quod forma pura non poteſt transmutare materiam;Ex his eligo quod,ſi mundus ſit nouiter factus, tunc erit generatus: & ſi generatus,ante ipſum pręceſsit alteratio;& ſi alteratio pręceſsit ante ipſum,fuit locus,in quo ſit alteratio,& corpus alterans.ergo concedens mūdum nouum, habet concedere ante ipſum pręceſsiſſe vacuum, vel plenum: &, quando dicitur mundus nouus eſt eiuſdem rationis cum ſeipſo ęterno,falſum eſt: immo,vbi mundus eſſet nouus,eſſet corpus generabile & corruptibile, & forte non rotundæ figuræ.vbi autem eſſet æternus,non eſſet generabilis nec corruptibilis,& ſic differt genere ab ipſo corruptibili:qm̄ corruptibile & incorruptibile differunt genere.10,meta.in fine. Hic igitur eſt primus modus deducendi conſequentiā apud philoſophos. Secundus modus poſſet eſſe ex alio.declaratum eſt enim apud eos,ꝙ ante oē nouū pręceſsit duplex potentia.ſ.paſsiua,& actiua:& deduxit Auer.primo cœli.com.124.& quęlibet potentia paſsiua eſt materia:ergo,ſi mundus fuiſſet nouus,iam ante ipſum pręfuiſſet materia:ſed materię coęterna eſt dimenſio ergo ante mundum pręceſsit materia dimenſionata. & ſi ſic,tūc eſſet vacuum ante mundum, qm̄ nihil eſt vacuum niſi materia ſpaciata per dimenſionem:Et ſic apparet ſecundus modus deducendi conſequentiā, tamen quilibet iſtorum modorū eſt ex principijs philoſophorum: quomodo autem oportet deduci ſimpliciter non poteſt dici.Nunc igitur ſit dictum intantum.

Quomodo valet cōſequentia, ſi mundus eſt nouus, ergo ante ipſum p̄ceſsit plenū, vel vacuum.

Poſitio quorundam.

Impugnatio Poſitio propria.

Deductio cōſequētię.

Secūdo modus deductionis cōſequentiæ.

D E F

AVER.

A

AVEROES.

AIt Auer. Hoc conſequens verum eſſet, cum fuerit poſsibile addere menſuram corporis mundi in infinitum. nam ſequitur ſecundum hoc, vt reperiatur a Deo glo. aliquid finitum, quod præcedent poſsibilitates quantitatiuæ infinitæ. &, cum hoc fuerit poſsibile impoſsibilitate magnitudinis, erit etiã poſsibile in poſſibilitate temporis, & erit tempus finitum in extremis ſuis, licet fuerint ante id poſsibilitates temporales infinitæ. Attamen reſponſio ei eſt, quòd imaginari menſuram mundi maiorem, ſeu minorem ea, quæ eſt, non eſt verum, immo eſt impoſsibile: & non ſequitur ex eo, quòd hoc eſt impoſsibile, vt ſit imaginatio poſsibilitatis alterius mundi ante hunc mundum impoſsibilis, niſi natura poſsibilis iam innouata fuerit: & non fuerant ante eſſe mundi niſi duæ naturæ, natura ſcilicet neceſſarii, & impoſsibilis. & manifeſtum eſt quòd iudicium intellectus de eſſe naturarum trium non deficit, nec deficiet in iudicando de eſſe neceſſarii, & impoſsibilis. Hæc autem quæſtio non ſequitur Philoſophis, quoniam ipſi tenent quòd mũdus impoſsibile eſt vt ſit minor eo, quod eſt, nec maior. Si autem admittitur, vt ſit magnitudo maior magnitudine alia, & hoc in infinitum, tunc poſsibile eſt vt reperiatur habens menſuram abſque fine. &, ſi admittitur vt reperiatur habens menſuram abſque fine, tunc erit ens habens menſuram infinitam in actu. & hoc eſt id, quod iam declarauit Ariſto. additionem in habente menſuram in infinitum eſſe falſam. Sed in opinione eius, qui admittit hoc, ex eo ꝙ euenit ei defectus in Deo, bene conuenit ei hæc quæſtio. nam poſsibilitas hic eſt intellectualis, ſicut eſt ante mundum apud Philoſophos. & propterea qui dicit de innouatione mundi innouatione temporali, & dicit eſſe omne corpus in loco, ſequitur ei neceſſario vt ſit ſupra eum locus, & hoc eſt aut corpus, in quo ſit innouatio, aut vacuum. nam locum neceſſe eſt præcedere innouatum neceſſario. & ideo qui deſtruit naturam vacui, & dicit finire corpus, non poterit ponere mundum innouatum. Et ideo qui negat ex poſterioribus ſectæ Aſſariæ eſſe vacuum, ſeparat radices hominum, quod non video in eis: ſed recitauit mihi hoc aliquis, qui operam dedit opinioni horum hominum. Si autem eſſet operatio huius ſpacii menſurantis motum, quod eſt quaſi menſura motus de operatione imaginationis falſæ, ſicut imaginatio mũdi maioris, aut minoris eo, quod eſt, non erit tempus in rerum natura. nam tempus nihil aliud eſt, niſi id, quod apprehendit intellectus de hoc ſpacio menſurante motum. &, cum fuerit per ſe notum quòd tempus reperitur in rerum natura, oportet vt ſit hæc operatio rationis ex operationibus eius veris attributis intellectui, non ex operationibus attributis imaginationi.

B

Philoſophi tenẽt ꝙ mũdus non põt eẽ maior neque minor.

C

ALGAZEL.

AIt Alga. Nos autem dicimus ꝙ id, quod non eſt poſsibile, nõ eſt attributũ poſſe: & eſſe mundum maiorem & minorem eo, quod eſt, non erit poſsibile: ergo non eſt imaginabile.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc eſt reſponſio ei, quod negauit ſecta Aſſaria de poſitione mundi, ꝙ impoſsibile eſt vt ponat eum Deus glo. maiorẽ, aut minorẽ, eſt defectus Deo glo. quoniam defectus non eſt defectus, niſi eius, cui attribuitur poſſe, non autem de re falſa.

Quid dicat defectũ ſecũdũ philoſophosq̃n rep. ſ. eſt poſsibilis & ex parte paſsi Agens tñ non poſsit.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. dubitans eis, hæc autẽ excuſatio eſt inconueniens tribus modis. quorum vnus eſt, ꝙ hoc eſt prædominium intellectus, nam intellectus conſyderans mundum maiorem, aut minorem eo, quod eſt, brachio, non eſt ſicut conſyderatio coniunctionis inter nigrum & album, & eſſe ac priuationem. impoſsibilis aũt eſt collectio inter ablationem, & affirmationem, & ad id conuertuntur omnia mendacia, ergo eſt ſententia corrupta.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo in hoc, ſicut dixit, eſt prædominium intellectus, qui eſt primo aſpectu. ſed apud intellectum verum non eſt prædominium: nam ſermo de poſsibilitate huius, ſeu de priuatione poſsibilitatis eius indiget demonſtratione. & ideo dixit verum, cũ dixit ꝙ impoſsibilitas huius non eſt ſicut conſyderatio coniũctionis inter nigrũ & album, quoniam hoc manifeſtũ eſt per ſe eſſe falſum. Eſſe vero mundum maiorem, aut minorem eo, quod eſt, impoſsibile eſſe, non eſt notum per ſe: mendacia aũt, licet conuertantur ad mendacia per ſe nota, conuertuntur tamen duobus modis, quorum Vnus eſt, ꝙ hoc ſit notum per ſe eſſe falſum, Secundus vero, vt conſequatur à poſitione eius conſequens proximum, aut diſtans falſitati ex falſitatibus per ſe notis ꝙ ſint falſæ. verbi gratia, ſi poſitũ fuerit poſsibile eſſe mũdum maiorem, aut minorem, ſequitur ex eo vt ſit extra eum plenum, aut vacuum: & ponere extra eum plenum, aut vacuum ſequitur ex eo falſum ex falſitatibus: ex vacuo quidẽ eſſe dimenſionem ſeparatã: ex corpore vero ipſum eſſe mobile ſurſum, aut deorſum, aut circulariter. ſi autem hoc fuerit, ſequitur vt ſit pars alterius mundi: & iam declaratum eſt eſſe alium mundum cum iſto, eſſe falſum in ſcientia Naturali: ſaltim ſequeretur vacuum. nam mundus non poteſt euadere a

Mẽdacia cõuertũtur duobus modis.

A quatuor elementis, & corpore circulari, quod mouetur circa ea. Qui autem deſyderat ſcire hoc, percutiat id cum digito ſuo in locis, vbi debet hoc conſyderari, & hoc poſt conditiones, quæ præcedere debent ſpeculanti ſpeculatione demonſtratiuâ. Deinde recitauit ſecundum modum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem mundus fuerit, prout eſt cum impoſsibilitate eſſendi maior, ſeu minor eo, quod eſt, tunc eſſe eius, prout eſt, eſt neceſſarium, non autem poſsibile: neceſſarium autem non indiget cauſa, & tunc dixerunt id, quod dixerunt Dahariæ de ablatione agentis, & ablatione cauſæ, quæ eſt cauſa cauſarũ. & hæc nõ eſt opinio veſtra.

AVEROES.

B Ait Auer. Reſponſio huius, ſecundũ opinionem Auic. eſt in promptu. nam neceſſarium in eſſe apud eum eſt duplex, neceſſarium in eſſe ex ſe, & neceſſarium in eſſe ex alio. Attamen reſponſio apud me in hoc eſt melior. nã ſequitur de neceſsitate vt in rebus neceſſariis ſecundum hunc ſermonem non ſit nec agens, nec faciens, verbi gratia inſtrumentum, quo ſecatur lignum, eſt inſtrumentum menſuratum in quantitate, & qualitate, & materia, ſ. ꝙ non poteſt eſſe ſine ferro: & impoſsibile eſt vt ſit abſque figura ſerræ, & impoſsibile eſt vt ſit ſerra in quacunque menſura fuerit: & tamẽ nemo dicit ꝙ ſerra ſit neceſſaria in eſſe. Et vide quanta eſt pulchra iſta ſophiſticatio. Si autem auferatur neceſsitas quantitatum rerum factarum, & qualitatum, & materierum earum, vt putat ſecta Aſſaria in creaturis cum Deo glo. auferetur ſcientia reperta in agente, & in creatis: & eſſet poſsibile, vt omne C agens ſit magiſter, & omne imprimens in entibus creans. & hoc totũ eſt deſtructio intellectus, & ſcientiæ.

Auic. poſuit duplex neceſſarium.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertius autem, quòd hoc corruptum, non deficit aduerſarius tenere oppoſitum eius; & dicit quòd non fuit eſſe mundi ante eſſe eius poſsibile, ſed conuenit eſſe poſsibilitati abſque additione, ſeu diminutione. Si autem dixeritis, iam permutatum eſt antiquum à non poſſe ad poſſe, dico ex eo ꝙ eſſe non fuerat poſsibile, non erat denominatum in poſſe determinato, & diminutio aduentus eius, quod impoſsibile eſt, non indicat nõ poſſe. Si vero dixeritis quomodo erat impoſsibile, & factum eſt poſsibile? dicimus non eſſe falſum eſſe aliquãdo impoſsibile, aliquãdo vero poſsibile. Si aũt dixeritis tẽpora ſunt ęqualia, dicitur vobis & menſurę quoq; ſunt ęquales.

& quomodo erit menſura aliqua poſsibilis, & tamen maior, aut minor impoſsibilis? ſi autem hoc non eſt falſum, ſimiliter & illud non eſt falſum, hæc eſt via quæſtionis, & verificationis in reſponſione, quòd id, quod dixerunt de imaginatione poſsibilitatum, nihil eſt. Quod autem concedi debet, eſt quòd Deus glo. eſt æternus, potens quidem, cui nunquam deficit actio, ſi voluerit: & non eſt in hoc poſſe aliquid, ꝙ affirmet tempus durabile, niſi imaginatio commiſcuerit ei alia. D

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ dicet ſecta Aſſaria Philoſophis, hæc quæſtio eſt apud nos mendoſa, ſ. ſermo dicentis mundum eſſe poſsibile maiorem, & minorẽ eſſe, qm̃ hæc quæſtio imaginatur ſecundum opinionẽ dicentis poſsibilitatẽ præcedere exitum rei ad tactum, ſ. eſſe rei poſsibilis, ſed dicitur ꝙ poſsibilitas eſt cum actu, prout eſt abſq; additione, ſeu diminutione. Attamen dicimus ꝙ negatio præceſsionis poſsibilitatis rei poſsibili eſt negatio neceſſarii. nam poſsibile opponitur ei, quod eſt impoſsibile, abſq; medio inter ea. ſi autem res eſſet impoſsibilis ante eſſe ſuum, eſt impoſsibilis neceſſario: & ponere impoſsibile in eſſe eſt falſum inconueniens: ponere vero poſsibile in eſſe eſt falſum poſsibile, non autem falſum inconueniens. Quòd autem poſsibilitas cum actu ſit falſa patet: qm̃ poſsibilitas, & actus ſunt duo oppoſita, quæ non congregantur in vno tempore: ergo iſtis ſequitur ꝙ non reperiatur poſsibilitas nec cum actu, nec ante. Et conſequens verum ſectæ Aſſariæ in hoc ſermone non eſt quòd permutetur ęternũ à non poſſe ad poſſe. non enim appellatur non potens qui non poteſt operari impoſsibile: ſed cõſequens verum eſt, vt res permutetur de natura impoſsibilis ad naturã eſſe, & eſt ſicut conuerſio neceſſarii ad poſsibile. Ponere vero aliquid in aliqua hora impoſsibile, & poſsibile in alia non remouet id à natura poſsibilis. nam hæc diſpoſitio omnis poſsibilis, verbi gratia ꝙ omne poſsibile, eſſe eius eſt falſum in hora, qñ eſt eſſe eius contrarii in ſubiecto ſuo. Cum autẽ confiteatur aduerſarius ꝙ aliquid ſit impoſsibile in aliqua hora, poſsibile vero in alia, iam confeſſus eſt ꝙ res ſit de natura poſsibilis ſimpliciter, non autem de natura impoſsibilis. & ſequitur ex hoc, cum ponitur ꝙ mundum fuiſſe impoſsibilem ante innouationem eius ęternitate infinita, vt ſit, cũ innouatus eſt, permutata natura eius ab impoſsibili ad poſsibile. hæc autem quæſtio eſt alia à quæſtione, de qua loquebamur, & iam diximus ꝙ proceſſus a quæſtione ad quęſtionem eſt operatio ſophiſtica. Cũ aũt dixit & verificatio in reſpõſione, ꝙ id, qđ dixerũt de poſsibilitatibus, nihil eſt, quod aũt cõcedi debet, &c. licet in hoc loco nõ ſit aliquid, qđ neceſsitet eſſe tẽpus ęternũ, vt dixit, eſt tñ aliquid, quod neceſsitat poſsibilitatẽ eſſendi mũdũ ęternum, & E F

Negatio præceſsiõis poſsibilitatis rei poſsibili eſt negatio neceſſarij.

Poſsibilitas et actus ſunt duo oppoſita quæ non congregantur in vno tempore.

A ſic ẽt tẽpus: nam Deus glo. non defecit eſſe potens in actione. & nõ eſt hic qđ neceſsitet impoſsibilitatẽ copulationis operationis eius cõtinue cum eſſe eius: ſed forte oppoſitum huius indicat impoſsibilitatem, & eſt ꝙ nõ erit potẽs in aliqua hora, potens vero in alia, & non dicitur de eo ꝙ ſit potẽs niſi temporibus determinatis finitis: & tñ ipſe eſt ens ęternũ, & antiquũ. Et rediit qõ vtrum ſit poſsibile, vt ſit mũdus antiquus, & ęternus, aut innouatus, aut erit poſsibile vt ſit innouatus, & impoſsibile vt ſit antiquus. Si aũt fuerit innouatus, vtrum ſit poſsibile vt ſit actio prima, vel ne. Si aũt nõ erit intellectui poſsibilitas perueniẽdi in vnũ horũ oppoſitorũ, tunc reuertitur ad auditũ. & nõ numeratur hęc quęſtio inter intellectuales. Et, cũ dixerimus ꝙ primũ impoſsibile eſt ei dimittere operationẽ bonã, & operari prauam, qm̃ eſt diminutio ei, quęro quę eſt maior diminutio quã ponere actionẽ ęterni finitã, & terminatã in actione innouati, cum hoc, ꝙ actio terminata imaginatur ab agente terminato, non aũt ab agente antiquo, nõ ter-
B minato, nec in eſſe, nec in actione? & hoc totũ, vt vides nõ latet eũ, qui habet ẽt paucũ viſum in intellectualibus Et qũo eſt impoſsibile agẽti ęterno quin ante actionẽ, quę emanauit ab eo in præſentiarũ, ſit actio alia, & ante actionẽ actio, & procedet hoc in intellectu noſtro in infinitũ, ſicut procedit eſſe eius, ſ. agentis in infinitũ. nã ille, cuius eſſe non adęquatur tempus, & nõ comprehendit eum ab extremitatibus eius, neceſſe eſt vt actio eius nõ cõprehendatur à tẽpore, & nõ adæquetur ei tẽpus terminatũ. qm̃ omne ens non retardatur actio eius eſſe eius, niſi quia deficit in eſſe ſuo aliquid, ſ. ꝙ nõ erit in eſſe ſuo perfecto, aut quia eſt ex eligẽtibus, & retardat actio eius eſſe eius pp electionẽ. Qui aũt ponit ꝙ ab ęterno non emanat niſi actio noua, jam ponit quòd actio eius aliquo modo eſt violẽta, & quòd nulla ſit ei electio in actione ſua illo modo.

Cuius eſſe non adęquatur tẽpori neceſſe eſt vt actio eius nõ comprehendatur tpe.

C

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertia ratio de antiquitate mundi eſt ꝙ Philoſophi tenuerũt, dicentes ꝙ eſſe mundi fuit poſsibile ante eſſe eius. nã falſum eſt vt ſit impoſsibile, deinde fiat poſsibile. Et hoc quidẽ poſsibile non habet principiũ, & non defecit eſſe permanens, & nõ defecit mũdũ poſsibilẽ eſſe: qm̃ non eſt hora horarũ, in qua poſsibile ſit denominare mundum eſſe impoſsibilem. &, cũ poſsibilitas nõ defecerit, tunc poſsibile circa conuenientiã poſsibilitatis non defecit. nã dicere eſt poſsibile eſſe eſt ꝙ non eſt impoſsibile eſſe eius. &, cũ fuerit eſſe eius poſsibile in æternũ, nõ erit falſum eſſe eius in ęternũ. ſin autẽ, ſi eſſet falſum eſſe eius ſemper, & inconueniens, dicemus ꝙ eſt poſsibile eſſe eius in ęternũ. ſi aũt eſt falſum dicere ipſum eſſe poſsibile in ęternum, eſt falſum dicere poſsibile nõ defecit. &, ſi falſum eſt dicere poſsibile non defecit, erit verum quòd poſsibile habet principium. &, cũ

fuerit vere verum habere principium, erit ante hoc impoſsibile, & ve D
niet res ad affirmandum horam in qua non fuit mundus poſsibilis, &
non fuit ipſe Deus glo. potens in eo.

Vult adducere Alga. tertiã rationem philoſophorum ad probandũ mundum eſſe æternum. Et primo proponit vnã conſequentiam, ſecundo ibi (Impoſsibile eſt) Probat eã. dicit ergo in prima. ait Alg. tertia auctoritas philoſophorum ad aſſerendũ mundũ fuiſſe ab æterno, hæc eſt. ſ. mũdi. eſſe antequam erat, ſup. ſi nouus eſt, erat impoſsibile, ergo nunquam reducitur ad actum. huius conſequentię tantum tangit antecedẽs. (Impoſsibile eſt) probat conſequentiam. d. ꝙ eſt impoſsibile, & falſum. ſup. quod mundus ante ſit impoſsibilis, & quod poſt ſit reductum ad poſsibilitatem. i. ad actum poſsibilitatis. (Et hęc poſsibilitas) Hic probat antecedens. d. & hæc poſsibilitas eſt ſine principio, ideo ſemper fuit permanens. ſ. taliter, quod nunquam mundus fuit abſq; ipſa poſsibilitate. Si igitur mũdus incœpit ante eius eſſe, ſemper fuit ens poſsibile eſſe. Tunc infert, quare nũquam fuit: quia mundũ fuiſſe impoſsibile eſt: qm̃, ſi in ſui natura ſemper eſt poſsibilitas ad eſſe, & nunquã eſſet: ergo nunquam erit, ergo eſt ens impoſsibile, & per conſequens non poterit exire ad actum: quia poſsibilitas nunquã ceſſauit, ergo poſsibile nunquam ceſſauit. Ex hoc ſequitur quod, ſi mundum eſſe eſt ſemper poſsibile, mundũ eſſe eſt impoſsibile: qm̃ ſemper poſsibile eſt dicere quod E nunquã reducitur ad actum, & ſi nunquã reducitur ad actum, eſt ſemper impoſsibilis. ergo, ſi ſemper poſsibilis, ſemper impoſsibilis: & ſic apparet antecedens, & tota vis huius conſiſtit in hoc, quod natura impoſsibilis eſt illa, quæ nunquã reducetur ad actum. (Et quando) Hic adhuc clarius declarat conſequentiam. d. & quando ſibi attribuimus poſsibilitatẽ: intellectum eſt quod ipſum habere eſſe non eſt falſum. Tunc vltra, & poſtquã ſemper fuit poſsibilis, ergo nunquã fuit taliter quod ſibi attribueretur eſſe, & ſic illud poſsibile eſt eſſe falſum, ergo eſſet impoſsibile. cuius rationem tangit. d. quia, ſi eſſet impoſsibile ipſum dicere ſemper fuiſſe poſsibile. i. verum eſt ipſum non fuiſſe poſsibile: ergo falſum eſt poſsibilitatem dicere nunquã ceſſaſſe: & apud me vult dicere, ſi idem eſt ipſum eſſe ſemper poſsibile, & ipſum eſſe impoſsibile, ergo falſum eſt dicere non ceſſaſſe ab eo poſsibilitatẽ: qm̃, ſi in eo impoſsibilitas ineſt, poſsibilitas remouetur, ergo falſum eſt dicere poſsibilitatem non ceſſare. Deinde probat, quod poſsibilitas ſemper ineſt dicẽs, et ſi ita, ideſt poſsibilitas incœpit, ſequitur quod poſsibilitas principium habuiſſet. & ſi ſic, ergo mundus ante hoc eſſet impoſsibile eſſe, ſup. poſtquã ſemper fuit poſsibilis, & ſic neque Deus eiuſdẽ poterat, ſup. eſſe ponere in effectu. Debes ſcire, quod virtus rationis tota conſiſtit in hoc, ſi mũ-

Viger ratio nis.

dus incœpit, ergo ante ipſum præceſsit poſsibilitas infinita, ergo ex vtroq; latere ſempiterna: quoniam, vt deducit Auer. in cœlo & mundo, ſ. in primo commentis. 128. 133. & 134. infinitum nõ magis determinatur ad vnam partẽ quam ad alteram. ergo vel ad neutram, vel ad vtramque. Si igitur poſsibilitas eſt ſempiterna, ergo mundum eſſe eſt ſemper poſsibile: & ſic eſt ipſum eſſe impoſsibile, & ſic nunquã incœpit. & hoc vult Alga. deducere. F

AVEROES.

Quod poſsibile eſt vt recipiat æternitatẽ poſsibile eſt vt non ſit corruptibile.

AIt Auer. Qui aũt concedit ꝙ mũdus, antequã fuiſſet, fuerat poſſibilis poſsibilitate non deficiente, neceſſe eſt ei eſſe mundũ ęternum. nam id, quod nunquã defecit eſſe poſsibile, ſi poſitum fuerit non defeciſſe eſſe, non ſequitur ex poſitione eius inconueniens, & quod eſt poſsibile vt ſit æternum, neceſſe eſt vt ſit æternũ. id enim, quod poſsibile eſt ei vt recipiat æternitatẽ, poſsibile eſt ei vt non ſit corruptibile, niſi ſit poſsibile vt corruptum fiat æternũ. & ideo dicit ſapiens Ariſto. ꝙ poſsibilitas in rebus æternis eſt neceſſaria.

A Hic Auer. vult confirmare rationem philoſophorũ, quã adduxit Alga. & primo proponit conſequentiam. d. dicimus nos ꝙ ille, qui concedit mundum fuiſſe, ſcilicet nouiter, antequã haberet poſsibilitatem infinitam. concludit conſequẽs. d. oportebit eũ concedere mundum fuiſſe ab æterno. Hanc conſequentiam non probat. poteſt tamen probari, qm̃, ſi mundus incœpit in a tempore: vel igitur ante præceſsit infinita poſsibilitas, vel finita: non finita, qm̃, tunc Deus nõ fuiſſet ab æterno, vt ſcis, ergo infinita. & hoc vult Auer. Tunc ex hoc confirmat conſequentiã Alg. d. ſi enim id, quod poſsibile fuit ſemper, diceremus ꝙ non ſemper in eſſe fuiſſet, ſequitur ex hoc eſſe falſum, id eſt ſequeretur ex hoc ꝙ mundum fore, eſſet impoſsibile, vt deductum fuit ſupra. (Et ideo.) Hic colligitur totũ d. & ideo oportet ꝙ ſit ab æterno. id enim, quod poſsibile eſt ꝙ ſit ab æterno, eſt poſsibile ſimpliciter ꝙ non corrumpatur, id eſt oportet vt ſit æternum, niſi eſſet poſsibile ꝙ corruptibile conuerteretur æternale: quod falſum eſt. & iccirco dicit philoſophus ꝙ poſsibilitas in rebus eſt neceſsitas. Sed circa hæc tres accidunt difficultates. prima, quoniam ait quod omne poſsibile ſemper eſt impoſsibile vt corrumpatur. hoc videtur falſum: quoniam, qua ratione eſt poſsibile eſſe, eadem ratione & poſsibile non eſſe. ergo eſt poſsibile vt corrumpatur, ſicut eſt poſsibile vt generetur. Secunda, quoniam multa ſunt poſsibilia in rebus, quæ non ſunt neceſſaria, vt ſcis. Tertia, qm̃ Ariſt. nunquam dixit iſtud, quod ſibi Auerro. attribuit. Ad primam poteſt dici, vno modo, ꝙ poſsibile ſemper, eſt ſemper non ens. & tunc arguitur. ſemper non ens nõ poteſt corrũpi, quoniam ſemper nõ ens eſt neceſſario non ens: & hoc corrumpi nõ poteſt. Sed hoc non eſt ad mentem Auer. ideo aliter intelligitur, ſcilicet in ſempiternis. vbi idem eſt poſsibile, & neceſſarium, & hoc dicit, ſcilicet ꝙ poſsibile ſemper, ſup. in neceſſarijs, impoſsibile eſt ꝙ corrumpatur: quoniam ibi idem eſt neceſſarium & poſsibile. Ad tertiam dicendum, quod licet Ariſt. in 3. Phyſi. non dicat vniuerſaliter illã, vt apparet tex. com. 32. attamen intelligitur in rebus neceſſarijs & ſempiternis. Sed quomodo intelligitur illa propoſitio in æternis & neceſſarijs non differt eſſe a poſſe, nolo declarare, ſed alibi dixi.

Prima difficultas.

Secunda.

Tertia.

Solutio.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem eſt vt dicatur mundus non defecit eſſe poſsibilis innouationis, & non reperitur aliqua hora, in qua non imaginetur innouatio eius. &, cum imaginetur ens in

C æternum, non erit innouatum, & non erit quid eueniens conuenientiæ poſsibilitatis, ſed in contrarium eius. & hoc eſt, ſicut ſermo eorũ de loco, ſ. ꝙ conſiderare mundum maiorem, & creare corpus ſupra mũdum eſt poſsibile, & ſic tenere aliquid ſuperius aliud ſupra hoc, & ſic in infinitum, & non eſt finis poſsibilitati additionis, & cum hoc eſſe plenũ ſimpliciter infinitũ eſt impoſsibile, & ſic ens, cuius extremitas non finitur, impoſsibile. ſed quemadmodum dicit ꝙ poſsibile ſit corpus finitum, i. habẽs ſuperficiem, & ꝙ nõ poterit conſiderare id in magnitudine, & paruitate, ſic quoq; poſsibilitas innouationis, & principium ipſius eſſe non requirit præceſsionem, & poſtpoſitionem, & radix eſſendi innouatum eſt eius, quod eſt poſsibile, non aliud.

Hic Auerroes inducit Algazel, reſpondentem rationi poſitæ a philoſophis, & dixit, ait Alga. ſuper hoc tamen, ſcilicet argumento reſpondemus dicentes, quod mundus ſemper fuit poſsibilis innouari: &, ſi. i. poſito quod imaginaremus ipſum ſemper fuiſſe, & nunquam innouatũ, id eſt, nunquã accepiſſe

eſſe nouū: vult ergo dicere Alga. qđ iſta apud quoſdā philoſophos ſtant ſimul, ſ. mundū ſemper eſſe, & ipſum eſſe poſsibile innouari id eſt, corrūpi, & iterū fieri: qm̄ philoſophi arabes, vt Auicen. & Alpharabius volūt aliqđ ſempiternū habere potētiā ad non eſſe, vt dictū eſt in libro de ſubſtantia orbis. (Nō ergo.) Ex hoc reſpōdet ad argumētū. d. nō ergo illud, qđ peruenit, id eſt, ipſum eſſe mūdi nouū ſecutū fuit ordinē poſsibilitatis, id eſt, nō fuit poſt eſſe poſsibile, quaſi dicat, quod apud philoſophos ſimul fuit, & fuit poſsibile eſſe & non eſſe, & per conſequens non fuit eſſe mūdi ſecutū ordinē poſsibilitatis, immo totū contrariū, ſcilicet eſſe poſsibile ſecutū eſt eſſe mūdi. (Et hoc eſt.) Declarat quod dixit per exemplū. d. & hoc eſt veriſimile ei, quod dicūt ſup. philoſophi de loco videlicet, ꝙ eſtimare mundū maiorē, vel minorem, vel eſſe corpus ſupra mundum ſit poſsibile, ita ꝙ ſit corpus ſupra corpus, vſque ad infinitum, & nihilominus eſſe plenitudinē, id eſt, magnitudinem abſolute ad infinitum eſt impoſsibile: ecce igitur, qualiter aliquod eſt poſsibile, quod tamen nunquam erit actu. D

AVEROES.

AIt Auer. Q ui autem ponit ꝙ ante mundum fuerat poſsibilitas vna numero, quæ non defecit, neceſſe eſt ei dicere vt ſit mundus æternus. Q ui vero ponit quòd ante mundum fuerant poſsibilitates in ęternum, non finitę numero, vt poſuit Alga. in reſponſione, ſequitur ei vt ante hunc mundum ſit mundus, & ante mundum ſecundum mundus tertius, & procedet in infinitum. ſicut eſt in indiuiduis hominum: & præcipue cum ponatur corruptio præcedentis conditio requiſita in eſſe ſubſequentis. verbi gratia, ſi Deus glo. erat potens creare ante hunc mundū aliū mundū, & ante illum alium, neceſſe eſt procedere in infinitū. ſin autem, ſequeretur vt perueniat ad mundū, ante quem non eſt poſsibile creare alium mundum. Attamen hoc non dicut Loquentes, & non ponunt id in rationibus ſuis, quibus ratiocinantur de creatione mundi. Q uòd autem poſsibile eſſet vt ſit ante hunc mundum mundus alius in infinitum, hęc quidem poſitio exiſtimatur ꝙ non ſit inconueniens: ſed, cum ſpeculetur de ea, apparet ꝙ ſit inconueniens. quoniā ſequitur vt ſit natura mūdi natura vnius indiuidui, qđ eſt in hoc mundo generabili, & corruptibili. & erit emanatio eius à primo principio, eo modo, quo emanauit ab eo indiuiduum: & hoc mediante moto æterno, & motu æterno: ergo erit hic mundus pars alterius mūdi, ſicut eſt in indiuiduis generabilibus, & corruptibilibus in hoc mundo, & de neceſsitate perueniet ad mundum æternum in indiuiduitate, aut procedet. &, cum de neceſsitate abſcinditur proceſſus, igitur abſciſsio eius in hoc mundo eſt dignior, ſcilicet ponendo eū vnum numero, & æternum. B F

Vt̄ Auerroi qđ ponere mundū eternū ſit maioris dignitatis.

Hic reprobat ſolutionē Alga. & primo recolligit per viam diuiſionis quid intelligit Alga. d. dicimus nos quod, ſi aliquis concederet quod ante mundum vna fuiſſet poſsibilitas in numero ad infinitū, id eſt, a principio vſque ad finē, oportebit ſe, ſcilicet ipſum cōcedere quod mūdus ſit ab æterno, iſta conſequentia fuit ſuperius deducta.) Sed, ſi aliquis). Recolligit membrum, quod Alga. vult d. Sed, ſi aliquis poneret quod ante mūdum eſſent poſsibilitates infinitę in numero, ſicut poſuit Alga, in ſua reſponſione, oportebit concedere, quod ante

A hunc mundum ſit alius mundus, & ante ſecundum tertius, & ſic in infinitum, ſicut in indiuiduis hominum reperitur, & addit quod hoc maxime ſequitur, poſito quod corruptio præcedens ſit cauſa eſſe ſubſequentis. Sed dices, videtur, *Dubitatio.* quod Alga. concedat primum membrum, vt viſum eſt, quoniam philoſophi arabes volunt mundum ſemper eſſe, & ipſum ſemper eſſe poſsibilem non eſſe: ergo non videtur quod Auer. attribuat Alga. veritatem. Dicendum, quod Alga. in- *Solutio.* quantum philoſophus, habet dicere primum membrum, & illud nõ curat Auer. deſtruere, quoniam. 12. Metaphy. commen. 41. & in. 3. & . 4. capi. de ſubſtantia orbis. & , 8. Phyſico. commen. 71. ſatis deſtruxit. Alga. autem inquantum theologus habet dicere quod potuerunt eſſe infiniti mundi, & per conſequens plures, immo infinitę præceſſerunt poſsibilitates ante mundum, in quo ſumus: & hoc deſtruit Auerroes. (Verbi gratia, ſi Deus.) Hic probat conſequentiam dicens. Verbi gratia, ſi Deus benedictus poterat creare ante hunc mundum alium mundum, & ante illum, alium: ſequeretur præceſsio poſsibilitatum eſſe ad infinitum, aut perueniret ad mundum primum, ante quem erat impoſsibile creari aliũ. Hoc deſtruit dicens, & hoc inconceſſum eſt apud loquentes, & omnes opinantes mundi creationem: patet ergo quod, ſi mundus potuit creari ante mundum: & ſic in infinitum, infinitę præceſſerunt poſsibilitates. Tunc arguit quod de facto fuerunt infiniti. d. & poſtquam poſsibile eſſet, quod ante hunc mundum eſſet
B alius mundus ad infinitum, videtur quod hęc poſitio non ſit falſa, id eſt, videtur quod debuit poni in eſſe: eo quia poſsibile non fuit falſum: ergo fuit ita de facto, quod ante hunc mundum fuerunt infiniti.

Sed accidit quæſtio, quoniam multi concedunt antecedens, & negant conſequentiam, ſcilicet potuerunt eſſe infiniti mundi, ergo fuerunt: antecedens apud theologos eſt verum, conſequens falſum, vt in multis poteſt adduci inſtantia. Mihi videtur, quod hęc conſequentia fundetur in hoc, quod multitudo poſsibilitatum in materia fundatur: quando materia eſt cauſa poſsibilis eſſe, & poſsibilis non eſſe: igitur, ſi poſsibilitates fuerunt infinitę, omnes in materia habent fundamentum, & per conſequens mundi poterunt recipi in materia, igitur & habuerunt agens naturale potens deducere eos de potentia ad actũ: vbi autem fuit materia & agens, iam fuit effectus: ergo iam fuerunt mundi infiniti. & ſic apparet vis conſequentię apud principia naturalia. Vel poteſt declarari conſequentia: quoniam agens potens ponere plures effectus in eſſe, qui ſunt vnius rationis in ſe, & reſpectu agentis, ſublatis omnibus agẽtibus diſpoſitiuis ad vnum, magis quam ad alterum, aut nullum ponit, aut omnes: & hęc propoſitio apud philoſophos eſt manifeſta, & Auer. habet eam pro principio in. 8. Phyſic. commen. 15. In propoſito ſic eſt, Deus eſt enim agens vnius rationis,
C potens infinitos mundos producere, qui ſunt vnius rationis in ſe, & reſpectu agẽtis, & nullum eſt agens diſponens magis ad mundum a quam ad mundum b, ergo vel omnes ponet in eſſe, vel nullum: & nullum dicere eſt contra ſenſum, & omnes, eſt quod vult. Quid autem dicerent diuini theologi, patet: quoniã Deus agit tantum, quantum vult: & non eſt negandum quin Deus poſsit facere non tot mundos, quin plures, vt ponunt omnes: & ideo ratio iſta eſt tantum probabilis & ficta. (Sed quando.) Hic deſtruit conſequens. d. quando ſubtiliſsime interrogaretur, tunc oportebit quod falſum eſt, id eſt, ſed illud eſt falſum: quod probat d. quia ſequeretur quod natura huius mundi haberet naturam vnius indiuiduorum generabilium & corruptibilium. & declarat quã naturam, d. videlicet oporteret quod hic mundus procederet neceſſario a prima cauſa, eodem modo indiuiduum procedit ab eadem cauſa, videlicet, mediante mobili, ſcilicet motus ęterni, id eſt, cœlo, & ſic: ſicut indiuiduum fieret ab agente ęterno tanquam a cauſa vniuerſali, ſic mundus fieret a cœlo alio: tunc vltra, vnde, id eſt, & per conſequens hic mundus eſſet pars alterius mundi, vt in generabilibus & corruptibilibus reperitur: & hoc idem Auerroes intulit primo cœli commen, 33. & illud declaratur per hoc, & hoc per illud, Vnde, id eſt, per conſequens oportet vt perueniat ad mundum vnum æternum, aut quod procedat ad infinitum: ſed proceſſus ad infinitum eſt impoſsibilis, ergo oportet quod ſit vnus mundus, & ab in

nomero,id eſt,ſine ſine,& principio,& ęterno proueniens:& hoc volo. Declaratum ergo eſt qualiter Alga.inquantum theologus dicit impoſsibile. D.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Quarta eſt. Quoniam ipſi dicunt omne innouatum præceditur a materia:innouatio enim indiget materia:igitur materia non erit innouata. Quod autem innouatur,ſunt formæ, & accidentia, qualitates quidem ſuper materias,&c. vſque ad,& non erit materiam primam innouari falſum.

Hic inducit Alga.quartam rationem philoſophorum.d.ait Alga.quarta auctoritas philoſophorũ hęc eſt: oportet neceſſario quod materia pręcedat quodlibet innouatum:cuius rationem dicit,quęlibet.n.innouatio in quãdam ſine dubio materiam interuenit,& tunc infert.d. vnde ſequitur quod materia nullatenus innouetur,id eſt,ſit ęterna:immo ea,quę innouantur,ſunt formę. (Et quãuis.) Hic ſoluit.q.quandam:poſſet enim quis dicere ꝙ materia compoſita,ſicut eſt materia ſecunda,generatur & corrumpitur. Soluit: & quãuis quodammodo materijs poſſit attribui.ſup.corruptio,& dixit,materijs quodammodo,qm̃ non ſunt ſimpliciter materię,ſed aliquo modo reſpectu vltimę formę,oportet neceſſario quod perueniat ad primam materiam, quę ſine dubio innouabilis eſt: ex hoc arguitur, quod ſi mundus fieret,oportet quod ante ipſum pręcedat materia:& ſic,vt prius. E Sed eſt dubium:quoniam.12.Metaph.com.18.Auer. videtur dicere,quod neq; materia,neque forma fit, ſed totum compoſitum:hic autem ait, quod formæ, & accidentia fiunt,quoniam materia eſt ęterna. Ad hoc dicendum, quod aliquid fieri poteſt duobus modis intelligi. Vno modo tanquam illud, quod proprie innouatur,& ratione eius fit nouitas aliorum. Alio modo tanquã per ſe ens ſubſiſtens,& ſeparatum a cauſis ſui eſſe:primo modo ſola forma fit,quoniam proprie accipit eſſe,& ratione eius compoſitum fit:ſecũdo modo compoſitum: quoniam, quod per ſe ſubſiſtit,eſt compoſitum, vt declaraui in ſecundo de anima,in commen.7.& ſic concordantur verba Auerrois.

Dubitatio.
Solutio.

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ omne innouatum eſt poſsibile ante innouationem eius:& poſsibilitas præſupponit F rem,in qua exiſtit,& eſt ſubiectum recipiens rem poſsibilem. nam poſsibilitas,quæ eſt ex parte recipientis, non debet aliquis exiſtimarę ꝙ ſit poſsibilitas,quæ eſt ex agente.cum enim dicimus de Socrate ꝙ poſsibile eſt vt faciat hoc, eſt aliud quam dicere in re facta ꝙ ſit poſsibile.quare conditionatur in poſsibilitate agentis poſsibilitas patientis.agens enim impoſsibile eſt vt agat impoſsibilia.&,cum non ſit poſsibile vt ſit poſsibilitas præcedens innouatũ abſq; ſubiecto omnino:& impoſsibile eſt vt agens ſit ſubiectum, nec poſsibile:nam poſsibile cum peruenerit ad actum, aufertur poſsibilitas: igitur non remanet niſi ꝙ ſit ſubiectum poſsibilitatis res recipiẽs poſsibilitatem:& eſt materia.materia autem non generatur, in eo ꝙ eſt materia:qm̃ indigeret alia materia, & procedet in infinitũ. ſed,ſi materia generaretur, eſt in eo ꝙ eſt compoſita ex materia,& forma. & omne generatum generatur ex alio: & tunc aut procedet in infinitum directe in materia.

Agens impoſſibile eſt vt agat impoſſibilia.

Materia nõ generatur in eo ꝙ eſt materia.
Quõ materia gñetur.

A infinita: & hoc eſt falſum, licet imaginati fuerimus motorem æternũ: non enim reperitur aliquid in actu infinitum: aut aduenient ad eam formæ, vna quidem poſt aliam, in ſubiecto quidem nõ generabili, nec corruptibili, & aduentus earum vnius poſt ablationem alterius æternus, & circularis. Si autem hoc fuerit, neceſſe eſt eſſe hic motum æternum, qui faciat aduentum huius poſt ablationem alterius, quę ſunt in generabilibus, & corruptibilibus in æternum. quoniam apparet ꝙ generatio vniuſcuiuſq; generatorum eſt corruptio alterius, & corruptio eius generatio alterius, & ꝙ non ſit aliquid ex nihilo. nam generatio eſt conuerſio rei, & mutatio eius ex eo, quod eſt in potentia, ad actum. Quare impoſsibile eſt vt ſit priuatio rei id, quod defert eſſe, nec eadem cum re, quæ denominatur generari, ſ. ꝙ dicamus de ea ꝙ generata eſt. remanet ergo vt ſit hic aliquod ſubiectum formarum contrariarum, & eſt id, cui adueniunt formæ ſucceſsiue.

Quid generatio.

Priuatio nõ põt eẽ ꝙ id qd defert eẽ i. materia.

B Hic Auer. vult confirmare argumentum philoſophorum, & primo ponit intellectum verborum Algazelis. Secundo ibi. (Poſsibilitas enim (ſoluit. q. In primo ait. dicimus nos, ꝙ ſententia horum verborum eſt, ꝙ quodlibet innouatum eſt poſsibile, ante ꝙ̃ innouetur: quoniam in primo de ſubſtantia orbis poſſe præcedit fieri. Et neceſſarium eſt ꝙ poſsibilitas exigat rem, in qua ſuſtentetur, ſ. ſubiectũ recipiens. (Poſsibilitas. n.) Hic ſoluit quęſtionem. qm̃ poſſe dici ꝙ res eſt poſsibilis eſſe poſsibilitate agentis, ſicut ponit lex noſtra, & ꝙ illa poſsibilitas non differt a poſsibilitate agentis. immo poſsibilitas materiæ, & poſsibilitas motoris eſt vna, vt dicit Plato. Soluit ergo hoc. d. poſsibilitas. n. recipientis differt a poſsibilitate agentis, & ideo non põt poſsibilitas perfecte attribui agenti, niſi cõueniat cum recipiente: modo hoc eſt falſum. & ideo duplex eſt poſsibilitas. ſ. ex parte agentis, & dicitur poſsibilitas ab extrinſeco: & poſsibilitas materię, & dicitur poſsibilitas ab intrinſeco, vt dicit Auer. primo cœ. cõ. 124. (Multa enim.) Probat. d. multa enim ſunt poſsibilia in agentibus, quæ reſpectu quorundam recipientium ſunt impoſsibilia. Et dicit notanter reſpectu quorundam recipientiũ: qm̃ quicquid eſt poſsibile a potentia materię, eſt poſsibile a potentia agentis, primo cœli. commen. 124. attamen reſpectu quorundam agentium aliquod eſt poſſibile, vt reſpectu hominis eſt poſsibile generare hominem, quod reſpectu materiæ muſcę eſt impoſsibile, licet abſolute reſpectu materię ſit poſsibile. (Vnde

Poſſe præcedit fieri.

Quod ẽ poſſibile a potentia materiæ eſt poſsibile a potentia agentis.

C poſtꝙ̃.) Hic recolligit vim verborum Alga. & philoſophorum. d. vnde, poſtꝙ̃ illa poſsibilitas pręcedit illud, quod innouatur, impoſsibile eſt quod reperiatur abſque ſubiecto. (Neq; agens) remouet inſtantiam: quoniam poſſet dici agens eſſe ſubiectum illius potentię, vel ipſum eſſe poſsibile eſſe ſubiectum potentiæ. Hęc remouet. d. neq; agens poteſt eſſe ſubiectum, ſup. illius poſsibilitatis, neque ipſum poſsibile poteſt eſſe ſubiectum illius. quod agens non ſit ſubiectum, relinquit manifeſtum: ſed quod ipſum impoſsibile non ſit ſubiectum, probat. d. quia, quando poſsibile eſt in actu, eſt remota poſsibilitas, & per conſequens ipſum poſsibile non eſt ſubiectum. concludit propoſitum. d. remanet ergo quod ſubiectum poſsibilitatis ſit res recipiens eam, ſcilicet materia. & ſic apparet dictum Alga. Debes ſcire, vt dicit Auer. 12, Metaphy. commen. 18. ꝙ duę fuerunt opiniones de poſsibilitate rerum. Vna Ioannis chriſtiani, qui omnem poſsibilitatem poſuit in agente, vt ibi declarat. alia loquentium ſuæ legis, quæ poſuit potentiam fundari in priuatione ſimpliciter, id eſt in nihilo, & has duas opiniones hic remouet. primam quidem, cum probat poſsibilitatem agentis eſſe aliam a poſsibilitate patientis. ſecundam vero, cum probat poſsibile non eſſe ſubiectũ poſsibilitatis: & ſic apparet intentio verborum Auer. (Et materia.) Hic recolligit conditiones ſubiecti poſsibilitatis, & dicit. & materia, inquantum materia, non generatur, oportet nanque ꝙ materia haberet materiam ad infinitum.

De poſsibilitate rerum duę ſunt opiniones.

(Et ſi forte.) Solnit dubium,qm̄ poſſet dici ꝙ elementum generatur.. & tamen D
apud Ariſto. vocatur materia mixtorum,& dicit.&,ſi forte dici poſsit ꝙ gene-
ratur, vt apparet in materijs ſecundis, Soluit.d.eſt ſine dubio, inquantum illa
materia componitur ex materia & forma. cuius rationem dicit: quia quodlibet
generabile ex aliqua re,tanquam materia,generatur. (Vnde aut.) Deſtruit con
ſequens.ſi materia ex alia materia generatur,d.vnde ſup. Si materia ex alia ma
Dubitatio. teria generatur,aut proceditur ad infinitum recte, id eſt recto ordine in materia
infinita:quod eſt falſum. Sed remanet dubium:quoniam poſſet dici quod non
eſt inconueniens hoc:quoniam poteſt vnum fieri ex alio, & ſic in infinitum dū
Solutio. ſit vnum agens ſempiternum continuans illa, vt videtur dicere Ariſt.8.Phyſi.
tex.cōm.47.&.46.&.2.de generatione.text.cōm.56. Reſpondet, quod illud
omnino eſt falſum. licet ponamus mouentem ab æterno,id eſt quantumcunq; ſit
aliquod agens motum motu æterno.& falſitatem illam declarauit Auer.1.Phy.
com.82.vbi probauit,ꝙ ſi materia fieret ex materia: tunc idem eſſet antequam
fieret.et tu vide verba ſua,qm̄ ſunt manifeſta.ideo ait,quod quomodocunq; ſunt
falſa. (Aut quod formę.) Colligit membrum verum dicens. aut, ſi primum eſt
impoſsibile,oportet dicere quod formę adueniunt ſucceſsiue viciſsim in quoddā
ſubiectum ingenerabile, & incorruptibile, & ſic circulariter ad infinitum ab
ęterno. & hoc volo. vnde, ex hoc neceſſario ſequitur quod ſit dare motum ab B
æterno, qui ſit cauſa huius ſubſequentis futuri in iſtis generabilibus & corrupti-
bilibus:& hæc eſt opinio Ariſto. quod declarat per dictum eius primo perihier.
tex.com.17.dicens.generatio nanq; cuiuſcunq; eſt alterius corruptio. & econ-
tra eius corruptio eſt generatio alterius. cuius rationem dicit, nullum enim de
nihilo fit. Nihil enim aliud eſt generatio,niſi conuerti res ab eo, quod eſt in po
tentia,ad actum: cuius rationem dicit. nulla enim permutatio de ſumma priua-
tione,id eſt de nihilo ſimpliciter fit. Tunc vltimo recapitulando concludit in-
tentum.d.patet ergo ex iſtis ꝙ hic neceſſario eſt res incontraria, id eſt non con-
traria formis, ſed media deferens formam, in quā rem illę formę ſucceſsiue adue
niunt viciſsim.& ſic apparet propoſitum Ariſto. & vis argumenti philoſopho-
rum:quoniam,ſi mundus fieret, oportet ꝙ ante fieri eius,pręſupponeretur mate-
Fundamētū ria.& ſic pręfuit materia,& per conſequens agens particulare, & per conſequēs
rationū phi- cœlum.& ſic ante mundum fuit mundus, vt dictum fuit. Debes ſcire ꝙ omnes
loſophorū. rationes philoſophorum fundantur in hoc,ꝙ omne factum eſſe pręcedit fieri,&
omne fieri pręcedit poſſe eſſe.primum enim declarauit Ariſt. & Auer.6.Phyſi.
com.7.ſecunda declarata eſt modo hic. Sed dices.duplex eſt fieri,ſcilicet per
Poſitio quo- motum,& per ſimplicem emanationem,quod dicitur creari,modo tota ſententia
rundam lati- Ariſto.verificatur in primo modo dicendi, modo autem in ſecundo. Propter
norum. latini multi ponunt ad mentem Ariſt.mundum incœpiſſe,ſed non per motum:et E
Impugnatio in hoc Plato,& Ariſt. conueniunt. rationes enim Ariſto.non concludunt plus,
niſi ꝙ mundus non incępit per motum. Sed hic modus dicendi peccat multū.
primo,quia eſt contra verba Ariſt. ſecundo,quoniam eſt contra ſententiam.con
tra verba quidem,quoniam octauo Phy. concludit ſimpliciter. tex. com.15. ꝙ
mundus ſit æternus. ſi ergo intentio eius eſſet,ꝙ non incępit per motum,non cō
cluderet ipſum eſſe ęternum: committeret enim fallaciam conſequentis, vt vi-
des. Pręterea, primo cœli text.com. 102. narrat duas extremas opiniones de
mundo,& tandem probat ꝙ factum non poteſt dici æternum. dicit enim factum
eſſe quidem, ſempiternum tamen eſt dicere impoſsibilium. ergo,ſi mundus non
incœpit,non debet dici ſempiternus,vt ibidem probat Ariſt. Pręterea.12.Me-
ta.text.com.41, & in vlti.octaui Phyſic. concludit primum principium eſſe ens
ſimplex,& ęternum.& non vidimus adhuc in libris Ariſt. probatum illud,niſi
per viam motus æterni.ergo oportet ꝙ motus cœli ſit ęternus. Contra funda-
menta vero:quoniam principium eſt apud Ariſt. quod omne, quod fit ex ſubie-
cto,fit in quo recipitur in quacunq; ſpecie factionis: quoniam, vt ſępe declara-
ui,principium apud Ariſt,in.2.Poſt.vlti.cap,nō habetur niſi ex ſenſibus. vnde
8.Phyſi.com,26.&.22.propoſitio magis propinqua primis principijs eſt,quę eſt
plus conformis ſenſatis,illa ergo propoſitio,cuius ſignificatum habetur per con

A cordiam plurium ſenſuum, ſine diſcordia alicuius, vocatur propoſitio ꝑ ſe nota. Sicut eſt in propoſito. quod enim nihil fiat ex nihilo. patet in omnibus ſenſibus concorditer, & nullus contradicit. & ideo Ariſt. non probat eam niſi confeſsione antiquorum, ſicut probantur propoſitiones per ſe notę. & ſic apparet qualiter illa propoſitio concludit verbis, & fundamentis Ariſtote, vt alibi dixi, & forte aliquando melius dicam. tamen illa opinio eſt vera, quia eſt opinio noſtræ legis. licet Ariſtote. & Auer. errent ibi, ſicut in alijs pluribus: & licet illud principium ſit conſonum ſenſibus, attamen creatio eſt ſupra ſenſus, & ideo credenda eſt per teſtimonium prophetiæ. Defenſio noſtrę legis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio eſt vt dicatur, poſsibilitas, quam ponunt,
reuertitur ad iudicium intellectus, & omne, quod intellectus
cõſyderat eſſe eius, & non prohibetur ei id conſyderare, appel
lamus poſsibile. ſi autem prohibetur, appellamus falſum, & inconue-
niens. ſi vero non poterimus conſyderare priuationem eius, id appella
B mus neceſſarium. Hæc autem ſunt iudicia intellectiualia, non indigen
tia quidem aliquo, adeo ꝙ perueniat ei denominatio. Et hoc quidem
probatur tribus rationibus. & prima eſt hæc, quoniam, ſi poſsibilitas
determinaret aliquod ens, ad quod referatur, & dicitur ꝙ ſit poſsibili
tas ad id, ſic etiam impoſsibilitas determinaret aliquod ens, & dicitur
eſſe impoſsibilitas ad id. impoſsibile autẽ non habet eſſe in ſe, nec ma
teriam, in qua fiat inconueniens, adeo ꝙ referatur impoſsibilitas ad
materiam.

Hic inducit Alga. ſoluentem argumentũ Ariſto. & dicit, ait Alg. ſupra prædicta arguẽs. dicimus quod prædicta poſsibilitas reducitur ad iudicium intellectus. Quod declarat. d. quodcunque enim naturaliter iudicatam tueris ineſſe ab intellectu, & illa iudicatio falſa non apparet, dicitur poſsibile. Si vero falſa apparet, dicitur impoſsibile. &, ſi intellectus non poteſt iudicare, dicitur neceſſarium. Debes ſcire quod poſsibile apud hos totaliter ponitur ab intellectu. volunt enim quod illud dicitur poſsibile, cuius compoſitio in re non dicit repugnantiam: vt Sor. eſt, poſito quod ſit generandus: & impoſsibile eſt illud, cuius compoſitio in
C re dicit repugnantiam: vt chimera eſt. & neceſſarium, cuius compoſitio cum non eſſe dicit repugnantiam: vt Deus non eſt. & cum iſti ſic loquuntur, de poſsibili logico omnino habent dicere: quod illud eſt ens rationis, & in iudicio intellectus conſiſtens. & per hoc reſpondent ad vim argumenti: cum dicebatur, ſi mundus ſit, mundus fuit poſsibilis: conceditur. ergo ponitur materia, &c. negatur: quoniam iſta poſsibilitas non eſt niſi non implicatio contradictionis apud intellectum intelligentem illam; mundus eſt. & ſic tota ratio Ariſto. ruit. (Et hæ) Hic probat iudem. d. & hæ præſuppoſitiones ſunt ſine dubio intelligibiles non indigentes aliquo ente, in quo prædicentur, & ſint. Quod probat. d. & hoc poteſt probari duabus rationibus. quarum vna eſt, quod ſi poſsibilitas exigeret ens rationale pro ſubiecto; vt materiam, in qua denominetur: ſequitur etiam quod impoſsibile exigeret reale ens, in quo denominetur: quod eſt falſum: quia impoſsibile non habet eſſe, neque materiam, in qua adueniat, & poſsit de eo, ideſt ab eo denominari. Et conſequentia poteſt probari: quoniam oppoſitam tam contraria, quam priuatiua habent fieri circa idem, vt. 10. Metaphyſic. probat Ariſtote, & patet inductione, modo poſsibile, & impoſsibile ſunt oppoſita, vel contrarie, vel priuatiue. & hęc patet. ergo habent fieri circa idem. ſi igitur poſsibile circa ipſum ens reale: & impoſsibile etiam quod eſt propoſitum.

AVEROES.

AIt Auer. Quòd autem poſsibilitas determinet materiam exiſtentem, hoc patet.quoniam alia intellecta vera non euadunt quin determinent aliquod ens extra animam, poſtquam verum, vt dictum eſt in definitione eius eſt vt reperiatur in anima, ſicut reperitur extra animam. igitur non euadet ex dicto noſtro aliquid eſſe poſsibile, quin determinet hoc intellectum aliquid, in quo reperiatur hæc poſsibilitas. Attamen aſſumere probationem, ꝙ non determinet intellectum poſsibilitatis aliquod ens, in quo ſuſtentatur, eſt ſermo ſophiſticus, nam impoſsibile determinat ſubiectum, ſicut ipſum poſsibile. & hoc patet. impoſsibile enim eſt oppoſitum poſsibilis. contraria autem oppoſita determinant proculdubio ſubiectum: nam impoſsibilitas eſt negatio poſsibilitatis. ſi autē poſsibilitas determinauerit ſubiectum, tunc impoſsibilitas, quę eſt negatio huius poſsibilitatis, determinat etiam ſubiectum. vt dicimus ꝙ eſſe vacuum eſt impoſsibile, quoniam eſſe dimenſiones ſeparatas eſt impoſsibile extra corpora naturalia, & infra. & dicimus ꝙ ambo contraria impoſsibile eſt eſſe in eodem ſubiecto. & dicimus ꝙ eſt impoſsibile duo eſſe vnum: & hoc quidem in eſſe. & totum hoc eſt manifeſtum per ſe: & nihil eſt conſyderatio huius ſophiſticationis hic adductæ ab eo. E

Auer. modo arguit contra ſolu. Alga. &. d. dicimus nos ꝙ poſsibilitas ſine dubio indiget reali materia. Hoc probat. d. omnia enim intelligibilia vera exigunt ſine dubio ens reale extra animam, cuius rationem addit. d. veritas enim, vt declaratum eſt in ſua declaratione, id eſt, in lib. perihermenias, & in prędicamentis, eſt ęquare rem ad intellectum. ſ. ꝙ reperiatur in anima, ſicut eſt extra animā. Tertio concludit illud. d. vnde oportet, quando dicimus de aliqua re ꝙ eſt poſsibilis, ꝙ hęc ſententia, id eſt, ſenſus huius propoſitionis ſignificet rem, in qua hęc poſsibilitas reperitur. Debes ſcire ꝙ vis rationis Auer. in hoc conſiſtit, quoniā vel illi iudicio intellectus reſpondet aliquid in re, vel nihil. Si nihil, ergo eſt fictio. & ſic intellectus poſſet facere omne imaginabile poſsibile. Si aliquid, ergo dictum Alga. eſt falſum. & per conſequens, ſi iſta eſt poſsibilis, mundus eſt, oportet ꝙ in re ſit aliquid, a quo intellectus illam ſumat poſsibilem. V. g. materiam, & hoc fuit dictum. (Sed id, quod) hic ſoluit argumentum primum Alga. ad probandum illud. & primo reſumit illud. d. ſed illud, quod dicebat Alga. videlicet ꝙ poſsibilitas non exigit ens reale, quia impoſsibile non exigit ipſum, ſophiſticatio eſt, quod declarat. d. eo ꝙ impoſsibile exigit ſubiectum, ſicut exigit poſsibilitas. cuius rationem dicit, poſsibilitas enim, & impoſsibilitas duo ſunt oppoſita. & hæc eſt velut minor. & opponentia exigunt ſine dubio ſubiectum. & hęc eſt quaſi maior. deinde probat minorem. d. quia impoſsibilitas eſt negatio poſsibilitatis. deinde concludit concluſionem. d. vnde, ſi poſsibilitas exigit ſubiectum, ergo & impoſsibilitas. Vult ergo Auer. ꝙ tam poſsibile, quam impoſsibile in eodem ſint ſubiecto. (V. g.) probat idem exemplo. d. v. g. ſi nos dicimus ꝙ eſſe vacuum eſt impoſsibile, hoc dicimus ſup. quia eſſe dimenſiones extra corpora naturalia, ſeu infra. i. extra cœlum, vel infra cœlum eſt impoſsibile, & tunc recolligit ſolu. d. tandem ſup. dicimus ꝙ hęc reprobatio contra ipſum eſt ita manifeſta ꝙ non indiget de exemplorum multiplicatione, quaſi dicat, ꝙ illud, quod ipſe habet pro inconuenienti, eſt neceſſarium. F

Dubitatio. Sed dubitatur. quoniam, ſi impoſsibile eſt in illo ſubiecto, in quo eſt poſsibile: ergo ei correſpōdent aliquid in re, & per conſequens aliquod eſſe. & ſic non eſſet pura negatio.

Solutio. Poteſt dici, ꝙ tam

A poſſibile,quam impoſſibile in eodem ſubiecto ſunt modo diuerſo. quoniam poſſibile eſt in eo ſubiectiue & formaliter,impoſſibile eſt in eo denominatiue, quoniam principiũ impoſſibilitatis eſt materia, cõplementũ eſt ratio & intellectus. qñ materia non eſt in potentia ad chimeram,dicit eſſe impoſſibile,iſtud ergo impoſſibile non eſt in materia niſi denominatiue , poſſibile vero formaliter , qm̄ potentia eſt ipſa dimenſio materię. quę eſt eius proprium propriorum, vt dixi in lib.de ſubſtantia orbis.Quidam tamen fingunt alibi,ꝙ propoſitio philoſophorũ eſt vera in omnibus oppoſitis pręter in contradictorijs, modo poſſibile, & impoſſibile ſunt quaſi contradictorie oppoſita,&c. Poſitio quę rundam.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et ſecunda eſt, quoniam nigredo, & albedo,determinat intellectus in eis ante eſſe earum ꝙ ſint poſſibiles. Si autem hæc poſſibilitas referatur ad corpus, in quo fiunt, ita ꝙ dicatur diſpoſitio eius, ꝙ hoc corpus poſſibile eſt vt denigretur, & dealbetur.&,cum albedo in ſe non ſit poſſibilis,& non habeat denominationem poſſibilitatis: ſed poſſibile eſt corpus, & poſſibilitas refertur ad id: tunc dicimus quid eſt iudicium nigredinis, & albedinis in ſe, vtrum ſit poſſibile,aut neceſſarium,aut impoſſibile? & non poteſt euadi quin dicatur ꝙ ſit poſſibile.& ſignificat ꝙ intellectus, & determinatio circa poſſibilitatem non indigent poſitione ſubſtantiæ entis, ad quod referatur poſſibilitas. B

AVEROES.

Ait Auer. Hæc eſt fallacia. nam poſſibile dicitur de recipiente, & recepto:id autem, quod dicitur de ſubiecto recipiente, opponitur ei impoſſibile: id vero, quod dicitur de recepto, opponitur ei neceſſarium.

C Quod autem denominatur a poſſibilitate,cui opponitur impoſſibile,non id,quod exit in actum a poſſibilitate, ex eo ꝙ exit in actũ.qm̄, cum exierit,aufertur ex eo poſſibilitas. denominatur tamẽ a poſſibilitate,ex eo ꝙ eſt in potentia. & ſubiectũ huius poſſibilitatis eſt ſubiectum,quod permutatur ab eſſe in potentia ad eſſe in actum. & hoc eſt manifeſtum ex definitione poſſibilis. nam eſt id,quod nõ eſt, & eſt in poſſe vt ſit & non ſit.Et hoc non ens poſſibile non eſt poſſibile ex eo ꝙ non eſt,nec ex eo ꝙ eſt in actu, ſed eſt poſſibile ex eo ꝙ eſt in potentia.Et ideo dixit ſecta Namatezela ꝙ id, quod non eſt, ſit ſubſtantia quædam.nam id,quod nõ eſt,eſt contrarium ipſi eſſe: & vnumquodq; differt ab alio.&,cum aufertur priuatio alicuius rei, eſt loco eius eſſe eius.&,cum aufertur eſſe eius,eſt loco eius priuatio eius. &, quoniam ſubſtantia priuationis,impoſſibile eſt vt conuertatur in eſſe, nec ſubſtantia eſſe conuertatur in priuationẽ,neceſſe eſt vt recipiẽs ea ſit quid tertium præter ea,& eſt id,quod denominatur a poſſibilitate, & generatione, & permutatione a denominatione priuationis ad deno-

minationem ipſius eſſe. priuatio enim non denominatur a generatione, & mutatione, nec res, quę fit in actu, denominatur hoc: & generatum, cum erit in actu, aufertur ab eo denominatio generationis, & mutationis, & poſsibilitatis: ergo nõ poteſt euadi de neceſsitate ab aliquo denomiuato a generatione, & mutatione, & conuerſione ex priuatione ad eſſe, ſicut eſt in permutatione contrariorum vnius ad aliud, ſcilicet ꝙ neceſſe ſit eſſe eis ſubiectum, in quo adueniunt vnum quidem poſt ablationem alterius, niſi ꝙ in mutatione, quę eſt in aliis accidentibus, eſt in actu, in. ſubſtantia vero in potentia. Nec poſſumus etiam ponere hoc denominatum a poſsibilitate, & mutatione rem, quę eſt in actu, ſcilicet ex qua fit generatio, ex eo ꝙ eſt in actu. quoniam hoc etiam deperditur; id autem, ex quo fit generatio, oportet vt ſit pars generati. Igitur hic eſt ſubiectum neceſſario recipiens poſsibilitatem, quod eſt ſedes mutationis, & generationis; & eſt id, quod dicitur generari, & mutari, & permutari ex priuatione ad eſſe, Nec poſſumus ponere hoc de natura rei exeuntis in actum, .ſ. de natura entis in actu, nam, ſi hoc eſſet, non generaretur ens. generatio enim eſt ex non ente, non ex ente. nam natura eſt quid, ad quod conuenerunt Philoſophi, & ſecta Mahatazela ꝙ reperiatur: niſi quòd Philoſophi tenent ꝙ non erit denudatum formis repertis in actu, ſcilicet non erit denudatum ipſo eſſe; permutatur tamen ex eſſe ad eſſe, ſicut permutatur ſperma exempli gratia ad ſanguinem, & permutatio ſanguinis ad membra ſenſitiua, nam ſi eſſet denudatum ipſo eſſe, eſſet ens in ſe. ſi autem eſſet ens in ſe, non eſſet ex eo generatio. & hoc equidem apud eos eſt id, quod appellant materiam: & eſt cauſa generationis, & corruptionis: & omne ens denudatum ab hac natura eſt apud eos non generabile, nec corruptibile.

Materia nõ reperitur denudata in actu abeſſe,

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertia vero, ꝙ animę humanæ apud eos ſunt ſubſtantię exiſtentes per ſe, & non ſunt corpus, neq; materia, nec copulatę adęquatę materiæ, & ſunt innouatę, prout id tenet Auicenna, & verificantes ex eis, & habent poſsibilitatem ante innouationem ſuam, & non habent ſubſtantiam, nec materiam vt ſit poſsibilitas earum denominatio relatiua, & non reducitur ad poſſe potentis, nec ad agens. & ſciendo ad quid reducitur, conuertitur hoc contra eos.

Hic ponit ſecundam rationem ipſe Alga. ad probandum illud, quod ſuperius dixit, ſcilicet quod poſsibile non requirat ſubiectum. d. ait Alga. ſecunda ratio eſt, quia animę ſeparatę hominum ſunt ſubiectiue, id eſt, ſubſiſtenter, per ſe exiſtentes non in corpore, neque in materia, neq; aliqualem habent circunſtantiam materialem, qua innouentur, vt opinatur Auicen. & alij de numero nobilium philoſophorum, & tamen ſine dubio antequam innouentur, id eſt, corpori vniantur, habent poſsibilitatem, & tamen hæc poſsibilitas non habet ſubiectum, neq; materiam. quoniam non fiunt ex materia. ergo earum poſsibilitas eſt determinatio relatiua non dependens de patiente, neque agente, ſed ſolum ex indiuiduo

A rationis contingentis extrema. His igitur duabus rationibus voluit Alg. aliquod etiã poſsibile, & non indigere ſubiecto pro eius poſsibilitate, vt apparet.

AVEROES.

Ait Auer. Nunquam vidi ſapientis eſſe dictum, quòd anima fuerit innouata innouatione vera, & poſtea quòd ſit remanẽs niſi id, quod recitauit Auicen. oẽs tñ confitentur ꝙ innouatio eius ſit relatiua, & eſt peruentio eius ad poſsibilitates corporales, recipientes quidẽ hanc continuationem, ſicut poſsibilitates, quæ ſunt in ſpeculis ad copulationem radii Solis cum eis. & hæc poſsibilitas apud eos non eſt de natura poſsibilitatis formarum generatarum, & corruptarum, ſed eſt poſsibilitas modo, quo opinantur demonſtrationẽ adducere nos ad eã. & ſubiectum huius poſsibilitatis eſt natura diuerſa à natura materiæ. & non percipiet opiniones eorum in his rebus niſi qui operam dederit libris eorum cum conditionibus, quas dixerunt, B & attributa, quæ dixerunt, cum perfectione ſcientiæ innatæ, & magiſtro ſapiente. Dubitare autem Alga. his rebus hac dubitatione non conuenit tali, qualis ipſe eſt. Nam non euadet ab vno duorum. aut enim ipſe ſciuit hæc omnia ſecundum veritatem, & adduxit ea hic præter veritatem: & hæc eſt operatio prauorum: aut non intellexit ea ſecundum veritatem, & dubitauit in ſermone, mediante re, quæ non comprehendit ſcientiam: & hæc eſt operatio ignorantium. Iſte autem vir, abſit apud nos ab his duabus denominationibus, licet non poſsint boni euadere, quin vilipendant eum. Attamen vilipenſio Alga. eſt compilatio huius libri. & forte coactus fuit propter tempus, & locum eius.

ALGAZEL.

C Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicatur reuerſio poſsibilitatis ad iudiciũ intellectus eſt quid falſum, quoniam nihil eſt iudicium intellectus, niſi ſcientia de poſsibilitate: poſsibilitas autem eſt ſcitũ, quod eſt diuerſum à ſcientia. ſed ſciẽtia eſt, quæ id comprehendit, & id ſequitur, & alligatur ei, prout eſt, ſcientia autem, ſi imaginatum fuerit ꝙ ſit priuatio eius, non deperditur ſcitum, quod eſt poſsibile, ſed remanet poſsibile poſsibile, licet nõ ſciatur. ſcitum vero, cum imaginatum fuerit auferri, auferretur ſcientia. ſcientia autem, & ſcitum ſunt duo, quorum vnum eſt ſequens, aliud vero attrahens, &c. vſque ad, & erit poſsibilitas denominatio eis hac via.

AVEROES.

Ait Auer. Quod poſuit in hoc capitulo eſt ſermo verus, & declarabitur tibi hoc ex eo, quod diximus de intelligẽtia naturę poſsibilis,

ALGAZEL.

Ait Alga. contradicens ſapiētibus. Et reſponſio eſt ꝙ reuerſio poſſibilitatis & neceſsitatis, & impoſſibilitatis ad iudicia intellectualia eſt vera. & id, quod dixerūt, ꝙ diſpoſitio iudiciorum intellectus eſt ſcientia eius, & ſciētia determinat ſcitū, dicitur eis, quēadmodum coloratio, & animalitas, & alia iudicia vniuerſalia ſunt permanentia in intellectu apud eos, & ſunt ſcientiæ, quibus dicitur non eſſe ſcita, & ſcita quidem eorum non habent eſſe demonſtratum, adeo ꝙ declarauerunt Philoſophi ꝙ vniuerſalia reperiuntur in ſcientiis, nō aūt demonſtrata: eſſe vero demonſtratum eſt in particularibus indiuidualibus, quæ ſunt ſenſibilia, non autem intellectualia, ſunt tamē cauſa conſyderationis intellectus, & faciendi iudicium abſtractum à materia intellectuali: ergo coloratio eſt iudicium abſtractū in intellectu præter nigredinē, & albedinem. & non poteſt imaginari, cum fuerit color, qui non ſit niger, nec albus, nec alius color. & cōfirmata eſt intellectui forma colorationis abſque differentia, & dicit ꝙ ſit forma, cuius eſſe eſt in ſcientiis, non autem demonſtrata. ſi autem hoc non fuerit impoſsibile, ſic non erit impoſsibile id, quod diximus.

AVEROES.

Ait Auer. Hic ſermo ſophiſticus. nam poſsibilitas eſt quid vniuerſale habēs particularia reperta extra aīam, vt ſunt alia vniuerſalia. ſcientia aūt non eſt ſcientia rei vniuerſalis, ſed eſt ſciētia particularium modo vniuerſali, quem facit intellectus in particularibus, cum abſtrahit ab eis naturā vnam cōem, quæ diuiſa eſt in materiis, & vniuerſale non eſt natura eius natura rerum, quibus eſt vniuerſale. Attamen ipſe in hoc ſermone fallitur, accipiens quidem naturā poſsibilitatis pro natura vniuerſali, abſque eo, ꝙ ſint ibi particularia, in quibus ſuſtētatur hoc vniuerſale, ſ. poſsibilitas vniuerſalis. vniuerſale autem non eſt ſcitum, ſed cum eo ſciuntur res, & eſt quid repertum in natura rerum ſcitarū in potentia. &, niſi eſſet hoc, eſſet comprehenſio eius particularium, in eo ꝙ ſunt vniuerſalia, cōprehenſio falſa. hoc autem ſic eſſet, ſi natura ſciti eſſet particularis per ſe, non autē per accidens. ſed eſt contrarium, ſ. ꝙ ſcitū eſt particulare per accidēs, vniuerſale vero per ſe. & ideo cum non comprehendit id intellectus, ex eo ꝙ eſt vniuerſale, fallitur in eo, & iudicat de eo iudicio falſō. cum autē abſtraxerit naturas, quæ ſunt in particularibus a materiis, & poſuerit eas vniuerſales, bene poteſt de eis iudicare iudicio vero, & ꝙ non miſceantur ei naturæ. & poſsibilitas eſt vna harum naturarum. Vlterius ſermo Philoſophorum ꝙ vniuerſalia reperiuntur in intellectu, nō aūt demonſtrata, intentio eorum in eo eſt, ꝙ reperiuntur in actu in intel-

Scientia nō eſt rei vl'is, ſed particulariū in vl'i. vide primo de Aia co. 8. & alia ibi annotata. vide Alexan. Aphr. lib. i. Queſtio. natural, qō. iij.

A lectu, nō aūt demonſtrata. & nō ponunt ꝙ non reperiuntur omnino demonſtrata, ſed volunt ꝙ ſunt in potentia, & non in actu. nam, ſi nō eſſent, omnino eſſent falſa. & cū fuerint extra intellectum, ſunt in potentia, & poſsibile eſt extra animā in potentia. ergo hoc modo aſsimi latur natura eorū naturæ poſsibilis. Et ex eo conatus eſt facere ſophiſticationem, qm̄ aſsimilauit poſsibilitatem vniuerſalibus, quia ſunt conuenientia, & eadem, circa eſſe, quod eſt in potētia. Vlterius poſuit ꝙ Philoſophi dicunt ꝙ vniuerſalia non habent eſſe extra animā omnino, & intulit ex hoc, ꝙ poſsibile non habet eſſe extra animam omnino. O quanta eſt vilis hæc fallacia, & corrupta ſententia huius hois.

Obſerua de vniuerſalibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Cum autē dicunt ſi imaginaretur priuatio intellectuū, aut occultatio eorū, non auferetur poſsibilitas, dicimus, B ſi imaginaretur priuatio eorū, vtrum iudicia vniuerſalia, & ſunt genera, & ſpecies, eſſent priuata. Cū aūt dixerint ſic, qa nihil habent, niſi iudicia in intellectu, ſic etiam eſt dictum noſtrum de poſsibilitate. & nulla eſt differentia inter ambas naturas. Si autem exiſtimauerint ꝙ remanſerint in ſcientia Dei glo. ſic etiā ſermo de poſsibilitate, & neceſsitate. & intentum eſt oſtendere contradictionem verborum eorum.

AVEROES.

AIt Auer. Apparet ex hoc ſermone contradictio ſui ipſius, & ignorantia eius. nam magis ſufficiens, quod ſit in eo, fundatur ſuper duas ꝓpoſitiones. quarū vna eſt ꝙ ipſe declarauit ꝙ poſſibilitatis aliqua eſt particularis extra animā, & aliqua vniuerſalis, & eſt intellectū illorum particularium & eſt ſermo non verus. Si autē C dixerint ꝙ natura particulariū extra animam ex poſsibilibus eſt natura vniuerſalis, quod eſt in intellectu, tunc non habet nec naturam particularis, nec vniuerſalis, aut erit natura particularis natura vniuerſalis. & hæc omnia ſunt dementiæ, & chimeræ. & q̄uocunq; ſit, vniuerſale habet aliquod eſſe extra animam.

Vniuerſale nō habet eſſe extra animam.

ALGAZEL.

AIt Alga. Excuſatio autē de impoſsibilitate, quòd referatur ad materiā, quę attribuitur rei, cum prohibetur ei contrariū eius, non omnis profecto impoſsibilitas eſt ſic. nam eſſe ſocium Deo. glo. eſt falſum. & nō eſt materia, ad quā referatur impoſsibilitas. Si autē exiſtimauerint ꝙ falſitas ſocii eſt ſeparatio Dei glo. in ſe, & eſſe eius eſt neceſſariū, & ſeparatio refert ad id, dicimus eis ꝙ nō eſt neceſſarium. mūdus enim eſt cū eo, igitur non eſt ſeparatus. Si vero exiſtimauerint ꝙ

ſeparatio eius à ſimili eſt neceſſaria, & contradicens neceſſario eſt impoſsibile, & eſt relatio eius ad id, dicimus ꝙ diſpoſitio ſeparationis Dei glo. à mundo, non eſt ſicut ſeparatio eius à ſimili. nam ſeparatio eius à ſimuli eſt neceſſaria, & ſeparatio eius à creaturis nõ eſt neceſſaria. D

AVEROES.

Quę ſint iudicia intellectus.

AIt Auer. Hic totus eſt ſermo vanus, & cadens. qm̃ nõ eſt dubium apud eũ ꝙ iudicia intellectus ſunt iudicia ei ſecũdũ naturas rerũ extra animã. &, ſi nõ eſſet extra animã, nec poſsibile, nec impoſsibile, tunc eſſent iudicia intellectus in hoc, ac ſi non eſſet iudiciũ, & nõ eſſet differentia inter intellectum, & imaginationem. Eſſe autẽ ſimile Deo glo. eſt impoſsibile in eſſe, ſicut ipſe eſt neceſſarius in eſſe. & non eſt opus multiplicare ſermonem in hac quæſtione.

Eſſe ſimile Deo ineſſe ẽ impoſsibile.

ALGAZEL.

AIt Alga. Adhuc excuſatio eſt inconueniens in animabus innouatis, habentibus ſubſtãtias ſeparatas, & poſsibilibus antea ad innouationem: & non eſt ibi aliquid, cui attribuitur. Cum autem dixerint ꝙ materia poſsibile eſt vt eligant eam animæ iſtæ, ſunt relationes longę. Si aũt hoc vobis ſufficit, non eſt abſurdum, quin dicatur ꝙ diſpoſitio poſsibilitatis innouati eſt ꝙ potens id poſsibile eſt ei vt id innouet, & erit relatio eius ad agens, licet non fuerit innatum ei, ſicut eſt relatio animę ad corpus patiens, quãuis non ſit ei innatũ. & nulla eſt differentia inter proportionem ad agens, & proportionẽ ad patiens, cum non fuerit quid innatum in ambobus ſubiectis. E

AVEROES.

AIt Auer. Intendit inferre eis, ſi poſuerint poſsibilitatẽ in innouatione animę, non innatã in materia, ꝙ ſit poſsibilitas in patiẽte, vt poſsibilitas in agente in emanatione actionis ab eo, & erunt ęquales ambę poſsibilitates. & hoc eſt inconueniens. quoniã ſecũdũ hanc poſitionẽ adueniet aĩa, quaſi vellet corpus ab extra, ſicut vult faciẽs factũ, & non erit vt diſpoſitio in corpore, queádmodũ nõ erit faciens diſpoſitio in facto. Attñ reſponſio ei eſt ꝙ nõ prohibetur quin reperiãtur aliquę ex perfectionibus, quę currunt curſu diſpoſitionum, cũ ſeparatur ſubiectũ eius, vt nauta in naui, & faciens cũ inſtrumento, quo operatur. Si aũt eſt corpus tanquã inſtrumentũ animæ, ipſa quidẽ eſt diſpoſitio ſeparata. Sed nõ eſt poſsibilitas, quę eſt inſtrumẽto, vt poſsibilitas, quæ eſt agenti: ſed reperitur inſtrumentum in ambabus rebus ſimul, i. poſsibilitate patiẽtis, & poſsibilitate agentis. & ideo ſunt inſtrumenta mouẽtia, & mota. & in eo ꝙ ſunt mouentia, reperitur eis F

Poſsibilitas quę eſt i inſtrumẽto nõ eſt poſsibilitas quę eſt in Agente.

A poſsibilitas,quę eſt in agente:& in eo ꝙ ſunt mota, reperitur eis poſſibilitas,quę eſt in patiente.& nõ ſequitur eis ex poſitione animę ſeparatę vt ponatur poſsibilitas,quę eſt in recipiente, eadẽ cũ poſsibilitate,quę eſt in agente. Vlterius poſsibilitas, quę eſt in agente, apud Philoſophos non eſt iudicium intellectuale tm̃, ſed iudiciũ de re extra animã.& non eſt vtilitas cõtradicenti,aſsimilanti quidẽ vnã duarum poſsibilitatũ alteri.Et,quoniã conſiderauit Alga.ꝙ iſti ſermones omnes faciunt dubitationes,& confuſionẽ ei,qui non poteſt eas ſolue re, & eſt opus prauorum Sophiſtarum,ideo dixit.

Poſsibilitas apud philoſophos ex parte agẽtis non eſt iudiciũ intellectuale tãtũ.

ALGAZEL.

Ait Alga.Si autẽ dixerit adhęſiſtis in omnibus quęſtionibus oppoſitioni dubitationibus cũ dubitationibus, & non euadet id,quod poſuiſtis,à dubitationibus,dicimus dubitatio declarat B corruptionẽ ſermonis proculdubio,& ſoluuntur modi dubitationũ,conſyderando dubitationem,& quæſitũ. Nos aũt non intendimus in hoc libro niſi adaptare opinionẽ eorũ, & mutare modos rõnũ eorum cum eo,cũ quo declarabitur deſtructio earũ.& nõ incũbemus ad ſuſtentandũ opinionẽ aliquã.vnde non egrediemur ab intentione libri,nec cõplebimus ſermonem in aſſumendo rationẽ demonſtrantem innouationẽ mundi:qm̃ intentio noſtra eſt deſtruere rationes eorum, notificãdo id,quod ſequitur.affirmare vero opinionẽ verã, derelinquimus in alio libro, quẽ edere decreuimus in hoc, dño concedente, quẽ Fundamẽta legũ appellabimus:in quo quidẽ affirmationẽ facere intẽdimus,ſicut in hoc libro deſtructionẽ facere volumus.

AVEROES.

C Ait Auer. Oppoſitio autem dubitationibus cum dubitationibus non facit deſtructionem: facit tñ confuſionẽ,& dubiũ ei, qui fecit dubitationes dubitationibus,& nõ verificatur apud eũ vna duarũ dubitationũ,& deſtructio dubitationũ,quę opponuntur ei. Et plurimi ſermonũ,cum quibus oppoſuit hic vir, ſunt dubitationes euenientes,cũ adducũtur ſermones eorũ,aliquis apud aliquem, & aſsimilantur diuerſi adinuicẽ.Attñ hęc quęſtio non eſt perfecta.quęſtio.n.perfecta eſt,quę facit deſtructionẽ opinionis eorũ ſcd̃m rẽ ipſam, non ſecundũ ſermonẽ dicẽtis.vt eſt poſitio eius,ꝙ ſit poſsibile aduerſario ꝙ poſsibilitas ſit iudiciũ intellectuale, vt ponũt hoc in vniuerſali. Nam, ſi cõceditur verificatio ſimilitudinis inter ea,nõ ſequitur ex hoc deſtructio eſſendi poſsibilitatẽ iudiciũ adhęrens ipſi eſſe. ſequeretur.n.ex eo vnũ duorũ,aut deſtructio eſſendi vniuerſale in intellectu tm̃, aut eſſe poſsibilitatẽ in intellectu tm̃. Et debuit incipere adaptare veritatem, antequã inciperet de eo,quod facit confuſionẽ cõſyderantibus, & du-

bitationem, vt moriatur conſiderans, antequam incumbat libro illi, D
aut moriatur ipſe, antequã componat eum, qui quidem liber adhuc nõ
peruenit ad nos: & forte non edidit eum. Cum autem dixit ꝙ ipſe non
intẽdit in hoc libro aliquã opinionẽ ſuſtentare, dixit hoc, vt nõ exi-
ſtimetur de eo ꝙ ipſe intendat ſuſtẽtare opinionẽ ſectę Aſſariæ. & ap-
paret ex libris dedicatis ei ꝙ reuerſus eſt in ſciẽtiis diuinis ad opinio-
nes Philoſophorũ. & ex magis apparentibus de eis in hoc. & veriori in
confirmatione eius eſt liber eius, appellatus Feneſtra luminarium.

Hic reſpondet ad rationẽ Alga. & debes ſcire ꝙ Alga. videtur ꝙ opinetur
Opinio Plat. de ala. opinionẽ Platonis, qui poſuit animas creari in quodã numero ab ęterno, & eas
iuſſu Dei vniri corporibus in tẽpore per adminiſtrationẽ agentis naturalis, &
poſt mortẽ iterum remanere. & contra hoc non arguit Auer. alio modo vide-
tur opinari, quod poſt mortem animæ remaneant æterne, licet habuerint princi-
pium, que poſſunt vniri, licet non vniantur, & hoc deſtruit Auer. probat ergo
quod hoc ſit falſum autoritate philoſophorum. d. dicimus nos quod nullos ſapiẽ-
tum, vt inuenimus, opinatur quod anima innouetur, & poſt mortem corporis re-
maneat, niſi Auic. tantum: quoniã principiũ eſt apud naturales, quod omne, qđ E
incœpit, deſinet, vt probaui in lib. de intellectu. Si enim anima incœpit, ipſa
deſinet: & ſi deſinet, nec incœpit. (immo omnes) hic ponit modum, quo animæ
poſſunt intelligi fieri. d. immo omnes communiter opinati ſunt, quod innoua-
tio animæ eſt relatiua, ſcilicet quod hæc innouatio, eſt eius adiunctio cum cor-
poribus poſsibiliter dictam adiunctionem recipientibus cuius exemplum ponit
d. eo modo, quo præparationes & poſsibilitates ſpeculorũ, id eſt, eo modo, quo
potentia ſpeculi recipit adiunctionem radiorum ſolis. Sed hic maxima oritur
quęſtio, quid ſcilicet ſit iſta vnio, & quid iſta poſsibilitas adiunctionis? Et ſcias
quod in libro de intellectu expoſui illud, attamẽ dicendũ, quod intellectiua ani-
ma apud Auer. eſt forma ſimplex, ſeparata, actus purus, ſicut quælibet intelli-
gentia mouens ſtellam, vt ibi ſcripſi, vult tamen, ꝙ iſta continuetur corporibus
humanis per operationem, quando enim corpus hominis per cogitatiuam opera
tur comprehendendo ſingulare demonſtratum, tunc intellectus vnitur ei, vt for
ma mouens, ergo intellectus & eſt intellectus, & eſt anima: intellectus quidem,
prout ſeparatus & immixtus, intellectus per eſſentiam eius, ſicut quęlibet intel
ligentia, anima quoque, prout corpori continuatur, per eſſe principium intel-
ligendi & volendi, ergo innouatio animæ eſt relatiua, quoniam, quando cor-
pus fundat relationem illam, qua comprehendit indiuiduum demonſtratum, tũc F
intellectus dicitur anima eius. abſolute tamen non dicitur anima, ſed prout cor
Quid ſit relatiua vnio ipſius alæ. pus fundat illam. Sed dices, quid eſt iſta relatiua vnio, & vbi eſt ſubiectiue?
Dicendum, quod nihil eſt aliud, niſi denominatio quædam ipſius animæ intel-
lectiuæ, qua dicitur anima, vbi prius non dicebatur, ſicut dextrum in colum-
na nihil aliud eſt, niſi innouata relatio, qua denominatur dextrum. Subiecti-
ue autem eſt in corpore ſicut relatio columnæ in hominẽ. vnde, ſicut Deus dici
tur agens reſpectu exiſtente in re acta, & colũna dextra reſpectu exiſtente in
animali, ſic intellectus dicitur anima hominis reſpectũ animationis exiſtentis
in corpore, et in hoc apparet exemplum de ſole. poteſt enim ſol dici forma om-
nium ſpeculorum, licet non recipitur in eis prout ſpecula vniuntur ei. Et hoc
declarat. d. & dicta poſsibilitas apud philoſophos non eſt de natura formarum
poſsibiliter innouatarum & corruptibilium. immo, vt opinantur et allegant ip-
ſi demonſtraſſe, impoſita eſt in quadam natura præter naturam materiæ. Dein-
de ſe excuſat. d. & hoc non poteſt hic ſufficienter oſtendi, exigit enim plurima
præambula, quæ in ſingulis locis librorum philoſophorum diffuſe reperiũtur,
Error Iohãnis. maxime ab Ariſto. in tertio de anima. In his apparet defectus Ioan. Iando-
ni, qui voluit vnicam eſſe animam intellectiuam in corporibus humanis. hoc
enim patet; quoniam, licet intellectus ſit vnus ſimplex omnium, non tamen

A anima intellectiua: quoniam anima intellectiua dicit duo, ſcilicet intellectũ purum, & etiam ſecundum illum denominantẽ intellectũ, & ſubiectiue exiſtẽtem in corpore, & per conſequens poteſt concedi plures eſſe animas, quot ſunt reſpectus, & corpora hominis. Secundo apparet quod animæ innouantur in hominibus continue, non ſcilicet nouitate accidente in eis, ſed in hominibus. Sed dices, quid eſt fundamentum proximum vnionis talis. Dicendum, quod ſicut nauta non dicitur anima nauis, niſi quando incipit operari, ita intellectus non dicitur eſſe anima hominis, niſi quando incœpit eſſe principium operationis in eo: fundamentum ergo proximum eſt operatio, & quia operationes hominum ſunt diuerſæ, ideo & animæ relatiue ſunt diuerſæ, abſolute ſunt vnus actus purus non cadens in continuo, & tempore. Et debes ſcire quod hæc eſt opinio Ariſto. & Auer. & eſt error purus: ſecundum nos chriſtianos, aliter eſt dicendum, vt declaraui in libro de intellectu, vbi contradixi his philoſophi fortiſsimis rationibus. Dubitatio. Solutio. Defenſio legis nrę contra Ariſt. & Auer.

Contra hanc ſolu. arguit Alga. & primo proponit illam. d. & ſi forte diceretur, quod poſsibilitas in innouatione animæ non imprimitur in materia, id eſt, ſi anima intellectiua non eſt poſsibilis vniri poſsibilitati materiæ, igitur ſequitur eos, quod poſsibilitas recipientis eſſet ſimilis poſsibilitati agentis iſto modo, videlicet quod poſsit actus, & operatio procedere ab eo, id eſt, in intellectu, B quando vult, ſcilicet intrare corpus, & conſequentiam non probat, ſed poteſt probari, quoniam omnis poſsibilitas eſt aut ab agente, aut a parte materiæ, vt dictum eſt, ſi igitur poſsibilitas, qua intellectus vnitur corpori, non eſt a parte materiæ, ergo eſt a parte agentis, & nullum videtur agens niſi ipſemet intellectus: ergo ageret iſtam vnionem, quando ſibi placeret. Deinde deſtruit conſequens. d. & hoc eſt falſum, quia ſequitur quod anima veniat in corpus tanquã, id eſt, eo modo, quo agens cupiens, & deſiderans ipſum, dum eſt extra, antequã adueniat in corpore, ſicut artifex intrat domum. & hæc non diſpoſitio in effectu. Et debes ſcire quod virtus rationis conſiſtit in hoc, intellectus, ſiue actus purus, ſiue non, antequam corpori continuetur, poteſt continuari. Vel igitur iſta poſsibilitas eſt ex parte materiæ, vel agentis, vel vtriuſque. ſi vtriuſque, ergo eſt forma generabilis & corruptibilis, vt ſcis. Si materiæ, ergo eſſet educibilis de potentia materiæ. Si agentis, quæro de agente proximo & immediato huius vnionis, & non poteſt poni aliud, niſi ipſemet intellectus, ergo ſequitur illud inconueniens. Et hæc ratio eſt multum ſubtilis contra poſitionem Auerro. & mihi non parum chara, & facit multum ad intellectum libri de intellectu.

Hic ſoluit. q. hanc multum ſubtiliter, & præcioſe. Et primo ponit veram reſponſionem, ſecundo ibi (Rurſus) quaſi tangit ſecundam ſolu. Dicit ergo in prima. dicimus nos quod ad hoc reſpondendum, videlicet, ꝙ non eſt impoſsibile C reperiri perfectiones ſimiles diſpoſitionibus, quæ ſeparantur a ſubiecto: vt nauta cum naue, & artifex cum ſuo inſtrumento, vult dicere quod poteſt inueniri hic forma, quaſi ſimilis intellectui mouenti orbem, vt apparet in nauta reſpectu nauis, & in artifice reſpectu inſtrumenti. Tunc declarat idem in intellectu. d. vnde, ſi corpus eſſet tanquam inſtrumentum animæ, anima eſſet diſpoſitio, id eſt forma ſeparata. (Et eſt verum.) Cum accepit iſtam propoſitionem, videlicet quod intellectiua anima comparatur ad corpus, ſicut artifex ad inſtrumentum: accipit ſecundam, ex qua vult ad formam reſpondere. d. & eſt verum quod poſsibilitas inſtrumenti non eſt ſimilis poſsibilitati agentis. Hæc ergo eſt vis ſolu. dicendum quod anima intellectiua poteſt vniri corpori potentia aliqua. & quando quæritur, qua potentia, agentis vel materię. Dicendum, quod neutro modo: ſed potentia agentis circa inſtrumentum. & quando dicitur, omnis potentia eſt, &c. verum eſt de comparatione formæ propriæ ad materiam, & non de poſsibilitate inter agens, & inſtrumentum. (Et ideo ſunt.) Soluit. q. poſſet dici contra: quoniam tũc vna eſſet poſsibilitas agentis in vnione animæ, & patientis. Reſpondit. d. & ideo ſunt inſtrumenta mouentia, & mobilia, id eſt inſtrumenta agentia, vt ſecuris: & mobilia, id eſt paſsiua: vt diſpoſitiones materiæ: vnde, inquãtũ mouētia, retinēt agētis poſsibilitatẽ

& inquantum mobilia, retinent poſsibilitatem patientis. vult ergo dicere quod D in iſta vnione nulla eſt poſsibilitas agentis neq; materia, ſed reductiue eſt vtraque: quoniam poſsibilitas, qua intellectus in corpore vnitur, dicitur reductiue poſsibilitas agentis: & poſsibilitas, qua corpus vnitur, dicitur poſsibilitas patiẽtis reductiue, & ideo infert: non ſequitur ex poſitione animarum ſeparatarum, quod dicatur, quod poſsibilitas agentis & patientis ſit vna & eadem, quoniam ibi concurrunt duæ poſsibilitates. Sed dices, poſsibilitas, qua intellectus vnitur, eſt ex parte agentis: ergo vniuerſaliter, quando vult. & ſic ſtat ratio Alga. Reſpondetur, quod non eſt ex parte agentis abſolute, ſed reductiue & metaphorice. proprie autem non eſt aliqua poſsibilitas, niſi qualis reperitur inter inſtrumentum, & motorem illius. Ideo illa vnio non eſt naturalis & propria, & quam ſubtilis ſit iſta ſolutio, tu vides: & cognoſcis ignorantiam Ioan. iand. 3. de Anima, qui nunquam nouit iſtam vnionem, & ſcis veritatem libri mei de intellectu. (Rurſus poſsibilitas.) Hic, quaſi inducit ſolu. ſecundum d. rurſus poſsibilitas agentis apud philoſophos non eſt tantum quid intellectuale, immo eſt quid reale extra animam: cuius contrarium eſt in iſta, vt declaraui: quoniam aliqualiter requiritur intellectus comparans intellectum corpori, & & econtra, vt dixi. Deinde excuſat ſe.d. non oportet amplius in hac reprobatione alia verba addere, quia, de ſe nota eſt apud quemcunque hominem intelligentem, habituatúq; aliqualiter in philoſophia naturali: & quam mihi chara, E grataq; fuerit iſta declaratio de intellectu, conſidera, tu: & ſic conſummata eſt expoſitio in prima diſputatione. Vbi debes ſcire, quod Auerro. multa adduxit argumenta contra Alga. quæ in rei veritate ſunt contra legem noſtram, attamen, vt declaraui, illa non concludunt niſi phyſice. dixi enim quod philoſophi totam doctrinam a ſenſibus accipiunt: &, quia dicta eorum ſunt ex ſenſibus, ideo poteſt dici quod ratione naturali ſunt dicta. Illa autẽ, quæ ponit lex noſtra, cum ſint ſupra ſenſus, & valde veriora, & per teſtimonium prophetiæ, quod eſt multo firmius, quam per ſenſus, ſunt tenenda. Quando, ergo philoſophi accipiunt aliquod principium, debet negari: quoniam, licet ſit conforme ſenſibus, attamen contradicit rationi. Senſus enim in multis contradicit rationi, vt apparet in moribus. Sẽſus enim vult fornicari, ratio vero vult eſſe cõtinens, vt apparet primo ethicorũ. Omnia ergo principia, hic dicta, ſunt falſa ſimpliciter, licet apparenter vera: non tamen apparentiæ eſt credendum, vt bene dixit Alga. Negatis ergo iſtis principijs, omnes rationes Auerrois ſunt fatuæ. Et licet ego non adduxi illa principia, iterum tamen in ſingulo loco tetigi ſingulam ſolutionem.

Defenſio noſtræ legis.

Et hic eſt finis primæ diſputationis.

DE DESTRVCTIONE SERMONIS EORVM DE AETERNITATE MVNDI, ET TEMPORIS, ET MOTVS.

ALGAZEL.

AIT Alga. Scias ꝙ hæc diſputatio eſt ramus primæ. quoniam mundus apud eos, ſicut eſt antiquus, non habens principium in eſſe ſuo, ſic eſt æternus, non habens finem in fine ſuo: & non poteſt imaginari finitas, nec corruptio eius, ſed nunquam deſecit, nec deficiet ſic eſſe. Rationes autem eorum quatuor, narratæ circa antiquitatem eius, extenduntur circa æternitatem eius. & dubitatio contra eas eſt, ſicut dubitatio hic abſq; differentia. Nam ipſi dicunt ꝙ mundus eſt cauſatus, & cauſa eius eſt antiqua, & æterna: & ſic eſt ſimul cauſatum cum cauſa. & dicunt ꝙ, cum non mutatur cauſa, non mutatur cauſatum, & cauſa eius remanebit. & ſuper hoc ædificauerunt prohibitionem innouationis. & ipſamet currit circa ablationem ceſſationis curſu primæ. & hæc eſt via eorum prima. Secunda autem eſt, quoniam mundus, cum corrumpitur, erit corruptio eius poſt eſſe eius, & erit in eo poſt, ergo fuit in eo tempus. Tertia vero via eſt, ꝙ poſſibilitas eſſendi non ceſſat.
C & ſic eſſe poſſibile poteſt eſſe inconuenientia poſſibilitatis, niſi ꝙ hæc ratio non eſt fortis. nam nos negamus ꝙ ſit antiquus ex parte ante, & non negamus ꝙ ſit æternus a parte poſt, ſi fecerit Deus glo. eum remanere in æternum: cum non ſit de neceſſitate innouati vt habeat finem, & de neceſſitate actionis eſt vt ſit innouata, & vt habeat principium. Et non eſt neceſſe apud aliquem, vt ſit mundo proculdubio finis, niſi apud Ela abo alhauil alhalaph. qui quidem dixit ſicut eſt impoſſibile in tempore præterito eſſe reuolutiones infinitas, ſic etiam eſt in futurum. & eſt falſum. quoniam omne futurum non ingreditur in eſſe omnino non comprehenſo, nec æquali. præteritum vero iam ingreſſum eſt totum in eſſe comprehenſo, licet non ſi erit æquale &, cum declaratum fuerit nos non denegare remanentiam mundi ex parte intellectus in æternum, ſed poteſt ſtare remanentia, & finitas eius: ergo cognoſcitur quæ pars poſſibilis conuenit in lege. & conſyderatio in eo non dependet in re intelligibili.

HAEC eſt ſecunda diſputatio principalis huius libri, vbi narratur de duratione mundi in futuro tẽpore. Et more conſueto primo apponit motiua Alga. Secundo reprobat illa, aliqua moderando. Circa primum videtur mihi ꝙ primò præmittit intentionem eius, & dicit, Ait Alg. modo vero excitati ſumus inueſtigare, vtrũ mundus, & tẽpus, & motus ſint infiniti in futuro. hęc igitur eſt eius intentio. Vbi debes ſcire, vt aperte. 8. Phy. declaratur, quod ex ſolo motu ęterno ſcitur ęternitas mundi, & tẽporis, & primi motoris. ſimiliter ex ſola ęternitate temporis ſcitur ęternitas cęterorum, & ex ſola ęternitate mundi ſcitur eadem ęternitas, ideo poſſet eſſe dubitatio: quare expreſsit illa tria? ſatis enim fuiſſet eſt exprimere illorum vnum tantum. Et dicendum, ꝙ expreſsit illa tria ad ſignificandum connexionem illorum: quoniã, quocunq; illorum exiſtẽte ęterno, infert ęternitatem alterius compatis: ideo vt ſignificaret eorum connexionem, expreſſit tria illorum, & dimiſit quartũm, ſcilicet ꝙ eſt primus motor, qui potius demonſtrat ęternitatem mundi, ſed a priori, vt dicit Auer. 8. Phyſ. commen. 50. & 52. & 56. vbi ponit modum, quo ex vno illorum trium infertur ęternitas primi, & econtra, diuerſis proceſsibus. vide (Vnde dicimus.) Probat, & aſsignat cauſam ſuę intentionis. & ſyllogiſmus debet ſic componi. omnis artifex, qui ſolicite perſcrutatur de aliquo ſcibili, debet perſcrutari de ramo illius ſcibilis. ſed prędicta intentio prępoſita eſt ramus quęſtionis dicentis, an mundus ſit ęternus, quod eſt ſcibile, circa quod eramus ſoliciti: ideo in ſecunda figura debemus exequi de intentione iam dicta. huius ſyllogiſmi tangit minorem, & eius probationem, & dicit: vnde dicimus quod hęc quęſtio eſt ramus prędictę quęſtionis, ſcilicet an mundus ſit ęternus. hęc eſt minor. deinde declarat illam. d. philoſophi enim opinati ſunt quod, ſicut mundus eſt ab ęterno in pręterito, ſimiliter aſſerunt ipſum eſſe ſempiternum in futuro. vnde ſup. opinantur. & quod ſemper fuit, & ſemper erit. vult dicere quod opinantur mundum eſſe infinitum ex vtroque latere. (Et eorum auctoritates.) Proſequitur ſuam intentionem, & primo in generali prœmittit fundamenta eorum philoſophorum, Et dicit: & eorum auctoritates: vult dicere fundamenta, maxime quatuor reperiuntur. dicunt tamen quod illę auctoritates, vult dicere fundamenta, ſunt illę quatuor, quas nomine ipſorum duximus ad probandum in prœcedentibus, ſcilicet quęſtione prima. quod mundus ſit ab ęterno in prœterito tempore: nanque ab eiſdem rationibus probatur ipſum mundi eſſe ſempiternum, & creatum a cauſa æternali & ſempiterna. (Et quia cauſa) explicat illas vias ſeu auctoritates, quibus mouebantur philoſophi. & prima ratio ſic componitur. id, ad quod refertur relatiuum ſempiternum æterno tempore ipſum in ſui natura & eſſe potens ponere reliquum correlatiuum in eſſe, debet eſſe ſempiternum. ſed mundus eſt huiuſmodi: igitur in prima figura ſequitur ipſum ſemper eſſe. maior eſt manifeſta de ſui natura. cum enim intelligitur natura relationis, intelligitur illa maior. Sed minor proſyllogizatur in litera ſic: relatiua oportet ꝙ ſint ſemper ſimul, vt ex definitionibus eorum apparet: cauſa et cauſatum ſunt relatiua: ergo oportet vt ſint ſemper ſimul. Tunc vltra, cauſa & cauſatum ſemper ſunt ſimul. ſed mundus eſt cauſatum, & primus motor cauſa, & eſt in ſui ſubſtantia ſempiternus. ergo mundus ſemper eſt, & ſic nunquam deſinet eſſe. Huius ſyllogiſmi tangit tantum proſyllogiſmum minoris, & concluſionem, vnde ait, & quia cauſa & cauſatum ſunt duo relatiua. & hęc eſt minor proſyllogiſmi: & relatiua oportet ꝙ ſint ſemper ſimul: & hęc eſt ejus maior. ergo mundus ſemper fuit, & erit: & eſt concluſio principalis. & addit, dum enim cauſa non permutatur, nec etiam cauſatum permutari debet, & eſt quaſi confirmatio dicti ſyllogiſmi, & in hac ratione ſunt difficultates, quas dicam forte poſt: vnde ait hæc eſt prima ratio ipſorum. (Secunda ratio, ſi) Ponit ſecundam rationem, & videtur mihi quod eſt in forma hypothetica per impoſsibile, & debet componi, vt dicit: ſi mundus ad priuationem, vult dicere, ad non eſſe eius perueniret, eſſet ergo ſua priuatio poſt ſuum eſſe, & ſi eſſet ibi ante & poſt, tunc ibi eſſet tempus, quoniam ante, & poſt exigit tempus, vult dicere, quia ſunt differentię eſſentiales eius: ergo tempus erit poſtquam fuit corruptum: quod eſt ſimpliciter impoſsibile, conſequentia autem apparet, quia priuato mundo non erit mo-

A tus, & per conſequens nec tempus, cuius eſt paſsio vel menſura, & ſic non erit tempus: & tamen erit propter iam dicta; ergo aliquid erit poſtquam erit corruptum. (Tertia ratio hęc eſt.) Ponitur tertia ratio, & debet componi ſic. id, cuius poſsibilitas eſſendi, nec eſſe poſsibilitatis ceſſat. in ſui natura eſt ſempiternū: ſed mundus eſt huiuſmodi: ergo erit ſemper: huius non ponitur niſi minor. d. poſsibilitas eſſe non ceſſat, vult dicere ipſius mundi, nec eſſe poſsibilitatis (Et hęc ratio debilis eſt.) Et poſtquam adduxit rationes, incipit debilitare illas, & primo debilitat iſtam vltimam rationem & ait: & hęc ratio debilis eſt apud nos, quia negamus quod ſit ab ęterno, vult dicere a parte ante. Sed non negamus quod ſit ſempiternus, id eſt, perpetuus à parte poſt. Si deo placuerit quod eſſet in perpetuum, vult dicere ſecundum voluntatem primi. Ad formam argumenti negatur minor: quoniam poſsibilitas mundi eſſendi a parte ante non fuit ſemper, immo incœpit, & tamen voluntate Dei poteſt ſemper eſſe. (Non enim.) Remouet quoddam dubium: quoniam poſſet quis dicere, omne factum habet finem. Si igitur mundus eſt factus, igitur habet finem: ergo nō poterit nec voluntate Dei, nec aliqua cauſa perpetuari. Soluit. d. non enim eſt de neceſsitate innouati, vult dicere nouiter producti quod habeat finem, immo bene eſt de neceſsitate actus: vult dicere facti quod ſit innouatum, & habeat principium. Circa hoc debes

B ſcire, quod iſti opinati ſunt, ſicut Plato, ſcilicet quod poſtquam Deus fecit mundum, amplius non deſtruet ipſum, immo conſeruabit eum: cuius ratio fuit, vt narrat Auerroes primo cœli commen. 124. aut quia agens aliquod non eſt innatum corrumpere ipſum, aut quia agens ſapiens non eſt innatum corrumpere ſuum factum: dementis enim eſt corrumpere opus eius, aut quia corrumpens eſt contrarium generanti: quod in propoſito non cadit: aut quia non corrumpitur omnino, quia ſcilicet de ratione facti, non eſt habere finem, vt dicit hic Algazel. Sed de hoc dicam in ſolutione huius dubij aliqua pulchra. (Et nullus.) ponit peccatum cuiuſdam, & dicit, nullus ſapientum opinatur quod mundus debet finiri, niſi vnus prudentum ſaracenorum, cuius motiuum ponit, & videtur ſua ratio conſiſtere in hoc, quod, qua ratione eſt impoſsibile in præterito reuolutiones infinitas pręceſsiſſe, ſimiliter & in futuro, ſup. infinitas ſuccedere: quod autem antecedens ſit impoſsibile, iam declaratum eſt in expoſitione primę diſputationis, in ſolutione quinti dubij. Similitudo autem apparet: quoniam tempus eſt vnius rationis, & in præterito, & in futuro ſecundum omnes, ideo æqualiter eſt impoſsibile in vtroque. (Sed hęc opinio.) Reprobat illud, & ſoluit eius argumentum, & dicit, & hęc opinio eſt erronea: nullum nanq; futurum ingreſſum eſt ad actū, vult dicere completum, neque ſucceſsiue, neque continuate, id eſt, ſimul, & pręteritum ingreſſum eſt ad actum omnino ſucceſsiue, id eſt, completum. Solutio igi-

C tur conſiſtit in hoc, quod non eſt ſimile de pręterito, & de futuro: quoniam pręteritum eſt terminatum ad inſtans huius Diei, futurum autem non terminabitur, ideo non eſt ſimile: modo in infinitum terminari eſt impoſsibile, & concludit intentum, d. vnde, poſtquam non eſt magnum. &, ſi littera non eſt corrupta, vult dicere extraneum mundum remanere in perpetuo intellectu, ergo ſup, nec in eſſe: quoniam Deus poteſt facere quod intelligit non implicans impoſsibilia, immo ſua finitio & ſua perpetuatio eſt poſsibilis: ergo vtrunque poteſt facere Deus: Ideo concludit. d. debemus nos igitur inclinare erga vnam iſtarum, ſcilicet vel quod Deus finiet, vel Deus perpetuet, cum vtrunque ponit cohortatione legali, id eſt, pręcepto legis non intellectuali, id eſt, non ratione, ſed fide: quaſi dicat, quod alterum illorum debemus credere ex lege, non ratione: quia lex nō ratione conſtituitur vt credunt philoſophi, vt declarauit Auicen. in 9. Metaphyſicæ: & ſic completur intentio Algazelis, de quibus dicet nunc Auerroes.

AVEROES.

AIt Auer: Quod autem dixit, quòd id, quod ſequitur ex ratione prima eorum de antiquitate mundi in præteritum, ſequitur

idem ex ea in futurum eſſe verum: & ſic etiam eſt in ratione ſecunda eorum. Cum autem dicunt quòd non ſequitur in tertia ratione in futurum id, quod ſequitur in præteritum ſecundum opinionem eorum, quia nos negamus vt ſit mundus æternus in præteritum, & non eſt falſum vt ſit æternus in futurum, niſi apud Auoalhozil alhalaph, qui quidem tenet eſſe mundum ęternum ex duabus extremitatibus falſum, non eſt, ſicut dixit. quoniam, cum concedunt eis quòd mundus non defecit poſsibilitas eius, & quòd poſsibilitas euenit ei, tanquam quid eum ſequens, quo menſuratur hęc poſsibilitas, ſicut euenit enti poſsibili, cum exierit in actum hęc diſpoſitio, & apparet de hoc ſpacio quòd non habuerit principium, verificabitur eis tempus non habere principium. hoc enim ſpacium nihil aliud eſt niſi tempus. & appellatio eius, qui appellauerit id dahar, ideſt æternum, nihil eſt. Et, cum fuerit tempus copulatum poſsibilitati, & poſsibilitas copulata eſſe moti non habet principium. Cum autem dixerint ꝙ omne, quod reperitur in præteritum, habet primum, eſt propoſitio falſa: quoniam primum reperitur in præteritum ærtenum, ſicut reperitur in futurum. Diſtinctio autem eorum in hoc inter primum, & operationem eius, eſt ratio indigens demonſtratione. quoniam eſſe eius, quod fuit in prę teritum non æternum, eſt aliud ab eſſe eius, quod fuit in præteritum æternum. nam id, quod fuit in prçteritum non æternum eſt finitũ ex duabus extremitatibus, ſ. habet principium, & finem. quod vero eſt in prçteritum ęternum non habet principium, nec finem, neq; ceſſationem. & ideo, quia non ponunt Philoſophi ꝙ motus circularis habeat principium, non ſequitur eis vt habeat finem: quoniam ipſi non ponunt eſſe eius in prçteritum eſſe generabile, & corruptibilę. & qui concedit hoc eis, contradicit verbis ſuis. & ideo fuit hęc propoſitio vera, ꝙ omne habens principium habet finem. Quòd autem ſit quid habens principium, & non finem non eſt verum, niſi ꝙ poſsibile fiat ęternum. nam omne habens principium eſt poſsibile. Quòd autem ſit aliquid poſsibile, vt recipiat corruptionem, & recipiat æternitatem, eſt quid non ſcitum, & debet ſpeculari de eo. Et iam ſpeculati ſunt de eo Antiqui, & Hauoalhauil conuenit cum Philoſophis in eo, ꝙ omne innouatum corrumpitur, & eſt conſequens fortiſsimum ad eradicandum ſermonem de innouatione mundi. Qui autem diſtinguit inter prçteritum, & futurum, ꝙ id, quod fuit in prçteritum, iam exiit totum in eſſe: id vero, quod erit in futurum, non exit totum in eſſe: exit enim de eo aliquid, & aliquid non: eſt ſermo fallax. Nam id, quod fuit in præteritum, in rei veritate iam exiit in tempore: & quod exiit in tempore, id excedit tempus ex duobus lateribus, & habet totum, & eſt finitum neceſſario. Quod vero non exiit in prçteritum, vt eſt proceſſus eius, quod innouatur, non exit in prçterito, niſi æquiuoce. ſed ipſum cum prçterito durat in infinitum, & non habet totum. totum vero ex partibus eius. tempus enim non reperitur ei principium primum, in-

Aeternũ a parte ante et poſt & ęternum a parte poſt tm̃ differunt.

A nouatum in præteritum.nam omne principium innouatum eſt in tempore præſenti: & omne tempus præſens habet ante id præteritum:ergo id,quod reperitur æquale tempori, & tempus eſt æquale ei, neceſſe eſt vt ſit infinitum, & quòd non exeat ex eo in eſſe præterito, niſi parte eius,quas comprehendit tempus ex duobus lateribus:ſicut non exit in eſſe moti ex tempore in rei veritate, niſi inſtans, nec ex motu,niſi id, quod mouetur in magnitudine, in qua mouetur in inſtanti, de quo quæritur. Nam quemadmodum ens, quod non defecit in præteritum, non dicimus quòd id,quod tranſiit ex eſſe eius,exiit nunc in eſſe:nam, ſi hoc eſſet,erit eſſe eius principium,& tempus id comprehendit ex ſuis lateribus: ſic dicimus de eo,quod eſt cum tempore, non autem in eo,& in reuolutionibus præteritis, quòd exit ex eis in eſſe imaginabili id, quod ex eis comprehenderit tempus. Quæ vero ſunt cum tempore, adhuc non exeunt in eſſe: ſicut non exiit in eſſe præteritum id, quod B non defecit eſſe, poſtquàm non comprehendit id tempus. Cum autem imaginatus fueris ens æternum, operationes quidem eius non retardantur ab eo: ſicut eſt mos omnis entis, cuius eſſe eſt perfectum, vt ſit tale.nam,ſi ipſum fuerit æternum, & non exiuerit in tempore præterito, ſequitur neceſſario vt non exeant operationes eius in tempore præterito.nam,ſi exiuiſſent,eſſent finitæ: & hoc ens æternum non deficeret eſſe abſque operatione. & id, quod non deficit non operari, eſt neceſſario impoſsibile. Et eſt conueniens enti, cuius eſſe non exit in tempore,& id non comprehendit tempus, vt ſint operationes eius tales.nam nulla eſt differentia inter eſſe entis,& operationes eius.Si autem fuerint motus orbium cœleſtium, & eius, quod ſequitur ex eis, operationes entis æterni, cuius eſſe non exit in eſſe præterito, neceſſe eſt vt operationes eius non exeant in tēpore præterito. Et non omne, quod dicitur de eo non exire, poſsibile eſt vt dicatur de eo iam exiuiſſe in tempore præterito,nec ꝙ iam finitum eſt. omne enim habens fiC nem habet principium. Vlterius, cum dicimus de eo non defeciſſe, eſt negatio proceſsio in tempore præterito, & habere principium. Et qui ponit exitum fuiſſe in tempore præterito, ponit ei principium. & ipſe quidem petit principium in quæſito. Et, cum non ſit verum, id,quod non defecit cum eſſe æterno,iam exiuiſſe in eſſe,niſi exiuerit ens æternū in eſſe,cum exit in tempore præterito. Igitur, cum dicimus omne præteritum iam exiuit in eſſe, intelliguntur de eo duo. quorū vnū eſt, ꝙ omne,quod exiuit tempore præterito, iam exiuiſſe in eſſe: & hoc eſt verum.præteritum vero copulatum ipſi eſſe, quod non defecit,ſ.quod non euadet ab eo,non conuenit vt dicamus exiſſe in eſſe.nam,cùm dicimus de illo exiuiſſe,eſt contrarium eius,quod dicimus,ꝙ ſit copulatū enti æterno.& nulla eſt differentia in hoc inter operationē,& eſſe,ſ. ꝙ qui concedit poſsibilitatem eſſe entis,quod non defecit in præteritū, debet etiam concedere ꝙ hic ſint operationes, quæ non defecerūnt antea in præteritum. & non eſt neceſſe vt ſint operationes eius omnino

Duo intelliguntur I eo qđ ṗteritum oē iam exiuit in eſſe.

poſteæ in eſſe, ſicut non ſequitur in duratione ſubſtantiæ eius in præteritum, vt exiuerit in eſſe. & hoc totum eſt manifeſtum, vt vides. Hoc autem eſſe primum poſsibile eſt vt faciat operationes, quæ non defecerunt, nec deficiet. &, ſi hoc fuerit impoſsibile in operatione, erit quoq; impoſsibile in eſſe. nam omne ens operatio eius eſt copulata ei in eſſe. Iſti autem homines ponunt impoſsibilitatem operationis æternæ ei, & eſſe eius æternum. & hæc eſt vltimitas erroris. ſed dare nomen innouationis mundo, vt dat lex, eſt magis proprium, quàm quod dat ſecta Aſſaria. nam operatio, in eo ꝙ eſt operatio: eſt innouata. Imaginatur tamen antiquitas in eo, quoniam hæc inouatio, & operatio innouata non habet principium, nec finem. Dixi & ideo difficile eſt Mauris appellare mundum æternum, & Deum æternum. & ipſi non intelligunt de æterno, niſi non habens cauſam. & iam vidi aliquos ſapientum Maurorum adhærere huic opinioni.

Cum narrauit Auerroes totam ſententiam Algazel. vult modo videre quid veritatis continet, & quid falſitatis. & primo declarat quid veritatis, & dicit: dicimus nos quod duę primę harum prędictarum rationum ſunt concedendę, quia veræ ſunt totaliter. (Sed id, quod.) Oſtendit peccata illius. & primo oſtendit tertiam rationem eſſe firmam, & videtur mihi quod probatio eius ſit enthimema, & primo illius accipit antecedens. d. Sed id, quod dixit in tertia ratione, non eſt ita: quia, poſtquam concederemus mundum fuiſſe ſemper poſsibilem, & quod aliqua res extenſa ſequitur eandem poſsibilitatem, vult dicere mundi: & ab ea menſuratur, vult dicere taliter, quod illa poſsibilitas menſuratur illa re extenſa: taliter, ſcilicet, ſequitur illa res extenſa illam poſsibilitatem, qualiter ſequitur poſsibilem rem, quando egreditur ad actum, ſcilicet eo modo, quo menſurat rem exiſtentem actu; & quod hęc extenſio eſt ſine principio, totum hoc eſt antecedens. Nunc apponit conſequens. d. concedendum igitur quod tempus non habet principium. (Dicta enim.) Probat conſequentiam, d. dicta enim extenſio non eſt aliud niſi tempus. (Et cum tempus.) Facit ſecundum enthimema, & dicit, & cum tempus dictæ poſsibilitati adhæret, ergo poſsibilitas adhęret eſſe mobili, & tunc infert tertium & ſup. cum mobili eſſe adhęreat, ergo eſſe mobile non habet principium. Primo debes ſcire quod antecedens habet partes. Prima, quod natura mundi ſit ſemper natura entis poſsibilitatis. Secunda, quod illi poſsibilitati coextendatur aliqua res extenſa. i. aliqua cõtinua mora coęqua ei eo modo, quo rei exiſtenti coextenditur aliqua continua menſura. Tertia, quod talis poſsibilitas menſuratur illa re extenſa tanquam propria menſura. Quarta, quod hęc extenſio ſit ſine principio. Tunc ſequitur conſequens iam dictum, ſ. tempus non incępiſſe. Sed circa hanc conſequentiam primo dubitatur de veritate antecedentis, ſecundo de neceſsitate conſequentis ex antecedente illati, tertio videbitur de aliis enthimematibus. Quantum ad primum videtur mihi quod prima pars non ſit vera: quoniam, ſecundum philoſophos, quod ſemper eſt, non eſt ens poſsibile, vt dicit Ariſt. ſecundo de genera. tex. com. 51. & Auer. primo cœli commen. 138. modo mundus eſt natura ſemper ens, ideo non erit natura poſsibilis. Secundo non videtur verum, quod illi poſsibilitati coextendatur aliqua res extenſa: quoniam, vel illa poſsibilitas eſt aliqua res in actu, ſcilicet mundus ſemper exiſtens, vel mundus non ſemper exiſtens: primum dici non poteſt, quoniam dictum eſt. 4. Phy. quod æterna non menſurantur tempore, nec extenſione aliqua. Si vero intelligat rem, ſcilicet mundum non ſemper ens, nec hoc menſuratur tempore, quoniam ſemper ens non eſt ens, et etiam non menſurabitur ſicut res exiſtens, ſicut dicit ipſe, & per hoc apparet tertium eſſe impoſsibile: illud autem, quod dicit quarto, non videtur ad propoſitum: quoniam illa extenſio non eſt extra animam, ſed tantum in mente, ideo non videtur inferre conſe-

Quod ſemper eſt, non eſt ens poſſe.

A quens. & per hoc apparet conſequentiam illam nihil eſſe, vt potes intelligere. Preterea, ſecundum enthimema videtur valde debile: quoniam tẽpus non inhęret poſsibilitati, vt apparet, nec poſsibilitas mobili, et vltimum nihil eſt: quoniã per idem poſſem probare Sor. eſſe ſemper, quoniã Sor. eſt ſemper eſſe poſsibile, & nõ habet principium, vt omnes ſciunt. Sed circa iſtam rationem oportet conſiderare: eſt. n. nimis breuis, ideo propter breuitatem latet. Dicendum igitur quod ratio vel poteſt eſſe ſimpliciter, vel ad hominem; ſiquidem ratio eſt ad hominẽ, vt puto, videtur mihi quod Algazel opinatur quod natura mũdi ſit natura entis poſsibilis, quoniam ipſe opinatos eſt cum Plato. quod aliquod contingens in ſui natura poſſet a Deo perpetuari, vt etiam opinatur lex noſtra: & ſi ſic, oportet ipſum dicere quod natura mundi poteſt non eſſe, & poteſt eſſe. Sed voluntate, et ſapientia prima parte poſt perpetuabitur, vt dicebant in ſententia eius dicta: ex hoc ſequitur quod prima pars eſt vera, ſcilicet quod natura mundi ſit natura poſſibilis ſemper, ſed quod illi poſsibilitati coextendatur aliqua res extenſa cogua ei, eſt difficile, & tamen, vt accipitur aperte ex dictis philoſophorum, cauſa poſſibilitatis, & contingentię eſt materia prima, vt Auer. primo Phy. commen. 60. in fine declarauit, & 2. de genera. commen. 51, & 9. Meta. commen. 1. & alibi. Ex hoc ſequitur quod poſsibilitas mundi continetur in prima materia, & in primo motore: omnis enim forma continetur actu in primo motore, & potentia in

Poſsibilitas mũdi continetur in prima materia, & primo motore.

B prima materia, vt dicit ipſe. 12. Meta. cõm. 18. circa finem. Sed Deus non poteſt extrahere formam a materia prima, niſi mediante corpore cœleſti, vt, 8. Phyſi. com. 15. & primo cœli. commẽ. 22. & 33. dixit, & ego declaraui in quęſtione de intellectu: ergo erit corpus cœleſte, mediãte quo extrahet a materia formã mundi. Ex hoc ſequitur, quod illi poſsibilitati coextenditur ſucceſsio motus corporis cœleſtis, tanquam menſura communis omnibus poſsibilitatibus entibus infra ipſum contentis, & per conſequens apparet tertium. Quod autem talis motus ſit perpetuus, apparet, quoniam, vt declarauit ipſe primo cœli. com. 33. aliter eſſet proceſſus in infinitum, & ego in expoſitione mea ibidem dixi multa de hoc. Ex his ſequitur veritas antecedentis: eſt enim mundus ens ſemper poſsibile, vt dicit Algazel, illi etiam poſsibilitati coextenditur aliqua res ſemper ens, quia motus cœli. Talis etiam poſsibilitas menſuratur illo motu, & talis motus eſt ſine principio. & omnia hæc ſunt declarata ex fundamentis eius. Et cum ita ſit, apparet qualiter neceſſario ſequitur quod tempus non incœpit: quoniam illa res extenſa, ſcilicet motus, eſt ipſum tempus ſecundum ſubiectum, licet differat a moto, vt dixit. 4. Phy. & per totum hoc apparet primum enthimema: ſecundum autem apparet facile, quoniam tempus adhęret dictę poſsibilitati, non quidem tanquam ſubiecto, ſed bene motui, qui eſt illa poſsibilitas, pro quanto continet illam, quo

Tempus nõ incœpit.

C niam virtute motus ſit exitus illius poſsibilitatis ad actum: & ſic apparet qualiter poſsibilitas adhęret mobili, quia corpori cœleſti, cui adhęret motus tanquam ſubiecto, & tertium eſt manifeſtum per ſe: modo apparet igitur quomodo valeat ad hominem hęc ratio. Sed quomodo valeat per ſe eſt valde occultum. Si enim valeat per ſe, oportet probare quod omnis poſsibilitas continetur in prima materia, & ſecundo quod primus motor nõ poſsit agere ſine corpore cœleſti. Si enim iſtę duę propoſitiones ſunt verę ſimpliciter ex natura rei, ſine dubio via iſta eſt demonſtratiua ſimpliciter. Sed ego nolo immorari modo, quoniam immoratus ſum in quęſtione de intellectu, vbi probaui vijs philoſophorum, quod omnis poſsibilitas eſt in materia, & primo motore, qui nihil agit, nec agere poteſt ſine concurſu primi moti, quod eſt corpus quintum, & ibi adduxi ſol. noſtrę legis optimas. & argumentum, quod hic facit Auer. nihil eſt contra nos, quoniam fundamenta eius ſunt falſa apud nos chriſticolas, vt patet. Ad primam apparet ſolutio, mundus. n. ſecundũ philoſophos non eſt ens poſsibile, vt ly poſsibile diſtinguitur contra ſemper ens, & ſemper non ens: ſed illud eſt ſecundum Alga. & loquentes ſuę legis. Ad ſecundum, apparet qualiter illi poſsibilitati coextenditur res extenſa, quia motus cœli: & licet ſecundum philoſophos ęternum non menſuratur, attamen illud eſt ſatis contra Alga. Ad quartum iam apparet ſol. illa enim res extenſa eſt res extra animam, ſcilicet motus quinti corporis, vt ego

Solutio.

declaraui per fundamenta Auer. Ad vltimum nego ſimilitudinem, & nego D
conſequentiam. vnde intentio Auer. non eſt quod mundus poſsibilis ſemper ſit,
ſed tempus ſemper ſit propter cauſam iam dictam. quod autem Sor. ſit ſemper
poſsibilis, non ſequitur ipſum ſemper eſſe, ſed quod tempus mēſurans ipſum ſem-
per ſit, & tunc apparet defectus rationis. & iſta ratio indiget maiori expoſitio-
ne, ſed ſatis eſt pro nunc, quoniam intelligitur ſecundum fundamenta eius. (Sed
id quod.) Oſtendit aliud peccatum, & dicit: ſed id, quod dicebat, ſcilicet ꝙ quod-
cunq; fuerit in pręterito, habet & principium, vult dicere, temporis, propoſitio
falſa eſt: principium nanq; reperitur in æterno, ſicut in futuro. & ſi litera non eſt
corrupta, vult dicere, ſicut in ente futuro nondum facto, & innuit eius nouū: vel
forte litera eſt corrupta, & intendit ſicut in facto, & ſic eſt ſermo manifeſtus per
ſe. (Sed id, in quod) remouet aliud peccatum, & dicit: ſed id, per quod ponebat
differentiam inter primum, & eius actum, vult dicere primum motorem, & eius
opus: dixit enim ꝙ primus motor nec habet principium in tempore, nec finem.
Opus autem eius, licet habeat principium in tempore, nō tamen finem. hoc inquā
non eſt concedendum ſine demonſtratione. (Sed eſſe. Ponit veritatem huius, &
dicit, ſed eſſe illius, quod in pręterito tempore fuit, non ab ęterno, differt ab eſſe
pręteritę rei ęternalis: id nanq;, quod in præterito ingeternale, id eſt non ęterna-
le, ſed habens principium in tempore, eſt finitum ſuis duabus extremitatibus, E
ſed id, quod fuit in præterito ab ęterno, erat in principio, & fine: & forte litera
eſt corrupta, et debet legi, caret in principio & fine: & hoc dat intelligere ſermo
ſequens: vel poteſt legi vt ſtat, quoniam ęternum ex vtroque latere habet, quaſi
motum circuli, qui eſt in principio & fine, pro quanto principium, & finis in eo
ſunt idem. (Vnde quando.) Probat hoc ſigno, & dicit: vnde, quia philoſophi ne
gant motum circularem habere principium, non ſequitur eos ꝙ habeat finem:
& hoc, quia eſt carens principio, ideo concludit concluſionem. d. vnde dicimus
idcirco ꝙ dicere, quodcunq; habet principium, habet finem, eſt propoſitio ne-
ceſſaria, & vera. (Sed ꝙ ſit.) Probat concluſionem illam iterum per rationem
poſitam in multis locis, & maxime primo cœli, commen. 138. & dicit, ſed ꝙ ſit
aliquid principiatum, vult dicere in tempore ſine fine, hoc eſt falſum: niſi dica-
mus ꝙ poſsibile, id eſt ens contingens poſſe conuerti æternale: quodlibet nanq;
principiatum, vult dicere propter iſtam cauſam habet finem. (Sed ꝙ ſit aliqua.)
Innuit id, in quo eſt locus quęſtionis, & poteſt duobus modis intelligi, vno mo-
do, ſed ꝙ ſit aliqua res poſsibilis, quę poſſet corrumpi, & ſit ab ęterno, id eſt quę
in futurum nunquam corrumpetur, vt Plato dixit, eſt valde dubitabile & opa-
cum, id eſt obſcurum, vel ſecundo poteſt intelligi, & forte melius: ſed ꝙ ſit ali-
qua res poſsibilis, quę poſsit corrumpi ab ęterno, id eſt quę non habuerit princi
pium in tempore a parte ante, ſicut dicetur de motu cœli, eſt valde dubitabile et F
opacum, & eſt quid inueſtigandum, & multi ſapientium inſudauerunt erga pro-
poſitum iſtud ſup. & ſecundus modus eſt plus conſonus verbis, vt apparet.

Sed circa iam dicta poſſunt eſſe multæ quęſtiones, de quibus dixi in
multis locis, ſcilicet in libro de intellectu, & expoſitione de ſubſtātia orbis, ideo
pro nunc nolo immorari in eis. Niſi ꝙ debes ſcire ꝙ duabus vijs ad pręſens po-
teſt declarari conſequens Auer. eſſe falſum, ſcilicet contingens eſſe ęternum. Ex
quibus etiam apparebit conſequentia. Prima via ponitur in primo cap. de ſub-
ſtantia orb, vbi declaratum eſt cauſas generationis & corruptionis eſſe duas, ſci-
licet ſubiectum dimenſionatum dimenſione interminata, & continuitas forma-
rū in ſe, vel in ſuis qualitatibus: & hoc diffuſe declaraui in expoſitione mea. Si
igitur hę ſunt cauſę generationis & corruptionis, oppoſitę cauſę erunt oppoſito-
rum effectuum: ſequitur ꝙ ęternitatis cauſę erunt priuatio materię, & contrarij,
vt dicit Auer, in vltimo illius libri. In cauſis enim adęquatis, ſi affirmatio cauſa
eſt affirmationis, negatio erit cauſa negationis, ſecundum omnes philoſophos,
& maxime Ariſto. in poſterioribus. Ex his ſequitur ꝙ, ſi aliqua rēs generabi-
lis erit ęterna, illa erit natura neceſſaria ſimpliciter, & contingens: erit enim ne-
ceſſaria ſimpliciter, pro quanto caret cauſis corruptionis & generationis. Erit
quoq; contingens, pro quanto opponitur generabili & corruptibili: & ſic vna

Duplici via declarat cō tra Auer. cō tingens non eſſe æternū.

natura

A natura erit duæ naturæ valde oppoſitæ, vt vides. Via ſecunda poteſt eſſe, qm̃ Secũda via.
in rebus corruptibilibus ſcimus, ꝙ ſi aliqua res dura: per annum eſt aliquantę
virtutis comparando ad rẽ ſui generis non durantis niſi per menſem: & cauſa
eſt manifeſta per ſe, quoniã illa res durans per annũ non durat per annum, niſi
quia reſiſtit cauſis contrarijs potentibus ipſam ponere in non eſſe, ſed id reſiſte
re eſt aliquanta virtus in ea, ideo, ſi durabit per duos annos, erit in dupla perfe-
ctione & virtute, & ſi per tres annos erit in tripla, & ita ſi infinitum erit infinĩ
ti vigoris & potentiæ, & ex hoc apparet inconueniens illud, ſcilicet ꝙ contin-
gens ſit ſemper ens, eſſet.n. illud contingens in infinitũ in perfectione, & ſic na-
tura neceſſaria ſimpliciter, & ſic vna natura erit duę naturę, ſ. quia natura fini-
ta eo quia generabile, & natura infinita eo quia ſempiternum. Solutiones autẽ
theologorum diſtinctæ ſunt in libro de intellectu. vbi dixi, ꝙ huiuſmodi ratio-
nes ſupponunt principia falſa, & ex illis concludunt concluſiones falſas. Nos
enim dicimus ꝙ res eſt poſsibilis voluntate Dei, & æterna voluntate eius, &
ſic negamus cauſas poſsibilitatis eſſe illas, quas ponit iſte homo, & non me ex-
tendo hic, quoniam ibi dixi plura, & ẽt quia friuola ſunt. Rationes enim philo-
ſophorum ex ſuppoſitione procedunt, quarũ nulla valet. Hic poſſet quæri vtrũ
de ratione effectus, vt effectus eſt, ſit habere principium & finem. Sed quia in
B quęſtionibus libri Phyſi. in primo dixi multa de hoc, non opus eſt immora-
ri in his.

ALGAZEL.

AIt Alga. Via aũt Quarta eorũ ſequitur. qm̃ ipſi dicunt, cum
corrũpitur mundus, remanet poſsibilitas eſſe eius. nã poſsibile
non ſit inconueniẽs, & eſt attributũ relatiuũ & indiget omne
innouatum ſecundũ opinionẽ eorum materia pręcedenti, & omne cor
ruptũ corrũpitur ad materiã præcedentẽ. materię aũt, & radices nõ cor
rũpuntur tñ formę, & accidentia, quæ ſunt eis.

Hic ponit quartã rationẽ, & vr̃ mihi quod ſit in forma enthimematis, & d.
ait Alg. quarta vero ratio prędictorũ eſt ꝙ ipſi dicunt, quod ſi mundus priuare
tur, adhuc remaneret poſsibilitas ſui eſſe. quã conſequentiã declarat. d. poſsibi-
le enim nõ põt in impoſsibile cõuerti. ſi igitur, ſemel fuit natura entis poſsibilis,
ſemper erit natura illa. aliter, vel erit natura impoſsibilis, vel natura neceſſaria
vt iam dictũ fuit. (Et poſsibilitas) adducit ſecundum enthimema, & ait; & poſsi-
C bilitas eſt denominatio relatiua, id eſt relatio reſpiciens aliquod tanquam ſubie
ctũ, & aliquod tanquam agens, vt dictum eſt primo cœli. commento. 124. ergo
oportet quod quodlibet innouatum indigeat de materia taliter, ſcilicet quod ma
teria præcedat ipſum. (Et quodlibet priuatum.) Probat hoc ſecundo, & ait, &
quodlibet priuatũ ad materiã corrumpitur: cuius rationẽ ponit, & dicit, quia ma
terię, & radices, id eſt principia non priuantur, immo tantum formę exiſtentes
in illa materia, & accidentia, quæ in eis materijs conſiſtunt, & corrumpuntur.
Ideo forma in materiam corrumpitur, quoniam corruptio non ſit in nihil. & tũc
adde minorem, ſed mundus per te corrumpitur. ergo in materiam corrumpitur.
Sed materia non ponitur ſine forma. ergo aliqua alia forma generabitur, & ſic
adhuc erit mundus, vt dixi in expoſitione iam dicta.

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem ponitur aduentus formarum circulari- Ponit circulationẽ
ter in eodem ſubiecto, & ponatur ꝙ agens in hac circulatio- formarũ in ma
ne eſt agens, nõ deficiẽs, nõ ſequitur ex hac poſitione falſum. teria.

Si vero ponitur aduentus vnius poſt ablationem alterius in materiis infinitis ſpecie eſt falſum. & ſic, ſi ponitur hoc abſque agente æterno, ſeu ab agente non æterno. quoniam, ſi fuerint ibi materiæ infinitæ, reperiretur infinitum in actu. & hoc eſt falſum. & magis abſurdum eſt vt ſit aduentus vnius poſt ablationem alterius ex agentibus innouatis. quare non eſt verum hoc modo ꝙ homo generetur omnino ab homine, niſi ponatur hoc circulariter in eadẽ materia, ita ꝙ erat corruptio aliquorum hominum præcedentium materia ſubſequentium, & eſſe aliquorum præcedentium currit curſu agentis, & inſtrumenti cũ ſubſequentibus. & hoc totum eſt per accidens. quoniam, cum ſint hæc tanquã inſtrumenta agentis non deficientis, generatur homo mediante homine, & ex materia hominis. & hoc totum, cũ non diuiditur hac diuiſione, non euadet conſyderans in his rebus à dubitationibus, ex quibus non poteſt ſaluari. Et Deus glo. ponat te, & nos cum his, qui peruenerunt ad gradum ſapientum, attingentium ad finem veritatis circa poſsibile ex operationibus eius, & neceſſarium, quod nõ finitur. & totum hoc, quod diximus hic, non declaratur in hoc loco. Et debet ſpeculari de eo cum prudentia, & aſsiduitate ſecundum conditiones, quas declarauerunt Antiqui, & eas conditiones poſuerunt in ſpeculatione. & impoſsibile eſt cum hoc, quin audiat homo ſermones contradicentium in omni re, de qua ſpeculatur, ſi dilexerint eſſe ex hominibus veritatis.

Hic Auer. primo moderat intellectũ prędictę rationis. põt. n. ratio illa habere duos intellectus, vnde. d. dicimus nos qđ poſito quod formæ circulariter aduenīãt in ſubiecto vno viciſsim, & qđ agens circulare nunquã ceſſauit, nõ ex hoc ſequitur inconueniens. vult dicere nõ eſt impoſsibilis, ex qua ſequitur incõueniens. (Sed poſito) Dat intellectũ falſum, et d. ſed poſito ꝙ hęc circulatio ſit in materijs infinitis, aut ſint infinitę formæ in ſpecie, dicimus quod hoc. i. hæc poſitio eſt falſa. ſiue ſit illud agens ab ęterno, aut non ſit. Et primo arguit contra illud per ſyllogiſmũ hypotheticũ ſic. ſi eſſent hic infinitę materię, eſſet quid infinitum in actu: qđ eſt falſum. i. ſed nõ eſt infinitum in actu. ergo nõ ſunt infinitæ materiæ. (Quanto magis) Remouet quoddã dubium. poſſet quis dicere quod inconueniens illud ſequitur, vbi poneretur vnum agẽs circulare ſempiternũ: tũc enim eſſet infinitę materię, & ſic infinitũ in actu. Sed ego ponã vnũ agẽs agere in materiã nouiter, & illud corrũpi tandẽ, & ſic de alijs. Cõtra arguit. d. quanto magis eſſet falſitas manifeſta, ſi dicta circulatio. ſ. formarum fuerit ab agẽtibus infinitis innouatis. i. nouis. q. d. quia tũc plus ſequitur cõſequẽtia illa impoſsibilis. (Et ideo dicimus) Ponit ſecũdã rationẽ etiã in forma ſyllogiſmi hypothetici, vnde ait: & ideo dicimus. vult dicere qđ, ſi materię eſſent multę, nõ põt vere dici, ꝙ homo ſine dubio ex homine generaretur, niſi hoc ſit ſucceſsiue in vna materia: ergo ſyllogiſmus cõditionalis eſt. ſi eſſent materię infinitę, homo non fieret ex hoīe, ſed homo vere ſit ex hoīe, ideo materię nõ ſunt infinitæ. (Ita ꝙ ſi) Exponit cõſequentiã. d. ita ꝙ ſi corruptio cuiuſdã de numero hominũ priorũ in materia poſteriorũ alterius, & eſſę cujuſdã prioris ſit modo agẽtis, & æternalis: vult dicere quod, ſi corruptio vnius hominis erit generatio alterius in eadẽ materia, modo agẽtis & ęternalis. i. taliter qualiter agẽs agit actione ęterna, infert qđ homo fiet ex alio hoīe, & de materia alterius hominis, ſicut vnũ elemẽtũ fit ex alio, & de materia alterius, ſ. ergo per cõtrariũ, vbi nec in materia, nec in aliquo conueniret, nõ fieret ex homine: & hęc litera eſt valde inordinata, ſed ordina ta, vt dixi. (Et ideo) Oſtẽdit modũ, quomodo illud eſt difficile, & alij &

A Ideo hęc res, dũ ſubtiliſsime non reſpicitur, neq; prędicta diuiſio. vult dicere il-lorum duorũ intellectuum, quos poſuit in intelligendo illam rationem, nõ euadet homo quin cadat in diuerſis erroribus propter nimiam difficultatem poſiti. (Et ideo eſt) Vltimo ponit præceptum ad acquirendum ſcire, & dicit: & ideo eſt valde bonum audire, & ſpeculari rationes duarum partium in quacunque quæſtione ſit, maxime quando partes ſunt prudentes vel famoſæ ꝙ ſint, vult dicere verę in rei natura.

Sed hic occurrunt quęſtiones. primo circa rationes & ſolutio. dubij moti. ſecundo circa expoſitionem conſequentiæ: quoniam tunc tota ſentẽtia Auer. eſt manifeſta hic. Quantum ad primum: videtur quod prima ratio poſſet impediri, quoniam poſſet quis fingere materias infinitas ſecundum ſucceſsionem, et ſic non ſequitur infinitum in actu. Pręterea, ſecũda ratio nihil valet, qm̃ poſſet qs dicere materiã diuerſari a materia ſcdm numerũ, non ſecundũ ſpeciẽ, & tũc non ſequitur materiã eſſe cauſam diuerſitatis in generatione hominis. Et quod plus eſt, Auicẽ. cõcedit ex materijs diuerſis ſpecie poſſe idem genere nõ ſpecie fieri, vt dicit in tractatu de diluuio. & 15. de animalibus ſuis. Pro intellectu igitur dictorum videtur mihi ꝙ prima conſequentia teneat, acceptis iſtis propoſitionibus. Prima. ſ. ꝙ materia non poſsit eſſe ſine forma, & hoc dictum eſt 2. Phy. cõ. 12. & 3. cœli. com. 29. & ego demonſtraui iſtud in quadam quæſtione pulchra. Secunda propoſitio, omne, quod generatur, generatur ex materia,

Dubitatio. Solutio. Prima propoſitio. Secunda.

B & contrario, & iſtud declarauit Ariſto. & Auer. in phyſicis maxime in primo circa cõmen. 59. & 60. & ibidem in multis locis. Ex his poteſt propoſitio illa conditionalis declarari: qm̃, ſi materiæ ſunt infinitæ, vel idem erit ſecundum ſucceſsionẽ, ſic ꝙ materia a fiet ex materia b, & b ex materia c, & ſic in infinitũ, vel erũt oẽs actu ſimul. Si primum, tunc per ſecundam propoſitionem materia fiet ex maria priori, & contrario, & tunc ſequitur ꝙ materia facta, & materia, ex qua fit, erit vna materia numero, vt deductum eſt primo Phy. com. 82. et ſequitur ꝙ materiæ eſſet aliquid contrarium, quod eſt falſum: quoniam enti in potentia non contrariatur aliquis actus, quoniam ipſa, vt ſic, eſt nata ſtare cum omni forma. Si erunt omnes actu inſimul, tunc habetur intentum Auer. ſcilicet ꝙ actu detur infinitum, quoniam per primam propoſitionem materia non eſt ſine forma. ergo, ſi erunt infinitæ. ſ. materiæ, erunt & actu infinitæ formæ ſeorſum. ergo actu infinitum, & ſic apparet conſequentia Auer. Et ſecundo debes ſcire, ꝙ ſi ponatur ꝙ iſtæ materię ſint ab agente vniuerſali, ſcilicet a corpore cœleſti, tunc plus habetur infinitum in actu, quoniam tale agens eſt actu totũ, ergo poterit conſeruare illas actu ſimul cum ſuis formis, vel ſaltem melius conſeruabit, & ſic ſequitur plus inconueniens. ſ. ꝙ detur infinitũ actu. & ſic apparet conſequentia, & ſolu. dubij quomodocunque enim dicatur, ſequitur propoſitum.

C Pro deductione ſecũdæ cõſequentiæ videtur mihi ꝙ illa ſubſtentetur in propoſitionibus. Quarũ prima eſt, ꝙ ſi materiæ ſint multæ ſecũdum eſſentiã, erũt differentes ſpecie, hoc eſt manifeſtũ, qm̃ differentia materialis eſt per accidentia, vt dicit ipſe ſupra in ſolu. ſeptimi dubij. igitur, ſi ibidem erit differentia per eſſentiã, ibidẽ erit ſpecifica differentia. Secunda propoſitio, materia diuerſa ſpecie diuerſificat effectum, & hoc declarauit Auer. 8. Phy. com. 46. & nolo adducere eius deductionem, vide ibi. Ex his accipitur certitudo conſequentiæ, quoniã, ſi materiæ erũt multæ, vel ſecundum eſſentias, vel ſecundũ accidentia: ſi ſecundum, ergo vna erit materia ſecundum eſſentiam & priuationem ab omnibus formis, & ſic habetur ꝙ ſint nõ multæ: materia. n. nõ eſt vna niſi iſto modo, vt dicit Auer. 12. Met. cõ. 14. ergo, ſi erunt multæ, erunt multę per eſſentias, & ſic per primã propoſitionẽ erunt diſtinctę ſpecię, & tunc per ſecundã ſequitur qđ homo habẽs materiã a differt ſpecie ab hoie habẽte materiã b, & ſic apparet vis cõſequẽtię, et tu potes cõponere ſyllm̃. Pro intellectu expoſitionis cõſequẽtię debes ſcire, qđ declaratũ eſt quodlibet elemẽtũ poſſe immediate trãſmutari ĩ quodlibet elemẽtũ, & hoc. 2. de gña. tex. cõ. 24. et dictũ eſt ibidẽ in vlti. qđ aer, et aqua ĩ actu ita gñantur, hoies vero, & aĩalia nõ reuterant in ſeipſos, vt rurſus gñetur idẽ, vñ, 2. Met. cõ, 7. declaratũ eſt qđ nõ ſit reditus, niſi p plura

Deductio ſecundę cõſequentię. Certitudo conſequẽtię Auer. Quodlibet elemẽtũ immediate pōt tranſmutari in aliud.

media.v.g. ꝙ ex homine corrupto generatur homo, hoc non fit niſi per plura media,qm̄,poſtquam homo erit corruptus ex eo fiet cibus terræ, de quo fiet cibus hominis,de quo fiet ſperma,de quo homo,& ſic per plura media fit iſta generatio. Ex his apparet intentio Auer.vult enim dicere ꝙ, ſi vnus homo fiet immediate ex alio corrupto,ſicut vnum elemētū ex alio, vt dictū eſt,tūc oportet vt ſit vna materia vtriuſq;,ſicut eſt in elementis inuicem immediate generatis:ad ſignificandum quod vbi non conuenirent in materia , nec poſſet homo immediate nec per plura media ex homine fieri, & hoc ad dicendum veritatē prædictæ conſequentiæ,Ex his apparet tota ſententia Auer.hic,& ſolu. argumentorum factorum in principio. D

Intentio Auer.

ALGAZEL.

AIt Alga.Et reſponſio omnium eſt, quod diximus . ſeparauimus tn̄ hanc diſputationem,quoniā habet in ea duas alias rationes.quarum Prima eſt,quam tenuit Galenus,dicens ſi Sol exempli gratia reciperet corruptionē,appareret de eo reſolutio in tempore ſucceſsiuo:& tamen aſpectus ſignificantes menſuram eius poſt tot milia annorum non ſignificant niſi hanc menſuram,&, quia non reſoluitur in his temporibus,longis indicat ꝙ non corrumpetur.Dubitatio autem de ea eſt multis modis.quorum Primus eſt,& forma huius rationis talis eſt. Si Sol corrumperetur,non eſt dubium ꝙ eueneꝛit ei reſolutio:ſed conſequens eſt falſum:ergo & antecedens etiā falſum.& eſt ſyllogiſmus,qui appellatur apud eos cōditionalis copulatus. Quæ quidem concluſio non ſequitur, qm̄ antecedēs non eſt verū,niſi copuletur ei alia conditio.nam,cum dicit ſi corrūperetur, impoſsibile eſt quin reſoluatur, hoc conſequens non ſequitur ipſum antecedens,niſi cum additione conditionis.& eſt vt dicatur, ſi corrūperetur corruptione reſolutiua,impoſsibile eſt ei quin reſoluatur in lōgitudine tpis,aut declarabitur ꝙ nō ſit corruptio,niſi per viā reſolutionis,ad hoc vt ſequatur cōſequēs ab antecedente, & tn̄ nō cōceditur ei, ꝙ non corrumpitur res niſi per reſolutionem . Sed reſolutio eſt vna ſpecierum corruptionis. Et non eſt inconueniens vt corrumpatur res in eſſe ſuo, & eſt in hora perfectionis ſuę. B E

Modo vult adducere alias vias philoſophorum,& primo continuat dicta ad dicenda,& d.ait Alga.nos vero diſtinguimus hanc quæſtionem per ſe, vult dicere ſeorſum a prima,quia,licet ſint prædictæ rationes,vult dicere quatuor, modo dictę communes ad hanc quæſtionem, & ad præcedētem, nihilominus ſunt apud philoſophos alię duæ rationes, vult dicere proprię huic quæſtioni ſimpliciter.(Quarū prima.)Ponit rationem,& ait.Quarū prima eſt id , quod allegat Galenus, videlicet ꝙ ſi ſol exēplo.i.gratia exempli,priuationē reciperet, vult dicere a parte poſt,inueniretur diminui in longo tēpore,& forte intelligit,ſicut accidit ſenibus,qui in tempore ſenectutis diminuuntur,tempore quidē pueritię creſcunt,tempore conſiſtentiæ nec creſcunt,nec diminuuntur,tempore ſenij decreſcunt, vel forte intendit quod ſol præparetur ad corruptionem , ſed prima eſt ad verba,ſed ſpeculantes miliaribus annorū,vult dicere aſtronomi,dixerūt quod eius quantitas vna & eadem.i.ęqualis reperitur : ergo magis eſt præſumptio quod ſol non corrumpitur.(Sed in hac.)Soluit hoc argumentum, & primo formas ipſum,& d.ſed in hac autoritate,vult dicere ratione,arguēdum eſt dupli

A citer, primo, quod figura huius ſyllogiſmi non concludit, figura enim talis eſt, ſi ſol corrūperetur, contingeret ei ſine dubio aliqua diſſolutio.i.aliqua diminutio. ſed cōſequēs eſt falſum, ergo & antecedēs, & hic ſyllogiſmus dicitur cōditionalis cōtinuus, q̄m eſt factus ex hypothetica conditionali. primū ergo peccatū eſt quod ſyllogiſmus iſto modo nō cōcludit. Sed re vera hic Alga. peccat ex mala logica, dictū eſt millies in prioribus, ſyllogiſmū in tali forma neceſſario nō concludere, & ideo hoc nihil eſt, vel voluit dicere q͂d figura huius ſyllogiſmi hypothetici nō concludit aliquid ignotū ſimpliciter, vt dicit ipſe Auer. in 2. Phy. cō. 3. & Ariſt. in primo priorū, per iſtos.n. ſyllogiſmos nō cōcluditur ſimpliciter ignotum, & ſic prima reprehenſio eſt alicuius valoris. Deinde reprehēdit illud ſecunda reprehenſione plus apparenti, & d. & hęc cōclusio nō ſequitur ex prǽmiſsis, quia antecedēs, vult dicere tota hypothetica conditionalis, videlicet ſi ſol corrūperetur in longo tēpore, diminuitur, non eſt verū, dū non addatur ſibi alia conditio. ſ. ſi corrūperetur & diſſolueretur. vult dicere, tunc ſequitur q͂d diminuitur ſine dubio: ergo hoc cōſequens. ſ. ſed nō diminuitur, non infert antecedens. ſ. ergo nō corrūpitur prędictū, niſi cum alio addito. ſ. quod corrumpitur corruptione diſſolubili, & tunc ſine dubio ſequitur quod diſſoluitur. i. diminuitur in longo tēpore. (Aut ergo.) Remouet quoddā dubium, poſſet.n. quis dicere quod corpus ſolare non pōt corrūpi niſi corruptione diſſolubili, ideo ēt, ſine il-

Peccatum Alga. in logica.

Excuſatio.

B lo additio, ſequitur conſequens in illa conditionali, & ſic argumentum valet, cōtra arguit. d. aut oportet declarare quod non corrumpitur niſi modo diſſolutionis, ita ꝙ cōſequens ſequitur antecedens, modo oſtendit ꝙ illud non poteſt probari, & d. & non concedendū ꝙ res non corrumpitur niſi diſſolutiue, immo diſſolutio vna eſt ſpecierū corruptiōnis, vult dicere ꝙ non omnis corruptio eſt ſolutio, quia ſolutio eſt ſpecies corruptionis, non enim eſt negandū ꝙ poſsit aliqua res corrūpi ſubito in ſua perfectione exiſtens. Pro intellectu dictorū debes ſcire ꝙ philoſophus in l. b. de morte declarauit ꝙ mors, ſeu corruptio eſt duplex ſcilicet ab intrinſeco, & vocatur mors forte naturalis, & ab extrinſeco, & eſt quaſi violenta. Primam appellat hic Alga. diſſolutionem, ſecundam appellat ſubito pro quanto non ſit per continuam humidi reſolutionem. Ex hoc vult ſol uere motiuum Gale. quoniam non valet illa conditionalis. ſol corrumpitur, ergo diminuitur: antecedens enim non infert neceſſario conſequens, quoniam ſol violenter corrumpitur aliquando, qui nunquam fuit diminutus, vt ſi forte Plato eum interficeret in pueritia eius, ideo ait antecedenti eſſe addendum diſſoluitur, ita ꝙ ſit antecedens, ſol corrumpitur corruptione diſſolubili, ergo aliq̄ eius quantitas minuetur, modo antecedens eſt negandum, quoniam Deus poſſet

Duplex corruptio.

C ſolem violenter ponere in eſſe ſine diſſolutione illius.

AVEROES.

Ait Auer. Res aūt, cum qua contradixit huic ſermoni, eſt, quia conſequentia inter antecedens, & conſequens non eſt vera. nā corruptum nō oportet vt reſoluatur, cū corruptio aliq̄ proueniat rei ante reſolutionē. Attamen cōſequentia vera eſt, cum ponitur corruptio ſecundū curſum naturalē, & non ponitur coacte, & concedatur etiā ꝙ corpus cœleſte ſit viuens. nā omne viuens, q͂d corrumpitur ſcd̄m curſum naturalem, reſoluitur, antequā corrumpatur neceſſario: Sed iſtæ ſunt propoſitiones, quas nō cōcedit aduerſarius de cœlo, niſi cū demōſtratione. Quare fuit ſermo Galeni rhetoricus. Et q͂d cautius eſt in hoc ſermone eſt ꝙ cœli, ſi corrūperentur, corrūperentur quidem aut ad elementa, ex quibus componuntur, aūt ad aliam formam, eo ꝙ

Corruptio aduenit aliq̄n rei ante reſolutionē.

Quid Galenus de corruptione cœlorum.

ſpoliarentur forma ſua,& reciperent aliã formam, vt accidit formæ D ſimplicium, cum generatur aliquod eorũ ab aliquo,ſ.elementa quattuor. Si autem corrumperentur ad elementa, illa eſſent pars alterius mundi.nam non conuenit vt ſint ex elementis cõtentis in eis. quoniã iſta elemẽta ſunt pars nõ habẽs menſuram reſpectu eorũ: immo ꝓportio eorũ ad illa eſt ꝓportio puncti in circulo. Si vero ſpoliarentur forma ſua, & reciperent aliã, erit hic corpus ſextum contrarium eis, quod non eſt nec cœlum, nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis. & hoc totum eſt falſum. Cũ autem dixit ꝙ non reſoluitur, eſt famoſum, & eſt diuerſum à primis veris. & iam dictum eſt de quo genere ſunt iſtæ propoſitiones in libro Poſteriorum.

Auer. modo videtur confirmare dicta Alg. & ideo primo cõfirmat dicta eius, & videtur mihi ꝙ Auer. velit cũ Alga. ꝙ illud antecedens.ſ.corrumpitur, non infert illud conſequens, ergo diminuitur, niſi duabus conditionibus, primo, ꝙ ſit corruptio naturalis. ſecundo, quod ſol ſit res animata, vnde debet antecedẽs ſic accipi. ſol corrũpitur corruptione naturali, & eſt animal, ergo diminuitur. dicit E primo corruptione naturali, propter inſtantiã Alg. iam dictam. dicit ſecũdo, & eſt animal, vel pars animalis, q̃m de facto ignis, & res inanimatæ corrumpuntur corruptione naturali, quæ non tamen diminuũtur, quia nec proprie creſcũt, vt dicit Auer. primo cœli. com. 2. niſi capiendo diminutionem pro condenſatione, & crementum pro rarefactione: & hoc non eſt in propoſito Gale. ideo antecedens debet intelligi illis duabus conditionibus, & tunc valet conſequentia: ſed antecedens eſt negandũ, vt ſcis. Vnde. d. dicimus nos ꝙ altercatio huius hominis in præfata autoritate eſt, ꝙ cõcluſio illius ſyllogiſmi nõ ſequitur, nec vera eſt: non enim oportet vt corruptibile diſſoluitur, vult dicere diminuitur, res namq; bene poteſt corrũpi, vult dicere ſubito ſine eius diminutione, ergo conſequentia eſt vera, vult dicere neceſſaria, poſito quod corruptio fiat curſu naturali, & nõ fiat violenter, & poſito etiã ꝙ corpus ſupercœleſte ſit animatũ, quodlibet nanque animal corruptibile diſſoluitur, vult dicere diminuitur antequam corrumpatur corruptione naturali neceſſario. Sed aduerſarius non concederet has propoſitiones in corpore ſupercœleſti ſine diminutione. q. d. quod illas conditiones ineſſe corpori cœleſti oportet probare demonſtratione: & hoc propoſitum bene concederet, vult dicere. ſi demonſtratione illud probaret. (Sed poterit.) Ponit verum modum, & d. ſed poterit probari alio modo meliori, qui talis eſt. Si cœlũ corrumperetur, aut corrũperetur ad elemẽta, ex quibus cõpoſitum F fuit, aut ad aliã formã præter eã, quã retinet: ſicut accidit formæ ſimplicium. ſ. elementorũ, quæ generãtur adinuicem, quaſi dicat, ex quo omnis corruptio eſt ad ens, oportet quod cœlum vel corrumpatur ad elementa, vel corrumpatur, eo quia materia eius recipit aliquã formam aliam a prędicta, quam habet. Deinde deſtruit primum mẽbrum: & videtur mihi quod intendat, quod ſi corrumperetur ad elementa: vel corrũperetur ad elementa extra mundũ exiſtentia, vel ad elemẽta infra ipſum exiſtentia. & primo oſtendit primũ eſſe impoſsibile, & dicit. vnde, ſi cœli corrũperẽtur & reducerentur ad elemẽta, eſſent ergo partes alterius mũdi. cõſequẽtia eſt manifeſta, q̃m eſſent mixta, & per conſequẽs cõtenta in aliquo mundo maiori. Deinde oſtendit ſecundũ eſſe impoſsibile, & dicit. impoſsibile eſt ꝙ generẽtur ex elemẽtis infra eos incluſis, & per conſequens nec poſſunt reſolui in illa, q̃m iſta elemẽta ſunt partes ſine mẽſura. i. ſine proportione reſpectu orbiũ. immo comparatio elementorum ad cœlos eſt, ſicut comparatio puncti ad circulum. Deinde deſtruit ſecundum membrum prætactum. d. ſimiliter, ſi ab ipſorum forma expoliarentur, & aliam reciperent, oporteret dare ſextum corpus, quod non eſſet cœlum, neque terra, nec vllum elemẽtorum: & omnia iſta ſunt falſa.

A SED HIC videntur duæ dubitationes. Prima circa reprobationẽ rationis Gale. videtur enim mihi quod corpus cœleſte ſit declaratum, vt Auer. declarabit diſputatione .13. & tunc videtur quod ratio Gal. ſit firma: quoniam ipſe intẽdit quod, ſi ſol corrumpitur, ergo in longo tẽpore diminuitur: probatur cõſequẽtia, quoniam eſt animatum, ergo augmentabile, ergo diminuibile. & etiã ſupponit Gal ꝙ cœlum non poſsit corrumpi violenter, quoniam omnis corruptio eſt à corpore violento, modo nullum poteſt eſſe corpus, quod poſsit cœlum violẽtare: ideo illa ratio eſt demonſtratiua. Secundo dubitatur, quoniam non videtur valere hæc conſequentia. ſ. cœlũ expoliatur a forma, recipiẽdo aliam, ergo datur ſextum corpus. ſic enim poſſet argui de quatuor elementis. Mihi videtur quod ratio Gal. ſit demonſtratiua. appellatur tñ ab Auerro. debilis eo quia indiget maiori declaratione ad hoc, vt appareat neceſſaria. vnde, quod cœlũ ſit animatum, eſt verum, non tamen demonſtratum. ſimiliter, ꝙ cœlum non ſit violentabile, eſt verum, tamen demonſtratum, & ideo Auer. non dixit illam ſimpliciter non valere, ſed dixit illã valere ex præſuppoſitis. immo, ſi bene inſpiciatur hæc ratio, videtur Ariſt. & Auer. in primo cœli commen. 22. Ad aliud dicendum, quod conſequentia eſt valde difficilis. attamen Auer. ſupponit vnum, quod ſæpe eſt declaratum ab eo. ſ. quod corruptio entis nobilis non ſit immediate ad aliquod eiuſdem ſpeciei cum eo, quod poteſt declarari exemplo.

B Videmus enim ꝙ, ſi aſinus corrumpitur, non corrumpitur in aſinum niſi per multa media, vt dicebatur, & ſic de homine: elementum enim poteſt immediate tranſmutari in quodlibet propter ſui imperfectionẽ, immo a pluribus, vt dicit Auer. 3. cœli, com. 56. poteſt ignis generari. Vnde, hoc ſuppoſito, arguit Auer. Si cœlum diſſoluitur, cum non poſsit diſſolui immediate in corpus cœleſte ſibi ſimile in ſpecie, eo quia corpus cœleſte eſt ens nobilius animalibus, vt dicit. ij. cœli. com. 21. & 2. Phyſi. commen. 45. nec poſsit eſſe in elementa infra ipſum, nec in elementa extra ipſum, erit ergo in corpus ſextum alterius ſpeciei ab omnibus, & ſic daretur ſextum corpus, & 4. natura. contra demonſtrationem Ariſtote. in lib. de cœlo. & tu potes videre quam mirabilis ſit quælibet ratio Auer. Debes ſcire quod huiuſmodi rationes bene concludunt cœlũ philoſophica tranſmutatione non poſſe corrumpi, attamen annihilatione Dei poteſt cœlum annihilari: & ſic non concludunt contra nos.

Prima dubitatio.

Secunda dubitatio.

Solutio.

Ad ſecũdũ.

Phyſica trãſmutatione cœlũ nõ poteſt corrũpi, tñ Deus põt ipſum annihilare.

ALGAZEL:

C AIt Alga. Secundus vero, ſi concedimus ei hoc, & ꝙ nõ ſit corruptio, niſi per reſolutionẽ, vnde ſcietur ꝙ non eueniet ei reſolutio? Aſpicere aũt obſeruãtias eſt falſum: qm̃ non ſcitur mẽſura eius, niſi ꝓpe veritatẽ. & Sol, qui dicitur ꝙ ſit maior terra. 170. vicibus aut propè hoc, ſi diminuta fuerit ab eo menſura parua exempli gratia, non appareret ſenſu. & forte fuit hucuſque in reſolutione. & iam diminuta eſt menſura palmi, aut amplius, ſenſus tamen non potuit id comprehendere: quoniam menſura eius in ſcientia Perſpectiua non ſcitur niſi propè veritatem. quoniam ſicut gemma, & aurum ſunt compoſita ex elementis apud eos, & tamen recipiunt corruptionem, deinde ſi reponatur vna gemma per centum annos, non erit diminutio eius ſenſibilis. & forte proportio eius, quod diminuitur à Sole in menſura tẽporis obſeruantiarum eſt ſicut proportio eius, quod diminuitur à gẽnia in centũ annis. & hoc quidẽ nõ apparet ſenſui. & indicat quòd natura eius eſt in vltimitate corruptionis. Et iam dimiſimus recitare multas rationes huius generis, quas negant intelligen-

tes,& poſuimus hanc rationẽ, vt ſit ſpeculũ, & exẽplum eius, qđ dimiſimus,& contenti fuimus quattuor rationibus,quę indigerent labore in ſolutione dubitationum earum, vt diximus ſuperius. B

Nunc ponit ſecundum motiuum, quod parum differt a primo, & dicit. Ait Alga. Secundum argumentum eſt quod, ſi nos cõcederemus hoc, ſcilicet, quod corpus cœleſte ante eius corruptionem debet diminui, & quod corruptio eius non ſit ex diſſolutione.i. naturali priuatione:immo, ſi accipitur totum antecedens, vt voluit Auer. qualiter ergo poteſt ſciri quod corpora cœleſtia non recipiant diſſolutionem.i.diminutionem. q.d.ſequitur conſequentia, ſcilicet corpus cœleſte diminui,attamen non poteſt percipi eius diminutio: quoniã ſup. Si poſſet ſciri auctoritas, ideſt ratio eius, erit, ſcilicet de menſuris corporis ſolis demonſtrationibus ſpeculatiuis.i. per ſpectiuis: vult dicere quod, ſi poſſet ſciri, erit iſta ſcientia per argumenta ſumpta a menſuris quantitatis ſolis, quę faciunt perſpectiui. (Et hoc.) Declarat iſtum modum ſciendi non eſſe conuenientem; & d. & hoc nihil eſt. illę nanque menſurę non reperiuntur niſi forte, vt dicunt noſtri huius artis, quod ſol maior eſt tota terra. 170. viribus fere, ſcilicet parum plus, vel parum minus. Argumentum ergo eſt illud, ſol eſt in centuplo maior terra: ſed tantum eſt nunc, quantum fuit in millibus annorum antea, vt appareret mẽſurando: ergo ſol non eſt diminutus. (Et forte) ſoluit Alga. hoc argumentum, & dicit, & forte eſt in diſſolutione, vult dicere argumenti, dicit, vel in diſſolutione, ideſt corruptione naturali, ita quod diminutus eſt ab illo tempore in antea in quantitate vnius montis vel plus, licet ad ſenſum non appareat. hęc enim cognitio, ſcilicet quantitatis ſolis cum perſpectiua arte non comprehenditur niſi fere, vult dicere nõ pũctualiter, ſed in magna latitudine. (Immo quod plus.) Confirmat hanc ſolutionem. d. immo quod plus eſt, nos videmus quod lapis rubinus, vel aurum, quę ex elemẽtis componuntur, & ſunt res corruptibiles. i. facilis corruptionis, & non diminuuntur ſenſitiue in centum annis, vel plus, (Et forte) Ponit quaſi ſecundam ſolutionem, & dicit, & forte id, ideſt, diminutio, quę de ſole in temporibus ſpeculationum antiquorum, ideſt aſtrologorum ſpeculatiuorum, talem habet comparationem proportionalem, quod diminuitur in vno rubino. i. quantitatis vnius rubini in. 100. annis, & ideo talis diminutio ad ſenſum nequit apparere. (Patet ergo) Concludit concluſionem, & d. patet igitur ex hoc, quod prędicta probatio eſt in antea: &, ſi litera non eſt corrupta, vult dicere nullius valoris ſicut dictę antea. deinde excuſat ſe a multis alijs rationibus, quas tacuit: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe. E

AVEROES. F

Ait Auer. Si Sol reſolueretur, & eſſet id, quod reſoluitur ex eo tpe obſeruationis incõprehenſibilis quãtitatis pp magnitudinẽ corporis eius, erit id, quod fit ex reſolutione in eis, quæ ſunt hic, ex corporibus quid habens menſurã comprehenſibilẽ. qm reſolutio omnis ſenſibilis reſoluti erit per corruptionẽ partiũ eius, quę reſoluũtur. & impoſsibile eſt in illis corporibus reſolutis in reſoluto quin remaneãt in mũdo oẽs, aut reſoluãt ad alias partes. & quodcunq; horũ fuerit, neceſſe eſt vt faciat in mũdo mutationẽ manifeſtam, aut in numero partium eius, aut in qualitatibus earum: Si autẽ mutarentur quantitates corporũ, mutaretur actio, & paſsio eorũ: Si aũt mutaretur actio, & paſsio eorũ, & pręcipue ſtellarũ, mutaretur id, qđ eſt hic ex mũdo. igitẽ imaginatio reſolutionis in corporibus cœleſtibus eſt impoſsibilis in

A ordinatione diuina, quæ eſt hic apud Philoſophos, & hic ſermo non peruenit ad gradum demonſtrationis.

Modo Auer. reprobat Algã. quantum ad illud, quod adduxit in ſolutione argumenti perſpectiuorum, & declarat quod Algã. non poteſt dicere ſolem eſſe diminutum. vnde, licet id non poſsit ſciri ratione perſpectiua, attamen declarat illud non eſſe poſsibile ratione naturali. & videtur mihi quod Auerro. ſupponat, quod ex omni corruptione ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid ſemper aliquid generatur, vt dicit Ariſt. & ipſe primo de generatione. commen. 17. & ex hoc arguit, & dicit. dicimus nos quod, ſi ſol diſſolueretur in temporibus ſpeculationum antiquorum, id eſt diminueretur, ita quod aliquid ab eo reſecatur, de quo generabitur aliquid aliud, vt dixi in illa propoſitione ſumpta, quod eſt inſenſibile ratione magni corporis ſolis: oportet quod id generatum hic, id eſt in iſtis inferioribus ex ſua diſſolutione, id eſt diminutione, quę eſt corruptio ſecundum quid, haberet ſenſibilem quantitatem. Diſſolutio enim cuiuslibet diſſolubilis fit ex corruptione quarundam partium, & per conſequens illa diminutio eſt aliqua corruptio: vnde oportet ſine dubio, quod illę diſſolutę partes remaneant in mundo: & ſi ſic, ſup. infert mutationem manifeſtam, id eſt, notabilem in iſtis hic iam in numero ipſorum. id eſt quantitate: q̃ in earum qualitatibus, id eſt virtutibus:

B quoniam, ſi quantitates corporum hic permutarentur, ſcilicet in maiorem quantitatem, actiones et paſsiones eorum corporum permutarentur: quoniam in maiori quanto eſt maior virtus, vt dictum eſt in libro de cœlo: & ſic actiones corporũ cœleſtium, videlicet planetarum, & ſyderum, vult dicere fixorum permutarentur: quoniam diminuitur, ſicut magnitudo eorum diminuitur, & ſic totus ordo mundi deberet permutari: & omnes naturę, regulę, & diuinę deberent irregulariter ſequi. (Et eſt.) Auer. excuſat ſe, & dicit, eſt notandum quod quamuis reprobatio ſit acerrima, non eſt demonſtratiua.

Vbi debes ſcire, quod pro tanto hęc reprobatio non dicitur demonſtratiua, quia accipit propoſitionem falſam, ſcilicet quod, ſi iſta hic ſunt illa, vbi partes cœli ſunt ſolutę quod debeant augeri, dictum eſt in ſecundo periher. com. 37. & eſt in litera, quod ex vno pugillo terrę fiunt decem aquę. x. aeris. & ſic proportionaliter ex vno aeris. x. ignis, & ex vno ignis fierent. x. corporis cœleſtis, ſi eſſet generabile. Similiter eſt ordo contrarius, qui ex. x. cœli fieret vnus ignis, & ſic proportionabiliter vſque ad terram. ex quo apparet quod non oportet, vt iſta eſſent maioris quantitatis, quam ſint in diſpoſitionibus proprijs: quoniã quantitas illa eſt coęterna materię, & accipit variationem ſecundum exigentiam formę receptę in materia. & vide in expoſitione mea ibidem. Secundo, videtur

C quod hęc ratio pro tanto nõ ſit demonſtratiua, quoniam quis poteſt dicere quod elementa hic inferius ſunt aucta, & virtutes, ſed propter conſuetudinem in eis, nec quantitas maior, nec virtus ſentitur maior, ſicut dixerunt antiqui de cœlis, qui ſonant, & tamen propter conſuetudinem eorum ſonus non ſentitur. Tertio, videtur φ hęc via non ſit demonſtratiua, quoniam poſſet quis fingere quod ſol diminuitur quantitate vnius rubini, vel minus propter eius naturam in reſiſtẽdo cauſis reſolutiuis: & ſic poſſet dicere φ hęc inferiora ſunt aucta quantitate vnius rubini, et propter eius paruitatem non ſentiuntur eſſe aucta. Ex his ergo apparet quod ratio illa, & ſi ſit acerrima, non eſt propter hoc demonſtratiua, cum tribus modis poſsit ſolui, & forte pluribus, quos conſidera, Attamen Philoſophus in primo cœli, demonſtrauit corpus cœleſte nec eſſe generabile, nec eſſe alterabile, nec eſſe augmentabile vel diminuibile, nec aliquo motu corruptiuo mobile: ideo rationes horum vide ibidem, quoniam ſunt manifeſtę per ſe.

Ex oĩ corrũptione ſimpliciter, q̃ ſcdm quid ſemp aliqd generatur.

In maiori quãto maior virtus.

Tribus modis rõ Auer. nõ eſt demõſtratiua.

Secundus

Tertius

ALGAZEL.

Dixit Alga. Ratio vero ſecunda apud eos circa falſitatem corruptionis mundi eſt, quia dicunt, mundus non corrumpitur ſubſtantia

eius,quoniam non intelligitur cauſa in hoc:& id, quod non fuerat corruptibile,deinde corrumpitur , impoſsibile eſt vt ſit ſine cauſa.& hæc quidem cauſa aut erit ex voluntate agentis æterni , & eſt falſum.quoniam,cum non voluerat corrumpere eum,& deinde vult,profecto mutatus eſt.& inducet ad hoc vt ſit antiquum, & voluntas eius in eadem diſpoſitione in omnibus temporibus, & tamen volitū mutatur ex priuatione ad eſſe, adhuc ex eſſe ad priuationem. & id,quod diximus ſuperius de falſitate eſſendi innouatum ex voluntate antiqua, indicat falſitatem corruptionis. Et additur ei hic alia dubitatio fortior , & eſt ꝙ volitum eſt operatio volentis proculdubio. & omne, quod non fuerat agens,deinde fit agens,niſi mutetur,ipſummet impoſsibile eſt quin ſit operatio eius ens, poſtquā non fuerat.ſi.n.remanſiſſet vt fuerat antea, non eſſet ei actio:& nunc etiam non eſt ei actio:ergo non operatur aliquid.corruptio autem non eſt aliquid , quanto magis quòd ſit operatio.&,cum corrumpitur mundus,& fit operatio,quæ non fuerat, quid eſt iſta operatio? vtrum eſt eſſe mundi?& eſt falſum , cū ceſſat eſſe, aut operatio eius priuationis mundi , & priuatio mundi non eſt quid in eſſe,adeo ꝙ dicatur id eſſe , quod fecit agens,& adinuenit inuentor. & propter hoc dubium exiſtimauerunt quòd diuiduntur Loquentes in fine huius in quatuor ſectas. & quælibet ſecta tenuit falſum.

Modo vult dicere alias rationes ad idem, &.d.ait Alga.ratio vero prędictorum ad reprobandum priuationem mundi, eſt iſta:dicunt quod ſubſtantię mundi non priuantur:hoc probat,& ſyllogiſmus ſic cōponitur,id,quod eſt,& poſtea priuatur,oportet quod habeat quandam cauſam:ſed mundi priuatio non pōt habere cauſam:ergo priuatio mundi nō poterit nouiter eſſe,maior eſt nota per ſe: minor proſyllogizatur per ſyllogiſmum à maiori.Si hęc priuatio habeat cauſam,maxime erit prima per antiquam voluntatem cauſans: ſed declarabitur primam non poſſe eſſe. Dicit ergo primo minorem : nulla enim in hac cognoſcitur cauſa, & hæc eſt minor. Deinde ponit maiorem,& rem,& dicit,& id,quod eſt,& poſtea, priuatur.i.omne , ꝙ notatur priuatum , oportet quod habeat quandam cauſam. Deinde ponit vim proſyllogiſmi minoris,& dicit,& non euadit ipſa cauſa,quin ſit ab antiqua voluntate , vult dicere non eſt niſi cā cauſans antiqua voluntate. F
Deinde deſtruit cōſequens ſyllogiſmi per locum à maiori,& ſyllogiſmus ſic cōponitur:omne volens nunc priuationem , & prius non eſt in ſui natura mutatū: ſed voluntas primi eſt ſimpliciter immutabilis : ergo non pōt nunc velle priuationem poſtquam noluit illam:dicit ergo quod eſt falſum:qm̄, poſtquam volens non expediebat priuationem, & poſtea volebat eam, mutata ergo erat eius voluntas:& hęc fuit vis maioris,& tacuit minorem & concluſionem, quia intelligitur potentia proxima in ſuo ſermone. Deinde iterum probat idem conſequens eſſe falſum,& ſyllogiſmus ſic componitur: omne id , in quo eſt voluntas ad duo oppoſita,permutatur de priuatione,ſ.non velle ad eſſe, id eſt, ad velle. Sed per te in Deo eſt voluntas ad duo oppoſita , ſequitur ex hoc quod antiquum cum ſua voluntate non ſit in vno,& eodem modo omnibus temporibus, quod eſt falſum: huius ſyllogiſmi primo ponit concluſionem, Deinde maiorem , & tacuit minorem,quia eſt quaſi manifeſta in ſuo ſermone:& ſermo eius eſt manifeſtus per ſe. Deinde adhuc tertio arguit ad idem.& ſyllogiſmus ſic poteſt componi : nullum nouum procedit antiqua voluntate : Deus eſt voluntas antiqua, vel habens voluntatem antiquam : ergo mundus non pōt prouenire ab eo in eius corruptione: huius tangit maiorem,& cōcluſionis vim, & ſermo eius, vt prius,eſt manifeſtus per ſe, Deinde ponit quartum argu, ad idem , & ſyllogiſmus ſic componitur:

A omne agens, quod prius non fuit in actione, & poſtea fuit in ea abſq; mutatione ſui, de neceſsitate agit circa aliquod opus, quod per eius actionem innouatũ: ſed Deus non põt circa aliquod opus innouatum agere: ergo non poteſt agere circa corruptionem mundi: primo probat maiorem, & dicit: aliud dubium fortius primo manifeſtum quod id, in quo eſt voluntas, eſt volentis operatio vult dicere circa aliquod volibile, & illud, quod agens non fuerat, & poſtea fuit: vult dicere ſecundum actionem abſq; mutatione aliqua in ſe, non eſt dubiũ quod ſua actio reperitur, poſt quam non erat: vnde, ſi mundus priuatus fuit, quoddã opus innouatũ eſt, ex hoc accipitur maior, & vis illius probationis. Deinde probat minorem, & dicit: quod eſt illud opus, circa quod Deus operabitur: aut eſſe mundi, quod eſt falſum: quia ceſſatum eſt, id eſt, corruptum: aut illud opus eſt priuatio mundi, & hoc eſt ſimiliter falſum: quia priuatio nihil eſt: quare nõ debet opus nuncupari. Deinde probat qualiter opus non debet dici priuatio, nec contra, & ſyllogiſmus componitur in ſecunda figura: vnde, ſicut minor enim graduum operis eſt quod reperitur reale, vult dicere quod omne opus ad minus eſt ens reale, & priuatio mundi non eſt aliquod reale, ideo in ſecunda figura non debet actio agentis dici, vult dicere illa priuatio. Deinde oſtendit naturam huius dubij.i.hoc eſt dubium, quod fortiſsimum eſt, & notum quod difficultate huius dubij diuiſę ſunt ſectę inter ſaracenos quatuor modis: vel forte litera eſt corrupta, & debet dici B ſex inter ſaracenos, ſicut eſt in libro meo.

Debes ſcire, vt Auer. narrat. 12. Meta. com. 18. quod loquentes ſuę legis opinati ſunt quod Deus poſsit bene agere mundũ ex nihilo, ſed nõ poſsit ipſum priuare in nihil: qm̃ actio agentis non eſt niſi in inueniendo, & aliquid operando: ideo propter hoc reputant Deum non poſſe mundum annihilare: & propter hoc forte Algazel magnificauit quęſtionem iſtam inter alias dictas. Et debes ſcire ſecundo, quod huiuſmodi rationes non concludunt cõtra nos: & quia Auer. infra tractabit illas, ideo ibi ego ſoluam, & ſolui in diſputatione prima.

Deus poteſt agere mũdũ ex nihilo, nõ tñ põt reducere ipſũ ĩ nihil ſcd̃m mauros, & loquentes legis Auerro.

AVEROES.

AIt Auer. Quod aũt recitauit Alga. de Philoſophis ꝙ cogente aduerſarios in hoc ſermone circa poſsibilitatem corruptionis mundi, vt æternum, quod eſt innouans, ſequatur ab eo operatio innouata, & eſt priuatio, vt coegerunt eos in innouatione, iam locuti ſumus ſuperius de eo, cum tractauimus de innouatione mundi. nã C dubitationes euenientes in hoc in innouatione, ipſęmet contingunt in corruptione. & non oportet reiterare id in hoc loco. Quod vero eſt proprium huic loco de eo, quòd omnis homo dicens innouationem mundi, neceſſe eſt ei vt ſit operatio agentis, dependens in priuatione, adeo quòd agens fecit priuationem, eſt id, quod recuſauerunt cõcedere omnes ſectę, & indiguerunt ſermonibus, quos recitabit poſtea. Attamen hoc ſequitur neceſſario dicenti quòd agens dependet operatio eius in inuentione abſoluta, i. in inuentione rei, quæ non fuerat antea, nec in potentia, nec fuerat poſsibilis, & extraxit eam agens a potentia in actum, immo innouauit eam innouatione abſoluta, qm̃ operatio agentis apud Philoſophos non eſt aliud, niſi exitus eius, quod eſt in potentia, ab eo, quod ponit id in actum. & dependet apud eos in ente in duobus extremis: in inuentione quidem id permutat ab eſſe in potentia ad eſſe in actu, & aufertur priuatio eius: in priuatione vero, in permutando ens ab eſſe actu ad eſſe in potentia, & accidit vt fiat priuatio eius.

Q ui vero non ponit agens hoc modo, ſequitur ei hæc dubitatio, ſ. ꝙ D
dependeat operatio eius in priuatione in duobus extremis ſimul, ſcili-
cet inuentione, & priuatione. Sed, quoniam in priuatione eſt magis
manifeſtum, non poſſunt loquentes euadere ab aduerſariis: nam mani
feſtum eſt ꝙ ſequitur dicenti hoc vt agens operetur priuationem, quo-
niam, cum permutauerit rem ab eſſe ad priuationem abſolutam, iam
operatum eſt priuationem abſolutam prima intentione, in contrariũ
eius, cum permutauerit eam ab eſſe in actu ad eſſe in potentia. innoua-
tio enim priuationis erit in hac permutatione quid ſequens. & hoc idẽ
ſequitur eis in inuentione: niſi ꝙ eſt magis occultum. nam, cum produ
xerit rem, auferet priuationem eius neceſſario. Et, cum ſic fuerit, non
eſt inuentio aliquid omnino, niſi conuerſio priuationis rei ad eſſe. ſed
quoniam fuit finis, huius motus inuentio, poſſunt dicere ꝙ operatio
eius dependeat in inuentione: & non poſſunt dicere hoc in priuatione,
cum fuerit finis huius motus priuatio. Quare non poſſunt dicere ꝙ
operatio eius non dependeat in deſtructione priuationis, ſed dependet E
in inuentione, & ſequitur cum hoc deſtructio priuationis. ſed ſequitur
eis neceſſario vt dependeat operatio in priuatione. ens enim ſecundum
eos non eſt ei niſi hora, qua eſt priuatum abſolute, & hora, qua eſt in
actu. cum autem fuerit in actu, non dependet in eo operatio agentis,
nec cum fuerit priuatum. remanſit ergo vnum duorum, aut ꝙ non de-
pendeat in eo operatio agentis, aut ꝙ dependeat in priuatione, & con-
uerteretur in eſſe. Qui autem intelligit hoc de agente, ipſe quidem
permittit conuerti corpus priuationis in eſſe, aut conuerti corpus eſſe
in priuationem, & ꝙ dependeat operatio agentis in permutatione cor-
poris cuiuſcunq; duorum oppoſitorum ad reliquum. & hoc totum eſt
in vltimitate falſitatis in aliis oppoſitis, quanto magis in priuatione,
& eſſe. Iſti autem homines comprehenderunt de agente id, quod com
prehendit habens viſum debilem de vmbra rei loco rei, adeo ꝙ exiſti-
mant ꝙ vmbra rei ſit res ipſa. & hoc, ſicut vides, eſt quid ſeques ei, qui F
non intelligit de inuentione exitum rei ab eſſe in potentia ad eſſe in
actu, & de priuatione contrarium eius: & eſt mutatio eius ab actu ad
potentiam. Et ex hoc apparet ꝙ poſsibilitas, & materia ſunt requiſi-
ta in omni innouato: & ꝙ, ſi reperiretur ens exiſtens per ſe, impoſsibi-
le eſt eſſe ei priuationem, nec innouationem. Quod autem recitauit
Alga. de ſecta Aſſaria ꝙ ipſi permittunt fieri innouationem ſubſtan-
tiæ exiſtentis per ſe, & non permittunt priuationem eius, eſt opinio in
vltimitate debilitatis. nam id, quod ſequitur in priuatione, ſequitur in
inuentione, niſi ꝙ in priuatione eſt magis manifeſtum. & ideo exiſti-
mauit ꝙ ipſi diuerſantur in hac re. deinde recitauit reſponſiones ſecta-
rum in hac dubitatione, quæ eis accidit in priuatione, Et dixit.

Poſsibilitas & materia ſunt requiſita in omni innouato.

ALGAZEL.

AIt Alga. Mahataʒeli autem dixerunt ꝙ operatio, quæ emanauit
ab eo, eſt ens, & eſt conſumptio, quam quidem creauit nõ in ſubie-

A ꝯo, & corrumpet totum mundum in inſtanti, & deperdetur conſumptio abſoluta ex ſe, ita ꝙ non indigebit alia conſumptione, vt procedat in infinitum. Et, cum recitauerat hanc reſponſionem eorum illi dubitationi.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et hoc quidem eſt falſum multis modis. Quorum vnus eſt, ꝙ conſumptio non eſt ens operatum, & certum, ita ꝙ apprehendatur conſumptio eius. Adhuc, ſi eſſet ens, non corrumperetur ex ſe abſq; corrumpente. Vlterius non corrumpet mundum. quoniam, ſi creatum fuerit in ſubſtantia mundi, & pars eius, eſt inconueniens. nam ſedens contangit ſedem. & congregantur etiam ſaltim in inſtanti. &, cum fuerit poſſibilis congregatio eorum, non erit
B contrarium, & non conſumet ipſum. Si autem creauit eum non in mundo, nec in ſubiecto, quæro vnde conuertetur eſſe mundi? Præterea in hac opinione eſt aliud inconueniens, & eſt quòd Deus glo. non poteſt corrumpere aliquas partes huius mundi, & non aliquas, & etiam nō poteſt niſi facere innouationem vacui in priuatione mundi totius, quoniam, cum non fuerit in ſubiecto, erit proportio eius ad totum eodem gradu.

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermo eſt debilior omnibus, quibus laborauimus contradicere. quoniam vacuum, & priuatio ſunt duo nomina ſynonima: &, cum non creat priuationem, non creat conſumptionem. Si autem conſyderauerimus vacuum eſſe, erit finis gradus
C eius, vt ſit accidens: & eſſe accidens abſq; ſubiecto eſt inconueniens. & etiam quomodo imaginatur vt priuatio operetur priuationem? & hoc totum aſſimilatur ſermoni Meuorſameorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem ſecta eſt, quia dixerunt operatio, quę emanauit ab eo, eſt priuatio, & priuatio eſt præfatio eſſe innouantis eum ex ſe, & fit mundus incorruptus, & ſic eſſe apud eos in inuentione innouabit ipſum ex ſe, & fit ens in eo ens. & hoc etiam eſt falſum, quoniam in eo eſt eſſe antiquum ſubiectum innouationum, etiam eſt exitus ab intellecto. nam non intelligitur de inuentione niſi eſſe attributum voluntati, & poſſe. ponere autem aliquid præter voluntatem, & poſſe, & eſſe potens ad id, & eſt mundus, non intelligitur. & ſic etiam priuatio.

AVEROES.

AIt Auer. Carmei autem tenent quòd hic ſunt tria, agens, & actio: & eſt id, quod appellant operationem; & actum: & eſt id, in quo dependet operatio. & ſic vident quòd hic ſit priuatio, & actio, quam appellant operationem priuationis, & rem priuatã, & vident ꝙ actio ſit res firma in ſubſtantia agentis. & hoc non facit apud eos innouationem in patiente, quòd ſit innouatum: quoniam hoc eſt ex capitulo proportionis, & relationis. innouatio autem proportionis, & relationis non facit innouationem ſubiecti eorum. innouationes vero facientes mutationem ſubiecti ſunt mutationes, quę mutant ſubſtantiam ſubiecti, vt mutatio rei ab albedine ad nigredinẽ. Attamen, cum dicunt ꝙ actio ſtat in ſubſtantia agentis, eſt error: eſt.n. relatio reperta inter agens, & actum: &, cum refertur ad agens, appellatur actio: cum vero referatur ad actum, appellatur paſsio. Sed Carmei in hac poſitione, non ſequitur eis vt antiquum non operetur innouatum, & non vt antiquum non ſit antiquum, vt putauit ſecta Aſſaria. ſed quod ſequitur eis eſt vt ſit ibi cauſa magis antiqua, quàm antiquũ. quoniam agens, cum non operatur, & poſtea operatur, abſque eo ꝙ deficiat ei hora, qua non operatur aliqua conditio conditionum eſſe operati, manifeſtum eſt ꝙ innouatum ſit hora operationis aliquod attributum, quod non fuerat agenti ante operationem: & omne innouatum habet agens innouans, & ſequitur vt ante cauſam primam ſit cauſa, & procedet in infinitum. & iam locuti fuimus de hoc.

Apponit id, quod vult facere, & id, quod vult tractare, & dicit, dicimus nos quod id, quod retulit nomine philoſophorum, quod iſti, ſcilicet philoſophi cogebant eorum aduerſarios ex iſtis, ſ. concedendo priuationem mundi, & hoc quo ad vltimum argumentum: ſicut cogebant eos in innouatione mundi, & hoc quo ad alia argumenta, dicimus ſup. quod dubia interuenientia in innouatione, & priuatione ſunt vnum & idem, & ideo non oportet amplius explicare: quoniã dictum eſt in prima diſputatione de hoc, & litera eſt valde difficilis, eſt tamen vſus loquendi arabum. Deinde explicat id, quod vult tractare, & dicit, ſed id, quod in hoc loco expreſſe pertinet, ſcilicet quod quicunque concedet creationẽ mundi, oportet eum concedere quod actio agentis dependet de priuatione, id eſt, conſiſtit circa priuationem, ita quod agens agat priuationem: hoc quidem totum eſt quid negatum a quatuor ſectis. Deinde ponit modum, quomodo poſsit id concedi aliqualiter, & ait, & etiam ſequitur hoc neceſſario, quod actus agentis dependet de pura priuatione, id eſt, eſt circa puram priuationem, hoc modo, ſcilicet de productione cuiuſdam rei, quę non erat ante niſi potentia, immo agens creauit eum omnino de non eſſe ad eſſe. Actio nanq; agentis apud philoſophos, non eſt aliud, niſi extrahere rem de potentia ad actum. & dependet ſup. agens de quodam ente, ſcilicet materia in eſſe duabus ſuis extremitatibus, & quando dat ſibi eſſe, transfert rem de potentia ad actum, & remouetur ſua priuatio. Ex his apparet quomodo agens agit circa priuationem, tanquam terminum a quo, non tanquam circa terminum ad quem. (Sed in priuatione.) Ponit differentiam in corruptione, & dicit; ſed in priuatione, id eſt, rei corruptione totum contrarium ſe habet, quoniam vult dicere: quia priuatio eſt terminus ad quem, & eſſe terminus a quo, vbi nunc innouatur ſua priuatio ad actum, id eſt vbi priuatio ponitur in eſſe ſuo, & addit, qui hoc negaret, ſcilicet ſi quis eſſet, qui dice-

Actio agentis ſcdm philoſophos.

Quomodo agens agit circa priuationem.

A tet ſemper agens agere circa priuationem, ſequitur eum hoc dubium, videlicet
quod agentis actio dependeat de priuatione, id eſt ſit circa priuationem vtraq;
extremitatum, ſ. in actione, & priuatione, quę ſunt extremitaliter oppoſitę ratio
ne terminorum: quod eſt valde inconueniens. (Sed quia) ponit opinionẽ loquen
tium ſuę legis, & dicit: ſed quia in priuatione obſcurius eſt, vult dicere: ſed quia
non videtur intelligibile qualiter agens poſsit agere priuationem, nequiuerunt
loquentes diuidere prędicta diuiſione. & ſi litera non eſt corrupta, vult dicere, id
eſt nequiuerunt inuenire membrum diuiſioni, quo ſciatur actio Dei eſſe in priua
tione: & forte eſt error translatoris, & debet ſic dicere. nequiuerunt loquentes
euadere a prędicta diuiſione: & tunc ſermo eius eſt manifeſtus per ſe. (Manife-
ſtum eſt.) Explanat qualiter non poſſint euadere, & dicit: manifeſtum eſt enim
quod ſequitur opinantem ipſorum opinionem, quod agens efficiat priuationem.
quoniam, quando tale agens transfert rem de eſſe ad puram priuationem, id eſt
ad nihil, aget ſine dubio priuationem pręter intentionem, vult dicere circa ge-
nerationem alicuius alterius. Vbi debes ſcire quod pura priuatio eſt, quando ex
ea nihil ſit, modo ſi agens, vt volunt loquentes: agit puram priuationem ſine ge-
neratione alterius, ſine dubio ſequitur quod opus eius erit priuatio. (Et non eſt.)
Ponit modum, quomodo philoſophi poſſunt euadere ab hoc argumento, & di-
cit: & non eſt, id eſt non contingit, quando transfert de eſſe actuali ad poten-
B tiale. eſſe enim priuationis tunc innouatur modo conſequentię, vult dicere quod
ſecundum philoſophos non accidit hoc: quoniam philoſophi nolunt priuatio-
nem eſſe per ſe intentum primum naturę, ſed volunt quod natura primo inten-
dat eſſe, cui concomitatur priuatio illius eſſe. vnde agens aquam per accidens,
& concomitanter generat priuationem eius, vt dictum eſt in lib. de generatio-
ne. (Et ſimile.) Oſtendit qualiter etiam in factione entis ex nihilo accidit ſi-
mile inconueniens, vnde ait. & ſimile huic ſequitur eos in productione. & di-
cit ſimile, quoniam non ſequitur niſi quod natura priuationis ſit natura eſſe. Ta-
men, vt dicit, obſcurum eſt: quia, quando res ducta ad eſſe, ceſſat ſua priua-
tio neceſſario. & ſic non videtur quod natura priuationis ſit natura entis. (Et
ſi ſic.) Declarat quomodo ſequitur ſimile illi, & dicit: & ſi ſic, id eſt & ſi eſ-
ſet, vt dicunt, quod res fieret ex puro nihilo, nullo preſuppoſito. ergo produ-
ctio non eſſet aliud niſi conuerti priuationem rei ad eſſe. (Sed quia.) Ponit
eorum euaſionem, & dicit, ſed quia finis huius motus eſt productio, poſſunt di-
cere quod eius actus, id eſt actio agentis dependet de ceſſatione priuationis, id eſt
conſiſtit circa priuationem ceſſando illam, immo dependet de productione, id
eſt circa productionem mundi: quare ex hoc ſequitur annihilatio priuationis.
Ex his poſſunt ſoluere argumentum Auer. & dicere quod non ſequitur: priua-
C tio conuertetur ad eſſe, quoniam non agit circa priuationem, ſed circa ceſſa-
tionem priuationis producendo aliquod ens. (Sed adhuc.) Adhuc reprobat
eos, & dicit: ſed adhuc ſequitur eos quod actio agentis de priuatione depen-
det, id eſt circa priuationem conſiſtit. quod declarat. d. quodlibet enim ens ſe-
cundum iſtorum opinionem duos habet modos tantum, ſcilicet quando pri-
uatur omnino, id eſt quando eſt purum nihil, & quando realiter eſt in actu.
Debes ſcire quod loquentes ſaraceni differunt à philoſophis: quoniam philo-
ſophi volunt quod res factibilis habeat tres diſpoſitiones, ſcilicet quando om-
nino nihil eſt niſi ſolum in potentia, & quando omnino eſt, ſcilicet actu, & quan
do habet medium, ſcilicet inter eſſe in actu, & omnino nihil, ſcilicet quando
eſt in hora factionis loquentes: ſaraceni autem non ponunt niſi duas diſpoſi-
tiones, ſcilicet priuationem ſimpliciter, & eſſe ſimpliciter, non autem po-
nunt medium, quia negant materiam. Iſto ſuppoſito, arguit Auerro. dicendo,
ex quo effectus duas habet diſpoſitiones tantum, circa quam illius conſiſtit
actio agentis, & dicit, primo tunc non eſt ibi, id eſt quando res omnino eſt
attribuendum actioni agentis: quoniam, tunc ceſſat actio, neque quando eſt
in priuatione ſimpliciter. deinde quaſi recolligit inconueniens contra loquen-
tes, & dicit. Remanet ergo quod oportet neceſſario quod ſit duorum vnum. aut
quod in effectu nõ dependet actio agentis, id eſt aut quod actio agentis nihil ope-

Quid ſit pura priuatio.

Differentia inter loquẽtes ſaracenos et philo

getur circa effectum, aut quod dependeat circa priuationem, id eſt operetur circa priuationem ſimpliciter. & primum ſupponit eſſe falſum, & ex ſecundo infert inten'um, & dicit. vnde ſequitur neceſſario opinantem hanc opinionem in agente, id eſt hoc ſecundum membrum, ꝙ ipſa priuatio poſsit conuerti ad eſſe, & eſſe ad priuationem. & ſequitur ſecundo ꝙ actio agentis dicetur tranſlatio cuiuſcunq; iſtorum opponentium, id eſt oppoſitorum ad alterum. & omnia iſta ſunt falſa. Accidit enim opponentibus, id eſt oppoſitis maxime in eſſe, & priuatione, id eſt in oppoſitis contradictoriis, ſcilicet ꝙ cõuertantur adinuicem: quod eſt valde impoſsibile. Debes ſcire ꝙ ſic actio agentis conſiſtit circa priuationem ſimpliciter, cum actio non operetur niſi circa id, quod aliquando erit ſub termino factionis, aliter actio eſſet ocioſa, ideo ſequitur quod natura priuationis fiet aliquando in naturam entis, & ſic vnum contradictoriorum mutabitur in reliquum; quod eſt impoſs'bile. Solutiones autem latinorum ad hoc dictę ſunt in lib. de intellectu ſecundum opi. Auer. in propoſitione dicente, creatio apud philoſophos eſt impoſsibilis, vbi adduxi reſponſiones latinorum. Attamen pro nunc dici poteſt, ꝙ ratio huius hominis ſupponit vnum falſum, ſcilicet quod actio Dei circa aliquid ſit; quod falſum eſt apud nos. immo eius actio non eſt niſi res acta: prout intelligitur per modum fieri. & ſic argumenta philoſophorum nihil ſunt, vide ibidem in lib. de intellectu. Deinde ponit quaſi quoddam correlarium, & dicit, vnde patet ex iſtis, quod iſti homines: vult dicere loquentes ſaraceni comprehenderunt de veritate, id eſt de natura agentis id, quod comprehendet debilis viſus de vmbra rei in loco ipſius rei, ita quod putant vmbram rei eſſe rem: et addit quod hoc non tantum accidit eis in hoc propoſito, immo ſimiliter in pluribus aliis.

Nota.

Actio Dei ſecũdũ Auer. eſt circa aliquid, apud nos vero actio eius eſt res acta.

DEBES ſcire quod vmbra alicuius rei eſt quodammodo ipſa res, pro quanto ab ipſa re deriuatur. ſicut ergo vmbra eſt quodammodo ipſa res, ita poſitio loquentium de natura agẽtis eſt quodammodo ipſum agens. ideo ſimilitudo Auer. eſt multum conueniens. attamen totum contrarium oportet dicere, immo theologi perceperunt veritatem, quia per teſtimonium prophetię: & philoſophi vmbram veritatis, quia per ſenſus, qui ſunt teſtes mendaces.

ALGAZEL.

AIt Alga, Tertia autem ſecta eſt ſecta Aſſaria, qui dixerunt ꝙ accidentia conſumuntur ex ſe, & non imaginantur remanere, non imaginaretur conſumptio eorum hac de cauſa. Subſtantiæ vero non remanent ex ſe, ſed remanent remanentia addita eſſe earum. &, cum non creauit Deus glo. remanentiam in eis, corrumpentur ſubſtantiæ ad priuationem remanentiæ. quod quidem eſt falſum: quoniam eſt in eo de negatione ſenſus, ꝙ nigredo non remaneat, & ſic etiam albedo, & ꝙ innouatur in omni hora. intellectus tamen determinat ꝙ capillus, qui fuerat heri, non ſimilis ei, & determinat etiam de nigredine capilli. Vlterius eſt in eo dubitatio alia, & eſt ꝙ remanens, cum remanſerit in ſua remanentia, neceſſe eſt vt remaneant attributa Dei in remanentia. & hæc remanentia remanebit in remanentia, & indigebit alia remanentia, & procedet in infinitum.

AVEROES.

AIt Auer. Iſte ſermo eſt in vltimitate vanitatis, & ruinæ, licet dixerint eum multi antiquorum, ſ. ꝙ entia ſunt in fluxu continuo. &

A quaſi ſunt infinita incõuenientia, quæ eum ſequuntur. Et quõ reperiē ens, quod cõſumatur, ex ſe, & cõſumitur eſſe in cõſumptione eius? Nã ſi ipſum cõſumeretur ex ſe, eſſet ex ſe. ſi aũt hoc eſſet, ſequeretur vt res, qua ipſum reperiret, ex ſe cõſumeretur, & hoc eſt falſum. qm̃ eſſe eſt cõtrariũ cõſumptionis, & impoſsibile eſt vt reperiantur duo cõtraria in eodẽ, eodẽ modo. Quare id, qđ eſt ens permanẽs, & abſolutũ, nõ imaginatur de eo conſumptio. nam ſi eſſe eius determinaret priuationem, eſſet ens, & nõ ens in vno inſtanti: quod eſt falſum. Vlterius, ſi entia remanent, aliquo attributo remanente in ſe, vtrum remanentia eorũ, in eo ꝙ ſunt entia, aut in eo ꝙ nõ ſunt? & eſt falſum vt ſit hoc eis in eo ꝙ non ſunt, ſequitur vt ſit remanẽtia eis in eo ꝙ ſunt entia. &, cũ omne ens neceſſe eſt vt ſit remanẽs, ex eo ꝙ eſt ens, & priuatio innouata eſt ei, quæro ad quid remanent entia in remanentia? & hoc totum eſt error ex corruptione prouenientе in intellectu: ideo dimittamus hanc ſectam: quoniam falſitas ſermonis eorum eſt magis manifeſta, quam

Cõtra illos qui dicũt ꝙ res ſunt in cõtinuo fluxu.

B indigeat dubitatione.

ALGAZEL.

Ait Alga. Quarta vero ſecta eſt aliquorũ Aſſariæ, qui dixerũt accidẽtia cõſumi ex ſe, ſubſtãtias vero remanere. &, ſi nõ crearet Deus glo. in eis motũ, nec quietẽ, nec coniunctionẽ, nec ſeparationẽ, eſſet falſum remanere corpus nõ mobile, nec quieſcibile, & corrũperetur. & ambæ ſectæ Aſſariæ dicebant priuationẽ nõ indigere agente, eſt. n. quies actionis qm̃ non intelligũt eſſe priuationẽ actionẽ aliquã. Dixerunt vero Philoſophi, &, cũ vani ſint hi modi, non remanet modus aliquis ſermoni de poſsibilitate priuationis huius mũdi, et ſi dixerimus ꝙ hic mundus fuerit innouatus, nam cum confeſsione eorum innouationis animæ humanæ ratiocinãtur de falſitate priuationis eiuſmodis propinquis his, quos diximus. Demũ apud eos omne

C exiſtens ex ſe, non in ſubiecto, nõ imaginatur priuatio eius poſt eſſe eius, ſiue ſit antiquũ, ſiue innouatum. &, cũ dicitur eis, cum ingreditur ignis vice aquæ, corrumpitur aqua, dicũt non corrũpitur, ſed cõuertitur in vaporẽ, & deinde cõuertitur in aquã: materia vero prima remanet in aere, & eſt materia, quæ erat ſubiecta formæ aquæ: ſpoliatur aũt materia forma aquæ, & induit forma aeris. &, cũ aer occurrit frigido, ingroſſatẽ, & factus eſt aqua: nõ aũt ꝙ materia innouata ſit: ſed materia eſt cõis inter elemẽta, & mutantur in ea formæ eorum.

Hic in primis narrat aliã ſectã loquentium ſuæ legis, & dicit. ait Alg. ſunt alij qui alij loquentium opinãtes quod accidentia finiũt de ſeipſis, i. credentes accidẽtiũ naturã eſſe contingentẽ, ſed ſubſtãtiæ remanẽt, i. ſubſtantiæ vero non ſunt in naturis earũ oẽs poſsibiles. In eis. n. id eſt ſubiectis non creauit Deus motũ, neq; quietẽ, neque aggregationẽ, id eſt denſitatẽ, neque diſgregationẽ, i. raritatẽ, & vniuerſaliter Deus nullum accidens creat. ergo impoſsibile eſt ꝙ corpus remaneat immobile, neque quieſcens, & quod priuetur. Illa litera, ſi nõ eſt corrupta, poteſt intelligi primo, quod quia Deus nõ põt, nec creat accidens ꝓpria

creatione alia a creatione ſubſtantiæ, impoſsibile eſt remanere corpus ſine omni accidente. Verbi gratia, ſine motu, & ſine quiete, & quod priuetur illis. vult dicere, etiã ſi iſtis priuetur: quoniam accidens ſecundũ ſui naturam conſequitur ſubſtãtiã, ideo, ſi corpus remanet, oportet vt remaneat ſubiectũ alicuius accidẽtis. Vel põt intelligi ſecũdo, ꝙ quia Deus nõ creat accidens, ſed tm̃ ſubſtantiã. ergo impoſsibile eſt, vt corpus remaneat imobile & quieſcẽs, & ꝙ priuetur, i. taliter ꝙ nihil ſit ſimpl'r: vnde virtus cõſequẽtię eſt iſta, Deus nõ creat accñs. ergo Deus nõ põt priuare corpus ſimpl'r: & hęc expoſitio eſt plus cõſona verbis. D

Deductio cõſequẽtiæ.

Sed tunc eſt locus quęſtionis, qũo valet illa cõſequentia: & vr̃ mihi quod tenet in virtute huius, ſcilicet quod priuatio ſit accidens, & non alicuius ſubſtantia: & hoc ſine dubio eſt verũ, vt dixi de hoc in lib. de intellectu aliqua, & in lib. Phyſi. hoc accepto, conſequentia eſt manifeſta per ſe: quoniã, ſi Deus poſſet priuare mundum, poſſet creare priuationem. Sed priuatio eſt accidens. ergo poſſet facere accidens ideo intellecto illo, ſ. quod Deus non poteſt creare accidens, ſtatim apparet Deũ non poſſe mundũ priuare. Sed hic dubitatur primo, quia, ſi priuatio eſt accidens, vel proprium, vel commune: nõ proprium, quoniã, tunc eſſet ſecundum rei eſſentiam: neque commune, qm̃, tunc eſſet ſeparabile ab eo, cuius eſt: & ſic poſſem dicere ꝙ cœlũ eſt compoſitũ ex materia & forma, et quod ineſt ei priuatio aliquando. attamen ab eo eſt remota, & ſic nunquã corrumpitur: & ſic deſtruitur intentio Auer. primo Phyſi. in fine commen. 63. & primo cœli. com. 2. poteſt dici quod priuatio non dicitur accidẽs, proprie loquẽdo, quoniam nullius quanti eſt. ſed intelligendo accidens ſecundum rationem, & modum, & ſic poteſt dici accidens, immo vt declaraui in quæſtione ſeu lib. de intellectu, priuatio non diſtinguitur re ab eo, cuius eſt priuatio. ideo proprie, nec poteſt dici accidens proprium, nec commune, ſed habet modũ accidẽtis cõmunis pro quanto in aduentu formæ abijcitur a materia. Sed, quia loquentes ſaraceni non ponunt materiam, ideo habẽt dicere quod priuatio ſit aliquod accidens ſine ſubiecto factum a Deo in hora corruptionis mundi. (Alij vero.) Narrat ſecundam ſectam, & dicit: alij vero dicunt quod priuare non eſt actus, immo eſt ceſſatio actionis: quia non intelligunt priuationis veritatẽ. i. naturã veram. Debes ſcire, ꝙ forte hæc eſt opinio noſtræ legis. vult enim quod Deus creauit mundũ, & animas, & illas volendo deſtruat, & dicũt ꝙ mundus, & animæ, & res omnes in ſuis naturis ſunt contingẽtes, adeo quod, ſi relinquerẽtur in proprijs eſſe, iam annihilarentur: & tunc oportet dicere ſecundũ hęc, quod annihilatio non eſt aliud quã ceſſatio actionis Dei, ſcilicet conſeruatiuę: ceſſata. n. actione res in nihil tendit. & hęc videtur opinio legis noſtræ ſine dubio, & vera in ſe, & contra hoc non poſſunt argumenta iſtorũ procedere, vt patet. Deinde ponit ſummam opinionis philoſophorum, & dicit: tandem philoſophi dicũt, quod annullatis iſtis opinionibus, nõ remanet via aliqua, ex qua probari poſſit, ꝙ priuatio mundi ſit poſsibilis. ſ. conceſſo quod hic mundus ſit innouatus. i. nouiter creatus. conceſſo etiam, quod animæ humanæ innouentur. i. a Deo immediate creentur, allegant. i. aperte probant quod ipſorum priuatio eſt impoſſibilis. dicunt deniq; quod non quodcunque per ſe exiſtens fuit, vult dicere factum. nec poteſt imaginari quod priuetur poſt ſuum eſſe tam ſi fuit antiquum, idest æternum, quam nouum. hæc igitur eſt opinio philoſophorum. E

Dubitatio.

Solutio.

Priuatio nõ eſt accidens proprie, ſed tantũ ſcdm modũ, & rationem.

F

AVEROES.

AIt Auer. Qui aũt dixerit ꝙ accidentia nõ remaneãt per duo tempora, & ꝙ eſſe eorũ in ſubſtãtijs ſit cõditio in remanentia ſubſtantiæ, ipſe quidẽ non intelligit quid ſit in ſermone ſuo ex contradictione. Nã, ſi eſſent ſubſtantiæ, conditio in eſſe eorum cũ non poſsint eſſe accidentia abſque ſubſtantijs, in quibus exiſtãt, tunc poſitio accidentium eſt conditio in eſſe ſuo, & eſt inconueniens vt ſit

A rẽs conditio in eſſe ſui ipſius Vlterius quõ erunt conditio requiſita,& ipſa quidem non remanent per duo tẽpora? nam inſtans, quod erit finis priuationis eius, quod eſt ex eis,& initium eſſe partis, quę eſt ex eis, neceſſe eſſet vt corrũpatur in hoc inſtanti ſubſtantia. hoc.n.inſtãs non eſt in eo aliquid partis corruptæ, nec aliquid partis, quæ eſt. nam, ſi eſſet in eo pars rei corruptæ, non eſſet ei finis. & ſic, ſi eſſet ei aliquid rei, quæ eſt. Demũ ponere id, quod nõ remanet per duo tempora, conditionem in remanẽtia eſſe eius, quod remanet per duo tẽpora, eſt abſurdũ etiam. nam id, quod remanet per duo tempora, dignius eſt remanere quã id, quod non remanet per duo tpã. qm̃ id, quod non remanet per duo tẽpora, eſſe eius eſt in inſtãti, & eſt fluxus: quod vero remanet per duo tpa, eſſe eius eſt permanens. & quõ erit fluxus conditio in eſſe permanẽtis? aut quõ erit id, quod remanet in ſpecie, conditio in remanentia eius, quod remanet in indiuiduo. & hoc totũ eſt inuolutio falſitatis. Debes aũt ſcire ꝙ qui nõ ponit materiã rei, quæ generatur, ſequitur ei vt ſit ens ſimplex, & impoſsibilis eſt ei priuatio. ſimplex.n. non mutatur, & non mutat ſubſtantiã ſuam ad ſubſtantiã alterius. & iõ dicit Hippocrates ſi eſſet hõ ex vna re, nõ doleret corpus eius, i. nõ corrũperetur, & mutaretur: & ſic ẽt ſequeretur vt nõ generaret, ſed eẽt ens, qđ nõ defecit, nec deficiet. id aũt, quod recitauit Auicenna de dr̃ia in hoc inter innouationem corruptionem in anima, nihil eſt.

B [margin: Simplex nõ mutatur & ñ mutat ſubſtantiã ſuam ad ſubſtãtiã alterius.]

Nũc Auer. reprehendit Alg. & primo quantum ad id, quod opinatur, ꝙ accidens nõ ſit a Deo, ſed cauſatur a ſubſtãtia immediate, & d. dicimus ꝙ illi, q opinantur ꝙ accidẽs nõ remanet duobus tẽporibus. ſ. tempore eſſe ſubiecti, & tempore non eſſe ſubiecti, quia reputant accidens fieri & conſeruari per ſubiectũ, vt dictũ eſt, adeo ꝙ dicũt ꝙ homo mortuus non eſt albus albedine eadẽ numero, qñ erat viuens: ſicut latini fingunt, & dicũt ꝙ eſſe eorũ in ſubiectis eſt idem relinquitatis ſubſtantiæ. i. iam diu relinquuntur, quam diu ſubſtantiæ relinquũtur, qm̃ vna eſt relinquitas, & duratio ſubiecti, & accidentis. Iſti quidem non æſtimant id recte, accidit enim eis de redargutione, & ponit rationem in forma hypothetica. d. ſi enim ſubſtantiæ eſſent cauſæ accidentiũ, poſtquã per ſe. ſ. accidentia ſuſtentari nequeunt. i. poſtquam per ſe non exiſtunt, ſequitur ex hoc ꝙ ſubſtantię eſſent cauſæ ſuarũ ipſarũ, qđ eſt impoſsibile, quod aliqua res ſit cauſa ſuiipſius. Sed difficile eſt deducere iſtã conſequentiã, & forte videtur quod virtus huius ſit, qđ ſequitur, qđ ſubſtantia ſuſtineret ſe, probo, qm̃ ſubſtãtia maxime forma nõ ineſt materiæ niſi pp diſpoſitiones cõſeruantes illam, ſed illa eſt cauſa diſpoſitionũ, ergo ipſa eſt cauſa ſui per propoſitionem cõem, quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati: ſi ergo ſubſtãtia eſt cauſa effectiua diſpoſitionũ erit cauſa effectiua eius. Sed latini fingunt quod diſpoſitiones ſunt cauſæ materiales, & ideo non inconuenit quod diſpoſitiones ſint cauſæ in genere materiæ ſubſtãtię, & ecõtra in genere efficientis, quia cauſæ poſſunt eſſe ſibi inuicẽ cauſę in diuerſis generibus, vt dicit Auer. 2. Phyſi. com. 30. & ſic non valet illa cõmunis poſitio, vbi cauſę variãtur. Sed mihi videtur quod iſta ſolutio ſit fatua, qm̃ diſpoſitiones nõ conſeruãt formã, niſi inquantũ retinẽt impreſsionẽ vel materiæ, vel agentis, &, ſi detur licentia fingendi nõ materiæ, qm̃ per naturã materię nõ magis eſſent aptæ retinere hanc formã quã aliã, quoniam natura materiæ eſt natura entis in potẽtia ad omnes formas, vt dictũ eſt in multis locis: ergo diſpoſitiones conſeruant formam, vt retinẽt impreſsionem non agẽtis. & ſi ſic, ergo habent rationem agentis, & non materiæ, & ſic arguitur, vt ſupra. Vbi debes ſcire quod latini ſunt in maximo errore circa iſtud, & maxime

C [margin: Poſitio latinorũ dicẽtiũ diſpoſitiões cauſas materiales eſſe. Impugnatio.]

Ioan.Iand.in quæſtionibus libri phyſi.omnes enim opinati ſunt quod diſpoſi- D
tiones in materia habent vim,& impreſsionē materiæ, & hoc eſt purus error.
Dicendum eſt enim,ſecundum Auer.ꝙ ſicut virtus gignitiua in hora factionis
ſeng habet vim agentis,qm̄ agit vt inſtrumentū agentis, vt dicit Auer.12. Me-
ta.commen.18.& 7.Meta.commen.32.poſtquā autē factū aīal habet vim con
ſeruantis,& corporis regentis, ita æſtimandum eſt ꝙ diſpoſitiones inductæ ab
agēte in materia in hora productionis formæ habēt vim agētis, quia ſunt inſtru
mentū eius,& in hora exitus formæ a materia, reuertuntur conſeruantes, quæ
conſeruāt effectiue formā, vt inſtrumentū agentis,ideo non habent naturam ma
teriæ,ſed magis agentis cōſeruātis.&,ſi inuenitur ab aliquo,quod illæ diſpoſi-
tiones habēt vim materiæ,debet intelligi ſecundum ſenſum iſtum, ſcilicet pro
quanto diſponunt illam. Ex his apparet deductio conſequentiæ Auer.Si enim
forma eſt cauſa effectiua accidentium,quibus conſeruatur,ergo eſt cauſa effecti
ua ſui:qm̄ quicquid eſt cauſa cauſę eſt cauſa cauſati in eodē genere cauſæ, vt di
cebatur. Pręterea,illa accidentia conſeruant formam, non niſi inquantū habēt
eſſe.quia,non niſi inquantum ſunt,& nō ſunt niſi forma,vt debēt,ergo forma ſi-
ne accidentibus pōt eſſe, qm̄ tota virtus cauſę ſecundę ſaluatur in prima, ſi.n.
accidentia illa nō cōſeruant formā niſi inquantū habent eſſe ab ea,etiā nō con
ſeruabunt illam niſi inquantum habent virtutē ab eadē, qm̄ virtus inſequitur
eſſe,& ſic ēt ſine accidētibus poſſet forma exiſtere in materia, & ſic idē eſt cau- E
ſa ſui. Dicēdū tn̄ eſt,ſubiectū eſſe cauſam accidentiū,vt materia, vt d. Auer.4.
Meta.com.2.ſed vt efficiēs eſt omnino extraneū,propter quod ait Auer.3.cœ-
li.com.28.& 4.cœli.com.22.& 25. ꝙ dans formā dat conſequentia formā me-
diante forma,vide eū ibi.(Rurſus qualiter.) Adducit ſecundā rationē qd ſub-
ſtantia nō ſit cauſa accidentiū effectiua. & vī mihi quod ſyllogiſmus debet ſic
cōponi.nihil,qd non permanet in duobus tēporibus,ſ.eſſe & non eſſe,eſt cauſa
eius,quod permanet illis temporibus,ſed ſubſtantia nō permanet in tēpore eius
priuationis,& accidens idem numero permanet in illis,ergo ſubſtantia non eſt
cauſa accidentis.d.ergo rurſus,qualiter eſſet hoc,poſtquā accidens aliquod duo-
bus tēporibus permanet,quia in illo nunc,i.inſtanti, quod eſt principiū priua-
tionis illius,qd reperitur de eſſe,oportet quod ſubſtantia,i.ſubiectū eorum non
ſit:quod declarat,in illo.n.nunc non eſt aliquid de parte priuati,nec de reperti,
id eſt,entis parte,ex hoc vult habere probationem minoris ſecundū vnam par
tē,videlicet quod ſubſtantia nō manet.deinde reſumit maiorē, tandem ponere
id,quod remanet duobus tēporibus,cauſam illius,quod nō remanet duobus tem
poribus,abſurdū apparet.Id namque,quod remanet duobus tēporibus, dignius
eſt remanere,vult dicere tanquā cauſa,quam illud,quod non remanet:id enim,
quod non remanet,non habet eſſe niſi in nunc,ideſt,certo tēpore: & quod re- F
manet,habet eſſe permanēs,vult dicere per multū temporis:concludit maiorem
d.qualiter ergo erit id,quod eſt impermanens duo nunc,cauſa illius,quod rema
net.vult dicere illis duobus nunc,vel quod quaſi idem eſt,qualiter erit id,quod
remanet in ſpecie, ſicut eſt ſubſtantia cauſa illius, quod remanet in indiuiduo,
& ſic apparet maior,& probatio eius,concludit intentum,d.quarę ergo omnia
iſta poſſunt ſummi errores reputari.

Sed hic ſunt duę quęſtiones,qm̄.Nō videtur verum id, quod Auer. ſup-
ponit,ſcilicet quod accidens ſemper permanet in duobus tēporibus,ſcilicet pri-
uationis,& eſſe,qm̄,ſi corrūpitur ignis in aquā,ſine dubio accidentia ignis non
remanent in aqua,qm̄ aqua portat ſecū accidentia contraria accidentibus ignis
expellentia illa. Secundo, non videtur verum quod illud nunc,quod eſt princi-
pium priuationis rei exiſtentis,non ſit nec pars priuati,nec pars entis quoniam
tunc in illo inſtanti materia eſſet ſine forma.Dicendū quod ſecundum Auer.ac
cidētia ſunt duobus modis,ſ.ſimbola,quę,ſcilicet poſſunt manere eadē in ſubie-
cto ſuccedenti,quoniam non fert ſecū contrarium:& accidentia diuerſa , modo
hic loquitur Auer.ſaltem in accidentibus ſimbolis, de quibus primo de genera-
tione commen. 27. & ſecundo de generatione, commen. 24. dixit illa manere
eadem,vt in primo de ſubſtantia orbis,ratio ergo Auerro. eſt ſaltem ſpecialis

Subiectū eſt cauſa accidētiū, vt materia.

Subſtantia nō eſt cauſa accidentiū.

A de accidentibus ſimbolis, de quibus propter hanc rationem apparet quod ſubiectum non ſit cauſa effectiua eorum, quantum remanet eadẽ numero in generato & corrupto. Ad ſecundam, Dicendum quod in primo inſtãti nõ eſſe rei entis conſiderantur multa nunc naturæ, in illo enim inſtãti põt intelligi materia ſine forma, licet de facto ſit cum forma genita, quoniam primum eſſe geniti eſt vltimum non eſſe corrupti, vt dicunt ſophiſtæ huius temporis. Ad formam argumẽti dicendũ quod per nunc Auer. intelligit. nunc naturæ, nec loquitur vniformiter in omnibus ſuis verbis, vt apparet: & ſic nihil eſt contra propoſitum. (Et ideo notandum) Probat vnum, quod ſupponit in omnibus rationibus, ſcilicet quod materia eſt neceſſaria in omni generatione & factione, & dicit: & ideo notandum eſt quod qui negat rem generabilem habere materiam; ſequitur eum quod illa res ſit ſimplex, & tũc erit incorruptibilis, cuius rationem ponit. d. ſimplex enim non permutatur, nec ad aliam ſubſtantiam conuertitur; deinde probat idem autoritatẽ Hippo. di. & ideo ait Hippo. quod, ſi homo ex vna ſola re conſtitutus eſſet, nunquam aliquam paſsionem paſſus eſſet, immo eſſet ſemper incorruptibilis, & impermutabilis, nec generabilis eſſet, immo eſſet ab æterno, ſicut aliquã intelligentiarum mouentium orbes.

Debes ſcire quod primo Phyſi. commẽ. 51. dixit Auer. ſi principia eſſent contraria tm̃, tunc generatum eſſet ſimplex & non cõpoſitum: vbi apparet modo quid Auer. intendit per ſimplex non de ſimplicitate oppoſita componi ex B materia & forma, vt quidam fingunt. immo ſimplicitate oppoſita componi ex eſſe & eſſentia, & ex genere & differentia, aliter conſequentia eius hic, nihil eſſet, qm̃ latini fingunt quod compoſitũ ex eſſe & eſſentia põt annihilari, & redire in ſui eſſentiã, poteſt quidẽ priuari eſſe, & remanere in ſui eſſentia, quæ eſt in potentia ſuę cauſę, vt dicunt: ideo reputo ꝙ Auerro. hic per ſimplex, intelligit ſimplex, vt excludit oẽm compoſitionẽ, & tunc, ſine dubio ſequitur, quod nec ſit corruptibile, nec aliquo modo diſtinguibile; Sed qualiter ex hoc qđ res priuatur materia, priuetur compoſitione ſimpliciter, dictum eſt in expoſitione tertij de anima, vide ibidem com. 9. & 10. Et nolo nunc immorari. Quoniam dicta philoſophorum, vt ſæpe dixi, ſunt tantum ex ſuppoſitione, & ideo vt plurimum ſunt falſa. Et ſic conſummata eſt expoſitio ſecundæ diſputationis cũ Dei laude, qui eſt trinus & vnus, & glorioſæ virginis Mariæ.

ALGAZEL.

C Ait Alga. Reſpondens Philoſophis. & reſponſio eſt ꝙ id, quod dixiſtis de partibus, quòd poteſt euadere à qualibet earum, & declarabitur deſtructio eius ſecundum radices veſtras, nõ eſt verum, & conueniens vniuerſalitati radicis veſtræ in eo, quod eſt de genere ſuo. ſed prolixe de hoc non loquemur: ſed ſufficit nobis loqui de vna parte; Et dicimus quare negatis dicenti quòd inuentio, & priuatio ſint in voluntate Dei glo. &, cum ipſe voluerit, adinuenit: & cũ volet, corrumpet, & eſt, cum ſit potens, volens in perfectione. & ipſe quidem in hoc ſuo iudicio non mutatur in ſe, ſed tantũ mutatur eius operatio. Cum autem vos dicitis ꝙ agens impoſsibile eſt emanare ab eo actionem, & quid emanauit ab eo, dicimus ꝙ id, quod emanauit ab eo, eſt innouatum, & eſt priuatio, poſtquam non fuerat priuatio, & poſtea facta eſt priuatio, & emanauit ab eo. Si autem dixeritis quòd priuatio nihil eſt, & quomodo emanat. dicimus & ipſa quoque nihil eſt: ergo quomodo fuit: & nihil eſt emanare ab eo? &, cum intelligitur ꝙ ſit, intelligitur relatio eius ad poſſe.

D

AVEROES.

AIt Auer. Hoc totũ eſt ſermo ſophiſticus, & corruptus. Nam Philoſophi nõ negant eſſe priuationem rei cũ corruptione cor rũpentis eã: immo non ꝙ corrũpens eã depẽdeat operatio ſua a priuatione eius, in eo ꝙ eſt priuatio, ſed depẽdet operatio ſua in per mutatione ab eſſe, qđ eſt in actu, ad eſſe, quod eſt in potẽtia, & ſequiẽ ei ꝙ ſit priuatio, & innouatio eius. & hoc modo cõparatur priuatio ad operationẽ. & nõ ſequitur, ex eo ꝙ eſt priuatio, ſtatim ad actionẽ agen tis in ente vt agẽs ſit agẽs eius primo, & per ſe. & ipſe, qm̃ cõceſſum eſt ei hoc dictũ, ꝙ ſit priuatio proculdubio ſtatim ad actionẽ corrũpentis in corrupto, intulit ꝙ ſit priuatio ꝑ ſe, & primo ab agente eius. qđ qdẽ impoſsibile eſt. nã agẽs, nõ dependet operatio eius à priuatione, in eo ꝙ eſt priuatio, ſ. primo, & eſſentialiter. Quare, ſi entia ſenſibilia eſſent ſimplicia, nõ generarẽtur, nec corrũperẽtur, niſi dependeret actio agen tis primo, & eſſentialiter à priuatione. At tamẽ dependet actio agentis à priuatione per accidens ſecũdarie. & hoc quidẽ in permutatione paſ- ſi ab eſſe, quod eſt in actu ad aliud eſſe, & euenit ei ex hac actione pri- uatio, vt mutatio ignis ad aerem, qm̃ euenit huic priuatio ignis. & ſic eſt diſpoſitio apud Philoſophos in eſſe, & priuatione. E

Si entia cõpetibilia eſſent ſimplicia nõ generarẽtur.

Actio agentis dependet a priuatione per accñs.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæ differẽtia eſt inter vos, & dicentẽ negationẽ innouationis priuationis omninò accidentibus, & formis? & dicit ꝙ priuatio ſit nihil, & qũo ſit? & qũo denominatur innouatione? Et non eſt dubium ꝙ priuatio imaginatur fieri in accidentibus, & quod denominatũ eſt innouatione eſt intellectuale, ſiue appelletur res, ſiue non appelletur. & relatio huius, quod eſt intellectuale, ad poſſe poten tis etiam eſt intellectualis.

AVEROES. F

AIt Auer. Innouatio priuationis hoc modo eſt vera & eſt id, quod ponunt Philoſophi, qm̃ emanat ab agente ſecunda intentione, & per accidens: & non ſequitur ex eo ꝙ emanat, & eſt intellectualis vt ſit eſſentialiter, & primo. Differẽtia aũt inter Philoſophos, & negantem fieri priuationẽ eſt, qm̃ Philoſophi nõ negant fieri priuationem oĩno, ſed negãt fieri principaliter, & eſſentialiter ab agente. nam agens non dependet operatio eius à priuatione neceſſario, primo, & per ſe. & priuatio apud eos ſequitur actionem agentis in eſſe, & eſt id, quod ſequitur dicenti mundum corrumpi ad non ens omnino.

Priuatio emanat ab agente ſecũda intẽtione & ꝑ accñs.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si aũt dixerit ſequitur opinioni eius, qui permittit priuationẽ rei poſt eſſe eius, vt dicatur ei quid eſt id, quod innouatũ eſt,

A &c apud nos non corrumpitur res inuenta. Et intelligimus per priuationẽ accidentium innouationẽ ſuorũ contrariorũ, quę ſunt entia, nõ aũt innouatio eſt priuationis abſolute, q̃ eſt nihil, qđ.n.nihil eſt, quo denoiatur innouatione? vt, cũ dealbat⁹ eſt capillus, id, qđ innouat̃, eſt albedo tm̃, & eſt ens, & nõ dr̃ ꝙ innouatũ ſit priuatio nigredinis.

AVEROES.

Ait Auer. Hęc reſponſio Philoſophorũ eſt falſa. nã Philoſophi non negãt fieri priuationẽ, & prouenire ab agente. Attamẽ nõ prima intentione, vt ſequitur ponenti rem permutari ad priuationem abſolutam. ſed priuatio apud eos innouatur cum perditione formæ rei corruptæ, & innouatione formæ, cui eſt contraria. vnde fuit dubitatio Alga. in hoc ſermone dubitatio vera.

Philoſophi nõ negãt fieri priuationem.

ALGAZEL.

B Ait Alga. Et hoc eſt falſum duobus modis. Primus quidem, cũ quæritur vtrum innouatio albedinis includit priuationẽ nigredinis, vel ne? Si autem dixerint ꝙ non, tunc mentiuntur. Si vero dixerint ꝙ ſic, an incluſum eſt ipſummet includens, vel aliud? Si dixerint eſt idem, tunc contradicit ſibi ipſi: nam res non includit ſeipſam. Si vero dixerint ꝙ ſit aliud, an hoc aliud intellectuale, vel non? Si autem dixerint ꝙ non, quærimus quomodo ſcitis quòd ſit incluſum? & iudicium de eo quòd ſit incluſum indicat quòd ſit intellectuale. Si autẽ dixerint quòd ſic, hoc quidem incluſum, & intellectuale, & eſt priuatio nigredinis, an eſt antiquum, vel innouatum? Si aũt dixerint antiquum eſt falſum. Si vero dixerint innouatum, denominatum quidem ab innouatione, quomodo non erit intellectuale? Si autem dixerint non antiquum, nec innouatum, eſt falſum. quoniam C ante innouationem albedinis, ſi dixerint nigredinem eſſe corruptam, eſt falſum. & poſt eam, cum dicitur quòd non ſit, eſt verum, & innouatur proculdubio. & hoc, quod innouatur, eſt intellectuale, & oportet vt attribuatur potenti.

AVEROES.

Ait Auer. Eſt quidẽ innouatum intellectuale, & attribuitur potenti, ſed per accidens, non autem per ſe: q̃m non dependet operatio agẽtis à priuatione abſoluta, nec à priuatione vnius rei. Nam non eſt in potẽtia potẽtis quòd ponat ens, nõ eſſe primo, & eſſentialiter, ſ. qđ couertat corpus eſſe ad corpus priuationis. & omnis, qui nõ ponit materiã, non euadet ab hoc dubio, ſ. quòd ſequitur ei vt depẽdeat operatio agẽtis a priuatione, primo, & eſſentialiter. & hoc totũ eſt

Qui negat materiã nõ põt euadere quin actio eius nõ depẽdeat a priuatione eſſentialiter.

manifeſtũ, & nõ eſt opus ꝓtelare ſermonẽ in eo. Et ideo dixerũt ſapiẽtes ꝙ principia rerũ generabiliũ, & corruptibiliũ ſunt duo ꝑ ſe, & ſunt materia, & forma, & vnũ per accidẽs, & eſt priuatio: q̃m eſt cõditio requiſita in innouatione innouati, ſ. vt eã pręcedat: &, cũ reperitur innouatum, aufertur priuatio: &, cũ corrũpitur, adeſt priuatio. D

ALGAZEL.

Ait Alga. Secũdus autẽ modus dubitationis eſt ꝙ id, quod corrũpitur, apud eos nõ eſt per cõtrariũ, vt motus: motus.n. nõ habet contrariũ. & oppoſitio inter eũ, & quietẽ apud eos eſt oppoſitio habitus, & priuationis, non aũt oppoſitio eſſe ad eſſe. & quies eſt priuatio motus. &, cũ non fuerit motus, nõ erit quies quid contrarium eius; ſed eſt priuatio abſoluta, quæ ſunt ad perfectionẽ, ſicut: impreſsio figurarũ ſenſibiliũ in humido criſtallino in oculo, & ſicut impreſsio formarũ intelligibilium in aĩa, quæ cõuertũtur ad impreſsionẽ eſſe abſq; remotione cõtrarii. &, cũ corrũpuntur, erit diſpoſitio eorũ ablatio eſſe abſq; aduẽtu cõtrarii poſtea: & ablatio eorũ eſt præfatio priuationis abſolute, & apprehendit intellectus eſſe innouatũ. & qui intellexit ꝙ fit in ſe, licet non fuerit aliquid, intellexit, & attribuit poſſe poteti. Et declaratur in hoc ꝙ, cũ intellexerimus imaginationem fiẽdi innouatũ volũtate antiqua, nõ differt ſiue ſit id, quod innouat priuatio, ſiue eſſe. E

AVEROES.

Ait Auer. Differt aũt magna differẽtia, cũ ponitur priuatio emanare ab agẽte, & emanare eſſe ab eo. q̃m, cũ ponitur eſſe primo, & priuatio ſecũdarie, i. ꝙ ponatur innouata ab agẽte, mediãte aliqua ſpecie eſſe, & eſt ponẽdo eſſe in actu in potẽtia, deſtruendo actum, qui eſt habitus in ſubiecto, eſt verũ. & quod nõ erit impoſsibile apud Philoſophos hoc modo, vt corrũpatur mũdus, eo ꝙ permutatur ad aliã formã. nã priuatio hic eſt ſubſequẽs, & per accidẽs. Quod aũt eſt impoſſibile apud eos, eſt vt corrũpatur res ad nõ eſſe oĩno. q̃m, ſi hoc fuerit, tunc agẽs depẽderet operatio eius à priuatione primo, & eſſentialiter. & hic ſermo totus, aſſumitur in eo id, quod eſt per accidẽs, ꝙ ſit per ſe, & ſequitur Philoſophis de eo id, qđ dixerunt de impoſsibilitate eius: & plurimi ſermonum huius libri ſunt huius naturæ: & propter hoc cõuenientius nomen huius libri eſt liber Deſtructionis ſimpliciter, ſeu Deſtructio Alga: non Deſtructio Philoſophorum: & verius nomẽ huius libri eſt Liber differentię inter veritatẽ, & ruinam ſermonum Loquentium, dicentium Deum glo: eſſe agens mundi, & mundum opus, & operationem eius. F

Hæc deſiderantur in antiquo tex, ob id non habent com:

DE DECLARATIONE INVOLVTIONIS EORVM.

ALGAZEL.

AIT Alga. Philoſophi profecto, non autem Epicurei, putauerunt quòd mundo ſit cauſa efficiens: & Deus glo. eſt agens mundi, & efficiens eius. Et hoc eſt illuſio ſecundum radices eorum: Nam mundus ſecundum radices eorum non poteſt conſyderari q̀ ſit operatio Dei glo: tribus modis: Primus quidem

B ex parte agentis. Secundus autem ex parte patientis: Tertius vero ex parte vtriuſque. Ex parte autem agentis, quoniam impoſsibile eſt quin ſit volens, & eligens, & ſciens rem, quam vult: Deus vero glo. nihil vult, & nullam habet operatione: & quicquid influitur ab ipſo, conſequitur ab eo conſecutione neceſſaria. Ex parte vero patientis, quoniam mundus eſt antiquus, & æternus: operatio vero dicitur de innouato. Et ex parte vtriuſque, quoniam Deus glo. apud eos eſt vnus omnimode: & ab vno non emanat apud eos niſi vnum omnimode. & mundus eſt compoſitus ex diuerſis, quomodo ergo emanat aliquid ab eo?

ET, poſtquam dictum eſt de ęternitate mundi a parte ante, & a parte poſt, ſupereſt modo inueſtigare an mundus ſit ęternus ex vtroque, ſi effectus alicuius agentis. &, ſicut primo in alijs diſputationibus, ita nunc adduxit ſententiam Alga. vnde d. ait Alga. dicunt philoſophi quod ipſe Deus benedictus eſt agens mundum, & mundus eſt eius effectus, & opus ſuum. Et di. quod declaratio huius

C ab eiſdem facta ſuper hoc non eſt demonſtratiua, immo dialecticalis, id eſt, ꝓbabilis, & addit: Vſque quo illud, quod dixit, quod mundus componitur ex diuerſis, qualiter ergo non poſſunt ab ipſo Deo glorioſo procedere? Hic notat terminum verborum Alga. quaſi dicat, ego accepi verba vſq; ibi, illud, quod dixit Ariſt. & infra in dubio ſequenti declarabitur hoc.

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod eſt in agente, eſt quòd non poteſt eſſe quin ſit volens, eligens, ſciens quidem id, quod vult, adeo quòd eſt agens eius, quod voluerit, eſt quid non notum ex ſe, & terminus non cognitus in actione mundi, niſi fuerit ei demonſtratio, aut verificetur permutatio iudicii apparentis ad occultum. Nam nos videmus res agentes imprimentes dupliciter. eſt enim aliqua, quæ non agit niſi vnum tantum: & hoc quidem per ſe, vt calidum agit calidum, & frigidum agit frigidum: & iſta ſunt, quę vocant Philoſophi agentia na-

turaliter.aliæ vero ſunt res, quibus eſt agere aliquid in aliqua hora,& agent contrarium in alia hora:& iſta ſunt, quæ appellamus volentia, & eligentia.& hæc quidem agunt ex ſcientia, & conſilio. Primum aũt agens glo.abeſt ab eo attributio alicuius harum duarum actionum modo,quo attribuitur generabili, & corruptibili apud Philoſophos. nam eligens,& volens eſt id,cui deficit volitum : Deo vero glo. non deficit aliquid,quod voluerit:& ſic eligens eſt id,quod eligit ſibi vnum duorum nobilium:Deo vero glo.non deficit aliquid nobile. & volens,cũ peruenerit ad id volitum, deficit voluntas eius. demum voluntas eſt paſsio,& mutatio : Deus vero glo.eſt abſq; paſsione,& mutatione.Et ſic etiam magis, & magis abeſt ab actione naturali. nam actio rei naturalis eſt neceſſaria in ſe, & tamen non eſt neceſsitas de ſubſtantia volentis,ſed eſt pfectio eius.Vlterius actio naturalis non erit ex ſcientia: & Deus glo. iam declaratum eſt demonſtratiue ꝙ actio eius emanat ab eo ex ſcientia:ergo modus,quo Deus glo.eſt volens, & agens, non eſt declaratus in hoc loco : qm̃ non eſt ſimilis voluntas eius voluntati nobis apparenti. Et qũo dicit ꝙ non intelligitur de agente, niſi quod agit conſilio,& electione? & ponit hanc definitionem ſequi in apparenti,& in occulto, & tamen Philoſophi non conſitentur conſecutionem huius definitionis : ſicut ſequitur eis,cum auferunt hanc definitionem ab agente primo, vt auferant ab eo actionem. Hoc autem eſt manifeſtum per ſe,& qui hoc dicit,eſt decipiens, non aũt Philoſophus. nam decipiens eſt,qui intendit facere ſophiſticam apparentiam,non autem oſtendere veritatem. &,cum errauerit in veritate, non dicitur de eo ꝙ ſit decipiens. Philoſophi vero manifeſtum eſt ꝙ ipſi perquirunt veritatem,& non decipiunt omnino. & non eſt differentia inter dicentem Deum glo. velle voluntate diſsimili voluntati humanæ,& inter dicentem ipſum ſcire ſcientia diſsimili ſcientiæ humanę.& quemadmodum non apprehenditur qualitas ſcientiæ eius, non apprehenditur qualitas voluntatis eius.

Eligens & uolens eſt id cui deficit volitum.

Actio rei naturalis ẽ neceſſaria i ſe.

Actio Dei emanat ab eo ex ſcientia.

Nunc Auer. reprehendit Alga.quantum ad vnum, quod videtur ſupponere in ratione,quam voluit eſſe demonſtratiuam, quod eſt, Deum agere voluntate. vnde ait:dicimus nos quod id,quod dixit, videlicet,quod illud,quod eſt in agente,eſt ſine dubio quod ſit volens, eligens, & ſciens id, quod vult,ita quod agat in id,quod vult.hęc quidem verba ſunt verba ignota, & dubitabilia in agente mundi,niſi demonſtratiue probaretur,aut indiuina.i.natura noti poſsit transferri in ignotum.(Nos enim) declarat qualiter illa verba ſunt dubitabilia, &.d.nos enim inuenimus agentia & imprimentia.i.cauſantia duobus modis diuiſa : quorum vnus eſt,quod vna tantum eſt ſua actio per ſe, vt calor agit calorem, & frigiditas frigiditatem,& talia agentia naturalia nuncupantur.& dixit Auerro.per ſe,quoniam per accidens calor poteſt infrigidare,vt dictum eſt in metauris,vnde dicitur.8.Phy.commen.8.&.9.Metaphy. commen.3.&.10.quod agens naturaliter determinatur ad vnum:quod debet intelligi primo per ſe,& hęc eſt mẽs eius.3.cœli.commen.72.&.1.cœli.com.8.vbi dicitur quod ab vna natura vnũ tantum prouenit.(Secundus vero modus.) Ponit ſecundum modum,d.Secundus vero modus eſt,quando aliquod agens interdum quandam agit actionem, & interdum eius contrarium, & talia agentia vocantur a philoſophis volentia & eligentia,quodcunque agens fuerit huiuſmodi agit ſine dubio cum deliberatione &

A meditatione. Debes ſcire quod iſta diſtinctio pro parte poteſt accipi a philoſopho in.9.Metaphyſicę. tex. commen.3. &.10. & vide expoſitores latinos, quia multa dicunt de hoc.(Vnde primum) declarat quomodo Deus ſit agens, dicens: vnde primum agens benedictum nequit aliquo modo de aliquo iſtorum denominari, eo modo, quo generabile & corruptibile denominatur, quoniam aliquo modo non conuenit, vt dicit poſt. et primo oſtendit quod Deus non ſit agens volens & eligens. Et arguit primo in prima figura ſic. volens & eligens deficit id, quod vult, i. diminuit factũ. & ipſe Deus non deficit aliquid de eo, quod vult. Et ſic in ſecunda figura ſequitur concluſio iam dicta.

Pro intellectu huius rationis debes ſcire, quod illud, quod eligitur a volente, appetitur a volente, & etiam id, quod dimittitur: & ambo ſunt poſsibilia: quoniam, ſi vnum tantum eſſet poſsibile, electio eſſet vna. Eligibile autem eſt duobus modis: quoddam ſecundum melius, & quoddam ſecundum peius. Exemplũ primi. vt, ſi eligerem furtum. Exemplum ſecundi. vt, ſi eligerem ſtudium melius furto. Ex his ſequitur veritas maioris: quoniã omne eligens diminuit ab electo: quoniam, ſi eligit ad peius, manifeſtum eſt ipſum eſſe diminutum: ſi eligit ad melius, ergo diminuit, ſaltem ab alio: & ſic ſemper diminuit, ſaltem aliquo modo. Sed Deus nullo modo diminuit, quoniã eſſet inuidus, vt ait philoſophus in libro

Duplex eligibile.

B de bona fortuna: ideo ſequitur in ſecunda figura concluſio iam dicta. Et debes ſcire quod ſecundum nos, Deus reſpectiue poteſt diminui, ſimpliciter autem nõ. vnde dicimus quod Deus multa poteſt, quę non facit: nec hoc apud nos eſt inconueniens. (Similiter eligens.) Ponit ſecundam rationem, &.d. ſimiliter eligens eligit vnum duorum meliorum per ſe, & Deus benedictus, nulla talia debent attribui ſibi, quia tunc vt dixi inuidus eſſet. Et debes ſcire, quod hęc ſecunda ratio differt a prima in hoc, quod prima vult quod eligẽs eligit aliquando ſecundum peius, ſecunda autem aſſumit ſimpliciter, quod omne eligens eligendo diminuit aliquid, & vt dixi. ſicut prima nulla eſt apud nos, ita nec ſecunda, eodem enim modo ſoluitur, vt patet. (Tandem quod voluntas.) Arguit tertio modo, eadem forma. &.d. tandem quod voluntas eſt paſsio & mutatio. ſ. in volente, & abſit quod Deus de talibus denominetur. Ex omnibus his in ſecunda figura ſequitur concluſio iam dicta. Sed an iſtę rationes ſint ſimpliciter neceſſarię, an probabiles, non opus eſt facere modo moram: qm̃ dixi ſatis in quęſtionibus, an Deus ſit infiniti vigoris, et de intellectu, vbi dixi quod magna pars rationum philoſophorum ſunt ex ſuppoſitione, & ideo nihil concludunt: & quilibet modici cerebri ſoluere poteſt dicta illorum. (Maxime de actione.) Declarat quod Deus nõ eſt agens ſicut calor ſimpliciter, & dixit, maxime de actione naturali non debet denominari: vult dicere ꝙ nec Deus debet dici agens naturale actione naturali ſi-

Non eſt inconueniens Deum poſſe plura facere q̃ nõ facit.

C cut calor, & primo arguit ſic. actio nanq; agentis naturalis neceſſario eſt ſua ſubſtantia, non tamen in volentis ſubſtantia. & forte intendit per hoc minorem. ſ. ſed actio Dei non eſt in ſubſtantia volentis. i. ipſius. & forte intendit per totum illud expoſitionem maioris, ſic. ſ. ꝙ agens naturaliter habet actionem, qua in ſui ſubſtantia perficitur, non quod velit illam perfectionem, ſed ſine cognitione. Primo modo ponitur ſyllogiſmi maior, & minor, & deficit concluſio. Secundo modo ponitur tantum maior, & debet ſubintelligi concluſio, & minor. Sed pro intellectu huius rationis debes ſcire, quod agens naturale in agendo confortatur, & creſcit. vnde, ſicut dicitur in libro de anima, agens creſcit in infinitum poſito combuſtibili. ideo omne agens naturale propter eius actionem in ſubſtantia propria, valde perficitur. modo apparet minor, quoniam Deus propter actionem eius non ſic perficitur, immo ipſe eſt perfectus in fine, vt dictum eſt in Metaphyſica. Ex his accipitur intellectus huius rationis philoſophi, ſi bene conſideres. (Rurſus opus) ponit ſecundam rationem in eadem figura. &.d. rurſus opus naturale non procedit a ſcientia, ſed demonſtratum eſt quod eius, ſcilicet Dei actio procedit a ſcientia, vt declarabitur in alijs diſputationibus. ideo in ſecunda figura concluditur concluſio iam dicta. (Vnde illo modo, quo Deus.) Remouet dubium. poſſet quis dicere, ſi Deus non eſt naturale, nec eligens & deliberans: quomodo eſt agens? Soluit, d, vnde illo modo, quo Deus eſt agens

Agens naturale agendo creſcit et cõfortatur.

Differentia inter opus naturale & actionẽ Dei.

volens non eſt hic. vult dicere aliquod, quod manifeſte apparet. nulla enim vo D
luntas nobis pręſens ſimilis eſt voluntati Dei. Deinde concludit peccatum Alga. d. qualiter ergo dici poteſt, quod non intelligitur de agente niſi illud, quod agit cum deliberatione & electione? (Neq; hęc definitio) ſoluit quoddam aliud dubium: quoniam poſſet quis dicere, ſi hęc definitio agentis liberi & eligentis non conuenit Deo, an ſit, aliqua communis voluntati noſtrę, & Deo vniuoce conueniens vtriq;. ſoluit. d. nec hic, id eſt in propoſito definitio poteſt poni ęqualiter, id eſt vniuoca in agente noto, vult dicere homine. & ignoto, vult dicere Deo. (Vnde, dum philoſophus.) Concludit id, quod philoſophi poſſunt ſcire. d. vnde philoſophi, dū negant ꝙ hęc definitio non poſſit de prędictis, ſcilicet agente noto, & ignoto ęqualiter, id eſt vniuoce denominari, ſequitur eos, ꝙ remota hac definitione de primo agente, remouebitur actio, vult dicere agentis eligentis. & hoc ſatis per ſe notum.

Negatiue tātum ſcitur apud philoſophos, quomodo Deus vult.

Quę ſunt eadē definitione, ſunt eadē forma, & q̄ eadē forma, ſunt eadem operatione.

Ex his voluit quod philoſophi non poſſunt ſcire niſi negatiue quomodo Deus vult: quoniam ſciunt quod non agit ſicut eligens & deliberans: eo quia ei non conuenit definitio deliberantis & eligentis. Debes ſcire quod, vt accipitur primo cœli. commen. 19. quod ea, quę ſunt eadem definitione, ſunt eadem forma, & ea, quę ſunt eadem forma, ſunt eadem operatione, & idem di. tertio Phyſico. commen. 52. vide ergo a pari, quę non ſunt vnum in operatione, E
nec ſunt vnum forma, & per conſequens nec definitione. Ex his ſequitur veritas Auer. ſcilicet, quod ex quo, Deo non conuenit definitio agentis deliberantis & eligentis, ei non conuenit operatio illius: & ſic poteſt intelligi tantum negatiue. Et iſtud voluit hic dicere Auer. vt apparet ex verbis eius. Et quod dixit hic non contradixit nobis niſi in parte, ſcilicet quantum ad hoc, quod probat Deum non agere ex deliberatione. Et rationes eius nihil ſunt, & ſunt ſolutę ſuperius.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et verificabimus vnumquemque horum modorum trium cum imaginatione eorum in contradicendo ei. Primus quidem, cum dicimus agens eſt præfatio eius, ex quo emanat actio cum eo, ꝙ vult actionem electiue, & cum ſcientia in volito, & apud vos tenentes ꝙ mundus eſt a Deo glo. ſicut cauſatum a cauſa conſequetur conſecutione neceſſaria, ita quod non poteſt imaginari ſepa- F
rari a Deo glo. parum, ſicut conſecutio vmbræ ab homine, & aeris a Sole, &c. vſque ad, quoniam totum hoc emanat ab eo: & hoc eſt inconueniens.

Hic primo ponit differentiam inter philoſophos, & opinionem eius. & dicit. ait Alga. nos vero declarabimus quemlibet iſtorum trium modorum: & forte intendit modorum agentis dictorum ab Auerro. ſcilicet naturalis eligentis, & neutrius: & forte intendit modorum arguendi, quos non dixit, ſed voluit illos ſubintelligi, & dicit: Ad primum vero dicimus. vult dicere argumentum, vel modum agētis, ſecundum expoſitiones poſitas. quod per agens intelligebatur illud, quod ab eo procedit actus cum voluntate illius actus modo electionis, & quod ſciat illud, quod vult: & intendit quod Deus eſt agens eligens per voluntatem & intellectū. attamen non ſoluit hic argumenta Auer. (Sed mundus apud eos.) Ponit opinionē philoſophorū, & dicit, ſed mundus apud eos procedit a Deo, vt vmbra ꝓcedit a corpore, & lux a ſole, Et cętera, vſq; q̄n dixerat. & cīa iſta ꝓcederēt ab eo: quod eſt falſum. Et dixit mihi translator, quod Auerro. quando ſcribebat verba Alga. accipiebat a libro eius vſque ad certum terminum, & hic per ly vſque notat, ſcilicet terminum verborum, quę accipiebat: & hoc di. in ſequenti-

A bus frequenter. Sed quomodocunque, difficile eſt mihi multa verba huius libri interpretari: quoniam nullos habeo expoſitores, & paucos libros emendatos niſi meum, qui eſt emendatiſsimus: ſed multa oportet ſine dubio declarari partim propter defectum translatoris, partim propter obſcurum modum loquendi arabum.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duo, quorum Vnum eſt, ꝙ non numeratur in numero cauſarum agentium niſi is, qui agit conſilio, & electione. nam actio agentis naturaliter in aliud non numeratur numero cauſarum agentium. Secundum vero, quòd modus, quo tenent mundum emanare a Deo glo. eſt ſicut conſecutio vmbrę ab homine, & aeris a Sole, & deſcenſus lapidis deorſum, quæ quidem non appellatur actio: nam actio non ſeparatur ab agente.
B Dixi & hoc totū eſt falſum. nā Philoſophi tenent ꝙ cauſæ ſunt quat- *Cauſę quatuor.*
tuor, & ſunt materia, agens, forma, & finis. & agēs eſt id, quod extrahit aliquid de potentia ad actum, & a priuatione ad eſſe. & hæc quidem extractio aliquando eſt conſilio, & electione, & aliquando natura. & ipſi nō appellant hominem, cum facit vmbram, cauſam agentem, niſi abuſiue, qm̄ non eſt ſeparatus ab ea: agens vero ſeparatur ab acto. ipſi tn̄ credunt ꝙ Deus glo. ſeparatur a mundo. & non eſt apud eos huius
generis. nec etiam eſt agens diſpōne agentis, quód nobis apparet, nec *Quō Deus, ſit agens.*
habens electionem, nec non habens electionem, ſed eſt agens harū cauſarum, extrahens totum ex priuatione ad eſſe, & id conſeruat modo pfectiori, & excelſiori, quā eſt in actionibus nobis apparentibus. Et nō ſequitur eis aliquid huius qōnis. nam ipſi tenent ꝙ actio eius emanat a ſcientia, & non ex neceſsitate inducente ad illud, non ex ſe, nec ex re ab extra, ſed propter excellentiam, et bonitatem ſuam: et eſt neceſſario volens, eligens excellentiori gradu volentium eligentium. nam non
C euenit ei diminutio, quæ euenit volenti, quod apparet. Et hęc eſt doctrina ſapientis principis Philoſophorum in quibuſdam libellis ſuis, editis in ſcientia Metaphyſicæ. quoniam, cum aliqui dicunt qūo incœpit Deus glo. mundum ex nihilo? et fecit eum ex nihilo? Dicimus in rn̄ſione huius ꝙ agens aut erit vis eius, ſicut poſſe eius, et poſſe eius, ſicut voluntas eius, et voluntas eius, ſicut ſapientia eius: aut erit vis debilior ipſo poſſe, et poſſe debilius voluntate, et voluntas debilior ſapientia. et, ſi aliqua harum potentiarum fuerit debilior alia, tunc cauſa prima abſque dubio, non erit inter eam et nos aliqua differentia, et ſequeretur ei diminutio, ſicut ſequitur nobis, et hoc eſt nimiū inconueniēs: aut erit quęlibet harum potentiarum in vltimitate perfectionis, cum vult pót, et cum pót vigoratur, et omnia in vltimitate ſapientiæ, adeo ꝙ reperietur actio eius, quod voluerit, vt voluerit ex nihilo. et abſit ab hac diminutione reperta apud nos. Et dixit totum hoc, quod eſt in hoc mundo, eſt alligatum potentia, quæ eſt in eo, proueniente a Deo glo.

& niſi eſſet illa potentia in rebus, non eſſet permanens ictu oculi. Dixi D
ens compoſitum eſt duplex. aliquod .n. in quo compoſitio ſit res addita
ipſi eſſe compoſitorum, & aliquod, quod eſt ipſummet eſſe compoſito-
rum in compoſitione eorum, ſicut eſſe materiæ cum forma. & hic mo-
dus entium non reperitur in intellectu, ita ꝙ præcedat eſſe eorum com
poſitionem eorũ: ſed cõpoſitio eſt cã eſſe, & eſt pcedens ipſum eſſe. ſi igi
tur pr:mum fuerit cã compoſitionis partium mũdi, quorum eſſe eſt in
compoſitione, eſt cã eſſe eorum. Et non eſt dubium, ꝙ oẽ id, quod eſt
cã eſſe rei, eſt agens eius. Sic debet intelligi res in opinione Philoſopho
rum, ſi verificatum fuerit apud ſpeculantem de opinione eorum.

Hic exponit primo mentem Algazel. & dicit: dicimus nos quod ſententia ho-
rum, ſcilicet verborum in duobus continetur. Quorum vnum eſt, quod non de-
bet attribui agentibus cauſis, id eſt, cauſis agentibus mundum id, quod non agit
cum deliberatione & electione: immo, quaſi dicat, Deo, qui agit mundum, de-
bet attribui conditio agentis deliberantis & eligentis, & ideo actus naturaliter
agentis non debet attribui agenti cauſę, id eſt, primę cauſę: primum ergo, quod
Algazel intendebat, eſt quod Deus ſit agens eligens & deliberans & rationali- E
ter: & hęc fuit opinio eius. Secundus modus eſt, ex quo opponitur quod mun-
dus procedit a Deo modo proceſſus particularis vmbrę a corpore, vel lucis a ſo
le, & hic modus non dicitur actus, vult dicere quod effectus iſto modo cauſatus
non dicitur actus, id eſt, effectus proprie differt & ſeparatur ab agente: & hęc
eſt ſententia huius hominis. Eſt ergo ſciendum quod mundus procedit a Deo,
qualiter vmbra procedit à corpore: & quod iſta non ſit vera cauſatio. (Et nos
dicimus.) Reprehendit Algazel. & primo declarat quid ſit agens proprie, & di-
cit, & nos dicimus quod hoc eſt falſum. Philoſophi nanq; opinati ſunt quatuor
eſſe cauſas, ſcilicet materia, forma, & efficiens, & finis. Efficiens eſt illud, quod
detrahit alterum, id eſt, formam de potentia ad actum; & de priuatione ad
eſſe: & hęc actio fit forte cum deliberatione, id eſt, aliquando, vt in generatio-
ne hominis, & forſitan naturaliter, id eſt, in generatione ignis. (Philoſophi ve-
ro). Modo concludit errorem illius. d. philoſophi vero non dicunt, quod corpus
agens vmbram, qui ab eo cauſatur, niſi largo modo. (Agens enim). Probat il-
lud, ſcilicet quod corpus non ſit proprie agens vmbram. d. agens enim ſeparari
debet naturaliter ab effectu: & corpus cum vmbra non ſic ſe habet: ergo in ſe-
cunda figura corpus non eſt proprie agens vmbram: confirmat hoc auctoritate,
& iſti opinati ſunt, quod Deus benedictus differt a mundo, & eſt eum agens. F
(Ergo nulla) concludit intentum. d. ergo nulla eſt ſimilitudo inter Dei actionẽ,
& actionem agentium nobis pręſentium tam naturalium, quam voluntario-
rum. (Immo ipſe). Et explanat quaſi, quomodo Deus eſt agens. d. immo ipſe
Deus eſt agens, & efficiens dictas cauſas, vult dicere, quę ſunt nobis pręſen-
tes, & continetur in mundo protrahens totum de priuatione ad actum, & con-
ſeruans eum in nobiliori gradu, & modo, qui attribui poteſt nullis agentibus
nobis pręſentibus, id eſt, qui modus nullis agentibus nobis manifeſtis attri-
bui poteſt: quoniam Deus tali modo mundum producit, quod ei non poteſt in-
ueniri modus conueniens in agentibus hic, quo ſciremus illum, vt vides. (Pa-
tet ergo ex iſtis). Exponit plus, quo modo Deus eſt agens mundum, conclu-
dens propoſitum, & di. patet ergo ex iſtis quod dictum argumentum Alga. non
erga philoſophos dirigitur: ipſi enim meditati ſunt quod actio Dei procedit de
ſcientia abſq; neceſſitate inducente eum ad agendum nec de ſe, nec de re ali-
qua extrinſeca.

Differētia iter agēs cōtīgēs, & agēs neceſſariū.

Sed, quia iſtud eſt valde difficile, ideo in expoſitione huius debes ſcire, in
quo differt agens liberum ab agente naturali: quoniam differentia inter agens
contingens, & agens neceſſarium eſt per ſe nota: eo quia neceſſarium agens agit
taliter quod effectus eius non euanuit: ita quod non poteſt impediri vel ab ali-

A quo intra ſe, ſicut homo, vel ab aliquo extra ſe: homo enim per intẽtionem, quã
habet eundi ad cœnã, ita vadit quod ſi ſibi occurrit aliqua ratio non eundi, Ver-
bi gratia, quia non digeßit, retinetur: & ſic a ratione intrinſeca impeditur: ignis
quidem, quoniam licet agat ſecundum ſui naturam quantum poteſt, attamen ab
aliquo agente fortiori, vel volenti poteſt eius actio impediri: & quia Deus be-
nedictus, nec ab aliquo intra ſe, nec ab aliquo extra ſe in agendo impediri po-
teſt, ideo philoſophi opinati ſunt ipſum eſſe agens neceſſario, & nullo modo con
tingenter. Et ſic apparet qualiter iſti duo modi agendi, ſcilicet contingente, &
neceſſario ſunt ſimpliciter impoſsibiles vni, & inter ſe incompoſsibiles. Et quia
hęc ſunt manifeſta, ideo oportet declarare quomodo differt agens libere ab agẽ-
te naturali, & quomodo cum libera actione ſtant neceſſario, & contingenter
agere, & quomodo cum naturali etiam ſtant huiuſmodi duo modi. Dicen-
dum igitur, vt Auicen. dicit in .6. ſuę Metaphy. vltimo capitulo vltra dimi-
dium, Illius liberalitas apud omnes linguas eſt donatio extra ſe tribuens alíj do- Quid ſit li-
num non propter retributionem: vbi Auicen. pauloante dixit quod vnamet beralitas.
res eſt bonum, & liberalitas reſpectu diuerſorum, Verbi gratia, ſi donabo tibi
librum, liber poteſt dici liberalitas, & bonum: inquantum quidem perficit reci-
piens ipſum, vt ſic bonum dicitur ex definitione boni primo Ethico. inquantum
vero reſpicit agens, a quo prouenit taliter, quod non expectat huiuſmodi doni
B retributionem, vt ſic liberalitas appellatur: ſed Auicen. hic loquitur de effectu
liberalitatis, vnde liberalitas proprie eſt actus donandi aliquid boni alicui ſine
retributione. Ex hoc ſequitur, quod libere agere eſt actus volentis eligibili- Quid ſit li-
ter & delectabiliter agentis ſecundum permanentiam eius in operato: in hoc bere agere.
enim conſiſtit actus, & forma liberalitatis, vt Auicen. innuit. Et cum omnia Quod libere
iſta ſint, apparet quod cum libere agere ſtat neceſſario agere: quoniam, ſi agens agit neceſſa
liberum ſit bonum per eſſentiam, & perfectum per eſſentiam, ſicut eſt primus rio agit.
motor, tunc neceſſario aget: quoniam de ratione boni eſt communicare, vt di- Perfectũ in
citur primo Ethico. & de ratione perfecti eſt in alium perfectionem cauſare, vt agendo, in
dicitur .4. Meteororum, Quia igitur primus motor per eſſentiam eſt bonus & alium perfe
perfectus, ideo neceſſario agit bonitatem ſuam in alijs, & perfectionẽ eius: vnde, ctionem cau
ſicut ignis, quia ſecundum eſſentiam & primo eſt calidus, ſecundo Meta. ideo ſat.
neceſſario applicatus combuſtibili, calefacit, quoniam eſt ignis, & calidus per
eſſentiam: ita Deus, cum ſit per eſſentiam bonus & perfectus, eum neceſſario &
eſſentialiter conſequitur agere & entia perficere: & hoc innuit Auerroes ſecun-
do Phyſi. commen. 38. vbi dicit quod hęc eſt diſpoſitio entis neceſſarij ſimplici-
ter, ſcilicet vt non ſit propter ſuam actionem, ſed actio ſequitur ipſum, eo quia
eſt bonum, cui eſſentiale eſt alteri communicare bonitatem eius: & cum hoc ſit
C ita, apparet quod Deus libere agit & neceſſario: libere quidem, pro quanto vo-
luntate & intellectus delectabiliter & eligibiliter non expectans a rebus perfe-
ctis & beneficiatis ab eo retributionem, neceſſario quidẽ propterea quia, eſt ſe-
cundum eſſentiam bonum, cui eſſentialiter concomitatur bonitatem eius commu-
nicare, & ideo agit quantum poteſt, ſicut ignis quantum poteſt calefacit: quia
illa calefactio ſequitur eſſentiam ignis. Quod vero agat quantum poteſt, & ſe- Quare Deus
cundum ſui totam eſſentiam, poteſt declarari: quoniam, ſi non ageret quantum agit quantũ
poteſt ſua eſſentia, & ſecundum totam eius eſſentiam: ergo ſecundum partem age poteſt,
ret, & ſecundum partem non: &, ſi ſecundum partem ageret, & ſecundum par-
tem non, tunc ſecundum partem eſſet bonus et perfectus, & ſecundum partẽ non
eſſet bonus nec perfectus: quoniam, vt dixi, bonum & perfectum eſt, quod poteſt Quid ſit bo-
in alio communicare ſuam bonitatem & ſuam operationem: ergo, ſi ſecundum nũ & perfe
partem ſuę eſſentię agit, & ſecundum partem non, ſine dubio ſecundum partem ctum,
erit bonus & perfectus, et ſecundum partem nec bonus nec perfectus, & ſic, ſine
dubio Deus agit ſecundum totum ambitum ſuę eſſentię, & quantum poteſt, Si
vero agens non eſt bonum per eſſentiam nec perfectum per eſſentiam, ſed ratio-
ne & diſcurſu, ſicut eſt homo, qui in agendo libere tantum, non expectat retri-
butionem propter diſcurſum, per quẽ ſcit libere agere eſſe melius, quam agere p
retributionem: tunc tale agens erit libere agens, pro quanto delectabiliter & eli-

gibiliter agit, non expectans retributionem a re perfecta per ipſum, eſt tamen D contingens, quia per rationem interiorem poteſt impediri, vel exteriorem. Ex his apparet quid ſit libere agere, & quomodo cum eo ſtat neceſſario & contingenter agere.

Restat modo declarare quid ſit naturaliter agens, & quomodo cum eo ſtat neceſsitas & contingentia; & videtur mihi quod agens naturale apud philoſophos ſit illud, quod agit propter finem acquirendum, quo in eſſe meliori ponatur, vt apparet in omnibus: & hoc dicit ibidem Auicen. propter quod agens naturale in agendo expectat ab acto retributionem & perfectionem, ideo agere libere, & naturaliter ſunt modi impoſsibiles: & iſtud agens, quandoque ita agit quod ab aliquo perfectiori poteſt impediri, Verbi gratia, ſicut ignis & aqua, & ſic contingenter agit: quandoq; vero non poteſt impediri, ſicut ignis reſpectu calefactionis, & aqua reſpectu frigefactionis: vnde ignis, ſi comparetur ad motum eius, ſe habet contingenter, naturaliter tamen, reſpectu vero proprij eius ſe habet naturaliter neceſſario: & ſic apparent tria. Primo, qualiter Deus non eſt agens naturaliter, quoniam non agit propter finem, vt bene dicebat Auer. in ſolutione tertij dubij, & ſecundo Phyſico. commen. 38. Secundo apparet, qualiter agens naturale eſt impoſsibile agere libere. Apparet tertio, qualiter neceſſario agere, & contingenter agere poſſunt eſſe compoſsibiles agenti naturali. Ex E his apparet ſolutio ad formam argumenti, quoniam Deus de neceſsitate agit, ſed de neceſsitate ſuę ſcientię, non de neceſsitate naturę, ſicut ignis, & reliqua: ideo nego conſequentiam, vt ſcis ex dictis.

Agens naturalę impoſſe eſt liberę agere.

Ad ſecundum apparet, quomodo valeat conſequentia illa Auerrois: quoniam, ſine dubio Deus agit quantum poteſt, quia per eſſentiam: ergo, ſi eſſentia eius eſſet infinita, ageret motum in non tempore, vt ſępe dictum eſt in quęſtione de infinitate primi: quia igitur ſua bonitas & ſua perfectio eſt eius eſſentia, ideo, ſicut eſſentia eius eſt finita in qualitate actiua, ita bonitas eius; ideo iſtud, quod dicit hic Auerroes, non contradicit dictis ab eo in naturalibus.

Cōtingēter agere, & neceſſario agere poſſunt ſimul eſſe agēti naturali.

Et cum omnia hic ſint ita, apparet manifeſte qualiter Deus nec eſt agens naturale, neç agens eligens & deliberans, vt Auerroes dicit, immo eſt aliquod agens, cui non poteſt inueniri ſimile in agentibus hic pręſentibus: ſed ſi poteſt aliquo modo deſcribi, Deus eſt agens bonum & perfectum in fine per intellectum & voluntatem libere, & neceſſario agens non naturaliter nec contingenter: & tunc eius intellectus poteſt aliqualiter haberi: in rebus enim non poſſumus inuenire tale habens tot conditiones, ſed bene poſſumus ex diuerſis accipere perfectiones diuerſas, & eas colligare & aſcribere Deo, ſicut ego feci: &

Deus de neceſsitate agit nō neceſsitate naturali, ſed ſcientię ſuę.

Deſcriptio Dei.

propter hoc apparet peccatum Ioan. in quęſtionibus libri Phyſi. & peccatum meum longo tempore. Tenuit enim ille, et ego ſecum, quod Deus ſit agens mere naturale naturaliter, & ſecundum naturam: & iam modo apparet error: quoniā, F quomodo Deus poteſt eſſe agens naturaliter, ſi non eſt natura, immo eſt ſupra naturam: & quomdo poteſt eſſe, agens naturale, ſi non agit propter finem, ſed ipſe ſuę actionis ſit finis.

Error Ioan.

Verum, propter famoſitatem illius opinionis debes ſcire, quod natura debet ſumi, vt ſe extendit ad omne ens: & ſic poteſt dici voluntas natura, pro quanto eſt ens extra animam, immo poteſt dici natura negationis, & ſic extenſe neceſsitas in eſſe rei poteſt dici neceſsitas naturalis. & ſic poteſt dici Deus agens naturale.

Impugnatio

Sed iſtud non valet ad propoſitum. Alio modo capitur natura, vt eſt prima differentia agentis diſtincta contra libertatem, vt videtur Ariſtoteles innuere ſecundo phyſicorum, circa principium, vbi diſtinguit cauſam agentem in naturam, & propoſitum, & idem videtur innuere. 9. Metaphy. tex. commen. 3. & ideo vide verba eius: & iſto modo capiendo naturam, Deus nec eſt agens naturę, neç agens deliberans & eligens: ſed agens liberum ex ſua ſcientia, vt declaraui. & quomodocunque, Ioan. ignorauit iſtud, ſicut & ego etiā.

Error philoſophorum.

Et debes ſcire, quod philoſophi multum errant in his: ideo, quando accipit Auerroes, quod Deus agit neceſſario, eſt dictum tantum, & quando probat, quoniam ratio agendi eſt eſſentia: dicendum, quod eſt eſſentia contracta per voluntatem, id eſt, eſſentia volens, & per conſequens non ſequitur, ergo neceſſario agit: quoniam eſſentia volens ad extra comparatur contingenter & libere ſecundum

nos: &

A nos: & ſic primum argu. nihil eſt. Ad ſecundum eſſentiale eſt perfecto communicare, &c. Dicendum, quod eſſentiale eſt perfecto naturali, ſed libero & voluntario eſt contingens communicare, licet eſſe communicatũ ſit naturale & eſſentiale. ſicut homo ridet contingenter, & tamen neceſſario homo eſt riſibilis. Ad tertium dicimus nos, quod Deus agit ſecundum totam eius eſſentiam, non tamẽ ſecundum totam ſuam potentiam: quoniam, & ſi potentia & eſſentia ſint idẽ, tamen differunt modo: & ſic ſecundum totam ſuam potentiã non agit, & ſi agat ſecundum totam ſuam eſſentiam. & ſic ſecundum totam ſuam eſſentiam eſt perfectus ſimpliciter: & hæc eſt vera noſtra religio: & non eſt mirum de philoſophis, quoniã ſequuntur ſenſus mendaces, vt ſępe dixi.

Deus agit ſecũdum totã ſuã eſſentiã, nõ tñ ſecundũ totã ſuã potentiam.

ALGAZEL.

AIt Alga, reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicit, omne ens, quod non eſt neceſſarium in eſſe ex ſe, ſed eſt ex alio, appellatur hoc ens actum, & appellatur eius cauſa agens. & non curamus, ſiue ſit cauſa agens naturaliter, ſiue voluntarie, ſicut vos nõ
B curatis de hoc. nam ipſum, ſiue ſit agens cum inſtrumento, ſiue ſine inſtrumento, &c, vſque ad, ſicut dicimus egit, & non egit.

Ponit hic. ſol. Alga. pro philoſophis. ait Alga. reſpondens pro philoſophis. &, ſi forte aliquis diceret ꝙ nullum ens non neceſſariũ per ſe, id eſt a ſe, ſed per aliũ nuncupari poteſt efficiens. vult dicere primum, quoniam nullum cauſatum ab alio poteſt dici primum efficiens, quia primum excludit aliud prius. nanque eius, id eſt mundi cauſa agens, neque ꝙ illa cauſa fuit naturaliter, aut voluntarie, vult dicere, ꝙ quantumcunque nullum ens ab alio poſsit dici agens primũ, nec agens mundi, ſed ſolum ens per ſe: nec tamen debet eſſe illa cauſa prima naturaliter, aut voluntarie, vſque quãdo dixit, eo modo, quo dicimus egit & nõ egit: ly vſq; quãdo dixit, eſt terminus verborũ, vt dixi alias in ſuperiori dubio.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duæ reſpõſiones, Quarum prima eſt, omne, quod eſt neceſſarium ex alio, eſt produ-
C ctum à neceſſario ex ſe. Attamen hæc reſponſio debet argui contra eam. quoniam neceſſarium ex alio non oportet vt ſit id, ex quo eſt neceſſarium ſuum eſſe agens, niſi denominetur de eo verificatio agentis, & eſt extrahens de potentia ad actum. Secunda vero reſponſio, & eſt ꝙ nomen agentis eſt, vt genus eius, quod producitur electione, & conſilio, & eius, quod producitur naturaliter, eſt ſermo verus. & hoc indicat id, quod diximus cum definiuimus nomẽ agentis, ſed iſte ſermo inducit ad credendum ꝙ Philoſophi non teneant ipſum velle. & hæc pars non eſt nota ex ſe, ſcilicet ꝙ omne ens aut erit neceſſariũ in eſſe ex ſe, aut ex alio.

Hic Auer. reprehendit Alga. in duobus: & primo dicit, dicimus nos quod ſuper prædicta verba duobus modis exponit Alga. vult dicere duas reſponſiones innuit. quorum vnus eſt, quodcunque neceſſarium fuerit non per aliud, ſed ſcilicet per ſe, & a ſe eſt efficiens neceſſarij per ſe, id eſt primum & efficiens mũdi. (Et hæc reſponſio,) Reprehendit hic, & dicit, & hæc reſponſio eſt antea, id eſt falſa, ſicut illa iam dicta. & ſyllogiſmus ſic componitur, ens ſimpliciter, &

perſe neceſſarium non poteſt eſſe agens. Deus eſt ſimpliciter & a ſe neceſſarius.ergo nou poteſt dici agens maior componitur ſic:omne agens eſt extrahēs de potentia ad actum:ſimpliciter ens, ſicut eſt Deus, non eſt extrahens de priuatione ad actum.ergo non poteſt dici agens:quæ fuit maior huius.primo ponit maiorem.d.hon enim poteſt ſecundū virtutē denominari denominatione agentis,ſcilicet quod attrahat de potētia ad actum.& hæc fuit minor proſyllogiſmi. reliquas propoſitiones voluit ſubintelligi.(Secunda vero reſponſio.) Exponit Alga.quantum ad ſecundam ſol.& arguit contra illam, & dicit, ſecunda vero reſponſio hominis eſt,modus agentis eſt tanquam genus, ſub quo continentur multæ ſpecies,ſcilicet agens per intellectum,& agens per naturam.Deinde dicit quid veritatis,& quid falſitatis contineant,d. & hæc verba ſine dubio ſunt vera,ſcilicet quantum ad iſtam diſtinctionem.Deinde oſtendit quid falſitatis. d,verum tantū,prædicta verba indicant quod Deus non habet voluntatē,quod ſup.falſum eſt.(Amplius.)Ponit ſecundum errorem,& d.amp. quod ſua præmiſſa propoſitio non eſt nota, ſcilicet ꝙ quodlibet ens, aut eſt neceſſarium per ſe,aut per aliud:quoniam ſup.quidam exiſtimant nullum eſſe ens neceſſario ab alio,quia ly ab alio,notat contingentiam in tali effectu. D

Cōtingēs in ſui natura pōt ab aliquo ꝑpetuari ſcd.n Auer. & Alex.

Pro intellectu huius debes ſcire, vt Auerro.narrat.8.Phyſic. commen.79. quod Auic.opinatus eſt quod aliquod in ſui natura ſit contingens tamen ab alio neceſſarium,& hoc videtur dicere Alexan.& Auerro.ibidem:dicit, vnde hic vir opinatus eſt quod omne ens ab alio ſit in ſui natura contingens,& poſsibile eſſe & non eſſe: & non habuit pro inconuenienti contingens in ſui natura ab alio perpetuari,vt Auerro.dicit in primo de ſubſtantia orbis prope finem. Et pro hac opinione arguunt quidam latinorum ſic. ens ab alio non eſt ens a ſe, ergo ens ab alio eſt non ens a ſe,& ſic natura contingens. & ſic omne ens ab alio in ſui natura eſt contingens.antecedens eſt manifeſtum,conſequentia probatur, a negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito. E

Impu.

Sed iſta opinio reprobabitur ab Auer.ibidem.quoniam,tunc natura contingēs efficitur neceſſaria,& alia multa,cōtra quę arguit Ariſt.in fine primi cœli.ideo oportet dicere ꝙ licet illa diſtinctio non ſit nota,vt apparet per iam dicta. attñ opinandum eſt ꝙ non omne ens ab alio in ſui natura eſt contingens : quoniam neceſſarium ſecundum philoſophum poteſt habere cauſam, vt declaraui in diſputatione dicta,& in .q.de intellectu.

Neceſſariū poteſt habere cauſam.

Solutio.

Ad argumentum dico ꝙ iſtud argu.nihil eſt. nego enim antecedens,ſ.ꝙ ens ab alio non ſit ens a ſe,vt ly ſe dicit neceſsitatem,immo ens ab alio poteſt eſſe a ſe,id eſt natura neceſſariā:ſi ens a ſe, id eſt non cauſatum,concedo,ſed nihil eſt pro eis. Sed dices,ens ab alio habet eſſe ab alio,ergo de ſe non habet eſſe:concedo.Et cum infers,ergo de ſe habet nō eſſe. nego argumentum,quia non arguitur per regulas ſecundi Perihermenias. Sed debet argui.ergo,de ſe non habens eſſe: & illud tantum concedo: quoniam nihil eſt contra me. Alia argumenta ſoluta ſunt locis proprijs, & ibidem declarata eſt opinio Auer. F

Replica.

ALGAZEL.

AIt Alga,dubitans Philoſophis. Hæc appellatio eſt corrupta. nam nos non appellamus omnem cauſam, quomodocunque fuerit agens,nec omne cauſatum actum.ſi enim hoc eſſet, non eſſet poſsibile dicere inanimatum nō habere operationem. ſed operatio eſt animalis.& hic ſermo eſt ex ſermonibus famoſis, & veris.

Inducit quandam euaſionem Alga. pro philoſophis, reſpondens pro philoſophis,& di. ait Alga. dicimus quod hæc nominatio eſt erronea.nos enim non dicimus quod quælibet cauſa, qualitercunque ſit, nuncupetur agens, nec quodlibet cauſatum debet effectus nuncupari.cuius rationem ait.d.ſi enim ita eſſet, vult dicere ꝙ agens ſolum dicatur vno modo, videlicet de volente. non ergo dici poſſet ꝙ brutum habeat actionem,quia non habet voluntatem.immo actio tantum in animalibus debet attribui: quod conceſſum eſt ab omnibus.

A

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem dixit ꝙ non appellatur omnis cauſa agēs, eſt verum, ratio vero eius in hoc, ꝙ inanimatum non appellatur agens, eſt falſa. Nam inanimatum, cum aufertur ab eo operatio, illud quidem, quod aufertur ab eo, eſt actio, quæ erit ab intellectu, & voluntate: non autem actio abſoluta. quoniam reperimus aliqua inanimatorum, quæ extrahunt talia, qualia ſunt ipſa à potentia ad actū. ſicut ignis, qui conuertit omne humidum, & ſiccum in ignem ſibi ſimilem. & hoc, quoniam extrahit eum à re, qua fuerat in potentia ad actum. & ideo omne id, in quo non eſt potentia, nec diſpoſitio ad recipiendum in ſe actionem ignis, non agit ignis in eum ſibi ſimilem. ipſi vero negant vt ignis agat. & poſtea erit de hoc diſputatio. Et etiā, quia nemo dubitat ꝙ in corporibus animalium ſunt potentiæ naturales, facientes cibum eſſe partem nutriti. demum regit potentia corpus B viuum regimine tali, quæ ſi imaginata fuerit auferri, moritur animal, vt dixit Galenus. & ex hoc regimine appellamus id viuens, & ex priuatione huius potentiæ appellatur mortuum. Deinde dixit quòd appellare inanimatum agens, eſt locutio abuſiua, vt appellatur requi rens volens.

Cū cauſa nō eſt agens.

Potētia regitiua in animali.

AVEROES.

AIt Auer, Cum appellatur agens, & intendit in eo, ꝙ agit operationem volentis, tunc eſt agens abuſiue. ſicut, cum dicit ꝙ ipſum requirit, & ꝙ ipſum vult, cum vero intēdimus ꝙ ipſum extrahit aliud à potentia ad actum, eſt agens in rei veritate diſpoſitione pfecta.

Hic verificat dicta Alga. & primo primum. d. dicimus nos quod id, ꝙ dixit, videlicet, qđ nō debet quęlibet cauſa agēs nūcupari, verū eſt, dū verificat aliud qđm Alga. duxit ad hoc incōuentēs, ſ. quod ſequitur brutum nō eſſe agēs. ideo Auer. verificat qualiter falſum eſt hoc cōſequēs, & dicit: ſed id, qđ ſup hoc arguit, ſ. quod brutū nō diceretur agēs, hoc eſt falſum, vult dicere qđ bene dictum C eſt, quod brutū non eſſet agens: & hoc declarat. d. a bruto non debet remoueri actio, niſi intellectu. ſ. voluntaria, non tñ quęlibet actio abſolute: & probat primo inductione d. nos enim inuenimus aliqua ēē bruta, quæ attrahunt, id eſt extrahunt eis ſimilia, ſ. de potentia ad actum. ſicut ignis, qui conuertit omne humidū & ſiccū, vult dicere, aquā & terrā, ad aliū ignē ſibi ſimilē, vult dicere, in ſpecie. & hoc ſine dubio fit attrahēdo rē, quæ fieri habet de potentia ad actū. ideo quęcunque potentia vel aptitudo recipiēdi actionē ignis fuerit, ignis nō agit in eā niſi ſimilē, & per conſequēs apparet ens brutū eſſe agēs. (Rurſus) probat idē ratione, quæ debet ſic componi. omne ens habens virtutes conuertendi cibaria. & nutrimenta in ſuis ſubſtantijs ſunt vere agentia: ſed animalia bruta habent huiuſmodi virtutes, vt ſupra. ergo animalia bruta ſunt vere agentia. maior eſt manifeſta per ſe: minor declaratur. & componitur ſyllogiſmus ſic omne id, per quod animal diſtinguitur a mortuo & non viuente, habetur ab animali. ſed virtus conuertendi cibaria & nutrimenta eſt huiuſmodi. ergo talis virtus eſt in animali, & ſic apparet minor ſyllogiſmi primi huius. primo ponit minorem ſyllogiſmi. d. rurſus nullus eſt auſus negare quod in animalibus corporalibus ſint naturales virtutes conuertendi cibaria ad ſubſtantiam ſimilem nutrito. Deinde ponit minorē pro ſyllogiſmi. d. & ex hoc regimine, id eſt has operationē vocatur aīal viuū: & ceſſata iſta virtute de eo dicitur mortuum,

vt notum eſt manifeſtiſsime;id eſt per ſe: & hæc fuit minor ſyllogiſmi reliquæ autem propoſitiones continentur in illis duabus, & eſt ſermo eius notus per ſe. D Debes ſcire quod, vt ab Auerro. 8.Phyſi.commen.2.prope principium colligitur, & hic, quod non ſemper anima nutritiua actu conuertit cibum in ſubſtantiam eius nutribilis. & ideo aliquando reſoluit, aliquando auget, aliquando diminuit, vt dictum eſt in libro de morte & vita, & de nutrimento & nutribili. ideo videtur mihi quod dictum Auerro. hic debet intelligi ſecundum bonum ſenſum. eſt enim hoc ſimpliciter verũ, quod anima nutritiua ſemper eſt operãs: quoniam illa non eſt in animali mediante calore, vt dictum eſt in libro prędicto de morte & vita. & calor eſt agens naturale, ideo ſemper approximatus alicui paſſo agit ſemper & alterat, vt dicit Auer. ibidem, commento illo. 20. dictũ ergo Auer. debet intelligi quod ſemper conuertit vel actu, vel præparat ad cõuerſionem illam actualem. & hoc ſine dubio eſt verum.

Anima nutritiua non ſemper conuertit cibũ in ſubſtãtiã nutriti.

Prima qõ.

S E D, tunc eſt locus quæſtionis, quoniam poſſet quis dicere. ſi igitur anima nutritiua ſemper eſt operans. ergo eſt actus ſecundus ſolum, & non primus: q̃m actus primus eſt forma non operans actu, ſed habitu: actus vero ſecundus eſt forma operans. ſi ergo anima nutritiua eſt ſemper exiſtens in operatione, ergo eſt ſolum actus ſecundus. Ad hoc Auer. 2. de anima. com. 5. innuit quatuor ſolutiones. & primo dicit. ꝙ hoc, id eſt, hæc diſtinctio de actu primo, & ſecundo eſt in anima ſenſibili tantum, anima autem nutritiua nunquam inuenitur in animalibus niſi ſecundum poſtremam perfectionem, id eſt, in operatione. Eſt ergo prima ſolutio, ꝙ illa diſtinctio non cadit niſi in anima ſenſibili, non in anima nutritiua. Deinde ibidem innuit ſecundam ſolu. d. ſi aliquis ponit, ꝙ ſit quidam modus animalium, qui non nutriuntur in aliquo tempore, ſcilicet in tempore, in quo manent in lapidibus: vt ranæ magnæ, quæ nihil theſaurizant, & manent in hyeme tota in lapidibus, & ſimiliter plures ſerpentes. Et ſecundum hoc, id eſt, ſecundam ſolu, erit hoc, id eſt, hæc diſtinctio communis animæ ſenſibili, & nutritiuæ. Deinde ponit tertiam ſolu. d. & ſi non, tunc perfectio accepta in eis erit ſecundum æquiuocationem, vult dicere, quod non debent definiri vna definitione: ſed anima ſenſibilis per actum primum, & nutritiua per actum ſecundum, & tunc quaſi redit in primam. Deinde ponit quartam. d. & quomodocũque ſit, quando fuerit, ſit in actu diuerſitas inter vtrunque, ſcilicet actum primũ, & ſecundum, non nocebit accipere indefinite, vult dicere ꝙ quomodocunque ſit, nocebit ly actus accipere ſub diſiunctione, ſcilicet vel primus, vel ſecundus, vel indefinite, id eſt, in definitione abſque hoc ꝙ dicat ly primus, cum ſit impoſsibile aliter. vult dicere intelligere, ſed quomodo iſtæ ſint veræ, & quomodo non, vide in expoſitione mea ſecundi de anima illius com. 5. Deinde vult reprehendere Alga, quantum ad vnum, quod non dixit formaliter, ſed in virtute, & d. præterea, quando dixit ꝙ ſi brutum dici poſsit agens, eſſet largo modo, ſicut forte quærens dicitur videns. Eſt ergo, ſecundum Alga. agens nomen analogum commune agenti volenti, & agenti naturali. & vult ꝙ primum analogatũ ſit agens volens. Auer. reprehendit ipſum. d. nos vero ad iſtud reſpondere poſſumus, ꝙ quando agens dicitur agens, & intelligitur ex hoc ꝙ agit, actio. n. volentis, id eſt, & intelligitur agens volens: dicatur tunc agens largo modo, ſicut, quando dicitur ꝙ homo quærit quod ipſe vult, ſed quod ex hoc intelligitur ꝙ ipſe attrahat de potentia ad actum, tunc eſt agens ſecundum veritatẽ & perfecte: ecce quomodo Auer. totum contrarium vult: vult enim ꝙ totum analogatum ſit agens naturale extrahens de potentia ad actum: & aliud dicitur improprie, & per ſimile ad illud primum. & hoc innuit Auer. primo cœli. commento. 20. & alibi.

Solutio. j.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

E

Agẽs ſecundũ Alg. dicitur analogice de agẽte naturali & volenti.

F

A L G A Z E L.

DEinde dixit Alga. Dictum autem veſtrum, ꝙ, cum dicimus agẽs eſt vniuerſale, & diuiditur ad id, quod eſt à natura, & id, quod

A eſt à voluntate, non eſt concedendum. & eſt, ſicut dictum dicentis quòd volens eſt vniuerſale, & diuiditur ad volens cum ſcientia in volito, & volens, quod neſcit, quod vult, & eſt corruptum. nam voluntas includit ſcientiam neceſſario: & ſic agens includit voluntatem neceſſario.

Adducit reſponſionem Alga. pro philoſophis. d. ait Alg. reſpondens pro philoſophis. &, ſi aliquis dixerit, nos intendimus ꝙ Deus eſt agens, qa ipſe eſt cauſa cuiuslibet entis præter eum, & ꝙ mundus ſuſtẽtatur in eo, vult dicere cauſa conſeruãs. Deinde innuit terminum intrinſecum, & terminum extrinſecũ verborũ Alga. d. & ſi eſſe Dei benedicti non eſſet vno modo, eſſe mundi imaginari poterit, hic eſt intrinſecus, & innuit ibidem exemplum, & patet.

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem dixerint agens diuidi ad volens, & non B volens, eſt verum. & id indicat definitio agẽtis. ſimilitudo vero eius in diuiſione voluntatis ad eam, quæ eſt cum ſcientia, & eam, quæ eſt ſine ſcientia eſt inconueniens. quoniam operatio, quę eſt cum voluntate, aſſumitur in definitione eius ſciens: & tunc eſt diuiſio chimeralis. Attamen diuiſio agentis non includit ſcientiam: nam extrahit à priuatione ad eſſe aliud, quod non habet ſcientiam. & hoc eſt manifeſtum.

Operatio q̃ eſt cũ voluntate nõ põt eſſe ſine ſcientia.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. Cum autem dicitis ꝙ, cum dicimus agens naturaliter non eſt diminutio primo, non eſt ſic. quoniam eſt diminutio ei in rei veritate. ſed diminutio non intelligitur, & non nimis fugit natura ab ea: quoniam remanet abuſiue. nam, cum id fuerit cauſa aliquo modo, & agens etiam cauſa, ideo appellatur agens C abuſiue. &, cum dicitur agens electiue, eſt duplicatio in rei veritate: ſicut cum dicitur vult, & ipſe ſcit id, quod vult.

AVEROES.

AIt Auer. Hic eſt ſermo, quem nemo dubitat eſſe falſum. nam id, quod extrahit aliud ex priuatione ad eſſe, ſcilicet cum operatum eſt in eo aliquid, non dicitur de eo, ꝙ ſit agens, in eo ꝙ aſsimilatur alteri, ſed eſt agens in rei veritate, eo ꝙ definitio agentis conuenit ei. diuiſio autem agentis ſit id, quod agit naturaliter, & id, quod agit electiue, non eſt diuiſio nominis æquiuoci, ſed eſt diuiſio generis. & ideo dictum dicentis agens eſt duplex, agens naturaliter, & agens electiue, eſt diuiſio vera. nam extrahens aliud à potentia ad actum diuiditur in has duas partes.

Diuiſio Agẽtis naturalis & per electionem eſt vniuoca.

ALGAZEL. D

AIt Alga. Sed quoniam imaginatur dicere agens, & eſt abuſiue,& agens,& eſt in rei veritate,non fugiet anima, quin dicat agens electiue.& erit diſpoſitio eius agens vera actione: non autem abuſiue, vt dicit aliquis aliquid in lingua ſua, & reſpicit cũ oculo ſuo.quoniam,cum bene poteſt attribui aſpectus cordi abuſiue, & loquela motione capitis, & commotione manus abuſiue:qm̃ poteſt dici dixit cũ capite ſuo, voluit,ſeu noluit: ſic non eſt inconueniens dicere dixit cum lingua ſua,& inſpexit cum oculo ſuo.& erit diſpoſitio eius ad remouendum tollerare abuſionem.& hic lapſus pedis.& innuit locum ſubductionis.

AVEROES.

AIt Auer.Hoc eſt deceptio,& quid turpe ſapienti,vt adducat ta- E
lem ſimilitudinem falſam,& cauſam mẽdoſam, vt animę attrahantur ad diuiſionem agentis in naturale,& voluntarium. nam nemo dicit inſpexit cum oculo ſuo, & ſine oculo ſuo, & tñ ipſe credit ꝙ hæc ſit diuiſio aſpectus.dicit tamen inſpexit cum oculo ſuo, ad intelligendum verum aſpectum,& remouendũ ꝙ non intelligatur aſpectus abuſiue.& ideo videtur intellectus ꝙ,cum intelligit per verbum vidit,ꝙ ſit res vera à principio rei, ita ꝙ teneat id eſſe aſpectum oculo,eſt quaſi figmentum.cum vero dixerit agens per naturam ſuã, & agens per electionem ſuam,nemo intelligentium cõtradicit ꝙ hęc ſit diuiſio agentis. Si autem dictum ſuum egit cum voluntate ſua, eſt ſicut dictum ſuum aſpexit cum oculo ſuo,tunc erit dictum ſuum egit cum natura ſua abuſiue.Attamen agens naturaliter eſt fixioris operationis famoſæ,quã agens voluntarie.nam agens naturaliter non pro-
hibetur in operatione ſua,& operatur continue:agens vero volunta- F
rie non eſt ſic. Quare aduerſarius poteſt conuertere quæſtionẽ ſupra eos,ſ.dicere egit natura ſua,eſt ſicut dicere aſpexit oculo ſuo.& dicere egit voluntate ſua eſt abuſiue,& præcipue opinione ſectæ Aſſarię,qui dicunt hominem non habere virtutem,nec actionem imprimendi in entibus. Si autem actio,quæ apparet ſic,quomodo ergo dicitur ꝙ impreſsio actionis veræ in eo, quod non apparet, eſt vt ſit à ſcientia, & voluntate.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicitur ꝙ nomen agentis habetur notitia eius ex lingua,&c. vſque ad, Si autem dixeritis hoc totum eſſe abuſiue, vos quidem laboratis in eo abſque ſuſtentaculo.

AVERÓES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt ratio famoſa: & eſt quòd
idioma arabicum appellat imprimentem in re, licet non habue-
rit electionem agens verum, non autem abuſiue. & eſt reſponſio topi
ca, quæ non conſyderatur in reſponſionibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens eis. Et eſt reſponſio, ꝙ totũ hoc eſt abuſiue:
actio vero vera eſt illa, quæ eſt cum voluntate. Et ratio eius eſt:
q̃m, ſi nos poſuerimus innouatum ad productionem, cuius ſunt duo,
vnum voluntarium, & aliud non voluntarium, ſemper intellectus at-
tribuit actionem voluntati. & ſic etiam idioma. nam qui proiecerit ho
B minem in ignem, & moritur, dicitur ꝙ ipſe fuerit interficiens, non aũt
ignis, ita ꝙ, cum dicitur non interfecit eum, niſi talis, erit dictum eius
verum, &c. vſq; ad, non eſſet faciens, nec agens, niſi abuſiue.

AVERÓES.

AIt Auer. Hæc reſponſio eſt ex opere Sophiſtarum, qui permutan
tur de ſophiſticatione ad ſophiſticationem. Alga. autẽ eſt vir ex-
celſioris gradus, & rationis. ſed forte homines ſuæ ætatis induxerunt
eum ad edendum hunc librum, vt remoueret à ſe murmurationẽ, ꝙ
ipſe teneat opinionem ſapientum. quoniam nemo attribuit actionem Ecce ꝙ ca-
inſtrumento, eam tamen attribuunt primo motori. qui autem interfe uenda ſit la-
cit aliquem in ignem, eſt agens in veritate, ignis vero eſt inſtrumen- bes Hæreſis.
tum interfectionis. qui vero comburitur ab igne, abſque ꝙ ſit ibi ele-
ctio hominis, nemo dicit eum comburere ignem abuſiue. Modus autẽ
C ſophiſticationis in hoc eſt, quoniam ipſe ratiocinatus eſt cũ eo, quod
eſt verum coniunctim, de eo, quod eſt verũ ſimpliciter, & ſeparatim,
& non coniunctim. & eſt locus ex locis fallaciæ, vt qui dicit de Aethio
pe, qui eſt albus dentibus, ꝙ ſit albus ſimpliciter. Attamen Philoſo-
phi non dicunt quòd Deus glo. nõ vult ſimpliciter, quoniam eſt agẽs
cum ſcientia: & hæc ſcientia, & agens excelſioris duarum operatio- Philoſophi
num oppoſitarum, licet ambæ fuerint poſsibiles: ſed dicunt ꝙ nõ vult concedũt ꝙ
voluntate humana. Deus eſt vo-
leus.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicitur nos
intendimus, cum fuerit Deus glo. agens, ꝙ ſit cauſa eſſe omnis
entis, præter eum, & quòd mundus conſiſtit propter eum, & niſi eſſet

Deus glo.non imaginaretur eſſe mundi,&c.vſque ad, & nõ eſt curã-dum de nominibus, cum apparuerit res ipſa.

A V E R O E S.

AIt Auer. Summa eius eſt,quòd concedunt homines aduerſariis Deum glo.non eſſe agens:ſed eſt cauſa è numero cauſarum, ſine qua non perficitur res.Et eſt profectò reſponſio vilis. quoniam ſequitur ex hoc Philoſophis, vt ſit primum principiũ per viam formę vniuerſi , eo modo,quo anima eſt principium corporis. quod nemo eorum dixit.

Reprehendit Auer.illum, ſed primo dat intellectum eius verbis. d. dicimus nos quod ſententia horum verborum eſt concedere aduerſarijs, quod Deus benedictus non eſt agens,immo eſt aliqua cauſarum,qua nulla rerum ſine ea perficitur,id eſt,immo eſt cauſa formalis,& non agens. vnde forma vocatur cauſa perficiens materiam,deinde reprehendit illam d.vnde dicimus quod hæc reſpõſio eſt debilis,namque,id eſt,qm̃,ex hoc ſequitur philoſophos, quod primũ ſit principium totius,id eſt,mundi modo forme,id eſt,in genere eſſe formalis,ſicut B anima eſt principium corporis,& nullus eorum, ſcilicet philoſophorũ ſic opinatur. Sed debes ſcire quod Auer.non conſtat ſibi hic.& 4.Cœli.commen.1. vbi voluit Deum eſſe cauſam vt forma:quoniam hic reprehendit Alg. quod voluit Deum eſſe cauſam vt forma tantum,ſed Auer.vult in illo loco ipſum eſſe cauſam in triplici genere cauſæ,ſcilicet vt finis,& vt forma,& vt motor, & vt dicit. 12.Meta,com.7. & in commen.6.

Deus eſt eã ĩ triplici genere cauſæ ſcdm Auer. Alga. vero ponit ipſum in gñe cauſę formalis tantum.

A L G A Z E L.

AIt Alga. reſpondens eis. Dicimus ꝙ intentio noſtra eſt declarare ꝙ hoc nõ ſit operatio,& opus:ſed operatio, & ars eſt id,quod emanat à voluntate in rei veritate.& iam diximus de verificatione actionis,vſque ad, & intentum huius quęſtionis eſt patefacere errorem.

Sermo iſte eſt quaſi per ſe manifeſtus,vnde.d. ait Alga. reſpondens philoſophis.dicimus quod noſtra intentio eſt quod talis res , vult dicere mundus, non dicatur actio neque effectus, immo intendimus pro actione id, quod procedit a pura & vera voluntate. & iam declarauimus in præcedentibus,cur eſt actio ſecundum veritatem,&c.& ſermo iſte eſt manifeſtus per ſe.

A V E R O E S.

AIt Auer. Hic autem ſermo ſequeretur Philoſophis, ſi dicerent id, quod ipſi dicunt.nam ſequitur eis ſecundum hanc poſitionem ꝙ non ſit mundo agens,nec naturaliter,nec voluntarie,nec aliquid agẽs vltra hos duos modos.& id,quod dixerunt,non eſt manifeſtus error eius: ſed error eſt, quoniam attribuunt Philoſophis id, quod non eſt ex dicto eorum.

Auer.reſpondet his.d.dicimus nos ꝙ hoc,ſcilicet mundum non habere agẽs ſequeretur philoſophes:ſi ipſi dicerent id,quod eis attribuit: tunc enim ſequitur eos,ſcilicet ſuppoſitis iſtis,ſcilicet ꝙ mundus non habeat agẽs nec naturaliter,nec ꝑ voluntatẽ: cũ aũt agẽs tertio modo inueniri nequeat, vult dicere ꝙ,ſi

A ſolum eſſet agens deliberans, & agens naturale, & non agens medium inter iſta, ad philoſophos ſequitur, ꝙ ipſe mundus ſit incauſatus: ſed id, quod dixit nomine philoſophorum, nihil eſt, vult dicere, quoniam datur agens tertio modo, vt dixit ſupra.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundus autem modus in deſtructione eius, ꝙ mundus ſit operatio Dei glo. eſt ſecundum radicem eorum, circa conditionem in actione, & eſt quòd actio eſt præfatio innouationis. & mundus apud eos eſt antiquus, non autem innouatus. & diſpoſitio actionis eſt extractio rei a priuatione ad eſſe in innouatione eius. quod quidem non imaginatur in antiquo. nam id, quod eſt, impoſsibile eſt innouari. &, cum conditio actionis eſt vt ſit innouata, & mundus apud eos eſt antiquus, quomodo ergo erit actio ipſius Dei glo?

B Hic adducit aliud motiuum ad idem, &c. d. ait Alga. ſecundus vero modus ad probandum, quod mundus non ſit effectus Dei ſecundum philoſophorum radices hic, eſt interpretatio actionis, quę eſt innouare aliquid: ſed mundus apud eos eſt ab ęterno, id eſt, non innouatus, ergo in ſecunda figura, ipſe mundus non eſt effectus Dei. (Et per actionem) Probat maiorem. d. & per actionem intelligitur attrahere rem de priuatione ad actum innouando. deinde probat minorem. d. & hoc, id eſt, actio noua non poteſt intelligi in antiquo, quia actio oportet quod ſit noua. ſed mundus apud eos eſt ab ęterno: & concludit concluſionem. d. ergo non eſt effectus Dei. vel litera reperitur aliter ſic, ſequitur quod actio oportet quod ſit noua, ſed mundus apud eos eſt ab ęterno: & tunc eſt replicatio ſecundi ſyllogiſmi, & ambę poſſunt ſtare.

AVEROES.

Ait Auer. Si autem mundus eſt antiquus ex ſe, & ens, non ex eo quòd eſt motum. omnis enim motus eſt compoſitus ex partibus innouatis, tunc non eſt ei agens omnino. Si vero eſt anti-

C quus, in eo quòd eſt in innouatione continua, & non eſt in innouatione eius principium, nec finis, id quidem, quod habet innouationem continuam, dignius eſt nomine innouationis, quàm id, quod habet innouationem, quæ ceſſat. & hoc modo mundus eſt innouatus a Deo glo. & nomen innouationis in eo eſt dignius nomine antiquitatis. Sapientes autem appellauerunt mundum antiquum, vt caueant ab innouato, quod eſt ex aliquo, & in tempore, & poſt priuationem.

Hic reſpondet argumento Alga. & ad formam oportet negare minorem, quoniam mundus continue innouatur, pro quanto eſt res mobilis & variabilis. d. ergo dicimus nos, ꝙ ſi mundus eſſet ab æterno per ſe ens, id eſt, non variabilis, nec per ſe, nec per accidens; non inquantum eſt mobilis, vt ſic mundus nullum habet agens, ſed ſup. mundus eſt mobilis & variabilis, quia quilibet motus componitur ex nouis partibus: vnde litera eſt tranſpoſita, & debet ſic ordinari, ſcilicet, non inquantum eſt mobilis mundus, igitur nullum habet agens quia quilibet motus componitur ex nouis partibus: & ſic, tunc debet ſuppleri, ideo mundus innouatur. Deinde reſpondet cuidam tacitę obiectioni, quoniam poſſet quis

dicere: vtrum iſtud agens innouans continue mundum debet dici magis agens, quam ſi totum faceret ipſum ſemel ſimul. Reſpondet.d.& ſi eſſet antiquus cum continua innouatione,& eius innouatio non habet principium & finem,tunc illud,quod fecit acquirere continuam illam innouationem, id eſt, agens eius,dignius eſt nuncupari innouans,id eſt,agens innouans quam id, quod facit acquirere innouationem deficientem.i. finitam. Deinde recolligit ſolu.ad formam.d. vnde,hoc modo mundus eſt innouatus a Deo benedicto: & per hoc vult negare minorem illius ſyllogiſmi. Deinde ſoluit quoddam dubium, quoniam philoſophi volunt mundum eſſe ęternum, & dicis ipſum eſſe nouum, ergo contradicis eis. & ſolu.eſt nota legenti verba eius. D

Dubitatio. Sed hic prouenit queſtio,quoniam Auer.12.Me.com.44.ponit ꝙ numerus intelligentiarum cauſatarum a prima ordine quodam tanquam a cauſa agente,& tamen hic in principio ſolu.ait,ꝙ ens per ſe non nouum innouabile ſimpliciter non cauſatur ab aliquo agente: & ſic videtur contradictio. Soluti. Poteſt ſolui multum ſubtiliter,quoniã Auer. hic loquitur de agente proprie, quod agit cum aliqua innouatione. iſto modo enim vult, quod omne factum ab agente aliquo modo innouante debet eſſe in ſui eſſe nouum,aliter non fiet,cum quo tamen ſtat, ꝙ loquendo de agente non innouante,intelligentię poſſunt habere agens,vt ibidem.d. Auer.& ſic ſoluitur contradictio. & dixi hoc in queſtione de intellectu, & in queſtione de motore,vide ibidem. E

ALGAZEL.

AIt Alga.reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit innouatio eſt inuentio entis poſt eius priuationem, reſpondemus quòd agens,cum innouauerit, vtrum quod emanat ab eo, dependensq; in eo,eſt eſſe abſtractũ?aut priuatio abſtracta?aut vtrunq;? Et falſum eſt dicere quòd dependens in eo ſit priuatio præcedens:nam non eſt agenti impreſsio in priuatione. Et falſum etiam eſt dicere vtrũque:quoniam priuatio non dependet in eo omnino, & priuatio in eo quòd eſt priuatio, non indiget agente omnino. Remanet ergo vt dependeat ab eo, in eo quòd eſt ens.nam emanat ab eo eſſe abſtractum, & nullam habet proportionem cum eo,niſi eſſe. Et, ſi ponatur eſſe continuum,ponitur proportio continua. &, ſi continuata fuerit hæc proportio,tunc proportionatum ei eſt dignius, & durabilioris impreſsionis,niſi quòd non dependet priuatio ab agente in aliqua hora.Remanet ergo vt dependeat ab eo,ex eo quòd eſt innouatum,& nihil eſt dicere quòd ſit innouatum, niſi quòd ſit poſt priuationem, & priuatio non dependet ab eo. F

Inducit Alga. pro philoſophis,&.d.ait Alga.reſpondens pro philoſophis.et, ſi forte aliquis diceret ꝙ pro innouato intelligitur id,quod habet eſſe poſt priuationem,& mundus ſup.habet eſſe poſt priuationem,ergo eſt innouatus,& ſic effectus alicuius agentis: videtur mihi quod, hic intendit probare mundum non dependere à primo,& arguit ſic.dicimus quod, ex hoc ſequitur quoddam agens innouare aliquid, ꝙ id, quod ab eodem agente dependet de eo.i.reſpectu illius, ſit aut purum eſſe,aut pura priuatio,aut ambo. & declarat quod nullum iſtorum poteſt dici,& per conſequens mundus non poterit eſſe effectus Dei,quia nec ,put habet purum eſſe,nec prout habet priuationem, nec prout habet vtrunq;,&.d. impoſsibile eſt quod ſit priuatio pręcedens, quia nulla pręceſsio.ſ.actio ſit per priuationem,ſed potius defectio:& eſt impoſsibile ꝙ ſint ambo.ſ.purum eſſe,& pura priuatio eadem ratione,remanet ergo ꝙ id, quod procedit ab eodem agent

A te, ſit purum eſſe. declarauit quō eſt illud eſſe purum, &.d. vnde, ſi eſſe continue fuerit, & illa comparatio.i. illa dependentia continua erit, &, ſi defecerit.ſ. talis dependentia vel tale eſſe, defectibilis eſſet.ſ. illa dependentia, vel illud eſſe. Et concludit propter hoc correlarium, d.& ideo comparata hęc comparatio, i. relatiua hęc dependentia erit illud, cui comparatio ſit nobilis, i. cauſa eſſendi, quę nobilis hic vocatur: & magis continuans imprimere. vult dicere, quod illa dependentia erit res dependens, cum qua eſt continua, & noua. Ex quo ſequitur quod mundus, ſi habet purum eſſe, non ſit effectus Dei: quia, pro quanto habet eſſe, nō accipit eſſe poſt non eſſe, ſed conſeruatur in eſſe. Deinde redit ad illud, quod iam dixerat.ſ. ꝙ priuatio non ſit effectus agentis.d. ſed priatio nō depēdet de actione in tempore: quia, quod non eſt, non dependet quia igitur effectus agentis nec eſt purum eſſe, nec pura priuatio, concludit propoſitum dicens, ergo quod dependet de eo.i. de eo inquantum innouatur, & pro.i. ipſum eſſe innouatum non eſt aliud, niſi quod ſit ens poſt priuationem, & addit quod iſto modo priuatio non dependet de eo. Ex quibus apparet reſponſio pro philoſophis: quoniam dici non poteſt, quod mundus ſit effectus Dei: quia, non prout habet purum eſſe, quia vt ſic non eſt effectus, ſed potius conſeruatur. nec, prout habet priuationem, quia pro illo non dependet quia, vt ſic nihil eſt, nec pro eſſe vtroque: ideo non eſt effectus Dei. & ſic reſpondet pro philoſophis.

B

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermo eſt ex reſponſionibus Auicennæ in hac quæſtione Philoſophorum. & eſt ſermo ſophiſticus: quoniam dimiſit in eo vnum membrum diuiſionis vniuerſalis. Nā ipſe dixit ꝙ actio agentis aut dependet ab innouato in eſſe, aut in priuatione præcedenti, in eo ꝙ eſt priuatum, aut in vtroq; ſimul: & eſt falſum vt dependeat a priuatione: nam agens nō agit priuationem: & propter hoc etiam eſt inconueniens vt dependeat ab vtroq;: ergo remanet vt dependeat in eſſe, & innouatio nihil aliud eſt, niſi dependentia actionis in eſſe, ſcilicet ꝙ actio agentis eſt inuentio, & ſunt æqualia in hoc, eſſe, cui præcedit priuatio, & eſſe, cui non præcedit priuatio. Modus autem fallaciæ in hoc ſermone eſt, quoniam actio agentis non dependet Quid innouatio.
C in eſſe, niſi hora priuationis, & eſt eſſe, quod eſt in potentia, & non dependet in eſſe, quod eſt in actu, in eo quod eſt in actu, nec in priuatione, in eo ꝙ eſt priuatio, ſed in eſſe diminuto, cui euenit priuatio. & actio agentis non dependet in priuatione: priuatio enim non eſt actio. & non dependet in eſſe, cui non copulatur priuatio. nam eſſe, quod fuerit in perfectione ſua vltima non indiget inuentione, nec inuentore: eſſe autem, cui copulatur priuatio, non reperitur, niſi in hora innouationis innouati. Quare non euadit ab hoc dubio, niſi ponat ꝙ mundus nunquam defecit copulari cum eſſe ſuo priuationem, & adhuc non deficiet copulari ei, ſicut eſt in eſſe motus. nam ipſe continue indiget motore. Et verificantes ex Philoſophis dicunt ꝙ hec eſt diſpoſitio mundi ſuperioris cum creatore glo. præcipue eius, ꝙ eſt ſub mundo ſuperiori. & in hoc differunt creata a factis: nam facta, cum inuenta ſunt, non copulatur eis priuatio, propter quam indigent agente, quo eſſe eorum permanet. Quando actio dependet ab agente. In quid differunt creata a factis.

Primo inducit ſummam verborum iſtius, deinde decalarat ſolutionem aliam D pro philoſophis.d. igitur primo, dicimus nos quod verba hęc ſunt de reſponſione Aui.in pręſenti quęſtione nomine philoſophorum, & ſunt verba erronea: dimiſit enim vnum diuiſionis membrum, deinde reperit ſententiam illorum verborum, &.d.videlicet, quod ipſe dixit eſt, ꝙ actus agentis.i.operatio agentis nõ euadet, quin dependeat de innouato.i.quod non ſit circa innouatum in eſſe.i.inquantum habet purum eſſe, aut priuatione pręcedente.i.circa priuationem præcedentem eum, prout priuatum eſt, aut in ambo ſimul, id eſt circa ambo. Deinde deſtruit membra, ſicut fecit Alga.dicens, impoſſibile eſt quod dependeat de priuatione, quia priuatio non ingreditur actionem: & ideo impoſſibile eſt de priuatione eis duobus modis.i.& per idem impoſſibile eſt vt ſit circa ambo: remanet ergo quod dependeat ad eſſe.ſ.ꝙ actio agẽtis ſit de re eſſe. ergo ſequitur ex hoc, quod eſſe, quod eſt poſt priuationem, & eſſę, quod priuatio pręcedit ipſum, ſint ęqualia, ideſt, quod priuatio, & eſſe ſint idem. probatur, quoniam res dependet, prout eſt, ſed prout eſt, non requirit agens, ergo, prout dependet, non requirit nõ eſſe: igitur eſſe, & non eſſe ſunt vnum & idem. Soluit Auerroes, qm̃ non tenent mundum non eſſe effectum Dei, vt eis imponit Alga. ideo reſpondet argumento Alga.dicens. quod hęc eſt ſophiſticatio, & locus eius, vult dicere ſophiſticationis: quia actio agentis non dependet de eſſe in tempore priuationis, quod eſt eſſe in potentia: vult dicere ꝙ actio agentis non conſiſtit circa puram priuationem de eſſe in actu, ideſt non conſiſtit circa eſſe in actu, inquantum in actu, immo de eſſe defectibili, ideſt circa eſſe contingens, qđ continget ei priuatio. Deinde reſumit argumentum, d. ergo actio agentis non dependet de priuatione: quia priuatio non eſt actio.i.effectus, nec dependet de eſſe in coniunctio.i.non iuncto priuationi. id nanque, quod habet eſſe in vltima perfectione, ideſt vltima actualitate, non indiget de aliquo dante eſſe, ideſt aliquo agente. Deinde concludit circa quod eſſe conſiſtit, & dicit: & eſſe coniunctum priuationi non reperitur, niſi in tempore innouati innouationis, ideſt in tempore innouationis alicuius innouati.i.rei habentis aliquam continuam nouitatem. & ideo nullus a dicto dubio euadere poteſt, niſi ſupponat quod mundus in ſuo eſſe ſemper coniunctus fuit priuationi: & adhuc adiungitur ei, ſicut eſt in eſſe motus, qui ſemper indiget de mouente, quaſi dicat, quod ſicut de motu, ita de mundo: ſed motus, quia eſt actus, cui admiſcetur ſemper aliquid factum & aliquid fiendum. ideo indiget mouente, ita in propoſito de mundo. vnde dicit, vt veraces philoſophi putant, quod mundus ſupremus.i.vniuerſus, ſic ſe habet cum ipſo Deo glorioſo. vult dicere, ſicut motus ſe habet cum mouente, maxime cum rebus inferioribus, ideſt maxime ſecundũ mundum inferiorem contentum in ſphæra actiuorum & paſſiuorum. Ex his ſequitur ſolutio quęſtionis, ſcilicet, quod mundus ſit effectus Dei, quoniam ſemper eſt in continua innouatione. (Et in hoc) annectit quandam differentiam inter res nouas, & ęternas, & dicit, in hoc differunt res creatę ab ęternis, ideſt res nouatę ab ęternis: quia effectę, ideſt res ęternę factę, quando ſunt, non adiungitur eis priuatio, ex qua de agente indigeant, propter quam indigeant agẽte, & ab eo continuatur ipſarum eſſe, vult dicere quo continuetur & perpetuetur ipſarũ eſſe. F

Prima dubitatio. Hic svnt mvltae quęſtiones. Prima, quia Auerro. dicebat Alga. eſſe diminutum quantum ad hoc, quod non poſuit quartum membrum diuiſionis

Secunda. dictę: & tamen videmus Auer. non poſuiſſe illud quartum membrum. Secunda, quia ſicut mundus ceſſaret ablato primo motore, ita intelligentię ceſſarent ablato primo motore: ergo, ſicut mundus propter id dependet a primo, ita intelli-

Tertia. gentię: ergo intelligentię habent verum efficiens, ſicut mundus habet. Tertia, quoniam ſi mundus continue innouatur, ergo in ſui natura poteſt deſinere eſſe.

Quarta. ergo aliquãdo deſinet eſſe, aliter aliquod in ſui natura corruptibile nunquam deſineret eſſe, contra vltimum primi cœli. Quarta, videtur adhuc ſol. Auer. non

Quinta. eſſe conueniens. quoniam, ſi effectus dependet ab aliquo agente, vel dependet quando eſt, vel quando non eſt. & ad hoc Auerro. non reſpondet. Quinta, videtur quod effectus poſtquam eſt, non dependeat ab eius cauſa agente. Socra. n. poſtquam eſt, non dependet a patre, nec fœmina.

A Hic volo aliqua congregare. Et primo debes ſcire, quod aliquod ens poteſt apud philoſophos tribus modis poni in eſſe. Vno modo, ꝙ ex ſe formaliter ſit neceſſe eſſe, ſed ab alio effectiue: ſicut iſta propoſitio, homo eſt riſibilis, eſt formaliter, & ſecundum quod talis neceſſaria, attamen a præmiſſis effectiue dependet: quoniam, cum neceſsitate formali illius compoſsibilis eſt dependentia ab alio in genere agentis, licet non ſit illi compoſsibilis in genere eſſe formalis. Secundo modo, ꝙ eſſe aliquod eſt ex ſe formaliter eſſe neceſſario, & tamen ab alio dependenter propter ordinem eſſentialem: quoniam, propter ordinem eſſentialem ordinatorum, contradictio eſſet ſecundum eſſe ſine primo, licet non econtra, & tertium eſſe ſine ſecundo, & non econtra. Vnde, licet ſecundum dependet a primo, non tamen cauſatur a primo nec in genere formæ, nec in genere agentis, nec in aliquo genere eſſe ſecundum iſtum ſecundum modum. At tamen ſecundum eſt a primo dependenter propter ordinem eſſentialem ſecundi ad primum, & tertij ad ſecundum. vnde, proprie hic ordo eſt inter perfectius, & imperfectius non inter cauſam, & cauſatum. Tertio, aliquod habet eſſe ex ſe formaliter poſsibile, neceſſario tamē ab alio, quia illud, a quo habet eſſe neceſſario, cauſat illud. His tribus modis viſis, dicendum modo qualiter res omnes comparantur ad primum ſimpliciter ſecundum opinionem huius philoſophi. Et

B videtur mihi ꝙ, ſi loquamur de rebus ſimpliciter, & formaliter æternis, cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ mouentes orbes, duobus modis comparantur ad primum, ſcilicet cauſaliter, & dependenter: & huiuſmodi declaratio eſt, quoniam, licet in ſuis naturis ſint formaliter & per ſe neceſſariæ, attamen ſecundum iſtos philoſophos oportet vt effectiue ſint ab alio: quod ponit Auer. in.12. Meta.com.44. ſicut.n. concluſio iſta, homo eſt riſibilis, eſt formaliter neceſſaria, attamen effectiue dependet a præmiſsis ſecundum omnes. ſic omnes intelligentiæ ſunt ſecundum eorum naturas, & formaliter neceſſariæ, attamen a primo effectiue. & hoc plane ponit Auer. in.4.cœli. commen.1. videtur etiam mihi, quod comparentur ad primum dependenter: quoniam, ſecundum philoſophos ponitur ordo eſſentialis in operationibus aſtrarū, & per conſequens in eſſentijs. & hoc ſignificauit Auer. 12.Meta.com.prædicto.44.&.9.Metaphy.com.17. vbi dixit, quomodo intelligentiæ mouent primarie & per ſe: adeo quod, ſi Deus poſſet agere ſine eis, eſſent otioſæ, & idem.2.cœli com.17.&.21. ideo comparantur etiam ſecundo modo ſine dubio: & hoc innuit Auer. in fine ſolutionis huius dubij, cum dicit, quod intelligentiæ ſeu res æternæ, quando ſunt, non adiungitur eis priuatio, vult dicere, quia ſunt formaliter neceſſariæ, ideo ſic ſunt effectæ. Ex his apparet, qualiter intelligentiæ non habēt agens ſecundum famoſitatem dictum, quod intelligitur cum noua cauſatione. & hoc negat Auerro. ſæpe de æternis, volens entia

C æterna ſimpliciter non habere agens ſecundum famoſitatem dictum, quod agit innouatione media. Si vero loquamur de rebus corruptibilibus. Dicendum, ꝙ nulla res vna numero in ſui natura poſsibilis, & formaliter contingens poteſt ab alio eadem numero perpetuari, ſed bene eadem ſecundum ſpeciem: quoniam elementum ſecundum partem corrumpitur, & tamen totum ſecundum ſpeciem remanet, vt dicitur.2. de Genera.com.37. ſimiliter motus cœli, qui continue ſortе eſt alius, & alius, vt ſaltem in accidentibus non habet modo locum. Ex his ſequitur ꝙ mundus eſt æternus ſecundum ſpeciem, non ſecundum numerum: quoniam, ſicut elementum continue eſt aliud, & aliud, ita mundus eſt alius, & alius cōtinue: &, ſicut elementum manet æternum ſecundum ſpeciem, ita mundus poteſt tamen dici æternus ſecundum numerum æquiualenter, vt alibi dixi. Sed, ſi totum hoc eſt ita, apparet qualiter mundus poteſt habere agens etiam ſecundum famoſitatem dictum: quia ei ineſt aliqua innouatio, quæ eſt requiſita in ratione famoſi agentis. His habitis, reſpondeo modo rationibus in contrarium. Ad primum dicendum, quod quatuor ſunt membra, quæ innuit Auerrois, primum, ſcilicet quod eſt priuatio: ſecundum, eſſe purum: tertium, commixtio priuationis & eſſe, vt motus: quartum, eſſe in continua immutatione cum aliqua permanentia, ſicut eſt in ſubſtantijs permanentibus, tamen occulte nutribilibus, vbi enim non apparet nutritio ita manifeſte, & de quo dixi eſſe mundum, ſi bene conſideretur

Tripliciter aliquod ens ponitur ī eē.

Quō res cōparantur ad primum.

Intelligētiæ dupliciter cōparantur ad primum.

Correlariū.

Nulla res corruptibilis poteſt ab alio eodē numero perpetuari, ſed bene eadē ſpecie.

Mūdus pōt habere agēs ſecundū famoſitatem.

Solutio ad primam.

Nō eodem modo depē-

Sent intelli. gẽtię a Deo, ſicut mũdus. Intelligẽtiæ non habent agens ſecundũ famoſiſſimũ, ſicut mũdus.

& hoc intendit Auerroes. Ad ſecundum concedo intelligentias dependere a primo, ſed non eo modo, ſicut mundus: quoniam mundus dependet tanquam res cum aliqua innouatione, quia non eſt formaliter neceſſarius: intelligentię ſine innouatione, quia ſunt formaliter neceſſarię, ideo ipſe mundus poteſt habere verum & famoſum agens, non ſic intelligentię: ideo negatur ſimilitudo, & conceditur conſequens ſecundum modum dictum. Ad tertium apparet ſolutio: continue enim deſinit eſſe, quia continue eſt alius, non tamẽ ſic deſinit eſſe quod nihil ei ęquiualenter ſibi ſuccedat, quia eſt perpetuus, ſicut fluuius, maxime quo ad partem inferiorem. Ad quartum apparet ſolutio. Si enim loquamur de potentia in fieri, dependet, quando habet medium eſſe inter priuationem eius, & eſſe: quia actio actualis conſiſtit circa rem habentem eſſe in medio, vt dixi ſupra. Si vero loquamur de potentia in facto, dicitur quòd continue dependet, quia continue innouatur: vt ergo ęquiualenter ſit, oportet vt ſit aliquod perpetuum, vt dixit Auerroes: & tunc dico quod dependet, quando eſt: & hoc voluit Auerroes. D

Ad vltimum, iam reſpondet Auicenna in ſexto ſuę Metaphyſicę capitulo vltimo, Vult enim, quod cauſa ſimul ſit cum cauſato vniuerſaliter: ideo Sortes, quando eſt, adhuc habet agens conſeruans: quoniam illę diſpoſitiones, quę fuerunt eius effectiuę, conuerſæ ſunt, & factæ ſunt eius conſeruatiuæ, & regitiuę: ideo dimiſſo humido radicali, & calore naturali a principio generationis contractis, dimmittitur vitę vt dicit Alexãder in primo de genera. & Auerroes refert ipſum commento 38. ibidem. Ex his apparet intentio Auerrois aliqualiter, Licet multum loquutus ſim de hoc in quęſtione de intellectu, in. q. an ſit aliqua virtus infinita in tertio de anima, in expoſitione mea de ſubſtantia orbis: ibi enim declaraui infinities iſtud. Et debes ſcire, quod omnia hęc dicta ſunt hic poſita, & non probata: ſecundum enim fidem noſtram oportet dicere quod Deus vnica actione produxit mundum, & in inſtanti, vt patet; & iam hoc declaraui ſępe. E

ALGAZEL.

Ait Alga. Cum autem dicitis quòd ens impoſsibilis eſt inuentio eius, ſi intelligitis per id, quòd in futurum non habebit eſſe poſt priuationem, eſt verum. Si vero intelligitis quòd in hora, qua eſt, non eſt, iam declarauimus quòd ipſum non eſt, niſi cum eſt, non autem hora, qua non eſt, nam eſt, cum agens eius id adinuenit: & agens non adinuenit id hora priuationis, niſi hora, qua eſt aliquid eius. & adinuentio eſt copulata ei, quòd agens adinuenit, & actum inuentum. nam inuentio eſt præfatio proportionis inuentoris ad inuentum: & totum hoc cum ipſo eſſe, non autem antea: ergo inuentio non eſt niſi inuento, ſi intelligimus per inuentionem proportionem, qua agens inuenit, & actum inuentum dixerunt. Et in hoc terminamus quòd mundus ſit Dei glo. actio antiqua, & æterna. & nulla eſt hora, in qua non ſit Deo glo. actio in eo: nam alligatum eſt eſſe agenti, &, ſi continuata fuerit alligatio, continuatur etiam eſſe. ſi vero ceſſauerit, ceſſat, non autem ſicut imaginamini quòd Deus glo. ſi imaginati fuerimus priuationem eius, remaneret mundus, quoniam exiſtimatis quòd ipſe ſit, ſicut ædificator cum ædificio; quia ipſe deficit, & remanet ædificium. nam remanentia ædificii non eſt ex ædificatore, ſed eſt ex ſiccitate retinente compoſitionem eius. ſi enim non eſ- F

A ſet in eo virtus retentiua, vt aqua exempli gratia, non poteſt imaginari remanentia figuræ innouatæ in actione agentis in eo.

AVEROES.

Ait Auer. Et forte mundus eſt huiuſmodi. demum non verificatur iſte ſermo, & eſt vt ſit inuentio ab agente inueniente, dependens in eſſe, in eo ꝙ eſt in actu, in quo non eſt diminutio omnino, nec potentia potentiarum, niſi imaginemur quòd ſubſtantia entis eſt, cum eſt ens. Nam ens actum non eſſet inuentum, niſi per inueniens agens, &, ſi fuerit ipſum eſſe inuentum ab inuentore aliquid additum ſubſtantiæ eius, non eſt neceſſe vt auferatur eſſe, cum aufertur hæc proportio quæ eſt inter inueniens agens, & ens actum. ſi vero non erit aliquid additum, ſed ipſummet eſt in relatione, ſ. in eo quòd eſt inuentum, poteſt eſſe id, quod dixit Auicenna. Attamen hoc non conuenit B mundo. quoniam mundus non eſt ens in prædicamento relationis, ſed eſt in prædicamento ſubſtantiæ: relatio vero eſt quid eueniens ei. Et forte hoc, quod dixit Auicenna, eſt verum in formis corporum cœleſtium cum eo, quod apprehendunt de formis ſeparatis a materia. quoniam Philoſophi exiſtimant hoc. declaratum eſt enim ꝙ hic ſunt formæ ſeparatæ a materiis, quarum eſſe eſt in formis earum, & ꝙ ſcientia mutatur ad ſcitum hic. ſcitum enim eſt in materia. In antiquo hæc non habentur.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens Philoſophis. Et reſponſio eſt ꝙ actio dependet in acto ex innouatione eius, non ex parte priuationis eius præcedentis, nec ex parte eſſe eius tantum. quoniam non dependet in eo, in aduentu horæ innouationis apud nos, & eſt ens: de-C pendet autem in eo hora innouationis eius, ex eo ꝙ eſt innouatio, & exitus ex priuatione ad eſſe. ſi autem auferatur ab eo innouatio, non intelligitur eſſe actionem. & hoc non intelligimus in agente. & dictum veſtrum, ipſum eſſe innouatum idem eſt, quod fuerit cum priuatione præcedenti. & eſſe cum priuatione præcedenti non eſt de actione agentis. & poſitio ponentis eſt talis, immo eſt conditio in eſſe actionis agentis, ſcilicet præceſsio priuationis. eſſe autem, cui non præcedit priuatio, ſed eſt continuum, conuenit vt ſit actio agentis. & non omne, quod requiritur vt ſit agens agens, neceſſe eſt vt ſit actio agentis. quoniam ſubſtantia agentis, & poſſe eius, & voluntas eius, & ſcientia eius eſt conditio requiſita ad hoc vt ſit agens. & hoc non eſt de conditione agentis. ſed nos non intelligimus agens, niſi ens.

Inducit Algazel reſponſionem ad philoſophos, ei. d. Ait Algazel reſpondens ad philoſophos, nos dicimus quod actio, id eſt, effectus dependet de agente, inquantum illa actio innouatur, id eſt, inquantum ille effectus innouatur, nō ratione priuationis eam præcedentis, nec inquantum habet eſſe: vult dicere formam, vult di-

Res dupliciter depēdēt ab agente.

cere nullo modo innouatum tantum, quia ipſum ens exiſtens non dependet a Deo in agente ad inducendum innouationem,quia nullam habet. Debes ſcire,quod res poteſt dependere ab agente. Vno modo, quia nunc eſt,& immediate ante hoc non extiterit:ſicut Sortes, quando eſt actu modo poteſt dependere, quia nunc eſt,& ante non fuit,ſed non ſub iſto eſſe præciſe, ſed bene huic equiualenti:ſicut eſt de mundo,vel motu,& elemento,vt dixi.Dicit modo Algazel, quod actio non dependet ab agente,inquantum innouatur, ſine præceſsione priuationis illius,nec inquantum habet eſſe,ſcilicet ſimpliciter nullo modo innouatum:ergo dependet de eo,ſcilicet agente in ſua innouatione, inquantum eſt innouatio, & exitus de priuatione ad eſſe: vult dicere, inquantum habet eſſe, ꝙ eſt admixtum alicui priuationis,vt dixi ſecundo modo. Vel forte litera eſt corrupta,& debet legi ſic:& non exitus de priuatione ad eſſe, & intentio taliter, ꝙ ipſum agens non intelligeremus ſi ab eo innouatio remoueretur: hęc igitur fuit argumentatio philoſophorum,vt dictum fuit. Contra, arguit Algazel,& quando dicitur quod eſſe ipſum nouum intelligitur, quod priuatio pręcedit eum, & hoc non eſt de agente actionem,id eſt, mundum: vult ſubintelligere reſponſionem datam huic,ideo confutat illam confirmando iſtud.d.Dico quod verum eſt, ſed hoc eſt pactum,id eſt,cōditio actionis agentis,id eſt,effectus, videlicet,quod priuatio pręcedat eam:ergo non ſic ſe habet,immo eſt continuum, id eſt,ſemper ens,& nō pertinet quod ſit actio,id eſt effectus agentis: vnde ſyllogiſmus poteſt ſic componi. Omnis effectus habet eſſe poſt priuationem: mundus, qui eſt actio agentis,per te non habet eſſe poſt priuationem: ergo non eſt effectus agentis in ſecunda figura. (Neq; quodcunq;.) Remouet quoddam dubium: poſſet quis dicere, vtrum quicquid eſt idem agenti,eſt ratio agendi? & hoc dubium habet ortum ex ſuperioribus:quoniam ſupra dixit,debent agere mundum per ſuam ſcietiam,quę eſt ſua eſſentia. Soluit dicens, neq; quodcunq; fuerit in agente in eſſe eſt agens: vult dicere ſecundum rem,licet non ſit ratio agentis:ſubſtantia namq; agentis,& ſua voluntas,& ſua ſcientia ſunt vnum re in eſſe agentis, & non ſunt de partibus agentis, inquantum agens, Ex his apparet ſolutio ad rationem philoſophorum.

AVEROES.

Entiū q̄dam ſunt quorū differētię ſubſtātiales ſunt ī motu.

AIt Auer. Hic ſermo eſt totus verus, quod actio agentis dependeat in acto,in eo ꝙ eſt mobile.motus autem ab eſſe, quod eſt in potentia,ad eſſe, quod eſt in actu, appellatur innouatio.&, ſicut dixit priuatio eſt conditio ex conditionibus eſſe motus a motore,& id,quod eſt conditio in actione agentis,non eſt neceſſe, cum non dependeat in eo actio agentis, vt dependeat in eo contrarium, vt intulit Auic. neceſſario. Sed Philoſophi opinantur ꝙ entium quædam ſunt,quorum differentię ſubſtantiales ſunt in motu,vt ventus, & alia, & cœlum, & quod eſt ſub eo,ſunt huius generis, ex entibus, quorum eſſe eſt in motu. &, cum ſic fuerit, ergo eſt in innouatione continua, quæ non defecit, nec deficiet. & ſecundum hoc, quemadmodum ens æternum eſt verius in eſſe,quam non æternum, ſic etiam id,cuius innouatio eſt æterna, dignius eſt nomine innouati, quam id,cuius innouatio in aliqua hora. Et, niſi eſſet mundus huiuſmodi,ſ.ꝙ ſubſtantia eius eſt in motu, non indigeret mundus poſt eſſe ſuum creatore glo. ſicut non indiget domus eſſe ædificatoris poſt complementum, & ſeparationem eius ab ea, niſi eſſet mundus in prædicamento relationis, vt

A conatus eſt Auicenna declarare in ſermone præcedenti. Et iam diximus nos ꝙ id, quod conatus eſt in hoc, eſt verum in formis corporum cœleſtium. &, cum ſic fuerit, mundus indiget inuentione agentis hora ſui eſſe, ex eo ꝙ eſt agens ambobus modis ſimul, ſcilicet quia ſubſtantia mundi conſiſtit in motu, & quia forma eius, qua ſubſtentatur, & exiſtit, eſt de prædicamento relationis: non autem qualitatis, ſcilicet diſpoſitionum, & habituum numeratorum in prædicamento qualitatis. & omne, cuius forma ingreditur in hoc genus, & numeratur in eo, eſt, cum exiſtit, & perfectum eſt eſſe ſuum, non indigens quidem agente. Et hoc totum diſſoluit tibi hanc ſimilitudinem, & aufert à re confuſionem, quæ generatur in hominibus ex iſtis ſermonibus contrariis.

Subſtantia mundi cōſiſtit in motu. Forma mundi eſt de prędicamento relationis.

Modo Auerroes reſpondet argumento Algazel. quod erat in ſecunda figura, dicens. Dicimus nos, quod omnia iſta verba ſunt vera. Vult dicere quod iſ maior, quam minor ſunt veræ ad bonum ſenſum: cuius cauſam dat dicens, quia actio agentis dependet de effectu, id eſt, circa effectum, prout eſt mobile, & mo-
B tus de primo ſuo eſſe, quod eſt in potentia vſque ad ſuum eſſe in actu, dicitur innouatio, & priuatio, ſicut dicit ipſe: quia eſt vnus pactorum. Vult dicere, priuatio eſt vna conditio eſſe motus a mobili. Et per hoc ad formam apparet: mūdus enim, cum innouatur continue, id eſt, habet priuationem aliquam, ideo apparet ſolutio. (Et non oportet). Soluit ad idem manifeſtius, d. Et non oportet quādo id, quod eſt neceſſarium, id eſt, continuum in actione agentis, non dependet de actione agentis, quod debeat de ſuo contrario, immo debeat non dependere, qđ eſt contrarium ad dependere, ſicut aſſerebat Auicenna. Voluit dicere, quod non eſt vera maior ſyllogiſmi dicti, & probat hoc auctoritate philoſophorum. d. philoſophi tamen opinati ſunt, quod ſunt aliqua entia, quæ ipſarum definitiones ſubſtantiales conſiſtunt in motu. Vult dicere, quarum non ſunt in motu, ſicut ventus, & aliæ res: & quod cœli, & inferiores res videlicet, ignis, & aer, &c. ſunt de hoc genere, ſcilicet ſunt de entibus, quæ ipſarum eſſe conſiſtunt in motu. (Et ſic.) Probat hoc ratione, & componitur ſic: res ſempiternæ nouæ habent agens: ſed multæ res, vt mundus, & elementa, & reliqua ſunt entia ſempiterna noua: ergo dependent ab æterno agente: huius ſyllogiſmi probatur minor auctoritate philoſophorum. Deinde ponit vim argumenti dicens. Si ſic, ergo ſunt in continua innouatione ab æterno. Vult dicere ab agente ſemper, &
C ſempiterno. Deinde probat maiorem dicens. Sicut ens æternale dignius eſt quam inæternale, id eſt, corruptibile; ſimiliter id, quod ſua innouatio eſt ab æterno, principalius eſt in nomine noui quam id, quod ſua innouatio eſt aliquo tempore. Ex hoc apparet maior; quia, ex quo eſt dignius innouatione noui, ergo debet habere agens. (Et ſi mundus.) Probat idem per ſyllogiſmum hypotheticum, ſic dicens: &, ſi mundus in tali caſu eſſet, ſcilicet quod eius ſubſtantia non eſt in motu. Vult dicere ſemper, mundus non indiget poſt ipſius eſſe de Deo benedicto; ſed mundus ſemper indiget: ergo eſſe eius eſt ſemper in nouitate. (Sicut domus.) Probat illam conditionalem per ſimilem dicens, ſicut domus poſt ſuum eſſe non indiget de ædificatore. (Niſi mundus.) Ponit ſolutionem Auicennæ dicens, niſi mundus eſſet de prædicamento relationis, vt inſudauit ſe Auicenna oſtendere. Voluit dicere, niſi mundus non ſit factus a Deo, ſed dependens ab eo. Contra arguit Auerroes primo dicens. Nos vero dicimus, quod ipſe poſuerat de mundo, verum eſt in forma, id eſt, ſubſtantijs ſeparatis ſupercœleſtium corporum, & non in rebus innouatis. (Et ſi ſic.) Arguit melius, & declarat quod magis propoſitum habeat per hoc dicens, & ſi ſic: ergo mundus indiget de agente in tempore ſui eſſe, inquantum eſt agens, duobus modis, ſcilicet in eſſe exiſtens ſubiectum mundi in motu, & eſſe eius, vt forma, ex qua conſtituitur. Vult dicere, quod ſi ſic, ipſe mundus duobus

modis indigeret agentē. Vno modo, pro quanto continuo mouetur. Alio modo, D
inquantum habet formam, per quam exiſtit. Deinde remouet quoddam dubiū.
Poſſet quis dicere, quod mundus non innouatur, ideo vno modo tantum depen-
det, ſcilicet quo ad formam, dicit: & ſi ipſius eſſe, Vult dicere, eſſet de natura re-
lationis, non qualitatis, id eſt, eſſet tantum dependens non mobile, non indigeret
agēte: quodlibet enim, quod ſua forma ingreditur hoc genus, ſcilicet relationis,
quando reperitur, & perficitur, id eſt, eſt completum ſimpliciter, nō indiget eſſe
de agente. Vult dicere vere & famoſe, & addit: ab hoc, id eſt, propter hoc remo
uetur prædictum dubium, quod poſſet cadere in ratione contra Aui. Et ſermo
eius patet, & omnia hæc ſunt manifeſta per ſe, ex dictis in alio dubio.

Dupliciter mūdus depēdet a Deo.

SED DEBES SCIRE, pro intellectu ſententiæ Auerro. quod mundus po-
teſt duobus modis dependere ab ipſo Deo. Vno modo, in genere eſſe agentis fa
moſi. Alio modo, in genere eſſe agentis occulti. Si enim mundus conſideretur,
quantum ad motum & operationes eorum, quæ ſunt in mundo: quia eſſe eorū,
quæ ſunt in ipſo, non poſſunt eſſe ſine operationibus, ideo conſeruans & efficiēs
operationes, & motum mundi dicitur agere mundum, & entia in mundo. Et ſic
mundus fit ab agente famoſo, pro quanto, vt ſic participat nouationem quandā.
Et ſic mundus eſt de prædicamēto qualitatis, vel effectus de prædicamēto qua-
litatis, pro quanto fit propter motum & operationes, quæ ſunt qualitas. Alio E
modo, poteſt conſiderari mundus, vt eſt quædam ſubſtantia in ſe permanens &
ſempiterna ei: quia, vt ſic, non participat nouationem. ideo, vt ſic, nō habet agēs
proprie & famoſe, ſed tantum eſt de prædicamento relationis, id eſt dicitur ef-
fectus dependens. Et ſic apparet qualiter ipſe duobus modis fit, & perſiſtit. hæc
eſt ſententia Auer. Attamen ſecundum nos aliter dicendum, vt ſcis ex dictis.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem conceditis abu ſiue eſſe actionem ſimul cum agente, & non poſtponi ei, ſequitur ex hoc, vt ſit actio innouata, ſi agēs fuerit innouatum. aut antiqua, ſi fuerit antiquum. Si autem conditionaueritis quod retardetur actio agenti tempore quodam, hoc eſt falſum. quoniā ex motione manus in vaſe aquæ mouetur aqua cum motu manus, non antea, nec poſtea. nam, ſi motio eſt poſtea, erit manus cum aqua, antequam declinet ad aliud latus. ſi vero antea, ſepararetur aqua à manu. &, cū fuerit cum ea, eſt cauſatum eius, & actio ex parte eius. ſi autem poſuerimus manum præcedere aquam, quæ mouetur, erit motus aquæ etiam continuus. & ipſe quidem cum continuatione ſua cauſatus, & actus, & non prohibetur hoc in poſitione cōtinuitatis. & ſic eſt proportio mundi ad Deum glo. F

RESPONSIO.

Hæc Auer. verba deſūt in antiquiori exēplari.

Ait Auer. In motu autem cum motore eſt verum. in ente vero quieſcente cum inuentore eius, ſeu in eo, cuius natura non eſt quieſcere, aut moueri, ſi ponatur inuentor, huiuſmodi nō eſt verum. hæc autem proportio inuenitur inter agens, & mundum ex eo quod mouetur, quod autem omne ens neceſſe ſit vt ſit actio eius

A copulata eſſe, eſt verum, niſi acciderit enti aliquid extra naturam, aut accidens accidentium, ſiue ſit actio naturalis, ſiue voluntaria, idem eſt. Et vide quomodo poſuerunt ſecta Aſſaria ens antiquum, & prohibuerunt ei actionem in ſuo eſſe antiquo, deinde conceſſerunt id ei, adeo q; eſſe eius antiquum diuiditur ad duplex eſſe antiquum, præteritum, & futurum. & hoc totum eſt apud Philoſophos deceptio, & confuſio.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens Philoſophis. In ſermone præcedenti diximus non negare actionem cum agente, poſtquã fuerit actio innouata, vt motus aquæ, qui innouatus eſt ex priuatione. & poſsibile eſt vt ſit actio aquæ, ſiue ſit retardans à ſubſtantia agentis, ſiue coniunctum ei. Negamus tamen actionem antiquam. nam id, qđ B non innouatur ex priuatione, appellamus actionem abuſiue abſolute abſque veritate, cauſatum vero, cauſa poſsibile eſt vt ſit innouata, & vt ſit antiqua: vt dicitur q; ſcientia antiqua eſt cauſa vt ſit antiquum ſciens, & tamen non loquimur de ea. loquimur enim de ea, quæ appellatur actio. & dependentia cauſæ non appellatur actio cauſæ, niſi abuſiue, ſed appellatur actio cum conditione q; ſit innouata ex priuatione. nam abuſio abutentis in appellando antiquum continuum in eſſe actionem in aliud, erit abuſio accommodata. Et, cùm dicitis ſi imaginati fuerimus motum aquæ cum digito, antiquum non extrahit motum aquæ, quin ſit actio, eſt error. nam digitus non habet actionem: agens vero habens manum eſt inuentor. ſi autem imaginati fuerimus antiquum, erit motus manus actio eius, ex eo q; quælibet pars motus eſt innouata ex priuatione, & hac conſyderatione erit cum ea. motus vero aquæ tantum non dicimus q; ſit de actione eius, ſed eſt de actione Dei glo. & quomodocunque ſit eſſe actionẽ prouenit, ex eo q; eſt in- C nouatum: quoniam eſt continuæ innouationis, & eſt actio, ex eo q; eſt innouata. * Deinde dixit Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicitur, ſi conceditis q; proportio actionis ad agẽs, ex eo q; eſt, ſit ſicut proportio cauſati ad cauſam, deinde conceditis imaginationem continuitatis ex proportione ad cauſam, tunc nos non intelligimus in dicẽdo q; mundus ſit actio, niſi q; ſit cauſatum continuæ proportionis cũ Deo glo. Si autem non appellabitis hoc actionem, non eſt diſputatio de nominibus, cum videantur res ipſæ. Dicimus q; non intelligimus in hac diſputatione, niſi q; vos tolleratis hæc nomina abſque veritate. & Deus glo. apud vos non eſt agens verum, nec mundus eſt actio eius vera. Si vero dicitis hoc ſimpliciter, eſt abuſiue abſque veritate. & iã apparuit hoc.

* Hęc tãtũ verba ĩ vetuſtiori exemplo habẽtur q̃ ab expoſitore explanãtur ſuperiora deſiderantur.

Inducit modo Alga. iterũ reſponſionẽ pro philoſophis, Et dicit, ait Alg. reſpõdens pro philoſophis. Et, ſi aliquis diceret ſic. ſi vos, ſ. philoſophi dixeritis, vel conceditis quod proportio actionis, id eſt effectus, qui eſt mundus ad agentem

inquantum agens, eſt ſimilis proportioni cauſati ad cauſam. Et poſt media, vult D
dicere loquutionem concederetis, quod continuatio dictæ proportionis poſsit imaginari. Vult dicere, ſi vos conceditis quod proportio mundi ad Deum eſt cauſati ad cauſam: & quod talis proportio ſit continua & ſempiterna, ita quod ſemper ab ipſo Deo dependet mundus, quaſi dicat, hoc non poteſt: quia effectus non dependet continue a cauſa agente. Nos vero.) Reſpondens dicit. Nos vero reſpondemus, quod nos non intendimus ad eſſe mundi actum, id eſt effectum, niſi quod ſit cauſatus in continua proportione ad Deum. Vult dicere, quod non intendendo verum effectum, qui accipit eſſe poſt non eſſe tempore: quia talis effectus non poteſt continue proportionari, & dependere a primo, & addit: Vnde, ſi hoc non nuncuparemus actus ſeu effectus, nihil de nominibus curandum eſt, poſtquam res apparent veræ. Vult dicere, dum modo natura rei ſit ita. Sed nos dicimus eis, quod in hac quæſtione dicerent ita, Vult dicere verum: ſi litera non eſt corrupta, niſi oſtenderent quod ipſi afferunt Deum benedictum non eſſe verum agentem. Nec dici poſsit, niſi largo modo. Vult dicere qd tunc haberent intentum, quando oſtenderent Deum non eſſe agentem verum, nec large.

AVEROES.

E

Ait Auer. Hic ſermo poſuit in eo, quod Philoſophi conceſſerint ei eos velle quod Deus glo. ſit agens, & quod ſit cauſa mundi tantum, & quod cauſa ſit ſimul cum cauſato. Attamen hæc eſt declinatio eorum à primo ſermone. quoniam cauſatum ſequitur à cauſa, quæ eſt cauſa eius per viam formæ, & per viam finis: cauſatum vero non ſequitur à cauſa, quæ eſt cauſa agens, ſed aliquando reperitur cauſa agens, & non reperitur cauſatum. & fuit Alga. tanquam prætor, qui iratur contra ſubſtitutum in eo, quod non præcepit ei. Attamen Philoſophi tenent quod mundus habet agens, quod non defecit eſſe agens, & non deficiet: ſcilicet non defecit eſſe ei extrahens ex priuatione ad eſſe, & non deficiet. Et iam fuerat hæc quæſtio antiqua inter ſectam Ariſtotelis, & ſectam Platonis. quoniam Plato, quia dixit de innouatione mundi, non fuit in ſermone eius dubium quod ipſe ponat mundum habere faciens, & agens. Ariſtoteles vero quia poſuit ipſum eſſe æternum, dubitauerunt contra F
eum ſequaces Platonis hoc dubio, & dixerunt ipſum non tenere mundum habere faciens: & coacti ſunt ſequaces Ariſtote. reſpondere reſponſionibus determinantibus Ariſto. tenuiſſe mundum habere faciens, & agens. & hoc eſt manifeſtum in rei veritate in loco ſuo. Et fundamentum in eo eſt quod motus apud eos in corporibus cœleſtibus eſt, quo conſiſtit eſſe eorum: & dans motum eſt agens motus in rei veritate. &, cum corpora cœleſtia non perficiatur eſſe eorum, niſi motu, tunc dans motum eſt agens corporum cœleſtium. Vlterius iam declaratum eſt apud eos quod ipſe dat vnitatem, qua mundus eſt vnus: & dans vnitatem, quæ eſt conditio in eſſe rei compoſitæ, dat eſſe partium, ex quibus fit compoſitio. compoſitio enim eſt cauſa eorum, vt declaratum eſt. & hæc eſt diſpoſitio primi principii cum mundo toto. Cum autem dicunt actionem eſſe innouatam, eſt verum, quia ipſa eſt motus. diſpoſitio vero priuationis in ea eſt quòd non ſit ei principium, nec finis.

Contra tenentes mundum & eternam ſecundum Auer. non habere agens.

A & non intelligunt, cum dicunt mundum eſſe æternum, ꝙ fuerat antiquum cum rebus æternis, ex eo ꝙ ſunt motus: ſed diſpoſitio æternitatis in eo eſt, quia non habet principium, nec finem. Et, quoniam hoc non intellexit ſecta Aſſaria, ideo difficile eſt eis dicere ꝙ Deus glo. ſit æternus, & mundus ſit æternus. Quare nomen innouationis continuæ eſt verius in eo, quã nomen æternitatis.

Hic vult contradicere Alga. quantum ad vnum, & dicit: Dicimus nos quod in hoc ſermone fuit poſitum, ſcilicet quod philoſophi concedunt, quod intentio ipſorum eſt, quod Deus eſt agens mundum, & quod eſt eius cauſa tantum quoniam ipſe voluit quod nulla ſit differentia inter agens mundũ, & cauſam mundi, & quod cauſa ſemper eſt cum cauſato: & ob hoc, id eſt propter hoc putant euadere a poſitione prima, id eſt ab argumento dicto contra philoſophos. hæc fuit illius ſententia. Contra, arguit. Et vult declarare qualiter nõ eſt idem ens, & cauſa, ſicut dixit Alga. cum dixit illa non differre niſi nomine, de quo non eſt curandum, vt vidiſti. Et ſyllogiſmus debet ſic componi: cauſatum ſequitur cauſam, Vult dicere ſimul, adeo quod cauſa non præcedit cauſatum niſi natura, quando cauſa eſt modo formæ, vel modo finis: ſed agens nec eſt forma, nec eſt
B finis ſaltem ſecundum modum: ergo nullus effectus poteſt ſequi ipſum immediate, & ſic nec mundus: huius non ponit niſi maiorem. d. cauſatum enim ſequitur cauſam, quando cauſa eſt modo formæ, vel modo finis, ſed non quando cauſa eſt modo agentis: hæc eſt maior. Et probat pro parte iſtam maiorem, ſcilicet quantum ad agens. d. bene enim poteſt inueniri cauſa agẽs ſine ſuo cauſato. Deinde arguit auctoritate philoſophorum, d. Sed philoſophi ſunt opinati, quod mundus habeat agentem ab æterno, qui ſemper produxit eum de priuatione ad eſſe. (Et eſt notandum.) Pro intellectu huius narrat opinionem philoſophorũ, Et dicit. Et eſt notandum quod hæc quæſtio eſt antiqua inter ſequaces Ariſto. & ſequaces Platonis. Plato nanque, prout putat mundum eſſe innouatum, non dubitat quod mundus habeat agentem: quoniam Plato eſt opinatus mundum poſt priuationem tempore accepiſſe eſſe. Ariſtote. tamen, quia opinatus erat mundum eſſe ab æterno: redarguebant eum, ſcilicet Ariſtotel. & ſequaces Platonis cum prædicto dubio, ſcilicet quod facit Alga. & putabant, ſcilicet de mente Ariſtote. mundum non habere agentem: quapropter conati ſunt ſequaces, ſcilicet Ariſtote. & Plato, argumentabiliter, id eſt probabiliter reſpondere reſponſionibus inferentibus quod argumentabiliter, id eſt probabiliter opinatus erat mundum habere agentem: & hoc ſatis pateſcit in ſuo loco. Ecce, quomodo
C iſti voluerunt Ariſtote. & Pla. non differre niſi aliquo modo, tamen in re nullam ponunt differentiam. (Et radix huius.) Auerro. ponit modum, quomodo poteſt teneri quod æternum habeat verum agens. Et ex hoc apparet opinio Ariſtote. Et dicit. Et radix huius eſt, quod eſſe corporum ſupercœleſtium conſiſtit in motu. Vult dicere, quod motus ſunt proprie, & per ſe operationes eorum: adeo quod, ſine ipſis non eſſent, nec poſſent eſſe: & ideo dans motum eſt ſecundum veritatem dans eſſe, & ſic dans motum ſupercœleſtium corporum dicitur verum agens. (Rurſus declaratum.) declarat ſecundam radicem. d. rurſus declaratum eſt quod dans vnitatem, ex qua mundus eſt vnus: & dans vnitatem, ex qua res compoſita habet eſſe, ipſe dat partes, ex quibus fit compoſitio: quia compoſitio, vt declaratum eſt, cauſa eſt ipſarum r. vnde primum principium, ſcilicet Deus benedictus ſic ſe habet in toto vniuerſo, ſcilicet quod eſt agens verum illius.

Debes scire, quod hic debent componi duo ſyllogiſmi. Primus, omne dans alicui motum, ſine quo illud eſſe non poteſt, eſt verum agens illius: ſed Deus benedictus eſt dans motum mundo, & rebus facientibus ipſum, ſine quo mundus eſſe non poteſt: ergo Deus benedictus eſt verum agens mundum. Secundus ſyllogiſmus poteſt ſic componi. Omne dans vnitatem, & compoſitionem, & ordinationem alicui compoſito per quam, id compoſitum

Primus ſyllogiſmus probãs Deũ eſſe verũ agẽs mundum.

Secundus.

eſt, eſt verum agens illius compoſiti: ſed Deus dat mundo vnitatem, compoſitio D
nem, & ordinem eſſentialem: ideo erit verum agens mundi. Et ex his apparet
qualiter peccauit Alga. ſupra Putauit enim quod agens mundum non diſtingui
tur niſi nomine a cauſa. Tamen vides quomodo diſtinguitur modo, & re. Ex
his apparet error Ioan. Ian. qui poſuit Deum eſſe tantum finem, & nullo modo
agentem. Et vere hoc fuit ſine ſenſibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertius vero modus eſt circa falſitatem, ꝙ ſit mūdus
actio Dei glo. ſecundum radicem eorum ex conditione requi-
ſita apud eos inter agens, & opus, & eſt ꝙ ipſi dixerunt non
emanat ab vno, niſi vnum: principiū autem eſt vnum omnibus mo-
dis. mundus vero eſt compoſitus ex diuerſis: ergo non poteſt imagi-
nari quòd ſit actio Dei glo. ſecundum quòd ſequitur ex radicibus
eorum.

Modo Alga. adducit vias contra philoſophos, Et dicit: ait Alga. tertius mo- E
dus ad probandum quod impoſsibile eſt mundum eſſe effectum Dei cum pro-
prio pacto inter agentem & effectum. Vult dicere, taliter quod fiat cum aliqua
priuatione, vt dixit Auerro. eſt ſic. propoſitio conceſſa eſt ꝙ ab vno non proce
dit niſi vnum, & eſt propoſitio Ariſtote. 2. Periherm. tex. com. 56. Deinde po-
nit minorem. d. Et principium eſt vnum omnimode. Vult dicere, ſumme ſim-
plex. & mundus ex diuerſis componitur, & per conſequens in ſe eſt multæ natu
ræ: ergo in ſecunda figura, vel prima, mundus non eſt effectus Dei, & per con-
ſequens non debet homo imaginari tantum radices philoſophorū, ideſt omnes
propoſitiones eorum eſſe veras.

AVEROES.

Ait Auer. Cum autem conceditur hæc radix, & ſequitur, diffi-
cile eſt reſpondere ei. ſed eſt res, quam non dicunt; niſi poſte-
riores ex Philoſophis Maurorum.

In hoc argumento dicit Auerro. ſic, dicimus quod conceſſa hac radice: i. pro- F
poſitione dicta, difficile eſt reſpondere de prædicto dubio. Sed ipſe dat ſolutio-
nem ſecundum philoſophos ſui temporis, Et dicit, ſed nullus modernorum philo
ſophorum ſaracenorum hoc, ſcilicet illam propoſitionem concedit. Et ſic negāt
maiorem, Deinde ordinat ſe, Et patet.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem di-
citur mundum vniuerſaliter non emanare à Deo glo. imme
diate, ſed quod emanat ab eo eſt ens vnum, & eſt principium
creaturarum, & eſt intellectus abſolutus, ſ. eſt ſubſtantia exiſtens per
ſe, non multiplicata, ſciens ſeipſum, & ſciens principium ſuum, & ap-
pellat eū lex nomine Angeli: deinde emanat ab eo tertius, & ex tertio
quartus. & multiplicatio entium eſt mediate. quoniā diuerſitas entis,

A & multiplicatio eius,aut erit propter diuerſitatem potentiarum agentium,ſicut nos agimus ex virtute appetitiua,aliter quã agimus ex virtute iraſcibili: aut erit propter diuerſitatem materierũ,ſicut Sol dealbat pannum lotum, & denigrat faciem hominis, & reſoluit aliquas ſubſtantias,& indurat aliquas:aut propter diuerſitatem inſtrumentorum, ſicut Carpentarius ſecat cum ſerra, & cum ſecuri ſcindit lignum, & perforat cum perforatiuo; aut erit multiplicatio actionis mediate, cum egerit aliquam actionem, & poſt hanc actionem agit aliam,& multiplicabit actionem. Et omnes iſtæ diuiſiones ſunt falſæ in primo principio. in ſubſtantia enim eius non eſt diuerſitas, nec in eo eſt conſecutio, vel poſterioritas, vt declarabimus in rationibus vnitatis. nec eſt ibi diuerſitas materierum:nam ſermo eſt de cauſato primo,quod emanat à primo. nec eſt ibi diuerſitas inſtrumenti: nõ enim reperitur cum Deo glo.in gradu ſuo:& ſermo eſt de innouatione primi inſtrumenti:ergo non remanet, niſi ꝙ multiplicatio in mũdo ema
B net à Deo glo.in via mediationis, vt diximus ſuperius.

Poſtquam adduxit motiuum fundatum in dicto philoſophi, adducit modo reſponſionem Algaze.in dubio illo, Et dicit:ait Algaze.reſpondens pro philoſophis. Et,ſi forte aliquis diceret quod mundus non procedit a Deo ſine medio. Vult dicere,totius ſimul,immo id,quod procedit ab eo,eſt vnum ens, quod eſt primum creaturarum,& eſt intellectus ſeparatus, videlicet ſubſtantia per ſe exiſtens,quæ cognoſcit ſeipſam & ſuum principiũ,& iſte apud legales dicitur angelus:deinde procedit ab eo, ſcilicet iſto angelo,tertius eo modo, quo ipſe proceſſit a primo,& de tertio quartus eodem modo,& ſic multiplicare eſt entia ab iſtis medijs. Et ex hoc apparet ſolutio pro philoſophis ad rationem iam dictã. (Multiplicatio enim.) Declarat quomodo eſt impoſsibile quod a Deo immediate proueniant tot naturæ, quot ſunt in mundo. Et accepit quoddam quaſi maiorem, Et dicit. Multiplicatio enim entis, & eius diuerſitas, aut procedit a diuerſitate virtutum,ſicut nos ex virtute appetitiua, quæ vocatur concupiſcibilis,agimus aliquid puta bonum, vel apparens bonum: & ex virtute iraſcibili agimus aliud,puta contrarium: ecce, quod licet homo ſit vnus, poteſt agere diuerſos effectus propter diuerſas virtutes. Aut procedit ex diuerſitate medorum
C ſeu materiarum, vt ſol,qui tunicam albefacit, & faciem lauantis, id eſt, totam nigrefacit,& diſſoluit quaſdam ſubſtantias,vt puta glaciem, & congelat alias, puta lutum: aut procedit ex diuerſitate inſtrumentorum, vt latomus ſeu artifex ſecat cum ſerra,& penetrat cum verruca,id eſt, trinello. Aut multiplicatur ratione mediorum,videlicet quod vnum agens efficiat vnum effectum. Deinde ille facit alium, Et vlterius. Ex omnibus his poteſt accipi maior. Multitudo entium diuerſorum omnis proueniens ab agente, vel procedit propter diuerſitatem virtutum, vel propter diuerſitatem materierum, aut ex diuerſitate inſtrumentorum,aut ex diuerſitate mediorum:ſed a Deo non poteſt procedere multitudo entium in mundo,nec propter diuerſas virtutes, nec propter materias diuerſas,nec propter inſtrumenta diuerſa:ergo ratione mediorum, vt dictum eſt. Poſtquam accepit maiorem,accipit minorem, & concludit concluſionem, d. dicimus, ꝙ omnes iſtæ diuiſiones ſunt falſæ in primo principio, poſtquam in ſubſtantia ſua nulla eſt diuerſitas,nec combinatio,nec pluralitas, vt declarabitur in ſequentibus, nec variatio materierum, nec diuerſitas inſtrumentorum. Remanet ergo,ꝙ hęc pluralitas mundi procedit a Deo ex mediantibus, id eſt, per media inuicem orta, vt dictum fuit. Et ex hoc apparet ſolutio quæſtionis contra philoſophos. Et hæc eſt ſolutio Auicen. in Meta. ſua maxime in 9. capitulo quarto,& alibi ſæpe.

AVEROES.

Primũ cum fuerit ſimplex, et vnũ nõ prouenit ab eo, niſi vnum.

Plura habet antiquus tex.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt quòd primum, cum fuerit ſimplex, & vnum, non prouenit ab eo, niſi vnum. ſed diuerſificatur actio agentis, & multiplicatur, aut ex parte materierum, & non ſunt materiæ cum eo: aut ex parte inſtrumenti, & nõ eſt inſtrumentum cum eo: & non remanet, niſi quòd ſit ex parte medii, cum emanat ab eo primum vnum, & ex hoc vno vnum, & ita reperitur multiplicatio.

Auerro. modo, primo repetit argumentum Alga. iterum, ſicut ſæpe conſueuit in alijs. Deinde repetit ſecundo ſolutionem eorum, & d. dicimus nos quod ſententia horum verborum eſt. poſtquam primus eſt ſimplex, & vnus, non debet ab eo procedere niſi vnum, & hoc fuit argumentum (Sed actiones.) Repetit ſecundum, d. ſed actiones. i. effectus agentis differunt adinuicem, aut ex materijs: & nulla eſt materia cum Deo, vult dicere, mediante qua cauſat: aut ratione inſtrumenti, & nullum eſt inſtrumentum cum ipſo Deo. vult dicere, mediante quo agat totum mundum: remanet ergo quod ſit ratione ipſorum mediorum, ſcilicet quod vnum procedit ab eo, ſcilicet Deo: & ab illo, ſcilicet ſecundo, aliud ſcilicet tertium. & ſic ſucceſsiue fit pluralitas mundi. (Sed ipſe.) inducit ſolutionem iterum ſub forma clariori. d. ſed ipſe reſpondet eis hoc. quod non ſit in mundo, niſi vna res compoſita ex partibus. vult dicere, quod mũdus ſit vnus effectus tantum vniuoce ordinatus, qui compoſitus eſt ex pluribus ordinatis: immo, quod ſint omnia entia vnitate, & ordine ſup. taliter, quod quælibet earũ ab altero vno ſummo, & illud ſit cauſa alicuius alterius in eo ſubſtantialiter & per ſe, donec perueniat ad vltimum cauſatũ: & declarat hoc per ſimile. d. ſicut etiam aſcendendo, quis peruenit ad primam cauſam; eſt ergo ſolutio, quod debet negari minor pro ſecunda parte, ſcilicet mundus eſt multa diuerſa. immo eſt vnus vnitate ordinis, eo quia ſecundum prouenit a primo, & tertium a ſecũdo, & ſic donec peruenimus ad vltimum cauſatum. (Et non eſt ſic.) Contra hoc arguit Auer. volens probare, quod neque oportet quod illa, quæ ſunt vnum, & ordinata, ſint ſic, quod primum ſit effectus ſecundi, & ſic de alijs, & d. & non eſt ſic, quod corpus apud eos componitur ex materia, & forma, & ex compaginatione earum, id eſt compoſitione illarum fit vna res: homo enim componitur ex corpore, & anima, & eſſe vnius earum non procedit ab alia, vult dicere in cauſa agentis, ſicut vult Alga. immo id compactum, id eſt cõpoſitum cauſatur ab alia cauſa, vult dicere ab agente, qui extraxit formam de potentia ad actũ in genere cauſæ efficientis. Secundo arguit ſic. ſimiliter orbis apud eos eſt corpus animatũ, & nõ aduenit eius anima in corpore, vult dicere tanquã agẽs, nec corpus in illa anima, vult dicere tanquam agens. immo ambo procedũt ab aliqua extrinſeca cauſa: qualiter autem inuenta ſunt iſta compoſita, vult dicere generabilia. q. d. non niſi ab agente: non enim euadet quin procedat a b vna cauſa, & tamen illius commixtione ſunt plures naturæ. Et remouebit eam præfata propoſitio. (Aut de cauſa.) Inducit aliud membrum, quod poteſt induci ſolutione huius. d, aut de cauſa compoſita, vult dicere: aut iſta compoſita procedũt de cauſa compoſita, tanquã ab agente: contra arguit, d. & adhuc remanet quæſtio ſuper ipſam cauſam, quoniam omne compoſitum procedit ab alio, ergo adhuc in ea eſt locus quæſtionis, an procedit a cauſa compoſita, an a ſimplici, donec perueniat ad cõpoſitum, & ſimplex, id eſt aut ſimplex agens, quia principium eſt ſimplex. & ad compoſitum, vult dicere, qd remanebit quęſtio, an procedit vſq; ad duo principia, quorũ vnum eſt ſimplex, & reliquum compoſitũ: et hoc modo eſt imaginandum, niſi cum obiectione, id eſt & illa reſpõſio eſſet vera, niſi eſſet obuiatio cõtra illam, quę eſt, quod omne compoſitum eſt factum: &

A tinc, cum pronenit ad ſimplex, annihilatur prędicta propoſitio, ſcilicet, quod ab vno non procedit niſi vnum. & hic vult dicere, quę dicta ſunt erat reſponſio dicta Alga. & ſic apparet qualiter redarguitur Alga. ex propoſitionibus conceſsis ab eo. (Et nos dicimus.) Auer. incipit aliqualiter ſeminare ſolutionem, &.d.& nos dicimus quod hoc benę procederet, id eſt hic proceſſus ſequeretur philoſophos: poſito, quod primum agens ſit ſimile ſimplici agenti nobis pręſenti. vult dicere, poſito quod Deus ſit agens naturale exiſtẽs hic pręſens nobis, videlicet, quod ſint omnia entia. vult dicere agentia ſimplicia, ſicut agentia naturalia: ſed hoc, id eſt iſtud argumentum ſequitur illum, qui ponit hanc inueſtigationem vniuerſalem, ſcilicet in cunctis entibus: vult dicere, qui dicunt Deum eſſe agens naturale, ſicut agentia hic: ſed qui diuidit ens ad ens ſeparatum, & ens materiale ſenſibile, ſicut facit Ariſto. non euadet, quin concedat quod principia ad que ens ſenſibile ſe extendit: vult dicere, principia materialia generabilia & corruptibilia, & poſito ſup. quod principia ſenſibilium entium materia & forma, & dicta entia agunt inuicem. vult dicere, poſito quod iſtis ſit actio tam a materia & forma, quam ab agente, non euadent, donec ad corpus cœleſte perueniant, & tota multitudo reducitur ad corpus cœleſte, & non euadunt ẽt quod intelligibiles ſubſtantię ad primum principium, ſcilicet non reducentur. oſtẽdunt enim quod principium, vult dicere, primum ſint modo formę, & finis, & agentis. & omnia iſta

B ſatis pateſiunt in ipſorum libris: vnde ſumpta dicta propoſitione communione, dicta dubia eos non ſequuntur. vult dicere illos, qui ponunt ens diuidi in ſenſibile, & ſeparatum: & iſta opinio eſt argumentabilis, id eſt probabilis ſine dubio. Ex his voluit intelligere primam ſolutionem ad dictam argumẽtationem. Sed pro intellectu huius debes ſcire, vt Auer. plane dicit in.12. Meta.com.36.&.18. ꝙ omnes formę habent duplex eſſe.ſ. vnum in primo motore, aliud in materia, & hoc de rebus materialibus: & ideo Deus non eſt agens ſimplex, ſed multiplex: quoniam, licet ipſum in ſe ſit vnum in eſſe, & ſumme ſimplex in eſſe, eſt tñ multum in virtute, & perfectione: ideo põt mediante corpore cœleſti, & motore propinquo extrahere omnes formas materiales de potentia ad actum, & ſic oẽs res hic reducuntur ad corpus cœleſte, cuius primus motor eſt agens primum, & forma prima, & finis primus. & ſic apparet quõ Deus eſt agens non eo modo vniuoce cum iſtis hic. Et per hoc apparet ſolutio ad formam argumenti: neganda eſt enim minor pro prima parte.ſ. dicente, ſed Deus eſt vnus, & ſimplex: apparet enim qualiter eſt multum. Secundo debes ſcire, vt Auer.d.12. Meta.com. 44. quod Deus eſt vnum ſimul intelligibilę ſimplex, attamen cauſat multitudinem in alijs ſubſtantijs ſeparatis, ſecundum quod illę intelligunt diuerſa de primo. & ſic a primo poſſunt prouenire multę intelligentię ordine quodam per di-

Res materiales habẽt duplex eſſe.

Licet Deus ſit ſimplex in eſſe, eſt tñ multũ in virtute & perfectione.

Licet Deus ſit vnũ intelligibile ſimplex, cauſat tñ multitudinẽ in ſubſtãtijs ſeparatis.

C uerſas rationes, quas habent illę ſubſtantię de ipſo. & ſic apparet illud, quod Auer. hic dicit, & melius apparebit. (Vnde ſumpta.) Declarat quomodo ex iſta propoſitione multę opiniones venerunt, & hoc, vt oſtendat difficultatem argumenti dicti, & dicit: & hęc propoſitio prędicta, ſ. quod ab vno tantum vnum procedit, conceſſa eſt ab antiquis philoſophis, immo ſenioribus Ariſto. qñ fuerunt conati inueſtigare de primo principio mundi dialectice, quãuis putaſſent demonſtratiue probauiſſe: et accipit propoſitiones, quibus fundantur dicta antiquorũ.d. ſ. quod totus mundus habet vnum principium. ſecunda eſt, quod ab illo vno tm̃ vnum procedit: & ideo conceſsis his duabus radicibus coacti fuerunt inueſtigare, vnde procedat pluralitas mundi. Deinde narrat primam opinionem, & dicit, & cauſata vero eſt quędam antiqua opinio, ſcilicet, quod primum principium erat duo. ſ. bonum & malum: vult dicere, quorum vnum eſt principium bonorũ, alterum malorum: & potentia ſyllogiſmi eorum eſt, impoſsibile eſt contraria reduci ad vnum principium: entia bona & entia mala ſunt contraria: ergo non poſſunt reduci ad vnum principium: quapropter conati ſunt ponere duo principia iſta igitur fuit opinio antiquorum. Et debes ſcire, ꝙ Auer.12. Meta.com.52. recitauit hanc opinionem, quę adhuc habuit argumentum ex ſcientia Dei, quod dicam forte in quęſtione de eius ſcientia. (Et quando antiqui.) Narrat ſecundam opinionem, quę ponit vnum principem: & potentia ſyllogiſmi eorum eſt, ſicut

eſt ordo exercitus ad vnum rectorem primum, ita debet eſſe ordo mundi, ſed D ordo exercitus eſt per attributionem ad vnum, ergo ita eſt in mũdo. Dicit ergo, & qñ antiqui ſpeculati ſunt entia, & inuenerunt quod omnia erga vnum finem tendunt, ſcilicet ꝙ ordo entis in mundo ſimilis eſt ordini exercitus ex parte ipſius rectoris: & hęc fuit maior, & infert concluſionem, & ideo opinati ſunt ꝙ oportet mundum eſſe modo prędicto, vult dicere per ordinem ad vnum principem, & addit, ꝙ opinati ſunt multos errores ſequentes ex dictis radicibus. (Et quando in fine.) Ponit reſponſiones eorum, & dicit primo: et quando in fine prelibatum fuit eis, ꝙ primum principium debet eſſe vnum, & aduenit eis prędictũ dubiũ, ſcilicet quomodo eſt poſsibile ab eo prouenire tot entia conati fuerũt indagare ſolutiones: & reſponderunt ad hoc tripliciter. (Quidam eorum.) Inducit primam ſolutionem, & dicit, quidam eorum dicunt, ꝙ pluralitas, vult dicere entium in mundo procedit a materia. Et iſti ſunt ſequaces Pythagorę. (Quidam vero.) Ponit ſecundam ſolutionem. d. quidam vero alij dicunt ꝙ pluralitas procedit a multitudine inſtrumentorum. (Quidam vero.) Adducit tertiam ſolutionem. d. quidam quoque alij dicunt, ꝙ pluralitas procedit a mediantibus, vult dicere per intermedia ordinata, vt dictum eſt ſupra. & primus hoc, id eſt tertiam ſolutionem opinatus fuit Plato: & non eſt dubium, quod hęc opinio ſine dubio ſit propinquior veritati cæteris alijs. (Et quia in alijs.) Oſtendit hoc eſſe ita. d. & quia in alijs duabus reſponſionibus remanet quæſtio, videlicet vtrum, vnde, B procedat pluralitas a materia, ſiue ab inſtrumento: & ſi litera non eſt corrupta, vult dicere quod in alijs primis duobus eſt dubium, vnde procedat pluralitas materierum, & inſtrumentorum: & ſic quęſito adhuc habet locum. (Vnde quicunque.) Vult dicere ſuam intentionem in illo: & primo dat cauſam ſuæ intentionis, d. vnde quicunque concedit dictam propoſitionem, oportebit de prędicto dubio admirari propter eius difficultatem: ideo notandum eſt quod id, quod hodie opinatur, id eſt creditur impoſsibile ab excellentibus philoſophorum, totum contrarium eius eſt, ſcilicet quod ab vno primo procedunt principaliter omnia entia mutabilia: ecce, quomodo contrarium eſt. dicit enim philoſophi voluerunt, vt viſum eſt, quod ab vno non proueniat entia omnia. Auerro. autem vult totum contrarium, vt dictum eſt in parte, & melius dicetur. (Sed id, quod arguit.) Reſpondet argumento Alga. & declarat quomodo res ſunt ordinatę, & d. ſed id, quod arguit Alga. ſupra peripatheticos, non ſequitur eos, ſcilicet quod, ſi pluralitas proueniret ex parte mediorum, non ſequeretur ex hoc, niſi pluralitas ſimpliciter eorum, quarum quælibet componitur ex pluralitate: ſed hoc eſt occultum, ideo debes ſcire, ꝙ Auerro. voluit dicere ꝙ, ſi res eſſent diuerſæ per ordinem in cauſando, vt dictum eſt ab iſtis, tunc res eſſent ſimpliciter diuerſæ. ergo ibi non eſt vnum primum ſimpliciter, ad quod entia reducantur, & ꝙ ſit F cauſa illius multitudinis: & ſic ibi non eſt vnitas, ſed pluralitas ſimpliciter rerum, quarum quælibet habet compoſitionem quandam pro quanto habet illud, quo intelligit primam, & id, quo intelligit ſe, vt dicit Aui. propter quod vult habere, quod debet eſſe vnum primum, quod ſit cauſa omnium aliorum in illo genere, vt dictum eſt. 10. Meta. commen. 7. (Philoſophi nanq;.) Ponit veritatem d. philoſophi nanq; opinati ſunt ꝙ hic. ſ. in mundo, eſt pluralitas iſtis duobus modis, ſcilicet pluralitas ſimplicium rerum, videlicet entia ſimplicia immaterialia, quæ habent eſſe adinuicem, donec ad vnam aſcendunt cauſam, vult dicere prima de earum genere, vult dicere, quæ ſit in genere earum, & illa eſt prima illius generis, & cauſa omnium earum: & addit, quod pluralitas orbium, quę etiã ſunt ſubſtantię immateriales, procedit a pluralitate horum principiorum. Sed debes ſcire, quod iſtę cauſę non ſunt inuicem cauſæ, niſi capiendo cauſam pro illa, quę dicitur cauſa, ſine qua non: prima enim ſola eſt cauſa reliquorum, ſed non ſecundæ niſi mediante prima, non quod ex ſecunda & prima fiat vna cauſa totalis cauſans tertiam, ſed ſola prima concurrente ſecunda tanquam cauſa ſine qua non: vnde ibidem eſt magis ordo effectuum quã cauſarum, vt. 12. Meta. cõ. 44. (Pluralitas rerum.) Ponit ſecundum membrum dicens, quod pluralitas rerũ inferiorũ procedit a materia, & forma, & corporibus cœleſtibus. Debes ſcire,

A quod poſtꝗ̃ ſcripſi hoc, reperi opinionem ſatis conuenientẽm dictis huius philoſophi, quod Deus ſit cauſa prima omnium virtute eius, & ſecundum ſe: quoniam eſt cauſa prima ſimpliciter perfecta, & vult quod iſta cauſat primã immediatate eo modo, quo intelligibile cauſat intelligẽs. Deinde ſecunda cauſat tertiã tanquã cã proxima, & prima cauſat tertiam vt cã vniuerſalis: vnde, ſicut a ſole tanquã a cauſa vniuerſali, & patre tanquã cauſa proxima prouenit homo, ita a Deo tanquam a cauſa vniuerſali, & ſecunda intelligentia tanquã cauſa proxima procedit tertia. Et ſic de quarta mediante ſecunda, & prima eo modo. Et ſic diceremus quod orbis prouenit tanquam a cauſa vniuerſali a Deo, in cuius virtute omnia continentur, & a motore tanquam a cauſa proxima: & ſimiliter hoc in rebus generabilibus, quoniam omnia proueniunt a Deo, velut a cauſa vniuerſaliſsima, et a cauſis particularibus velut a proximis: & ſic apparet qualiter omnia procedãt ab vno: & hęc poſitio eſt ſatis intelligibilis, & pulchra.

Nota.

Cœlum prouenit adeo tanꝗ̃ a cauſa vniuerſali, & a motore tanquã a cauſa proxima.

Secũdã q̃o.

Sed circa iſta videtur eſſe quęſtio. quoniam non eſſet differentia inter opinionem Auerrois, & Auicen. in productione intelligentiarum a primo: cuius contrarium nititur probare Auer. 12. Meta. com. 44. Secunda dubitatur ẽt, quia tunc tertia non intelligeret niſi ſecundã & non primam: q̃m, ſi a ſecunda cauſatur tertia tãquam a cã proxima, ergo reditus ad illã erit ſibi completa perfectio, & beatitudo: & ſic nulla intelligẽt primã contra Auer. 12. Meta. com. 36. & 39. & Ari. ibidẽ. Et, cum conſideraui in dicta Auer. videtur mihi quod iſta nunc ſit mens eius: ideo tenendo quod ſecunda eſt cauſa tertię, non modo, ſicut eam, ſine qua non, immo ſicut cauſa proxima. Dicendum ad hæc, ad primũ quod differentia eſt valde: q̃m Auic. voluit quod ſecunda cauſat tertiam virtute propria, & non inquantum inſtrumentum primę cauſæ: immo voluit quod primus non ſit cauſa tertię, nec vt vniuerſalis, nec vt proxima. Auerroes aũt opinatur, quod prima ſit cauſa proxima reſpectu ſecundę tãtum, & cauſa vniuerſalis tertiæ, cuius ſecunda eſt proxima cauſa. Et ſi dicas, quare non eſt cauſa tertię virtute propria, ſicut ponis ipſam cauſam ſecundę virtutę propria? Et ſolutio eſt: quoniam ſecunda eſt perfectiſsima & vniuerſaliſsima, ideo eſt adeo propinqua Deo, quod nullam põt habere cauſam aliam a prima: tertia autem deficit a prima & in gradu, & in eſſe valde, ideo indiget ſecunda non tanꝗ̃ adiuuante ipſam in cauſando, quia potuit in maius, ſed tanquam limitante eius cauſationẽ vniuerſalem, & perfectiſsimam ad hoc particulare, & vilẽ; ideo non eſt ſimile. Ad ſecundam principalem dicendum, quod bene illud habet dicere Auic. qui poſuit ſecundam cauſare tertiam propria virtute, ideo habet ponere quod tertia eſt beata perfecte redeundo ad ſecundã, quia illa ſecunda eſt ſola cauſa tertię. Sed Auer. qui ponit primã eſſe cauſam primam, quę eſt Deus, quę plus influit ſecundum Auctorẽ de cauſis, ideo habet ponere quod tertia primo redit ad cauſam primam, tanquã ad potiorem cauſam; & ſecundo ad proximam cauſam tanquam ad cauſam imperfectiorem: magis enim depẽdet effectus a prima cauſa, quę agit virtute propria, quã a ſecunda, quę agit virtute primę: & ſic apparet qualiter hęc opinio eſt pulchra, & ei vſque nunc non video contraria, & ſi occurrit aliquid contra hoc, dicam loco proprio: pro nunc autem ſit dictum intãtum. (Et pluritas orbium.) Redit ad declarationem, qualiter orbes cauſantur ab intelligentijs: & videtur mihi quod potentia eius ſermonis ſit in prima figura ſic omnia habentia operationes, ſine quibus eſſe non poſſunt, dependent tanquam a cauſa ab illis, quæ dant eis operationes proprias: ſed corpora cœleſtia dependent ſecundum eorũ operationes, quæ ſunt motus proprij, & eſſentiales eis ab intelligentijs: ergo intelligentiæ ſunt eſſe corporum cœleſtium: huius non tangit niſi vim minoris dicens, amplius orbes mouentur principaliter ex mouentibus ſuis, quæ nullatenus in materia conſiſtunt. Et hæc eſt virtus minoris, deinde concludit: ergo eorum, vult dicere, cœlorum formę, id eſt, ſubſtantiæ procedunt ab eiſdem mouentibus. (Et formę inferiorum.) Declarat qualiter ea, quę ſunt hic, procedunt a corporibus cœleſtibus, & dicit: & formæ inferiorum corporum procedunt a corporibus ſupercœleſtibus, vult dicere per idem argumentum: & quædam ipſorum, id eſt, corporum generabilium procedunt ab alijs eorum, quia mixta ab elementis, &

homo ab homine, videlicet tam formę ſimplicium rerum, vult dicere elemento- D
rum, quam compoſitarum, vult dicere procedunt inter ſe: & tandem compoſitio
earum a ſupercœleſtibus procedit tanquam a cauſa prima: concludit propoſitum
d. hęc eſt opinio philoſophorum in ordine mundi: ſed id, ꝙ inducit philoſophos
ad hanc opinionem, non poteſt declarari: indiget enim de pluribus propoſitio-
nibus oſtenſis in diuerſis artibus. Ex his apparet ſolutio ad argumentum Alga.
& videtur ſecunda ſolutio diſtincta a prima, & forte poſſunt inuicem reduci, quo
niam ſunt propinquę: vt patet. (Attamen ſaraceni.) Adducit opinionem moder
norum ſui temporis, & dicit, Attamen ſaracenorum philoſophi Alpharabius, &
Auicen. conceſſerunt eis aduerſarijs, quod agens abſens ſimul eſt agenti et patiẽ
ti, id eſt, agenti generabili, adeo quod eſt ei ſimile in agendo. Secundo conceſſe-
runt, quod ab vno agente nequit procedere, niſi vnus effectus: &, cum primum
ſit vnum ſimplex apud omnes homines, fuit eis difficile recipere, qualiter plura
litas procedit ab ipſo Deo benedicto: & ideo conati ſunt opinari, ꝙ id non ſit
motor diurni motus, immo dicunt, quod eſt quidam alius ſimplex, a quo motor
ſupremi orbis procedit, & ab illo motore, ſ. ſecundo procedit dicta ſuprema ſphę
ra, & motor ſecundę ſphęrę: cuius rationem dicit, qm̃ hic motor compoſitus eſt
ex eo, quod intelligit de prima cã, quod eſt tm̃ primum modo formę, efficientis,
& finis, & de eo, quod intelligit de ſeipſo, quod eſt principium orbis, & ſecundi
motoris modo efficientis, & hęc opinio declarata eſt a me in quęſtione de intel E
lectu diffuſe, vbi poſita ſunt fundamenta eius, & modus illius, & ſolutiones quę-
ſtionum contra illam. (Sed nos) Auer. contradicit illis. d. ſed nos dicamus, quod
hęc ordinatio eſt error: agens namque & effectus ſunt vnum & idem in humano
intellectu, maxime in ſeparatis intelligentiis: videtur mihi quod ſyllogiſmus iſte
ſit hypotheticus: ſi agens & effectus ſunt vnum, & idẽ in intellectu, erunt idem
in intellectis ſeparatis altioribus: ergo erunt vnum & idẽ in illis. Sed mihi vr̃,
quod Auer. intendat reprehendere illud, quod dixerunt, ſ. ꝙ in illis ſit compoſi-
tio ex duabus rebus intellectis, ſ. ex intellectu primi, & intellectu eius. Contra
quod arguit Auer. qm̃ intellectus, & res intellecta ſunt vnum in intellectu homi-
nis, ergo in illis a fortiori, cum ſint ſimpliciores: quod autem intellectus & res
intellecta ſint vnum, declaraui in expoſitione tex. com. 8. tertij de anima, & in
q. de intellectu, & dicã hic in ſeptima diſputatione melius: ergo ibi non eſt ponẽ
da cõpoſitio. (Et iſte ordo.) Soluit id, in quo viſi ſunt firmari: ipſi. n. crediderũt
quod, ſicut agens naturale hic exiſtens non poſſit agere niſi vnum, ita & Deus:
modo Auer. declarat qualiter hoc non eſt ſimile. d. & iſte ordo ſequitur argumẽ
taliter, id eſt, probabiliter: agens. n. vnum noſtrorum pręſentium, quod ab eodem
id eſt, ab aliquo tm̃ vnus effectus procedit, dicitur agens cum primo agente ęqui
uoce: & declarat hoc. d. eo quod primum agens eſt abſolute, id eſt, liberaliter, & F
agens noſtrorum pręſentiũ cum conditione ſeu conditionibus agit, ſ. gratia finis,
vt ex actione expectet perfectionem: & ideo ab agente abſolute, id eſt, liberali-
ter abſolutus effectus procedit, vult dicere qđ effectus non pręmiet agens ipſum.

Differentia inter agens naturale, & agẽs liberũ,

Debes ſcire, quod vnius rei ordinabilis ad finem vnius, eſt finis vltimus & pri-
mus: & ideo agens naturale tm̃ vnum intendit, & eius non eſt effectus niſi vnus
ab eo vnum tm̃, vt ſic, procedit: agens autẽ, quod ipſum eſt finis ſuę actionis, non
ordinatur ad vnum finem, nec ad plures, ſed ipſe agens eſt ipſe finis: ideo ab eo
nihil prohibet euenire plures effectus: ex hoc apparet peccatum illorum, cum
nullam differentiam fecerint inter agens mere naturale, & agens liberum. (Et
huiuſmodi rationes.) Declarat defectum rationis, quaſi concludendo. d. & hu-
iuſmodi rationes, vult dicere Alpharabij, & Auicen. probant argumentaliter. i.
probabiliter: vel forte vult dicere, quod rationes eius contra illos ſunt probabi-
les: arguit. n. per locum a maiori de intellectu agente, declarans quod ipſe cum
ſuo effectu non diuerſus ſit, & quãto maxime in ſubſtantijs ſeparatis: modo, quaſi
vult dicere, quod rationes eius contra illos ſunt probabiles. Et hęc expoſitio vi-
detur mihi vera propter id, quod dicet: & declarat qualiter eſt poſsibilis, qm̃ prę
ſupponit vnum quaſi falſum, ſ. quod in intellectu ſit nõ compoſitio aliqua: modo
hoc eſt falſum, quod declarat, d. & agens intellectuum humanorum, ſ. rerum co

A ruptibilium eſt prius intellectu poſsibili, & non eſt generabilis & corrupti-
bilis,quia omnia recipit:et hoc ſignat,quod in anima eſt quędam compoſitio ex
intellectu a‹✓e›nte priori,& intellectu poſsibili poſteriori & ſic aſſumptum con-
tra illos eſt falſum. Vel poteſt tertio exponi. & forte melius: vt dicamus quod
ipſe velit,quod rationes illorum ſunt probabiles, quoniam ſunt modo ſolutę ab
eo:& tunc iſte.§.Et agens intelligibilium,&c.eſt ſolutio cuiuſdam dubij:quō poſ
ſet quis dubitare,tu dixiſti,quod intellectus agens & ſuus effectus ſunt vnum,et
per conſequens poſſet quis credere, quod ibi non ſit compoſitio, ideo ſoluit in
his verbis,volens quod licet agens intellectus ſit vnus cum rebus intellectis,vt Differentia
dicam in diſputatione ſeptima,eo quia ſunt eius effectus:nō tamen oportet quod inter intelle
agens, & poſsibilis ſint vnus omnibus modis: quoniam poſsibilis non eſt effe- ctum poſsi-
ctus agentis,eo quia poſsibilis intellectus eſt ſimpliciter incorruptibilis,ſicut & bilē, & agē-
agens,qui non habet agentem pro cauſa,ſicut nec econtra,licet agens ſit plus p tem.
fectione ipſo poſsibili,vt dictum eſt tertia de anima,tex.com.19.& hec expoſi-
tio eſt mihi valde conſona ex verbis Auerrois hic:nec poſſum tibi al‹✓e›ẍ expo-
nere,tum propter inordinationem traductoris, tum propter corruptionem, quæ
accidit in libro,tum propter rei difficultatem:et bonum eſt,vt perſiſtas plus.(Et
reſponſio vera.)Redit ad ſoluendum vltimo argumentum Algazel. & dicit: &
reſponſio vera prędictorum,ſ.argumentorum, tuxta philoſophi opinionem, eſt
B hęc, ſ. quod eſſe rerum ipſarum eſt in colligatione earum inuicem conſiſtens:
vt materia cum forma,& mundi partes ſimplices,quē inuicem colligantur,ſup.tu
non habent eſſe niſi in colligatione earum adinuicem: dicimus quod eſſe ipſarū
ſequitur earum colligationem. Et, ſi litera non eſt corrupta, puto quod hoc fun-
dat vnum,quaſi principium,quod omne compoſitum non conſiſtit, niſi in colli-
gatione partium adinuicem;quō,vt dicit ipſe primo Phy.com.17.totum non eſt
aliud a partibus ſimul ſumptis,ideo eſſe ipſarum eſt eſſe in colligatione: ideo vi-
demus partem abſciſſam a toto eſſe ęquiuoce partem,vt dicit philoſophus in mul
tis locis naturalis ſcientię & Metaphy.hoc ſuppoſito arguit, & ſyllogiſmus de-
bet componi ſic:omne dans colligationem aliquibus, vel a icui, dat eſſe illi,vel
illis tanquam agens:ſeu Deus dat colligationem oībus entibus: ideo,vtſupra:&
ideo ponit veritatem dicens,& ſi ſic:ergo dans colligationem eſt dans eſſe.(Et
quia quodlibet colligatum) declarat quō primus ſit vnus, & cā omnium:& pri-
mo dicit,& quia quodlibet colligatum,id eſt,compoſitū vnitur,id eſt,eſt vnū ex
aliqua re,a qua ſit vnum; vnde ſecundo de Anima com.7. declarat Auerroes
qualiter compoſitum eſt vnum per vnam formam,quę eſt ei cā eſſendi,& vnita
tis,& vnum,ex quo colligatur,ſ.illud compoſitum,procedit ab vno,vult dicere
agente per ſe ſemper exiſtens,quod eſt Deus:ſequitur, quod hic ſit vnus ſolus p
C ſe exiſtens. Ex hoc declarat quō illud vnū ſit cā omnium,& dicit:& oportet ꝙ
ille vnus det vnam rem per ſe:& ex hac vult dicere, procedunt entium ſpecies
ſecundum ipſarum naturalem diuiſionem,id eſt,differentias proprias:& influitur
ab illa vnitate data in quolibet ente eſſe illius entis,donec ad primam perueniat
vnitatem.Deinde ponit exemplum.d.ſicut calor cuiuſcunq; calidarum rerum a
primo calido procedit,ſ.ab igne: vult dicere,ſic omnia entia procedunt a primo.
D.ſoluit quoddam dubium,quō poſſet quis dicere,quō eſt poſsibile quod vnum
ſit cauſa vnitatis inter eſſe intelligibile,ſicut eſt eſſe intelligentiarum,& eſſe ſen
ſibile,ſicut eſt eſſe corruptibile:iſtę enim differunt:ergo,non poſſunt eſſe colliga
tę,adeo quod ex eis proueniat vnum. Reſpondit,d.& hoc modo concedit Ariſ.
eſſe ſenſibile,& intelligibile,& dicit:quod mundus eſt vnus, & vult dicere fa-
ctus ex eis ſic diuerſis,& ab vno procedit;& quod vnum eſt cauſa vnitatis quo-
dammodo,& cauſa pręſentantio alio modo:concludit modo ſolutionem totalem
d.patet ergo ex his pręmiſsis ꝙ hoc eſt vnum ens, ex quo vna ſimplex virtus
influitur, a qua omnia entia eſſe habent: & patet ꝙ multa ſunt entia proceden-
tia ab illo vno,inquantum illud vnum ſequitur pluralitas de neceſsitate: & iſta
eſt ſolutio vltima Auer.an ſolutionibus prędictis ad illud argumentum.

SED HIC SVNT LOCA quæſtionis. Et primo, quid ſit iſta virtus, per Tertia qō.
quam entia ligantur & ſunt vnum,vtrum ſit effectus Dei prouenient in omnibus

rebus, aut qualitas, aut ſubſtantia, aut quid. Secunda difficultas eſt, quia non D
videtur ſolutio ad propoſitum: quoniam, non apparet adhuc quomodo Deus
vnus poſsit cauſare tot diuerſa entia: quoniam, & ſi producat illam virtutem,
per quam eſt cauſa tot diuerſorum entium, adhuc quærerem quomodo virtus il-
Opinio. la eſt cauſa illorum. Pro intellectu igitur omnium, dicam primo opinionem
cuiuſdam. vnam, quam vidi in quodam libro de ſubſtantia orbis, qui exponit Auerro. &
modo non habeo ipſum: attamen, vt puto, dictum eſt ibidem, quod Deus eſt
vnum ſimplex, a quo producitur vna qualitas ſpiritualis, quæ recipitur in om-
nibus entibus extra Deum, per quam ligantur omnia entia ligatione maiori,
quam ſit per villos, & lacertos in animali; & mediante iſta, Deus eſt cauſa
omnium, quę ſunt in vniuerſo. & pro hoc facit Auerro. 2. Cœli. commen. 71. vbi
dicit. ſi totus orbis eſt quaſi vnum animal: ſed non eſt quaſi vnum animal liga-
tum multis ligamentis, ſicut animal diſsimilium partium: vult dicere compo-
ſitum ex partibus etherogeneis, ſed eſt ligatum prima potentia ſpirituali diui-
ſa in ſu..ſo: hoc igitur vnum corpus per vnam potentiam ſpiritualem, quæ
eſt in eo, debet habere magnitudinem terminatam, & reliqua. poſt, ibidem qui-
buſdam interpoſitis, dicit. Et ſimiliter intelligendum eſt quod vltimus orbis
mouet alios orbes ſcilicet ſicut dicitur quod in nobilibus mouet totum. Verbi
gratia, cor mouet reliquum corporis: quoniam iſta prima potentia ſpiritualis E
non diuiditur in alijs orbibus, niſi quia diuiditur in iſto orbe, quemadmodum
potentia mouens animal non diuiditur in alijs membris, niſi quia primo diuidi-
tur in corde, & reliqua ibidem lege. Ex quibus apparet plane, quomodo
diſpoſitio mundi eſt in vnitate propter illam potentiam, quæ eſt prima quali-
tas diffuſa in omnibus entibus: & apparet, quomodo ſecundum iſtos, vnum
ſit cauſa multitudinis: vnde, ſicut agens materiale eſt cauſa vnitatis, & eſſe
alijs mediante forma: ita Deus eſt cauſa eſſe, & vnitatis mundi mediante illa vir
Impug. tute ſpirituali diffuſa in omnibus entibus. Sed, licet hęc opinio ſit multum con-
ſona verbis Auerro. hic, & ibi. attamen non videtur mihi conſona, nec poſ-
ſum eam intelligere. ideo arguo contra illam. primo, quoniam vel iſta virtus,
quæ eſt qualitas, eſt vna numero, vel multiplicata ſecundum multitudinem en-
tium. ſi primum, ergo adhuc quęſtio non eſt ſoluta, ſcilicet quomodo, ex quo
iſta eſt vna, poſſet eſſe cauſa tot entium diuerſorum: quoniam ab vno tantum
vnum prouenit. Si vero dicam ipſam eſſe multum ſecundum entia, adhuc eſt
Secundo. locus quęſtionis: quoniam iſta eſt immediate a Deo, ergo ab vno proueniunt
multa. & ſic ratio adhuc ſtat. Secundo, per iſtos iſta qualitas ſpiritualis eſt
accidens. ergo mundus eſt vnus per accidens. & ſic Auerro. ſomniaſſet in illo
commen. 71. 2. Cœli, vbi dixit ꝙ animal ligatum diuinum eſt magis animal, quã
Tertio. animal ligatum generabile: vide eum ibidem: modo hoc non eſſet ita: quoniam F
animal eſt vnum per formam, vt ſecundo de Anima. com. 7. dixit ipſe. Tertio,
vel iſta qualitas ſpiritualis eſt ęterna, vel generabilis: ſi generabilis, ergo vni-
tas, & ligatio mundi eſt per aliquod generabile: & ſic non ſemper, ſi æterna vel
eſt in ſubiecto, vel ſeparata a ſubiecto. Et ſi in ſubiecto, ergo ipſa eſt vnum per
ſubiectum, & non econtra: &, ſi extra ſubiectum, cogita inconuenientia con-
Quarto. tra hoc. Quarto, iſta qualitas eſt minoris perfectionis quam eſſe Dei: ergo, ſi
iſta ſufficit ligare entia, eſſe Dei erit plus ſufficiens ſine iſta, & ſic iſta ſuper-
fluit. Et maxime videtur mihi extraneum, quomodo Deus produxit iſtud acci-
dens vt vniret entia: & tu conſidera multa alia contra hoc. hæc igitur opinio,
vt mihi videtur, non fuit niſi ad verba Auerro. non ad intentionem eius: & ve-
Opinio pro- re eſt purus error. Aliter igitur dicendum. cum proteſtatione dicendi aliter, ſi
pria. mihi aliter prouenit locus dicendi. quod Auerro. in ſolutione præſentis dubij,
tres ſolutiones innuebat, attamen ſunt duæ tantum inuicem non reducibiles:
quarum prima fuit, quod illa propoſitio non debet intelligi de agente æquiuo-
ce dicto cum agente naturali: quia, vt dixi, aliter eſt in agente naturali, ali-
ter in agente primo ſeparato: eo quia agens naturale agit propter vnum tan-
tum finem, & ideo eius actio non eſt niſi vnum & ſimplex: agens autem pri-
mum, cum non agat propter finem, ſed ipſe ſit cauſa actionis, ideo nihil pro-

A hibet agere multa propter ſe & bonitates eius: & hoc fuit dictum ſupra.

Secunda ſolutio eſt modo vltima: &, quia eſt difficilis, primo declaro quid Auerro. intelligat per virtutem illam ſpiritualem diffuſam in omnibus rebus, ſecundo applicabo ad propoſitum ſolutionem. Quantum ad primum, dicendum quod per virtutem ſpiritualem intelligendum eſt eſſe Dei, quod eſſe eſt vnum ſimpliciter numero, ſicut & ipſe Deus eſt vnus numero ſimpliciter: modo iſtud eſſe diffunditur in reliqua entia cauſata a primo, pro quanto illa non ſunt niſi participando idem vnum eſſe numero, quod eſt primum principium omnibus modis: & hoc dicit. 12. Metaphyſico. commento 51. & . 2. Metaphyſico. commen. 4. vnde oportet imaginari quod, ſicut vnus eſt calor per eſſentiam, qui eſt ignis, gratia exempli, a quo proueniunt omnia, quę ſunt calida participando illud vnum: ita vnum eſt eſſe per eſſentiam, a quo proueniunt omnia entia participando illud eſſe vnum ſimpliciter. Ex his ſequitur quod, ſicut forma eſt eſſe compoſiti, propter quod compoſitum eſt vnum ſimpliciter, ita entia vniuerſi omnia ſunt vnum per eſſe, quod habet participatum a primo. Modo, per hoc apparet primum, ſcilicet, cum quæritur quid ſit hęc virtus ſpiritualis, non eſt qualitas, nec accidens, ſed eſt eſſe omnium rerum diffuſum per ſpecies & naturas rerum vſque ad materiam, huic quidem clarius, huic vero obſcurius participatum.

Ad primam quæſtionē.

Nota correlarium.

Quantum ad ſecundum, dicendum ꝙ quia mundus eſt per id eſſe vnum ſimpliciter

B primum, quia vniuerſa colligantur in ente, quod eſt vnum per eſſentiam in primo, ideo habet vnitatem & colligationem, cuius vnitatis & ligationis Deus eſt cauſa: & ſic apparet qualiter Deus eſt cauſa omnium, licet ſit vnus ſimplex ſumme. Ad formam quęſtionis dicendum, ꝙ illa maior, ab vno non prouenit niſi vnum: verum eſt illud ſimpliciter: ſed Deus in eſſe eſt vnus, ergo ab eo non niſi vnum procedit. Et tu dicis: ſed mundus non eſt vnus, apparet hoc qualiter falſum eſt: eſt enim vnus propter eſſe ſimplex primi, quod diffuſum eſt in omnibus entibus, vt apparuit: & ſic apparet intellectus verborum Auerro. hic. & . 2. Cœli loco dicto: & apparet verificatio theologorum noſtrorum, cum dicunt Deum eſſe vbiq; per eſſentiam: volūt enim dicere, quod eſſe eius eſt eſſe omniū, & illo eſſę ligantur omnia: & ſicut membra animalis ligantur anima, ſic mundus ligatur eſſe Dei, quod omnia participant: & tu perſiſte.

Ad ſecūdū.

Quo modo intelligitur Deum eſſe vbiq; per eſſentiam.

Ad oppoſita in principio apparet ſolutio. Et poſtquam ſcripſi iſtud, occurrit mihi modus probabilis multum de illa virtute, & per conſequens de ſolutionis Auerro. intellectu. Et pro illius intellectu oportet accipere vnum. quod omne ens factum non agit niſi per virtutem diſtinctam ab eſſentia: vel ſecundum rem, ſicut forte eſt in generabilibus: vel ſecundum modum, ſicut eſt in rebus ſeparatis: vniuerſaliter tamen dicendum eſt, quod in omnibus agentibus

C extra primum, virtus & eſſe non eſt idem omnibus modis: ſed hoc eſt verum in primo, quod agit per eſſentiam. alia autem, quia agunt per participationem, quia ſunt per participationem, oportet dicere quod virtutes non ſint eis per eſſentiam, ſed quodammodo ſecundum diſtinctionem. Illo igitur ſuppoſito, dicendum, quod omnes virtutes omnium entium ſunt vna virtus numero propter vnum finem, ad quem vltimate ordinantur, qui eſt participatio bonitatis Dei: per hoc eſt reſponſio, quæ eſt data hic, manifeſta, ſcilicet quod Auerro. per virtutem non intelligit eſſe, ſed intelligit virtutes omnium, quæ ſunt propinquæ eſſe ipſi, pro quanto ſequitur eſſe ipſum: & iſta virtus cauſatur a primo, pro quanto omnia entia ſunt ab eo, & diffunditur in omnibus, ſicut dictum eſt. Et per hoc potes reſpondere ad formam quęſtionis, cum quæritur, quomodo mundus multus poteſt procedere ab vno agente. dicendum enim quod, ſicut compoſitum naturale multum procedit ab vno agente, quia ab eo recipit formam, mediante qua conſtituitur in vnitate & colligatione: ita multitudo mundi poteſt procedere a primo, eo quia omnia entia in eo colligantur propter virtutem illam diffuſam in eis, quæ virtus eſt vna numero ſaltem, eo quia ordinatur ad vnū finem numero: & ſic iſte intellectus eſt plus conformis verbis Auerro. ille autem eſt plus conſonus veritati: & ideo tu plus perſiſte.

Propter unū finē oēs virtutes ſunt vna virtus numero.

Ab vno poſſunt plura prouenire.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga.dubitans eis. Dicimus & ſequitur ex hoc vt non ſit in mundo, niſi vna res compoſita ex diuerſis: ſed entia omnia erunt eadem, & quodlibet eorum erit cauſatum vniuſcuiuſq; ſuperioris, & cauſa inferioris vſque ad cauſatum, quod non habet cauſatum, ſicut deuenit ex parte aſcenſus ad cauſam, quę non habet cauſam. Et tamen non eſt ſic, nam corpus apud eos eſt ex forma, & materia, & ex collectione earum ſit quid vnum. nam homo eſt compoſitus ex corpore, & anima: & non eſt eſſe vnius eorum ab alio: ſed eſſe eorum ſimul eſt ab alia cauſa. & orbis ſecundum opinionem eorum eſt ſic; quoniam eſt corpus animatum: & non eſt innouatum corpus ab anima, nec anima a corpore, ſed ambo proueniunt a cauſa alia ab eis. Quomodo ergo inuenta ſunt hęc entia compoſita? an ab vna cauſa? & deſtruetur ſermo eorum non emanat ab vno, niſi vnum: aut a cauſa compoſita? & conuenit interrogatio de illa cauſa, adeo ꝙ deueniat neceſſario ad compoſitum, & ſimplex. nam principium eſt ſimplex, & prouenit ab eo compoſitio, & non imaginatur hoc, niſi cũ tactu. &, cum fuerit tactus, deſtruitur dictum eorum ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc ſequitur eis, cum poſuerint quòd agens primum vt ſit eſt agens ſimplex, quod nobis apparet, ſcilicet vt ſint entia omnia ſimplicia. Attamen hoc ſequitur ei, qui ponit hanc inquiſitionem vniuerſalem omnibus entibus. qui vero diuidit ens in ens ſeparatum, & ens materiale ſenſibile; ipſe quidem ponit principia, ad quæ aſcendit ens ſenſibile, diuerſa a principiis, ad quę aſcendit ens intelligibile. & ponit quidem principia entium ſenſibilium materiã, & formam; & ponit aliquod eorum agens aliquorum, adeo quòd deuenit ad corpus cœleſte; & ponit ſubſtantias intelligibiles aſcendere ad primum principium, quarum eſt principium ad ſimilitudinem formę, & ſimilitudinem finis, & ſimilitudinem agentis. & hoc totum eſt declaratum in libris eorum. Et afferamus hanc propoſitionem communem, & non ſequentur hę dubitationes, & hęc eſt opinio Ariſt. a Attamen hęc propoſitio, dicens quòd ab vno non emanat, niſi vnum, eſt propoſitio in qua conuenerunt Antiqui Philoſophorum, cum perſcrutarentur de principio primo mundi ſpeculatione topica. iſti tamẽ opinantur eſſe ſpeculationem demonſtratiuam, faciendo inductionem in vniuerſali, in eo ꝙ primum principium eſt vnum omnibus, & vnũ neceſſe eſt vt non emanet ab eo, niſi vnum. &, cum fuerint apud eos hę duæ radices, perquirunt vnde prouenit multiplicatio. & hoc quidem, poſtquàm eſt inconueniens apud eos, opinio antiquior iſta, & eſt ꝙ

a Examinatio huius propoſitionis, Ab vno nõ prouenit, niſi vnum.

A prima principia ſunt duo, vnum quidem ad bonum, & aliud ad malũ. nam impoſsibile eſt apud eos vt principia contrariorum ſint vnum. & viderunt quòd contrarietates vniuerſales, quæ includunt omnia cõtraria, ſunt bonum, & malum: vnde exiſtimauerũt ꝙ neceſſario principia ſunt duo. Et, cum conſiderauerint Antiqui entia, & viderũt omnia tendere ad vnum finem, & eſt ordinatio reperta in mundo, ſicut ordinatio reperta in exercitu ex parte principis exercitus, & ordinatio reperta in ciuitatibus ex parte gubernatorum ciuitatum, crediderunt ꝙ mundus neceſſario eſt huiuſmodi: & crediderunt propter bonũ repertum in omni ente ꝙ malum fit per accidens: vt ſunt condemnationes factæ à gubernatoribus probis ciuitatum, ꝙ ſunt mala poſita propter bonum, non autem prima intentione. nam ſunt hic ex bonis aliqua, quæ impoſsibile eſt vt reperiantur, niſi admiſceatur eis malum, ſicut eſt in eſſe hominis, quod eſt compoſitum ex anima intellectiua, & anima beſtiali. & determinauit ſapientia apud eos vt reperiatur bo-

B num magnum, licet admiſceatur ei malum paruum. quoniam eſſe bonum magnum cum paruo malo eſt melius, quàm priuatio boni magni propter malum paruum. Et, cum patuit apud eos in fine ꝙ primum principium neceſſe eſt vt ſit vnum, & aduenit hæc dubitatio de vno, reſponderunt ei tribus reſponſionibus. Nam aliqui putauerunt ꝙ multiplicatio prouenit ex materia: & eſt ſecta Pythagorica, & ſocietas eius: & aliqui putauerunt ꝙ multiplicatio proueniat ex multiplicatione inſtrumentorum: & aliqui putauerunt ꝙ multiplicatio proueniat ex mediis. Et primus, qui hoc poſuit, fuit Plato. & eſt ſufficientior his opinionibus. quoniam interrogatio adhuc conuenit duabus aliis reſponſionibus, & eſt vnde prouenit multiplicatio materierum, & multiplicatio inſtrumentorum. & quicunque concederint hãc propoſitionem, illud dubium eſt commune eis. & dubitatio de modo, quo prouenit multiplicatio ab vno, ſequitur eis, ſ. ei, qui confitetur ꝙ ab

Pythagorici dubitauerunt an multiplicatio ꝓueniat à materia.

G vno non prouenit, niſi vnum. famoſum vero hoc tempore eſt contrarium huius, & eſt ꝙ vnum primum emanat ab eo emanatione prima omnia entia diuerſa. & ſermo dubius in hoc tempore cum hominibus noſtræ tempeſtatis eſt in hac propoſitione. Id autem, cum quo dubitauit Alga. ſectæ Peripateticorum, non ſequitur eis: & eſt ꝙ, ſi multiplicatio proueniret ex parte mediorum, nõ ſequitur profecto ex hoc, niſi multiplicatio ſimplex. & quodlibet eorum eſt compoſitũ ex multitudine. quoniam Philoſophi tenent ꝙ hic ſit multiplicatio vtroque modo: multiplicatio quidem rebus ſimplicibus, & ſunt entia ſimplicia, quæ non ſunt, in materia, & vnumquodque eorum eſt cauſa alterius, & aſcendunt omnia ad vnam cauſam, quæ eſt de genere eorum, & ipſa eſt prima in hoc genere: & multiplicatio in corporibus cœleſtibus prouenit ex multitudine horum principiorum: & multiplicatio, quæ eſt ſub corporibus cœleſtibus, prouenit ex materia, & forma, & corporibus cœleſtibus, & nõ ſequitur eis aliquid huius dubitatio-

nis. Et corpora cœleſtia mouentur primo ex motoribus eorum, qui D non ſunt in materia omnino: & formæ eorum, ſ. corporum cœleſtium emanat ab iſtis motoribus: & formæ eorum, quæ ſunt ſub corporibus cæleſtibus, emanant à corporibus cœleſtibus, & aliquæ ab aliquibus, ſiue ſint formæ corporum ſimplicium, quæ ſunt in materia prima, quæ non eſt generabilis nec corruptibilis, ſiue formæ corporum compoſitorum ex corporibus ſimplicibus: & compoſitio in iſtis eſt propter corpora cœleſtia. hæc eſt opinio eorum in ordinatione hic reperta. Res autem, quæ mouerunt eos Philoſophos ad hanc opinionē, non poſſunt declarari hic. quoniam hæc declaratio eſt fundata ſupra radices, & propoſitiones multas, quæ declarantur in multis artibus, & cum artibus multis, quarum vna eſt ſub altera. Philoſophi vero Maurorum, vt Auiyeſa, & Auicenna, quia confitentur aduerſario ꝙ agēs, quod non apparet nobis, eſt ſicut id, quod apparet nobis: & vnum agens non prouenit ab eo, niſi vnum actum. &, cum primū apud omnes ſit vnum ſimplex: difficile eſt profecto eis prouenire multiplicationem ab eo: adeo ꝙ res ipſa coegit eos vt non ponant primum motore E motu diurno, ſed dixerunt ꝙ primum ſit ens ſimplex, ex quo emanauit motor orbis magni, & emanauit à motore orbis magni orbis magnus, & motor orbis ſecūdi, qui eſt ſub magno. qm̄ hic motor eſt cōpoſitus ex eo, quod intelligit de primo, & ex eo, quod intelligit de ſe ipſo. Et hic eſt error ſecundum eorum radices. nam intelligens, & intellectum eſt idem in intellectu humano, quanto magis in intellectibus ſeparatis. & hoc totum non ſequitur ſermoni Ariſto. nam agēs vnum, quod nobis apparet, ſi emanauerit ab eo actio vna, non dicitur cum agente primo, niſi æquiuoce. agens enim primum, quod non nobis apparet, eſt agens ſimpliciter: quod vero apparet, eſt agens ſecundum quid. & agens ſimpliciter non emanat ab eo, niſi actio abſoluta: actio autem abſoluta non appropriatur acto præter actum. &, cum hoc probat Ariſto. ꝙ agens intellectorum humanorū eſt intellectus F mundus materia, ſcilicet ex eo ꝙ intelligit omnia. Et ſic etiam probat ꝙ intellectus paſsibilis non eſt generabilis, nec corruptibilis ex eo, quòd recipiet omnia. Et reſponſio huic opinioni ſapientis, quòd res, quæ non poſſunt eſſe, niſi cum copulatione adinuicem, vt eſt copulatio materiæ cum forma, & copulatio partium mundi ſimplicium adinuicem, eſſe quidem earum ſequitur earum copulationem. &, cum ſic fuerit, igitur dans copulationem dat eſſe. &, cum omne copulatum copulatur re, qua eſt vnum: & vnum, cum quo copulatur, ſequitur ab vno, quod exiſtit per ſe: neceſſe eſt vt ſit hic vnum ſeparatum exiſtens per ſe, & neceſſe eſt vt iſtud vnum tribuat vnum per ſe. Et iſti modi diuidūtur in ſpecies in entibus ſecundum naturam eorum, & prouenit ex hac vnitate attributa vnicuique enti eſſe huius entis ſibi proprium, qua eſt vnum. & omnia aſcendunt ad vnitatem primam: ſicut peruenit caliditas, quæ eſt in quolibet ente. rerum ca-

Intelligēs et intellectum eſt idē cū intellectu humano.

A lidarum à calido primo, quod eſt ignis, & ad id perueniunt. &, cum hoc fecit vnionem Ariſtote. inter eſſe ſenſibile, & eſſe intellectuale, & dixit ꝙ mundus eſt vnum, quod emanauit ab vno, & ꝙ vnum eſt cauſa vnitatis quodammodo, & cauſa multitudinis quodammodo. & in eo, quod fuit poſsibile ei, perſcrutatus eſt in hoc. & propter difficultatem huius rei non intellexerunt eum multi, qui venerunt poſt eum, vt diximus. Et, cum hoc ſic fuerit, manifeſtum eſt ꝙ hic eſt vnum ens, à quo emanat virtus vna, qua reperiuntur omnia entia: &, quia ſunt multa, igitur ex vno, quod eſt vnum, neceſſe eſt vt ſit multitudo, aut ipſa emanet, voca eam vt vis. Et hæc eſt diſpoſitio dicti ſui: & eſt aliter, quam id, quod dixit dicens ꝙ ab vno emanat vnum. & vide hunc errorem, quantum eſt magnus ſapientibus, & tua intereſt intelligere hoc dictum eorum, an ſit demonſtratio, vel ne, ſ. in libris Antiquorum, non autem in libro Auicennæ, aut aliorum, qui mutauerunt opinionem Philoſophorum in ſcientia Diuina, adeo ꝙ facta eſt exiſtimatio. Deſunt iſta i vetuſtiori.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicet, cum patefacta fuerit opinio noſtra, aufertur dubitatio. nam entia diuiduntur in ea, quæ ſunt in ſubiecto, vt ſunt accidentia, & formæ, & ea, quæ non ſunt in ſubiecto: & iſta diuiduntur in ea, quæ ſunt ſubiectum aliorum, vt corpora: & in ea, quæ non ſunt in ſubiecto, vt entia, quæ ſunt ſubſtantiæ conſiſtentes in ſe: & diuiduntur in ea, quæ imprimuntur in corporibus, & ea appellamus animas: & in ea, quæ non imprimũtur in corporibus, ſed in animabus, & appellamus ea intelligentias abſtractas. entia autem, quæ ſunt in ſubiecto, vt accidentia, ſunt innouata, & habent ſubiecta innouata, & perueniunt ad principium, quod eſt innouatum aliquo modo, & antiquum aliquo modo: & eſt motus circularis, de quo nõ loquimur. Loquimur vero de exiſtentibus per ſe, nõ in ſubiecto, & ſunt tria, ſ. corpora, & ſunt viliora: & intelligentiæ abſtractæ, nullam habentes dependentiã a corporibus, niſi dependentiam agẽtis, nõ innatam eis, & ſunt excelſiora: & animæ, quæ ſunt media: habent enim dependentiam in corporibus aliqua ſpecie dependentiæ, & eſt impreſsio, & actio in eis. nam ſunt media in dignitate, quia imprimuntur ab intellectibus, & imprimunt in corporibus. Vlterius corpora ſunt decem: quorum nouem ſunt orbes: decimũ vero materia, quæ eſt corpus ſub concauitate orbis Lunæ: & orbes nouem ſunt animalia, habentia quidem corpora, & animas, & habent influxum in entibus, vt dicemus, videlicet ꝙ primum principium emanat ab eſſe eius prima intelligentia, & eſt ens exiſtens per ſe, quod non eſt corpus, nec eſt virtus in corpore, & ſcit ſeipſum, & ſcit principium ſuum. id autem appellauimus primã

C

intelligentiam:& non curamus de appellatione Angeli, aut intelle- D
ctus, aut cuiuſuis nominis. Et ſequuntur ab eſſe eius tria, ſcilicet in-
telligentia, & anima orbis ſuperioris, & eſt orbis nonus, & corpus or-
bis ſuperioris. deinde ſequitur ab intelligentia ſecunda intelligentia
tertia, & anima orbis noni, & corpus eius. deinde ſequitur ab intelli-
gẽtia tertia intelligẽtia quarta, & anima orbis Saturni, & corpus eius.
& ſequitur ab intelligentia quarta intelligentia quinta, & anima or-
bis Iouis, & corpus eius: & ſic vſquequo deueniat ad hoc, quod ſequa-
tur ab ea intelligentia, & anima orbis Lunæ, & corpus eius, & intel-
ligentia vltima, quæ appellatur intellectus agens. deinde ſequitur ſub
orbe Lunæ materia, recipiens generationem, & corruptionem ab in-
tellectu agente, & naturas operationum. Vlterius materiæ miſcen-
tur propter motus orbium, & ſtellarum diuerſis mixtionibus, ex qui-
bus proueniunt mineræ, & plantæ, & animalia. & non eſt neceſſe vt
ſequatur ex vnaquaque intelligentia in infinitum: quoniam iſtæ in-
telligentiæ ſunt diuerſarum ſpecierum, & quod eſt vni eorum nõ eſt E
in aliis. Et ſequitur ex hoc, ꝙ intelligentiæ poſt primum principium
ſint decem, & orbes nouem. & ſumma ex iſtis principiis excelſis poſt
primum decem & nouem. & prouenit ab hoc, ꝙ ſub vnaquaque intel
ligentiarum primarum ſint tria, intellectus, anima orbis, & corpus
eius. & impoſsibile eſt quin in principio eius ſit trinitas proculdubio.
& non imaginatur multitudo in intellecto primo, niſi vno modo, &
eſt vt ipſe intelligat principium ſuum, & intelligat ſeipſum, & ipſum
in conſyderatione ſui eſt poſsibile in eſſe, quoniam neceſsitas eſſe eius
eſt ab alio, non ex ſe. & iſta tria ſunt diuerſa. & nobilius tribus cau-
ſatis debet ei attribui nobilior his rebus, & emanat quidem ab eo in-
telligentia, ex eo ꝙ intelligit principium ſuum, & emanat anima or-
bis, ex eo ꝙ intelligit ſeipſum, & emanat corpus orbis, ex eo ꝙ eſt poſ
ſibilis in eſſe ex ſe. Et oportet vt dicamus vnde proueniat hæc trinitas
in cauſato, & tamen principium eius eſt idem. Et dicimus quòd non
conſequitur à primo principio, niſi vnum, & eſt ſubſtantia huius in- F
telligentiæ, qua intelligit ſeipſam, & ſequitur ei neceſſario ex ſeipſa,
non ex parte principii, vt intelligat principium: & ipſa tamen in ſe eſt
poſsibilis in eſſe, & non habet poſsibilitatem à primo principio, ſed
ex ſeipſa. nos autem non negamus reperiri vnum ab vno, ad quod ſe-
quitur cauſatum, non ex parte principii, ſed ex rebus neceſſariis relati
uis. & ex eo prouenit multitudo, & ſit in hoc principium multitudi-
nis. Et ſecundum hunc modum poſſunt compoſita eſſe contigua ſim-
plicibus, cum impoſsibile ſit abſque contactu. & impoſsibile eſt eſſe
aliter: & eſt id, quo datur iudicium in eo. & hic eſt ſermo in intelligen
do opinionem eorum, & quietationem intellectus in ea.

Inducit Alga. reſponſionem pro philoſophis, & dicit. ait Alga. reſpon-
dens pro philoſophis. & loquitur ſuſpenſiue vſque ad dubium. 14. vnde dicit,
& ſi aliquis diceret, quod hoc dubium facile poteſt remoueri, & dixit ꝙ loqui-

A tur ſuſpenſiue, quia ſtatim in dubio.14.impugnabit iſtud: & ponit modum, quo quis poteſt pro philoſophis reſpondere, quia dicit, quia entia diuiduntur ad id, quod eſt alterius ſubiectum, vt corpus, & ad quod non ſic ſe habent vt ſubſtantiæ per ſe exiſtentes: eſt ergo diuiſio ꝙ ens diuiditur in corporalia, & ſpiritualia. Deinde ſubdit ſpirituale. d. & hæc pars in duas diuiditur partes: quarum prima, vult dicere eſt, quod agit in corpus tanquam principium motus, & operationum corporis: & hæc dicitur anima tam corporibus generabilibus, quam æternis communis: ſecunda vero, quæ non agit in corpore, ſed in anima, eo modo, quo finis agit in agens, vel agens in formam educendo vel creando illam, & dicitur intellectus ſeparatus. (Entia tamen.) Remouet quoddam dubiū, quoniam hæc diuiſio non eſt ſufficiens, quia dimittit aliquod: ſoluit. d. entia tamen, quæ in ſubiectis conſiſtunt, vt accidentia, innouantur, & habent ſine dubio ſubiectum nouum, & perueniunt ſine dubio ad nouum principium quodammodo, id eſt, generabile quodammodo, & continuum, id eſt, æternum quodammodo, & hic eſt motus circularis: eſt ergo prima ſolutio, ꝙ ideo non fecimus mentionem de his, quia iam manifeſtum eſt illa reduci ad vnum primum, quod eſt manifeſtum, (Et de talibus.) Quaſi innuit ſecundam ſolutionem. d. & de talibus modis non curamus, immo curamus de radicibus per ſe exiſtentibus non in ſubiecto. i. de ſubſtantijs, vult dicere, quia dicendo de iſtis erit dictum de

B accidentibus. (Quæ). ſ. ſubſtantiæ. Comparat radices inter ſe, & dicit, quæ ſcilicet ſubſtantiæ, ſunt ſine dubio tres. ſ. corpus, & iſtæ vilior iſtis tribus, vult dicere in iſtis tribus ſcilicet anima, & intelligentia, & intelligentia non innitens dependentiam, vult dicere, non cauſans dependentiam de corporibus, id eſt, in corporibus niſi dependentiam actionis non impreſſionis, & eſt nobilior iſtis tribus ſcilicet anima & corpore. Et debes intelligere ꝙ ipſa in iſtis tribus eſt quid melius alijs. Debes ſcire ꝙ ſicut quatuor ſunt cauſæ, ita quatuor ſunt dependentiæ: ideo in propoſito poſſunt eſſe duæ dependentiæ ſcilicet finis, & vocatur dependentia actionis, quia cauſalitas finis non eſt cauſa eſſe agentis, ſed actionis agentis: & dependentia impreſſionis, quæ eſt dependentia agentis, quoniam agens imprimit dando eſſe vel operari: voluit ergo ꝙ intelligētia non cauſat niſi dependentiam actionis, id eſt, non ſit cauſa niſi in genere finis, et nō cauſaret dependentiam impreſſionis. i. non eſſet cauſa in genere agentis. (Et animæ, quæ.) Accipit tertiam rē, & dicit, & animæ, quæ ſunt mediæ inter iſtas naturas ſcilicet intelligentiam, & corpus, & habent aliquam dependentiam ad corpus, id eſt, ſunt cauſa corporis, videlicet actionem, vult dicere in genere finis, & impreſſionem, vult dicere in genere agentis: quoniam animę cœlorum & generabilium ſunt finis corporum illorum, & agentia operationum illorum,

C vt ſcis, apparet modo diuiſio entis, & membra eius. (Rurſus corpora.) Vult ponere motiuum, & ordinem horum diuerſorum, & dicit, rurſus corpora, ſunt decē ſcilicet nouem orbes, & decimum eſt materia: apud enim iſtos materia eſt corpus, vt apparet ab Auic. in primo ſuę ſufficientię: vel forte, per materiam intelligit corpus generabile, & q. d. ꝙ corpora omnia ſunt decem ſcilicet nouem orbes cœleſtes, & corpus generabile eſt decimum. (Nouum vero.) Declarat diſpoſitionem orbium. d. nouem vero orbes, ſcilicet ſunt animati. ſ. ſunt corpora cum animalibus, vnde ſecundum iſtos, quilibet orbis eſt vnum animal colligatum ex anima & corpore habens motum, & operationem vnam. (Et habens.) Exponit ordinem eorum. d. & habent ordinem in eſſe hoc modo, videlicet ꝙ a primo principio, qui eſt Deus. & motor extra vniuerſum influitur, id eſt, cauſatur primus intellectus, id eſt, prima intelligentia, qui eſt per ſe exiſtens, id eſt, nulli inhærens, nec per aſsiſtentiam, nec per informationem, & non eſt corpus, nec virtus in corpore, cognoſcens ſeipſum & ſuum principium, id eſt, Deum. (Et procedunt.) Exponit quomodo iſtud cauſat reliqua. d. & procedunt ab eo tres res. ſ. intellectus, vult dicere proximę ſphęrę, qui mouet vt finis reſpectu illius, ſicut ipſe reſpectu ſui, & anima nonę ſphęrę, & corpus ſupremę ſphęrę. (Deinde ab eodem intellectu ſecundo.) Vult dicere cauſato ab iſto primo procedit tertius intellectus, qui adhuc mouet vt finis reſpectu ſui orbis, & anima

Sicut quatuor ſūt cauſę, ita quatuor dependentię.

Qualiter materia dicitur plenitudo orbis lunę.

firmamenti.ſ. octauæ ſphæræ,& eius corpus. Deinde ab intellectu tertio proce- D
dit quartus, ſcilicet qui mouet, vt finis reſpectu proximi orbis, & anima or-
bis ſaturni,& eius corpus. Deinde, donec peruenit ad intellectum,ex quo pro-
cedit intellectus,& anima,& corpus lunæ orbis, & vltima intelligentia, quæ
ſcilicet procedit in eſſentia ab intelligentia lunæ, quæ intelligentia agens dici-
tur,deinde ab iſta cauſatur plenitudo lunæ orbis,ſcilicet materia recipiens ge-
nerationem & corruptionem de agente intelligentia, id eſt, a colcodea. Debes
ſcire, ꝙ materia dicitur plenitudo lunæ orbis, pro quanto eſt effectus ſimilis
orbi lunæ cauſatus immediate poſt illum ab intellectu agente ſecundum iſtos:
vel forte dicitur plenitudo, pro quanto totam ſphæram actiuorum implet: &
tu conſidera. Deinde proſequitur ordinem. d. rurſus fiunt, deinde, poſt genera-
tionem materiæ mixtionis materierum alijs de cauſis, vult dicere alijs cauſis
concurrentibus, & declarat quomodo. d. radij nanque ſiderum mixtiones ha-
bent, vult dicere in potentia actiua, ſicut virtus genitiua animam, ex quibus
fiunt mineralia,& plantæ,& animalia.(Et non oportet.) Soluit quoddam du-
bium: poſſet quis dicere, quare, poſt intelligentiam actiuorum & paſſiuorũ non
fuit facta vlterius alia intelligentia ab illa alia: & ſic inde ſoluit. d. & non opor
tet ꝙ a quolibet intellectu procedat intellectus ad infinitum, id eſt, vlterius:
hæc namque intelligentiæ differunt ſpecie, vult dicere, quod non eſt eadem ra-
tio de vltima,& de alijs, quoniam differt ſpecie ab illis: ideo iſta non produ- E
cit amplius aliam, quia huius naturæ, illæ autem ſic, quia huiuſmodi naturæ.
Sic apparet ſolutio quæſtionis.(Patet ergo.) Concludit ordinem, & diſputa-
tionem harum intelligentiarum. d. patet ergo ex iſtis, ꝙ intelligentiæ poſt pri-
mum ſunt decem, & orbes nouem. ergo omnia iſta mobilia principia, id eſt, in-
telligentię mouentes, vt finis tantum, ſunt decem poſt primum principium, vult
dicere dato primo principio. Deinde declarat diſpoſitionem cuiuslibet intelle-
ctus. d. etiam ſub quocunque intellectu tres continentur res computando ipſum,
ſcilicet intellectus ipſe, & anima orbis, & corpus ipſius, ſcilicet animæ. Dein-
de dat quaſi cauſam correlarie, quare primum principium non potuit niſi vnũ
cauſare. d. & ideo oportet quod in ſuo principio trinitas nulla poſsit imaginari
pluralitas in primo intelligibili: ſic reperitur litera in libro meo, & forte eſt cor
rupta, vel translator male tranſtulit, vt reputo: ſed quomodocunque, debet ſic
ordinari, & ideo oportet ꝙ in ſuo principio primo intelligibili nulla poſsit ima
ginari pluralitas trinitas, id eſt, pluralitas trinaria niſi vno modo tãtum, in alio
autem oportet, videlicet prout intelligit ſuum principium & ſeipſum: & ſic de-
bet legi iſta litera, & tunc apparet ſolutio, quare primum vnum tantum cauſat,
& ſecundum tria: primum enim vnum tantum, quia non intelligit niſi ſe, reli-
quus autem pro quanto intelligit primum, & ſe poteſt cauſare multitudinem. F
(Vnde reſpectu ſui.) Soluit quoddam aliud dubium, poſſet quis dicere, vtrum
primus intellectus cauſatus a primo motore vniuerſi ſit neceſſe eſſe, an natura-
liter eius poſsibile: ſoluit. d. vnde reſpectu ſuijpſius, id eſt, natura eius eſt poſsi-
bilis eſſe, neceſsitas enim ſui eſſe conſiſtit in alio, non in ſeipſo. vult dicere ꝙ
natura eius eſt natura poſsibilis, attamen ab alio eſt perpetua & ſempiterna.
(Ecce ergo.) Remouet aliud dubium: ex quo intelligentia immediata produ-
cta a Deo producit tria propter diſpoſitionem multam, quam habet, quoniã per
illas diſpoſitiones producit illa tria. Soluit. d. ecce ergo, ꝙ hæc res ſunt tres di-
uerſæ, vult dicere productę ab illa, quia intelligentia proximi orbis, anima ſui
orbis, & ſuus orbis: vnde nobilior trium tãtorum debet nobiliori attribui, ergo
ſuum principium: ſic habet litera mea, ſed eſt corrupta, & debet dici: ergo prout
intelligit ſuum principium, & anima orbis, prout intelligit ſeipſum, eſt corpus
orbis inquantum eſt apud de ſeipſo: & ideo inueſtiganda eſt iſta trinitas rerum
factarum ab illa vna, vnde procedit in cauſato ꝙ ſuum principium ſit vnum,
& tamen ipſum ſit tres res, vt vides: & voluit dicere ꝙ tu debes hic perſiſtere,
qm̃ eſt difficile: & forte ly vnde procedit in cauſato, debet continuari cum lite-
ra, quæ ſequitur, ita ꝙ ſit quaſi quædam quęſtio, quæ ſic mouetur: vnde proce-
dit in cauſato, ꝙ ſuum principium ſit vnum, id eſt, quod Deus ſit ſimplex ſecũ-

A dum eſſe, & virtutem: &, tunc per literam ſequẽtem innuit ſolutionem. d. vnde dicimus ꝙ a primo principio non procedit niſi vnum, videlicet ſubſtantia huius intellectus, ex quo intelligit ſeipſum: hæc reſponſio primo aſpectu non videtur eſſe ad punctum quæſtionis: ſed dico quod voluit dicere, quod ideo fuit vnus, quia talis. Et eius naturam non poſſumus ſcire aliter, niſi quia effectus eius eſt vnus: vel poteſt tertio illud verbum, vnde procedit in cauſato, exponi ſic, vt dicamus ꝙ intentio quæſtionis eſt iſta, videlicet, vnde procedit in cauſato quod ſuum principium ſit vnum, id eſt, vnus effectus: quod enim dicitur principium vnum, quod vnum tantum producit: eſt ergo ſenſus quæſtionis, vnde procedit in cauſato, quod eius effectus & efficiens ſit tantum vnum in cauſando: & tunc verba ſequentia ſunt manifeſta: vnde dicimus ꝙ a primo principio non procedit niſi vnum, videlicet ſubſtantia huius intellectus, ex quo intelligit ſeipſum: & hæc tertia expoſitio eſt mihi plus apparens, & vera in ſe. Deinde vltimo remouet quoddam dubium, poteſt enim quis quærere, ex quo primus intellectus cauſatos intelligit, & eſt neceſſario, quomodo poteſt eſſe a primo. Vel poteſt quæſtio eſſe: primum neceſſario cauſat, quomodo effectus poteſt eſſe contingens: & ambo ſunt boni ſenſus. Ad ſecundum tamen ſenſum reſpondet, ex quo apparet ſolutio ad primum, vnde dicit: & ſequitur, cum neceſſario habet a primo quod intelligat illud, quoniam in ſui natura non eſt ne-
B ceſſe eſſe, ſed ipſe de ſe eſt poſsibilis eſſe, & poſsibilis non eſſe, & non habet poſsibilitatem a primo principio, immo de ſeipſo. ecce igitur ſolutio ad formam. Dicendum enim, quod licet primum neceſſario cauſat illud, attamen poſsibilitatem habet ex ſui natura, quæ eſt ſecundum ſe contingens, ex quo apparet ſolutio ad primum ſenſum: negatur enim quod primum cauſatum ſit ens neceſſario intellectus neceſſario, ſed in ſui natura eſt contingens, ideo poteſt eſſe a primo: iſti enim crediderunt quod neceſſe eſſe non poſsit ab alio cauſari, vt alibi dixi.

SED HIC dubitatur, primo: quia primum cauſatum eſt ſimplex adhuc ſecundum rem, ergo adhuc non poteſt producere multa ſecundum rem quoniam, ſi diſtinctio rationis in principijs cauſatiuis ſufficeret in primo, non eſſet repugnantia ex parte intellectus noſtri intelligere multitudinem, ergo poſſet eſſe cauſa multorum. Secundo dubitatur fortius: quoniam, ſi intellectus ille producit; oportet ꝙ habeat tres rationes: modo non habet niſi duas. ſ. intelligere primum, a quo fit, & intelligere ſe, ergo per ipſa duo non poteſt producere tertiũ ſcilicet orbẽ. Alias quæſtiones adduxi in lib. de intellectu contra hoc, vide eas, quæ multum conferunt ad propoſitum. Ad primam dicendum, ꝙ diſtinctio ſecundum modum, quę apud nouos dicitur diſtinctio rationis, eſt duobus modis:
C quędam ficta non fundata in re, nec accepta in re: vt ſi vellem conſiderare ens quodcunque, poſſet ei fingere rationis diſtinctionem iſto modo: alio modo vera, quæ accipitur a re, & fundatur in re, vt in homine eſt diſtinctio rationis iſto modo reſpectu animalis, quia accipitur a re. Ad propoſitum dicendum, ꝙ diuiſibilitas rationis ſeu modi in principijs ſecundo modo ſufficit ad cauſandum diuerſa ſecundum iſtos, & non oportet ꝙ illa ſint diſtincta re, & ſubiecto, quoniam quę ſunt diſperſa in cauſatis colligantur in cauſa, modo hęc diſtinctio rationis bene poteſt inueniri in ſecundo ente, & non in primo: poteſt enim ſecundum ens intelligi inquantum intelligens primum, eo quia cauſatur ab eo, & inquantum intelligens ſe, primum autem, quia eſt ſimplex in cauſatum, ideo non poteſt intelligi inquantum intelligit aliud a ſe, & inquantum intelligit ſe niſi diſtinctione facta, ideo eſt ſimpliciter vnũ re & modo apud iſtos, ideo tantũ vnũ produxit, videlicet pro quãto intelligit ſe, vnde intẽtio ſui eſt principium, quo pducit primũ intellectũ. Ad ſcdm dicẽdũ, qđ diu reputaui qđ ille intellectus intelligẽdo ſe produxit tm̃ animam orbis, & orbis fuit cauſatus ab illa anima immediate, & põt ſaltẽ hoc teneri de mente Auic. attamẽ pro nunc puto eſſe dicendũ ſecundum iſtos, ꝙ orbis & aĩa ſunt vnũ colligatione, & ideo intellectus produxit per hoc, qđ intelligit ſe totũ illud colligatũ mediante aĩa illa, ſicut in cõpoſito naturali apparet, Sed dices, a pari poteſt dici, quod totus mundus pro-

Prima dubitatio.

Secunda.

Solutio ad primam.

Duplex eſt diſtinctio rationis.

Ad ſecundũ

Replia

ducitur a primo, quia eſt vnus colligatione & eſſe, vt dictum eſt: ergo, vel iſta D poſitio contradicit ſibi, vel tua non eſt ad mentem eius. Dicendum quod Auer. facit iſtud argumentum contra illos, vt apparuit in principio dubij pręſentis, attamen poſſet dici quod non eſt ſimile de toto vniuerſo apud iſtos, & de iſto paruo vniuerſo: quoniam entia in toto mũdo ſunt valde diuerſa, vt apparet ex operationibus, ſed iſtud eſt colligatum opere & eſſe: ideo forte poteſt ſic intelligi: & tu conſidera melius.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc totũ eſt contradictio Philoſophis, vt ſenſit Auicenna, & Alfarabius, & alii. Opinio vero Antiquorum eſt ꝙ ſint hic principia, & ſunt corpora cœleſtia. & principia corporum cœleſtium ſunt entia ſeparata à materia, quæ mouent corpora cœleſtia, & corpora cœleſtia mouentur ab eis modo ſeruitutis, & dilectionis eis, & receptionis iuſſus eorum cum motu, & intellectione eorum. &, quia ipſa producta ſunt propter motum: & hoc eſt, quoniam verificatum eſt quòd principia, mouẽtia corpora cœleſtia, ſunt E ſeparata à materia, & non ſunt corpora: non remanet modus, quo hoc moueat hæc corpora, niſi ex eo, quòd mobili iniunctum ſit ad motũ. & propter hoc neceſſe eſt apud eos vt ſint corpora cœleſtia viuentia rationalia, quæ intelligunt ſeipſa, & intelligunt principia mouentia ea, modo iuſſus eis. Et, quoniam patet ꝙ nulla ſit differentia inter ſcientiã & ſcitũ, niſi ꝙ ſcitum eſt in materia, ſciẽtia vero nõ eſt in materia: & hoc dictũ eſt in libris de Anima: & iã ſunt entia, quæ nõ ſunt in materia: ſequitur ergo vt ſit ſubſtantia eorũ ſciẽtia, aut intellectus, aut quouis nomine appellabis eã. & verificatũ eſt apud eos ꝙ iſta principia ſunt ſeparata à materia: q̃m ipſa influunt corporibus cœleſtibus motum continuũ, quo eis nõ euenit labor, nec defectus: & omne influens motum continuum huiuſmodi non eſt corpus, nec potentia in corpore: & corpus cœleſte acquiſiuit permanentiam ex ſeparatis. & verificatum eſt apud eos quòd iſta principia ſeparata, eſſe F eorum eſt copulatum primo principio eorum. ſin autem, non eſſet hic ordinatio reperta. & ſermones eorum, quos ſcripſerunt in hoc, qui vult ſcire veritatem, eis incumbat. Et ex eo, quo apparet ꝙ oẽs orbes mouentur motu diurno, licet moueantur motu proprio, verificatũ eſt apud eos ꝙ iubens in iſtis motibus eſt primum principiũ, & eſt Deus glo. & ꝙ ipſe iuſsit omnibus principiis, vt iubeant cæteris orbibus in aliis motibus. & hoc iuſſu permanſit cœlum, & terra: vt iuſſu primi Principis ciuitatis ſeruantur omnia præcepta prouenientia ab aliquo, quem Princeps præpoſuit in rebus ciuitatis omnibus exiſtentibus in ea ex hominibus, vt dixit Propheta Verbo Dei cœli facti ſunt, &c. Et hic iuſſus, & ſeruitus eſt principalis in iuſſu, & ſeruitute, quæ neceſſe eſt eſſe homini, ex eo quòd eſt animal rationale. Id autem, quod recitauit Auicenna de prouentione horum principiorum abinuicem, eſt res, quam neſcierunt ſapientes. Quod vero eſt apud

A eos eſt, ꝙ habent a primo principio ſtatus tales, quibus non perficitur eſſe, niſi in illo tali loco. & copulatio, quæ eſt inter ea, eſt illud, quod facit ea eſſe cauſata abinuicem, & omnia a primo principio, & non intelligitur de agente, & acto, & creatore, & creato in illo eſſe, niſi hoc tantum. & id, quod diximus de copulatione omnis entis cum vno, eſt aliter quàm hic intelligitur de agente, & acto, & faciente, & facto in arte. Si autem imaginatus fueris quòd ſit princeps, habens ſubſtitutos multos, & iſti ſubſtituti habeant alios ſubſtitutos: & non eſt eſſe ſubſtitutis, niſi in recipiendo ſubſtitutionem, & faciendo præceptum eius: & non eſt eſſe eis, qui ſunt ſubſtituti, niſi mediantibus ſubſtitutis prioribus: neceſſe eſt vt Princeps primus ſit ille, qui tribuit omnibus entibus rem, qua ſunt entia. nam, ſi aliquis eſt, cuius eſſe eſt vt ſit ſubſtitutus, non eſt quidem ei eſſe, niſi propter dominum primum. Et hoc eſt id, quod tenent Philoſophi, ꝙ ſit præfatio legum in creatione, & innouatione, & iuſſu. & hæc eſt diſciplina propinqua, qua

B poteſt intelligi opinio horum hominum, abſque ꝙ eueniat ei dubitatio, quæ euenit ex auditu opinionum hominum, ſecundum differentiam, quam narrauit Alga. hic. & hoc totum exiſtimauerunt declaratum fuiſſe in libris eorum. Et qui poteſt operam dare libris eorum cum conditionibus, quas narrauerunt, ſciet veritatem eius, quo ratiocinantur, aut contrarium eius. & non intelligitur de opinione Ariſt. aliud præter hoc, nec de opinione Platonis: & eſt finis eius, ad quod peruenerunt intellectus humani. Poteſt tamen homo peruenire ad iſtas res ex ſermonibus euenientibus eis, quòd ſint famoſi, cum hoc, ꝙ ſint intellectuales: in quibus hæc via diſciplinæ eſt delitioſa, & dilecta omnibus. Et vna ex propoſitionibus, quibus hoc apparet, eſt ꝙ homo, cum conſyderauerit entia, quæ ſunt hic, apparet ei ꝙ res, quæ appellantur viuentia, ſcientia, ſunt ea, quæ mouentur ex ſe motibus terminatis, verſus intentiones, & operationes terminatas, ex quibus proue-

C niunt operationes terminatæ. & ideo dixerunt Loquentes quòd omnis actio prouenit ex viuo ſapiente. &, cùm fuerit apud eum hæc radix, & eſt quod omne, quod mouetur motibus terminatis, & proueniunt ex eo operationes terminatæ, & ordinatæ, eſt viuum, ſapiens. & copulatur iſti id, quod apparet ſenſui: & eſt quod cœli mouentur ex ſe motibus terminatis, & ordinantur ex hoc entibus, quæ ſunt ſub eis, operationes terminatæ, & ordo, & proportio, quo ſuſtentatur id, quod eſt ſub eis, ex entibus, concluditur radix tertia, in qua non eſt dubium: & eſt quod cœli ſunt corpora viuentia cognoſcentia. Quòd autem ex motibus eorum ſequantur operationes terminatæ, quibus ſuſtentatur id, quod eſt hic ex animalibus, plantis, & mineralibus, & conſeruatio eius, hoc eſt notum per ſe cum conſideratione. nam, niſi eſſet propinquitas Solis, & remotio eius in circulo ſuo obliquo, non eſſent hic quatuor tempora: &, niſi eſſent hic quatuor tempora, non eſſent plantæ, nec animalia, nec proceſſus generationis ſecundum ordinem

Si nõ eſſent quatuor tempora anni, nõ eſſẽt nec plantę nec animalia.

in generatione elementorum adinuicem, ſecundum æqualitatem, vt D conſeruetur eſſe eorum.v.g.cum prolongatur Sol a meridie, infrigidatur aer in parte ſeptentrionali, & fiunt pluuiæ, & multiplicatur generatio elementi aquę, & multiplicatur in parte meridionali generatio elementi aeris: in ęſtate vero cõtrarium, ſ.cum fuerit Sol prope caput noſtrum verſus ſeptentrionem. & iſtę operationes, quę reperiuntur a Sole propter propinquitatem, & remotionem, quam habet continue a quolibet ente, ex eodem loco reperitur a Luna, & omnibus planetis. nam oẽs habent orbes obliquos, & faciunt quatuor tempora in motu eorum circulari. & quod magis eſt in eſſe entium, & conſeruatione eorum eſt motus diurnus, magnus quidem, faciens diem. & iam innuit lex prouidentia Dei in homine, cum ſubmittantur ei omnes orbes, cũ dixit ipſe glo. & ad prædominandum in die, & in nocte, & deinde omnia tempora terræ, &c. & niſi eſſet fœdus meum, &c. Et, cum conſyderauerit homo has operationes, & regimina proueniẽtia, diuerſa quidẽ ex motibus ſtellarum, & viderit ſtellas moueri iis motibus, & habere B figuras terminatas, & ex partibus terminatis, & verſus operationes terminatas, & motus contrarios, ſcit iſtas operationes terminatas prouenire ex entibus cognoſcentibus, & animatis, habentibus electionem & voluntatem. Et quod magis facit eum credere hoc, eſt, cum nos videmus multa ex corporibus paruis, fœtidis, vilibus, & obſcuris, hic repertis non priuari vita generaliter cum paruitate partium eorum, & vilitate menſurę eorum, & breuitate vitæ eorum, & obſcuritate corporis eorum, & ꝙ bonitas diuina eis influxit animam, & comprehenſionem quandam, qua regunt ſeipſa, & conſeruant eſſe ſuum, expreſſe patet ꝙ multo magis debent eſſe corpora cœleſtia animata, cõprehendentia, q̃ iſta corpora, pp magnitudinem corporis, & dignitatem eorũ, & multitudinem luminis eorũ, vt dixit ipſe glo. mediante Propheta ſuo

Obſerua pulchra. Cœli enarrant, &c. ſed multi hominum neſciunt hoc. Demum, cũ conſyderetur regimen eorum in corporibus animatis, quę ſunt hic, ſcitur F abſolute ꝙ ſunt animata. nam animatum non regitur, niſi ab animato perfectiori anima, q̃ anima eius. Et, cum conſyderauerit homo hæc corpora magna, animata, rationalia, eligentia, q̃ nos continent, & conſyderauerit tertiam radicem, & eſt ꝙ prouidentia eorum ad ea, q̃ ſunt hic, non eſt neceſſaria eis in eſſe eorum ſciet ꝙ iniunctum eſt eis in iis motibus, & ſunt ſubmiſſa eis, q̃ ſunt ſub eis ex animalibus, & plantis, & inanimatis, & iubens eis eſt aliud ab eis; & eſt non corporeum neceſſario. nam, ſi eſſet corpus, eſſet de numero eorum. & quodlibet eorum eſt obediens ei, quod eſt ſub eo hic ex entibus, & ſeruit ei, & non indiget ſeruitute eius in eſſe ſuo. &, niſi eſſet iuſſus eis, non prouiderent ad id, quod eſt hic continue: quoniam ipſi vellent non habentes quidem vtilitatem in hac operatione. Igitur mouentur propter iuſſum, & timorem euenientem eis ad conſeruandum ea, quæ ſunt hic, & ſuſten tandum eſſe eius: & iubens eſt Deus glo. Verbi gratia, ſi ali-

A quis viderit multitudinem hominum dominantium in rebus, & operationibus terminatis, non ceſſantibus in inſtanti, licet operationes illæ non ſint neceſſariæ in eſſe eorum, & non indigent eis, deliberabit proferre ſententiam ꝙ ſunt timentes. & iniunctum eſt eis in operationibus illis, & quòd habent præcipientem, qui præcepit eis in hoc regimine continuante prouidentiam in aliis, qui eſt ſuperior eis ſuperiori gradu, & ſunt vt ſerui obedientes ei. &, cum conſyderauerit homo aliud, & eſt ꝙ vnuſquiſque planetarum ſeptem habet motus innouatos motui eius vniuerſali, habentes quidem corpora ſeruientia corpori vniuerſali, ac ſi eſſent obedientia, ſciet abſolute etiam ꝙ quilibet planeta habet iuſſorem ſibi proprium, deputatum eis ex primo iubente. vt euenit in gubernatione exercitus, qui eſt collectio vniuſcuiuſq; eorum ſub vno iuſſore: & iſti iuſſores, qui appellantur capitanei, deueniunt ad vnum principem, & eſt princeps exercitus, ſic eſt diſpoſi-
B tio in motu corporum cæleſtium, quam perceperunt Antiqui de iſtis motibus, & ſunt quadraginta, & poſtea reducuntur omnia ad ſeptem planetas, & reducuntur illi ſeptem ad octauum, & reducitur octauum ſecundum diuerſitatem, quæ eſt inter Antiquos, in numero motuum ad iuſſorem primum. Et hæc notitia habetur homini hoc modo, ſiue ſciat quomodo ſit principium creationis horum corporum cæleſtiũ, ſiue neſciat: & quomodo ſit copulatio aliorum iubentium cum primo præcipiente, ſiue ſciat, ſiue neſciat. nam ipſe non dubitat ꝙ, ſi eſſent ex ſeipſis, ſcilicet antiqua abſque cauſa, & inuentore, poſsibile eſſet eis non recipere iuſſum a iubente vno cum ſubiectione, & ſeruitute. & ſic eſt diſpoſitio iubentium cum iubente primo. &, cum hoc non fuerit eis poſsibile, ergo eſt ibi proportio inter eos, & eum, & proportio, quæ determinauit eis obedientiam, & ſeruitutem. & hoc non eſt aliud, niſi ex eo ꝙ ſunt ei ex natura eſſe eorum, non vt accidens ex accidentibus, ſicut eſt dominus cum ſuis ſeruis, ſed in natura eſſe eorum.
C nam non eſt ibi ſeruitus addita ſubſtantiæ, immo ſubſtantiæ illæ ſuſtẽtantur in ſeruitute. & hæc adeptio eſt regnum cœli, & terræ, quod vidit Abraham pater noſter, cum dixit Facies cælum, & terram. Et ſcias ꝙ, cum ſic fuerit, neceſſe eſt vt non ſit creatio horum corporũ, & principium generationis eorũ, modo generationis corporum, q̃ ſunt hic. & intellectus humanus deficit apprehendere qualitatem huius operationis, licet ſciret eſſe eius. Qui autem perquirit aſsimilari duas entitates, quarum vna eſt in altera, & ꝙ agens earum ſit agens eo modo reperiuntur agentia, hic eſt in maxima perturbatione, deceptione, & confuſione. Et hæc eſt ſumma eius, quod intellexerunt Antiqui de corporibus cæleſtibus, & conſtitutione eorum a creatore glo. ꝙ non ſit corpus, & conſtitutione eius, quod eſt ex entibus inferioribus ab eo, quæ non ſunt corpora, & vnum eorum eſt anima. conſtituere autem eſſe eius, ex eo quòd ſunt innouata eo modo, quo innouantur corpora, quæ ſunt hic, vt conati ſunt loquentes, eſt nimis difficile. & propo-

ſitiones,adductæ in hoc,nõn complent id, quod intendunt declarare, D & declarabimus hoc ex ſermonibus noſtris ſubſequentibus,cum loquemur de via conſtitutionis eſſe Dei glo. His autem habitis reuertamur ad narrandum ea,quæ dicit Alga.in contradicendo ei,quod recitauit de opinionibus Philoſophorum, & notificabimus gradum eius in veritate. nam hoc eſt intentum primum in hoc libro.

Poſtquam dicta eſt opinio iſtorum,vult modo adducere Auerro, opinionem verorum philoſophorum de ordine orbium,& diſpoſitione ipſorum, & motorũ eorum,& quomodo colligantur cum primo,& vnde appareat defectus opinionis prædictę:vnde dicit,dicimus nos, quod omnia iſta ſunt limitationes philoſophorum antiquorum,videlicet Auicen.& Alpharabij,& ipſorum ſequentiũ: voluit dicere ꝙ iſta opinio creditur eſſe ad mentem antiquorum,non tamen eſt. ideo ponit illam.d,& opinio tamen antiquorum eſt,ꝙ hæc vult dicere: motores cœlorum ſunt principiantia corpora cœleſtia,& principia corporum ſunt entia ſeparata de materijs.ergo ſunt iſta principia ſeparata: & ſyllogiſmus eſt in prima figura ſic.principia corporum cœleſtium ſunt ſeparata:motores cœleſtiũ ſunt principia illorum.ergo ſeparata:hæc igitur eſt prima propoſitio, quã vult B habere contra eos,qui ponunt animas ineſſe corporibus illis, neque eſſe eis veras formas. Deinde vult remouere alium errorem per aliam propoſitionẽ:alius enim error fuit,ꝙ animæ cœlorum trahuntur ab intellectibus ſeparatis,quę mouent eos eo modo,quo finis mouet agens:contra iſtum probat iſtam propoſitionem,ſcilicet ꝙ illi motores mouent propter complacentiam:& corpora illa mota mouentur tanquam obedientia: & ſyllogiſmus componitur ſic : quæcunque mouent aliqua, quæ non eis reſiſtunt, ſed mouentur mota ipſa, mouent gratia amoris & complacentię.& illa mouentur propter obedientiam: ſed motores illi ſeparati reſpectu corporum cœleſtium ſunt huiuſmodi. ergo concluſio illa dicta ſequitur.d.ergo quę , ſcilicet principia ſunt mouentia corpora cœleſtia , & illa corpora mouentur:hęc eſt virtus minoris,& infert concluſionem.d.ergo ea principia modo obedientiæ & amoris , vult dicere mouent : & corpora obedienter mouentur:& tunc eſt concluſio.Deinde probat minorem,quantum ad iſtam partem,ſcilicet ꝙ corpora illa mouentur: & poteſt ſyllogiſmus ſic componi . quæ ſunt creata propter moueri,ſunt nata moueri cum obedientia: ſed corpora cœleſtia ſunt facta propter motum.ergo ſunt nata moueri:maior eſt manifeſta:aliter eſſent ocioſa,& ſuperflua:minor autem accipitur hic,tanquam nota: & huius tã tum minorem accipit.d,& ipſa corpora fuerunt creata propter motum : & tunc ſup.ſu reſiduum:deinde probat idem per ſyllogiſmum alio modo , licet ſit quaſi F virtualiter poſitus,& poteſt ſic componi: principia ſeparata a materia,& a corpore, ſimpliciter impartibilia mouent amore & intelligentia corpora mota , & corpora mota obedienter:ſed motores orbium ſunt huiuſmodi : ergo, vt ſupra. vnde huius ponit minorem,& concluſionem.d.cum enim declaratum ſit ꝙ principia mouentia ſupercœleſtia corpora ſeparata ſunt a materijs,& quod iſta principia non ſunt corpora: iſta eſt minor: non ergo remanet modus , quo dici poſsit. quod ipſa principia mouent corpora,niſi dicamus ꝙ mobile mouetur modo obedientię. Et hęc eſt potentia concluſionis . Debes ſcire quod motores orbium, quia ſunt ſeparati,mouent propter amorem,intelligentiam, & complacentiam: amorem quidem,quoniam amant primum,quod non poſſunt amare amore intelligibili niſi eſſent ſeparati: intelligentiam quidem, quoniam mouent propter id, quod intelligunt de primo,vt dicam poſt:complacentiam vero , quoniam intentio primi eſt conſeruare entia in ſuis diſpoſitionibus, & ideo in mouendo exequuntur intentum primi,ideo complacent ei, & ſic mouent per complacentiam. & hęc omnia ſunt dicta in quęſtione de intellectu,& alibi,ſcilicet in de ſubſtantia orbis, vt dicam forte poſt.. Secundo debes ſcire , quod corpus cœleſte mouetur obedienter: eo quia non reſiſtit motori ſeparato,immo maxime inclinatur ad motum illius,eo quia factum fuit propter motum illum,vt colligitur ab Auer.

Quia motores orbium ſunt ſeparati,ideo tripliciter mouẽt orbes. ſ. pp amorẽ, intelligentiã , & cõplacẽtiã.

Quia corpus cœleſte non

A roe hic, &.3.commen. ſecundi cœli: vnde obedire proprie eſt ſine reſiſtentia trahi ab alio: & quia corpus ſic trahitur: ideo dicitur obedienter moueri. Sed — reſiſtit motori, iō mouet obediēter.
tunc occurrit dubium: quoniam, tunc mouent in inſtanti: quoniam, ſecundum dicta Auerrois, intelligentię mouent quantum poſſunt, & ſecundum vltimum ſuę potentię: ergo, ſi mobile nullo modo reſiſtit eis, motus erit in inſtanti: quoniam — Dubitatio.
ſucceſsio in motu cauſatur, vel a reſiſtentia medij, vel mobilis, vt.4.Phyſi.com. — Solutio.
71. dictum eſt. Et dicendum, quod ibi eſt reſiſtentia: quia cœlum eſt corpus actuale, quantum, & extenſum, vt dictum eſt in quęſtione de reſiſtentia: vnde cœlum reſiſtit intelligentię, quia eſt corpus actuale quantum extenſum: dico corpus actuale, quoniam corpus in potentia, ſicut eſt forma corporis ſubſtātialis materię coęterna nullam reſiſtentiam habet ad motum, ſicut nec materia, quia eſt illimitata ad omne vbi: quia igitur cœlū eſt corpus actu vltima actualitate, ideo impoſsibile eſt ei, quando eſt ſub a, eſſe ſub b. vbi, & nulla eſt quærenda cauſa quare reſiſtit, niſi quia corpus actuale vltimum quantum. Et hoc dicit Auerroes.7.Phyſicorum ſoluens pręſentem: quaſi dicat, & forte hoc accidit ex diuerſitate naturarum mouentium, quę non ſunt in materia in nobilitate ſecundum magis & minus, & diuerſitate naturarum corporum, quę mouentur ex eis: ecce quomodo patet ſolu, pręſens. Sed dices, ſi reſiſtit, ergo non obedit ei: ergo deſtruitur opinio Auerrois. Hic dicendum, quod duplex eſt reſiſtentia: quędam cū — Replica.
B inclinatione ad contrarium, immo impellens ad contrarium: & hæc affert obedientiam, ſicut apparet in homine, qui trahitur violenter in aliquo: quędam cum — Duplex eſt reſiſtentia.
determinata pauſa ſuę obedientię, non tamen inclinatione impellente ad contrarium: ſi quis enim imperat mihi vt vadam ad eum, & ego vado libenter, certum eſt quod non vado ad ipſum in inſtanti, licet ipſe appetat me in inſtanti, quoniā natura media eſt limitata ad certum: propter hoc non dicor inobediens: ita in propoſito: cœlum obedit intelligentię, eo quia non inclinatur vi ad contrarium: attamen ſua natura, quia corpus, limitatur ad motum tantę velocitatis: & iſtud non aufert obedientiam, vt dixi in exemplo, & de hoc dixi in quęſtione de reſiſtentia cœli. Et poſtquam remouit duas propoſitiones, ſcilicet dicentem corpora cœleſtia eſſe animata animabus materialibus, & dicentem corpora cœleſtia moueri a motoribus ſeparatis trahentibus animas eorum, vult modo concludere diſpoſitionem corporum cœleſtium ſecundum veritatem Ariſto, & dicit: quare ſequitur eos, vult dicere philoſophos antiquos, idcirco quod corpora cœleſtia ſunt viua, & rationalia, & quod intelligant ſeipſa, & ipſorum principiorum mouentia. Et videtur mihi quod innuat hunc ſyllogiſmum: omne compoſitum ex forma ſeparata mouente amore, intelligentia, & complacentia, & ex corpore obedientię illi motori, eſt animal rationale viuens, intelligens ſe, & ſuum
C principium: ſed corpora cœleſtia ſunt compoſita huiuſmodi: ergo in prima figura ſequitur concluſio, quam hic intulit: maior declarabitur, licet ſit aliqualiter nota, minor fuit declarata ex iam dictis, & concluſionem hic poſuit tantum. Deinde vult remouere dubium: quia poſſet quis opinari, ſi corpus cœleſte eſt animal rationale viuens: ergo intentio eius, & eius ſcientia cauſatur a rebus, ergo recipit accidentia. — Dubitatio.
Pręterea, ſi ita eſſet: corpus cœleſte eſſet homo, quoniam nulla eſſet differentia inter ſcientiam corporis cœleſtis, & hominis: vt ergo remoueat iſta dubia, vult declarare qualiter ſcientia illorum cū ſcientia noſtra eſt ęquiuoce dicta: & ſic erit quęſtio ſoluta. Et intendit probare hanc concluſionē. — Solutio.
quod in ſeparatis a materia ſcientia, & ſcibile non differunt, immo ſunt vna ſubſtantia: & ſyllogiſmus eſt: omne ſcibile ſeparatū a materia eſt vnum in ſubſtantia cum ſubſtantia illius ſcientię: ſed in ſeparatis a materia omne ſcibile eſt ſeparatum a materia: ergo in ſeparatis a materia omne ſcibile eſt ſcientia ſcientis in ſubſtantia: maior declaratur, quoniam ſcientia & ſcibile differunt modo: eo quia ſcibile eſt in materia, quia eſt vniuerſale in potentia, quod eſt actu indiuiduum, vt dixi in quęſtione de vniuerſali: ſcientia autem eſt ſeparata a materia: ſola differentia eſt in modo ratione materię: vbi ergo erit abſciſſa materia, ibidem remanebit abſciſſa cā diſpoſitionis ſcibilis a ſcientia: & ſic apparet maior. Et poteſt ſyllogiſmus ſic componi, ſcientia & ſcibile ſolummodo differunt a materia: ſcien — Sciētia, et ſcibile nō differunt in ſeparatis.

Scibile, & ſcientia non differunt ratione materię.

tia & ſcibile in ſeparatis non differunt modo materię: ergo ſcientia & ſcibile in D
illis non differunt, in ſecunda figura: minor autem. ſ. 12. Metaph. tex. com. 51. &
nolo pro nunc immorari in illo: huius ſyllogiſmi ponitur maior proſyllogiſmi. d.
cum ergo prælibatum ſit a philoſophis quod nulla ſit differentia inter ſcientiam
& ſcibile, niſi quod ſcibile eſt in materia, & ſcientia minime, vt declaratum eſt
in libro de anima: hęc fuit maior proſyllogiſmi. Deinde ponit concluſionē prin
cipalem ſyllogiſmi. d. ergo, ſi inuenirentur entia immaterialia, oportet quod ipſo
rum ſubſtantia eſſet ſcientia, aut intellectus, immo & intellectus. Hic eſſet vi-
dendum, quo ſcibile in ſubſtantijs ſeparatis ſit ſeparatum a materia: eſſet etiā vi-
dendum, quomodo ibi ſcientia, & ſcitum ſunt vna ſubſtantia: eſſet vidēdum etiā
de intellectu noſtro aliquid: & tamen pro euidentia dictorum recurre ad quęſtio
nem de intellectu circa finem. Deinde probat minorē ſyllogiſmi principalis, ſ.
dicentem quod illa entia ſint ſeparata a materia: & ſyllogiſmus componitur ſic:
omne agens mouens motu continuo, & ſempiterno eſt ſeparatum a materia, &
corpore ſecundum eſſe: ſed oēs motores corporū cœleſtium mouent illa motu cō
tinuo & ęterno; ergo in prima figura omnes illi ſunt ſeparati ſimpliciter: huius
primo tangit minorem. d. & declaratum eſt apud eos quod iſta principia ſeparā
tur a materia, prout dant orbibus motus continuos, id eſt, ęternos abſq; aliqua fa-
tigatione ſeu paſsione. D. ponit vim maioris. d. Et quodcunq; tali modo mouet, E
oportet quod ſine dubio non ſit corpus, nec virtus in corpore. Et hęc fuit maior,
cui accidentaliter addit: & oportet quod corpus cœleſte acquirat ſempiternitatē
ab eis ſeparatum, vt declaratum eſt in libro de ſubſtantia orbis. D. redit ad remo-
uendum illud ſecundum peccatum illorum, qui finxerunt quod motores non in-
telligant primum, & dicit: & etiam eſt declaratum quod iſta principia ſeparata
habent eſſe colligatū cum primo principio ipſorū, pro quanto intelligunt ipſum:
vnde ſyllogiſmus huius pōt ſic componi: oēs motores mouentes propter compla
centiam, & intellectum, & amorem vnius colligantur illi: ſed oēs motores mo-
uent propter complacentiam, amorem, & intelligentiam primi: ergo illi colligā-
tur: huius ponitur concluſio, ſecundo probat hanc concluſionē hypothetice ſic:
ſi oēs motores non eſſent colligati primo, nullus eſſet in eis ordo: ſed oēs motores
ſunt ordinati, vt dictum eſt: ergo oēs ſunt colligati primo: huius ponit hypotheti
cam. d. & niſi ita eſſet, nullus eſſet hic ordo: vltimo probat hoc auctoritate philo
ſophorum. d. & oīa iſta egregie declarata ſunt in libris philoſophorum: & iſtæ
rationes ſunt notę per ſe ex iam dictis, ideo nolo immorari in eis plus. Tertio ꝓ
bat idem, & ſyllogiſmus ſic cōponitur: omnia mota, quę mouentur motu diurno,
colligantur primo principio, quod mouet illud motum illo motu; ſed oīa corpora
cœleſtia mouentur motu diurno: ergo oīa colligantur primo principio: huius po
nitur minor. d. & declaratum eſt, cum oēs orbes mouentur diurno motu ſeruantes F
ordines proprios motuum ipſorū; ideo huius, id eſt, illius concluſionis eſt ratio.
Deinde explicat modum ordinis illorum. d. & cum Deus benedictus pręcepit
alia principia, id eſt, motores, quę pręcipiant alios orbes vt moueantur, & ob
hoc pręceptum conſiſtant cœli, & terra, id eſt, propter hoc ſint cœli, id eſt, ſupe-
riora, & terra, id eſt, inferiora: ſicut ex præcepto regis ſeu principis in ciuitate
ordinantur omnia cętera poſteriora pręcepta, ex regia parte ibidem commiſſa.

Qualiter intelligitur intelligentias Deo obedire.

Debes ſcire quod Deus non eſt rex, neq; princeps, niſi ęquiuoce, vt dictū eſt ſę
pe, ideo iſta pręcepta, & omnia iſta non ſunt niſi ęquiuoce. Non. n. oportet cre-
dere quod intelligentię obediant Deo, quia velint obedire: eo quia obedire pre-
ſupponit poſſe non obedire: modo, ſi non diſponuntur per inobedientiā, nec poſ-
ſunt diſponi per obedientiā: quia, ꝙ non pōt diſponi per vnū contrariū, nec per
ſuū contrarium, vt dixit Auer. 12. Meta. com. 51. in fine: ſed iſtud fit, eo quia in
telligentię intelligant primū, & propter illud, quod intelligunt de illo, cū amant
aſsimilari illi, & deſiderant illud, ſic mouent: et Deus pręcipit pro quanto cauſat
eos, quorū eſſe conſiſtit in motore: & multum confert dictum Auer. in. 12. Meta.
com. 44. & primo cœli com. 54. in fine, & bonū eſt vt videas illud, qm̄ iſta ſunt
tibi clara. Et poſtq̄ declarauit colligationem ſecundum intellectionem, & amo
rem, & complacentiā, vult modo narrare colligationē illorum ſecundū eſſe, &

A dicit:ſed illud, ꝙ innuit Auic. de proceſſu horum principiorum adinuicem, ſunt verba ignota apud philoſophos: attamen illud, quod opinati ſunt peripathetici in hoc, eſt quod dicta principia miſeratione diuina, id eſt, prouidentia Dei habẽt diuerſos gradus. i. naturas, & habẽt diuerſam colligationem, quæ eſt id, ꝙ infere ea eſſe cauſata ſucceſsiue adinuicem, & oĩa a primo principio cauſantur: & addit, & aliud non debet intelligi de agente & effectu, vel de creatore & creato, niſi hoc tantum: vult dicere, non ſicut intelligit Auic. Et debes ſcire quod Auer. caute vſus eſt copulatione, cum dixit adinuicẽ, & a primo ad notandum modũ, quomodo procedunt a primo, quia, vt ſupra declaraui, prima intelligentia cauſa ſuę immediate a Deo in ratione cauſæ proximę, vt dictum eſt: reliqua vero cauſantur a prima in ratione cauſe vniuerſalis, & ab aliis, inquantum ſunt proximę cauſę, & ideo dixit, quod cauſantur adinuicem a primo motore: & iſtud melius fuit dictum ſupra, & nolo plus dicere. Et poſtquam dixit hęc, vult ponere differentiam inter opinionem eius, & opinionem aliorum, & dicit: hęc enim eſt propinquior via ad aduertendum opinionem prædictorum hominũ: prima ergo differentia eſt, quod per opinionem eius intelligitur opinio antiquorum, non ſic per opinionẽ illorum. Deinde ponit ſecundam differentiam dicens, & contingent ex hoc, id eſt, opinione Alpharabij, & Auic. errores contingentes prædictis philoſophis, vt narrauit Algazel in pręcedentibus, & diffuſius declaratũ eſt
B in eorum libris, non autem opinioni eius contingunt errores. Deinde dat modũ, quomodo ſcitur veritas dicens. Et notandum eſt, quod quicunq; ſpeculatus eſt in libris dictorum cum conditionibus neceſſarijs, id eſt, euidentijs firmis, poteſt egregie cernere veritatem omnium iſtarum opinionum. Vel poteſt intelligi cũ cõditionibus neceſſarijs, id eſt, omnibus requiſitis, quę ſunt perfecta ſpeculatio, ſemotio a negocijs alijs, quę requiritur ſtudioſis. Deinde declarat, cuius philoſophi fuit opinio eius dicens, & non debet intelligi de opinione Ariſto. niſi id, quod dictum eſt: deinde concludit, quod tenendum eſt quod illa opinio, dicens quod opinio ſua eſt ſumma veritas: hoc probat: & ſyllogiſmus ſic componitur: opinio hominis, cuius intellectus eſt finis, id eſt, vltimũ poſſe humani intellectus eſt ſumma veritas: ſed opinio Ariſt. eſt huiuſmodi: ergo illa eſt ſumma veritas: minor proſyllogizatur intellectus datus nobis diuina prouiſione, vt non ignoraremus poſsibilia ſciendi, eſt finis & terminus intellectus humani: ſed intellectus Ariſt. eſt huiuſmodi: ergo minor apparet: ſyllogiſmi non ponit niſi minorem dicens, prout ſuus intellectus fuit finis humani intellectus: deinde accipit minorẽ proſyllogiſmi. d. pręclare de Ariſt. quaſi. d. tranſpone eam ſic, quare prædicta re de Ariſt. dicitur quod ipſe creatus fuit, & datus nobis diuina prouiſione, vt non ignoraremus poſsibilia ſciendi: & ſic apparet opinio Auer. Et poſtquam decla-
C ratum eſt corpora cœleſtia eſſe obedientia, & eſſe rationalia, & quod colligantur principio tribus modis: vult oſtendere nunc via firmiori illa eſſe huiuſmodi, & primo pręponit intentionem. Et eſt notandum, quod prędicta poſſunt optime oſtendi, alio modo difficillime, vult dicere fortiſsime, videlicet, cum quibuſdam rationibus: & quãuis ſint probabiles de ſeipſis, ſunt ſine dubio intelligibiles per accidens: &, quia probabilia delectabiliora ſunt quam demonſtrabilia, oſtendemus viam vt breuius, & clarius poterimus. Hæc ſunt verba eius, in quibus apparet intentio eius, ſcilicet declarare iterum illas propoſitiones contra illos rationibus probabilibus, & cauſa intentionis apparet: quia rationes probabiles appetibiliores, & delectatiores.

Sed eſt quęſtio, quid intelligat hic per rationes probabiles per accidens intelligibiles? Et videtur mihi, quod vna expoſitio poteſt accipi ex primo de Cœlo commento. 22, ſcilicet quod per rationes probabiles intelligat ſufficientias fundatas in ſenſatis: vnde ſufficientia eſt duplex, ſcilicet ſuſtentata per rationem intelligibilem, id eſt, demonſtrabilem per ſe, & hęc eſt demonſtratio vno modo, & alio modo probabilis ratio, vt dicit ibidem Auerroes: alio modo eſt ſuſtentata per accidens ratione demonſtratiua, pro quanto poteſt demonſtrari aliqua propoſitio accepta in ipſa, & ſic intelligit hic Auerro. quia arguit per ſenſata, vt videbis, & in hoc aliquę propoſitiones acceptæ poſſunt demonſtra-

Quarta quęſtio.

Quid intelligit Auer. per rationes probabiles.

Triplex induſtio.

Inductio demonſtratiua eſt ex propõnibus neceſſariis.

Differentia inter inductionem demonſtratiuã & topicam.

ui, nel puto quod hic intelligat per rationes probabiles inductionem demon- D
ſtratiuam, quia ſecundum ipſum, in ſumma ſecundi priorum. commen. 19. indu-
ctio eſt triplex, ſcilicet dialectica, & ſophiſtica, & demonſtratiua. Loquendo
de inductione demonſtratiua, quæ habet vim demonſtrationis, vt dicit. 2. phy-
ſi. com. 80, Dicendum, puto quod illa ratio eſt probabilis per ſe, demonſtratiua
per accidens, pro quanto accidit ei, inquantum inductio, quod ſit ex propoſi-
tionibus demonſtratiuis. & dicitur demonſtratiua inductio, cuius propoſitiones
ſunt ſimpliciter neceſſarię: vnde dicit ibidem Auer. in cap. 19. quod differt indu
ctio demonſtratiua a topica in hoc, quod prędicatum ſubſtantiale per ſe ineſt
ſubiecto, Verbi gratia, ſi ignorarem iſtam: omnis homo eſt diſciplinabilis, iam
poſſem inducere illam, accipiendo vnam, vel duas ſingulares, dicendo. hic ho-
mo eſt diſciplinabilis, & hic, ergo omnis homo, quoniam prędicatum ineſt eſ-
ſentialiter ſubiecto: & quod eſſentiale eſt vni indiuiduo vnius ſpeciei, eſt eſſen
tiale omnibus illius, cum ſint ęqualia in illa: ideo iſta vocatur inductio demon
ſtratiua, & hoc idem ibidem. intelligit ergo hic per rationem probabilem, in-
ductionem, quę eſt ratio probabilis per ſe, & demonſtratiua per accidens.
Deinde apponit rationem illam, quę debet componi ſic in prima figura, omne
per ſe mobile a principio in eo terminatis motibus ſecundum voluntatem, &
actiones terminatas. eſt viuens, & rationale: hęc eſt vna vniuerſalis, quę poteſt E
ex vna ſola ſingulari induci, eo quia prędicatum neceſſario ineſt ſubiecto: &
ſingularem accipit. d. vnde dicimus quod vna propoſitionum eſt, quod quando
homo aſpicit hic res mundanas apud nos, uidetur ſibi quod res, quę viuę, &
ſcientes dicuntur, ſunt per ſe mobiles terminatis motibus erga voluntates, &
actiones terminatas, ex quibus oriuntur multa in hoc mundo. ideſt fiunt multa
in hoc mũdo: ex hac vna poteſt induci illa vniuerſalis, ſicut ex iſta vna, ignis
hic eſt calefactiuus: ergo omnis, quando propoſitio illa eſt neceſſaria, & per ſe
eo quia prędicatum per ſe. & eſſentialiter ineſt ſubiecto: deinde accipit mino-
rem. d. ſumpta hac radice, dicimus quod, ſi ei adiungetur alia propoſitio ad ſen-
ſum apparens, uidelicet quod cœli mouentur de ſeipſis motibus terminatis, ex
quibus terminantur inferioribus entibus multa terminata opera, & ordines, in
quibus dicta entia conſiſtunt. Sed ergo, cõcludit ex iſtis propoſitionibus quod
cœli ſunt corpora uiua, & rationalia. Ecce igitur, quomodo hęc ratio eſt indu-
ctiua, pro quanto maior inductione vnius tantum probabiliter: & vere non ha
bet niſi vim inductionis iſta: & ſic debet intelligi. Deinde probat ultimam par
tem minoris, ſcilicet quod ex motibus terminatis illorum ſequuntur multa cõ-
moda hic inferius: & ſyllogiſmus ſic componi poteſt: illi motus, per quos ſequũ
tur tranſmutationes in his, quibus vita eſt, & permanentia exiſtit alibi, cau-
ſant multa commoda hic: ſed motus corporum cœleſtium ſunt huiuſmodi. ergo F
concluſio illa eſt manifeſta per ſe. minor autem inducitur per planetarum mo-
tus. vnde dicit, qualiter tamen pateſit, quod ex ipſorum motibus opera termi-
nantur, a quibus cauſatur conſtitutio inferiorum entium: quę fuit minor: hoc ſa-
tis manifeſtum eſt cum ſpeculatione modica: niſi enim ſol aliquotiens propin-
quus nobis eſſet, & aliquotiens diſtans, dum in ſuo circulo obliquo mouetur,
non haberemus in hoc mundo quatuor terminos anni, ſicut modo habemus or
dinatum in mundo, ſcilicet, ver, ęſtatem, & reliqua duo: nec inuenirentur plan-
tę, nec animalia, nec ſequerentur generationes rerum generabilium modo con
ſueto, Verbi gratia, quoniam ſol a nobis diſtat, & tendit erga meridionalem
partem, refrigeratur aer ſeptentrionalis partis, & fiunt plantę ibidem, & multi-
plicatur elementum aquoſum: & in ſeptentrionali parte elementum aereum
multiplicatur, & in ęſtate totum contrarium reperitur: & iſta opera a ſole pro-
cedentia, & ſua propinquitate & diſtantia a nobis in quolibet ente aperte ap-
parent. Deinde explanat idem in aliis planetis, & primo de luna. d. ſimiliter de
luna plurima utilia ſunt procedentia: etiam exponit idem de aliis. d. etiam ab
alijs ſyderibus planetis multa actiua, & pręcioſa commoda diuina potentia in
fluuntur in hoc mundo licet opera quinq; planetarum, uult dicere aliorum ex-
ceptis ſole, & luna, & aliorum ſyderum, vult dicere fixorum, non tantum mani
feſtę

A feſte appareant: attamen declarat hoc aliqualiter in illis. d. quilibet namq; ipſorum, vult dicere quinque planetarum, circulum habet obliquum, & facit quatuor tempora in ſuo circuli motu, vt dictum eſt in aſtronomia. Deinde exponit hoc in 8. ſphæra. d. & eſt notandum, quod principaliter: ad cauſandum prædicta commoda in iſtis rebus ſuperius, id eſt fortius eſt motus diurnus, a quo dies, & noctes fiunt. vult dicere, quoniam, ſicut id corpus fuit ſuperius ſitu, ita multitudine ſtellarum, & dignitate motoris reliquis mouentibus, & ideo in iſtis rebus habet potentiam maiorem, propter quod fuit continuus per totam terram. reliqui autem, quia non ſunt ita ſimpliciter neceſſarij, ideo poſſunt difformiter circundare terram, & ideo fiunt nobis quandoque propinqui, quandoque remoti. octaua autem ſphæra cum ſuis poſitis, & fixis ſyderibus ſemper eſt vniformis toti terræ, & cuilibet parti terræ. Deinde concludit concluſionem principalem. d. vnde, quandoquidem intelligens homo, vult dicere non habens caput habilitatum ad malum, nec imaginatiuam ſupra cogitatiuam, nec aliqua diſpoſitione præter naturali diſpoſitus talia ordinata regimina reſpicit, & qualiter diſtincte a corporum ſupercœleſtiũ motibus procedunt, vult dicere prædictæ vilitates, & talia regimina. &, videlicet, qualiter ſtellæ, ſeu planetæ mouent terminatis motibus, & terminatis figuris, & terminatis partibus facile põt iudicare quod talia operata cauſantur neceſſario ex motoribus viuis, intelligentibus motoribus.

B Deinde adducit ſecundam rationem probabilem, & debet ſic componi: id, quod conuenit viliſsimo ſecundum aliquam perfectionem eius, non debet a nobiliſsimo remoueri: ſed vita, & animatio conuenit viliſsimo. ergo non debet remoueri a corpore cœleſti, quod eſt perfectius alijs hic. huius ponit veritatem d. & valde poteſt de hac infirmatione adminiculari, videlicet multa paruulorũ, & vilium corporum turbidorum, & nobiſcum inuentorum: quæ vita non carere, vult dicere, dicantur viua, immo cum toto ipſorum defectu, & vilitate ſubſtantiæ eorum, & illorum paruitatis placuit Deo glorioſo influere in eos vitam, & rationem, id eſt prudentiam quandam, ex quibus poſſunt eſſe, & vitæ ipſorum ſeipſa regere, & conſeruare, vt plus fieri poteſt. tanto ergo melius quod ſupercœleſtia corpora digniſsima ſunt recipere tale munus, ſcilicet vitam, & rationem, & intellectum. dico illas eſſe digniſsimas, conſiderato magnitudine corporum, & nobilitate ſubſtantiarum, id eſt formarum eorum, quæ omnia ſignificãt illas ſubſtantias valde, vt dictum eſt 12. Metaph. commen. 41. propter quod infert. ſed multi homines, putando ſcientiam habere, ignorant, vult dicere, iſtud: quia non ſunt vere ſcientes, ſed apparenter. Vnde debes ſcire, quod apud me litera eſt tranſpoſita, & debet ſic legi. conſiderato magnitudine corporum, & ſubſtantiarum eorum nobilitate, & reſpecto regimine eorum nobilium corpo-

Quod cõpetit ſecũdum aliquã perfectionẽ viliſſimo, illud etiã cõpetit nobiliſsimo.

C rum viuorum nobis præſentium, quod ipſa corpora debent, eſſe viua. ſed multi homines, putando ſcientiam habere, ignorant, quod eſt ſine dubio error eorum hominum; & tunc, apud me videtur quod Auerro. velit innuere, quod propter duas præcipuas cauſas Deus debet corporibus cœleſtibus donare vitam. & prima ratio eſt, quia magnitudine corporum, & formarum dignitate excedit alia hic. ſecunda eſt, quia regunt ea corpora viua, quæ ſunt hic, & per conſequens debent eſſe viua. ſecundo videtur mihi, quod propter hoc remoueat opinionem illorum, qui videntur, ſcire, & tamen in veritate ignorant: poſſet & aliter exponi, ſed intentiones ſunt vicinæ, ideo ſufficiat iſtud modo. Deinde probat per tertiam rationem idem, & debet ſic componi. corpora regentia alia corpora viua debent excellere illa in vno gradu nobiliori, & ratione maiori: ſed corpora cœleſtia regunt viua. hæc ergo erunt diſcretiora, & vitæ nobilioris. huius non ponit niſi probationem maioris. d. quia regimen viuorum a viuis debet procedere, ſcilicet viuis nobilioribus rectis in vita, & diſcretione. Debes ſcire ꝙ, vt accipitur primo Politicæ, quod conditio regis & principis debet eſſe excellentia prudentiæ ſenſuum, excellere prudentia & intellectu: propter quod ait ibidem, quod dominus eſt intellectu vigens, ſenſus vero robuſti corporis. ideo concludit ibidem, principatum regalem eſſe ex vno prudentia vigente, & alio robuſtitate valente. Ex his accipi poteſt veritas Auerro. hic. Et poſtquam

Propť duas cauſas Deus corporibus cœleſtib' vitam dedit.

Cõditio regis.

declarauit totum hoc, vult concludere duo: quorum primum eſt, quod omnium D
eſt vnus præceptor & princeps. ſecundum eſt, quod ille eſt ſeparatus, nec corpus, nec virtus in corpore. Et primum poteſt ſic probari ſyllogiſmo in prima figura. omnia prudentia aliqualiter imperfecta de alijs ſine eorum vtilitatibus prouident præcepto vnius primi præceptoris & principis: ſed corpora cœleſtia prouidentia aliqualiter imperfecta ſunt de rebus exiſtentibus hic ſine eorum vtilitatibus. ideo in prima figura præcipiuntur ab vno principe exiſtente in mundo. dixi in maiori aliqualiter imperfecta, quoniam Deus prouidet de nobis ſine ſui vtilitate, attamen non propter alium, ſed propter ſe, ſed quia eſt optimus, ideo excludit ab illa maiori. huius ponit minorem. d. vnde, quando homo diſcretus reſpicit iſta corpora, ſcilicet cœleſtia, & viua, & rationalia nos circuere: hæc minor. Deinde ponit maiorem. d. & meditatur in quadam tertia propoſitione, ſcilicet prouidentia ipſorũ in nobis nõ reducitur aliquo modo in quodam commodum ipſorum, poteſt aperte notare ꝙ dicta principia præcipiuntur a primo principio de his motibus. Deinde infert ſecundum. d. & quod ipſe præceptor non eſt corpus, nec virtus in corpore. Debes ſcire, ꝙ vtilitas, ſeu commodum poteſt intelligi duobus modis. vno modo, ꝙ ſint finis laborum alicuius operantis. alio modo pro perfectione alicuius operantis, qua operatione nõ acquirit, ſed conſeruatur in acquiſito eſſe. Primo modo intelligendo, intelligentiæ non mouẽt propter eorum vtilitates, nec commoda: quoniam motus earum perpetuus eſt, ideo nunquã finis erit eius, & quod mouet tali modo, ratione vnius primi mouet. Secundo modo loquendo, intelligentiæ mouent propter eorum commodum, vt dicit Auer. 12. Metaphy. commen. 36. & ſic non intendit hic, ſed primo modo: & ſic ſoluitur contradictio hæc, & 12. Meta. commen. 36. & 2. Cœli. com. 17. & 21. vbi dicitur quod prima intentione mouent propter ſe, ſecundaria propter hoc, quod non poſſet intelligi niſi mouerentur propter eorũ commoda. Deinde probat illud ſecundum dictum, & ſyllogiſmus componitur ſic. non decet creatorem, & principium horum corporum, & aliorum eſſe de natura corporũ inferiorum, id eſt virtutẽ in corpore, vel corpus: ſed Deus eſt creator, & principium horum, vt dictum eſt: ideo apparet ipſum non eſſe nec corpus, nec virtutem in corpore. dicit ergo prælibatis ergo iſtis, notandũ eſt quod nõ decet quod ſit creator horum corporum, & principium ipſorum eſſe ſimul. i. vnius nature cum eſſe inferiorum corporũ: hæc eſt maior: & addit quod humanus intellectus caret ſine dubio comprehendentia. i. comprehendente eſſe. i. quiditatis orbium: & hoc, vt nobis continuus, licet in ſe ſemper intelligat. Deinde concludit vltimo intentionem philoſophorum. d. hæc eſt denique finalis intentio philoſophorum in corporibus cœleſtibus in aſſertione primi principij ipſorum, & quod non eſt corpus, nec virtus in eo.

Vtilitas duplex. B

Quæſtio quinta. E

Hic quæro duo. Primo, an corpus cœleſte ſit viuens: Secundo, an corpus cœleſte ſit animal rationale, vt dicit hic Auer. Ad primam quæſtionem arguo quod non corpus cœleſte: non eſt mortale: ergo non viuens. conſequentia apparet: quoniam vita, & mors opponuntur, vt dicitur in libro de morte & vita, ergo, ſi non eſt corpus cœleſte natum diſponi per mortem, nec per vitam: per cauſam contrariorum, vt dicitur. 12. Meta. commen. 51. antecedens eſt manifeſtum. 1. Cœli. tex. cõ. 20. Secundo, vita eſt permanſio animæ nutritiuæ in calore naturali, vt dicit philoſophus in lib. de morte, & vita. modo iſtud non poteſt inueniri in illo. In contrarium eſt Ariſto. 12. Meta. tex. cõ. 39. vbi ait. & vita vtique exiſtit, etenim intellectus actu vita: illud autem ipſe actus, eſt actus quod ſecundum ſe illius vita optima, & ſempiterna.

Solutio. Viuere multipliciter.

Pro solutione quæſtionis breuiter dicendum: quod, vt dicitur ſecundo de anima. text. commen. 15. animatum ab inanimato vita differt: viuere autem multipliciter, vt intellectus & ſenſus, motus & ſtatus ſecundum locum, adhuc motus ſecundum alimentum: iſtis enim quatuor modis viuens diſtinguitur a non viuente, & animatum ab inanimato, vt philoſophus ait ibidem. Ex hoc ſequitur ſolutio quæſtionis, ſcilicet, quod corpus cœleſte viuit duplici vita, ſcilicet intellectiua: & hæc digniſsima eſt vi-

Duplici vita corpus cæleſte viuit.

A tarum, vt patet: & hoc Auerro. dicit 12. Metaphy. commen. 39. vbi ait, hoc nomen ſcilicet vita dicitur de comprehenſione, & cum actio intellectus eſt comprehenſio, ergo actio intellectus eſt vita. ideo, cum corpus cæleſte ſit intelligens & appetens, ideo viuere ipſum dicimus: & ſecundo viuens vita motiua, quoniam videmus ipſum moueri motu terminato voluntate terminata, & alijs conditionibus ſeruatis in motu animalis, ideo ſcitur quod viuit ſecundo gradu vitæ: iſtis igitur duobus gradibus viuorum corpus cæleſte viuit: hoc apparet ſecundo, quod propter hoc animal eſt, vnde & philoſophus ibidem appellat Deum animal ſempiternum, a quo cœlum & tota natura dependent, vnde ſecundo Cœli commen. 42. & 71. & 74. Auer. voluit cœlũ eſſe animal magnum ſine dubio, & iſtud voluit Auer. plane. 8. Metaphy. commen. 12. & in multis locis naturalis philoſophiæ. Ad argumenta. Ad primum apparet ſolutio: id enim verum eſt de vita vniuoca, quæ conſiſtit in calido & humido: & ſecundum etiam argumentum nihil eſt, quoniam intelligit de viuente quarto gradu vitæ, vt apparet ibidem.

Quæſtio ſexta.

CIRCA SECVNDAM quæſtionem, arguo quod non ſit animal rationale: quoniam rationale dicitur ideo, quia ratione & diſcurſu vtitur, vel poteſt vti ſecundum vim nominis: modo deductum eſt 3. de Anima. commen. 26. & 27. quod ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt complexe intelligere, ergo nec diſcurſiue, cum tertius actus præſupponat ſecundum.
B Secundo arguo, ſi ſic: ergo homo, & corpus cæleſte ſunt vnius ſpeciei: probatur, quoniam operationes ſunt vnius ſpeciei, ergo & formæ. Ad oppoſitum eſt Auerro. hic. Hic reſpondent latini, maxime Thomas in quæſtionibus de anima, quæſtione ſeptima, in ſolutione ad primum: voluit enim quod anima intellectiua, & intelligentia differunt ſpecie. & ideo intelligere eorum differunt ſpecie, vnde dicit, manifeſtum eſt enim quod intelligere animæ, & angeli non eſt eiuſdem ſpeciei, manifeſtum eſt enim quod ſi formæ quæ ſunt principia operationum differunt ſpecie, neceſſe eſt & operationes ipſas ſpecie differre: ſicut calefacere, & infrigidare differunt ſecundum differentiam caloris, & frigoris: ſpecies autem intelligibiles, quibus noſtri intellectus intelligunt, ſunt a phantaſmatibus abſtractæ: & ita non ſunt eiuſdem rationis cum ſpeciebus intelligibilibus, quibus angeli intelligunt quæ ſunt eis innatæ, ſecundum quod dicitur in libro de cauſis, quod omnis intelligentia eſt plena formis, vnde & intelligere hominis & angeli non ſunt eiuſdem ſpeciei: & ex hac differentia prouenit quod angeli intelligunt ſine diſcurſu, anima autem cum diſcurſu, quæ neceſſe habet ex ſenſibilibus effectibus in virtutes cauſarum prouenire, ab accidentibus ſenſibilibus in eſſen-

Poſitio ſancti Tho.

C tijs rerum quæ non ſubiacent ſenſibus. In quibus verbis apparet qualiter intelligentia eſt rationabilis, ſicut intellectus hominis, licet rationabilitas illius differat ſpecie a rationabilitate hominis ſeu animæ: & per hoc apparet qualiter corpus cæleſte eſt rationale per intelligentiam rationabilitate differente ſpecie a rationabilitate hominis. Sed hæc ſolutio, cum reuerentia, peccat in duobus. Primo, quia ponit quod ſpecies intelligibiles intelligentiarum eis concreatæ differunt ſpecie, & eſſentialiter a ſpeciebus intelligibilibus cauſatis a phantaſmatibus. Secundo peccat, eo quia ponit intelligentiam intelligere per accidentia eſſentialiter, & ſecundum rem diſtincta ab eius eſſentia: primum eſſe impoſsibile probo: quoniam, vbi ſpecies repræſentatiua lapidis animæ meæ eſſet congenita a Deo, intentio lapidis per illam, & per aliam generatam a phantaſmatibus non differt ſpecie. Præterea, ſi ita eſſet, ſequitur quod homo creatus, & homo generatus differunt ſpecie: conſequens eſt contra illos: conſequentia autem probatur medio eius, quoniam cauſa hominis creati differt genere a cauſa hominis geniti: ergo & effectus illi: vnde, ſicut valet eius ratio, ita & mea. Præterea, ſpecies non diſtinguitur a ſpecie niſi ratione obiecti: quoniam diſtinctio actuum eſt per obiecta. 3. de Anima commen. 38. ergo, poſito quod illę ſpecies eſſent concreatæ, cum ſint reſpectu eiuſdem obiecti, erunt eiuſdem ſpe-

Impugnatio

cleí ſine dubio. Secundum, etiam ſi ſit verum ſecundum nos chriſtianos, attamen eſt contra totam philoſophiam, & maxime Ariſto.12. Meta. tex. com.51. & 3.de Anima. tex.com.15.& poteſt eſſe ratio, quia differentia inter intelligens, & intellectum eſt ſolum propter materiam: eo quia intelligibile eſt in materia, & intelligens ſeparatum a materia: ergo, vbi eſt abſciſſa materia, ibidem nulla poteſt poni differentia, ideo.12. Metaphy.commen. 17. dicit Auer. ꝙ omne, quod recipitur in intellectu ſeparato, eſt idem illi niſi ſit in materia, vel dependens a materia: & hoc dixit hic in hoc dubio, & dicet diſputatione ſeptima. Præterea, ocioſe ponitur illa ſpecies: quoniam, ſicut Deus intelligit entia apud eos, eo quia eſt cauſa eorum, & vere intelligit illa, ita intelligentia debet intelligere entia, quia eſt cauſa eorum: ergo intelligentia duobus modis intelligeret. ergo alter ſuperfluit. Sed dices, quod iſtud eſt pluribus modis fieri, & ſic non inconuenit duobus modis intelligere idem: contra, quoniam a pari poſſet hoc conuenire Deo: ergo, ſicut ſuperfluit Deo, eo quia intelligit illa perfectiſsimo modo, quia eſt cauſa illorum, ita ſuperfluet intelligentijs. Præterea, intelligentia ſeparata, ſemota a ſpeciebus, eſt fortior homine, & anima hominis adhuc plena formis: ergo ei debet conuenire tota perfectio intellectus hominis informati: & hoc non erit, niſi intelligeret rem ſine ſpeciebus: antecedens apparet: quoniam, vbi intelligentia eſſet abſciſſa a ſpeciebus, adhuc eſſet virtus abſtracta a materia, & maxime cum ab ea non ſit remotum niſi accidēs, quod non aufert a rei ſubſtantia: non ſic anima hominis, vt dicit. Præterea, ratio philoſophi.12. Metaphy.tex.commen.51.eſt pulchra: ſi intellectus illius intelligeret per ſpecies receptas in potentia pura paſsiua, ſine dubio intellectus eſſet pura potentia paſsiua: ergo contradictionis: ergo aliqua hora priuabitur illa intentione, niſi violentum erit perpetuum: quæ omnia ſunt contra philoſophiam. Præterea ibidem infert, ꝙ optima ſubſtantia, quale eſt ens ſeparatum, dignificatur per aliquid extra eſſentiam eius: ergo eius eſſentia eſſet in ſe incompleta. Et ideo oportet aliter dici in philoſophia Ariſto. & Auer. Pro cuius intellectu debes ſcire, quod ſcientia intelligentię differt a ſcientia intellectus hominis, eo quia illa eſt per eſſentiam intelligentię, ſcientia intellectus eſt propter res comprehenſas materiales: & ideo in anima noſtra non eſt idem ſcientia cū ſciente niſi accidentaliter, vt declaratum eſt in quæſtione de intellectu, in intelligentia ſunt idem per ſe, ſed non primo. Ex hoc ſequitur, quod intelligentia eſt ſua rationalitas, intellectus autem differt a ſua rationalitate: &, cum totū hoc ſit ita, apparet ſolutio quæſtionis: quoniam rationalitas intelligentiæ differt a rationalitate intellectus, ſicut eſſentia intelligentiæ, cū qua eſt idem a rebus cognitis in intellectu receptis vniuerſaliter, cum quibus ſcientia intellectus eſt idem: iſtę igitur duę rationalitates differunt ſpecie, & genere in illis, ſicut vides. Ad quęſtionem, cum quęritur vtrum ſit rationale, dicendum, quod ſicut ex homine, & intellectu conſtituitur vnum alias operans, vnum intelligens, vnum ſciens, & vnum volens, quod vnum dicitur rationale, non a forma in eo conſtituta ineſſe per ſubiectum, ſed per formam vnitam ſecundum operationem: ſic cœlum dicitur eſſe conſtitutum ex intelligentia, & orbe: propter quod eſt vnū animal ſciens, vnum appetens, vnum volens, & vnum rationale, non rationalitate ſumpta a forma conſtituta per materiam, ſed a forma vnita ei ſecundum operationem, & ſecundum pręſentiam, & indiſtantiam loci & ſubiecti, & ſic dicitur rationale animal. Dicitur quidem animal, pro quanto eſt viuens, & a ſeipſo mouens, & mobile: & dicitur quoque rationale, quia anima eſt forma intellectiua vnita ei ſecundum operationem: & ſic apparet ſolutio quęſtionis. Ad principalia, ad primum dicendum quod illud verum eſt de rationali participatiue, cuiuſmodi eſt homo: homo enim participans rationale, eo quia ei appropriatur: intellectus dicitur rationale a ratiocinatione, ſed rationale per eſſentiam, cuiuſmodi eſt intelligentia. Et forte intellectus in ſe non rationales poſſunt vti ratione, ſed quia effectus prouenictes ab eis ſunt facti, ita apte, quod rationaliter poſſunt dici facti. Ad ſecundum apparet ſolutio: quoniam, ſicut rationalitas hominis, & rationalitas cœlį differunt ſpecie: ita cœlum dicitur

Margin notes: D — Euaſio. — Impugnatio — B — Differt rōnalitas intelligentię a rōnalitate intellectus. — Solutio ad quęſtionem. — F

A rationale ęquiuoce.& hoc multum plane eſt dictum:apppare t ergo corpus cœleſte eſſe viuens aliis rationale. Debes ſcire quod quidam noſtri ſapiẽtes theologi volunt quod intelligentię intelligant per ſpecies concreatas: & tu facile reſpondeas ad argumenta contra hoc dicendo,quod illa concludunt prę ſuppoſitis principijs Ariſto.attamen ſecundum hoc negãda ſunt omnia illa. Sed quidam tenet quod intelligentię intelligunt per eſſentiam earum:& ideo tu conſidera,& vide in theologia.

ALGAZEL.

AIt Alga.contradicens Philoſophis. Dicimus,id, quod narraſtis, aſtutia quædam eſt. & in rei veritate eſt obſcuritas maior præ aliis obſcuritatibus, quam ſi aliquis recitauerit ex inſomnio, iudicabitur ex eo, quòd ſit malæ complexionis. &, ſi id reduxerit in genere rerum legum, in quibus termini inquiſitionis ſunt exiſtimationes,dicetur quòd ſunt errores, & nõ adipiſcẽtur ſcientias,ſed vanas cogitationes. Plura antiquus.

B Poſtquam recitauit Alga.opinionem philoſophorum Alpharabij ſcilicet & Auicen. modo arguere vult contra eos,& primo ponit intentionem. d.ait Alga.reſpondens ad philoſophos: dicimus quod id, quod dixiſtis, non ſunt niſi ingenia, id eſt, fictiones,& euaſiones,id eſt, fugæ,immo poſſunt reputari phantaſmata, & errores:cuius rationem dat.d.ita quod, id eſt, quoniam argumenta ſuper vos cadentia,quaſi ſunt innumerabilia:nihilominus dicemus aliqua: ecce intentionem, & cauſam intentionis. Deinde arguit,& primo reſumit id, contra quod vult arguere. d.quorum primum eſt, quod quando dixiſtis quod vna cauſarum pluralitatis eſt primi cauſati,quod iſte eſt poſsibilis eſſe. Debes ſcire quod Auicen.voluit ꝙ ideo cauſata poſſunt eſſe plura, quia ſunt poſsibilia eſſe & non eſſe. ideo ibi poteſt poni multiplicitas, ſed primum eſt tantum vnum,quia eſt neceſſe eſſe: contra arguit.d.dicamus nos, quod iſta verba ſunt erronea:& ratio huius eſt hæc, quod non euadit quin dicta poſsibilitas ſit idem cum eſſe ſuo, aut differt ab eo. Eſt ergo neceſſarium quod poſsibilitas, qua cauſatum dicitur poſsibile, eſt vel idem illi eſſe, vel diuerſum quid ab illo eſſe. Si primo modo, nulla ergo deberet ab eo ſequi pluralitas: quoniam, ſicut neceſsitas ideo quia eſt idem cum eſſe Dei, non infert pluralitatem deorum, ita C erit idem. Deinde deſtruit ſecundum membrum.d.ſi ſecundo modo adhuc petendum eſt, vtrum in primo ſit pluralitas, quia dicitis quod eſt ens, & eſt neceſſarium eſſe.q.d. ergo dicta neceſsitas differt ab illo eſſe: quoniam,ſicut primum cauſatum, quia eſt ens & poſsibile, differt poſsibilitas eius ab eſſe eius, ita erit in primo,ſcilicet quod quia eſt ens & neceſſarium differt neceſsitas ab eſſe: & ideo quærendum eſt quid infert pluralitatem diuerſorum, quaſi dicat pluralitatem eſſe idem,an pluralitatem eſſe diuerſum: & quodcunque dicatur ſequitur impoſsibile. Deinde confutat quandam ſolutionem dicens. Et, ſi forte diceretis quod neceſsitas cauſæ primæ eſſe nihil infert, vult dicere, quod ſolutio poteſt eſſe quod neceſsitas, inquantum neceſsitas, aufert pluralitatem, & poſsibilitas, inquantum poſsibilitas, multitudinem. contra arguit dicens, ſimiliter dicimus quod poſsibilitas eſſe primi cauſati nihil infert pluſquam vnum,vel pluſquã eſſe tantum eandem.Deinde remouet aliã ſolutionem, quia poſſet quis dicere,quod neceſsitas denominatiua addita infert pluralitatem,non autem per eſſentiam.contra arguit.d.dicimus ꝙ, ſi aliqua res denominaret de neceſsitate & poſsibilitate, vnaquęq; iſtarum eſſet quid additum ſuper illa ſubſtantia,eodẽ modo põt dici de alia,quaſi dicat quod quomodocunque dicas de neceſsitate,ego dicam de poſsibilitate tandem quod nulla eſt differentia inter eos in demonſtratione, id eſt,quantum hoc,quod tu ponis.

Cauſata ſũt plura, quia ſunt poſsibilia ad eſſe,et non eſſe ſecũdũ Auic.

firmamenti.ſ. octauæ ſphæræ,& eius corpus. Deinde ab intellectu tertio procedit quartus, ſcilicet qui mouet, vt finis reſpectu proximi orbis, & anima orbis ſaturni,& eius corpus. Deinde, donec peruenit ad intellectum,ex quo procedit intellectus,& anima,& corpus lunæ orbis, & vltima intelligentia, quæ ſcilicet procedit in eſſentia ab intelligentia lunæ, quæ intelligentia agens dicitur,deinde ab iſta cauſatur plenitudo lunæ orbis,ſcilicet materia recipiens generationem & corruptionem de agente intelligentia, id eſt, a colcodea. Debes D

Qualiter materia dicitur plenitudo orbis lunę.

ſcire , ꝙ materia dicitur plenitudo lunæ orbis, pro quanto eſt effectus ſimilis orbi lunæ cauſatus immediate poſt illum ab intellectu agente ſecundum iſtos: vel forte dicitur plenitudo, pro quanto totam ſphæram actiuorum implet: & tu conſidera. Deinde proſequitur ordinem. d. rurſus fiunt , deinde, poſt generationem materiæ mixtionis materierum alijs de cauſis , vult dicere alijs cauſis concurrentibus, & declarat quomodo. d, radij nanque ſiderum mixtiones habent,vult dicere in potentia actiua, ſicut virtus genitiua animam , ex quibus fiunt mineralia,& plantæ,& animalia.(Et non oportet.) Soluit quoddam dubium:poſſet quis dicere,quare,poſt intelligentiam actiuorum & paſsiuorũ non fuit facta vlterius alia intelligentia ab illa alia:& ſic inde ſoluit.d.& non oportet ꝙ a quolibet intellectu procedat intellectus ad infinitum, id eſt, vlterius: hæc namque intelligentiæ differunt ſpecie, vult dicere,quod non eſt eadem ratio de vltima,& de alijs,quoniam differt ſpecie ab illis: ideo iſta non producit amplius aliam, quia huius naturæ, illæ autem ſic, quia huiuſmodi naturæ. E Sic apparet ſolutio quæſtionis.(Patet ergo.)Concludit ordinem , & diſputationem harum intelligentiarum.d.patet ergo ex iſtis, ꝙ intelligentiæ poſt primum ſunt decem, & orbes nouem. ergo omnia iſta mobilia principia,id eſt,intelligentię mouentes, vt finis tantum,ſunt decem poſt primum principium,vult dicere dato primo principio. Deinde declarat diſpoſitionem cuiuslibet intellectus. d. etiam ſub quocunque intellectu tres continentur res computando ipſum, ſcilicet intellectus ipſe,& anima orbis ,& corpus ipſius, ſcilicet animæ. Deinde dat quaſi cauſam correlarie, quare primum principium non potuit niſi vnũ cauſare.d.& ideo oportet quod in ſuo principio trinitas nulla poſsit imaginari pluralitas in primo intelligibili:ſic reperitur litera in libro meo, & forte eſt corrupta,vel translator male tranſtulit, vt reputo : ſed quomodocunque, debet ſic ordinari,& ideo oportet ꝙ in ſuo principio primo intelligibili nulla poſsit imaginari pluralitas trinitas,id eſt,pluralitas trinaria niſi vno modo tãtum, in alio autem oportet,videlicet prout intelligit ſuum principium & ſeipſum: & ſic debet legi iſta litera, & tunc apparet ſolutio,quare primum vnum tantum cauſat, & ſecundum tria:primum enim vnum tantum, quia non intelligit niſi ſe , reliquus autem pro quanto intelligit primum, & ſe poteſt cauſare multitudinem. F (Vnde reſpectu ſui.)Soluit quoddam aliud dubium, poſſet quis dicere , vtrum primus intellectus cauſatus a primo motore vniuerſi ſit neceſſe eſſe, an naturaliter ens poſsibile:ſoluit.d.vnde reſpectu ſuiipſius,id eſt, natura eius eſt poſsibilis eſſe,neceſsitas enim ſui eſſe conſiſtit in alio, non in ſeipſo. vult dicere ꝙ natura eius eſt natura poſsibilis , attamen ab alio eſt perpetua & ſempiterna. (Ecce ergo.)Remouet aliud dubium: ex quo intelligentia immediata producta a Deo producit tria propter diſpoſitionem multam, quam habet,quoniã per illas diſpoſitiones producit illa tria. Soluit. d. ecce ergo,ꝙ hæc res ſunt tres diuerſæ,vult dicere productę ab illa,quia intelligentia proximi orbis, anima ſui orbis,& ſuus orbis: vnde nobilior trium iſtorum debet nobiliori attribui, ergo ſuum principium:ſic habet litera mea,ſed eſt corrupta,& debet dici:ergo prout intelligit ſuum principium,& anima orbis,prout intelligit ſeipſum, eſt corpus orbis inquantum eſt apud de ſeipſo:& ideo inueſtiganda eſt iſta trinitas rerum factarum ab illa vna,vnde procedit in cauſato ꝙ ſuum principium ſit vnum, & tamen ipſum ſit tres res, vt vides:& voluit dicere ꝙ tu debes hic perſiſtere, qm̃ eſt difficile:& forte ly vnde procedit in cauſato,debet continuari cum litera,quæ ſequitur,ita ꝙ ſit quaſi quædam quęſtio,quæ ſic mouetur : vnde procedit in cauſato,ꝙ ſuum principium ſit vnum, id eſt,quod Deus ſit ſimplex ſecũ-

A dum eſſe, & virtutem: &, tunc per literam ſequẽtem innuit ſolutionem. d. vnde dicimus ꝙ a primo principio non procedit niſi vnum, videlicet ſubſtantia huius intellectus, ex quo intelligit ſeipſum: hæc reſponſio primo aſpectu non videtur eſſe ad punctum quæſtionis: ſed dico quod voluit dicere, quod ideo fuit vnus, quia talis. Et eius naturam non poſſumus ſcire aliter, niſi quia effectus eius eſt vnus: vel poteſt tertio illud verbum, vnde procedit in cauſato, exponi ſic, vt dicamus ꝙ intentio quæſtionis eſt iſta, videlicet, vnde procedit in cauſato quod ſuum principium ſit vnum, id eſt, vnus effectus: quod enim dicitur principium vnum, quod vnum tantum producit: eſt ergo ſenſus quæſtionis, vnde procedit in cauſato, quod eius effectus & efficiens ſit tantum vnum in cauſando: & tunc verba ſequentia ſunt manifeſta: vnde dicimus ꝙ a primo principio non procedit niſi vnum, videlicet ſubſtantia huius intellectus, ex quo intelligit ſeipſum: & hæc tertia expoſitio eſt mihi plus apparens, & vera in ſe. Deinde vltimo remouet quoddam dubium, poteſt enim quis quærere, ex quo primus intellectus cauſatos intelligit, & eſt neceſſario, quomodo poteſt eſſe a primo. Vel poteſt quæſtio eſſe: primum neceſſario cauſat, quomodo effectus poteſt eſſe contingens: & ambo ſunt boni ſenſus. Ad ſecundum tamen ſenſum reſpondet, ex quo apparet ſolutio ad primum, vnde dicit: & ſequitur, cum ne-
B ceſſario habet a primo quod intelligat illud, quoniam in ſui natura non eſt neceſſe eſſe, ſed ipſe de ſe eſt poſſibilis eſſe, & poſſibilis non eſſe, & non habet poſſibilitatem a primo principio, immo de ſeipſo. ecce igitur ſolutio ad formam. Dicendum enim, quod licet primum neceſſario cauſat illud, attamen poſſibilitatem habet ex ſui natura, quæ eſt ſecundum ſe contingens, ex quo apparet ſolutio ad primum ſenſum: negatur enim quod primum cauſatum ſit ens neceſſario intellectus neceſſario, ſed in ſui natura eſt contingens, ideo poteſt eſſe a primo: iſti enim crediderunt quod neceſſe eſſe non poſſit ab alio cauſari. vt alibi dixi.

SED HIC dubitatur, primo: quia primum cauſatum eſt ſimplex adhuc ſecundum rem, ergo adhuc non poteſt producere multa ſecundum rem quoniam, ſi diſtinctio rationis in principijs cauſatiuis ſufficeret in primo, non eſſet repugnantia ex parte intellectus noſtri intelligere multitudinem, ergo poſſet eſſe cauſa multorum. Secundo dubitatur fortius: quoniam, ſi intellectus ille produxit, oportet ꝙ habeat tres rationes: modo non habet niſi duas. ſ. intelligere primum, a quo ſit, & intelligere ſe, ergo per ipſa duo non poteſt producere tertiũ ſcilicet orbẽ. Alias quæſtiones adduxi in lib. de intellectu contra hoc, vide eas, quia multum conferunt ad propoſitum. Ad primam dicendum, ꝙ diſtinctio ſecundum modum, quę apud nouos dicitur diſtinctio rationis, eſt duobus modis:
C quędam ficta non fundata in re, nec accepta in re: vt ſi vellem conſiderare ens quodcunque, poſſet ei fingere rationis diſtinctionem iſto modo: alio modo vera, quæ accipitur a re, & fundatur in re, vt in homine eſt diſtinctio rationis iſto modo reſpectu animalis, quia accipitur a re. Ad propoſitum dicendum, ꝙ diuiſibilitas rationis ſeu modi in principijs ſecundo modo ſufficit ad cauſandum diuerſa ſecundum iſtos, & non oportet ꝙ illa ſint diſtincta re, & ſubiecto. quoniam quę ſunt diſperſa in cauſatis colligantur in cauſa, modo hęc diſtinctio rationis bene poteſt inueniri in ſecundo ente, & non in primo: poteſt enim ſecundum ens intelligi inquantum intelligens primum, eo quia cauſatur ab eo, & inquantum intelligens ſe, primum autem, quia eſt ſimplex in cauſatum, ideo non poteſt intelligi inquantum intelligit aliud a ſe, & inquantum intelligit ſe niſi diſtinctione facta, ideo eſt ſimpliciter vnũ re & modo apud iſtos, ideo tantũ vnũ produxit, videlicet pro quãto intelligit ſe, vnde intẽtio ſui eſt principium, quo ꝓducit primũ intellectũ. Ad ſcdm dicẽdũ, qd diu reputaui qd ille intellectus intelligẽdo ſe produxit tm̃ animam orbis, & orbis fuit cauſatus ab illa anima immediate, & põt ſaltẽ hoc teneri de mente Auic. attamẽ pro nunc puto eſſe dicendũ ſecundum iſtos, ꝙ orbis & aĩa ſunt vnũ colligatione, & ideo intellectus produxit per hoc, qd intelligit ſe totũ illud colligatũ mediante aĩa illa, ſicut in cõpoſito naturali apparet, Sed dices, a pari poteſt dici, quod totus mundus pro-

Prima dubitatio.

Secunda.

Solutio ad primam.

Duplex eſt diſtinctio rationis.

Ad ſecundũ

Replica

ducitur a primo, quia eſt vnus colligatione & eſſe, vt dicunt eſt: ergo, vel iſta D
poſitio contradicit ſibi, vel ſua non eſt ad mentem eius. Dicendum quod Auer.
facit iſtud argumentum contra illos, vt apparuit in principio dubij præſentis,
attamen poſſet dici quod non eſt ſimile de toto vniuerſo apud iſtos, & de iſto
paruo vniuerſo: quoniam entia in toto mũdo ſunt valde diuerſa, vt apparet ex
operationibus, ſed iſtud eſt colligatum opere & eſſe: ideo forte poteſt ſic intel-
ligi: & tu conſidera melius.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc totũ eſt contradictio Philoſophis, vt ſenſit Auicenna, & Alfarabius, & alii. Opinio vero Antiquorum eſt ꝙ ſint hic principia, & ſunt corpora cœleſtia. & principia corporum cœleſtium ſunt entia ſeparata à materia, quæ mouent corpora cœleſtia, & corpora cœleſtia mouentur ab eis modo ſeruitutis, & dilectionis eis, & receptionis iuſſus eorum cum motu, & intellectione eorum. &, quia ipſa producta ſunt propter motum: & hoc eſt, quoniam verificatum eſt quòd principia, mouẽtia corpora cœleſtia, ſunt E
ſeparata à materia, & non ſunt corpora: non remanet modus, quo hoc moueat hæc corpora, niſi ex eo, quòd mobili iniunctum ſit ad motũ. & propter hoc neceſſe eſt apud eos vt ſint corpora cœleſtia viuentia rationalia, quæ intelligunt ſeipſa, & intelligunt principia mouentia ea, modo iuſſus eis. Et, quoniam patet ꝙ nulla ſit differentia inter ſcientiã & ſcitũ, niſi ꝙ ſcitum eſt in materia, ſciẽtia vero nõ eſt in materia: & hoc dictũ eſt in libris de Anima: & iã ſunt entia, quæ nõ ſunt in materia: ſequitur ergo vt ſit ſubſtantia eorũ ſciẽtia, aut intellectus, aut quouis nomine appellabis eã. & verificatũ eſt apud eos ꝙ iſta principia ſunt ſeparata à materia: q̃m ipſa influunt corporibus cœleſtibus motum continuũ, quo eis nõ euenit labor, nec defectus: & omne influens motum continuum huiuſmodi non eſt corpus, nec potentia in corpore: & corpus cœleſte acquiſiuit permanentiam ex ſeparatis. & verificatum eſt apud eos quòd iſta principia ſeparata, eſſe F
eorum eſt copulatum primo principio eorum. ſin autem, non eſſet hic ordinatio reperta. & ſermones eorum, quos ſcripſerunt in hoc, qui vult ſcire veritatem, eis incumbat. Et ex eo, quo apparet ꝙ oẽs orbes mouentur motu diurno, licet moueantur motu proprio, verificatũ eſt apud eos ꝙ iubens in iſtis motibus eſt primum principiũ, & eſt Deus glo. & ꝙ ipſe iuſsit omnibus principiis, vt iubeant cæteris orbibus in aliis motibus. & hoc iuſſu permanſit cœlum, & terra: vt iuſſu primi Principis ciuitatis ſeruantur omnia præcepta prouenientia ab aliquo, quem Princeps præpoſuit in rebus ciuitatis omnibus exiſtentibus in ea ex hominibus, vt dixit Propheta Verbo Dei cœli facti ſunt, &c. Et hic iuſſus, & ſeruitus eſt principalis in iuſſu, & ſeruitute, quæ neceſſe eſt eſſe homini, ex eo quòd eſt animal rationale. Id autem, quod recitauit Auicenna de prouentione horum principiorum abinuicem, eſt res, quam neſcierunt ſapientes. Quod vero eſt apud

A eos eſt, ꝙ habent a primo principio ſtatus tales, quibus non perficitur eſſe, niſi in illo tali loco. & copulatio, quæ eſt inter ea, eſt illud, quod facit ea eſſe cauſata abinuicem, & omnia a primo principio, & non intelligitur de agente, & acto, & creatore, & creato in illo eſſe, nisi hoc tantum. & id, quod diximus de copulatione omnis entis cum vno, eſt aliter quàm hic intelligitur de agente, & acto, & faciente, & facto in arte. Si autem imaginatus fueris quòd ſit princeps, habens ſubſtitutos multos, & iſti ſubſtituti habeant alios ſubſtitutos: & non eſt eſſe ſubſtitutis, niſi in recipiendo ſubſtitutionem, & faciendo præceptum eius: & non eſt eſſe eis, qui ſunt ſubſtituti, niſi mediantibus ſubſtitutis prioribus: neceſſe eſt vt Princeps primus ſit ille, qui tribuit omnibus entibus rem, qua ſunt entia. nam, ſi aliquis eſt, cuius eſſe eſt vt ſit ſubſtitutus, non eſt quidem ei eſſe, niſi propter dominum primum. Et hoc eſt id, quod tenent Philoſophi, ꝙ ſit pręfatio legum in

B creatione, & innouatione, & iuſſu. & hęc eſt diſciplina propinqua, qua poteſt intelligi opinio horum hominum, abſque ꝙ eueniat ei dubitatio, quæ euenit ex auditu opinionum hominum, ſecundum differentiam, quam narrauit Alga. hic. & hoc totum exiſtimauerunt declaratum fuiſſe in libris eorum. Et qui poteſt operam dare libris eorum cum conditionibus, quas narrauerunt, ſciet veritatem eius, quo ratiocinantur, aut contrarium eius. & non intelligitur de opinione Ariſt. aliud pręter hoc, nec de opinione Platonis: & eſt finis eius, ad quod peruenerunt intellectus humani. Poteſt tamen homo peruenire ad iſtas res ex ſermonibus euenientibus eis, quòd ſint famoſi, cum hoc, ꝙ ſint intellectuales: in quibus hæc via diſciplinæ eſt delitioſa, & dilecta omnibus. Et vna ex propoſitionibus, quibus hoc apparet, eſt ꝙ homo, cum conſyderauerit entia, quæ ſunt hic, apparet ei ꝙ res, quæ appellantur viuentia, ſcientia, ſunt ea, quæ mouentur ex ſe motibus terminatis, verſus intentiones, & operationes terminatas, ex quibus proue-

C niunt operationes terminatæ. & ideo dixerunt Loquentes quòd omnis actio prouenit ex viuo ſapiente. & , cùm fuerit apud eum hæc radix, & eſt quod omne, quod mouetur motibus terminatis, & proueniunt ex eo operationes terminatæ, & ordinatæ, eſt viuum, ſapiens. & copulatur iſti id, quod apparet ſenſui: & eſt quod cœli mouentur ex ſe motibus terminatis, & ordinantur ex hoc entibus, quæ ſunt ſub eis, operationes terminatæ. & ordo, & proportio, quo ſuſtentatur id, quod eſt ſub eis, ex entibus, concluditur radix tertia, in qua non eſt dubium & eſt quod cœli ſunt corpora viuentia cognoſcentia. Quòd autem ex motibus eorum ſequantur operationes terminatæ, quibus ſuſtentatur id, quod eſt hic ex animalibus, plantis, & mineralibus, & conſeruatio eius, hoc eſt notum per ſe cum conſideratione. nam, niſi eſſet propinquitas Solis, & remotio eius in circulo ſuo obliquo, non eſſent hic quatuor tempora: & , niſi eſſent hic quatuor tempora, non eſſent plantæ, nec animalia, nec proceſſus generationis ſecundum ordinem

Si nõ eſſent quatuor tempora anni, nõ eſſēt nec plantę nec animalia.

in generatione elementorum adinuicem, ſecundum æqualitatem, vt conſeruetur eſſe eorum.v.g.cum prolongatur Sol a meridie, infrigidatur aer in parte ſeptentrionali, & fiunt pluuiæ, & multiplicatur generatio elementi aquę, & multiplicatur in parte meridionali generatio elementi aeris: in ęſtate vero cōtrarium, ſ.cum fuerit Sol prope caput noſtrum verſus ſeptentrionem. & iſtę operationes, quę reperiuntur a Sole propter propinquitatem, & remotionem, quam habet continue a quolibet ente, ex eodem loco reperitur a Luna, & omnibus planetis. nam oēs habent orbes obliquos, & faciunt quatuor tempora in motu eorum circulari. & quod magis eſt in eſſe entium, & conſeruatione eorum eſt motus diurnus, magnus quidem, faciens diem. & iam innuit lex prouidentia Dei in homine, cum ſubmittantur ei omnes orbes, cū dixit ipſe glo. & ad prædominandum in die, & in nocte, & deinde omnia tempora terræ, &c. & niſi eſſet fœdus meum, &c. Et, cum conſyderauerit homo has operationes, & regimina prouenietia, diuerſa quidē ex motibus ſtellarum, & viderit ſtellas moueri iis motibus, & habere figuras terminatas, & ex partibus terminatis, & verſus operationes terminatas, & motus contrarios, ſcit iſtas operationes terminatas prouenire ex entibus cognoſcentibus, & animatis, habentibus electionem & voluntatem. Et quod magis facit eum credere hoc, eſt, cum nos videmus multa ex corporibus paruis, fœtidis, vilibus, & obſcuris, hic repertis non priuari vita generaliter cum paruitate partium eorum, & vilitate menſurę eorum, & breuitate vitæ eorum, & obſcuritate corporis eorum, & ꝙ bonitas diuina eis influxit animam, & comprehenſionem quandam, qua regunt ſeipſa, & conſeruant eſſe ſuum, expreſſe patet ꝙ multo magis debent eſſe corpora cœleſtia animata, cōprehendentia, q̄ iſta corpora, pp magnitudinem corporis, & dignitatem eorū, & multitudinem luminis eorū, vt dixit ipſe glo. mediante Propheta ſuo Cœli enarrant, &c. ſed multi hominum neſciunt hoc. Demum, cū conſyderetur regimen eorum in corporibus animatis, quę ſunt hic, ſcitur abſolute ꝙ ſunt animata. nam animatum non regitur, niſi ab animato perfectiori anima, q̄ anima eius. Et, cum conſyderauerit homo hæc corpora magna, animata, rationalia, eligentia, q̄ nos continent, & conſyderauerit tertiam radicem, & eſt ꝙ prouidentia eorum ad ea, q̄ ſunt hic, non eſt neceſſaria eis in eſſe eorum ſciet ꝙ iniunctum eſt eis in iis motibus, & ſunt ſubmiſſa eis, q̄ ſunt ſub eis ex animalibus, & plantis, & inanimatis, & iubens eis eſt aliud ab eis; & eſt non corporeum neceſſario. nam, ſi eſſet corpus, eſſet de numero eorum. & quodlibet eorum eſt obediens ei, quod eſt ſub eo hic ex entibus, & ſeruit ei, & non indiget ſeruitute eius in eſſe ſuo. &, niſi eſſet iuſſus eis, non prouiderent ad id, quod eſt hic continue: quoniam ipſi vellent non habentes quidem vtilitatem in hac operatione. Igitur mouentur propter iuſſum, & timorem euenientem eis ad conſeruandum ea, quæ ſunt hic, & ſuſtentandum eſſe eius: & iubens eſt Deus glo. Verbi gratia, ſi ali-

Obſerua pulchra.

A quis viderit multitudinem hominum dominantium in rebus, & operationibus terminatis, non ceſſantibus in inſtanti, licet operationes illæ non ſint neceſſariæ in eſſe eorum, & non indigent eis, deliberabit proferre ſententiam ꝙ ſunt timentes. & iniunctum eſt eis in operationibus illis, & quòd habent pręcipientem, qui pręcepit eis in hoc regimine continuante prouidentiam in aliis, qui eſt ſuperior eis ſuperiori gradu, & ſunt vt ſerui obedientes ei. &, cum conſyderauerit homo aliud, & eſt ꝙ vnuſquiſque planetarum ſeptem habet motus innouatos motui eius vniuerſali, habentes quidem corpora ſeruientia corpori vniuerſali, ac ſi eſſent obedientia, ſciet abſolute etiam ꝙ quilibet planeta habet iuſſorem ſibi proprium, deputatum eis ex primo iubente. vt euenit in gubernatione exercitus, qui eſt collectio vniuſcuiuſq; eorum ſub vno iuſſore: & iſti iuſſores, qui appellantur capitanei, deueniunt ad vnum principem, & eſt princeps exercitus, ſic eſt diſpoſitio in motu corporum cœleſtium, quam perceperunt Antiqui de iſtis

B motibus, & ſunt quadraginta, & poſtea reducuntur omnia ad ſeptem planetas, & reducuntur illi ſeptem ad octauum, & reducitur octauum ſecundum diuerſitatem, quæ eſt inter Antiquos, in numero motuum ad iuſſorem primum. Et hæc notitia habetur homini hoc modo, ſiue ſciat quomodo ſit principium creationis horum corporum cœleſtiũ, ſiue neſciat: & quomodo ſit copulatio aliorum iubentium cum primo præcipiente, ſiue ſciat, ſiue neſciat. nam ipſe non dubitat ꝙ, ſi eſſent ex ſeipſis, ſcilicet antiqua abſque cauſa, & inuentore, poſſibile eſſet eis non recipere iuſſum a iubente vno cum ſubiectione, & ſeruitute. & ſic eſt diſpoſitio iubentium cum iubente primo. &, cum hoc non fuerit eis poſſibile, ergo eſt ibi proportio inter eos, & eum, & proportio, quæ determinauit eis obedientiam, & ſeruitutem. & hoc non eſt aliud, niſi ex eo ꝙ ſunt ei ex natura eſſe eorum, non vt accidens ex accidentibus, ſicut eſt dominus cum ſuis ſeruis, ſed in natura eſſe eorum.

C nam non eſt ibi ſeruitus addita ſubſtantię, immo ſubſtantię illę ſuſtẽtantur in ſeruitute. & hęc adeptio eſt regnum cœli, & terrę, quod vidit Abraham pater noſter, cum dixit Facies cęlum, & terram. Et ſcias ꝙ, cum ſic fuerit, neceſſe eſt vt non ſit creatio horum corporũ, & principium generationis eorũ, modo generationis corporum, q̃ ſunt hic. & intellectus humanus deficit apprehendere qualitatem huius operationis, licet ſciret eſſe eius. Qui autem perquirit aſſimilari duas entitates, quarum vna eſt in altera, & ꝙ agens earum ſit agens eo modo repetiuntur agentia, hic eſt in maxima perturbatione, deceptione, & confuſione. Et hæc eſt ſumma eius, quod intellexerunt Antiqui de corporibus cœleſtibus, & conſtitutione eorum a creatore glo. ꝙ non ſit corpus, & conſtitutione eius, quod eſt ex entibus inferioribus ab eo, quę non ſunt corpora, & vnum eorum eſt anima. conſtituere autem eſſe eius, ex eo quòd ſunt innouata eo modo, quo innouantur corpora, quæ ſunt hic, vt conati ſunt loquentes, eſt nimis difficile. & propo-

ſitiones, adductæ in hoc, non complent id, quod intendunt declarare. & declarabimus hoc ex ſermonibus noſtris ſubſequentibus, cum loquemur de via conſtitutionis eſſe Dei glo. His autem habitis reuertamur ad narrandum ea, quæ dicit Alga. in contradicendo ei, quod recitauit de opinionibus Philoſophorum, & notificabimus gradum eius in veritate. nam hoc eſt intentum primum in hoc libro. D

Poſtquam dicta eſt opinio iſtorum, vult modo adducere Auerro. opinionem verorum philoſophorum de ordine orbium, & diſpoſitione ipſorum, & motorũ eorum, & quomodo colligantur cum primo, & vnde appareat defectus opinionis prædictę: vnde dicit, dicimus nos, quod omnia iſta ſunt limitationes philoſophorum antiquorum, videlicet Auicen. & Alpharabij, & ipſorum ſequentiũ: voluit dicere ꝙ iſta opinio creditur eſſe ad mentem antiquorum, non tamen eſt. ideo ponit illam. d. & opinio tamen antiquorum eſt, ꝙ hæc vult dicere: motores cœlorum ſunt principiantia corpora cœleſtia, & principia corporum ſunt entia ſeparata de materijs. ergo ſunt iſta principia ſeparata: & ſyllogiſmus eſt in prima figura ſic. principia corporum cœleſtium ſunt ſeparata: motores cœleſtiũ ſunt principia illorum. ergo ſeparata: hæc igitur eſt prima propoſitio, quã vult habere contra eos, qui ponunt animas ineſſe corporibus illis, neque eſſe eis veras formas. Deinde vult remouere alium errorem per aliam propoſitionẽ: alius enim error fuit, ꝙ animæ cœlorum trahuntur ab intellectibus ſeparatis, quę mouent eos eo modo, quo finis mouet agens: contra iſtum probat iſtam propoſitionem, ſcilicet ꝙ illi motores mouent propter complacentiam: & corpora illa mota mouentur tanquam obedientia: & ſyllogiſmus componitur ſic: quæcunque mouent aliqua, quæ non eis reſiſtunt, ſed mouentur mota ipſa, mouent gratia amoris & complacentię. & illa mouentur propter obedientiam: ſed motores illi ſeparati reſpectu corporum cœleſtium ſunt huiuſmodi. ergo concluſio illa dicta ſequitur. d. ergo quę, ſcilicet principia ſunt mouentia corpora cœleſtia, & illa corpora mouentur: hęc eſt virtus minoris, & infert concluſionem. d. ergo ea principia modo obedientiæ & amoris, vult dicere mouent: & corpora obedienter mouentur: & tunc eſt concluſio. Deinde probat minorem, quantum ad iſtam partem, ſcilicet ꝙ corpora illa mouentur: & poteſt ſyllogiſmus ſic componi. quæ ſunt creata propter moueri, ſunt nata moueri cum obedientia: ſed corpora cœleſtia ſunt facta propter motum. ergo ſunt nata moueri: maior eſt manifeſta: aliter eſſent ocioſa, & ſuperflua: minor autem accipitur hic, tanquam nota: & huius iſtum minorem accipit. d. & ipſa corpora fuerunt creata propter motum: & tunc ſup. ſu reſiduum: deinde probat idem per ſyllogiſmum alio modo, licet ſit quaſi virtualiter poſitus, & poteſt ſic componi: principia ſeparata a materia, & a corpore, ſimpliciter impartibilia mouent amore & intelligentia corpora mota, & corpora mota obedienter: ſed motores orbium ſunt huiuſmodi: ergo, vt ſupra. vnde huius ponit minorem, & concluſionem. d. cum enim declaratum ſit ꝙ principia mouentia ſupercœleſtia corpora ſeparata ſunt a materijs, & quod iſta principia non ſunt corpora: iſta eſt minor: non ergo remanet modus, quo dici poſſit quod ipſa principia mouent corpora, niſi dicamus ꝙ mobile mouetur modo obedientię. Et hęc eſt potentia concluſionis. Debes ſcire quod motores orbium, quia ſunt ſeparati, mouent propter amorem, intelligentiam, & complacentiam: amorem quidem, quoniam amant primum, quod non poſſunt amare amore intelligibili niſi eſſent ſeparati: intelligentiam quidem, quoniam mouent propter id, quod intelligunt de primo, vt dicam poſt: complacentiam vero, quoniam intentio primi eſt conſeruare entia in ſuis diſpoſitionibus, & ideo in mouendo exequuntur intentum primi, ideo complacent ei, & ſic mouent per complacentiam: & hęc omnia ſunt dicta in quęſtione de intellectu, & alibi, ſcilicet in de ſubſtantia orbis, vt dicam forte poſt. Secundo debes ſcire, quod corpus cœleſte mouetur obedienter: eo quia non reſiſtit motori ſeparato, immo maxime inclinatur ad motum illius, eo quia factum fuit propter motum illum, vt colligitur ab Auer.

Quia motores orbium ſunt ſeparati, ideo tripliciter mouẽt orbes. ſ. ꝑ amorẽ, intelligentiã, & cõplacẽtiã.

Quia corpus cœleſte non

E

F

A roe hic, &.3.commen. ſecundi cœli: vnde obedire proprie eſt ſine reſiſtentia
trahi ab alio: & quia corpus ſic trahitur: ideo dicitur obedienter moueri. Sed reſiſtit motori, idõ mouet
tunc occurrit dubium: quoniam, tunc mouent in inſtanti: quoniam, ſecundum di- obediẽter.
cta Auerrois, intelligentię mouent quantum poſſunt, & ſecundum vltimum ſuę Dubitatio.
potentię: ergo, ſi mobile nullo modo reſiſtit eis, motus erit in inſtanti: quoniam Solutio.
ſucceſsio in motu cauſatur, vel a reſiſtentia medij, vel mobilis, vt.4.Phyſi.com.
71. dictum eſt. Et dicendum, quod ibi eſt reſiſtentia: quia cœlum eſt corpus
actuale, quantum, & extenſum, vt dictum eſt in quęſtione de reſiſteutia: vnde
cœlum reſiſtit intelligentię, quia eſt corpus actuale quantum extenſum: dico cor
pus actuale, quoniam corpus in potentia, ſicut eſt forma corporis ſubſtãtialis ma-
terię coęterna nullam reſiſtentiam habet ad motum, ſicut nec materia, quia eſt
illimitata ad omne vbi: quia igitur cœlũ eſt corpus actu vltima actualitate, ideo
impoſsibile eſt ei, quando eſt ſub a, eſſe ſub b. vbi, & nulla eſt quærenda cau-
ſa quare reſiſtit, niſi quia corpus actuale vltimum quantum. Et hoc dicit Auer-
roes.7.Phyſicorum ſoluens pręſentem: quaſi dicat, & forte hoc accidit ex diuer
ſitate naturarum mouentium, quę non ſunt in materia in nobilitate ſecundum
magis & minus, & diuerſitate naturarum corporum, quę mouentur ex eis: ecce
quomodo patet ſolu. pręſens. Sed dices, ſi reſiſtit, ergo non obedit ei: ergo de- Replica.
B ſtruitur opinio Auerrois. Hic dicendum, quod duplex eſt reſiſtentia: quędam cũ Duplex eſt
inclinatione ad contrarium, immo impellens ad contrarium: & hæc affert obe- reſiſtentia.
dientiam, ſicut apparet in homine, qui trahitur violenter in aliquo: quędam cum
determinata pauſa ſuę obedientię, non tamen inclinatione impellente ad contra
rium: ſi quis enim imperat mihi vt vadam ad eum, & ego vado libenter, certum
eſt quod non vado ad ipſum in inſtanti, licet ipſe appetat me in inſtanti, quoniã
natura media eſt limitata ad certum: propter hoc non dicor iuobediens: ita in
propoſito: cœlum obedit intelligentię, eo quia non inclinatur vi ad contrarium:
attamen ſua natura, quia corpus, limitatur ad motum tantę velocitatis: & iſtud
non aufert obedientiam, vt dixi in exemplo, & de hoc dixi in quęſtione de re-
ſiſtentia cœli. Et poſtquam remouit duas propoſitiones, ſcilicet dicentem corpo-
ra cœleſtia eſſe animata animabus materialibus, & dicentem corpora cœleſtia
moueri a motoribus ſeparatis trahentibus animas eorum, vult modo concludere
diſpoſitionem corporum cœleſtium ſecundum veritatem Ariſto. & dicit: quare
ſequitur eos, vult dicere philoſophos antiquos, idcirco quod corpora cœleſtia
ſunt viua, & rationalia, & quod intelligant ſeipſa, & ipſorum principiorum
mouentia. Et videtur mihi quod innuat hunc ſyllogiſmum: omne compoſitum
ex forma ſeparata mouente amore, intelligentia, & complacentia, & ex corpo
re obedientię illi motori, eſt animal rationale viuens, intelligens ſe, & ſuum
C principium: ſed corpora cœleſtia ſunt compoſita huiuſmodi: ergo in prima fi-
gura ſequitur concluſio, quam hic intulit: maior declarabitur, licet ſit aliquali-
ter nota, minor fuit declarata ex iam dictis, & concluſionem hic poſuit tantum.
Deinde vult remouere dubium: quia poſſet quis opinari, ſi corpus cœleſte eſt
animal rationale viuens: ergo intentio eius, & eius ſcientia cauſatur a rebus, er- Dubitatio.
go recipit accidentia. Pręterea, ſi ita eſſet: corpus cœleſte eſſet homo, quoniam
nulla eſſet differentia inter ſcientiam corporis cœleſtis, & hominis: vt ergo re-
moueat iſta dubia, vult declarare qualiter ſcientia illorum cũ ſcienna noſtra eſt
ęquiuoce dicta: & ſic erit quęſtio ſoluta. Et intendit probare hanc concluſionẽ,
quod in ſeparatis a materia ſcientia, & ſcibile non differunt, immo ſunt vna ſub Solutio.
ſtantia: & ſyllogiſmus eſt: omne ſcibile ſeparatũ a materia eſt vnum in ſubſtan-
tia cum ſubſtantia illius ſcientię: ſed in ſeparatis a materia omne ſcibile eſt ſepa-
ratum a materia: ergo in ſeparatis a materia omne ſcibile eſt ſcientia ſcientis in
ſubſtantia: maior declaratur, quoniam ſcientia & ſcibile differunt modo: eo quia
ſcibile eſt in materia, quia eſt vniuerſale in potentia, quod eſt actu indiuiduum,
vt dixi in quęſtione de vniuerſali: ſcientia autem eſt ſeparata a materia: ſola dif
ferentia eſt in modo ratione materię: vbi ergo erit abſciſſa materia, ibidem rema Sciẽtia, et ſci
nebit abſciſſa cã diſpoſitionis ſcibilis a ſcientia: & ſic apparet maior. Et poteſt bile nõ diffe
ſyllogiſmus ſic componi, ſcientia & ſcibile ſolummodo differunt a materia: ſcien runt in ſepa-
ratis.

Scſbile, & ſcientia non differunt ratione materię.

tia & ſcibile in ſeparatis non differunt modo materię: ergo ſcientia & ſcibile in illis non differunt, in ſecunda figura: minor autem. ſ. 12. Metaph. tex. com. 51. & nolo pro nunc immorari in illo: huius ſyllogiſmi ponitur maior proſyllogiſmi. d. cum ergo prælibatum ſit a philoſophis quod nulla ſit differentia inter ſcientiam & ſcibile, niſi quod ſcibile eſt in materia, & ſcientia minime, vt declaratum eſt in libro de anima: hęc fuit maior proſyllogiſmi. Deinde ponit concluſionē principalem ſyllogiſmi. d. ergo, ſi inuenirentur entia immaterialia, oportet quod ipſorum ſubſtantia eſſet ſcientia, aut intellectus, immo & intellectus. Hic eſſet videndum, quō ſcibile in ſubſtantijs ſeparatis ſit ſeparatum a materia: eſſet etiā videndum, quomodo ibi ſcientia, & ſcitum ſunt vna ſubſtantia: eſſet vidēdum etiā de intellectu noſtro aliquid: & tamen pro euidentia dictorum recurre ad quęſtionem de intellectu circa finem. Deinde probat minorē ſyllogiſmi principalis, ſ. dicentem quod illa entia ſint ſeparata a materia: & ſyllogiſmus componitur ſic: omne agens mouens motu continuo, & ſempiterno eſt ſeparatum a materia, & corpore ſecundum eſſe: ſed oēs motores corporū cœleſtium mouent illa motu cōtinuo & ęterno: ergo in prima figura omnes illi ſunt ſeparati ſimpliciter: huius primo tangit minorem. d. & declaratum eſt apud eos quod iſta principia ſeparātur a materia, prout dant orbibus motus continuos, id eſt, ęternos abſq; aliqua fatigatione ſeu paſſione. D. ponit vim maioris. d. Et quodcunq; tali modo mouet, E oportet quod ſine dubio non ſit corpus, nec virtus in corpore. Et hęc fuit maior, cui accidentaliter addit: & oportet quod corpus cœleſte acquirat ſempiternitatē ab eis ſeparatum, vt declaratum eſt in libro de ſubſtantia orbis. D. redit ad remouendum illud ſecundum peccatum illorum, qui finxerunt quod motores non intelligant primum, & dicit: & etiam eſt declaratum quod iſta principia ſeparata habent eſſe colligatū cum primo principio ipſorū, pro quanto intelligunt ipſum: vnde ſyllogiſmus huius pōt ſic componi: oēs motores mouentes propter complacentiam, & intellectum, & amorem vnius colligantur illi: ſed oēs motores mouent propter complacentiam, amorem, & intelligentiam primi: ergo illi colligātur: huius ponitur concluſio, ſecundo probat hanc concluſionē hypothetice ſic: ſi oēs motores non eſſent colligati primo, nullus eſſet in eis ordo: ſed oēs motores ſunt ordinati, vt dictum eſt: ergo oēs ſunt colligati primo: huius ponit hypotheticam. d, & niſi ita eſſet, nullus eſſet hic ordo: vltimo probat hoc auctoritate philoſophorum. d. & oīa iſta egregie declarata ſunt in libris philoſophorum: & iſtæ rationes ſunt notę per ſe ex iam dictis, ideo nolo immorari in eis plus. Tertio ꝓbat idem, & ſyllogiſmus ſic cōponitur: omnia mota, quę mouentur motu diurno, colligantur primo principio, quod mouet illud motum illo motu: ſed oīa corpora cœleſtia mouentur motu diurno: ergo oīa colligantur primo principio; huius ponitur minor. d. & declaratum eſt, cum oēs orbes mouentur diurno motu ſeruantes F ordines proprios motuum ipſorū: ideo huius, id eſt, illius concluſionis eſt ratio. Deinde explicat modum ordinis illorum. d. & cum Deus benedictus pręcepit alia principia, id eſt, motores, quę pręcipiant alios orbes vt moueantur, & ob hoc pręceptum conſiſtant cœli, & terra, id eſt, propter hoc ſint cœli, id eſt, ſuperiora, & terra, id eſt, inferiora: ſicut ex præcepto regis ſeu principis in ciuitate ordinantur omnia cętera poſteriora pręcepta, ex regia parte ibidem commiſſa.

Qualiter intelligitur intelligentias Deo obedire.

Debes ſcire quod Deus non eſt rex, neq; princeps, niſi ęquiuoce, vt dictū eſt ſępe, ideo iſta pręcepta, & omnia iſta non ſunt niſi ęquiuoce. Non. n. oportet credere quod intelligentię obediant Deo, quia velint obedire: eo quia obedire pręſupponit poſſe non obedire: modo, ſi non diſponuntur per inobedientiā, nec poſſunt diſponi per obedientiā: quia, ꝙ non pōt diſponi per vnū contrariū, nec per ſuū contrarium, vt dixit Auer, 12. Meta. com. 51. in fine: ſed iſtud fit, eo quia intelligentię intelligant primū, & propter illud, quod intelligunt de illo, cū amant aſsimilari illi, & deſiderant illud, ſic mouent: et Deus pręcipit pro quanto cauſat eos, quorū eſſe conſiſtit in motore: & multum confert dictum Auer. in. 12. Meta. com. 44. & primo cœli com. 54. in fine, & bonū eſt vt videas illud, qm̄ iſta ſunt tibi clara. Et poſtq̄ declarauit colligationem ſecundum intellectionem, & amorem, & complacentiā, vult modo narrare colligationē illorum ſecundū eſſe, &

A dicit: ſed illud, ꝙ innuit Auic. de proceſſu horum principiorum adinuicem, ſunt verba ignota apud philoſophos: attamen illud, quod opinati ſunt peripathetici in hoc, eſt quod dicta principia miſeratione diuina, id eſt, prouidentia Dei habẽt diuerſos gradus .i. naturas, & habẽt diuerſam colligationem, quæ eſt id, ꝙ infert ea eſſe cauſata ſucceſsiue adinuicem, & oĩa a primo principio cauſantur: & addit, & aliud non debet intelligi de agente & effectu, vel de creatore & creato, niſi hoc tantum: vult dicere, non ſicut intelligit Auic. Et debes ſcire quod Auer. caute vſus eſt copulatione, cum dixit adinuicẽ, & a primo ad notandum modũ, quomodo procedunt a primo, quia, vt ſupra declaraui, prima intelligentia cauſatur immediate a Deo in ratione cauſæ proximę, vt dictum eſt: reliqua vero cauſantur a prima in ratione cauſe vniuerſalis, & ab aliis, inquantum ſunt proximę cauſę, & ideo dixit, quod cauſantur adinuicem a primo motore: & iſtud melius fuit dictum ſupra, & nolo plus dicere. Et poſtquam dixit hęc, vult ponere differentiam inter opinionem eius, & opinionem aliorum, & dicit: hęc enim eſt propinquior via ad aduertendum opinionem prædictorum hominũ: prima ergo differentia eſt, quod per opinionem eius intelligitur opinio antiquorum, non ſic per opinionẽ illorum. Deinde ponit ſecundam differentiam dicens, & contingent ex hoc, id eſt, opinione Alpharabij, & Auic. errores contingentes prædictis philoſophis, vt narrauit Algazel in pręcedentibus, & diffuſius declaratũ eſt
B in eorum libris, non autem opinioni eius contingunt errores. Deinde dat modũ, quomodo ſcitur veritas dicens. Et notandum eſt, quod quicunq; ſpeculatus eſt in libris dictorum cum conditionibus neceſſarijs, id eſt, euidentijs firmis, poteſt egregie cernere veritatem omnium iſtarum opinionum. Vel poteſt intelligi cũ cõditionibus neceſſarijs, id eſt, omnibus requiſitis, quę ſunt perfecta ſpeculatio, ſemotio a negocijs alijs, quę requiritur ſtudioſis. Deinde declarat, cuius philoſophi fuit opinio eius dicens, & non debet intelligi de opinione Ariſto, niſi id, quod dictum eſt: deinde concludit, quod tenendum eſt quod illa opinio, dicens quod opinio ſua eſt ſumma veritas: hoc probat: & ſyllogiſmus ſic componitur: opinio hominis, cuius intellectus eſt finis, id eſt, vltimũ poſſe humani intellectus eſt ſumma veritas: ſed opinio Ariſt. eſt huiuſmodi: ergo illa eſt ſumma veritas: minor proſyllogizatur intellectus datus nobis diuina prouiſione, vt non ignoraremus poſsibilia ſciendi, eſt finis & terminus intellectus humani: ſed intellectus Ariſt. eſt huiuſmodi: ergo minor apparet: ſyllogiſmi non ponit niſi minorem dicens, prout ſuus intellectus fuit finis humani intellectus: deinde accipit minorẽ proſyllogiſmi, d. pręclare de Ariſt, quaſi. d. tranſpone eam ſic, quare prædicta re de Ariſt. dicitur quod ipſe creatus fuit, & datus nobis diuina prouiſione, vt non ignoraremus poſsibilia ſciendi: & ſic apparet opinio Auer. Et poſtquam decla-
C ratum eſt corpora cœleſtia eſſe obedientia, & eſſe rationalia, & quod colligantur principio tribus modis: vult oſtendere nunc via firmiori illa eſſe huiuſmodi, & primo pręponit intentionem. Et eſt notandum, quod prędicta poſſunt optime oſtendi, alio modo difficillime, vult dicere fortiſsime, videlicet, cum quibuſdam rationibus: & quãuis ſint probabiles de ſeipſis, ſunt ſine dubio intelligibiles per accidens: &, quia probabilia delectabiliora ſunt quam demonſtrabilia, oſtendemus viam vt breuius, & clarius poterimus. Hæc ſunt verba eius, in quibus apparet intentio eius, ſcilicet declarare iterum illas propoſitiones contra illos rationibus probabilibus, & cauſa intentionis apparet: quia rationes probabiles appetibiliores, & delectatiores.

Sed eſt quęſtio, quid intelligat hic per rationes probabiles per accidens intelligibiles? Et videtur mihi, quod vna expoſitio poteſt accipi ex primo de Cœlo commento, 22, ſcilicet quod per rationes probabiles intelligat ſufficientias fundatas in ſenſatis: vnde ſufficientia eſt duplex, ſcilicet ſuſtentata per rationem intelligibilem, id eſt, demonſtrabilem per ſe, & hęc eſt demonſtratio vno modo, & alio modo probabilis ratio, vt dicit ibidem Auerroes: alio modo eſt ſuſtentata per accidens ratione demonſtratiua, pro quanto poteſt demonſtrari aliqua propoſitio accepta in ipſa, & ſic intelligit hic Auerro. quia arguit per ſenſata, vt videbis, & in hoc aliquę propoſitiones acceptæ poſſunt demonſtra- Quarta quæſtio. Quid intelligit Auer. per rationes probabiles.

Triplex in ductio.

Inductio demonſtratiua eſt ex propõnibus neceſſariis.

Differentia inter inductionem demonſtratiuã & topicam.

ſi,t uel puto quod hic intelligat per rationes probabiles inductionem demonſtratiuam, quia ſecundum ipſum, in ſumma ſecundi priorum. commen. 29. inductio eſt triplex, ſcilicet dialectica, & ſophiſtica, & demonſtratiua. Loquendo de inductione demonſtratiua, quæ habet vim demonſtrationis, vt dicit. 2. phyſi. com. 80, Dicendum, puto quod illa ratio eſt probabilis per ſe, demonſtratiua per accidens, pro quanto accidit ei, inquantum inductio, quod ſit ex propoſitionibus demonſtratiuis. & dicitur demonſtratiua inductio, cuius propoſitiones ſunt ſimpliciter neceſſarię: vnde dicit ibidem Auer: in cap. 19. quod differt inductio demonſtratiua a topica in hoc, quod prędicatum ſubſtantiale per ſe ineſt ſubiecto, Verbi gratia, ſi ignorarem iſtam: omnis homo eſt diſciplinabilis, iam poſſem inducere illam, accipiendo vnam, vel duas ſingulares, dicendo. hic homo eſt diſciplinabilis, & hic, ergo omnis homo, quoniam prędicatum ineſt eſſentialiter ſubiecto: & quod eſſentiale eſt vni indiuiduo vnius ſpeciei, eſt eſſentiale omnibus illius, cum ſint ęqualia in illa: ideo iſta vocatur inductio demonſtratiua, & hoc idem ibidem. intelligit ergo hic per rationem probabilem, inductionem, quę eſt ratio probabilis per ſe, & demonſtratiua per accidens. D

Deinde apponit rationem illam, quę debet componi ſic in prima figura, omne per ſe mobile a principio in eo terminatis motibus ſecundum voluntatem, & actiones terminatas. eſt viuens, & rationale: hęc eſt vna vniuerſalis, quę poteſt E ex vna ſola ſingulari inducit, eo quia prędicatum neceſſario ineſt ſubiecto: & ſingularem accipit. d. vnde dicimus quod vna propoſitionum eſt, quod quando homo aſpicit hic res mundanas apud nos, uidetur ſibi quod res, quę viuę, & ſcientes dicuntur, ſunt per ſe mobiles terminatis motibus erga voluntates, & actiones terminatas, ex quibus oriuntur multa in hoc mundo. ideſt fiunt multa in hoc mũdo: ex hac vna poteſt induci illa vniuerſalis, ſicut ex iſta vna. ignis hic eſt calefactiuus: ergo omnis, quando propoſitio illa eſt neceſſaria, & per ſe: eo quia prędicatum per ſe. & eſſentialiter ineſt ſubiecto: deinde accipit minorem. d. ſumpta hac radice, dicimus quod, ſi ei adiungetur alia propoſitio ad ſenſum apparens, uidelicet quod cœli mouentur de ſeipſis motibus terminatis, ex quibus terminantur inferioribus entibus multa terminata opera, & ordines, in quibus dicta entia conſiſtunt. Sed ergo, cõcludit ex iſtis propoſitionibus quod cœli ſunt corpora uiua, & rationalia. Ecce igitur, quomodo hęc ratio eſt inductiua, pro quanto maior inductione vnius tantum probabiliter: & vere non habet niſi vim inductionis iſta: & ſic debet intelligi. Deinde probat ultimam partem minoris, ſcilicet quod ex motibus terminatis illorum ſequuntur multa cõmoda hic inferius: & ſyllogiſmus ſic componi poteſt: ilii motus, per quos ſequũtur transmutationes in his, quibus vita eſt, & permanentia exiſtit alibi, cauſant multa commoda hic: ſed motus corporum cœleſtium ſunt huiuſmodi. ergo F concluſio illa eſt manifeſta per ſe. minor autem inducitur per planetarum motus. vnde dicit, qualiter tamen pateſit, quod ex ipſorum motibus opera terminantur, a quibus cauſatur conſtitutio inferiorum entium: quę fuit minor: hoc ſatis manifeſtum eſt cum ſpeculatione modica: niſi enim ſol aliquotiens propinquus nobis eſſet, & aliquotiens diſtans, dum in ſuo circulo obliquo mouetur, non haberemus in hoc mundo quatuor terminos anni, ſicut modo habemus ordinatum in mundo, ſcilicet, ver, ęſtatem, & reliqua duo: nec inuenirentur plantę, nec animalia, nec ſequerentur generationes rerum generabilium modo conſueto, Verbi gratia, quoniam ſol a nobis diſtat, & tendit erga meridionalem partem, refrigeratur aer ſeptentrionalis partis, & fiunt plantę ibidem, & multiplicatur elementum aqupſum: & in ſeptentrionali parte elementum aereum multiplicatur, & in ęſtate totum contrarium reperitur: & iſta opera a ſole procedentia, & ſua propinquitate & diſtantia a nobis in quolibet ente aperte apparent. Deinde explanat idem in aliis planetis, & primo de luna. d. ſimiliter de luna plurima utilia ſnnt procedentia: etiam exponit idem de aliis. d. etiam ab alijs ſyderibus planetis multa actiua, & pręcioſa commoda diuina potentia influuntur in hoc mundo licet opera quinq; planetarum, uult dicere aliorum exceptis ſole, & luna, & aliorum ſyderum, vult dicere fixorum, non tantum mani

feſte

A ſeſte appareant: attamen declarat hoc aliqualiter in illis. d. quilibet nanq; ipſorum, vult dicere quinque planetarum, circulum habet obliquum, & facit quatuor tempora in ſuo circuli motu, vt dictum eſt in aſtronomia. Deinde exponit hoc in 8. ſphæra. d. & eſt notandum, quod principaliter: ad cauſandum prædicta commoda in iſtis rebus ſuperius, id eſt fortius eſt motus diurnus, a quo dies, & noctes fiunt. vult dicere, quoniam, ſicut id corpus fuit ſuperius ſitu, ita multitudine ſtellarum, & dignitate motoris reliquis mouentibus, & ideo in iſtis rebus habet potentiam maiorem, propter quod fuit continuus per totam terram. reliqui autem, quia non ſunt ita ſimpliciter neceſſarij, ideo poſſunt difformiter circuidare terram, & ideo fiunt nobis quandoque propinqui, quandoque remoti. octaua autem ſphæra cum ſuis poſitis, & fixis ſyderibus ſemper eſt vniformis toti terræ, & cuilibet parti terræ. Deinde concludit concluſionem principalem. d. vnde, quandoquidem intelligens homo, vult dicere non habens caput habilitatum ad malum, nec imaginatiuam ſupra cogitatiuam, nec aliqua diſpoſitione præter naturali diſpoſitus talia ordinata regimina reſpicit, & qualiter diſtincte a corporum ſupercœleſtiũ motibus procedunt, vult dicere prædictæ vtilitates, & talia regimina. &, videlicet, qualiter ſtellæ, ſeu planetæ mouent terminatis motibus, & terminatis figuris, & terminatis partibus facile põt iudicare quod talia operata cauſantur neceſſario ex motoribus viuis, intelligentibus motori-

B bus. Deinde adducit ſecundam rationem probabilem, & debet ſic componi: id, quod conuenit viliſsimo ſecundum aliquam perfectionem eius, non debet a nobiliſsimo remoueri: ſed vita, & animatio conuenit viliſsimo. ergo non debet remoueri a corpore cœleſti, quod eſt perfectius alijs hic. huius ponit veritatem d. & valde poteſt de hac infirmatione adminiculari, videlicet multa paruulorũ, & vilium corporum turbidorum, & nobiſcum inuentorum: quæ vita non carete, vult dicere, dicantur viua; immo cum toto ipſorum defectu, & vilitate ſubſtãtiæ eorum, & illorum paruitatis placuit Deo glorioſo influere in eos vitam, & rationem, id eſt prudentiam quandam, ex quibus poſſunt eſſe, & vitæ ipſorum ſeipſa regere, & conſeruare, vt plus fieri poteſt. tanto ergo melius quod ſupercœleſtia corpora digniſsima ſunt recipere tale munus, ſcilicet vitam, & rationem, & intellectum. dico illas eſſe digniſsimas, conſiderato magnitudine corporum, & nobilitate ſubſtantiarum, id eſt formarum eorum, quæ omnia ſignificãt illas ſubſtantias valde, vt dictum eſt 12. Metaph. commen. 41. propter quod inferi, ſed multi homines, putando ſcientiam habere, ignorant, vult dicere, iſtud: quia non ſunt vere ſcientes, ſed apparenter. Vnde debes ſcire, quod apud me litera eſt tranſpoſita, & debet ſic legi. conſiderato magnitudine corporum, & ſubſtantiarum eorum nobilitate; & reſpecto regimine eorum nobilium corpo-

Quod cõpetit ſecũdum aliquã perfectionẽ viliſſimo, illud etiã cõpetit nobiliſsimo.

C rum viuorum nobis præſentium, quod ipſa corpora debent, eſſe viua. ſed multi homines, putando ſcientiam habere, ignorant, quod eſt ſine dubio error eorum hominum; & tunc, apud me videtur quod Auerro. velit innuere, quod propter duas præcipuas cauſas Deus debet corporibus cœleſtibus donare vitam. & prima ratio eſt, quia magnitudine corporum, & formarum dignitate excedit alia hic. ſecunda eſt, quia regunt ea corpora viua, quæ ſunt hic, & per conſequens debent eſſe viua. ſecundo videtur mihi, quod propter hoc remoueat opinionem illorum, qui videntur, ſcire, & tamen in veritate ignorant: poſſet & aliter exponi, ſed intentiones ſunt vicinæ, ideo ſufficiat iſtud modo. Deinde probat per tertiam rationem idem; & debet ſic componi. corpora regentia alia corpora viua debent excellere illa in vno gradu nobiliori, & ratione maiori: ſed corpora cœleſtia regunt viua. hæc ergo erunt diſcretiora, & vitæ nobilioris: huius non ponit niſi probationem maioris. d. quia regimen viuorum a viuis debet procedere, ſcilicet viuis nobilioribus rectis in vita, & diſcretione. Debes ſcire ꝙ, vt accipitur primo Politicæ, quod conditio regis & principis debet eſſe excellentia prudentiæ ſenſuum, excellere prudentia & intellectu: propter quod ait ibidem, quod dominus eſt intellectu vigens, ſenſus vero robuſti corporis. ideo concludit ibidem, principatum regalem eſſe ex vno prudentia vigente, & alio robuſtitate valente. Ex his accipi poteſt veritas Auerro. hic. Et poſtquam

Propt̃ duas cauſas Deus corporibus cœleſtib' vitam dedit.

Cõditio regis.

D declarauit totum hoc, vult concludere duo: quorum primum eſt, quod omnium eſt vnus præceptor & princeps. ſecundum eſt, quod ille eſt ſeparatus, nec corpus, nec virtus in corpore. Et primum poteſt ſic probari ſyllogiſmo in prima figura. omnia prudentia aliqualiter imperfecta de alijs ſine eorum vtilitatibus prouident præcepto vnius primi præceptoris & principis: ſed corpora cœleſtia prouidentia aliqualiter imperfecta ſunt de rebus exiſtentibus hic ſine eorum vtilitatibus. ideo in prima figura præcipiuntur ab vno principe exiſtente in mundo. dixi in maiori aliqualiter imperfecta, quoniam Deus prouidet de nobis ſine ſui vtilitate, attamen non propter alium, ſed propter ſe, ſed quia eſt optimus, ideo excludit ab illa maiori. huius ponit minorem. d. vnde, quando homo diſcretus reſpicit iſta corpora, ſcilicet cœleſtia, & viua, & rationalia nos circuere: hæc minor. Deinde ponit maiorem. d. & meditatur in quadam tertia propoſitione, ſcilicet prouidentia ipſorũ in nobis nõ reducitur aliquo modo in quod:dam commodum ipſorum, poteſt aperte notare ꝙ dicta principia præcipiuntur a primo principio de his motibus. Deinde infert ſecundum. d. & quod ipſę pręceptor non eſt corpus, nec virtus in corpore. Debes ſcire, ꝙ vtilitas, ſeu commodum poteſt intelligi duobus modis. vno modo, ꝙ ſint finis laborum alicuius operantis. alio modo pro perfectione alicuius operantis, qua operatione nõ acquirit, ſed conſeruatur in acquiſito eſſe. Primo modo intelligendo, intelligentiæ non mouẽt propter eorum vtilitates, nec commoda: quoniam motus earum perpetuus eſt, ideo nunquã finis erit eius, & quod mouet tali modo, ratione vnius primi mouet. Secundo modo loquendo, intelligentiæ mouent propter eorum commodum, vt dicit Auer. 12. Metaphy. commen. 36. & ſic non intendit hic, ſed primo modo: & ſic ſoluitur contradictio hæc, & 12. Meta. commen. 36. & 2. Cœli. com. 17. & 21. vbi dicitur quod prima intentione mouent propter ſe, ſecundaria propter hoc, quod non poſſet intelligi niſi mouerentur propter eorũ commoda. Deinde probat illud ſecundum dictum, & ſyllogiſmus componitur ſic. non decet creatorem, & principium horum corporum, & aliorum eſſe de natura corporũ inferiorum, ideſt virtutẽ in corpore, vel corpus: ſed Deus eſt creator, & principium horum, vt dictum eſt: ideo apparet ipſum non eſſe nec corpus, nec virtutem in corpore. dicit ergo prælibatis ergo iſtis, notandũ eſt quod nõ decet quod ſit creator horum corporum, & principium ipſorum eſſe ſimul. i. vnius nature cum eſſe inferiorum corporũ: hæc eſt maior: & addit quod humanus intellectus caret ſine dubio comprehendentia. i. comprehendente eſſe. i. quiditatis orbium: & hoc, vt nobis continuus, licet in ſe ſemper intelligat. Deinde concludit vltimo intentionem philoſophorum. d. hæc eſt denique finalis intentio philoſophorum in corporibus cœleſtibus in aſſertione primi principij ipſorum, & quod non eſt corpus, nec virtus in eo.

Vtilitas duplex.

B

E

Quæſtio quinta.

Hic qvaero duo. Primo, an corpus cœleſte ſit viuens. Secundo, an corpus cœleſte ſit animal rationale, vt dicit hic Auer. Ad primam quæſtionem arguo quod non corpus cœleſte: non eſt mortale: ergo non viuens. conſequentia apparet: quoniam vita, & mors opponuntur, vt dicitur in libro de morte & vita, ergo, ſi non eſt corpus cœleſte natum diſponi per mortem, nec per vitam: per cauſam contrariorum, vt dicitur. 12. Meta. commen. 51. antecedens eſt manifeſtum. j. Cœli, tex. cõ. 20. Secundo, vita eſt permanſio animæ nutritiuæ in calore naturali, vt dicit philoſophus in lib. de morte, & vita. modo iſtud non poteſt inueniri in illo. In contrarium eſt Ariſto. 12. Meta. tex. cõ. 39. vbi ait. & vita vtique exiſtit, etenim intellectus actu vita: illud autem ipſe actus, eſt actus quod ſecundum ſe illius vita optima, & ſempiterna.

Solutio.

Viuere multipliciter.

Pro solvtione quæſtionis breuiter dicendum: quod, vt dicitur ſecundo de anima. text, commen. 15. animatum ab inanimato vita differt: viuere autem multipliciter, vt intellectus & ſenſus, motus & ſtatus ſecundum locum, adhuc motus ſecundum alimentum: iſtis enim quatuor modis viuens diſtinguitur a non viuente, & animatum ab inanimato, vt philoſophus ait ibidem. Ex hoc ſequitur ſolutio quæſtionis, ſcilicet, quod corpus cœleſte viuit duplici vita, ſcilicet intellectiua: & hæc digniſsima eſt vi-

A tarum, vt patet: & hoc Auerro. dicit 12. Metaphy. commen. 39. vbi ait, hoc nomen ſcilicet vita dicitur de comprehenſione, & cum actio intellectus eſt comprehenſio, ergo actio intellectus eſt vita. ideo, cum corpus cœleſte ſit intelligens & appetens, ideo viuere ipſum dicimus: & ſecundo viuens vita motiua, quoniam videmus ipſum moueri motu terminato voluntate terminata, & alijs conditionibus ſeruatis in motu animalis, ideo ſcitur quod viuit ſecundo gradu vitæ: iſtis igitur duobus gradibus viuorum corpus cœleſte viuit: hoc apparet ſecundo, quod propter hoc animal eſt, vnde & philoſophus ibidem appellat Deum animal ſempiternum, a quo cœlum & tota natura dependent, vnde ſecundo Cœli commen. 42. & 71. & 74. Auer. voluit cœlũ eſſe animal magnum ſine dubio, & iſtud voluit Auer. plane. 8. Metaphy. commen. 12. & in multis locis naturalis philoſophiæ. Ad argumenta. Ad primum apparet ſolutio: id enim verum eſt de vita vniuoca, quæ conſiſtit in calido & humido: & ſecundum etiam argumentum nihil eſt, quoniam intelligit de viuente quarto gradu vitæ, vt apparet ibidem.

Duplici vita corpus cœleſte viuit.

Circa secvndam quæſtionem, arguo quod non ſit animal rationale: quoniam rationale dicitur ideo, quia ratione & diſcurſu vtitur, vel poteſt vti ſecundum vim nominis: modo deductum eſt 3. de Anima. commen. 26. & 27. quod ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt complexe intelligere, ergo nec diſcurſiue, cum tertius actus præſupponat ſecundum. Secundo arguo, ſi ſic: ergo homo, & corpus cœleſte ſunt vnius ſpeciei: probatur, quoniam operationes ſunt vnius ſpeciei, ergo & formæ. Ad oppoſitum eſt Auerro. hic. Hic reſpondent latini, maxime Thomas in quæſtionibus de anima, quæſtione ſeptima, in ſolutione ad primum: voluit enim quod anima intellectiua, & intelligentia differunt ſpecie. & ideo intelligere eorum differunt ſpecie, vnde dicit, manifeſtum eſt enim quod intelligere animæ, & angeli non eſt eiuſdem ſpeciei, manifeſtum eſt enim quod ſi formæ quæ ſunt principia operationum differunt ſpecie, neceſſe eſt & operationes ipſas ſpecie differre: ſicut calefacere, & infrigidare differunt ſecundum differentiam caloris, & frigoris: ſpecies autem intelligibiles, quibus noſtri intellectus intelligunt, ſunt a phantaſmatibus abſtractæ: & ita non ſunt eiuſdem rationis cum ſpeciebus intelligibilibus, quibus angeli intelligunt quæ ſunt eis innatæ, ſecundum quod dicitur in libro de cauſis, quod omnis intelligentia eſt plena formis, vnde & intelligere hominis & angeli non ſunt eiuſdem ſpeciei: & ex hac differentia prouenit quod angeli intelligunt ſine diſcurſu, anima autem cum diſcurſu, quæ neceſſe habet ex ſenſibilibus effectibus in virtutes cauſarum prouenire, ab accidentibus ſenſibilibus in eſſen-

Quæſtio ſexta.

Poſitio ſancti Tho.

B

C tijs rerum quæ non ſubiacent ſenſibus. In quibus verbis apparet qualiter intelligentia eſt rationabilis, ſicut intellectus hominis, licet rationabilitas illius differat ſpecie a rationabilitate hominis ſeu animæ: & per hoc apparet qualiter corpus cœleſte eſt rationale per intelligentiam rationabilitate differente ſpecie a rationabilitate hominis. Sed hæc ſolutio, cum reuerentia, peccat in duobus. Primo, quia ponit quod ſpecies intelligibiles intelligentiarum eis concreatæ differunt ſpecie, & eſſentialiter a ſpeciebus intelligibilibus cauſatis a phantaſmatibus. Secundo peccat, eo quia ponit intelligentiam intelligere per accidentia eſſentialiter, & ſecundum rem diſtincta ab eius eſſentia: primum eſſe impoſsibile probo: quoniam, vbi ſpecies repræſentatiua lapidis animæ meæ eſſet congenita a Deo, intentio lapidis per illam, & per aliam generatam a phantaſmatibus non differt ſpecie. Præterea, ſi ita eſſet, ſequitur quod homo creatus, & homo generatus differunt ſpecie: conſequens eſt contra illos: conſequentia autem probatur medio eius, quoniam cauſa hominis creati differt genere a cauſa hominis geniti: ergo & effectus illi: vnde, ſicut valet eius ratio, ita & mea. Præterea, ſpecies non diſtinguitur a ſpecie niſi ratione obiecti: quoniam diſtinctio actuum eſt per obiecta. 3. de Anima commen. 38. ergo, poſito quod ille ſpecies eſſent concreatæ, cum ſint reſpectu eiuſdem obiecti, erunt eiuſdem ſpe-

Impugnatio

D cicei ſine dubio. Secundum, etiam ſi ſit verum ſecundum nos chriſtianos, attamen eſt contra totam philoſophiam, & maxime Ariſto.12. Meta. tex. com.51. & 3. de Anima. tex. com.15. & poteſt eſſe ratio, quia differentia inter intelligens, & intellectum eſt ſolum propter materiam: eo quia intelligibile eſt in materia, & intelligens ſeparatum a materia: ergo, vbi eſt abſciſſa materiæ. ibidem nulla poteſt poni differentia, ideo.12. Metaphy.commen. 17. dicit Auer. ꝙ omne, quod recipitur in intellectu ſeparato, eſt idem illi niſi ſit in materia, vel dependens a materia: & hoc dixit hic in hoc dubio, & dicet diſputatione ſeptima. Præterea, ocioſe ponitur illa ſpecies: quoniam, ſicut Deus intelligit entia apud eos, eo quia eſt cauſa eorum, & vere intelligit illa, ita intelligentia debet intelligere entia, quia eſt cauſa eorum: ergo intelligentia duobus modis

Euaſio. intelligeret. ergo alter ſuperfluit. Sed dices, quod iſtud eſt pluribus modis fieri, & ſic non inconuenit duobus modis intelligere idem: contra, quoniam a

Impugnatio pari poſſet hoc conuenire Deo: ergo, ſicut ſuperfluit Deo, eo quia intelligit illa perfectiſsimo modo, quia eſt cauſa illorum, ita ſuperfluet intelligentijs. Præterea, intelligentia ſeparata, ſemota a ſpeciebus, eſt fortior homine, & anima hominis adhuc plena formis: ergo ei debet conuenire tota perfectio intellectus hominis informati: & hoc non erit, niſi intelligeret rem ſine ſpeciebus: antecedens apparet: quoniam, vbi intelligentia eſſet abſciſſa a ſpeciebus, adhuc eſſet virtus abſtracta a materia, & maxime cum ab ea non ſit remotum niſi accidẽs, E quod non aufert a rei ſubſtantia: non ſic anima hominis, vt dicit. Præterea, ratio philoſophi.12. Metaphy.tex.commen.51.eſt pulchra: ſi intellectus illius intelligeret per ſpecies receptas in potentia pura paſsiua, ſine dubio intellectus eſſet pura potentia paſsiua: ergo contradictionis: ergo aliqua hora priuabitur illa intentione, niſi violentum erit perpetuum: quæ omnia ſunt contra philoſophiam. Præterea ibidem infert, ꝙ optima ſubſtantia, quale eſt ens ſeparatum, dignificatur per aliquid extra eſſentiam eius: ergo eius eſſentia eſſet in ſe incompleta. Et ideo oportet aliter dici in philoſophia Ariſto. & Auer. Pro cuius intellectu debes ſcire, quod ſcientia intelligentię differt a ſcientia intellectus hominis, eo quia illa eſt per eſſentiam intelligentię, ſcientia intellectus eſt propter res comprehenſas materiales; & ideo in anima noſtra non eſt idem ſcientia cũ ſciente niſi accidentaliter, vt declaratum eſt in quæſtione de intellectu, in intel

Differt rõnalitas intelligentię a rõnalitate ĩtellectus. ligentia ſunt idem per ſe, ſed non primo. Ex hoc ſequitur, quod intelligentia eſt ſua rationalitas, intellectus autem differt a ſua rationalitate: &, cum totũ hoc ſit ita, apparet ſolutio quæſtionis: quoniam rationalitas intelligentiæ differt a rationalitate intellectus, ſicut eſſentia intelligentiæ, cũ qua eſt idem a rebus cognitis in intellectu receptis vniuerſaliter, cum quibus ſcientia intellectus eſt idem: iſtę igitur duę rationalitates differunt ſpecie, & genere in illis, ſicut vi- F

Solutio ad quęſtionem. des. Ad quęſtionem, cum quęritur vtrum ſit rationale, dicendum, quod ſicut ex homine, & intellectu conſtituitur vnum alias operans, vnum intelligens, vnum ſciens, & vnum volens, quod vnum dicitur rationale, non a forma in eo conſtituta ineſſe per ſubiectum, ſed per formam vnitam ſecundum operationem: ſic cœlum dicitur eſſe conſtitutum ex intelligentia, & orbe: propter quod eſt vnũ animal ſciens, vnum appetens, vnum volens, & vnum rationale, non rationalitate ſumpta a forma conſtituta per materiam, ſed a forma vnita ei ſecundum operationem, & ſecundum pręſentiam, & indiſtantiam loci & ſubiecti, & ſic dicitur rationale animal. Dicitur quidem animal, pro quanto eſt viuens, & a ſeipſo mouens, & mobile: & dicitur quoque rationale, quia anima eſt forma intellectiua vnita ei ſecundum operationem: & ſic apparet ſolutio quęſtionis. Ad principalia, ad primum dicendum quod illud verum eſt de rationali participatiue, cuiuſmodi eſt homo: homo enim participans rationale, eo quia ei appropriatur: intellectus dicitur rationale a ratiocinatione, ſed rationale per eſſentiam, cuiuſmodi eſt intelligentia. Et forte intellectus in ſe non rationales poſſunt vti ratione, ſed quia effectus prouenientes ab eis ſunt facti, ita apte, quod rationaliter poſſunt dici facti. Ad ſecundum apparet ſolutio: quoniam, ſicut rationalitas hominis, & rationalitas cœlį differunt ſpecie: ita cœlum dicitur

A rationale ęquiuoce. & hoc multum plane eſt dictum: appparet ergo corpus cœleſte eſſe viuens alias rationale. Debes ſcire quod quidam noſtri ſapiẽtes theologi volunt quod intelligentię intelligant per ſpecies concreatas: & tu facile reſpondeas ad argumenta contra hoc dicendo, quod illa concludunt pręſuppoſitis principijs Ariſto. attamen ſecundum hoc negãda ſunt omnia illa. Sed quidam tenet quod intelligentię intelligunt per eſſentiam earum: & ideo tu conſidera, & vide in theologia.

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens Philoſophis. Dicimus, id, quod narraſtis, aſtutia quædam eſt. & in rei veritate eſt obſcuritas maior præ aliis obſcuritatibus, quam ſi aliquis recitauerit ex inſomnio, iudicabitur ex eo, quòd ſit malæ complexionis. &, ſi id reduxerit in genere rerum legum, in quibus termini inquiſitionis ſunt exiſtimationes, dicetur quòd ſunt errores, & nõ adipiſcẽtur ſcientias, ſed vanas cogitationes.

Plura antiquus.

B Poſtquam recitauit Alga, opinionem philoſophorum Alpharabij ſcilicet & Auicen. modo arguere vult contra eos, & primo ponit intentionem. d. ait Alga. reſpondens ad philoſophos: dicimus quod id, quod dixiſtis, non ſunt niſi ingenia, id eſt, fictiones, & euaſiones, id eſt, fugæ, immo poſſunt reputari phantaſmata, & errores: cuius rationem dat. d. ita quod, id eſt, quoniam argumenta ſuper vos cadentia, quaſi ſunt innumerabilia: nihilominus dicemus aliqua: ecce intentionem, & cauſam intentionis. Deinde arguit, & primo reſumit id, contra quod vult arguere. d. quorum primum eſt, quod quando dixiſtis quod vna cauſarum pluralitatis eſt primi cauſati, quod iſte eſt poſsibilis eſſe, Debes ſcire quod Auicen. voluit ꝙ ideo cauſata poſſunt eſſe plura, quia ſunt poſsibilia eſſe & non eſſe. ideo ibi poteſt poni multiplicitas, ſed primum eſt tantum vnum, quia eſt neceſſe eſſe: contra arguit. d. dicamus nos, quod iſta verba ſunt erronea: & ratio huius eſt hæc, quod non euadit quin dicta poſsibilitas ſit idem cum eſſe ſuo, aut differt ab eo. Eſt ergo neceſſarium quod poſsibilitas, qua cauſatum dicitur poſsibile, eſt vel idem illi eſſe, vel diuerſum quid ab illo eſſe. Si primo modo, nulla ergo deberet ab eo ſequi pluralitas: quoniam, ſicut neceſsitas ideo quia eſt idem cum eſſe Dei, non infert pluralitatem deorum, ita

Cauſata ſũt plura, quia ſunt poſsibilia ad eſſe, et non eſſe ſecũdũ Auic.

C erit idem. Deinde deſtruit ſecundum membrum. d. ſi ſecundo modo adhuc petendum eſt, vtrum in primo ſit pluralitas, quia dicitis quod eſt ens, & eſt neceſſarium eſſe. q. d. ergo dicta neceſsitas differt ab illo eſſe: quoniam, ſicut primum cauſatum, quia eſt ens & poſsibile, differt poſsibilitas eius ab eſſe eius, ita erit in primo, ſcilicet quod quia eſt ens & neceſſarium differt neceſsitas ab eſſe: & ideo quærendum eſt quid infert pluralitatem diuerſorum, quaſi dicat pluralitatem eſſe idem, an pluralitatem eſſe diuerſum: & quodcunque dicatur ſequitur impoſsibile. Deinde confutat quandam ſolutionem dicens. Et, ſi forte diceretis quod neceſsitas cauſæ primæ eſſe nihil infert, vult dicere, quod ſolutio poteſt eſſe quod neceſsitas, inquantum neceſsitas, aufert pluralitatem, & poſsibilitas, inquantum poſsibilitas, multitudinem. contra arguit dicens, ſimiliter dicimus quod poſsibilitas eſſe primi cauſati nihil infert pluſquam vnum, vel pluſquã eſſe tantum eandem. Deinde remouet aliã ſolutionem, quia poſſet quis dicere, quod neceſsitas denomiuatiua addita infert pluralitatem, non autem per eſſentiam. contra arguit. d. dicimus ꝙ, ſi aliqua res denominaretur de neceſsitate & poſsibilitate, vnaquęq; iſtarum eſſet quid additum ſuper illa ſubſtantia, eodẽ modo põt dici de alia, quaſi dicat quod quomodocunque dicas de neceſsitate, ego dicam de poſsibilitate tandem quod nulla eſt differentia inter eos in demonſtratione, id eſt, quantum hoc, quod tu ponis.

AVEROES.

D

AIt Auer. Non eſt inconueniens vt eueniat hoc ſtultis cum ſapientibus, & vulgo cum electis, vt euenit eis in rebus artificialibus. nam artifices cum poſuerint multa ex operibus ſuis vulgo, & oſtenderint ſuas operationes mirabiles, fugiet ab eis vulgus, & exiſtimabit ꝙ ſunt diminuti cerebri. Attamen iſti in rei veritate ponuntur in gradu diminuti cerebri ab intelligentibus, & ignorantes quidem à ſapientibus. & ſermones huiuſmodi non oportet vt proiiciantur contra eos opiniones ſapientum, & hominum ſpeculatiuorum. debebat tamen ipſe, cum narrauerat hęc, narrare opiniones, quæ mouerunt eos ad iſta, ita quòd poſsit audiens facere comparationem inter eas, & ſermones, quos perquirit ipſe deſtruere.

ALGAZEL.

E

AIt Alga. Introitus autem quæſtionis, prout eſt, non narrabitur, ſed ponemus modos determinatos. Et primus quidem eſt vt dicamus, iam poſuiſtisquòd vna rerum multitudinis cauſati primi, eſt quòd ſit poſsibilis in eſſe, tunc dicimus eſſe poſsibilem in eſſe verum eſt eſſe eiuſmet, aut aliud? ſi autem idem, igitur non prouenit ex eo multitudo: ſi vero aliud, igitur dicetis in primo principio eſſe multitudinem. nam eſt, & cum hoc eſt neceſſarium in eſſe. neceſſarium autem in eſſe eſt aliud quàm ſubſtantia ipſius eſſe. & permittimus aduentum diuerſorum in hac multitudine. Si autem dicitis nihil eſt neceſsitati in eſſe, niſi ipſum eſſe, igitur non erit aliquid poſsibilitati in eſſe, niſi ipſum eſſe. Si autem dicitis bene poteſt ſciri ꝙ ſit, & non ſcietur eſſe poſsibilem, eſt ergo aliud. ſic etiam neceſſarium in eſſe poteſt ſciri eſſe eius: & neſcietur neceſsitas eius, niſi poſt aliam rationem: ergo erit aliud. demum eſſe eſt quid vniuerſale, quod diuiditur in neceſſarium, & poſsibile. &, ſi aliqua differentia harum duarum partium addatur vniuerſali, ſic quoque erit ſecunda differentia indifferens. Si autem dicis poſsibilitas in eſſe eſt ei ex ſe, & eſſe eius ex alio, & quomodo erit id, quod eſt ei ex ſe, & quod eſt ei ex alio idem? dicimus quomodo erit neceſsitas in eſſe ipſum eſſe, & poteſt auferri neceſsitas in eſſe, & remanet eſſe, & vnum verum omnibus modis eſt. quod non conuenit affirmationi, & ablationi. nam impoſsibile eſt dicere eſſe, & non eſſe, aut neceſſarium in eſſe, & non neceſſarium in eſſe: & tamen poteſt dici eſſe, & non neceſſarium in eſſe, ſicut poteſt dici non eſſe, & poſsibile in eſſe. ſcitur autem vnitas in hoc. & non eſt congruum ſtare in primo, ſi verificatum fuerit id, quod dixerint, quod poſsibilitas in eſſe ſit aliud ab eſſe poſsibili.

F

Deſiderantur hæc.

A

AVEROES.

AIt Auer. Cũ dixit ꝙ dictũ noſtrũ de poſsibili in eſſe aut erit ipſummet eſſe, aut aliud, i. res addita ipſi eſſe. &, ſi fuerit idẽ, non eſt multitudo. & nihil eſt eorũ dictũ, ꝙ poſsibile in eſſe eſt in eo multitudo. ſi vero aliud, ſequitur vobis hoc neceſſario in eſſe, & erit in neceſſario eſſe multitudo. & hoc eſt contra id, qđ ponunt, eſt ſermo non verus. nã dimiſit tertiã partem diuiſionis. Neceſſarium. n. in eſſe nõ eſt quid additũ ipſi eſſe extra animã, ſed eſt quid enti neceſſario in eſſe, & non additum ſubſtantiæ eius. & quaſi reducitur ad ablationem cauſæ, ſ. ꝙ eſſe eius ſit cauſatum ab alio. & quaſi id, quod tribuit alii, aufertur ab eo, vt dicimus de ente ꝙ ſit vnũ. nam vnitas nõ intelligitur in ente quid additum ſubſtantiæ eius extra animam in eſſe, ſicut intelligitur ex dicto nr̃o ens albũ: ſed intelligitur de eo res priuatiua, & eſt priuatio diuiſionis. & ſic neceſſariũ in eſſe intelligitur de neceſsitate

B res priuatiua, quam determinauit ſubſtantia eius: & eſt vt ſit neceſsitas in eſſe ex ſe, nõ ex alio. & ſic, cũ dicimus poſsibile in eſſe ex ſe, non poteſt intelligi de eo attributum additum ſubſtantiæ extra animam, ſicut intelligitur de poſsibili vero, ſed intelligitur de eo ꝙ ſubſtantia eius determinet ꝙ eſſe eius nõ ſit neceſſariũ, niſi ex cauſa. & ipſum ſignificat ſubſtantiam, à qua cum aufertur cauſa, nõ erit neceſſarium in eſſe ex ſe, ſed erit nõ neceſſariũ in eſſe, ſ. negatũ ab eo attributũ neceſſarii in eſſe: ac ſi diceret ꝙ neceſſarium in eſſe aliquod eius, quod eſt neceſſariũ ex ſe, & aliquod, quod eſt neceſſarium eſt cauſa. quod autem eſt neceſſarium ex cauſa, non eſt neceſſarium ex ſe. & nemo dubitat quòd iſtæ differentiæ non ſunt differentiæ ſubſtantiales, i. diuidentes ſubſtantiam, nec additæ ſubſtantiæ: ſed ſunt res negatiuæ, & relatiuæ: ſicut dicimus de re inuenta quòd non ſignificat rem additam ſubſtantiæ extra animam, eo modo, quo dicimus de re ꝙ ſit alba. Et ex hoc errauit Auicenna, qui exiſtimauit quòd vnum ſit additũ ſub-

C ſtantiæ. & ſic ipſum eſſe rei, cum dicimus ꝙ res eſt. & in futurum diſputabitur de hoc. Et primus, qui inuenit hanc præfationem, fuit Auicenna, ſ. cũ dixit poſsibile in eſſe ex ſe, & neceſſariũ in eſſe ex alio. nam poſsibilitas eſt attributũ in re pręter rẽ, in qua eſt poſsibilitas. & determinat ſimplicitas harum dictionum ꝙ id, quod eſt ſub primo, ſit cõpoſitũ ex duobus: vnũ quidẽ, cui attribuitur poſsibilitas: & aliud, cui attribuitur neceſsitas in eſſe, & eſt pręfatio vilis. ſed, cũ intelligitur de eo id, quod diximus, nõ euenit ei dubietas, quã ponit Alg. remanet tñ ei videre vtrum, cum intelligitur de cauſato primo poſsibilitas eſſe eius, determinet ei ꝙ ſit compoſitum, vel ne? nam, ſi attributio fuerit relatiua, nõ determinat ei cõpoſitionem. & non omne, de quo intelligitur res diuerſæ, determinat ꝙ ſint attributa, addita ſubſtãtię eius: extra animam. nam eſt hæc diſpoſitio priuationem, & diſpoſitio relatiuorum. Et ideo non tenent aliqui Antiquorum vt numeretur præ-

Error Anic.

Nota de attributis quæ non ſunt entia addita ſubſtantiæ.

Antiquorũ quidã Relatiua nolũt eſſe entia extra animã.

dicamentum relationis in entibus extra animam,ſ.decem prædicamẽ D
tis. Alga.autem intulit in ſermone ſuo ꝙ omne habens intellectionẽ additam determinat aliquid extra animam in actu &c.eſt error, & ſermo ſophiſticus. & hoc patet ex eo, quod dixit. Demum eſſe eſt quid vniuerſale,& diuiditur in neceſſarium in eſſe, & poſsibile. &, ſi aliqua differentia partium eſſet addita vniuerſali,ſic etiam & alia differentia indifferenter. Nam diuiſio ipſius eſſe ad poſsibile, & neceſſarium non eſt ſicut diuiſio animalis ad rationale, & non rationale, aut ad ambulans,& narrans,& volatile. iſta enim ſunt addita generi, quæ faciunt id diuidi in ſpecies additas, & animalitas eſt communis eis.& iſtæ differentiæ ſunt additæ eis. Poſsibile autem,in quod Auicenna diuiſit ens,non eſt quid extra animam in actu, & eſt præfatio vilis,vt diximus. nam ens,quod habet cauſam,in eſſe ſuo non intelligitur de eo, niſi priuatio.ideſt omne id, quod eſt ex alio, non habet ex ſe niſi priuationem,niſi cum fuerit natura eius natura poſsibilis veri.& ideo diuiſio entis ad neceſſarium in eſſe, & poſsibile in eſſe E
eſt diuiſio nõ nota,cum non intelligit per poſsibile poſsibile verũ. & poſtea de hoc loquemur. Attamen id tantum dicimus hic ꝙ ens,cum diuiditur, aut diuiditur in differentias ſubſtantiales, aut in res relatiuas, aut accidentia addita ſubſtantiæ. Diuiſio autem per differentias ſubſtantiales determinat abſque dubio multitudinem operationum ab eo: diuiſio vero eius per res, & relatiuas, ſeu accidentales non determinat multitudinem operationum. Si autem aliquis contradixerit quòd diuiſio eius per attributa intrinſeca determinat ei operationes diuerſas, tunc igitur primum principium,emanat ab eo multitudo neceſſario, & non indiget cauſato ab eo, quod ſit principium multitudinis. Si vero dixerit ꝙ non determinat multitudo attributorum relatiuorum prouenire operationes diuerſas, tunc non erunt attributa intrinſeca,quæ ſunt in primo principio,determinantia prouenire operationes diuerſas. & poſitio ponentis cauſatum primum hoc modo eſt melior. Et,cum dixit, & quomodo erit quod eſt ei ex F
ſe, & quod eſt ei ex alio, idem? iſte profecto vir exiſtimabat poſsibilitatem non habere eſſe niſi in intellectu. Attamen ſequitur hoc hic, & nihil prohibetur quin in eadem ſubſtãtia ſit affirmatio, & ablatio in rebus ſuis,abſque eo ꝙ cõſequatur multitudo in hac ſubſtãtia, vt negat id Alga.&,cum perceperis hoc,poteris ſoluere totum id,quod dixit in hoc capitulo.Si autem dixerit ſequitur ſecundum hoc vt non ſit compoſitio, nec neceſſario in eſſe ex ſe, nec neceſſario in eſſe ex alio,dicimus neceſſarium in eſſe ex,alio intellectus comprehendit in eo compoſitionẽ in cauſato,& cauſa.&,ſi fuerit corpus, neceſſe eſt vt ſit in eo vnitas aliquo modo,& multitudo alio modo,ſ. corpora generabilia, & corruptibilia,ſ.vnitas in actu, & multitudo in potentia. ſi vero fuerit non corpus non comprehedit intellectus multitudinẽ nec in potentia,nec in actu,ſed vnitatem omnibus modis. & ideo deter-

Eſſe eſt qd vniuerſale ad neceſſariũ ex poſsibile & quę ſit eius diuiſio quę videtur ęquoca.

Diuiſiones entis.

A minaterunt Antiqui de hac ſpecie entium, & dixerunt ꝙ ſunt ſimplicia: ſed dicunt de eis quòd cauſa in eis eſt magis ſimplex cauſato: & ideo tenent quòd primum eſt ſiplicius eis. primum enim non intelligitur de eo cauſa, & cauſatum omnino: id vero, quod eſt poſt primũ, intelligit de eo intellectus compoſitionem. & ideo ſecundum apud eos eſt ſimplicius tertio. & ſic debet intelligi opinio ſapientum. & erit diſpoſitio iu cauſa, & cauſato in his entibus, ac ſi eſſet eis multitudo in potentia, quæ apparet in cauſato, ſcilicet quòd conſequentur ab eo cauſata multa contigua in aliquo tempore. Et, cum intelligitur hoc ex ſermone eorum, & conceditur eis, non continget eis dubitatio, quã fecit Alga. Cum vero intelligitur ex ſermone eorum quòd ſecundum intelligit ſeipſum, & intelligit principium ſuum, & in eo ꝙ intelligit ſeipſum, prouenit ab eo vnum, & in eo quòd intelligit de principio ſuo, prouenit ex eo aliud, quoniam eſt habens duas formas, aut duas ſubſtantias, vt intellexit Alga. de eis eſt, ſermo falſus. nam, ſi eſſet hoc,
B eſſet compoſitum ex pluribus formis. & illa forma eſſet vna ſubiecto, & plures definitione, ſicut eſt diſpoſitio in anima. ſed facta eſt fortis hæc opinio eis ex eo, quod exiſtimant de emanatione abinuicem. & quaſi intendunt intelligere hoc ibi, aſsimilando hoc agentibus ſenſibilibus. & in rei veritate ſcientiæ Diuinæ, ex eo ꝙ miſtę ſunt his ſermonibus, exiſtimantur eſſe diſciplinæ Legiſtarum. Igitur declaratum eſt tibi ex hoc ſermone ꝙ id, ex quo conatus eſt Alga. facere conſequi multitudinem neceſſario in eſſe, quia conſequitur apud eos poſsibili in eſſe, non eſt verum. quoniam, ſi intelligitur de poſsibili, poſsibile verum, erit ibi compoſitio abſque dubio. &, ſi hoc eſt falſum, vt diximus, & dicemus poſtea, non ſequitur hoc neceſſario in eſſe. ſi vero intelligitur de poſsibili res intellectualis, non ſequitur vt ſit neque aliquod ipſorum compoſitum hoc modo, ſed intelligitur de eo compoſitio ex eo, quod eſt ex cauſa, & cauſato.

Vbi poſsibilitas ibi neceſſario eſt compoſitio.

C Vult modo reſpondere rationibus Al. ſecundum veros philoſophos, & repellere errorem Alpha. & Auic. & primo declarat quomodo eius diuiſio eſt inſufficiens. d. dicimus nos, quod quando ipſe fecit primo diuiſionem, videlicet, quod non euadit quin ſit poſsibilitas eadem cum eſſe, aut differt, vult dicere ab eſſe illius poſsibilis. dicimus ꝙ non ſunt verba vera, nec perfecta. dimiſit enim tertiũ membrum in hac diuiſione. vnde opinio eius fuit. ꝙ iſta. ſ. neceſsitas, & poſsibilitas vel ſunt additę eſſentię, vel primę eadem eſſentialiter. Deinde exponit tertium membrum, quod dimiſit. d. ſ. ꝙ neceſsitas eſſe non eſt quid additum ſuper eſſe extra animam, immo eſt quędam poſsibilitas in ente neceſſario: nullãq; inferens additionem ſuper ipſius ſubſtantiam & non aliud niſi cauſę remotionem, videlicet ꝙ illud principium non cauſatur ab alio. Deinde exemplificat. d. vt dicemus de illo, quod eſt vnum, tandem quod eſſe non infert in ente quid additũ extra animã ſuper ſua ſubſtantia, ſicut infert albedo in ente. & ideo dicimus ꝙ non debet intelligi de vnitate entis niſi ſignificatio priuatiua, ſcilicet diuiſionis priuatio. Similiter dicimus, ꝙ neceſſarium eſſe eſt denominatio priuatiua, videlicet ꝙ ſuum eſſe non eſt ab alio. & ſic patet qualiter neceſsitas nihil ponit in re neceſſaria niſi priuationem eſſe agentis. Deinde declarat de poſsibilitate illud idem. d. ſimiliter, quando dicimus poſsibile eſſe de ſe, non eſt intelligendum ꝙ ipſa poſsibilitas ſit denominatio, id eſt res addita ſuper denominati ſubſtantiam

extra animam, ſicut ipſe de vero poſsibili, immo debet intelligi ꝙ eius ſubſtan- D
tia non infert ꝙ ſuum eſſe ſit neceſſarium, immo ex cauſa. ergo ſignificatio ſua priuatiua eſt, ſcilicet ſeparatio neceſsitatis. Deinde ex his reſumit diuiſionem quandam. d. quaſi diceretur ꝙ neceſſe eſſe duas habet ſpecies, videlicet neceſſe eſſe a ſe, & neceſſe per aliud, ſcilicet ex cauſa non per ſe. ſecundo infert quoddam correlarium. d. ergo non eſt dubitandum ꝙ hę differentię non ſunt ſubſtantiales, id eſt proprie diuidentes ens, ſicut differentia generis, ſcilicet ſubſtantiam diuidentes, nec additę ſuper ſubſtantiā, immo ſunt res negatiuę, & relatiuę. vnde pōt ſyllogiſmus ſic componi: denominationes, q̄ nihil extra animā poſitiuū addunt denominatis, non ſunt differentię eſſentiales, & additę ſubſtantię diuiſę, ſed huiuſmodi denominationes, ſ. neceſsitas, & poſsibilitas non addunt extra animā aliquā rem, niſi priuatiuam, vt dixi. ideo non erunt differentię eſſentiales ponētes aliquid additum ipſi diuiſo. Deinde infert ſecundum correlariū. d. ergo, qn̄ dicimus ꝙ res eſt ens, non ſignificat quid additum ſuper rei ſubſtantia extra animam, vt ſignificat, qn̄ dicimus albus. hoc probatur, qm̄ id, quod non diſtinguitur extra animā ab alio, non addit ei aliquid extra aīam: ſed ens non diſtinguitur extra animā a re denominata. ergo ens extra animā nihil addit rei denominatę: ergo apparet correlariū per idē. Deinde infert tertium correlariū, & eſt peccatū Auic. d. & ideo inuenimus ꝙ hac de cā errauit Aui. prout opinatus fuit ꝙ vnitas eſt quid additū ſuper vnius ſubſtantiam, & de hoc dixi. 4. Meta. com. 3. in q̄ſtione mea de hoc, & dicam infra in quinta diſputatione. Deinde ordinat ſe ad ſequentia. d. & adhuc diffuſius in ſequentibus de hac. q. diſputabitur, ſcilicet quō differt neceſsitas ab eſſe rei. Deinde ponit cuius fuit hic error. d. & primus opinātium hunc errorem fuit Auic. ipſe enim. d. ꝙ id, quod poſsibile eſt de ſe, neceſſarium eſt per aliud: cuius rationem. d. poſsibilitas enim eſt quędam denominatio in quadam re, & differt ſine dubio ab illa re: ideo opinatus eſt illum errorem. E
Deinde ponit peccatum Alg. d. apparet ergo ex verbis Alg. ꝙ quodlibet ens poſteriorum a Deo componitur ex duobus: quorum vnum denominatur de poſsibilitate ſecundum denominationem de neceſſe eſſe. ſic reperitur in litera, et vult dicere ꝙ omne poſt Deum cōponitur ex duobus. quorum vnum eſt ens poſsibile, attamen neceſſe denominatione extrinſeca ab exiſtente. & tacuit alterū cōpar propter famoſitatem: vel forte litera eſt corrupta, & debet legi: ſecundum eſt denominatum de neceſſe eſſe. & tunc res eſt plana, vt prędicti eramus, id eſt vt prędiximus. Deinde ponit modū verū. d. ſed, qn̄ intelligitur modo ſuperius a nobis dicto, non ſequitur incōueniens, quod ſequebatur Algazel. modus aūt fuit, quod non dicant illa niſi priuationes, vel reſolutiones. Deinde mouet quęſtionem. d. ſed adhuc petendum eſt, ſ. vtrum, qn̄ attribuitur poſsibilitas primo cauſato, inferat quod illud cauſatum cōponitur, aut non. Reſpondet. d. ſi. n. illa denomina- F
tio relatiua eſſet, nullam infert cōpoſitionem: cuius cauſam ponit. d. non nanque neceſſarium eſt quod quędā res denominantes denominentur ab aliquo, inferat quod ſint denominationes additę extra animam, vult dicere quod non ſequitur: illę res differunt iſtis, vel illis denominationibus: ergo iſtę, vel illę denominationes ſunt additę eſſentijs illarū rerum differentiū. Deinde infert quoddam dicēs, & ideo qui opinati erant, vult dicere quidam opinati ſunt quod prędicamentum relationis non debet computari cum eſſe extra animam habentibus, vult dicere realibus, vt dicit. 12. Meta. com. 19. vel forte hęc verba eſt probatio illius, quod dixit auctoritate iſtorum ſic dicentium de prędicamēto relationis. Debes ſcire, quod neceſſe eſſe, et poſsibile eſſe dicunt cōpoſitionē quandam ſecundū modū, ſ. ex re, & carentia cauſarum: qm̄ neceſſariū dicitur, quia caret cauſis, & eſt: ergo dicit cōpoſitionem ex eſſe, & priuatione cauſarū: ſimiliter poſsibile dr̄, quia nō eſt neceſſarium: ideo dr̄ compoſitū ex eſſe, & carentia neceſsitatis: ergo oēs iſtæ compoſitiones dicuntur relatiuę non abſolutę: & hoc iam declaratum fuit, & melius declarabitur. Deinde remouet cauſam erroris Algazel. d. & Algazel ex ſua ignorantia putabat quod quodcunq; haberet additam ſignificationē, inferet quid additum extra animam in actu: & hoc eſt falſum, & ſophiſticatio. Debes ſcire quod ad hoc, quod alicui addatur ſignificatio diuerſa, ſufficit diuerſitas mo

Poſsibile eē et neceſſe eē dicunt compoſitionem quandam.

A di intelligendi vnam rem, vel diuerſitas connotatorum: vnde albedo, & album differunt in ſignificatione, adeo quod album addit in ſignificatione aliquid albedini, nõ tamen actum ſunt duę res, ſed duę in modo: ſic etiam eſſe, & neceſſe eſſe: eſſe enim non differt ſecundum rẽ a neceſſe eſſe, nec econtra: attamen neceſſe eſſe addit in ſignificatione ipſius eſſe, eo quia addit diuerſitatem modi, & connotati. Ex hoc apparet error Algazel. qui putat quod omne addens alteri in ſignificatione, addat in re & eſſe: & hoc eſt error purus: & poſtquam dixit id, vult declarare ratione met. qualiter id ſit verum dicens, tandem dicimus quod ens, quod eſt vniuerſale, id eſt, communiſsimum, diuiditur ad neceſſarium, & ad poſsibile: tunc iſto ſuppoſito ex meta. arguit: vnde, ſi differentia vnius partium, id eſt, vnũ illius diuiſi membrum ſuper id vniuerſale, additum fuerit, eo modo neceſſario dicetur de reliqua, ſcilicet quod illa ſit addita ſuper illud vniuerſale, Verbi gratia, ſi poſsibile eſt additum ſuper id vniuerſale, tanquam res diſtincta, eo modo erit de neceſſario, quia eſt nulla differentia: ſed illę differentię non poſſunt eſſe ambę additę ſuper illud vniuerſale: ergo hypothetice arguendo neutra additur ſuper id vniuerſale: maior eſt manifeſta: minor declaratur, quę fuit oppoſitũ conſequentis conditionalis. &. d. diuiſio. n. entis ad poſsibile, & neceſſarium nõ eſt ſimilis diuiſioni animalis ad rõnale, et irrationale, aut diuiſioni eius ad ambulãs,
B & natans, & volans. cuius rõnem dicit: ea. n. addita ſuper genus, & inferunt additionem. i. compoſitionem in ſpeciebus: et exẽplificat. d. ſ. ꝙ animalitas eſt quid cõe, & hę drię ſunt additę ſuper eũ. i. ipſum: ſed poſsibile egreſſum. i. poſitũ ab Aui. diuiſione nullũ quid extra aĩam actualiter, vult dicere addit enti diuiſo, & ꝑ conſequens nec in inferioribus eius: immo eſt ſignificatio erronea, vt ſupra dictũ eſt, eo ꝙ ens qđ ſuũ eſſe cauſam habeat, nullã habeat ſignificantiã niſi priuatio tm̃: ſic habet liber meus, & ſine dubio eſt male traducta, & debet ſic ordinari, eo qđ ens poſsile, quod ſuã cauſam habeat, nullã habet ſignificationẽ niſi priuatio: vult dicere niſi ſignificationẽ, q̃ eſt priuatio, videlicet. quod quodcunq; ens eſſe habuerit ab alio. i. dicatur ens poſsibile, non habet de ſe niſi priuationẽ, vult dicere neceſsitatis: vel forte litera põt ſtare, & vult dicere, oportet quod ens, ꝙ ſuum eſſe cauſam habet, id eſt, non habet cauſam eſſendi niſi ſuũ eſſe, & intẽdit ens neceſſe nullã habet ſignificationẽ niſi priuatio tm̃. Et ſecundũ verbum, ſ. d. videlicet quod quodcunq; ens eſſe habuerit ab alio, non habet de ſe niſi priuationẽ, niſi natura ipſius fuerit de natura rei poſsibilis, vult dicere per hoc, quod aliud ens eſt poſsibile eſſe, quod eſt ẽt. d. priuationem niſi eius natura ſit poſsibilis poſsibilitate addita: & ſic contra ea, quę dicta ſunt. Deinde infert peccatũ Auic. d. & ideo diuiſio Aui. de ente ad neceſſarium eſſe, & ad poſsibile diuiſio ignota eſt: qm̃ ex hoc non intelligitur verum neceſſarium: & hoc melius in ſe-
C quentibus declarabitur. Deinde ponit vltimam concluſionem in hoc. d. quod tãdem quod declarari debet eſt, quod ens neceſſario diuiditur ad ſubſtantiales differentias, id eſt, per differentias eſſentiales, aut ad diſpoſitiones, id eſt, per modos relatiuos, aut accidentia addita ſuper entis ſubſtantiã: vnde prima iſtarum diuiſio infert multiplicationẽ actionum, id eſt compoſitionem ex pluribus in eodem ente, duę vero reliquę diuiſiones nullam inferunt pluralitatem. Sed debes ſcire, quod ipſum ens poteſt diuidi tribus modis, vel diuiſione eſſentiali per differẽtias eſſentiales: & ſic eſt impoſsibile: qm̃, tunc eſſet genus, & ſic omne contentũ ſub eo eſſet compoſitum, & ſic Deus eſſet in ſe compoſitus: vel diuiſione accidẽtali per accidentia, & tunc diuiditur in vnum & multa: quę diuiſio eſt ſecundum hunc philoſophum nec in differentias, nec in modo entis, ſed in accidentia entis: & ſic non facit compoſitionem in contentis ſub eo: per hoc enim, quod ens aliquod eſt ens, & vnum, non eſt compoſitum: vel forte intelligit per diuiſionẽ in accidentia, non diuiſionem adequatam: qm̃ ens adequate non põt diuidi per accidentia: qm̃ accidens eſt vnum membrum entis, ſed diuiſionem inadequatam: ſed quomodocunq;, non facit cõpoſitionẽ veram in contentis ſub ente: tertia diuiſio in modos eſt optima diuiſio, & ſic ens diuiditur: & ſic apparet vltima reſolutio huius ſecundũ hunc philoſophum. Et poſtquã declarauit errores iſtorũ, & vltimate poſuit determinationẽ huius, ad probandum hoc remouet quędã dubia, vt

Tripliciter diuidit ens.

D vltimo veritas elucefcat:& primo mouet dubium, quod potius cadit in oppoſitione Algazel.quam Auerrois, &c.d.& ſi aliquis diceret quod denominationes diſpoſitiuę diuerſitatem actionum inferunt, vult dicere quod poſſet quis dicere quod pluralitas modorum in aliquo facit quod ab eo poſsit prouenire multitudo: & tunc infert,ergo a primo principio procedit pluralitas neceſſario, vult dicere,quia in eo eſt pluralitas ſecudum modum:& tunc infert, & ideo primum principium non indiget de primo cauſato,id eſt,ipſo primo cauſato: vnde, id eſt, a quo procedat pluralitas propter illius compoſitionem, ſi ſine illo poteſt ſaluari pluralitas effectuum contra illos. Deinde inducit ſolutionem,quam poſſunt dare illi, & eam remouet.d.& ſi vero, vult dicere, dicatur quod pluralitas dictarum demonſtrationum proceſſum diuerſarum actionum a primo principio nõ infert: contra arguit.d.ſimile dici poteſt quod primi cauſati de nominibus, vult dicere, non procedat diſtinctio effectuum: quoniam non maior diſtinctio erit in diſpoſitionibus cauſati primi,quam cauſę primę: & concludit errorem iſtorum.d.patet ergo ex hoc error huius hominis. Poſtquam remouit iſtam opinionem,dat vltimo veram ſolutionem.d.tandem dicimus quod non eſt impoſsibile, quod ex vna & eadem ſubſtantia ſequatur affirmatio & negatio denominationum:forte vult dicere effectus contradictorij prouenientes a denominationibus illis, & ex hoc non ſequitur pluralitas in ipſa ſubſtantia, vt opinatus eſt Algazel. Et ad hoc poſſunt ſolui prædicta dubia huius capituli. B

Dubitatio. Sed hic incidit dubium:quoniã, non videtur ratio Auerrois contra ſolutionem illorum aliquid valere: quoniam diſpoſitiones in primo cauſato ſunt in modo diſtinctæ diſtinctione vera,nõ ficta: in primo non niſi ficta diſtinctione; vt iam dixi in expoſitione ſui capituli.

Solutio. Mihi eſt valde difficilis ſolutio,attamen debes ſcire,quod Deus et ſi non dicat aliquã multitudinem,vt in comparatione ad prius, attamen in ſe dicit multitudinem tn comparatione ad poſterius:eo quia eſt multus in perfectione, & virtute etiam ſecundum eos.Ex hoc dicit Auerroes.12.Metaphy.com.18.&.36.cum ait omnes formas contineri in eo.ideo diſtinctio virtutum in Deo tn cõparatione ad prius eſt ficta,ſed in comparatione ad poſterius eſt vera. Ex hoc apparet dictũ Auerrois quod,ſicut illa ſufficit in primo cauſato,ita & iſta in prima cauſa:quoniam, ſicut illa non eſt ficta, ita nec iſta, vt dixi.& per hoc apparet ſolutio ad dubium. Et poſtquam ſoluit dubium illud, vult modo ſoluere ſecundum dubium.d.& ſi forte aliquis arguit.d.quod ex hoc ſequeretur,quod nulla ſit compoſitio in neceſſario eſſe ex ſe,nec tn neceſſario per aliud:hoc dubium ſecundum me habet colligationem cum dictis dixerat enim quod neceſſarium non dicit niſi priuationẽ, & ſimiliter poſsibile:modo ex hoc apparet vis quęſtionis:qm̃,ſi neceſſariũ poſtiue nihil dicit,ſed tantum priuationem,nullã poterit facere compoſitionẽ: vnde ſyllogiſmus ſic poteſt componi:illa non differunt, quorum neutrum facit compoſitionem in eo,in quo eſt:ſed neceſſarium ex ſe, & neceſſarium per aliud non faciunt compoſitionem eis,in quibus ſunt:ergo non differunt:minor apparet: qa ambę priuationem dicunt. Et ad hoc reſpondet dicens,nos vero ad hoc reſpondemus,quod humanus intellectus facile comprehendit cõpoſitionem in eo,quod neceſſarium eſt per aliud,videlicet,de cauſato, vult dicere in cauſato. Deinde ponit vbi facilius,& vbi difficilius id comprehendit dicens,vnde vult dicere,ſi neceſſe eſſe per aliud eſſet corpus, ſequeretur quod debeat reperiri in eo vnitio, vult dicere duorum quodammodo, & pluralitas quodam modo,ſ.corpus generabile & corruptibile:vult dicere quod in iſtis apparet facilius adhuc quod in corpore cœleſti,ſ.quia in eo eſt vnitio in actu, & multiplicatio in potentia in eo modo,quo partes in potentia continentur in toto: vnde partes actu in toto ſunt vnum,in potentia vero multa. Deinde exponit vbi eſſet difficile.d.ſed, ſi non eſſet corpus,intellectus non comprehendit in eo pluralitatem in actu, nec in potentia: immo eſt ibi vnitio ſimpliciter,id eſt, ſumma identitas:hoc confirmat auctoritate antiquorum.d.& ideo putabant antiqui hęc ſpecies entium, vult dicere incorporalium eſt ſimplex, ſed dicunt quod cauſa horum entium eſt ſimplicior cauſato: ſimiliter opinantur quod primum ſimplicius omnibus eſt de primo principio:& ideo illud primum principium non poteſt intelligi cauſa, nec cau F

A ſatum: ſed in poſterioribus primo bene poteſt pluralitas intelligi: & ideo ſecundum eos, ſecundum cauſatum eſt ſimplicius tertio, & deinde: hic non reſpondet ad formam proprie, attamen pōt ad formam dici, quod licet maior ſit falſa, minor eſt in propoſito neganda ſecundum dicta eius. Ad probationem dicendum, qđ licet ambo priuationem dicant, attamen non eodem modo: qm̃ neceſſario ab alio dicit priuationem poſsibilitatis, non tamen priuationem eſſe, quoniam dependet ex alio: & ita illa probatio nulla eſt. quoniam credit quod ambo neceſſariã priuationem dicant eodem modo, quod falſum eſt. Sed hic dubitatur: quia, non videtur quod primum cauſatum ſit ſimplicius tertio: quoniam, ſicut primum cauſatum dicitur a cauſa dependere, ita et tertium: ergo compoſitio non eſt maior in illo, quam in ſecundo. Dicendum, quod ſemper cauſatum deficit a cauſa: ideo, quanto cauſatum cauſatur a prima cauſa mediantibus cauſis proximis pluribus, tanto plus deficit ab illa prima vniuerſaliſsima: & quanto cauſatur a prima paucioribus, tanto minus deficit. Ex quo ſequitur, quod tertium cauſatum eſt imperfectius ſecundo: quoniam cauſatur a prima cauſa ſimpliciter mediante primo cauſato nunquam proximo agente, & per conſequens deficit a prima, & ſecunda cauſa ei proxima: & ſic eſt imperfectior. Ad formam dicendum quod, ſi loquamur de compoſitione ex duabus partibus realiter diſtinctis, nullum illorum eſt altero compoſitius: quoniam ibi non eſt compoſitio iſta, ſed ibi loquimur de cõ-

Dubitatio. **Solutio.**

B poſitione ex priuatiuo ſeu imperfectione, & poſitiuo ſeu perfectione. Tertium cauſatum eſt compoſitius primo propter cauſam dictam. Deinde concludit dicens, ita debet intelligi philoſophorum opinio: ergo, ſignificatio cauſę, & cauſati in his entibus, vult dicere, arguit compoſitionem quaſi, ſi eſſet pluralitas in potentia apparens in cauſato: vult dicere quod videtur iſta compoſitio ſimilis compoſitioni verę. Et debes ſcire quod, quia quęlibet intelligentia alia a prima eſt cauſa, & cauſatum, ideo quælibet eſt compoſita ex perfectione, & imperfectione: qm̃, quia eſt cauſa, eſt perfectior cauſato: & quia cauſatum, ideo imperfectior: ideo in qualibet aggregatur compoſitio ex perfectione & imperfectione, vt vides. Deinde vltimo declarat iſtam opinionem meliorem eſſe alia. d. vnde dicimus quod conceſsis iſtis nullum nos ſequitur Algazel. argumentorum: ſed qm̃ intelligitur ab eis philoſophis quod ſecundus intellectus intelligit ſeipſum, & ſuum principium: & ex eo, quod intelligit ſe, procedit ab eo quędam res, vult dicere intellectus proximi orbis, ſeu anima ſui orbis: et ex eo, quod intelligit ſuum principium, procedit ab eo alia res, puta intelligentia proximi orbis: quia ſecundas habet formas, ſeu duas ſubſtantias, vt putabat Algazel. Dicimus, quod totã hęc poſitio eſt error: & arguit contra illud dicens: ſi enim ita eſſet compoſitus, vult dicere, ſicut ille dicit: ergo eſſet de plurali quam de vna forma, & eſſet illa

Quęlibet intelligẽtia p̃ter primã eſt cõpoſita ex pfectione, et imperfectione: qm̃ quęlibet eſt cã, & cauſatum.

C forma vna in ſubiecto, & multæ in definitione. Sed dubitatur: quia, non videtur quod iſtud conſequens ſit inconueniens, immo neceſſarium. Et hoc non ſolũ eſſet verum in illis, immo in primo, qm̃. 12. Meta. com. 39. in primo eſt multiplicitas aliquorum, quę ſunt vnum in ſubiecto, plura in modo, vt Auer. ibidem. d. ergo a fortiori, nec hoc eſt inconueniens. Primo poteſt dici quod Auer. non arguit contra illum, ſed tantum. d. illa, quę habet cõcedere ex poſitis ab eo: & hoc eſt vnum, quod non reputat falſum, ſed ſequens ex poſitis ab eo. Vel forte poteſt dici quod aliqua multiplicitas modorum in vno eſt compoſsibilis vno modo, & alio modo non. vnde multiplicitas modorum in attributis eſt poſsibilis Deo, non multiplicitas modorum generis, & differentię, propter quod illa ab eo negaretur. ſic dico quod multiplicitas modorum, ſicut ponit Alga. eſt impoſsibilis intelligentię: qm̃ ponit ꝙ intelligentia ſit compoſita ex duabus ſubſtantijs: quarum vna eſt de ſubſtantia primi, altera de ſubſtantia propria: quod patet, qm̃ aliter non cauſaret diuerſa: modo hanc compoſitionem reputat Auer. impoſsibilem, quę, licet ſit compoſitio ex modis diſtinctis, attamen eſt impoſsibilis: quia vna natura eſſent duę naturę: quod eſt valde apparens impoſsibile: & tu melius perſiſte, quoniam eſt difficile.

Dubitatio. **Solutio.** **Aliter.**

Hic quæro, vtrum poſsibile poſsit diuidi in poſsibile ex ſe, & poſsibile ab alio, ſicut neceſſarium. Secundo quæro quid ſit poſsibile, vt diſtinguitur

Quęſtio. 8. **Secunda.**

Tertia. Quarta. contra neceſſarium. Tertio quęro, vtrum diuiſio entis ſit per neceſſariū & poſſibile, an per quę. Quarto quęro, an diuiſio entis in illa diuiſa ſit diuiſio generis in ſpecies, vel differentias, & quomodo differt a diuiſione illa, & non eſt illa. D

Ad primā. Sicut duplex poſſe, ita duplex neceſſariū. Sine argumentis dicendum ad primam .q. ꝙ poſſibile ſine dubio eſt duobus modis, vt dicit Auer. in principio huius ſoſ. ſcilicet a ſe, & ab alio, ſicut duplex eſt neceſſarium, ſcilicet a ſe, & ab alio. differentia membrorum apparet in hoc: quͣ poſſibile a ſe nihil addit naturę poſſibili niſi priuationem: poſſibile autem ab alio addit aliquid reale vltra eſſe poſſibile. ſimiliter neceſſarium a ſe nihil addit vltra eſſe eius neceſſarium. ab alio addit aliquid vltra eſſe eius: ſed id, quod plus auget difficultatē, eſt ex principio horum: hęc. n. ſunt vera, ſed adhuc non intelligibilia.

Cauſa poſſibilitatis eſt materia. Ideo primo debes ſcire, quod poſſibile ab alio addit cauſas poſſibilitatis. Cauſa autem poſſibilitatis prima eſt materia, vt dictum eſt ſecundo Phyſi. com. 48. & .2. de Genera. com. 51. & eſt in litera Ariſto. vnde poſſibile ab alio addit aliquam rem vltra eſſe poſſibilitatis. vnde materia diſtinguitur ſecundum rem ab eſſe formę, quod eſt eſſe poſſibilitatis: vel ab eſſe compoſiti, quod eſt eſſe poſſibilitatis. ergo poſſibile ab alio ponit aliud, per quod eſt poſſibile vltra eſſe poſſibilitatis. & per hoc apparet quid ſit eſſe poſſibile a ſe. quoniam, ſicut poſſibile ab alio ponit illud aliud, per quod eſt poſſibile, vltra eſſe poſſibilis, et cauſam poſſibilitatis, per quam eſt tale, ita poſſibile a ſe ponit priuationem cauſarū poſſibilitatis. & ſic poſſibile ab alio, & poſſibile a ſe differunt, ſicut priuatio & habitus. E

Replica. Solutio. Sed dices, id, quod caret cauſis poſſibilitatis, eſt neceſſarium: ergo poſſibile a ſe eſt neceſſarium. conſequens eſt falſum: quoniam poſſibile non eſt neceſſarium, videtur mihi quod Auer. velit, quod poſſibile a ſe ſit neceſſariū, ſed non abſolute, ſed ab alio. vnde neceſſe eſſe ab alio, & poſſibile a ſe ſunt vnum in re, & differunt in modo: quoniam poſſibile a ſe dicitur poſſibile a ſe, pro quanto caret cauſis poſſibilitatis, per contrarium ad poſſibile ab alio, quod habet cauſas poſſibilitatis: dicitur quoque neceſſe eſſe ab alio, pro quanto non eſt natura contingens, ſed ſemper ens, ab alio tamen efficiente. Et apparet quid ſit poſſibile a ſe, & poſſibile ab alio, & quomodo differunt.

Quid ſit neceſſe eē a ſe, et neceſſe eē ab alio. Supereſt modo declarare quid ſit neceſſe eſſe a ſe, & neceſſe eſſe ab alio. Et videtur mihi, quod neceſſarium a ſe eſt ens ſemper carens cauſis neceſsitatis, & ſempiternitatis tam agentis, quam cuiuſcunq; ordinis, & generis, & ſic ſolus Deus eſt neceſſe eſſe a ſe: quoniam ipſe ſolus habet eſſe neceſſe, & per carentiam cauſarum. neceſſariū vero ab alio dicitur, quod in ſe eſt ſemper ens, habet tamen cauſam extrinſecā ſuę neceſsitatis, ſcilicet agens: licet adhuc priuationem dicat, ſcilicet cauſarum poſſibilitatis, Et ſic vno modo eſt habitus, alio modo priuatio. Si enim refertur ad cauſam poſſibilitatis, erit priuatio. ſi ad cauſas neceſsitatis, erit habitus. Et cum omnia hęc ſint ita, apparet verificatio dictorum Auer. & primo, cum dixit, ꝙ neceſſe eſſe ex ſe, & ab alio non addit rei aliquid extra animā, verum enim eſt vno modo, & falſum vno modo. vnde neceſſe eſſe ab alio addit aliquid vltra eſſe illius, ſed non intrinſecum neceſſe eſſe a ſe nec intrinſecum, nec extrinſecū aliquid extra animam addit. Secundo verificatur, quod neceſſariū diuiditur in neceſſarium a ſe, & in neceſſarium ab alio. Tertio verificatur, qualiter poſſibile a ſe non addit aliquid extra animam vltra rem, cuius eſt, ſed ſolum priuationē cauſarum poſſibilitatis, & quod poſſibile ab alio addit cauſam poſſibilitatis, ſcilicet materiam, quę eſt prima cauſa huius. Verificatur quarto, qualiter poſſibile diuiditur: quoniam quoddam eſt poſſibile a ſe, quoddam ab alio. F

Dubitatio. Sed adhuc remanet locus quęſtionis; quoniam oppoſita debent habere membra ſubdiuiſionis oppoſita: modo neceſſarium, & poſſibile non habent membra ſubdiuiſionis oppoſita, ergo non erunt oppoſita: quod eſt ſimpliciter falſum.

Solutio. Poteſt dici: apud me iſta oppoſita non habent membra ſubdiuiſionis oppoſita ſecundum eſſe diſtincta, ſicut, nec ipſa ſunt ſic diſtincta. habent tamen membra ſubdiuiſionis diſtincta ſecundum definitionem, & modum: quoniam, licet vna res ſit poſſibilis ex ſe, & neceſſe eſſe ab alio, attamen ſecundum diuerſos modos, & definitiones: quoniam neceſſe eſſe ab alio dicitur membrum ſubdiuiſionis neceſſarij, vt eſt habitus ad ens cauſatum neceſsitatis, & id met eſt membrum poſſibilis, vt

A priuatio cauſarum poſsibilitatis. Et vna eſt res in ſubiecto, differens in modo, & definitione: & ſic apparet ſolutio huius quęſtionis ſecundum Auer. Ad hanc quęſtionem apparet ſtatim ſolutio ex poſitis. videtur enim mihi, ꝙ poſsibile, vt diſtinguitur contra neceſſarium, eſt conditio, quia aliquid habet cauſam poſsibilitatis, indifferens tamen ad habere, & ad carere illa cauſa. neceſſarium vero eſt etiam indifferens ad carere cauſis neceſſarijs, & ad habere. vnde opinio iſtorum non poteſt bene inſpici in eis propter ęquiuocationem: quoniam ęquiuoca non opponuntur. poteſt tamen inſpici facta diuiſione in membra ſubdiuiſionis, & tūc melius apparet quomodo opponuntur: & iam tibi declaratum eſt. Ad hanc quęſtionem apparet ſolutio: quoniam diuiſio entis fit per poſsibile, & neceſſarium, non tanquam in res diſtinctas extra animam: q̄m ſine dubio, vt dixi, non opponuntur ſecundum eſſe, ſed in modo tantum. Sed tanquam in duos primos compoſsibiles vni in ſubiecto, non tamen in definitione, vt ſatis expoſui. Et ſic patet qualiter opinio philoſophorum non eſt, ꝙ ens diuiditur tanquam in primos modos in eſſe neceſſarium, & in eſſe poſsibile, vt ly poſsibile cauſatur pro eo, quod poteſt eſſe, & non eſſe, vt iam tibi apparet: q̄m poſsibile, vt eſt membrū diuiſionis entis, non dicit conceptum, niſi indifferentem, vt dixi. Ad partē ſecundam iam apparet ſolutio: q̄m differentię ſemper dicunt conceptus poſitiuos, B quia ſumitur a diuerſis gradibus in re exiſtentibus: qui, licet non diſtinguatur extra animam. attamen ſemper ſunt poſitiui extra animam exiſtentes: ſed diuiſio illa in neceſſarium, et poſsibile non eſt tanquam in entia ſimpliciter poſitiua, ſed indifferentia, vt dixi ſatis. vnde diuiſio generis, & diuiſio entis differunt. primo ex parte diuiſi, ſecundo ex parte diuidentium. ex parte diuiſi, quoniam ens non ponit rem aliquam extra animam, ſed omnia entia modo confuſo. genus autem ponit rem extra animam, licet non diſtinctam a differentijs extra animam: ex parte diuidentium, vt dictum eſt. eſſet tamen facilior ſolutio ſecundum tenentes pluralitatem formarum: de quo conſidera.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio ſecunda eſt vt dicamus intelligere principium ſuum, aut eſt ipſummet eſſe ipſius, & ipſummet intelligere ſeipſum, aut aliud? ſi idem, tunc non eſt multitudo in ſeipſo, niſi dictione ex ſeipſo. ſi vero aliud, tunc hęc multitudo reperitur quoq; in primo: quoniam intelligit aliud, & intelligit ſeipſum.

C Modo Alga. adducit ſecundum argumentum contra philoſophos, ſcilicet Alpha. & Aui. & dicit. Ait Alga. ſecundum argumentum eſt hoc. dicemus ꝙ intelligere ſuum principium, vult dicere in primo cauſato, eſt idem cum ſuo eſſe, & intelligere ſequitur ipſum, aut differunt. ſi primo, ergo ibidem nulla eſt pluralitas, & per conſequens carebit diuerſitate. ſi ſecundo modo, ergo pluralitas reperitur in primo principio. ergo intelligit ſeipſum, & aliud pręter eum. Et hoc poteſt duobus modis intelligi. vno modo per primum principium, intelligendo primum cauſatum, quod apud eos eſt motor vniuerſi: & ſic apparet conſequentia facile, licet non videtur valde inconueniens id, ad quod adducit, niſi tantum apparenter. Et poteſt intelligi per primum principium Deum, qui tantum vnum dixit, & tunc conſequētia nullo modo valere videtur: attamen poteſt collocari ꝙ valet, eo quia illa multiplicitas in primo cauſato non eſt rerum diſtinctarum in eſſe, ſed in modo. ergo illa eſt poſsibilis Deo: quoniam non eſt plus poſsibilis ſecundo, quā primo, quia illa non ponit aliquid reale extra illius eſſe.

AVEROES.

AIt Auer. Veritas eſt quòd id, quod intelligit de principio ſuo, eſt ipſummet eſſe ipſius, & quòd ſit in natura relationis: & in hoc di-

Primũ eſt i natura entis qđ eſt p ſe, et nõ intelligit de ſeipſo niſi ſeipſũ.

minuitur a gradu primi: primum vero eſt in natura entis, quod eſt ex ſe. Attamen veritas apud eos eſt ꝙ primum nõ intelligit de ſeipſo, niſi ſeipſum, non rem relatiuam, & eſt quòd ſit principium. ſed ipſummet apud eos eſt omnes intelligentiæ, & etiam omnia entia nobiliori modo, & perfectiori omnibus, vt poſtea dicemus. quare non ſequitur ex hoc ſermone aliquod inconuenientium, quæ intulit. D

Auerroes modò vult dicere id, quod eſt dicendum ſecundum philoſophiam eius, &.d. primum membrum argumenti.d. dicimus nos quod verum eſt quod id, quod intelligit de ſui principio, idem eſt quod intelligere ſeipſum. Deinde remouet quoddam dubium: q̃m poſſet quis inferre, ergo non differt a Deo. Soluit, ponendo differentiam inter ipſum, & Deum dicens, & eſt de natura orbis: quod id intelligere eſt quaſi de natura relationis, pro quanto eſt reſpectu rei extra ſe, & in hoc puncto deficit a gradu primi principij: quod declarat.d. primum enim eſt de natura entis habentis eſſe de ſe, ideo non intelligit niſi ſe, & addit.d. & veritas conceſſa a philoſophis eſt, quod primus intellectus non intelligit de ſeipſo, niſi ſeipſum, ſcilicet ipſum eſſe principium non aliud relatum, ſcilicet eſſe prędicamentũ ab alio: & litera eſt tranſpoſita, & debet ſic ordinari, ſed nihil de ſeipſo ſ. ipſum eſſe principium, non aliud relatum: & tunc intelligentię, ſicut dixi, &c. Deinde exponit quomodo poteſt intelligere omnia.d. ſed ipſe eſt apud philoſophos omnia entia in gradu nobiliori, quam ipſa ſunt in ſeipſis, vt diffuſius declaratur in antea. patet ergo ex iſtis, quod non ſequitur huius hominis argumentum. hoc, quod hoc dicit Auer. melius declarabitur in dubio ſequenti, ideo dimittatur. B

ALGAZEL.

Nonnulla addit antiquior.

AIt Alga. Si autem putauerint ꝙ intelligere ſeipſum eſt ipſummet: & non intelligit ſeipſum id, quod non intelligit, ꝙ ipſum ſit principium alterius: igitur intellectus adæquatur intellecto, & conuertetur ad ſeipſum.

Hic vult dicere, quaſi confirmationem argumenti, & dicit. ait Alga. & dicimus quod, ſi intelligere cauſatum ſeipſum idem eſt, quod ſeipſum, quia in ſe eſt intellectus. vult dicere non medio vnitus. ergo intelligit ſeipſum, & totaliter qđ intelligens, & intelligibile in eo ſunt vnum & idem. Deinde infert ſecundum conſequens, dicens, vnde, ſi ipſum intelligere ſeipſum idem eſt cum ſeipſo, ergo intelligit quod ipſum cauſatum eſt cauſa, vult dicere reliquorum: ergo talis eſt, vult dicere, eſt vera cauſa, aliter intelligendo falſa eſſet: & tunc debet ſupplere, ſed intelligere ſe eſſe cauſam eſt intelligere abſolute a ſe, & tunc arguit. ſed intellectus conuenit cum eo, quod intelligit. ergo omnia iſta reducuntur ad ſeipſa, ideſt ad intelligere ſe, vt cauſa, quod eſt intelligere abſolute. Et tunc infert, nulla igitur reperitur pluralitas: quod probat, & ſi ibi eſſet pluralitas, vult dicere, in intelligendo ſe, vt cauſa eſt, inuenitur aliqua pluralitas. eſſet ergo ſimile in primo: quoniam primum intelligit ſe vt cauſa. ergo ab eodem primo. ſ. cauſato plura, & diuerſa non prouenirent. Debes ſcire quod tota vis huius conſiſtit in hoc, quod primum cauſatum intelligit ſe vt cauſa, vt apparet. eo quia omnibus modis intelligibile, & intelligens in eo ſunt idem: ſed, vt ſe intelligit vt cauſa, nõ eſt in eo multiplicitas. ergo non poteſt producere multa. Secundo debes ſcire, quod litera illa, ergo intelligit quod ipſum cauſatum, &c. reperitur aliter in libro Alga. dicit enim ſic, ergo intelligit ꝙ ipſum cauſatum eſt a cauſa, ergo talis eſt. Et tunc vult dicere aliter quam dixi: apud enim me quod illud non intelligit, niſi ſe vt cauſatum; et quicquid intelligit erit intellectũ, vt cauſatum, ergo omnia intellecta reducuntur ad ſeipſum, id eſt, ad intelligere ſe vno modo, ſcilicet vt cauſatum, F

A cauſatum, ergo in eo non reperitur pluralitas. & ſi ſic, vult dicere intelligere ſe vt cauſatum eſſet pluralitas, tunc in primo, quod intelligit ſe vt cauſa, eſſet pluralitas per locum ab oppoſito, & tunc ſequitur aliud: & ſic videtur mihi qđ iſte locus p t duobus modis exponi ſecũdum quod litera reperitur duobus modis: & ſecundus modus videtur dictus ab Auer. in ſolutione eius.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc eſt falſum. nam eſſe principiũ eſt quid relatiuũ, & non conuenit vt ſit ipſummet. &, licet intellexerit ipſum eſſe principinm intellectus, non eſt tamen ei principiũ eo modo, quo eſt. nam, ſi hoc eſſet, perficietur nobile ab ignobili. intellectum enim eſt perfectio intelligentis apud eos, vt apparet in ſcientiis intellectus humani. Eſſe principium eſt qd relatiuũ.

ALGAZEL.

B AIt Alg. Dicimus, cauſatum autem intelligere ſeipſum eſt ipſummet. nam intelligit ſeipſum, & intelligit animam ſuam. & intellectus, & intelligens, & intellectum eius eſt idem etiã. Deinde, ſi intelligere ſeipſum eſt ipſummet, tunc intelligit ꝙ ipſummet eſt cauſatũ à cauſa, quæ eſt ſic: & intellectus æquatur intellecto, & conuertitur totum ad ſeipſum: igitur multitudo non reperitur. ſi autem hoc eſſet, multitudo ergo reperitur in primo, & tunc non prouenient ab eo diuerſa. Non habentur in altero exemplari.

AVEROES.

AIt Auer. Quod recitauit hic ex Philoſophis circa multitudinem præter primum principium, eſt ſermo corruptus, & non
C ſequitur ſecundũ radices eorum. nam non eſt multitudo illis intelligentiis omnibus ſecundũ opinionẽ eorum. & non differũt apud eos ex parte ſimplicitatis, & multitudinis, ſed differunt ex parte cauſæ, & cauſati. & differentia, quæ eſt inter intelligere primum ſeipſum, & alias intelligentias intelligere ſe ipſas ſecundum eos, eſt quoniam intelligentia prima intelligit de ſe aliquid exiſtens ex ſe, non aliquid relatum ad cauſam. aliæ vero intelligentiæ intelligunt de ſe aliquid relatum ad cauſam earum, & ingreditur in eas multitudo hoc modo. & non eſt neceſſe vt ſint omnes in eodem gradu ſimplicitatis, cũ non ſint in eodem gradu relationis ad primum principium. & nulla earum reperitur ſimplex, eo modo, quo primum eſt ſimplex. quoniã primum numeratur in eſſe ex ſe, illæ vero in eſſe relatiuo. Cum autem dixit poſtea, ſi intelligere ſeipſum eſt ipſummet, tunc intelligit ſeipſum eſſe cauſatum à cauſa, quæ ſic eſt: & intellectus æquatur intellecto, & totum conuertitur ad ſeipſum: igitur non eſt multitudo.

Et ſi in oīb' intelligẽt ſ: intelligẽs & ītellectũ ſint idem non tñ ſunt equales in ſimplicita te.

ſi autem hoc eſſet, multitudo reperiretur in primo. Dicendum ꝙ non ſequitur, ex eo ꝙ intellectus, & intellectum in ſeparatis ſunt idem, vt ſint oēs æquales in ſimplicitate. nam ipſi præſupponunt ꝙ in hac re ſeſe excedunt intelligentiæ adinuicem, quo ad diminutionem. additio vero non reperitur in rei veritate, niſi in intelligentia prima. Et cauſa in hoc eſt, quoniã intelligentia prima, ſubſtantia eius eſt exiſtẽs in ſe, aliæ vero intelligentiæ intelligunt de ſubſtantiis ſuis ꝙ cõſtituuntur ab ea. ſi autem intellectus, intelligens, & intellectum in vno quoque earum eſſet in gradu vnitatis, qui eſt in prima, eſſet ens exiſtens in ſe, conforme enti ex alio, aut intellectus non æquaretur naturæ rei intellectæ. & hoc totum eſt falſum ſecundum eos. & hic ſermo totus, & reſponſio topica eſt. Poteſt tamen fieri in hoc ſermo demonſtratiuus cũ paruitate ſpeculationis hominis in rebus iſtis, ſi præſupponat, & ſciat prius quid ſit intellectus. & nunquam ſciet quid ſit intellectus, donec ſciat quid ſit anima. & nũquã ſciet quid ſit anima, donec ſciuerit quid ſit animatum. & non poſſunt haberi iſta primo aſpectu, & ex ſcientiis vniuerſalibus, quæ non ſunt propriæ, nec proportionatæ. &, cũ aliquis locutus fuerit de his rebus, antequã ſciat naturã ītellectus, erit ſermo eius in eis, ſimilis ei, qui ſomniat. & ideo ſecta Aſſaria, cum recitauerit opiniones Philoſophorum, ducit ad vltimitatem inconuenientiæ, & prolongationis hominis à ſpeculatione in entibus. **B**

Poſtquam adduxit ſententiam Alga. vult modo adducere ſolutiones dictorũ ſecundum veros philoſophos, &. d. dicimus nos ꝙ id, quod narrauit nomine philoſophorum in eſſe pluralitatis tm̃ in poſterioribus Deo, vult dicere in eo, quod dicit ſolũ in poſterioribus Deo eſſe pluralitatẽ, ſunt verba erronea, & peripatheticorum radices non ſequentia. Deinde aſsignat cauſam. d. nulla enim eſt pluralitas in ipſis actibus, vult dicere ſeparatis apud philoſophos, neque apud eos differunt ex ſimplicitate & pluralitate, id eſt, penes ſimplicitatem & pluralitatem, ſed differũt ex cauſa & cauſato: & tunc adde maiorem, ſcilicet ſed motores corporum cœleſtiũ ſunt intellectus ſeparati: ergo in eis non eſt differentia ſecundum pluralitatem & ſimplicitatem, ſed ſolum ſecundum cauſam & cauſatum: quomodo differunt ſecundum cauſam & cauſatum, dictum eſt, & dicam forte poſt: & quomodo non ſecundum pluralitatẽ & ſimplicitatem, dicam poſt forte, licet dixi multum in alijs. Et poſtquam remouit vnum errorem, vult modo remouere aliud, quantum ad intelligere in illis, declarando quomodo differt intelligere primi, & intelligere reliquorũ, & dicit, & differentia, quæ eſt inter intelligere primum intellectum ſeipſum, & intelligere alios intellectus ſeipſos, eſt, ꝙ primus intellectus, vult dicere Dei de ſeipſo quid ens, de ſeipſo intelligit non relatum ad cauſam, vult dicere ꝙ primus intellectus non intelligit niſi ſe non intellectione relata ad cauſam priorem, & alij intellectus de ſeipſis quid relatum ad cauſas ipſarum: & ideo vult dicere intelligere reliquorum multitudinem retinere, vult dicere, quia in eis intelligens, & intellectum non vniuntur omnibus modis, vt dicam. Deinde infert modum, quomodo illæ ſunt compoſitæ alio a modo Alga. d. quapropter non ſequitur, ꝙ ſint omnes in vno ſimplicitatis gradu, vult dicere æqualiter ſimplices. Et ſyllogiſmus ſic componitur; omnia cauſata, quæ non ſunt in vno gradu relationis ad primum principiũ eorum, nec habent ſimplicitatem illi ſimilem, non ſunt in vno gradu: ſed nulla cauſata ad eorum cauſam habent vnum gradum relationis, nec ſunt ei ſimilia in ſimplicitate: ergo nulla cauſata eorum ſunt in vno gradu ſimplicitatis: maior eſt manifeſta per ſe; minor autem habet duas partes; & primam relinquit pro **F**

A manifeſta, ſecundam probat.d.primus enim habet eſſe de ſe, vult dicere non a cauſa priori eo, & alij habent eſſe relatum, & per conſequens non habent æqualem gradum ſimplicitatis ad primum. Deinde venit ad formam argumenti, & primo repetit illud.d.ſed id, quod dixerat, videlicet ꝙ, ſi intelligere ſeipſum idem eſt quod ſeipſum, ergo intelligit ſe cauſatum a cauſa, ergo talis eſt: ſed intellectus adæquatur ad intelligibile: ergo omnia iſta reducuntur ad ſeipſum: nulla igitur eſt ibi pluralitas: & ſi eſſet recepta, vult dicere ibi pluralitas, ſimiliter eſſet in primo intellectu: & hoc fuit motum Alga. voluit quaſi argumentare: in ſeparatis idem eſt intelligens & intelligibile, vt probatum eſt per argumentum iam dictum ab eo, ergo omnes ſunt æquales in ſimplicitate: conſequentia probatur, quia aliter in Deo eſſet compoſitio, vt dictum fuit. Auer. negat conſequentiam: concedit enim antecedens, & negat conſequentiam: quoniam poſita identitate in illis inter intelligens & intelligibile, adhuc habet latitudinem, & ſolum in primo eſt ſimplicitas ſumma, & ſumma identitas: in reliquis vero, quia non ſunt æquales in gradu relationis ad primū, nec erit æqualis identitas, immo quanto intelligentia eſt inferior, tanto in ea reperitur maior compoſitio, vt dicam: et ſic probatio nihil eſt: & hoc dicit, philoſophi enim ponunt quod intellectus in hac proprietate in hoc, quod eſt idem intelligens

B & intelligibile in eis ſecundum magis & minus, & dicta ſimplicitas non reperitur ſecundum rei veritatem: vult dicere in fine niſi in primo intellectu. Deinde dat cauſam diuerſitatis. d.& cauſa huius eſt, quia ſubſtantia primi intellectus eſt qaid per ſe exiſtens, vult dicere in cauſatis & abſolutis: & alij intellectus intelligunt de ſeipſis, quod in primo intellectu conſiſtant, vult dicere quod intelligunt ipſos eſſe cauſatos a primo: & tu potes ex hoc componere duos ſyllogiſmos, & ſic perſiſte. Deinde redit ad id, quod iam dixit.d. vnde, ſi intellectus intelligens, & intelligibile in quolibet horum eſſent in gradu vnitatis, vult dicere ſimplicitatis, quod ſunt, id eſt, qualiter ſunt in primo, eſſet earum ſubſtantia ſimilis ſubſtantiæ aliorum, vult dicere, omnes eſſent vnius & æqualis perfectionis: quod eſt falſum. & hoc fuit iam declaratum. Et poſtquam dixit tot, vult modo ſe excuſare a diligentiori explanatione, & cauſam ponit, dicens, & eſt notandum quod iſta verba, vult dicere ſua, & eorum rationes ſunt dialecticalia: ſed bene poteſt inueſtigari de hoc demonſtratiue qui vellet, licet compreſſenſio humana intelligibilibus præſuppoſitis profundis deficiat; & ſi litera non eſt corrupta, vult dicere, quia eſt ei difficultas aliqua circa cognitionem illorum profundam. Et oportet perſcrutatorem præſcire, quid eſt intellectus, & ante præſcire quid eſt anima, & ante preſcire quid eſt animatum, & omnia oportet vt præſciantur alibi diligenter, & ſeriatim: non

C enim præſenti loco poſſunt talia ex improuiſo declarari: quare ergo ad præſens ſunt dimittenda, Ecce quomodo Auer. excuſat ſe, & cauſam ſuæ excuſationis innuit, & tu conſidera

Sed hic eſt quæſtio, quæ licet ſit dicta ante, in quæſtione de intellectu, attamen pro nunc volo eam aliqualiter diſcutere, ſcilicet vtrum in primo, intelligens & intelligibile ſint vnum, & idem omnibus modis, & per conſequens quomodo in reliquis vera ſit, ipſum intelligens, & intelligibile non ſunt idem omnibus modis, ſicut in primo: arguo ꝙ non in primo vniuntur omnibus modis: quoniam intellectus primi non intelligit, niſi inquantum cauſa reliquorum: ſed cauſa refertur ad cauſatum: ergo intellectio primi eſt relatiua, ſicut intellectio aliorum: ergo intelligibile, & intellectus ille non omnibus modis vnientur: ſic enim arguit Auer. de alijs intelligibilibus. In contrarium eſt Auer. hic. Pro ſolutione præſentis quæſtionis, primo volo accipere aliqua, quaſi præmiſſas. Secūdo ex illis declarabitur intentio huius philoſophi. Quātum ad primum, oportet accipere ꝙ intelligentiæ, reſpectu primi, ſunt in diſſimili gradu, volo dicere quod intelligentiæ, non ſunt eiuſdem, & æqualis perfectionis cum primo. hęc propoſitio eſt manifeſta, eo quia cauſantur a primo, ergo deficiunt a perfectione primi: quoniam cauſatum cauſatue perfectione aliqua, quę ſaltem continetur in cauſa eius. Secunda propoſitio eſt, quod intelli-

Solutio.
Prima poſitio.
Secunda,

gentię nō ſunt a primo ęqualiter punctualiter recedētes, immo vna plus, alia mi D
nus recedit. hæc ꝓpoſitio apparet, tū ex verbis Ariſt. 2. Cœli. tex. cō. 62. vide
verba Auer. ibidē. tū ratione, qm̄ Deus eſt cauſa primę intelligētię in genere
cauſę proximę, & in genere cāę vniuerſalis, ſecūda aūt eſt cauſa tertię in gene
re cauſę ꝓximę, & prima. ſ. Deus eſt cauſa illius tertię in gñe cauſę vniuerſalis,
& tertia eſt cauſa quartę in gñe cauſę proximę, & ſecūda cauſa quartę in gene
re cauſę vniuerſalis, Deus aūt in genere cauſę vniuerſaliſsimę, & ſic de omni-
bus. vnde vltima cauſatur a penultima tāquā a cauſa proxima & particulari,
ab alijs tanquā a cauſis ſecūdis, & a Deo tanquā ab vniuerſaliſsima cauſarum:
& hoc eſt manifeſtū ſępe in iſta diſputatione. Ex hoc apparet, qualiter intelli
gentię non ſunt oēs ęqualiter punctualiter recedētes: quia prima recedit minus
ſecunda, & ſecūda minus tertia, eo quia ſemper cauſatū deficit a cauſa eius tam
proxima, quā vniuerſaliſsima. Tertia propoſitio. quęlibet intelligentia citra
primā intelligit primū. ſ. Deum, qm̄ omnis talis mouet propter primū tanquam
propter finē intellectū, vt dicā, Deo duce, ī vltima diſputatione huius libri. ſ. 14.
vnde & Ariſt. 12. Me. tex. cō. 36. declarauit idē. Quarta propoſitio. in oībus
ſeparatis intellectionibus intellectio, & eorū ſubſtātia eſt vna, & eadem aliquo
modo: & licet ſit declaratū hoc pro parte, attamē in diſputationibus ſexta, et ſe-
ptima melius rationibus fortiſsimis declarabitur. ergo intelligere exiſtēs in ſub
ſtātijs ſeparatis citra primū, non eſt Deus omnibus modis. hoc apparet, eo quia E
tunc oēs eſſent Deus, qm̄ intelligere eſt ſubſtātia intelligentiarū, vt dixi in quar
ta. Ex his oportet declarare modū, quo primum principium intelligit reliqua
poſt ipſum, & quomodo reliqua intelligunt ipſum: & illud, quod primo aſpectu
apparet, eſt, ꝙ intelligentiæ non intelligunt primum, quia habent a materia, quę
ſunt ſimilitudines deriuatę a primo, ſicut oculus meus per ſimilitudinē coloris
ipſum colorē inſpicit. hoc apparet, eo quia in illis intellectus, & intellectū ſunt
vnum in eſſe, vt dictū eſt. Secundo apparet, ꝙ non intelligunt primum, quia
ſunt eſſe primi: qm̄, vt dictum eſt, omnes recedūt a primo, eo quia cauſantur ab
illo, vt ſcis ex dictis. Tertio apparet, ꝙ intelligant primū per earū ſubſtantias
& eſſentias: qm̄ intellectio & intellectus ſunt vnū, vt dixi. Et cū non intelligāt
primū per ſpecies, nec per hoc, quod ſint illius cauſę, & per hoc, quod per eſſen-
tias eorū intelligunt. ergo, vt ſunt cauſata a primo, intelligūt illud primū: intel-
ligentię igitur, quia intelligunt ſe cauſatas a primo, ideo intelligūt primū. Et, cū
dixi tibi modū, quomodo intelligūt primū, oportet declarare quō in intellectio-
nibus non ſe habent ęqualiter & pūctualiter reſpectu primi: qm̄ prima intelli-
gentia, quę eſt primo cauſata, intelligit primū in gradu proximo ſibi, vt, ſcilicet
eſt cauſatum ei proximum, ideo vnio inter intellectum eius, & intelligibile pa
rum recedit ab vnione intellectus & intelligibilis in primo. tertia autem intelli
gentia duo cauſata intelligit primum, ſed vnio intelligibilis cum eius intelle- F
ctu eſt minor, quam in ſecunda, quoniam ibi non ſolum eſt intellectio primę ſim
pliciter, ſcilicet Dei, ſed etiam ſecundæ, quæ fuit eius cauſa, ideo intellectio in
tertia, & intelligibile multiplicatur ſecundum quod, vt cauſatum non modo in-
telligit primū, quod fuit illius cauſa vniuerſalis, immo & ſecundum, & ſic de
quarta, & quinta vſque ad infimam. Ex quibus apparet, quod vnitas in reli-
quis intelligentijs cum intellectu non eſt punctualis, immo ibi reperitur plus,
& minus. Et cum omnia hæc ſint verificata: apparet qualiter intelligētia vna
eſt altera ſimplicior, quoniam proxima Deo, quia parum recedit a Deo. immo
vnio intellectus eius cum intelligibili, quod eſt Deus, eſt parum recedens a ſim-
plicitate ſumma, & ſic minus compoſita, tertia vero, quia recedit per ſecūdam,
plus intelligibile & intellectus multiplicatur: quoniam intelligibilia ſunt duo,
& intellectus vnus. ergo intellectus eius eſt compoſitior tali compoſitione. Su-
pereſt modo videre quomodo Deus intelligit reliqua. & dicendum quod Deus
non intelligit reliqua, nec per ſpecies, nec per hoc, quod cauſatur ab eis: ergo
per hoc, quod eſt eis cauſa eſſendi. Tunc primo aſpectu apparet, quod Deus
intelligit illa intelligendo ſe tantum: quoniam perfectio eius eſt tanta quanta
intelligentiarum, & maior, quoniam eſt cauſa earum, & ideo non intelligit.

Tertia.

Quarta.

Quō primū principiū intelligit oīa poſt ipm̄, & econuerſo.

Intelligētiæ intelligunt Deū, inquātū intelligūt ſe cauſatas eſſe a Deo.

Intellectiones intelligētiarū nō ſunt ęquales reſpectu primi.

Deus intelligēdo ſe intelligit alia.

A quía deficit ab illis, immo, & quia continet illas perfectiones illorum. Secundo apparet, quod intellectus eius & intelligibile omnibus modis eſt idem. quoniã intellecta non ſunt in eo tanquam cauſa in cauſato, ſed potius ipſe eſt in illis iſto modo. ideo intellectus & illud intelligibile ſunt vnum omnibus modis. Tertio apparet, quod intelligentia ſibi proxima intelligit tertiam ei proximã eodem modo, ſicut prima intelligit reliquas, ſcilicet, quia eſt cauſa illius, & ſic de alijs. Pro intellectu ſolutionis argumenti, debes ſcire quod per compoſitionem non intelligit Auerro. compoſitionem ex intellectu & re intellecta, vel ex duabus rebus ſecundum eſſe diſtinctis, ſed ex gradu perfectionis a gradu imperfectionis, & ideo intelligentia proxima Deo eſt compoſita parua compoſitione, quia ei tantum vnus gradus perfectionis deficit, propter quod intellectus & intelligibile plus vniuntur quam in reliquis. in tertia, quia duo gradus deficiunt, ſcilicet primæ, & ſecundæ, & ideo intellectus & intelligibile plus componuntur compoſitione dicta, & ſic de alijs. & quia in prima nulla deeſt perfectio, ſed omnium perfectiones continet. ideo ibi nulla eſt compoſitio inter intellectum, & intelligibile. Ad argumentum igitur dicendum quod Deus non intelligit alia ſub iſto reſpectu cauſæ, quia ſic intelligeret rem reſpectiue, & ſic cognitio non eſſet abſoluta. vnde Deus intelligit illa, quia eſſe ſuum. vel poſito quod intelligat ſe eſſe cauſam, adhuc non ſequitur quod ſua
B intellectio ſit alio modo compoſita: quoniam, vt cauſa, non deficit a perfectione ſi præhabet illam, & non debet dici intellectio illa compoſita. Sed dices, ergo eius intellectio erit relatiua. nego argumentum: quoniam, non refertur ad aliud extra ſe, ſed ad ſe: quoniam perfectiones aliæ omnes continentur ſub eo, ideo non refertur niſi ad ſe: non ſic de alijs, quoniam aliæ intelligunt Deum, nõ per perfectionem, quam habent illius: ideo intellectio earum refertur ad aliquid extra ſe, & ideo ſolus Deus nihil intelligit extra ſe. Et hæc non poſſunt perfecte intelligi, niſi videas ea, quæ dixi in lib. de intellectu. & forte dicam poſt. Et debes ſcire, quod omnia hæc ſunt dicta philoſophorum, & non ſunt hic probata rationibus, ſed poſita. ego autẽ in libro meo de intellectu adduxi vias eorum, quibus concluſerunt iſta, & ibi adduxi ſolutiones veras noſtræ legis. nunc autem ſit dictum in tantum.

Replica.
Solutio.
Deus extra ſe nihil intelligit.
Excuſatio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dimittamus rationes vnitatis eius omnimode. ſiquidem vnitas auferetur hac ſpecie multitudinis.

C Hic Alga. arguit iterum contra philoſophos, vnde dicit, ait Alga. Et modo nos dimittemus allegationes vnitatis primi principij, vult dicere argumenta probantia ipſum eſſe vnum. non enim apparet ꝙ ſit vnum omnimode: quia ex dicta poſsibilitate remouetur ab eo vnitas, vult dicere: ſi primum principiũ poteſt multa producere, remouetur ab eo vnitas: ſed ipſe eſt ſumme vnum, nos. n. admittimus ipſum eſſe vnum, quoniam poteſt probari demonſtratiue, ergo primum principium non poteſt multa producere.

AVEROES.

AIt Auer. Ideſt quòd, cum ipſi poſuerint primum intelligere ſeipſum, & intelliget de ſe quòd ſit cauſa alterius, debent ponere quòd non ſit vnum omnimode. nam adhuc non eſt declaratum quòd neceſſario eſt vnum omnimode. & hoc, quod dixit, eſt opinio aliquorum Peripateticorum, qui exponunt eam eſſe opinionem Ariſto.

Huic reſpondet Auer. ſed primo repetit vim argumenti.d. dicimus nos, quod intendit hic Alga. dicere, ꝙ poſito ꝙ primus intellectus ſeipſum intelligat de ſeipſo, quod eſt cauſa poſteriorum eius, vult dicere, poſito ꝙ intelligat ſe eſſe cauſam multorum poſteriorum. poteſt igitur dici quod non eſt ſumme vnus, niſi alio modo probabitur, vult dicere, poſito illo antecedente ſequitur ipſum eſſe ſumme vnum: cui reſpondet Auer. dicens, & hoc, quod hic dixit, vult dicere conſequens illatum eſt ſine dubio peripatheticorum opinio, & aſſerunt eam eſſe argumentabilem.i. probabilem opinionē: vnde, apud peripathericos Deus eſt multiplex in virtute, & ita non eſt ſumme vnus, licet ſit ſumme ſimplex ſecundum omnes. & ſic non illud eſt neceſſarium, licet videtur impoſsibile. Debes ſcire, quod vnum, inquantum vnum, nec excludit ſummam ſimplicitatem, nec includit. quoniam ratio formalis vnius conſiſtit in priuatione, vt dictum eſt, ſcilicet in diuiſione in ſe a quolibet: modo, cum iſta ratione poteſt ſtare ſumma ſimplicitas, & remoueri: vnde vnitas numeralis eſt ſumma & maxima vnitas, attamen compoſitionem patitur: ſic apparet, qualiter licet Deus ſit ſumme ſimplex, non tamen propter hoc debet eſſe ſumme vnus: immo ſumma ſimplicitas arguit multitudinem perfectionum, vt dictum eſt 12. Metaphyſi. commen. 39. D

Quāuis Deus ſit ſūme ſimplex, nō tñ eſt ſumme vnus.

ALGAZEL. E

Ait Alga. Si autem dixerit primū non intelligere niſi ſeipſum, & intelligere ſe ipſum eſt ipſummet: & intellectus, & intelligens, & intellectum eſt vnum, & non intelligit aliud. Reſponſio huic eſt multipliciter, & primo ꝙ hanc opinionem propter falſitatem eius expulerunt Auicenna, & alii verificantes, & exiſtimauerunt ꝙ primum intelligit ſeipſum eſſe principium ad influendum id, quod influitur ab eo. & intelligit entia omnia in ſpeciebus ſuis intellectione vniuerſali, non autē particulari. nam vituperauerunt ſermonē dicētis ꝙ ex primo principio non prouenit niſi intellectus vnus, & ꝙ non intelligit quod prouenit ab eo. & intellectū eius eſt intellectus, & influitur ab eo intellectus, & anima orbis, & corpus orbis, & intelligit ſeipſum, & cauſata eius tria. ſed cauſa eius, & principiū eius nō intelligit niſi ſeipſum. igitur cauſatū eſt nobilius cauſa. quoniā à cauſa non influitur niſi vnū: ab iſtis vero influuntur tria. & primū non intelligit niſi ſeipſum: hoc vero intelligit ſeipſum, & ſubſtantiā principii, & ſubſtantiam cauſatorum. Qui aūt contentatur vt ſit ſermo eius ꝙ Deus glo. ſit in hoc gradu, iam poſuit eum viliorem omni ente intelligente ſeipſum. nam id, quod intelligit eum, & intelligit ſeipſum, eſt dignius eo. ipſe enim non intelligit niſi ſeipſum, & prouenit ex eis depreſsio excellentiæ eius, adeo ꝙ auferunt id, quod intelligitur in eo de celſitudine. & conſtituerunt eum tanquā mortuum, cui non eſt dominium, in eo ꝙ gubernat mundum, niſi ꝙ differt à mortuo, in eo ꝙ cōſyderat ſeipſum tantum. Sic meritum reddat Deus glo. deuiantibus à viis eius, & tortuoſe incedentibus, decipientibus ſe ipſos, & negando dictum ſuum glo. In principio creauit Deus, cogitantibus quidem in Deo prauas cogitationes, & credentibus ꝙ res diuinæ aſsimilantur cū occultatione earū virtutibus carnalibus, & errantibus quidē in intelle F

A ctibus ſuis, & cogitantibus ꝙ ſit eis amplitudo, & non indigentia mā datis Dei. & ſecutum eſt eis propter hoc, ꝙ coacti ſunt concedere conſtitutionem eorum intellectorum reduci ad id, quod ſi recitaretur, inſomnio admirarentur eo.

Hic Alga. ſoluit motiuū philoſophorū, vnde dicit ait Alg. et, ſi aliquis diceret qđ primus intellectus nō intelligit niſi ſeipſum, & intelligere ſeipſum idem eſt quod ſeipſum. vult dicere, ſunt oībus modis eſſe illius. ergo intellectus intelligēs & intelligibile eſt vnū oīmode, & nō intelligit aliud. hoc igitur eſt argumentū philoſophorū: cui reſpōdet Alga. d. hęc verba, nos reſpōdemus dicētes qđ hæc opinio reprobata eſt ab Auic. & alijs veracibus philoſophorū. dicunt. n. quod primus intelligit ſeipſum principiū quod ab eo influit. & intelligit oīa entia diſtincte ſpeciebus, ſed vniuerſali modo, non tū particulari. ipſi nāq; negant opinionē, dicentes, qđ a primo principio non procedit niſi vnus intellectus tm̄, & id, quod intelligit, eſt intellectus, & influit ab eo intellectus, & anima orbis, et corpus orbis. hæc verba poſſunt intelligi primo, ſicut iacent: & tunc, ſine dubio videtur ſibi contrarius, qm̄ ipſe non ponit illud, quod modo ſibi imponit Alga. niſi forte ipſe Auicen. non habebat inconueniens, dicere duo oppoſita ſecundū diuerſum modum, ſ. quorum vnum creditum, aliud ſecundum philoſophiam. vel

B forte litera eſt corrupta. & vbi dicit hæc opinio reprobata eſt, vult, & debet dici approbata eſt: & vbi dicit, & intelligit omnia entia diſtincte ſpeciebus, debet dicere non intelligit: & tunc ſermo eſt manifeſtus per ſe. Sed, quomodo eſt, & qualiter ſit, videbimus hoc in ſolutione dubij forte, vel ſaltem apparebit ibidem intētio iſtorum. Deinde videtur mihi, quod arguit contra opinionē illam peripatheticorū. d. & intelligit. vult dicere primus intellectus ſeipſum, & ſua tria cauſata, ſcilicet animam orbis, & orbem, & intellectū alterius orbis, & intelligit etiā ipſius cauſam: & ſuum principium, vult dicere, Deus non intelliget niſi ſeipſum. ergo ſequitur ex hoc, quod cauſatum eſt nobilius cauſa. vnde poteſt ſyllogiſmus ſic componi. Intellectus intelligens Deum, & tria alia, eſt nobilior intellectu intelligente Deū tantum. Sed primus intellectus cauſatus intelligit Deum, & tria alia, & Deus non niſi ſe: ergo primus intellectus cauſatus eſt nobilior Deo: minor probatur, & ſic componitur. intellectus, a quo procedunt tria illa, omnia intelligit. a quo vnum, vnum intelligit: ſed Deus non niſi vnum cauſat, & primus intellectus tria. ergo ſequitur concluſio illa. huius ponit minorem tantum. d. prout a cauſa. vult dicere à Deo non influit niſi vnum et & ab iſto, ſcilicet cauſato tria influunt, videlicet quod primus intellectus non intelligit niſi ſeipſum: & iſtud primum cauſarum intelligit ſeipſum, & ſuā cau-

C ſam, & ſuum principium. ergo talem Deum glorioſum ponere facit eum defectuoſiorem vllo ente ſeipſum intelligente: quia, ſine dubio qui eum intelligit, & ſeipſum etiam, nobilior eſt illo, prout ille tātum ſeipſum intelligit. Deinde oſtēdit vltimate quid dicunt. d. tandem, quod iſti philoſophi eſſe benedicti vult dicere Dei, æquiparant quaſi ad eſſe mortui. Sed differt a mortuo, prout mortuus ſeipſum non ſentit, ſed ipſe Deus ſentit. quare dicimus quod omnia iſta ſunt erronea, & abſit, quod attribuantur ipſi benedicto Deo. immo meditamur quod hāc opinionem opinantes debent ab ipſo Deo turpiter puniri: & vix ab eodē debent, id eſt ſunt digni indulgentiam, nec veniam reperire.

A V E R O E S.

AIt Auer. Qui aūt vult perſcrutari in his rebus, debet ſcire ꝙ multæ rerū, quæ affirmantur in ſcientiis ſpeculatiuis, Cū ad eas ingreſſum fuerit primo aſpectu, & cum eo, quod vulgus intelligit de hoc, erūt reſpectu eorum ſimiles ei, quod percipit ſom-

niator in ſomnio, vt dixit ipſe.& multæ harum non ſunt de eis propo D
ſitiones de genere propoſitionũ,quæ ſunt intelligibiles apud vulgus,
& proferunt eas his rebus.Attamen non eſt modus,vt ſit de eis prolatio ſufficiens, ſed vt eis mediantibus proueniat veritas ei, qui procedit in ſcientia earum modo veridico. Verbi gratia ſi dicitur vulgo, & ei, qui eſt altioris gradus,ꝙ Sol, qui videtur oculo quantitate brachii, ſit centum ſeptuaginta vicibus maior, quàm eſt terra, incipient hoc negare. & qui hoc conſyderat, erit apud eos vt ſomniator. & erit difficile nobis perſuadere eius hoc cum propoſitionibus,quibus habetur veritas de proximo,& paruo tempore.Attamen non eſt modus perueniendi ad hanc ſcientiam,niſi per viam demonſtrationis ei, qui incedit via demonſtratiua. Et,cum hoc fuerit ignotum in quæſitis Geometricis,& demum in rebus Mathematicis.multo magis erit in ſcientiis Diuinis,ſcilicet ſi aliquid expoſitum fuerit vulgo, videbitur falſum, & inconueniens primo aſpectu, & ſimile ſomnio.nam in hac ſpecie ſcientiarum non ſunt propoſitiones probabiles, quibus poſsit E
intellectus contentari,qui eſt primo aſpectu ignarus, ſicut intellectus vulgi. quia videtur ꝙ id, quod apparet intellectui in fine, eſt apud eum inconueniens primo aſpectu.& non euenit hoc ſolũ in rebus ſpeculatiuis,ſed etiam in factiuis.Et ideo, ſi imaginati fuerimus aliquam artem non apparere,deinde videatur eſſe, videbitur hoc primo aſpectu inconueniens.& ideo tenent multi ꝙ iſtæ artes ſunt ex comprehẽdentibus, non humanis: & aliqui attribuunt eas Dæmonibus: aliqui vero Prophetis, adeo ꝙ exiſtimauit Benhazam ꝙ fortiſsima rationum, ꝙ reperiatur Prophetia eſt reperiri has artes. Et, cum ſic fuerit debet perquirens veritatem, cum reperiet ſermonem inconuenientem, & non reperiet propoſitiones probabiles ad remouendum illud inconueniens,vt non credat quòd ille ſermo ſit inconueniens, & perquiret eum viis, quibus exiſtimat aduerſarius peruenire ad eum, & verſetur in hac doctrina longo tempore, & cum ordine, quem requirit hæc res,quam differt.Et,cum hoc reperiatur in aliis ſcientiis, quã F
Diuinis multo magis debet hoc reperiri in ſcientiis Diuinis, propter diſtantiam harum ſcientiarum à ſcientiis,quæ ſunt notæ primo aſpectu. Et, cum ſic fuerit, debes ſcire ꝙ non poteſt eſſe in hoc genere præfatio topica, vt eſt in aliis quæſtionibus.& ars Topica eſt iuuatiua, & licita in aliis ſcientiis, & prohibita in hac ſcientia.Et ideo determinauerunt multi ex ſpeculantibus in hac ſcientia,quod hoc totum eſt incumbere ſubſtantiæ, cui non incumbunt intellectus. nam, ſi ſcirent qualitatem eius, erit prima intelligentia,& generabilis,& corruptibilis eadem. Et, cum ſic fuerit, Deus glo.vindictam facere dignetur de eo, qui loquitur his ſermonibus loquela vulgari,& loquitur topice in Deo glo.abſque ſcientia. Et ideo exiſtimatur ꝙ Philoſophi ſunt in vltimitate debilitatis in his ſcientiis.& propter hoc dixit Alga.ꝙ ſciẽtia eorum Diuina eſt exiſtimatiua.Attamen omnino nos conabimur

Ars Topica eſt iuuatiua et licitua in alijs ſciẽtijs ſed in diuina eſt ꝓhibita.

A declarare ex rebus probabilibus, & propoſitionibus notis, licet non fuerint demonſtratiuæ. Et non faceremus hoc, niſi quia iſte vir poſuit hanc ſimilitudinem in hac ſcientia excelſa, & abſtulit homines peruenire ad ſummum bonum in rebus excelſis, & Deus vindictam de eo faciat. Et ſufficit mihi loqui de rebus, quæ excitauerunt Philoſophos ad credendum iſta de primo principio, & aliis entibus, & de eo, ad quod peruenerunt intellectus humani, & dubitationibus euenientibus in hoc, & declarabimus etiam vias, quæ mouerunt Loquentes ex Mauris ad id, ad quod peruenerunt de credulitate de primo principio, & aliis entibus, & dubitationibus euenientibus eis in hoc, & de eo, ad quod peruenit ſcientia eorum. quoniam hoc mouebit diligentẽ ad habendum veritatem, & præbebit ei ſollicitudinem ſpeculationis ſcientiarum vtriuſq; ſectæ. & hoc totum faciemus, ſecundum ꝙ concurret ad hoc Deus glo. Dicimus ꝙ Philoſophi ſpeculati ſunt de notitia entium cum ſcientiis ſuis, & non adhæſerunt ſermoni cogen-

Quomõ philoſophi ſpeculati sũt res ipſas, & earum habuerunt cognitionem. Vide infra diſpu. 6.

B tis eos ad recipiendum ſermonem ſuum abſq; demonſtratione: immo quandoq; contradicunt rebus ſenſibilibus: & inuenerunt res ſenſibiles, quæ ſunt ſub orbe dupliciter, ſ. habentes animam, & non habentes animam: & inuenerunt in eis id, quod generatur, generari ex re, quam appellant formam: & eſt id, quod fit ens, poſtquam non fuerat: & ex re, quam appellant materiam: & eſt id, ex quo generatur. nam inuenerunt ꝙ omne, quod generatur, generatur ex aliquo alio, quod appellant materiam. Et inuenerunt etiam id generari a re, quam appellauerunt agens, & propter aliquid, quod appellauerunt finem: & conſtituerunt quatuor cauſas, & inuenerunt rem, qua generatur generatum, ſcilicet forma generati, & res, a qua generatur, & eſt agens propinquũ ei vnum, aut ſpecie, aut genere. in ſpecie autem, vt homo generat hominem, & equus equum: in genere vero, vt generari mulum ab equa & aſino. Et, quoniam cauſæ non procedunt apud eos in infinitum, po-

C ſuerunt cauſam agentem primam permanentem. & aliqui eorum dixerunt ꝙ iſta cauſa ſint corpora cœleſtia: & aliqui poſuerunt eſſe principium abſtractum cum corporibus cœleſtibus: & aliqui poſuerunt eſſe ſub eo, & contenti ſunt generari corpora ſimplicia ex cœlo, & principiis corporum cœleſtium: quoniam neceſſe eſt apud eos etiam vt ponant eis cauſam agentem. In eo autem, quod eſt ſub corporibus cœleſtibus, ex rebus generabilibus abinuicem animatis, neceſſe eſt vt ponant propter animam aliud principium, & eſt tribuens animam, & influens formam, & ſcientiam, quæ videtur in entibus: & eſt id, quod appellat Galenus virtutem informatiuam. Et aliqui horum poſuerũt hanc virtutem principium abſtractum, & aliqui poſuerunt eam intellectum, & aliqui animam, & aliqui corpus cœleſte, & aliqui primum. & appellauit Galenus hãc virtutem creatorem, & fuit ei dubium vtrũ ſit Deus, aut aliud. Et hoc totum eſt in animalibus, & plantis, habentibus ſemina. ſed in aliis ex plantis, & animalibus, non proiicientibus

ſemina, manifeſtum eſt eis indigere hoc principio multo magis. & D
hoc eſt id, ad quod peruenit ſpeculatio eorum de entibus, quæ ſunt ſub cœlo. Et ſpeculati ſunt etiam de cœlis, poſtquam conuenerunt in hoc, ꝙ ſint cœli principia corporum ſenſibilium, & determinauerunt ꝙ corpora cœleſtia ſunt principia corporum ſenſibilium mutabiliũ, quæ ſunt hic, & principia ſpecierum, aut ſolum, aut cum principio ſeparato. Et, quia ſpeculati ſunt de corporibus cœleſtibus, patuit eis quòd nõ ſunt generabilia eo modo, quo iſta ſunt generabilia, & corruptibilia, ſcilicet id, quod eſt ſub corporibus cœleſtibus. quoniam generatum, in eo ꝙ eſt generatum, apparet de eo ꝙ eſt pars huius mundi ſenſibilis, & non perficitur generatio eius, niſi ex eo quòd eſt pars: generatum enim ex eis generatur ab aliquo, & cum aliquo, & in aliquo, & loco, & tempore. Et inuenerunt corpus cœleſte eſſe conditionem requiſitam in generatione eorum, quoniam ſunt cauſæ agentes remotę. ſi enim eſſent corpora cœleſtia generata hac generatione, eſſent hic corpora præcedentia, quæ eſſent conditio requiſita in generatione eorum, B
adeo quòd eſſent pars alterius mundi, & eſſent hic corpora cœleſtia, vt ſunt hæc corpora. Si autem illa corpora eſſent etiam generata, neceſſe eſt vt ſint ante ea corpora cœleſtia alia, & procedet in infinitum. Et, cum totum hoc habitum fuerit apud eos hoc modo ſpeculationis, & multis aliis modis, patuit eis ꝙ corpora cœleſtia nõ generantur, nec corrumpuntur eo modo, quo generantur, & corrumpuntur iſta inferiora. nam generatum nõ habet definitionem, nec declarationem, nec intellectum aliud, quam hoc. & apparuit eis ꝙ iſta etiam: licet corpora cœleſtia habeant principia, quibus mouentur, & ex eis. Et, qm̃ ſpeculati ſunt de principiis horum, apparuit eis quòd neceſſe eſt vt principia eorum, mouentia ea, ſint entia non corporea, nec potentiæ in corpore. Quòd aũt principia eorum non ſint corpora, apparet, qm̃ ſunt principia prima corpora continentia mundum. Quòd vero non ſint potentiæ in corporibus, ita quòd corpora ſint conditio requiſita in eſſe F
eorum, ſicut eſt in principiis compoſitis, quæ ſunt hic in animalibus, patet. quoniam omnis potẽtia in corpore apud eos eſt finita: diuiditur enim ad diuiſionem corporis: & oẽ corpus, quod eſt huiuſmodi, eſt generabile, & corruptibile, ſ. compoſitum ex materia & forma: & materia quidem eſt conditio requiſita in eſſe formæ. Vlterius, ſi eſſent principia eorum, vt ſunt hęc principia, eſſent corpora cœleſtia, vt iſta, & indigerent corporibus aliis præcedentibus. Et, quoniam habitum fuit apud eos eſſe principia huiuſmodi, ſcilicet non corpora, nec eſſe potentias in corpore: & iam habitum eſt eis de intellectu humano formam habere duplex eſſe, eſſe quidem intellectuale, cum ſpoliatur a materia, & eſſe ſenſibile, cum fuerit in materia, verbi gratia lapis habet formam materialem, & eſt in materia extra animam, & formam, quæ eſt comprehenſio, & intellectus, & eſt abſtracta a materia in anima: ſequitur neceſſario apud eos vt ſint hæc entia abſtracta ſimpliciter in-

A telle&ctus abſoluti. quoniam, cum fuerit intelle&ctus, in eo quòd eſt abſtra&ctus ab alio, tunc ille profe&cto, qui eſt abſtra&ctus ſimpliciter, multò magis debet eſſe intelle&ctus. & ſic ſequitur apud eos vt id, quod intelligunt hæ intelligentiæ, ſint formæ horum entium, & ordo repertus in hoc mundo, ſicut eſt in intelle&ctu humano. nam intelle&ctus nihil aliud eſt, niſi comprehendere formas entium, in eò quòd ſunt abſque materia. Et verificatum eſt apud eos ex hoc, quòd entia habent duas entitates, entitas quidem ſenſibilis, & entitas intelle&ctualis: & proportio entitatis ſenſibilis ad intelle&ctualem eſt ſicut proportio fa&ctorum cum ſcientiis facientis. Et crediderunt propter hoc, quòd corpora cœleſtia intelligunt hæc principia, & eorum gubernatio, in eo quòd eſt hic ex entibus, eſt ex eo quòd ſunt habentia animam. Et, quoniam comparauerunt inter has intelligentias ſeparatas, & intelle&ctum humanum, tenuerunt quòd iſtæ intelligentiæ ſunt excelſiores

B intelle&ctu humano: licet communicent cum intelle&ctu humano, cum intelle&cta earum ſint formæ entium: & forma vniuſcuiuſque earum eſt id, quod comprehendunt ex formis entium, & ordine eorum. vt intelle&ctus humanus eſt id, quod comprehendit ex formis entium, & ordine eorum. ſed differunt, quoniam formæ entium ſunt cauſa intelle&ctus humani: perficitur enim ab eis, ſicut perficitur res, quæ reperitur cum forma ſua. ſed iſte, intelle&cta earum ſunt cauſa formarum entium. nam ordo, & proportio in entibus eſt aliquid ſequens, & pro ueniens ab ordine, qui eſt in iis intelligentiis ſeparatis. ordo vero, qui eſt in intelle&ctu noſtro, ſequitur ad id, quod comprehendimus ex ordine entium, & proportione eorum. & ideo eſt diminutus nimis: quoniam non comprehendimus multum de ordine, & proportione entium in intelle&ctu noſtro. Et, cum ſic fuerit, formæ quidem entium ſenſibilium habent gradus in eſſe. & vilius eſt eſſe earum in materiis: deinde eſſe earum in intelle&ctu humano eſt dignius, quam eſſe earum

Intelle&ctus i telligẽtiarũ ſunt cãę entiũ: entia vero ĩtelle&ctus noſtri, cũ ab eis pficiat.

C in materiis: deinde eſſe earum in intelligentiis ſeparatis eſt nobilius, quàm eſſe earum in intelle&ctu humano. Iterum habent in intelligentiis illis gradus excedentes ſe adinuicem in eſſe, ſicut eſt exceſſus in telligentiarum illarum adinuicem inter ſe. Et, cum ſpeculati fuerint etiam de corpore cœleſti, tenuerunt ꝙ ſit in rei veritate vnum cor pus ſimile vni animali, habens quidem vnum motum vniuerſalem, ſimilem motui animalis vniuerſali, & eſt moueri localiter totum cor pus eius, & hic motus eſt motus diurnus: & tenuerunt ꝙ alia corpora cœleſtia, & motus eorum particulares ſunt ſimiles membris vnius animalis particularibus, & motibus eorum particularibus: & crediderunt propter copulationem horum corporum adinuicem, & conuerſionem eorum ad vnum corpus, & vnum finem, conuenire, & adiuuari in vna operatione: & eſt vniuerſus mundus, quia omnia deueniunt ad vnum principium: ſicut eſt in artibus multis, quæ intendunt ad vnum effe&ctum, quòd reducuntur ad vnam artem principalem. Et crediderunt

Corpus cœleſte eſt ſimile uni animali. Vide 1. 2. Cœ. 42. 71. & 74. & ſupra diſp. 1. & infra &c.

De intelle-ctione Dei, & intelligẽtiarum.

propter hoc ꝙ iſta principia ſeparata tendunt ad vnum principium ſeparatum, quod eſt cauſa omnium . & forma huius principii eſt ordo, & proportio, quæ eſt in omnibus entibus. & hic ordo, & proportio eſt cauſa aliorum ordinum, & proportionum eius, quod eſt ſub eo. & intelligentiæ ſuperant ſe adinuicem ſecundum eſſe earum cum eo, in propinquitate, & remotione . & prima intelligentia apud eos non intelligit, niſi ſeipſam: & intelligens ſeipſam intelligit omnia entia excelſiori eſſe, & nobiliori ordine, & proportione: & illa, quæ eſt ſub ea, ſubſtantia eius eſt ſecundum quòd intelligit de formis , & ordine, & proportione, quę ſunt in intelligentia prima: & exceſſus earum adinuicem eſt ſecundum exceſſum earum in hac re. Et ſequitur ex hoc apud eos vt vilior non intelligat de nobiliori id, quod intelligit nobilior de ſeipſo: nec nobilior intelligit id , quod intelligit vilior de ſeipſo, ſcilicet vt ſit id, quod intelligit quælibet earum de entibus in eodẽ gradu. nam, ſi hoc eſſet, eſſent idẽ, & non diſtinctæ. Et hoc modo dixerunt quòd prima intelligentia non intelligit niſi ſeipſam , & quæ eſt poſt eam, intelligit primam , & non intelligit eam , quæ eſt ſub ea, quoniam eſt cauſatum. ſi autem intelligeret eam, fiet cauſatum cauſa. & crediderunt ꝙ illud quod intelligit prima de ſeipſa, eſt cauſa omniũ entium. & eius , quod intelligit vnaquęq; intelligentiarum , quę ſunt ſub ea, aliqua eſt, quę eſt cauſa entium propriorum huic intelligentię, ſcilicet in creatione eorum, & aliqua eſt, quæ eſt cauſa ſuiipſius, & eſt intellectus humanus ſecundum ſe totum . Secundum hoc debet intelligi opinio Philoſophorum in his rebus, & his, quæ induxerunt eos ad hanc credulitatem in mundo. Et, cum bene conſyderentur , non ſunt minus ſufficientes, & quietantes animum , quàm res, quæ mouerunt Loquentes huius gentis, ſcilicet primo Mahatazelam, & ſecundo Aſſariam, ad credendum de primo principio id, quod crediderunt, ſcilicet ipſi crediderunt ꝙ hoc ſit ſubſtantia, non corporea, nec in corpore, viuens, ſciens, volens, potens, loquens, audiens, & videns . niſi ꝙ ſecta Aſſaria fuit cauſa ſectæ Mahatazelæ, & quòd hæc ſubſtantia eſt agens omnium entium immediate, & ſciens ea ſcientia infinita·enim ſunt infinita: & remouerunt cauſas , quæ ſunt hic. & hæc ſubſtantia, viuens, ſciens, volens, audiens, videns, potens, & loquens reperitur cum omnibus, & in omnibus, i. copulata cum eis copulatione in eſſe. Et hæc poſitio exiſtimatur de ea ꝙ eueniunt ei multæ obiectiones . nam hoc tale ex entibus eſt de neceſſitate de genere animæ . anima enim non eſt corpus, & tamen eſt ſubſtantia, viuens, ſciens, potens, volens, audiens, videns, & loquens. Igitur iſti poſuerunt principium entium animam vniuerſalem ſeparatam a materia, ex eo quòd non ſentiunt eam. Poſtea autem narrabo quæſtiones, quæ ſequuntur hanc poſitionem . Et quod manifeſtum eſt de eis , vt eſt ſermo de attributis, eſt vt ſit hic ſubſtantia compoſita æterna, & erit hic compoſitio æterna . & eſt aliter, quàm ponit ſecta Aſſaria, ꝙ omnis compoſitio eſt innouata: quo-

D

E

F

A niam eſt accidens, & omne accidens ſecundum eos eſt innouatum. & poſuerunt cum hoc omnia entia eſſe operationes poſsibiles, & non tenent ꝙ ſit in eis ordo, nec proportio, nec ſapientia, quæ ordinat naturam illam entium, ſed crediderunt ꝙ omne ens eſt poſsibile vt ſit, aliter quàm eſt. & hoc ſequitur eis in intellectu de neceſsitate. Et ipſi etiã tenent in rebus artificialibus, quibus aſsimilantur naturalia, ꝙ ſit ordo, & proportio, quæ appellatur ſapientia: & appellant artificem ſapientem. Et in eo, quod dicunt, & eo contenti ſunt, in eo ꝙ ſit in toto vniuerſo tale principium, eſt ꝙ aſsimilant operationes naturales operationibus voluntariis. & dixerunt omnis operatio, in eo quòd eſt operatio, prouenit ex agente, volente, eligente, viuente, & ſciente: & natura huius operationis, in eo ꝙ eſt operatio, hoc determinat. & dixerunt in hoc id, quod non eſt viuens, eſt inanimatum, & mortuum: & mortuum non prouenit ex eo operatio: ergo id, quod nõ eſt viuens, non prouenit ex eo operatio. & negauerunt operationes prouenientes

B ex rebus naturalibus, & negauerunt cum hoc vt ſint operationes in rebus viuis, quæ apparent. & dixerunt ꝙ iſtæ operationes proueniunt coniunctim in viuente apparentia: agens vero eorum eſt viuens, quod non apparet. & ſequitur eis vt non ſit vita rebus, quæ apparent, quoniam vita conuenit rei apparenti propter operationes ſuas. Vlterius vellem ſcire vnde prouenit eis hoc iudicium in re occulta? Via autem, qua proceſſerunt ad conſtituendum hunc efficientem, eſt quoniam po ſuerunt innouatum habere innouantem. & in hoc non proceditur in infinitum: vnde de neceſsitate perueniet ad innouãs antiquum. & hoc eſt verum, ſed non declaratur ex hoc ꝙ hoc æternum non ſit corpus: quare oportet vt copuletur huic ꝙ non omne corpus eſt antiquum, cui accidunt multæ dubitationes. & non ſufficit in hoc eos declarare mundum habere innouans. nam poteſt dici ꝙ innouans eum ſit corpus antiquum, in quo non eſt aliquod accidentium, quibus probauerunt cœ-

C los eſſe innouatos, non ex reuolutionibus, nec ex alio. nam ponunt cõ poſitum antiquum. Et, quia poſuerunt corpus cœleſte generatum, po ſuerunt id alio modo, quàm intelligitur de generatione in re apparenti: & eſt vt ſit ex re, & tempore, & loco, & aliquo modo, & conditione, non autem vniuerſaliter: quoniam in rebus apparentibus non eſt corpus generatum ex non corpore. nec ponunt ꝙ agens eius ſit ſicut agẽs apparens: agens enim apparens, actio eius eſt vt mutet ens ex diſpoſitione ad diſpoſitionem, non ꝙ mutet priuationem ad eſſe, ſed facit id quieſcere, ſcilicet ens ad formam, & denominationem animalem, qua permutatur hæc res ex vno ente ad aliud ens, diuerſum ab eo, in ſubſtantia, definitione, nomine, & verbo. Et ideo tenebant Antiqui quòd ens ſimpliciter non generatur, nec corrumpitur. vnde, cum conceditur eis cœlos innouatos eſſe, non poſſunt declarare eos eſſe primum innouatorum: & tamen apparet ex eo, quod ſcriptum eſt in libro excelſo, cum dixit In principio creauit cœlum, & terram: &c. &, cum dixit

Appellat librũ Bibliæ librũ excelſum vel unο ſit.

Deus in cœlo præparauit ſedem ſuam, & cum dixit, Et extendit eos vt tabernaculum. Agens autem apud eos efficit materiam generati, & formam eius, ſi crediderint habere materiam, aut efficit id ſecundum totum, ſi crediderint eſſe ſimplex, vt crediderunt de ſubſtãtia indiuiſibili. Si autem hoc ſic ſe habet, tunc hæc ſpecies agentis mutat priuationem ad eſſe apud generationem, ſcilicet generationem ſubſtãtiæ indiuiſibilis, quæ eſt apud eos fundamentum corporum, & mutat eſſe ad priuationem apud corruptionem, ſcilicet apud corruptionem partis indiuiſibilis. & manifeſtum eſt non conuerti contrarium ad contrarium. nam non conuertitur ipſa priuatio ad eſſe, nec ipſum calidum ad frigidum, ſed priuatum eſt id, quod fit ens, & calidum frigidum, & frigidum calidum. & ideo dixit ſecta Mahatazela quòd priuatio ſit ſubſtantia: ſed poſuerunt hanc ſubſtantiam denudatam denominatione ipſius eſſe, antequàm fuerat mundus. Sermones autem, ex quibus exiſtimauerunt ſequi non generari aliquid ex aliquo, ſunt ſermones non veri. & magis ſufficiens ex illis eſt, cum dixerint ſi aliquid eſſet ex aliquo, procederet in infinitum. Et reſponſio huic eſt hoc impoſsibile, cum eſſet ſecundum rectitudinem, quoniam ſequeretur infinitum in actu: ſed non eſt impoſsibile circulariter vt ex aere erit ignis, & ex igne aer in infinitum, & ſubiectum æternum. nam ſuſtentaculum eorum in innouatione vniuerſi eſt quòd id, quod non euadit ab innouationibus eſt innouatum: & vniuerſum eſt ſubiectum innouationum, & non abſoluitur ab innouationibus: ergo eſt innouatum. & magis quod ſequitur eis de falſitate, concedendo hanc rationem, cum conceditur eis hæc propoſitio, eſt ꝙ ipſi non præbent iudicium ꝙ id, quod non euadit ab innouationibus apparenter, ſit innouatum in eo ꝙ eſt innouatum ex aliquo, non ex nihilo. & tamen ipſi ponunt vniuerſum eſſe generatum ex nihilo. Vlterius hoc ſubiectum apud Philoſophos, & eſt id, quod appellant materiam primam, non euadit a corporeitate. & corporeitas ſimpliciter apud eos non eſt innouata. Propoſitio autem dicens ꝙ id, quod non euadit ab innouationibus, eſt innouatum, non eſt vera niſi in eo, quod non euadit de eodem innouato. id autem, quod non euadit ab innouationibus, quæ ſunt eodem genere, quibus non eſt principium, quæro vnde ſequitur vt ſit ſubiectum eorum innouatum? & ideo, quia perſenſerunt hoc Loquentes ſectæ Aſſariæ, copulauerunt huic propoſitioni aliam, & eſt impoſsibile eſſe reperiri innouationes infinitas, ſ. non habentes principium, nec finem; quod ſequitur apud Philoſophos. Et hoc, & ſimilia ſunt inconuenientia ſequentia poſitionem eorum: & ſunt plura inconuenientibus ſequentibus Philoſophis, & poſitionem eorum, ꝙ idem agens, quod eſt primum principium, ſit agens eius, quod eſt in mundo immediate. nam hæc poſitio contradicit ei, quod videtur ad ſenſum de actione rerum adinuicem. Et fortius, quod dixerunt in hac re, eſt ꝙ agens, ſi eſſet paſſum, procederet in infinitum. Attamen hoc ſeque-

Corporeitas æterna ẽ materię primę.

A retur, ſi agens eſſet agens, ex eo ꝙ eſt paſſum, & motor motor, ex eo quòd eſt motum. & non eſt ſic: quoniam agens eſt agens, in eo quòd eſt in actu: quod enim non eſt, nihil agit. quod vero ſequitur ex hoc, eſt vt finiantur agentia paſſa ad agens, quod non eſt paſſum omnino, non autem vt auferantur agentia paſſa, vt exiſtimauerunt homines. Præterea magis ſequitur ex concluſionibus eorum falſitas, quàm ſequitur ex propoſitionibus, a quibus venerunt ad concluſiones, qm̄, ſi eſſet principium entium, habens vitam, ſcientiam, poſſe, & voluntatē, & eſſent hæc attributa addita ſubſtantiæ, & ſubſtantia illa non corporea, tunc nulla eſſet differentia inter animam, & hoc ens, niſi quòd anima eſt in corpore, & hoc ens eſt anima, quæ non eſt in corpore. & quod eſt huiuſmodi, eſt neceſſario compoſitum ex ſubſtantia, & attributis. & omne compoſitum indiget neceſſario componente, nam impoſsibile eſt vt ſit aliquid compoſitum ex ſe, ſicut impoſsibile eſt vt ſit generatum ex ſe. generatio enim quæ in actu generantis, nihil aliud

B eſt, niſi compoſitio generati, & generans nihil aliud eſt, niſi componens. Demum, ſicut omne paſſum habet agens, ſic omne compoſitum habet componentem efficientem. compoſitio enim eſt conditio in eſſe compoſiti, & impoſsibile eſt vt ſit res cauſa in conditione eſſe ſui: nam ſequeretur vt eſſet res cauſa ſui ipſius. & ideo Mahatazilæ, cum ponebant hæc attributa in primo principio reduci in ſubſtantiā, non addita ei, eo modo, quo inueniuntur multa attributorum ſubſtantialium multis entibus vt eſſe, & vnum, & æternum, & alia, ſunt viciniores veritati, quam ſecta Aſſaria, & opinio Philoſophorum in principio eſt vicina opinioni Mahatazilæ. Ecce ꝙ narrauimus res adductas ab iſtis ſectis ad credulitates iſtas de primo principio. De inconuenientibus autem, quæ ſequuntur ambabus ſectis, illa, quæ ſequuntur Philoſophis, iam adduxit ea Alg, & iam præceſsit reſponſio noſtra quibuſdam eorum: & vlterius poſtea afferemus eam. quæ ve-

C ro ſequuntur loquentibus, iam innuimus hic in hoc ſermone. Et reuertamur ad cognoſcendum gradum cuiuſque ſermonis ſermonum poſitorum ab hoc viro in hoc libro de præfatione, & ſufficientia, ac menſura veritatis, vt promiſimus. coacti autem fuimus narrare ſermones probabiles, qui induxerunt Philoſophos ad has credulitates de principiis vniuerſi: cum ex eis poſsit reſponderi aduerſariis in eis, quę ſequuntur eis ex inconuenientibus, & narrauimus inconuenientia, quæ ſequuntur Loquentibus etiam: quoniam iuſtum eſt vt habeatur notitia rationum eorum in hoc, & vt extrahantur ex eis rationes eorum, cum quibus ratiocinantur; & iuſtum eſt etiam, vt dicit ſapiens, vt vir afferat rationes aduerſario, ſicut affert ſibi ipſi, ſcilicet vt inuigilet in perquirendo rationes opinionis eius, & concedat ex eis id, quod concedit ſibi ipſi. Et dicimus quòd id, quod Loquentes exiſtimauerunt quòd primum principium, ſi non intelligit niſi ſe, ipſe ignorat totum, quod creauit, hoc profecto ſequitur, ſi id, quod intelligit de

Agens eſt agens in eo ꝙ ē in actu.

Oē paſſum habet agēs.

Quo pacto Deus, intelligēdo ſeipsū, cuncta intelligat.

ſe, eſſet aliquid præter entia ſimpliciter. id vero, quod ponunt, eſt ꝙ id, quod intelligit primum de ſeipſo, eſt eſſe entia nobiliori eſſe, & eſt intellectus, qui eſt cauſa entium, non ꝙ intelligit entia, in eo ꝙ ſunt cauſa intellectionis eius, ſicut eſt in intellectu noſtro. & dictum eorum, ꝙ ipſum non intelligit aliud ab eo ex entibus, ſcilicet ꝙ ipſum non intelligit ea eo modo, quo nos intelligimus, ſed modo, quo nullum intelligens ea intelligit præter Deum glo. nam, ſi intellectio eorum eſſet modo, quo ipſe intelligit, eſſet communis eis ſcientia. abſit. & hoc eſt attributum proprium Deo glo. & ideo determinauit aliquis Loquentium ꝙ eſt Dei glo. attributum ſibi proprium, præter ſeptem attributa, quæ ei conſtituerunt. Quare non concedimus ſcientiam eius denominari quòd ſit vniuerſalis, nec ꝙ ſit particularis. vniuerſale.n. & particulare ſunt cauſata ab entibus: & ambæ ſcientiæ ſunt generabiles, & corruptibiles. Et nos declarabimus hoc magis, cum loquemur an ſcit particularia, vel ne: vt eſt mos eorum in poſitione huius diſputationis: & declarabimus ꝙ ſit quæſtio vana in Deo glo. Hæc autem quæſtio includitur inter duas partes neceſſarias. quarum vna eſt, quòd Deus, ſi intelligit entia, ita ꝙ ſunt cauſa ſcientiæ eius, tunc ſequeretur ꝙ intellectus eius eſſet generabilis & corruptibilis, & perficeretur nobile per ignobile. &, ſi eſſet ſubſtantia eius præter intellecta rerum, & ordinem earum, eſſet hic alius intellectus, qui non eſt comprehenſio formarum entium, prout ſunt, ordine, & proportione. &, cum ambo iſta ſint inconuenientia, ſequitur vt id, quod intelligit ſeipſum, ſcit entia nobiliori eſſe, quàm ſit eſſe, in quo entia reperiuntur. Et quod teſtatur, ꝙ idem ens reperiuntur ei gradus in eſſe, eſt id, quod reperitur de anima. nam color exempli gratia, reperiuntur ei gradus in eſſe, quorum alter eſt nobilior altero. quoniam viliſsimus graduum eius eſt eſſe in materia, & habet eſſe nobilius iſto, & eſt eſſe eius in oculo. nam hoc eſſe eſt eſſe coloris, comprehendens ſeipſum: & quod habet in materia eſt eſſe inanimatum non comprehendens ſeipſum. & iam declaratum eſt etiam in ſcientia de Anima ꝙ color habet etiam eſſe in potentia imagioatiua, & eſt nobilius, quàm eſſe eius in virtute viſiua. & ſic declaratum eſt ꝙ eſt ei in virtute memoratiua eſſe nobilius, quàm eſſe eius in virtute imaginatiua, & habet in intellectu eſſe nobiliſsimum omnium horum eſſe. & ſic dicimus ꝙ in ſubſtantia ſcientiæ primę eſt eſſe nobiliſsimum omnium eſſe eorum, & eſt eſſe, quod impoſsibile eſt vt ſit aliud eſſe nobilius eo. Id autem, quod narrauit ex Philoſophis de ordine influxus principiorum ſeparatorum ab eo, & numero eius, quod influitur ex quolibet principio illorum principiorum, eſt res, cuius non erit demonſtratio de aduentu eius, & terminatione eius. & ideo non reperitur definitio, quam narrauit in libris Antiquorum. Quòd autem omnia principia ſeparata, & non ſeparata influantur a primo principio, & propter influxum huius potentiæ vnius erit totum vniuerſum vnum, & ex eo copulantur omnes partes eius, adeo ꝙ totum in-

Diuiſio Queſtionis de ſcientia Dei.

Obſerua de nobilitate eſſendi rerū.

A tum intelligit vnā operationem, ſicut eſt diſpoſitio in corpore vnius animalis,qđ eſt diuerſarū potētiarū,mēbrorū,& operationū, qm̄ fuit apud ſapientes vnū ens propter potentiā vnā influxam ei à primo, eſt res,ad quā conueniunt omnes.qm̄ cœli apud eos vniuerſaliter ſunt vt vnū animal:& motus diurnus,quē habēt oēs, eſt ſicut motus localis vniuerſalis totius animalis:& motus,quos habēt partes cœli, ſunt ſicut motus particulares mēbrorū animalis.& iā cōſtituta fuit apud eos demōſtratio ꝙ aiali eſt vna potētia,qua vnum eſt,& qua oēs potētiæ, quæ ſunt in eo,intendunt vnam operationē, & eſt cōſeruatio aialis.& hæc potentia copulata eſt potentiæ influxæ à primo principio. &,niſi eſſet hoc,ſepararentur partes eius, & ipſum non permaneret ictu oculi. Si aūt eſt neceſſario animali vni vna potētia ſpiritualis, tranſiens per omnes partes eius,qua eſt pluralitas, tunc id, quod reperitur in eo ex potentiis,& corporibus,erit vnū,adeo ꝙ dicitur de corporibus repertis in eo ꝙ ſint corpus vnū, & dicitur de potentiis repertis in eo ꝙ B ſint potentia vna,& erit proportio partium entium ad totum vniuerſum proportio partium vnius animalis ad vnū animal:ergo de neceſsitate erit vt ſit diſpoſitio eorū in partibus vitalibus,& potētiis motiuis animalibus,& intellectualibus hęc diſpoſitio,ſ.ꝙ eſt in eis vna potentia vitalis,qua copulātur adinuicē oēs potētiæ ſpirituales, & corporales,& tranſit in oēs vno tranſitu.&,niſi eſſet hoc,nō eſſet hic ordo, & proportio,& ſecūdū hoc verificatur ſermo,ꝙ Deus creat omnia,& manutenet,& conſeruat,vt dixit,Verbo Dei facti ſunt cœli. Et non eſt neceſſe ex tranſitu huius potentiæ in res multas,vt ſit illi potētiæ pluralitas, vt exiſtimauit, qui dixit ꝙ ex primo principio vno influitur primo vnū,deinde influuntur ab hoc vno plura. quoniam exiſtimatur ꝙ ſequatur hoc, ſi aſsimilaretur agens abſq; materia agenti, quod eſt in materia.vnde,ſi dicitur nomen agentis de eo, quod eſt abſque materia, & eo,quod eſt cum materia,eſt æquiuoce.& hoc quidem declarabit tibi poſsibilitatem emanationis pluralitatis ab vno. Præterea, qm̄ C eſſe aliorum principiorum ſeparatorum eſt in eo ꝙ imaginantur de eo,& non eſt quod prohibeat quin ipſum ſit idē,in quo imaginantur multa imaginationibus diuerſis, ſicut non eſt impoſsibile in pluralitate vt imaginetur de ea vna imaginatione: & iam reperimus quòd corpora cœleſtia omnia in motu eorum diurno imaginantur ipſa, & orbis ſtellarum fixarum eadem imaginatione:nam mouentur vniuerſaliter hoc motu ab vno motore,& eſt motor orbis ſtellarum fixarū: & reperimus eis etiam motus proprios diuerſos, & neceſſe eſt vt ſint motus eorum ex motoribus diuerſis aliquo modo,& eiſdē aliquo modo,& eſt ex copulatione motuum eius motui primi orbis. quoniam, ſicut ſi aliquis imaginatus fuerit quòd auferatur membrum vnum commune membris animalis, aut potentia communis, auferuntur omnia membra huius animalis, & omnes potentiæ eius, ſic eſt diſpoſitio in orbe,& partibus eius, & potentiis eius motiuis, demum

Idem ſupra.

Ecce ꝓportionē vniuerſi ad vnum Animal.

Agēs de materiali & imateriali dr̄ æquiuoce.

Mundus eſt ſimilis vni ciuitati.

principiis mundi,& partibus eius cum primo principio,& adinuicem. D Et mundus maxime ſimilis eſt apud eos ciuitati vni.nam,quemadmodum ciuitas conſiſtit in vno Principe, & multis Vicariis ſub illo primo Principe deputatis,ſic eſt diſpoſitio apud eos in mũdo.nã. quemadmodum alii Vicarii,qui ſunt in ciuitate,copulantur primo Principi,eo ꝙ Princeps primus eſt is,qui tribuit vnicuique eorum dominia illa ſecundũ finẽ,propter quẽ fuerant illa dominia, & ſecundũ ordinẽ operationum producentium ad illos fines,ſic eſt diſpoſitio in Principe primo, qui eſt in mundo cum aliis Vicariis & declaratum eſt apud eos quòd qui tribuit finem entibus ſeparatis à materia, eſt is, qui tribuit eſſe. quoniam forma, & finis ſunt idem in hac ſpecie entium: & qui tribuit finem his entibus eſt,is, qui tribuit formam: & qui tribuit formam eſt agens: ergo qui tribuit finem his entibus eſt agens. & ideo videtur quòd primum principium ſit principium omnium iſtorum principiorum, in eo quòd eſt agens, forma, & finis. De diſpoſitione autem eius cum entibus ſenſibilibus: quoniam ipſum eſt, quod dat eis vnitatem: & vnitas, quæ eſt eis, eſt cauſa eſſe pluralitatis,quam copulat illa vnitas,erit profecto principium horum omnium,in eo ꝙ eſt agens,forma,& finis.& omnia entia perquirunt finem ſuum cum motu, & eſt motus, quo perquirunt finem ſuum,ad quem creata ſunt.& hoc eſt omnibus entibus naturaliter,homini vero voluntarie.& ideo præcipitur ei præter alia entia,& eſt credens præ cæteris. Contingit aũt ſapiẽtibus dicere ꝙ iſta dominia,quę ſunt in mundo,licet oĩa proueniant ab vno primo principio, aliqua quidem eorum proueniunt ab eo immediate, & aliqua mediate cum progreſſu,& aſcenſu à mundo inferiori ad mundum ſuperiorem.quoniã reperierunt partes orbis aliquas propter motus aliquarum: & hoc attribuunt primo,vſque quo deueniant ad primum ſimpliciter. & innuitur eis,& declaratur vnus ordo,& operatio,qua communicãt omnia entia vna cõicatione.& perueuire ad graduationem,quam cõprehendit ſpeculans in entibus apud aſcenſum ad ſciẽtiam primi eſt difficile:& quod comprehẽdũt ſcientiæ humanæ de eo eſt vniuerſaliter. Sed id,qđ induxit homines ad credendũ ꝙ ſint ordinata,& graduata à primo principio,ſecundũ graduationem orbiũ eorũ in loco, eſt qm̃ viderũt ꝙ orbis ſuperior,in eo ꝙ apparet de eo,eſt excelſior eis, qui ſunt ſub eo,& alii orbes ſequuntur eum in motu eius: & crediderunt propter hoc id,quod recitatum fuit de eis iu graduatione ſecundum locũ.

De nobilitate & ordine orbium.

Et poſſet dicere aliquis, forte graduatio, quæ eſt in illis, eſt propter operationẽ,non propter ordinem in loco.quoniã, cũ manifeſtũ eſt ꝙ operationes planetarum,& motus eorum,ſunt propter motum Solis, forte motores eorum intendũt, & innituntur in motione ſua motui Solis,& Sol prouenit à primo. Quare n on inueniuntur in hoc quæſito propoſitiones veræ niſi ex parte dignioris,& nobilioris.Et his habitis reuertamur ad id,in quo fueramus.

A Ad remouendum errorem Alga. Auer. pręmittit quoddam valde vtile, deinde proſequitur accipiendo quędam, quaſi fundamēta, ex quibus apparebit peccatum Alga. vnde dicit. dicimus quod oportet illum, qui de talibus eximijs propoſitis tradere vult, quod ſciat de certo, quod multę rerum in artibus poſitarum, quando improuiſo & ſine doctrina pręcedentis adueniunt, vt cōſuetum eſt inter vulgares, apparent illi intellectui recte ſomnia. vult dicere, quantū ad hoc, quia vulgus ei non credit, ideo propoſitiones illę inuentę apparent ſomnia: maxime, quod multi iſtorum, ſcilicet ſapientum carent propoſitionibus ſimilibus illis, quę recte ſunt apud vulgares, & ideo nulla via eſt de eis, vt poſſunt de talibus clare informari. deinde dat cauſam huius. d. veritas enim nequit, vt plurimum, oſtendi niſi illis, qui per ſuam vitam recte ambulant, vult dicere ſecundum naturalem, & moralem diſpoſitionem. & ideo multa, quę ſapientibus pate fiunt demonſtratiue, apparent vulgo ſomnia. Verbi gratia, ſi diceretur alicui vulgari, licet eſſet in altiori gradu omnium diſcretior, vult dicere quantumcunque eſſet omnibus alijs prudentior, quod ſol, qui nobis apparet de menſura vnius pedis, id eſt, quantitatis vnius pedis, maior eſt tota terra. 166. vicibus, negaret ſine dubio totaliter, & iudicaret ſine dubio quod eſt falſum, nec ſapientes quodam ingenio ad informandum eum pręualerent, niſi cum proprijs pręambulis neceſſarijs per longum tempus aſsiduatis. Deinde per locum a maiori arguit dicens,

B vnde, ſi pręſuppoſita Mathematica ſic ſe habent, quanto magis in radijs propoſitis diuinis, id eſt, Metaphyſicalibus, ſcilicet quando propoſita diuinę ſcientię exponuntur vulgo, & ea improuiſo audiuntur, apparent eis errores, & ſomnia. non enim in hac ſcientia reperiuntur propoſitiones, quod intellectus communis, ſcilicet vulgo, & ſapientibus poſsit quietari. Deinde confirmat hoc. d. & non tantum nobis accidit hoc in artibus ſpeculatiuis, immo etiam in artificijs. quod declarat. d. &, ſi imaginemur ꝙ quędam ars ab hoc mundo amiſſa eſſet, poſtea imaginaremur eandem iterare, vult dicere in mundo, videretur improuiſo hęc impoſsibilis, & hoc maxime accidit in artibus nigromantię: quamobrem opinati ſunt multi hominum, quod iſtę artes non acquirūtur ex humanis comprehenſionibus, immo dicunt aliqui quod traduntur a dęmonibus, aliqui vero dicunt quod traduntur ab angelis, ſcilicet prophetis: & ideo dixit quidam ſapientum quod hę artes maximum ſunt teſtimenium prophetię. Debes ſcire, quod quidam Neapoli multum in his artibus vacabat, & continue incantabat dęmones vt ſibi prędicerent ingenium faciendi archimiam, tandem venit ſemel & quidam in ſomnijs barbatus, & dicit, Ioannes ſurge, & accipe charta in illam exiſtentem in tabula, & operare ſicut dicit. iſte ſubito ſurrexit, & accepit illam, & operatus eſt artem faciendi archimiam mirabilem, & illo

Nota de demone manifeſtāte artē archimię.

C die fecit: tandem depoſuit chartam iterum in capſa bene clauſa, & nocte ventura dęmon rapuit illam: iſte mane quęſiuit eam, & nuſquam inuenit: tertia nocte iterum dęmon dixit ſibi, Ioannes, Ioannes parum ſciuiſti. (non amplius iſte cogitabat quicquam:) & tandem ſciuit quod error eius fuit, quia non tranſcripſit illam. hoc ſcio & probatum fuit, & vidi argentum mirabile, licet amplius non poterat facere. Ego tamen in iſtis per rationes naturales procedēdo neſcio quid dicam. Si enim teneamus operationem, & fundamenta peripatetica, ſcilicet quod omnis ſubſtantia ſeparata mouet aliquam ſtellam, difficile eſt ſaluare iſta fieri ex virtute dęmonum, immo impoſsibile. Ex alio videmus tot famoſos viros in hac arte, vt narrat Auicen. in ſua negromantia inuocaſſe dęmones, & feciſſe effectus mirabiles, adeo ꝙ homo rapitur de prouincia in prouinciam, de loco ad locum, & multa alia mirabilia, quę non poſſunt niſi ex dęmone fieri. Pręterea, relatum eſt mihi, ſępe viſum eſſe hominem vnum ſemel influere doctrinas deputatas, ita. ſ. Ariſto. quod non. Platonis, ita Auer. quod non Auic. qui virtute quorundam verborum inuocatur in Aula, & tecum loquitur, & facit actus humanos, & operationes corporales, & dicit ſe eſſe dęmonem. Ver. g. Ariſto. vel Auerro. qui ſcit tantum quantum Auer. neque plus, neq; minus: & hoc non poteſt eſſe niſi intellectus, quoniam operationes ſcientificę nō pōt peruenire niſi ab intellectu: licet. n. corporales poſſumus reducere ad virtu-

Quęſtio: an ars negromātię ſit vera.

tes in materia, quid de iſtis operationibus ſeparatis, ſicut doctrinari, & ſpeculati.? Præterea, iſta ars eſt nimis famoſa apud omnes. & non eſt poſsibile quod famoſum ſit falſum in toto, vt dicit Auer. in lib. de ſomno. probans ſomnia vera eſſe in parte. Præterea, vidi tot libros de imaginibus, quod ſunt infiniti. & omnes teſtantur iſtam artem eſſe veram in ſe, licet difficilis inuentionis: & ſine dubio faciunt rapere mulieres, & multa. Præterea, videmus omnes leges prohibere iſtam: quod non eſſet, niſi eſſet vera in ſe. dicunt enim quod ex hac ſequuntur effectus mirabiles extranei. Præterea, in multis vniuerſitatibus legitur, & ibidem apparent res terribiles, & difficile eſt ſaluare talia per fundamenta peripathetica. Præterea, legi in vno libro imaginum: quod in anglia fuit quidam homo honeſtæ vitæ, qui aſſerebat ſe fuiſſe in quodam loco, vbi fuit inuocatus ſpiritus, qui promiſit portare ficus maturos omni tempore anni, nec amplius ſiccarentur: & vult portare de loco, qui exiſtimatur inhabitabilis, & tamen non ſunt ibi fructus: & tandem die ſequenti natiuitatem Chriſti portauit recentes fructus. vbi apparet quomodo ſpiritus dantur. Propter hæc igitur, Apuleius Platonicus opinatus eſt dæmones eſſe animalia corporea aerea, aliquo modo paſsiua; & tunc opinatus eſt quod iſta poſſunt cogi, tum ex corporis cœleſtis impreſsione, tum ex rebus huiuſmodi virtutem habentibus. vnde, vt dicit, delectantur in fumis ſacrificiorum: propter quod, vt dicunt incantatores, ſuffumigant ſuas appoſitiones in hoc genere. Probat autem Apuleius tribus ſignis hoc. primo ex motu, quoniam enim mouentur localiter, ideo oportet eos eſſe corpora. ſecundo ex opere, operantur enim opere corporali, ideo oportet eſſe compoſita ex corpore & intellectu. tertio ex affectione, quoniam, vt dicit, delectantur cum puellis, quantum ad manſionem cum eis, & alijs operibus. E

Opinio apulei.

Opi. Alex.

Alex. autem peripatheticus, & Porphirius opinati ſunt quod effectus huius artis perficiuntur per potentias, & virtutes in rebus inferioribus cum obſeruatione cœleſtium motuum, & cum verbis, & quibuſdam figuris, & ſignis: cum enim iſtæ res colligantur inuicem ſub aſpectu alicuius, vel aliquorum ſyderum, generant apud nos effectus mirabiles, quos nulla illarum ſe ſola poſſet cauſare, licet cum alia bene, vt dicunt. Alij autem poſteriores ſimpliciter negauerunt hæc, & dixerunt omnia eſſe fictiones: attamen in veritate nihil eſſe in re, ſed ſolum aliqui propter gloriam promittunt hæc, nunquam tamen talia mirabilia fuerunt. Lex autem noſtra ponit quod dæmones cogi non poſſunt, ſed bene allici: ex quibus fiunt multi effectus mirabiles, qui apparent continue apud nos. Sed in his videtur mihi, quod omne iſtæ opiniones in duas poſſunt reduci: quarum vna eſt, quod ipſi dæmones non ſunt: & hoc voluit Alex. Por. & illi, qui negant ſimpliciter hanc artem, vt Iſipus, & Lelius aſtronomi. ſecunda eſt, quod iſta ars eſt, & quod dæmones ſunt. prima opinio diuiſa eſt in duas: aut illorum, qui ponunt aliquos effectus venire ex his: aut illarum, qui negant ſimpliciter illos. & ſecunda etiam diuiditur in duas. vna enim ponit dæmones corpora, & animalia, vt Apuleius. alia ponit dæmones ſpiritus, allici. Itaque vt lex videtur modo tantum in omnibus his difficultatem facere, an ſint dæmones. ideo videtur mihi quod, ſi dæmones ſint, aut ſunt corpora, aut ſubſtantiæ ſeparatæ. ſi corpora, vel naturalia, vel violenta. ſi violenta, ergo non perpetua. ſi naturalia, vel mixta, vel ſimplicia. ſi mixta, ergo corruptibilia. & ſi ſimplicia, ergo mouentur, vel circa medium: & ſic cœlum, vel a medio, & ſic ignis, vel Aer, vel ad medium, & ſic terra, vel aqua. Si vero dicatur quod ſunt ſubſtantię ſeparatæ: tunc ſequuntur multa. & primo, quod in eis non ſit malitia: quoniam malitia eſt ratione materię, vt dicitur. 9. Metaphyſi. tex. commen. 22. ibi. n. ſemper eſt virtus, & bonitas, &c. contra eos ſecundo ſequitur, quod non poſſunt corporale operari: quoniam a virtute ſeparata non prouenit nouum ſecundum fundamenta Ariſt. & Auer. tertio non poterit vere actus animales, & vitales humanos facere. vnde, ſine dubio iſti dæmones videntur remoti ab opinione ſapientum peripatheticorum. Ex alia parte propter tam dicta oportet eos ponere: q̃m philoſophi vident effectus, & operationes mirabiles, quas oportet habere agẽtia, niſi eſſet factum ſine faciente, & motũ ſine mouente, contra principiũ ſepti-

Opinio quorũdã reprobãtiũ hãc artem.

Opinio legis noſtræ.

Reductio opinionũ ad duas tm̃.

An ſint dæmones.

D

F

A mi Phyſi. & operationes illæ, & effectus illi de neceſsitate reducuntur vel in corpus, vel in virtutem extra corpus: quoniam nõ datur medium ſecũdũ Auer. 1. Meta. com. 39. & ideo non videtur quod poſſunt multi eorũ reduci in corpus ſolum, vt ſunt locutio ad propoſitũ interrogantis, diſputatio in ſcientijs & ſimilia, & ſic oportet eos omnino reducere ad formas ſeparatas. Et vere ſum valde dubius in his, in terminando quæſtionem hanc ex principijs naturalibus, & vtinam quod inuenirem aliquos, qui ſolniſſent has quęſtiones. Tamen videtur, ſi velimus peripatheticos defendere, confiteri hos effectus, & operationes reduci ad virtutem in corpore, vt Alex. & Por. dicunt. Vnde dicẽdum eſt, quod per magicam artem non poſſunt niſi operationes corporales fieri. intelligibiles aũt vt locutio, & diſputatio, & doctrinatio, & ſimiles non poſſunt facere per magicam artem. Ad experientiam vero dicendum puto, quod ſine dubio poteſt eſſe illud propter imaginationem imaginationis incantantis. apparet enim ei ex imaginatione videre alium hominem ei reſpondentem. Vnde Auer. in ſumma libri de ſomno ponit, quod non eſt remotum vt aliquis homo comprehendat in vigilia, quod dormiens in ſomno: immo forte videbit ipſam formam rei, non ſuum ſimile: ſicut dicitur de quodam. videtur ergo mihi quod, ſicut non eſt inconueniens in ſomno tangere manu, loqui, & videre oculis ſecundum exiſtimationem propter retentionem ſimilitudinum obiectorum: ita non inconuenit quod homo propter fortiſsimam imaginationem videatur ſentire ſonum, & vocem, &
B talia in vigilia. Sed contra hoc, adhuc eſt quæſtio: quoniam iſtæ voces non audirentur ab omnibus circunſtantibus. Præterea, fugere non potes alterum duorum: vel quod iſtæ operationes fiant a virtute animæ hominis magicis artibus vtentis, aut fiant ab alio exteriori habente intellectum. primum eſt difficile, quoniam anima hominis ex ſua virtute non poteſt venire ad cognitionem ignotorum niſi per aliqua ei nota. Præterea, quomodo ex voluntate hominis poteſt fieri reuelatio occultorũ, ad quæ non ſufficiunt principia rationis. Præterea, ad quid indigeret magicis artibus, ſi ſua virtute poteſt id facere. Si vero proueniat ab aliquo exteriori, iam non poteſt id eſſe niſi demonſtratio ſit ſpiritus. & poſtquã ego conſideraui omnia, viſum eſt mihi hucuſque ignorare huius quæſtionis ſolutionem per principia naturalia, & ideo reputo quod opinio noſtræ legis ſit optima, & vera, & negare illa eſt ſignum infirmi intellectus: ſicut dicit Ariſto. negare ſenſum propter rationem eſt ſignum indiſcreti viri. pro nũc vero ſit dictum in tantum. Et redeamus ergo ad locum, vbi ſtetimus. Dat igitur vnum, quaſi documentum. d. vnde dicimus, quod quicũque veritatem deſiderat, & reperit aliquotiens dicta quædam erronea apparentia, quæ non habent propoſitiones ſufficientes, vult dicere probabiles, vel ſenſatas, quæ poſſunt eis, ſcili-
C cet dictis auferre errores falſitatis, non ex hoc debet iudicare ꝙ illa verba ſint falſa, immo diligenter inueſtigare cum veris ſyllogiſmis, vtrum illa dicta poſſint quodammodo ſaluari, videlicet, addiſcendo artes demonſtratiuas gradatim, donec lumen cognitionis intrat tabernaculum, ideſt ipſum intelligibile, & imago virtutis pulcherrimæ ſibi appareat. Ex hoc infert, quid euenit mali apud cõtrarium facientes, dicens. Vnde quicunque cum fraude, & ſeditione iter veritatis præpedit, id eſt percurrit, magnum onus facinorum ſuper ſuum cerebrũ fert, vt putamus hoc Alga, feciſſe: itaque tantum decipit homines in hac ſcientia: quod, id eſt propter quod opinati ſunt, ꝙ philoſophia ſit ſcientiarum debilior. tandem ꝙ Alga. met ait, quod diuina ſcientia philoſophorum reputatur phantaſia, id eſt apparentia, non veritas. Deinde ponit intentionem eius circa hoc propoſitum. d. nos tamen demonſtratiue ſperamus præfata præpoſita ægregie declarare mediantibus propoſitionibus notis, & ſcitis, licet demonſtratiuæ nõ ſint, vult dicere ſimpliciter. Et dat cauſam huius intentionis dicens, & nos ad hoc conamur, propter huius hominis prauitatem. ipſe enim, vt prædiximus claudit virtutis ianuam, & meatus, id eſt vias eius obturauit: beatitudinem itaq;, quaſi lumen diuinæ ſcientiæ extinguit, & ponit exemplũ: quod ſequitur ex. d. & multi diſcipulorum, vult dicere ad philoſophandum & comprehẽdendum Dei archana ex Alg. ſermonibus erroneis, & proceſſu vtilitatis æternæ recedunt: &

Sicut nõ ita conuenit in ſomno loq. et tãgere: ita nõ incõuenit in vigilia ꝓpter maximam imaginationẽ ſentire ſonũ, & voces.

forte per vtilitatem æternam intelligit fœlicitatem, quæ ſecundum fatuos eſt D
vita æterna, vt dicit in prooemio 8. Phyſi. iſti enim deſperant addiſcere philoſo
phiã, propter quod eis non poteſt intellectus agens copulari, id eſt priuantur ta-
li æterna vtilitate, immo perfectione ſumma. Recolligit propter hoc ſuam intẽ
tionem. d. vnde nos zelo opprobriorum factorum ſacræ philoſophiæ, poſuimus
in mentem, id eſt ordinauimus, vt cum enſibus verarum rationum, & cum iacu-
lis iuſtorum ſyllogiſmorum dictam noſtram matrem, ſcilicet philoſophiam de
manibus nouorum hoſtium auferamus, ita quod in agone philoſophantium con
tra eam perſecutantes vigeat, & præualeat, & profanorum nefandũ nõ timeat,
maxime quod nos laborantes procedimus in præſentem librum hac de cauſa,
vult dicere, vt deſtruamus fundamẽta Alga. Iterũ recolligit ſuam intentionem
applicando illam. d. vnde dicimus quod voluntas noſtra eſt, vt ducamus moto-
res philoſophorũ ad opinandum prædicta tam in primo principio, quam in po-
ſterioribus ſuis, id eſt effectibus: eſt etiam ad adducendum mores philoſophiæ
credere, & flores peripatheticorum auctoritates, id eſt motiua, & dubia, & argu
menta ſuper prædictas rationes aduenientia tam a loquentibus, quam ab alijs:
& eſt remouere ea, quę eos præmouit ad obediendum philoſophorũ opinioni-
bus: itaque quicunque cernere cupiat virtutem facile, & leue, ponit acherumo-
rem, vel meliorem opinionẽ duarum dictarum ſectarum ad ſeipſum retinere. In
his igitur apparet intentio, & cauſa intentionis in hoc lib. ſicut apparuit a prin B
cipio. & poſtquam præmiſit hæc, quaſi vt diſpoſitiones ad aſſentiendum eis, quę
vult dicere, incipit ponere virtutem in eſſe, & modo intelligentiarum: & primo
accipit aliqua, quaſi fundamenta & radices, vt inde concludat intentionẽ eius
ibidem. & primo facit introitum ad dicendum. d. vnde dicimus modo incipien-
tes, ꝙ quando philoſophi certitudine entium naturarum intelligentiæ inueſti-
gant, videlicet de ſeparato intellectu, non id, quod videtur dicere improuiſo re-
cipi, videlicet ſine demonſtratione recipiunt, immo aſſerunt multa opponentia
ſenſibus demonſtratione: hic eſt ſui ſermonis introitus. Debes ſcire, ꝙ aliter re
peritur litera, ſcilicet ſic. vnde modo incipientes dicimus, ꝙ philoſophi, quãdo
ſub intelligentia de certitudine entium naturarum inueſtigant, videlicet cũ ſe-
parato intellectu, non id, quod videtur. d. improuiſo reſpici, videlicet ſine demõ
ſtratione reſpiciunt. & tunc vult dicere ꝙ philoſophi, quando de certitudine na
turarum entium, id eſt exiſtentium ſub intelligentia, vult dicere rebus ſenſibi-
libus cum intellectu ſeparato, id eſt, in comparatione ad intellectum ſeparatũ,
non id, quod videtur. d. id eſt, dignum improuiſo reſpici, reſpiciunt ſine demon-
ſtratione: & hæc litera melior eſt, attamen nihil refert. Deinde accipit primã
radicem. d. Ipſi enim inuenerunt ſenſibilia inferiora, videlicet, ea, quæ ſub orbe
lunæ reperiuntur duabus naturis diuiſa. ſ. animata, & inanimata. prima ergo ra- F
dix eſt: quod omne ens generabile, & corruptibile eſt animatum, vel inanima-
tũ: hoc non alio teſtimonio probat pro nunc, niſi teſtimonio viſus. Deinde acci
pit ſecundam radicem: cuius potentia eſt, quod cuiuslibet rei generabilis requi-
runtur quatuor cauſæ neceſſario, quod declarat. d. & viderunt quod cauſa de nu
mero prædictorũ, ſcilicet exiſtentium ſub luna, quæ ſunt generabilia, conſtituũ
tur quędam, id eſt, ex quadam re: quia forma dicitur nam teſtimonio viſus appa
rere, ex operatione eius, quæ formam ſcire facit. Deinde declarat ſecundã cau-
ſam, ſcilicet materiam. d. & in quolibet ente generabili, vult dicere formæ il-
lius, habetur eſſe poſt priuationem: & illa, id eſt, propter quod illa forma, quæ
res generabilis conſiſtit in alia re, quæ materia nominatur. Ecce, quomodo eſt
exigentia materiæ, eo quia forma de priuatione extrahitur priuatio autem con
tinetur in materia, vt forma propria illius, vt ſecundo Phy. Auerroes commen.
15. d. Deinde, quaſi tangit aliud motiuum philoſophorum. d. & motor, id eſt, ar-
gumentum philoſophorum ad hæc, id eſt, ponendum materiam, fuit, quod ipſi
reperiebant quod omne generabile ſit ex aliquo ente aliquo alio, vult dicere
ab ipſo facto, quod materia nuncupatur: vnde ſyllogiſmus ſic componitur. Om-
ne, quod generatur ex ente aliquo modo, exigit materiam: ſed omne generabi-
le generatur ex ente aliquo modo: ergo omne generabile exigit materiam: hu-

A ins ergo ponit tantum minorem:quoniam reliquum eſt manifeſtum : & totum
hoc iam apparuit in libro Phy. Deinde explicat tertiam cauſam, ſcilicet ipſum
agens: & ſyllogiſmus ſic componitur. Omne,quod fit non a ſe,ſed ex vi cuiuſ-
dam,indiget agente:ſed omne generabile fit non a ſe, ſed ex vi cuiuſdam : ergo
in prima figura omne generabile indiget agente:huius explicat minorem. d.&
etiam videbant quod id generabile ex vi cuiuſdam fiebat,& nominatur agens
ad quandam intentionem notam,vel ignotam. Et hoc poteſt intelligi: primo q͛d
agens duobus modis eſt:ſcilicet a propoſito,quod eſt agens ad quandam inten-
tionem notam,vel ignotam,id eſt,comprehenſam alicuius ei noti:ſecundo mo-
do naturale,& hoc agit ſine cognitione in ſe,licet dirigatur a cognoſcente, vt
dicit.12.Meta.com.18. Vel poteſt ſecũdo intelligi quod agens eſt duobus mo-
dis,ſ.gratia finis ſibi noti,& dicitur agens per ſe:& gratia finis ignoti,& dicitur
agens caſuale. Vel poteſt tertio intelligi quod agens eſt duobus modis, ſcilicet
famoſum,quod eſt mouens,& hoc vocatur agens ſecundum intentionem notã,
quia eſt famoſus ſecundo modo capitur agens pro efficiente, quod non habet
de intentione agentis,niſi hoc,quod effectus ab eodem dependet,& illum con-
ſeruat:& omnes iſtæ expoſitiones ſunt poſsibiles, & veræ in ſe: & tu applica
alteram,quæ tibi melior apparet. Ex his concludit ſecundam radicem dicẽs,
vnde,breuiter huiuſmodi, ſcilicet philoſophi conati fuerunt ponere cauſas p̃-
B dictas quatuor. Et non expreſsit finem,quia finis,& forma ſunt idem , ideo ta-
cuit illum,vel quia finis eſt cauſa cauſarum, quem nullus philoſophorum natu-
ralium negauit,niſi antiqui:& tu inueſtiga aliam cauſam,propter quam tacuit
illam. Deinde ponit tertiam radicem:cuius potentia eſt , quod omne factũ fit
a ſibi ſimili in ſpecie,vel genere,& dicit. deinde procedentes inuenerunt quod
forma rei generabilis,& res,a qua generatio fit,ſcilicet agens propinquũ, ſunt
vnum & idem tam in genere,quam in ſpecie,ſaltem in aliquibus eorum: vide-
licet, quod homo hominem generat, qui ſibi ſimilis eſt in ſpecie: etiam aliqua
ſunt ſimilia in genere tantum,ſicut mulus,qui generatur ab aſino, & equo, qui
ſunt ei ſimiles in genere. Debes ſcire,quod multum immoratus ſum,in mul-
tis locis,quomodo ſimile fit a ſimili ſibi:pro nunc autem potes id declarare per
dictum Auerrois.12.Meta.commen.24. vbi ponit tres conditiones ſecundum
mentem Alexan. vide ibidem,ſi placet. Et poſtquam accepit illas propoſi-
tiones, concludit per modum correlarij vltimum dicens , & quia impoſsibile
eſt quod cauſæ ſucceſsiuæ ad infinitum procedant coacti fuerũt ponere cauſam
primam agẽtem: vnde poteſt ſyllogiſmus ſic componi: in omni multitudine agẽ-
tium,& patientium eſt aliquod agens primum: ſed genitorum & agentium eſt
multitudo huiuſmodi: ergo oportet venire ad primum agens : & demonſtratio
declarata eſt principio ſeptimi,& melius in 8.Phyſi.& cum concluſit hoc,nar-
C rat opiniones ſapientum in natura illius primæ cauſæ.d. in iſta cauſa philoſo-
phi differunt:aliqui namque eorum dicunt,quod hæc cauſa eſt corpus cœleſte,
& hæc eſt opinio caldeorum,vt apparet 2. cœli commen. 58. quia putauerunt
cœlos eſſe Deos,vt dixi in quæſtio. de animatione corporis cœleſtis, & dicã in
diſputatione de hoc. Deinde narrat ſecundam ſectam,d.& alij, quod principiũ
iſtud primum agens,& principium ſeparatum a ſupercœleſtibus corporibus,
& diſtinctum a principio illorum corporum,vult dicere eſt motor alius a moto-
re vniuerſi,vt videtur dicere Auicen.deinde ponit diuerſitatem circa principiũ
animationis corporũ animatorũ generabiliũ dicens,ſedentia inferiora ex inui-
cem generabilia,quæ animata ſunt,indigent de alio principio nomine animæ,
quod dictam animã det,ſcilicet ipſi corpori,et etiam formam. Eſt igitur cõis ſen
tentia omniũ,quod neceſſariũ eſt ponere principiũ animationis. Et narrat opi-
nionẽ Gal.d.& Gal.nuncupat eam virtutẽ formatiuã. Deinde ponit ſecundam
opinionẽ.d.& aliqui ſapientum dicunt,q͛d ipſa virtus eſt ſeparatum principiũ:
& hi diuerſati ſunt,quidam enim ipſorũ dicunt quod eſt intellectus,quidã dicũt
quod eſt anima,quidã dicunt quod eſt corpus ſuper cœleſte, quidam dicũt quod
non eſt alius niſi Deus:cuius ſignũ ponit. d. & ideo dubitat Gale. vtrum agens
animationẽ hanc,ſcilicet animã ſit ipſemet Deus,aut aliud. Et,cũ narrauit iſtas

opiniones, vult limitare id, in quo cadit diuerſitas opinionum, & dicit: & eſt notandum quod hæc diſceptatio inter philoſophos eſt in plantis, & animalibus generatis ab eis ſimilibus: ſed de eis, quæ ex ſimilibus generantur, dicitur quod non oportet ponere dictum principium. Hæc ſummatim eſt ſententia peripatheticorum in entibus inferioribus, ſcilicet generabilibus & corruptibilibus. Debes ſcire, vt accipitur ſeptimo Meta. commen. 31. & 12. Meta. com. 18. quod de principio animorum apud peripatheticos, oportet dicere quod illud principium vel eſt ens in materia; vel ſeparatum: & ſi eſt ens in materia, tunc illud eſt virtus formatiua exiſtens in ſemine deciſo a patre, quæ, vt inſtrumentum animæ generantis animas contentas in materia, educit ad actum: & hæc eſt opinio Gale. & pro parte Ariſtote. Si vero eſt ens ſeparatum, erit corpus, vel virtus extra corpus: ſi corpus, ſic etit cœlum mediante lumine, & motu, & alijs vehens calorem ſolis, & ſtellarum: & hæc eſt opinio Aſtronomorum, & pro parte Ariſtot. quoniam opinio Ariſt. eſt vt a ſole, & homine fiat homo, & ſic de alijs. Si vero eſt principiũ ſeparatum, hoc eſt duobus modis: vel erit intellectus, & hæc eſt opinio Auicen. qui poſuit intellectum agentem datorem formarum, vt dicit in ſua Metaphyſica. Si vero eſt anima, tunc eſt opinio Themiſtij, qui poſuit animam productam ex ſole, & orbe decliui ſecundum Ariſt. & omnes iſtæ opiniones declaratæ ſunt in multis locis a me, & poſita ſunt fundamenta, & euaſiones eorum: & nolo nunc plus immorari in hoc. Secundo debes ſcire, quod maior pars peripatheticorum opinatur hoc ſolum in viuentibus, non in reliquis carentibus vita: vnde poſitio iſtorum fundatur in duabus propoſitionibus. Quarũ prima eſt, quod omne viuens debet fieri a viuente, aliter effectus eſſet nobilior cauſa, & vniuerſaliter factum eſſet nobilius agente. Secunda propoſitio eſt, quod animalia, & plantæ ſolum ſunt viuentia, reliqua carentia vita: ideo in ſecunda figura concluſerunt animalia, & plantas ſolum indigere principio aliquo modo anima, vel animato, & ideo poſt in illo diuerſitati ſunt, vt vides: & ideo Auerroes limitauit optime dictum peripatheticorum: attamen propoſitio dicens, quod omne viuens eſt a viuente ſecundum peripatheticos veros, intelligitur inſtrumentaliter, vel principaliter: vnde, licet virtus formatiua non ſit viuens, quoniam eſt qualitas: attamen, vt inſtrumentum hominis viuentis, & corporum cœleſtium, poteſt eſſe principium dandi vitam, vt Ariſt. dicit in libro de generatione animalium: vnde, ſicut calor eſt calor, & inſtrumentum animæ in corpore exiſtentis, & vt calor calorem facit, & vt inſtrumentum animæ facit operationes animæ: ſic virtus illa, licet vt virtus non poſſit niſi qualitatem generare, attamen vt inſtrumentum hominis, & corporis cœleſtis poteſt animam contentam in materia educere de potentia ad actum: & hæc eſt ſententia peripatheticorũ. Et poſtquã dixit hæc in rebus generabilibus, aſcendit ad res cœleſtes, et dicit, deinde vero gradatim aſcendunt, ſcilicet philoſophi inueſtigare de ſupercœleſtibus corporibus, & apparuit eis quod ſunt ingenerabilia, non ſicut ſunt inferiora corpora: & hoc probat, & videtur quod ſyllogiſmus fundetur in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt, quod omne generabile, inquã tum generabile, eſt pars huius mundi ſenſibilis, & cauſatum ab orbibus tanquam a cauſis remotis: cuius propoſitionis probatio eſt in prima figura, ſic: omne, quod fit ex re, id eſt, agente de re, id eſt, materia, & pro re, id eſt, forma, & fine, & in loco, & in tempore, eſt pars huius mundi ſenſibilis, & eſt ab orbibus tanquã a cauſis remotis: hæc propoſitio eſt manifeſta per ſe apud omnes, & dicta eſt in primo Cœli com. 5. & in fine quarti Phyſicorũ. Deinde aſſumitur ſecũda ſic: ſed omne generabile fit de re ex re, & pro re, in tempore, & loco: ergo in primo primæ figuræ omne generabile eſt pars mundi ſenſibilis, & ab orbibus tanquã a cauſis remotis: & ſic apparet prima propoſitio principalis ſyllogiſmi. Secunda propoſitio principalis eſt, quod ſecundum aduerſarios corpora cœleſtia ſunt generabilia, & corruptibilia: ergo in tertio primæ, corpora cœleſtia ſunt partes huius mundi ſenſibilis, & ſunt ab orbibus alijs tanquã a cauſis remotis, & ſic extra mundum eſſet alius mundus, ſicut declaraui primo cœli commen. 33. in expoſitione mea, vide ibidẽ: & huius ſyllogiſmi ponit maiorẽ dicẽs,

[Margin notes: D — De pricipio animorũ. — Opĩo Gal. — Opinio Aſtronomorum. — Opĩo Aui. — Opĩo The. — E — Prima ꝓpoſitio. — Secunda. — Licet virtus formatiua ſit qualitas tñ vt inſtrumẽtũ hoĩs viuẽtis et corporũ cœleſtiũ eſt principiũ dãs vitam. — F]

A generabile, inquantum generabile, pars eſt huius mundi ſenſibilis, cuius generatio non ſequitur, niſi prout eſt eius pars: hęc eſt prima pars maioris, huius ponit minorem proſyllogiſmi dicens, eo quod omne generatum generatur ſine dubio de re.i. materia, ex re.i. agente, pro re.i. forma, & fine, & in loco, & tempore. Deinde complet maiorem, & accipit ſecundam partem. d. & inuenitur quod orbium corpora neceſſaria ſunt in generatione inferiorum corporum, prout ſunt agentia remota: eſt ergo maior, quod omne generabile, inquantum generabile, eſt pars huius mundi ſenſibilis, & cauſatum ab orbibus tanquam ą cauſis remotis. Deinde ponit minorem dicens: Vnde, ſi corpora cœleſtia generabilia ſunt, vult dicere, ſed corpora cœleſtia ſunt generabilia ſecundum aduerſarios, concludit concluſionem dicens, modo iſtius generationis indigerent de alijs corporibus præcedentibus eis, quod ſimiliter eſſent partes alterius mundi, ergo erunt ſupercœleſtia corpora alia, & indigerent etiam de alijs pręcedentibus corporibus, & ſic in infinitum, Tandem concludit concluſionem dicens, patet ergo ex hoc, & ex alijs vijs propinquioribus iſtis, quod qui vellent quod corpora ſupercœleſtia eſſent ingenerabilia & incorruptibilia, id eſt, ęterna eo modo, quo accidit corporibus inferioribus, quibus accidit per contrarium generatio, & corruptio, vt vides. Hic adduxit inſtantias quaſdam in libro cœli in expoſitione commen. 33. primi, quas bonum eſt, vt colligas cum iſtis hic, & erit vobis intelle-

B ctus Auerrois manifeſtus per ſe. Poſtquam concluſit corpora cœleſtia eſſe ſimpliciter incorruptibilia & ingenerabilia, accipit aliud, quod eſt notum ad ſenſum dicens, etiam apparuit eis quod corpora ſupercœleſtia habent principia mouentia: & hoc apparet ex declaratis in octauo Phyſicorum: quoniam omne, quod mouetur ex ſe, eſt diuiſibile in principium mouens, & partem motam. Et corpora cœleſtia moueri ex ſe apparet ſenſibus, ideo ſciuerunt corpora cœleſtia habere principia mouentia. Deinde accipit maiorē dicens, & apparet eis quod hęc principia mouentia ſunt incorporea, neque ſunt virtutes in corpore: non ſunt corpora, quia princia ſunt corporum mundum ambientium, ſicut dixerunt caldei, qui voluerunt principia prima eſſe corpora, quia ſunt principia corporū: neque ſunt virtutes in corporibus exiſtentes, ſicut principia compoſita inferiora ſe habent, videlicet, principia animalium. Eſt igitur tertia propoſitio, quod principia mouentia orbes nec ſunt corpus, nec virtus in corpore: cuius probationem ponit multiplicem, & prima componitur ſic: quęlibet virtus corporea eſt finita, vult dicere in tempore, quoniam diuiſione ſubiecti diuiditur, ideo eſt finita in tempore, vt declaratum eſt in libro de ſubſtantia orbis: cui adde iſtam minorem, ſed principia mouentia orbes non ſunt finita in tempore, quia mouent ſempiterno motu: ideo in ſecunda figura principia mouentia orbes non ſunt virtutes

C in corpore: huius tantum accipit propoſitionem primam cum eius declaratione. Deinde probat illa principia non eſſe corpora: cuius ratio ſic componitur: omne corpus generabile & corruptibile eſt compoſitum ex materia & forma: principia orbium non ſunt corpora cōpoſita ex materia & forma generabilia & corruptibilia: ideo in ſecunda figura non erunt corpora: huius tantum accepit maiorem. Debes ſcire, ꝙ hic pręſupponit Auerro. ꝙ principia mouentia orbes non poſſunt eſſe de natura orbis: quoniam, tunc illud idem eſſet de natura moti, & rei mouentis: ideo maior debet intelligi ſic, omne corpus alterius naturę a corporibus cœleſtibus eſt generabile & corruptibile, compoſitum ex materia & forma: & tunc ſyllogiſmus eius eſt demonſtratiuus non habens inſtantiam. D. ponit ſecundam rationem, quę poteſt ſic componi: quorum corporum principia ſufficientia ſunt ſimilia de neceſsitate, ſi quędam eorum ſunt indigentia corporibus prioribus eis, & reliqua eorum: ſed ſi corpora cœleſtia haberent principia & eorum virtutes corporales, eſſent ſimilia corporibus generabilibus & corruptibilibus. ergo, ſi corpora generabilia haberent principia corporalia priora eis, & corpora cœleſtia adhuc habebunt corpora priora eis. huius ſyllogiſmi accipit minorem. d. rurſus, ſi principia eorum corporum, ſcilicet generabilium eſſent ſimilia principijs ſuperiorum corporum, ergo eſſent illa, & iſta ſimilia, & indigerent illa corpora, ſcilicet cœleſtia de alijs corporibus pręcedentibus iſtis: & hęc

Motores orbiū nec ſunt corpora, nec virtutes in corpore.

Mouētes orbes nō ſunt de natura orbium.

Correlariũ. eſt concluſio. Ex his apparet ꝙ corpora cœleſtia ingenerabilia & corruptibilia ſunt, & ꝙ habent principia mouentia, & ꝙ illa principia nec ſunt corpus, nec virtutes in corpore. Sed quęſtiones, quę poſſunt accidere dictis iſtis, dictæ ſunt in lib. de ſubſtantia orbis. & nolo dicere hic oĩa, niſi illa, quę oportet, vt intellectus Auer. habeatur. ideo vide illic. Cum oĩa hic poſita, & perfecte declarata fuerint, concludit aliqua de principijs corporum cœleſtium, & dicit. vnde prę libatis iſtis apud eos, & prę libato etiam apud eos, ꝙ quę libet forma duobus modis habet eſſe, videlicet eſſe intelligibile, qñ comprehenditur ſeparata de materia ab intellectu. & eſſe ſenſibile, videlicet illud, quod actualiter eſt in materia. & exemplum ponit conſequens. d. Verbi gratia, lapis ſine dubio formam habet materialẽ extra animam, vult dicere, vt accipitur extra opus intellectus, & habet aliam formã, quę eſt intellectio, & comprehenſio facta in anima, prout anima rationalis capit eam ſeparatam. D

Error Io. de ſpecie intelligibili. Debes ſcire, ꝙ hic apparet error Io. qui poſuit ſpecies intelligibiles nouas ipſi intellectui cauſatas a phantaſmatibus virtute intellectus agentis. Iam apparet hic, qualiter comprehenſio & intellectio nõ eſt niſi res comprehenſa, & intellecta. vnde, vt declaraui in quęſtione de intellectu vnum & forma, & ſecundum rem eſt indiuiduum & quidditas. Verbi gratia, forma lapidis. ſecundum enim ꝙ eſt extra animam in ſe, non comparata intellectui, vt ſic eſt indiuiduum: ſecundum vero quod intellectui comparatur, put ab eo concipitur, & comprehenditur, vt ſic eſt quidditas: & ideo quidditas, & indiuiduum differunt in rebus materialibus, quoniam quidditas non concernit materiam, indiuiduum autem ſic. & hoc iam dictum eſt in quęſtione de vniuerſalibus. B

Opinio propria. Sed dices, ſi non ponuntur ſpecies intelligibiles ſecundum hunc philoſophum, quid eſt intellectio & comprehenſio. Dicendum, vt innuit hic Auer. & ego in lib. de intellectu. ꝙ intellectio non eſt ſecundum rem niſi forma, & quidditas intellecta, ſeu comprehenſa. Verbi gratia, pro iunioribus, quidditas lapidis, & eſt res intellecta, & eſt intentio. vt intentio. vt enim abſtracta a materia, & conditionibus illius, dicitur quidditas: vt vero recepta in intellectu, non quidem ſubiectiue, vt Io. finxit de ſpecie intelligibili, ſed perfectiue & obiectiue, dicitur intellectio: & ſic intellectio, & res intellecta ſunt vnum & idẽ ſecundũ rem, & differunt in modo, & ſecundũ connotata: & hoc dicebat Auer. cũ dixit, ꝙ lapis habet aliã formam, quę eſt intellectio, & comprehẽſio facta in anima, prout anima rationalis capit eam ſeparatã. Quęſtiones, & difficultates accidẽtes huic rei motę ſunt in lib. de intellectu loco eius, ideo lege illic, quia multa declarãtur de hoc. Et poſtq̃ dixit de hoc, concludit intentum in principijs corporum cœleſtium. d. vnde igitur ſequi debet ꝙ prędicta entia ſeparata, vult dicere, quę ſunt principia corporum cœleſtium abſolute ſunt purę intelligentię, id eſt purus intellectus. & intelligo per purum intellectum, rem abſolutam a materia ſecundum rem, & modum. vnde quidditas lapidis, licet ſit aliquo modo intellectus, non tamen eſt purus intellectus, quia ſecundum rem eſt in materia. hæc autem quaſi concluſio poteſt probari ſic. omne abſolutum a materia, & eius conditionibus ſecundum rem, & modum eſt abſtracte & purus intellectus: ſed principia corporũ cœleſtium ſunt abſoluta a materia ſecundum rem, & modum. ideo erunt ſimpliciter intellectus. maior apparet ex iam dictis de forma lapidis. minor aũt apparet ſimpliciter ex dictis, quia ſunt ſimpliciter ſempiterni, vt fuit cõcluſum per longũ proceſſum. D. iterum ex dictis concludit, quaſi ſecundam concluſionem, quę eſt, ꝙ res intellectę ab illis intellectis ſunt formę, & mundi ordo. vnde. d. ſimiliter oportet ſecundũ ipſorum radices id, quod per iſtam intelligentiã intelligitur, eſſe entiũ formas, & mũdi ordinẽ: ſed hoc põt declarari duobus modis apud ipſum: quorum vnum ponit, qui debet ſic componi. Sicut intellectus humanus ad formas materiales, ita intelligentia ad illas: quod non probat, quia eſt manifeſtum ſimpliciter, vt dicam: ſed intellectus humanus non eſt alius, quam res materiales, vt comprehenſę. ergo & intellectus intelligẽtiarum erit res, & formę materiales etiam. Et hoc dicit. ſicut ſe habet humanus intellectus ad res materiales, ita intelligentię ad illas. Deinde accipit minorem, d. Intellectus enim non eſt aliud niſi comprehenſio entium formarum, prout immateriales ſunt, D, ponit cõ- F

A cluſionem.d.quapropter concluditur ex hoc,quod entia duo habent eſſe , vide-
licet ſenſibile,& inſenſibile,ſiue potius intelligibile:& hęc eſt concluſio prędi-
cti ſyllogiſmi,æquiualenter ſaltem,vt apparet.

Sed hinc prouenit quęſtio : an eodem modo intellectus humanus ſe ha- Decima qõ.
beat reſpectu formarum materialium,& intelligentia reſpectu illarum,vt maior
aſſumebat. Dicendum ſecundum doctrinam Auer. Intellectus hominis non eſt
cauſans res intellectas ſimpliciter,ſed tantum in eſſe, & ſecundum quid , ꝙ eſt
eſſe diminutum,ſcilicet in eſſe intelligibili,vt Auer.dicit.7.Meta.com.31.in fi-
ne.intelligentia autem non modo eſt virtus cauſans formas materiales ineſſe in
telligibili,immo in eſſe ſimpliciter : ideo intelligentia propter eſſe in gradu al-
tiori ad intellectum,habuit pręeminentiã in cauſando res materiales duobus mo
dis,ſcilicet in eſſe intelligibili, quod eſt eſſe diminutũ, & in eſſe exiſtẽtię, quod
eſt ens ſimpliciter. propter quod intelligentia non ſolũ eſt res cõprehenſiue,ſed
effectiue,& ideo intelligentia non ſolum fuit res ipſę , immo ordo ipſarum, qui
ordo prouenit ex eis,prout habent eſſe ſimpliciter.intellectus autem ſolum eſt
res comprehenſiue , & non eſt ordo illarum , nec ipſę effectiue : & ſic apparet
maior illius ſyllogiſmi. Sed quomodo verificatur minor,eſt multum difficile,&
dixi quędam de hoc in libro de intellectu.ſed,quia ibi dixi ad longum, volo ali
qualiter abbreuiare,& dicere ꝙ intellectus hominis, & intelligibilia ſunt vnũ
B numero,non in diſpoſitione eſſentiali,ſicut eſt intelligentia,ſed per accidens, vt
declaraut in expoſitione com.15.&.S.3.de Anima,et aliqualiter dixi hic antea.
oĩa ergo intellecta vniuntur in ipſa,pro quanto eam perficiunt:& non intelligo
illa eſſe vnum numero,ſicut eſt vnitas numeralis in formis materialibus, ſed di-
co,ſicut eſt diſpoſitio in formis abſolutis.iſto modo igitur intellectus hominis,et
res intellectę ſunt vnum. Sed dices,quare intellectus hominis,& formę intel- Replica.
lectę non ſunt ſimpliciter idem numero cum intellectu,ſicut formę intellectæ cũ
intelligentia ſeparata ? Dicendum ꝙ ideo eſt, quoniam intelligentia non eſt Solutio.
res materialis,quia cauſat eas in eſſe cognito tãtum, ſed quia in eſſe ſimpliciter.
vnde,ideo intelligit illas,quia cauſare poteſt illas in eſſe ſimpliciter.ideo ſcien-
tia eius eſt cauſa rei,quia ipſa,quę eſt ſcientia, eſt cauſa rei:intellectus autem nõ
intelligit res,quia cauſat illas . ideo non oportet quod ſimpliciter intellectus ſit
idem omnibus modis rebus intellectis . Si enim poſſet illas cauſare ſimpliciter,
tunc intelligeret per eſſentiam eius,ratione cuius poſſet illas cauſare:quia igitur
non cauſat illas in eſſe ſimpliciter, ideo non intelligit illas ſecundum quod intel
ligit ſe eſſe cauſam illarum , ideo intelligibiles res non ſunt idem in diſpoſitio-
ne vnitatis eſſentialis,ſed accidentalis.ideo videtur quod ſcientia eius ſit cauſa-
ta a rebus quodammodo. Ex his apparet minor, ſcilicet qualiter intellectus ho-
C minis eſt res,& formę intellectę.

Circa conclvsionem adhuc eſt locus quęſtionis : quia,non vide- Dubitatio.
tur ꝙ vna res habeat duo eſſe,ſcilicet abſolutum,& in materia. Secunda quę-
ſtio.poſito ꝙ aliquo modo habeat duo eſſe: quod eſt melius ei , & nobilius , an
eſſe abſolutum,an eſſe exiſtentię, quod eſt eſſe extra eius cauſas omnes ? Ad
hęc dicendum puto,ꝙ omnis res, quę eſt effectus alicuius cauſę , habet duplex
eſſe,ſcilicet proprium,per quod cadit in ambitu entis, & extraneum,quod eſt in
potentia ſuę cauſę:& hoc eſt,quod Auer.12.Meta.commẽ.18.&.36.intendit in
ſuis verbis obſcuris . Ad formam quęſtionis iam apparet ſolutio. concędo.n.
ꝙ vna res non poteſt habere niſi vnum eſſe proprium, attamen non inconuenit
ꝙ habeat vnum proprium,per quod cadit ſub ente, & vnum participatiue, per
quod habuit eſſe proprium, & conſeruatur in eſſe proprię , vt vides in exemplo
de medicina,ſeu ſanitate.Ex hoc verificatur tibi , quare intelligibiles formę in
intelligentia mouente orbem, dicuntur omnibus modis ſecundum rem idem illi,
non tamen in ſubſtantia intellectus hominis. homo.n,ideo eſt, q̃m illa intelligẽ
tia eſt cauſa earum,ideo intelligit illas , ſecundum ꝙ intelligit ſibi eſt eſſe rerũ
factarum,vt dixi. & ideo intelligit alia,quia intelligit ſe inquantum cauſa, ideo
intelligibiles formę,& intellectus ſunt vnum in diſpoſitione eſſentiali in intelli
gentia illa:nõ ſic in intellectu noſtro, vbi non ponitur rerum ad extra,ideo non

intelligit illas, ſecundum quod intelligit ſe: & tunc tibi eſt manifeſtum totum iſtud, ſi bene inſpexeris dicta Auer. Sed dices, ſaltem anima hominis eſt potens pro ducere res in aliquo eſſe, ſaltem diminuto. ergo poteſt intelligere illas intelligendo ſe eſſe cauſam illorum aliquo modo. Poteſt dici apud me, quod ſi tenemus intellectum agentem eſſe Deum, ſine dubio intelligit illas non modo ſecundum quod poteſt producere illas in eſſe intelligibili, immo ſecundum quod poteſt producere illas ſimpliciter, vt dixi in quæſtione de intellectu. Sed, ſi teneamus quod intellectus agens ſit vna intelligentiarum, ſecundum quod dicit Ioan. adhuc poteſt fingi quod intellectus agens intelligit res, ſecundum quod poteſt illas producere aliquo modo in intellectu poſsibili, & ſic intelliget illas intelligendo ſe. Sed tenendo opinionem veram, quod intellectus agens & poſsibilis ſunt vna res, et diuerſę operationes, vt dicit Auerro. Tunc reputo eſſe dicendum, quod illud nō oportet: quoniam intellectum producere res in eſſe intelligibili non eſt, niſi recipere illas perfectiue, ideo non oportet vt intelligat illas, quia cauſat illas, ſed quia perficitur ab illis, ideo intelligit illas, & tu perſiſte, quoniam diu conſyderaui in hoc, & aliqualiter tetigi totum hoc in libro de intellectu, Et ſi Deus dabit mihi vitam, dicam melius de hoc. Ad ſecundam quęſtionem dicendum, quod eſſe proprium eſt eſſe ſimpliciter ei, & ideo eſt melius ei: & ideo oportet dicere, quod licet eſſe abſolutum formarum ſit abſolute nobilius, & melius, quia ſine dubio eſt eſſe nobile intelligentiarum. attamen non eſt melius, & nobilius ipſi rei productę: quoniam illud eſſe in cauſa non eſt eſſe proprium ſibi. Verbi gratia roſa modo, quę non eſt, habet eſſe in cauſa prima, & in cauſis proximis, & ſine dubio eſt eſſe melius, & nobilius, non tamē eſt melius ipſi roſę: propter quod roſa abſolute modo non dicitur eſſe, ſed dicitur quod eſt in ſuis cauſis, & ſic eſt ſecundum quid, & omnes res, antequam ſimpliciter ſunt, habent eſſe ſecundum quid: quoniam habent eſſe in ſuis cauſis, quod eſſe eſt ſimpliciter nobilius, non tamen eis, vt ſic eſt ſimpliciter nobilius, quia tunc fruſtra fierent. & ſic apparet ſolutio quęſtionis ſecundę. Et cum omnia iſta ſint ſic declarata, verificata eſt maior, & minor, & concluſio iſtius loci. Et poſtquam dixit totum hoc, declarat qualiter iſta ſe habent vlterius, & dicit. vnde putant philoſophi quod orbes dicta principia ſeparata intelligunt. & hoc poteſt intelligi duobus modis: vel quod ipſi orbes ſunt intelligentes illa principia ſeparata, vel quod illa principia ſunt intelligētia dictos orbes: & ſi intelligitur primo modo, videtur mihi quod per orbes intelligat ipſa corpora animata colligata ex intellectu, & orbe, quę intelligunt illi tanquam partes ſui: & hoc eſt declaratum in libro de ſubſtantia orbis, & eſt dictum quod, ſicut ex intellectu humano, & homine conſtituitur vnum intelligens, & vnum volens, quod intelligit ſe & intellectum ſeparatum, ita ex intelligentia et orbe prouenit vnum intelligens, & vnum operans, quod intelligit intelligentiam ſeparatam, quę eſt pars, vel quaſi pars illius. ſi intelligitur ſecundo modo res eſt manifeſta, quoniam intelligentię intelligunt orbes, pro quanto ſunt cauſę orbium, eo modo, quo Deus intelligit reliqua, pro quanto eſt cauſa reliquorum, ſicut dixi ſępe in alijs, & dicetur melius. Deinde infert aliud. d. & quod regimen dictorum orbium in entibus inferioribus, ſequitur ita quod ordinate, prout ipſa corpora animata ſunt. & ipſi ſcilicet orbes comparantes ideſt intelligentes comparationi, & ſapientia ſapientiali: vel litera eſt corrupta, & debet dicere cooperantes intelligunt ipſa ſeparata principia intelligentia, & humanum intellectum. attamē videtur mihi, quod litera iſta debet aliter intelligi, ſ. & ipſe vult dicere, philoſophi comparantes inter ipſa ſeparata intelligentia, & inter humanum intellectum, inueniunt ea intelligentia nobiliora humano intellectu, & tunc litera eſt manifeſta per ſe: ſed quia natura comparationis eſt, vt comparata differant, & conueniant. ideo, cum dixit illas differre penes nobilitatem, & ignobilitatem, ponit ea conuenire, & dicit, licet communicent prout intelligunt entium formas, & quod forma cuiuslibet eorum eſt id, quod comprehendit de formis entium, & ipſorum ordinem, vult dicere de natura intelligentiarum eſt in comprehendere formas entium, & ordinem illorum, et ita ſimiliter eſt intellectus humanus. et quia dixit differentiam, & conuenientiam; exponit differentiam dicens, ſed differunt, quia

Contra.

Reſponſio.

Intellectus agēs, & poſſibilis ſunt vna res ſecū dū rem, differunt tn̄ ſecū dū rationē.

Solutio ad ſecūdā quæſtionem.

A entium formę cauſę ſunt humani intellectus, cuius cauſam dicit: ab eis nanque perficitur, ſicut quęlibet res perficitur in ſua forma: ſed intelligentia dictarum intelligentiarum ſunt cauſæ entium, id eſt, exiſtentium formarum. ordo enim entium ſequitur ordinem intelligentiarum ſeparatarum, ſicut ordo ſanabilium ſequitur ordinem ſanabilium intellectorum, ſed ordo noſtri intellectus ſequitur ordinem entium.

Dubitatio.

Sed provenit locus quęſtionis, quare intellectus noſter ſic intelligit, & intelligentię non perficiuntur ab illis intelligibilibus, & etiam ſi intelligit, quia cauſatur ab eis, ergo intelligit illam per eſſentiam eius, ſicut intelligentiæ intelligunt primum ens. & hoc eſt multum difficile, & diu immoratus ſum, & diu ignoraui hoc. Pro intellectu huius primo debes ſcire, quod in intelligẽtiis, vt declarabitur, ſunt gradus, adeo quod inferior eſt vilior: quanto enim intelligentia eſt remotior a prima, tanto in gradu perfectionis remouetur: & ideo ſicut eſſe illarum diminuitur, ita & potentia. et quia intellectus humanus fuit infimus, vt dicit Auer, 3. de anima. com. 19. ideo eſt diminutus in potentia, & ideo non habuit cauſalitatem in entibus, niſi ſecundum quid: & dixi pro quanto conſeruat illas in eſſe intellecti, & quia ita eſt, apparet ſolutio quęſtionis primę: quia enim intellectus humanus non fuit cauſa entium, non potuit intelligere illa, ſecundum ꝙ eſt illorum cauſa: quia vero intelligentię ſunt cauſę entium, ideo potuerunt intelligere illa, ſecundum quod intelligunt ſe, vbi ſunt cauſę eorum: intellectus igitur humanus non potuit intelligere illas formas, vt eſt cauſa. ergo oportet vt intelligat illas, vt colligatur illis aliqua colligatione: hoc autem non poteſt eſſe, niſi quia colligatur illis, ſecundum ꝙ cauſatum colligatur cauſis. ideo intelligit illas, eo quia eſt cauſatum ab illis in aliquo genere cauſę. & ſic apparet ſolutio primę quęſtionis. Pro intellectu ſecundę, debes ſcire quod intellectus non intelligit illas, eo quia intelligit ſe cauſatum, ſicut alię intelligentię intelligunt primum. quoniam intellectus non cauſatur ab illis ſimpliciter, ita ꝙ eſſe intellectus ſit a rebus, ſicut eſſe intelligentiarum a primo: quoniam intelligẽtię dependent a primo, tanquam ab agente ſimpliciter. ideo illę intelligendo ſe ſufficienter, poſſunt primum intelligere, quia ipſæ ſunt ſimpliciter effectus primi, Quia igitur intellectus non cauſatur ſimpliciter, ita ꝙ ab illis accipiunt eſſe, ideo non potuit intelligere illas intelligendo ſe. intelligit ergo intelligentias, pro quanto cauſatur ab illis in genere formæ. ipſæ enim perficiunt intellectum eo modo, quo formæ naturales perficiunt materiam, & ideo intelligit illas, pro quãto recipit illas, non dico ſubiectiue, ſed perfectiue, & obiectiue, ſicut dix in quęſtione de intellectu. & ideo intellectio humani intellectus non eſt niſi receptio formarum perfectiue. Et ex his apparet ſecunda quęſtio, & diu ignoraui hoc,

Quanto intelligẽtia eſt remotior a prima, tanto impfectior ẽ & ecõuerſo.

B

C & alias dicam plus de hoc. Et cum omnia hęc ſint declarata, concludit differentiam. d. quare huius ratio. i. forma humani intellectus defectiua eſt, vult dicere eſt vilior intellectus, & hęc fuit differentia. Et poſtquam dixit hoc, concludit aliud de rerum formis. & ſic, vult dicere, eſt, ſicut dictum eſt, ergo eſſe ſenſibiliũ entium multos habet gradus, quorum vilior eſt in materia, nobilior illo eſt eſſe, quod habetur in humano intellectu, & nobilior iſto eſt eſſe, quod habetur in ſeparatis intelligentijs: & adhuc ibi eſt ordo, quod declarat. d. deinde in ipſis ſeparatis intelligentijs dictæ formę gradus habent adinuicem differentes, ſecundum quod differunt illę intelligentiæ adinuicẽ. ecce igitur diſpoſitionem entium.

Sed hic eſt locus quęſtionis: quia videtur ꝙ formæ habent nobilius eſſe in materia, eo quia ibi habent eſſe ſimpliciter. Secundo videtur, ꝙ habent eſſe nobilius in intellectu hominis, & ibi habent eſſe, prout ſunt cauſæ eius in intellectu, prout ſunt cauſatæ. Ad has. ad primam potuit apparere ſolutio ex iã dictis. ſine dubio enim intelligentiæ habent eſſe ſimpliciter melius eis in materia, quam alibi: attamen Auer. loquitur de eſſe in ſe: licet enim eſſe muſcæ ſit nobilius ea, non tamen eſt melius eſſe hominis: & ſic formę naturales ſimpliciter eis habent eſſe melius in materia, licet abſolute eſſe earum in intellectu, & intellectus ſit nobilius, & melius, & hoc totum fuit declaratum ſupra. Ad ſecundam iam apparet ſolutio: eſſe formarum in intelligẽtijs eſt eſſe cauſa rerum, Quęſtio. II.

eo quia illud eſſe nō eſt niſi eſſentia intelligentiarum,quę poteſt producere res, D
& ſic ibi ſunt cauſę. Sed intellecta hominis habent eſſe cauſę in genere formę,
habent tamen eſſe cauſati ſecundum quid.ideo ſimpliciter nobilius eſt eſſe earū
in reliquis.& hoc patet. Et poſtquam tractauit de diſpoſitione intelligentiarū,et
& ordine entium,vult modo tractare de diſpoſitione primi principij,& accipit
primo illud,quod dicit ad primum principium,& ad eius naturam, & dicit rur-
ſus,qñ ipſi ſpeculati fuerunt de corpore ſupercœleſti,inuenerunt ipſum ſecundū
veritatem corpus ſimile vni animali vnum motum vniuerſalē.i.totalem haben-
ti,& intelligit hic per corpus cœleſte,non octauum orbem, nec aliquē aliū, ſed
compoſitum ex oībus orbibus:& declarat illam cōuenientiam.d.ſicut.n.quodli-
bet animal vnum vniuerſalē habet motum.ſ.translationem ſui corporis,ita ſup.
& hic motus,vult dicere circularis vniuerſalis in corpore cœleſti, eſt vnus mo-
tus,qui in ſuprema ſphęra fit.eſt ergo ſimilitudo,ꝙ ſicut animal generabile mo-
uetur vno motu,qui conuenit oībus membris, & toti congregato,ita eſt in aīali
cœleſti.ſ.ꝙ mouetur vno motu totali,qui conuenit oībus mēbris, & toti vniuer-
ſaliter. Deinde exponit alios.d.poſt ea inuenerunt ꝙ alij orbes motus habent
particulares ſimiles oībus partibus mēbrorum vnius animalis. Deinde exponit
diſpoſitionem vnitatis illorum.d.dicunt philoſophi ꝙ colligatione horum corpo
rum inuicem,& reductione ipſorum ad vnum corpus,& vnum finem, eſt conue
nientia omniū in vno opere.ſ.regimine huius mundi: & ꝙ ex hoc ſequitur, ꝙ B
oēs motus cœlorū ad vnum primum reducuntur.et ponit exēplum conueniens.
d.vt vere eſt ſimile reperire in pluribus artibus erga vnum finem tendentibus.
oēs enim illę artes ad vnam & eandem reducuntur,quę eſt princeps aliarum ar-
tiū ſine dubio.& ideo coacti fuerunt opinari, ꝙ illa ſeparata principia ad vnum
ſeparatum principiū reducuntur,quod eſt primum oīum cauſarum, & forma, &
ordo,ꝗ in hoc principio ſunt,nobilior eſt formarū,& ordinū,vult dicere ꝙ cau-
ſę rerum, & ordo earum in primo habent eſſe nobiliſsimum ſimpliciter. & hic
ordo eſt cā,& principium oīum ordinum huius mundi.amplius vult dicere,inue
nerunt ꝙ dictę intelligentię inter ſe differunt in nobilitate ſecundum ſtatum,quē
habent de primo principio in propinquitate, & longitudine.

Quęſtio.12. Sed in his eſt locus quęſtionis. quare, non videtur verum, ꝙ ſimilitudo ſit
conueniens: qm̄ ſedes animę eſt cor ſecundum omnes, quod ponitur in medio
omnium membrorū,& totius. ergo medium oīum orbium, cum dicatur eſſe ſol,
ideo Deus deberet eſſe in orbe ſolis tanquam in ſua ſede. Et vel ſimilitudo non
Poſitio quorundam. eſt conſequens,vel Deus non erit in octaua ſphęra. quod eſt falſum. Hic dixe
runt quidam philoſophi,ꝙ Deus ſine dubio eſt in orbe ſolis propter multa. pri-
Prima ratio mo eſſe in medio,qm̄ de natura principis eſt,vt ſit in medio, vt dicitur in lib.de
Secūda rō. cauſa motuum animalium. modo conſtat inter orbes medium eſſe ſolem. Se- F
cundo,propter dignitatem orbis:quoniam orbis eſt finaliter propter ſtellam,vt
dictum eſt in libro cœli.ideo orbis,qui habet ſtellam nobiliorem, erit nobilior.
Tertia rō. modo conſtat ſolem eſſe nobiliorem omnium, vt apparet apud omnes. Ter-
tio,propter propinquitatem ad nos,propter quos mouetur. oportet enim conſer-
uans,& agens non eſſe diſtans a conſeruato, & acto, vt apparet communiter in
omnibus. propter hęc, & multa alia dixerunt, ꝙ ſol reſpectu totius firmamenti
eſt,ſicut cor:quoniam,ſicut cor eſt fons caloris, ita & ſol: & ſicut cor eſt illud,
vnde omnes virtutes proueniunt in membris animalis,ſic ſol propter lumen,&
alia eſt id,vnde omnes virtutes in reliqua cœleſtia diffunduntur: & ſicut anima
eſt in toto corpore, appropriatur tamen cordi, tanquam parti digniſsimæ, ſic
Deus eſt in toto congregato primo,& appropriatur tamen in ſole, tanquam in
Impugnatio parte principaliſsima. Sed, ſine dubio hęc opinio eſt falſa, & contra philoſo-
phos quidem: quia octauo Phyſi. Ariſt.vt dicit Auer.ibidem comm. 84.deter-
minat ꝙ Deus eſt in maximo circulo,& in ſecundo Cœli,vt dicit ibi commen.
15. determinat quod ſit in Oriente. falſa quidem, vt probatur ab Auerro.12.
Metaphyſi.commen.44.quoniam omnes orbes diurnum motum intendunt, qui
prouenit ab octauo orbe:hoc autem non eſſet,niſi quia ille orbis octauus eſt no-
Secunda. bilior omnibus alijs. Secunda via ſumitur ibidem ex dignitate corporis, &

A magnitudinis : quoniam maiori quanto debet appropriari maior virtus , vt di-
ctum eſt in lib. Cœli, & in lib. Phyſi. modo conſtat octauum orbem eſſe maxi-
mum omnium: ergo ei appropriatur maior virtus . modo declaratum eſt in loco
eius, quod virtus primi eſt maxima. ideo, ſine dubio debet appropriari octaui or
bis ſedi . Tertia via ibidem colligitur : quoniam princeps debet poni in loco Tertia.
digniſsimo : modo conſtat ſuprĕmum locum eſſe omnium digniſsimum , vt di-
cunt: & videmus hoc apud principes huiusmundi, qui ſemper appropriãtur arci,
& caſtris propter nobilitatem eorum . Quarta via eſt ex multitudine ſtella- Quarta.
rum, & nobilitate earum, vt Auer. ibidem dicit. manifeſtum eſt enim illum or-
bem excellere orbem ſolis propter magnitudinem ſtellarum, & nobilitatem ea-
rum, vt Auer. ibidem dicit. manifeſtum eſt enim illum orbem excellere orbem
ſolis propter multitudinem ſtellarum. ibi enim multę ſunt ſtellę, & digniſsimę: et Stellę fixæ
reputo quod omnes, vel multę earum ſint nobiliores ſole: cuius ſignum videtur, motu diurno
eo quia oportet, vt motu diurno omnes ſint prȩſentes cuilibet parti terrę : quod ſemper ſunt
non eſſet, niſi quia virtutibus earum conſeruant mundum: videmus enim ſolem p̄ſentes cui-
per multum tempus diſtare a nobis, & tamen pars, vbi nos ſumus, ſine propin- libet parti
quitate eius ad nos, eſt adhuc in ſui eſſe conſtituta : & hoc ſignificat , quod eſſe terrę.
eius non eſt ita neceſſarium, ſicut eſſe octauę ſphęræ, & ſtellarum eius. Vltra a
B ſigno poteſt ibidem probari: quoniam motus maximus circuli eſt velociſsimus,
& tamen eſt corporis maioris, & hoc non eſſet, niſi ex nobilitate & fortitudine
virtutis: quoniam ex paruitate corporis eſſe non poteſt , ſicut forte accidit in lu-
na : & ex hoc ſcimus quod virtus mouens illam ſphæram eſt fortior omnibus
alijs, & ideo nõ poteſt eſſe, niſi ſit Deus. Ex omnibus his ſequitur, quod octauus
orbis eſt ſimpliciter nobilior omnibus alijs, licet alij inter ſe comparatiue ſint in
nobilitate: quia quidã eorum ſunt nobiliores ſecundum vnum gradum nobilita-
tis, qui tamen ſecundum alium ſunt viliores, vt dicit ibidem Auer. Pro ſolutio-
ne ad rationes alterius opinionis debes ſcire, quod dignitas loci , & magnitudo
corporis ſunt dignitates abſolutę maiores , quam reliquę : & , ideo ſi vnus or-
bis ſit alio dignior in vna dignitate, & alius in illis duabus, ſcilicet loco, & cor-
pore, ſecundus erit ſimpliciter nobilior . Modo ad rationes . Ad primam di- Ad primã.
cendum quod , ſi illa cauſa eſſet vera , tunc Deus deberet eſſe in terra : quo-
niam ibidem eſt maxime in medio , cum medium ſimpliciter ſit centrum mun-
di : ideo dico, quod debet locari in medio alijs ſaluatis, quę reddunt locatum ſim
pliciter dignius , cuiuſmodi ſunt corporis magnitudo , & eius loci ſupremitas.
Ad ſecundam , dicit ibidem Auerro. quod ſol eſt nobilior erraticis, non tamen Ad ſecũdã.
fixis : immo puto quod ſtellę octaui orbis ſint nobiliores ſole , ſaltem quædam
earum . Sed dices , contra : quoniam , ſaltem intelligentia ſaturni erit nobi- Contra.
C lior intelligentia ſolis , & tamen orbis ſolis eſt nobilior orbe illo . Præte-
rea , omnes ſtellæ recipiunt lumen a ſole . vt dicitur in libro de partibus ele-
mentorum . Ad primum dicendum , quod intelligentiæ orbium ſuperiorum Solutio.
ſunt nobiliores , & fortiores propter magnitudinem corporum , & propter ſu-
premitatem loci , quę arguunt eſſe ſimpliciter nobiliores , licet ſol ſit nobilior
ſecundum quid . Ad ſecundum, dixi in libro de ſubſtantia orbis illud eſſe fal-
ſum. & Ariſtotel. intendit quod a ſole ſtellæ intenduntur in lumine: & hoc non
arguit ſolem eſſe nobiliorem niſi ſecundum quid , licet abſolute octaua ſphæ-
ra propter illa ſit ſimpliciter nobilior . Ex his apparet , quod Deus eſt in ma-
ximo circulo, vt dicit Auerro. primo licet ſit in omnibus adæquate, non tamen
primarie : vnde ſicut totum animal eſt adæquatum ſubiectum animæ , & cor Licet Deus
principale : ita totum cœlum eſt ſubiectum adæquatum Dei , attamen principa- ſit adęquare
le eſt maximus orbis . Et ex hoc ſequitur , ꝙ illa ſimilitudo non eſt in omni- in oĩbus or-
bus conueniens , & ſic apparet illud , quod dicit Auerro . ſecundo Cœli com- bibus tamẽ
men. 64. vide ibidem . Et poſtquam dixit totum iſtud , vult declarare diſpo- pricipaliter
ſitionem eius , intelligendo entia , & dicit . vnde primus intellectus non intel- eſt in maxi-
ligit niſi ſeipſum, & intelligens ſeipſum omnia entia intelligit , ſed in nobiliori mo circulo.
eſſe, & ordine, qui eſſe poteſt. Deinde innuit differentiam inter primum, & reli-
qua, d. ſubſtãtia tamen dicti primi intellectus poſterioris, id eſt, reſpectu poſterio-

ris,vel qui intelligit poſterius,& id,quod intelligit de formis,& ordinibus in pri D
mo intellectu exiſtentibus:& dicta ſeparata intelligentia adinuicem differunt in
hoc puncto,vult dicere ſecundum diuerſitatem graduum : propter quod conclu-
dit.d.ſequitur ꝙ nullus infimorum intelligit de nobiliori illo.i.intelligit nobi-
lius eo,ꝙ ille nobilior,i.intellectus primi intelligit de ſeipſo,vult dicere ꝙ nul-
la intelligentiarum poteſt intelligere melius Deo,nec intelligendo ſe,nec intel-
ligendo aliud intelligendo ſe,non,quia nulla eſt nobilior Deo:nec intelligendo
aliud,quia nihil Deo eſt melius,& nobilius,nec e conuerſo:vult dicere, nec in-
ter ſe intelligunt in vno,& eodem puncto idem intelligibile.ſ.ꝙ quęlibet intel-
ligentiarum entia intelligit in vno,& eodem gradu:cuius rationes ponit dicens,
ſi enim ita eſſet,ſequitur quod eſſet vnum,& idem,& non differunt numero.con
cludit concluſionem.d.vnde,i.ergo hoc modo.ſ.ſecundum gradus differunt,Sed
in iſta concluſione Ioan.tertio de anima laborauit, & ego in expoſitione quinti
commenti dixi id,quod mihi apparuit,attamen,pro nunc videtur mihi quod iſta
ratio ſuſtenietur in duabus propoſitionibus:quarum prima eſt,quod actus purus,
cui nulla potentia,nec imperfectioni, nec receptionis eſt admixta , non eſt plus
vno in ſpecie,vt declaratum eſt primo Cœli commento. 90.vel.9.quoniam duo
indiuidua eiuſdem ſpeciei vere ſunt corruptibilia,et actus purus non eſt corrupti
bilis:ergo in ſecunda figura non poteſt eſſe plus vno in ſpecie : & maior huius
proſyllogiſmi eſt manifeſta,quoniam multitudo numeralis eſt per materiam ali B
quo modo,vt dixi in multis locis:& ſic apparet propoſitio principalis.ſ.ꝙ actus
purus non eſt plus vno in ſpecie,ſecunda propoſitio eſt conceſſa ab aduerſario.ſ.
ſed intelligentię ſunt actus puri, quibus non eſt admixta potentia imperfectio-
nis, nec receptionis:ergo omnes ſunt vnum numero,& non differunt, quod erit
conſequens: & quia conſequens eſt impoſsibile,oportet vt minor ſit impoſsibi-
lis,quia maior eſt nota per ſe.& ideo dicit Auer.tertio de anima, cõmento quin-
to.quod declaratũ eſt in prima philoſophia,quod nulla eſt forma liberata a po-
tentia niſi forma prima,quę nihil intelligit extra ſe,ſed eſſentia eius eſt quiditas
eius,alię autem formę admiſcẽtur in quiditate,& eſſentia quo quomodoq; & hoc,
quod dixit eſſe dictum in Metaphyſica, forte innuit.12.illius tex. commen,51.
vbi declarauit quod Deus nihil intelligit extra ſe, & forte innuit textum com-
menti.37.vbi declarauit quod Deus eſt ſimplex, quia mouet reliquas intelligen
tias.& forte ex his duobus erit declaratũ illud,& tu vide tertio de Anima, quia
declaraui totum iſtud. Et poſtquam dixit hoc,dicit, & dicunt prędicti philoſo-
phi,quod primus non intelligit,niſi ſeipſum:& primus intellectus , qui procedit
ab eo.ſ.ſecunda intelligentia,quę intelligit primum , quia cauſatur a primo,non
intelligit eo poſterius,quia cauſatus eſt,vult dicere ab illo, & ſi intelligeret eũ,
rurſus eſſet cauſatus a cauſa,vult dicere alia a prima:& forte hęc verba ſunt col F
liganda cum illis.ſ.& dicunt ꝙ primus non intelligit,niſi ſeipſum,& ſi intellige
ret eum.i.aliud ab eo,rurſus eſſet cauſatus a cauſa : & ſic ordo eſt præpoſterus,
& ambo ſermones ſunt veri in ſe:& poſtquam dixit hoc,complet id.d.& etiam
dicunt quod id,quod intelligit primus de ſeipſo,eſt omnium entium cauſa,& id,
quod intelligit quilibet poſteriorem de primo,eſt quodammodo,quod eſt cauſa:
vult dicere quaſi cauſa:& quod eſt.i.quodammodo cauſa ſuiipſius:& quomodo
ſit hoc,eſt dictum in alijs ſupra . Sed pro hoc, in vltimo dicto debes ſcire quod
id,quod intelligit ſecunda intelligentia,& ſic de alijs,eſt inquantum intelligit ſe
cauſatam a prima:& quia eſſe eius eſt cauſa poſteriorum , ideo intelligendo ſe,
quaſi eſt cauſa reliquorum,& cauſa ſui:quoniam,inquantum intelligit ſe, inquan-
tum cauſatur a prima: & ideo , quodammodo eſt cauſa propriorum per id, quod
intelligit de primo,& cauſa ſui:& hoc eſt manifeſtum per ſe;& poſtquam decla
rauit ibi totum hoc tam in diſpoſitionibus generabilium,quam æternorum,quã
ſeparatorum dicit . & hoc modo debent philoſophorum opiniones in pręmiſsis
intelligi,& in motoribus,ideſt argumentis eorum ad omnia prędicta. Et quan-
do diligenter inſpiciuntur, reperiuntur in ſublimiori gradu ſufficientię,i.certitu-
dinis,maxime reſpectu motorum.i.omnium loquẽtium,pręſertim ſaracenorum:
vt ſunt.ſ.cuiuſmodi ſunt duę ſectę,quę dicuntur Mohanzela, & Asharia:& po-
nit opinio-

A nit opiniones harum. d. quæ in primo principio opinantur quod in mundo eſt vna ſubſtantia incorporea, nec in corpore conſiſtens, & eſt viua, volens, ſciēs, potens, loquens, videns, & audiens. ſed Aſſaria, vult dicere ſecunda ſecta, expreſſe opinatur quod hæc ſubſtantia ſit efficiens omnia entia abſque aliquo medio, & ſit in eis infinita ſcientia, prout entia infinita ſunt, quæ ſupple, vno actu intelligit: & negant hinc cauſas eſſe in rebus inferioribus, vult dicere quod auferunt virtutes cauſatiuas a rebus, & dicunt quod ex ſubſtantia reperitur cum qualibet re adiungentibus adiunctione eſſentiali, vult dicere quod iſta eſt innata cum omnibus rebus eſſentialiter: hæ igitur ſunt duæ ſectæ, quas hic adduxit Auer. vt vides in diſpoſitione primi principij. Poſtquā adduxit illas, vult remouere illas, & arguit contra eas. & primo contra primam. Et ſyllogiſmus componitur ſic: omnis ſubſtantia incorporea viuēs, videns, & reliqua, eſt generis aię: ſed per loquētes ſuæ legis prima ſubſtantia eſt viuens, & reliqua: ergo eſt generis animæ: cuius contrarium opinati ſunt: vnde. d. & non eſt dubium ꝙ multa inconuenientia ſequuntur hanc opinionem, eo quod ens, quod tale eſt, vult dicere ſubſtantia incorporea viua, & reliqua, oportet neceſſario quod ſit de genere animæ: hæc eſt vis maioris, cuius cauſam. d. anima enim eſt ſubſtantia incorporea viua, ſciens, potens, volens, audiens, & loquens. Deinde infert concluſionem. d. ergo iſti ponunt entium principium animatum, vniuerſale, ſeparatum a

B materia, & ipſi non putant etiam opinari illud. Deinde arguit contra aliud. d. vnde dicemus dubia ſuper hos errores cadentia: cuius fortius eſt id, quod opinati ſunt de Dei & nominibus. i. attributis: ipſi enim dicunt, quod hæc eſt quædam ſubſtantia antiqua, compoſita: ſed ſecta ashariæ, vel aſſariæ hoc negant: ipſi. n. dicunt quod quælibet compoſitio eſt noua: vnde ſyllogiſmus ſic componitur: omnis compoſitio eſt noua: Deus eſt compoſitus: ergo eſt nouus: maior pro ſyllogizatur: omne accidens nouum eſt: compoſitio eſt accidens, ſcilicet ipſis partibus. ideo maior manifeſta. quomodo hæc ratio ſit vera, dictū̄ eſt 2, Meta. commen. 39. & nolo plus immorari in hoc. Et poſtquam dixit hoc, ponit alia, quę cō cedit ſecta illa, & dicit, opinantur cum hoc, quod omnia entia ſunt irregularia: ſcilicet, quæ non ſunt ſub terminato ordine naturali, vult dicere ſecundum ſuas naturas, nec ſub miniſtratione cuiuſdam ſapientiæ dantis entibus determinatā menſuram: ideo opinantur quod quodlibet ens aliam naturam habere poteſt prę ter illam, quā habet: & hoc. i. ordo, & menſura, & natura determinata ſequuntur eos. i. illa entia neceſſario in intellectu, vult dicere, pro quanto proueniunt ab intellectu. Et videtur mihi quod potentia ſyllogiſmi iſtorum ſit in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt: omne ordinatum terminatum in natura, & menſuratum in debita menſura in ſui natura, non ordinatum, nec terminatū in

C natura, nec menſuratum in debita menſura, ab alio intellectuali ordinatur, & terminatur in natura, & in debita menſura ponitur: hæc propoſitio eſt manifeſta per ſe: ſecunda eſt, quod nulla res eſt ordinata, nec naturæ terminatæ, nec in debita menſura exiſtens, vt accipiunt & credunt: ideo concluſerunt ordinem, & terminationem, & menſuram in entibus eſſe a virtute aliqua intellectuali: & nō apparuit eis alia, niſi primi principij; propter quod addit Auerro. licet videant quod effectus mundi ſequitur ordinem, & regulam, vult dicere primi principij. Deinde ponit alia, quæ dicunt. d. & vocant eum ordinem ſapientiæ, & ipſum exiſtens ſapiens, aſsimilant opera naturalia ad voluntaria, & dicunt quod quilibet actus, id eſt effectus, inquantum actus, procedit ab agente volente, viuo, et ſapiente, & dicunt quod actionis natura, inquantum actio, infert hoc, id eſt eſſe ſapientia. Deinde probat ſecundum eos, vnde Deus eſt viuens. d. i. & allegāt in hoc dicentes quod id, quod non eſt viuum, eſt mortuum: & de mortuo nullum opus procedere debet, & vult dicere quod propter hoc oportet vt Deus ſit viuens, & negant opera procedentia naturalibus virtutibus, vult dicere, quia omnia ponunt, in poſſe Dei, & ideo negant quod res viuę nobis præſentes opera habeant, & dicunt quod hæc opera nobis apparentia adiunguntur viuo, vult dicere Deo primo viuorum: & licet appareat quod corpus brutum ea agat, non eſt dubium quod procedant a corpore viuo, occulto: & ideo ſequitur eos, quod

nulla vita ſit præſens, vult dicere in rebus ſecundum earum naturas. hæc ſunt iſta, quæ iſti loquentes concedunt. Et poſtquam dixit totum hoc, videtur adducere vnum, quod apparet ei inopinabile inter alia plus, & d. rurſus valde mirandum eſt de eis, qualiter talia incongrua & inconuenientia poſſunt opinari, quia ſenſibiliter reprobata ſunt, videlicet, quod nulla ſit vita præſens, vult dicere quod dicere nullam vitam eſſe in rebus, hoc reprobatum eſt ſenſibiliter. Deinde complet illud, quod dicunt, d. qualiter tamen principium agens, ſeu efficiens aſſerunt hac via, quaſi dicat, dubium eſt: ipſi poſuerunt quod quodlibet innouatum habet innouantem, vult dicere, quilibet effectus nouus habet agens nouum: & eſt impoſſibile quod hoc procedat ad infinitum, ergo oportet neceſſario quod hoc perueniat ad innouans antiquum, id eſt, agens antiquũ. D. modo Auerro. & nos dicimus quod hoc eſt verum: ſed, non ex hoc ſequitur quod agens ponatur incorporeum, & ideo oportet applicare eos ad hoc vnam aliam propoſitionem, ſcilicet, quod omne corpus non eſt antiquum, vult dicere, nullum corpus eſt æternum: & tunc oportet addere quod Deus eſt æternus: & concluditur in ſecunda figura, ergo Deus eſt non corpus. Et poſtquam dixit totum iſtud, vult dicere de eo aliqua, & primo dicit: & eſt notãdum quod hanc opinionem, vult dicere, illud totum, quod dictum eſt: vel forte intendit per hanc opinionem, ſcilicet illud vltimum, quod dictum eſt per ſyllogiſmum in ſecunda figura, videlicet, quod Deus ſit virtus extra corpus plurimi ſequuntur. Deinde apud me, vt mihi videtur, remouet quaſi dubium contra illũ, & dixit, dici enim poteſt, vult dicere quod ſi Deus generat corpora cœleſtia, dici põt quod innouãs. i. agens eſt corpus antiquum, nudum ab omnibus accidentibus, vult dicere nouis: vel per accidentia intendit motus, ita quod ſit ſenſus, quod Deus ſit corpus immobile ſimpliciter. vel intendit id, quod vobis placet. Ex quibus, vult dicere, propterea quia ipſi probant quod corpora cœleſtia ſunt innouata; virtus ergo quæſtionis eſt: ex quo iſti ponunt corpora cœleſtia eſſe generata: & generatio omnis eſt ex corpore: ideo ſequitur id, quod dictum eſt. Et ſyllogiſmus quæſtionis poteſt ſic componi: omne generans eſt corpus agens: primum eſt generans, eo, quia apud eos generauit corpora cœleſtia: ergo primum agens eſt corpus: ſed hæc litera poteſt aliter intelligi, vt velit ponere opinionem, quæ dicit Deum eſſe corpus, & tunc non dubitauit, ſed ponit opinionem, & cauſam opinionis. & tunc vult dicere, quod hanc opinionem, ſcilicet quod Deus ſit corpus, multi ſequuntur: quia aliter non pateſieret mundum habere agens: opinatur enim quod omne agens ſit corpus, & tunc determinat quale corpus ſit illud, & dicit: dici enim poteſt quod eſt corpus ſimplex nudum ab accidentibus: differt ergo ſecunda expoſitio a prima: & prima vult quod Auerro. dubitat contra illos loquentes, ſecunda vult quod determinando loquitur. Deinde addit, & poſito ab eis quod cœli generentur, & attribuunt eis generationem modo inconſueto in corporibus inferioribus, videlicet quia ipſi dicunt cœlos generari, nec de re, nec in tempore, neque in loco: hæc ſunt verba eius. & videtur mihi quod poſſunt intelligi duobus modis: primus modus eſt, quod ſit ſolutio primæ dubitationis ſecundum primam expoſitionem: & ſecundum hoc vult diſtinguere generationem, ſcilicet & quædam eſt in tempore, loco, & ex materia: vt dictum eſt lib. Phyſi. quædam autem eſt ſine materia, & non in loco, nec in tempore, immo apud plures appellatur ſimplex emanatio. Ad formam quæſtionis dicendum quod, ſi maior intelligit primo modo, eſt vera, & tunc minor eſt falſa: ſed, ſi maior intelligit ſecundo modo, eſt falſa, & minor vera in ſe. hic igitur eſt primus modus intelligendi verba iſta. ſecundus modus eſt, quod ex his velit remouere dubium, ſi tenetur opinio, quæ dicta eſt in ſecunda expoſitione: quoniam poſſet quis dicere ꝙ falſum eſt, Deum eſſe corpus ſine accidentibus, ſicut dictum fuit, immo oportet vt habeat accidentia: eo quia omne corpus generans habet accidentia, quibus poteſt tranſmutari: Deus eſt corpus generans: ergo in prima figura Deus habet accidentia, quibus poteſt tranſmutari. & ſolutio innuitur his verbis, ꝙ maior eſt vera de generatione primo modo, nõ ſecundo modo, vt dictũ fuit in ſolu-

A tione queſtionis primę expoſitionis. Et quia dixit corpora cœleſtia generari, nõ de re, nec in tpe, nec in loco, exponit quid eſt generatū de re in tẽpore, & in loco, & d. in corporibus, id eſt nobis præſentibus nulla ſit generatio totaliter, ſ. ex nihilo, & dicit, videlicet attribuũt mundo agentẽ ſimilẽ agenti rerum nobis pręſentiū: ſic reperitur in exẽplari meo: & forte litera eſt diminuta, & debet ſtare, videlicet quia non attribuitur, &c. et tunc hoc, quod diminutū eſt cauſa eius, quod dixit, & eſt manifeſtū per ſe. & forte litera põt ſtare, & tũc intẽtio eſt q Deus, qui facit generationẽ, totaliter eſt ſimilis agẽti nobis pręſenti aliqualiter, licet ſit differens, quod declarat. d. agens nanque nobis præſens agit ſine dubio alterãdo ens in quadam diſpoſitione. i. forma ad aliam, non de priuatione ſimpliciter ex nihilo ſimpliciter adeſſe: immo expoliat eum, id eſt ſubiectum de ſuo indumento formali, & induit eum alia forma. & ideo opinati ſunt antiqui, quod ens abſolute, id eſt ſimpliciter non generatur, nec abſolute corrumpitur. eſt ergo ſenſus, quod agens hic præſens non eſt agens eſſe ſimpliciter, ſed hoc eſſe. vnde ſor. generãs nõ ſimpliciter eſt cauſa: quia Plato ſit ens, ſed quare forma Platonis fuit in materia: ideo eſt generatio ex ente ſuppoſito: Deus aũt eſt cauſa entis ſimpliciter: propter quod dicit quod antiqui ſunt opinati, quod nihil ſimpliciter generatur, id eſt, ex puro non ente, immo quidã dixerunt hominem fieri ex homine, & quod generatio nõ eſt, niſi exitus, vt dicit Anaxa. quidam B dicũt generationẽ eſſe congregationem, vt Democritus; & hæc ſunt iã dicta in libro Phyſi. & dat cauſam illius, quod dixit, ſcilicet quod cœli non generantur generatione famoſa, & dicit: vnde conceſſo ab eis quod cœli innouantur, nequeunt declarare, quod fuit primum innouatorum: mihi videtur quod velit dicere quod, ſi cœli generẽtur generatione proprie dicta, eſſet proceſſus in infinitũ in generabilibus, & ſic nõ daretur primũ innouatorũ, immo erit ire in infinitũ: & hoc iam declarauit, & maxime in primo Cœli commen. 33. Deinde exponit quomodo hoc agens primũ non comparatur effectibus ſecundũ vnũ modũ: & videtur mihi qđ apud illos actum eſt duobus modis, ſcilicet cõpoſitũ ex materia & forma, & ſimplex & indiuiſibile, ſicut intellectus, & intelligentiæ, & corpora cœleſtia, quæ materia carent: modo vult iſta opinio qđ agens illud, ſi cõparetur ad effectum primo modo, non creat illud, ſed tñ facit materiã & formã vniri, ſi comparetur ad effectum ſecũdo modo, dicit qđ illud creat ex nihilo & hoc dicit: ſed agens apud eos materiã & formã facit generaliter, vult dicere tantum, ſi opinati ſunt ipſum habere materiam, id eſt, ſi factũ eſt cõpoſitũ: aut facit eũ totaliter, id eſt, ex nihilo, ſi factum fuerit ſimplex, ſicut opinati ſunt de parte indiuiſibili, ſicut eſt anima hominis. Et poſtquã dixit hoc: arguit contra illud. d. & ſi ſit hæc ſpecies agentis, permutat priuationẽ, id eſt, purũ nihil ad eſſe in generatione, videlicet, in generatione ſubſtantiæ indiuiſibilis, quæ apud eos C eſt corporũ elementũ, id eſt, pars integralis, ſicut eſt anima intellectiua, & permutat eſſe ad priuationẽ, quãdo illa pars indiuiſibilis corrũpitur: & huius argumẽti potentia fuit entimematis: cuius conſequens deſtruit. d. & eſt manifeſtum, quod nullũ cõtrariũ ad ſuum contrariũ cõuertitur: & ideo priuatio nequit, id eſt, non poteſt cõuerti ad eſſe: cuius exẽplum ponit. d. quia calor non poteſt ad frigiditatẽ conuerti, & d. ſed priuatũ reducitur ad eſſe, & calidũ reducitur ad frigidum, & eſt concluſio: videtur mihi quod poteſt intelligi duobus modis: primus eſt, quod vnũ contrariũ non poteſt conuerti, ſed bene priuatum, & poſitiuũ poſſunt reduci ad ſua contraria, licet non conuerti in naturam aliorum, & ecõuerſo: vel litera eſt diminuta, & debet legi: ſed quod priuatum reducatur ad ens, & calidũ reducatur ad frigidũ, & econuerſo, eſt impoſsibile: & tunc reduci idẽ eſt, quod conuerti: & ſermo vtroque modo manifeſtus eſt per ſe.

Sed accidit locus queſtionis: qm̃ Auer. habet quod conuertitur id, qđ videtur neceſſariũ: quod. n. vnũ oppoſitũ cõuertatur in naturã ſui oppoſiti non incõuenit: quoniã Sortes in potẽtia fit Sortes in actu: & etiã nullũ inconueniẽs videtur, ſi conuertatur illo nõ permanenti: vnde calidũ conuertitur in frigidũ calido corrupto ſine dubio: ſic põt dici in propoſito. Dicendũ pro Auer. quod ipſe ſupponit, quod in omni tranſmutatione eſt ſubiectum recipiens terminum, vt Dubitatio. Solutio.

alias declaraui:modo arguit ſic:ſi ex nihilo aliquid ſit factum, & habet ſubie- D
ctum,oportet vt eius ſubiectũ ſit ipſa ſimpliciter priuatio, & tunc pura priuatio conuertitur in naturam entis receptiue cum eius permanentia:& hoc intendit Auerroes:id autẽ,quod dictum eſt,nihil eſt:quoniam,ſi calidum in frigidum tranſmutatur,illud eſt,quia calidũ actu eſt potentia frigidum ratione materiæ, & ſimiliter de Socrate in potentia:ſed quod calidum conuertatur in naturã frigidi,ſicut natura materiæ in naturam formæ recipiendo illam,ſine dubio eſt error purus:& hoc eſt in primo Phyſic.commẽ.71.& ego expoſui illud in libro de intellectu. Et debes ſcire quod hæc ratio tenet ſuppoſitis principijs Auerrois:ſed,ſecundum nos non eſt dicendum omne factũ indigere materia:& poſtquam reprobauit illam,dicit confirmationem ſui argumenti,ex hoc,quod cogit alios alterius ſectæ,& dicit: & ideo dixit Mohanzela,vel Mohatinilla, id eſt, alia ſecta loquentium,quod priuatio eſt quædam ſubſtantia,ſed putat quod ipſa ſubſtantia ante mundi creationem nuda erat denudatione eſſe:ecce igitur, quomodo argumentum Auerrois valoris fuit maximi: quoniã,propter ipſum oportet illos dicere illam ſecundam opinionem mirabilem: & poſtquam dixit hoc, vult remouere rationes illorum, & dixit; & notandum quod auctoritates, ex quibus meditantur quod res ab aliqua re non fit,id eſt, quod detur creatio ex nihilo,erroneæ ſunt:& fortior illis eſt illud,quod dicunt,ſcilicet quod,ſi ſemper res de re deberet fieri, procederet ad infinitum: & conſequentia eſt manifeſta E
per ſe apud eos:quoniam,vel oportet venire ad primum generatum ex nihilo: vel ſemper quod generatur,ex ente priori generatur:ſi primum,habeo propoſitum:ſi ſecundum,cum illud eſſe in potentia non ſit niſi materia,quæ non poteſt ſtare ſine forma,ideo ante factum fuit ens actu: ergo illud non fuit primum, & ſic de illo erit,& tandem in infinitum ibitur, ideo conceſſerunt primum hominem,vt dicit Auerroes in libro Phyſi.Reſpondet:ſicut dixit eis.5.Phyſi. commen.13.& in 8.illius commen.47.& in prima diſputatione huius, in ſolutione ſexti dubij,& dicit,ad hoc reſpondendum eſt,quod hoc impoſsibile eſſet, ſi generatio procederet recte:quia ſequitur ex hoc reperiri infinitum in actu,ſed circulariter non eſt impoſsibile:quod exponit dicens,videlicet, quod ex aere fiat ignis,& ex igne aer ad infinitum circulariter cum æterno ſubiecto.

15.queſtio. Sed in hac ſolutione eſt locus quæſtionis,quomodo valeat illa conſequentia:ſi generatio entium procederet recte;ergo eſſet actu infinitum: quoniã Poſſet quis dicere,quod aer fit ex igne,& ignis ex quinto corpore,& quintum corpus ex ſexto,& ſic in infinitũ,non tamen cum permanẽtia eorum: ſed iſtud declaratum eſt in ſecundo perygeneſeos commen.36.& videtur mihi quod poteſt primo deduci accipiendo propoſitiones ibidem declaratas: quarum prima eſt,quod ſi ignis fit ex alio elemento,vel corpore, oportet vt contrarietur illi, F
vel ſecundum omnes qualitates,vel ſecundum alteram. Verbi gratia, ſi ignis fit ex aqua,planum eſt quod ignis contrariatur ei ſecundum ambas qualitates, & ſi ignis fit ex aere,tantum in vna ei contrariatur. Et ſecunda propoſitio eſt, quod ſi vnum contrarium eſt in rerum natura,oportet & reliquum: & hoc intelligit bono modo,ſicut dicam loco eius:& hanc declarauit Auerroes.2. Cœli commen.18. Et in his deducitur conſequentia duobus modis: & prima deducitur:quoniã,ſi ignis fit ex corpore quinto,tunc contrariabitur illi ſecundum vnã qualitatem,vel ſecundum ambas:ſi ponitur ſecundum vnam,et quintum corpus fit ex ſexto:tunc oportet vt ignis conueniat ei cum illo ſexto, & contrarietur, vt ibidem declaratum eſt,ideo ibidem concludit Ariſt.tex.illo:quod, ſi infinita eſſent elementa,infinita eſſent contraria in vno elemento,vt apparet, vide ibidẽ. Ex ſecũdo poteſt argui ſic:ignis eſt:ergo quintũ corpus eſt,quod eſt ſuũ cõtrariũ per ſecundam:& eadẽ ratione:ſi quintũ eſt,erit & ſextũ:& ſic,ſi daretur generatio in directũ,erit ire in infinitũ,vt apparet:& ſic,aliqualiter eſt declarata conſequentia iſta:ſed melius ibidẽ exponitur,pro nunc ſit dictum in tantum. Et poſtquã reſpondit ad hanc,vult dare ſolutionem alterius, & dicit, & fortior opinio,id eſt,& fortius argumentum probabile ad aſſerẽdum quod totum vniuerſum innouatur, tale eſt, & ſyllogiſmum ponit in forma ſic: illud, quod cuą

A dere nequit a nouitatibus,eſt nouum:ſed totum ſic ſe habet, vult dicere, quod non poteſt euadere a nouitatibus:ergo,&c.id eſt, ergo eſt nouus: ſed Auerroes redarguit iſtud,declarando non concludere quod volunt,& dicit, ſed nos dicimus quod in hac probatione maxima eſt comprenſio:ipſi enim non dicunt qđ illud,quod non euadet a nouitatibus in præcedenti, ſit nouum de nihilo: vult dicere quod non concludit argumentum,quod mundus ſit ex nihilo: quia deberet ſumere in maiori,omne nouum ſit ex nihilo:quod eſt falſum ideo non concludit mundum eſſe ex nihilo, & tamen ponunt quod totum innouatur de nihilo: & poſtquam arguit cōtra maiorem,arguit contra minorem:eſt enim minor, qđ vniuerſum totum eſt nouum:contra arguit.d.Præterea,illud ſubiectū, qđ apud eos prima materia vocatur,non euadet de corporeitate,vult dicere, eſt ſemper ſub forma corporis,& corporeitas abſoluta apud eos non innouatur: quoniam corpus ſub ratione,qua corpus ,eſt ſempiternū:& per conſequens falſum eſt, quod vniuerſum ſit nouum: quia,tunc ſingulum eius eſſet nouum cuius contrarium dicunt,vel ſequitur ad eos.Deinde verificauit maiorem taliter,qualiter nō eſt ad propoſitum eorum dicens,& propoſitio dicta ab eis ꝙ id, quod non euadet a nouitatibus,eſt nouum,id eſt,in tempore factum,non eſt concedēda, vult dicere abſolute, niſi de eo,quod non euadet de vno innouato, vult dicere, niſi ſit innouatum ſine materia:ſed id, quod non euadet a nouitatibus in vna gene-

B ratione principium non habentibus,vult dicere,quæ nouitates non habēt principium,non ſequitur eo,quod ſubiectū eorum nouitatum ſit nouum : vult igitur dicere, quod duplex eſt nouum:quoddam factum ex materia in loco,& in tempore:& quoddam factum nouitate carente principio materiali, & loco, & tempore:dico ergo quod maior debet ſic verificari:omne nouū nouitate primo modo fit in tempore,ſed nouitate ſecundo modo non oportet:& per hoc habetur ſolutio ad argumentum ad formā. Et poſtquā ſoluit iſta duo motiua iſtius ſectæ, ſoluit motiuum alterius ſectæ, & dicit:quia loquentes idcirco, videlicet, de ſecta Aſſariæ conati ſunt applicare ad prædictam propoſitionē aliam, videlicet, quod impoſsibile eſt inuenire nouitates infinitas, vult dicere effectus infinitos vnus poſt alium, ſcilicet principium,nec finē habentes,ſoluit.d.& hoc eſt apud philoſophos neceſſariū:& poteſt intelligi hoc, ſcilicet quod non procedatur in infinitū, eſt apud philoſophos neceſſarium:qm̄,ſecundum philoſophos nō proceditur in infinitum,ſcilicet in eſſentialiter ordinatis,& poteſt intelligi:& hoc, id eſt,ire in infinitum eſt neceſſarium apud philoſophos:concedunt enim in accidentaliter ordinatis ſucceſsiue proceſſum in infinitum:& addit, patet ergo qđ hoc inconueniens,& multa alia ſequuntur loquentes,& eorum ſequentes: & ſunt ſine dubio pluſquam inconuenientia philoſophos ſequentia: & forte vult

C dicere,quod patet hoc, ſcilicet proceſſum in infinitum in eſſentialiter ordinatis ſequitur ad loquentes:quoniam,vt declaratum eſt,omne generatum nouiter eſt ab alio nouo generato,& ſic in infinitum:vel poteſt intelligi quod hoc,ſcilicet illud,quod dictum eſt,iam ſequitur loquentes:& inconueniens fuit,quod natura non entis mutetur ad naturam entis,& multa alia, quæ tibi dicta ſunt. Et forte intendit aliud,ſed non curo: & poſtquam dixit hoc, reprehendit eos in alio.d. rurſus dicimus quod id,quod poſuit, videlicet,quod vnum & idē, quod primum principium eſt, efficit omnia mūdi entia abſq; aliquo medio,poſitio falſa eſt, et contra ſenſum,ſcilicet quod nos inuenimus in mundo multa entia minime agentia:vel forte iſta litera debet ſic legi.rurſus dicimus quod id , quod poſuit quod vnum & idem,quod primum principium eſt,efficit omnia mundi entia, ſcilicet quod,pro quia nos inuenimus multa entiā minime agentia,id eſt,quæ nullo modo agunt,eſt contra ſenſum,quia videmus ignem agere,& reliqua vel litera eſt corrupta,& debet intelligi quod nos inuenimus multa agentia ipſorum entibus & tunc lymine,eſt ſuperfluum,& quomodocunque,ſenſus eſt vnus, ſicut apparet in ejus verbis.Et poſtquā dixit totum hoc, vult diſſoluere aliud motiuum,& dicit,ſed fortior allegationibus eorū.i.fortiſsima argumentatio eſt ſuper hoc, qđ ſi agēs actus eſſet, vult dicere eſſet effectus,procederetur neceſſario ad infinitū, Dubi.
vult dicere qm̄ ageret inquantū cauſatus ab alio,& eadem ratione illud; quod

cauſauit ipſum,& ſic inde. Reſpondet.d.ſed nos dicimus quod hoc bene ſequę- **D**
tur,ſi agens eſſet agens inquantum actus,id eſt,cauſatus,& mouēs eſſet mouēs;
inquantum mobile: ſed non ſic ſe habet,immo agens eſt agens inquantū eſt ens
in actu:quare priuatum,id eſt,ens in potentia,non agit aliquid:& ex hoc ſequi-
tur ſine dubio quod agentia proueniunt ad vnum agēs,quod nullum in eo agit,
immo eſt omnino,& ſimpliciter immobilis,& incauſatus, & omnia cauſans:

Agens agit, inquātū eſt ens in actu.

Debes ſcire,quod agens non agit inquantum non ens priuatum,nec inquantum
ens factum,ſed inquātum ens in actu: iſto modo enim eſt ratio communis enti-
bus ſeparatis,& materialibus:ideo argumentum illorum nihil eſt. Et poſtquam
remouit opiniones loquentium,et eorum argumenta,recapitulat illa,quæ dixit;
& ordinat ſe ad dicenda,& excuſat ſe de ſuo modo dicendi, & ſermo ſuus eſt
manifeſtus per ſe. Et cum fecerit hoc, ſtatim incœpit ſoluere argumentū Al-
gaze. & dicit: facta igitur hac excuſatione,dicimus quod id, quod dixerat Al-
gazel, videlicet, quod ſi ſupremum principium tantum ſeipſum intelligeret,
ignoraret omnia,quæ creauit: bene ſequitur, ſi illud, quod intelligit de ſeipſo;
eſſet aliquid præter entia abſolute: ſed illud,quod ponunt, vult dicere philoſo-
phi,ſcilicet quod illud, quod intelligit de ſeipſo, ſunt entia in nobiliori eſſe,
quod fieri poteſt,ſcilicet quod ipſe eſt intellectus,qui omnium entium eſt cauſa,
non quod ipſe intelligat entia abſolute, ſcilicet inquantum ſunt eſſe, quod ipſe
ea intelligit, ſicut noſter intellectus ſic ſe habet:& exponit illud.d.& intendit, **E**
ſcilicet philoſophi dicere, quod ipſe Deus entia poſteriora ab eo non intelli-
git eo modo, quo nos ea intelligimus,immo modo, quo nullus intellectus præ-
ter eum ea intelligere poteſt:hoc autem probat.d. ſi enim alius intellectus entia
intelligeret illo modo, quo Deus benedictus intelligit ea,ergo communicaret
cum eo in ſui natura:quod eſt falſum:quoniam, tunc darentur duo prima prin-
cipia ſimpliciter æqualis perfectionis:eo quia ſcientia,& ſcitum in primo vniū-
tur omnibus modis: ideo, ſi eſſet aliquod ſciens ſcientia Dei, & ſecundum mo-
dum eius præciſe, ſine dubio eſſet alius Deus eiuſdem rationis cum eo: propter
quod concludit.d.& eſt manifeſtum quod Deus ab alijs in hac proprietate dif-
fert expreſſe,& inde vlterius concludit aliud,d. & ideo cauemus nobis conce-
dere,quod de ſcientia ſit vniuerſalis, nec particularis: cuius rationem ponit,
quæ debet ſic componi.ſcientia vniuerſalis, & particularis cauſantur ab enti-
bus, & ſunt generabiles & corruptibiles, hæc eſt maior: ſed ſcientia Dei nec
cauſatur a rebus, nec eſt generabilis,nec eſt corruptibilis:ergo in ſecunda figu-
ra, ſcientia Dei nec eſt vniuerſalis,nec particularis: & hoc diffuſius tractabi-
mus in ſequentibus, quando tractabimus de ſcientia Dei. Deinde aliqualiter
declarat iſtud d.dicimus tamen ad præſens, quod hæc quæſtio duo habet mem-
bra.quorum vnum eſt, quod ſi ipſe Deus intelligeret entia, prout ſunt eſſe ip- **F**
ſius,ſequitur quod Dei intellectus eſſet generabilis,& corruptibilis. & compo-
nitur ſyllogiſmus ſic: omne cauſatum ab alio eſt generabile & corruptibile:
per te,intellectus diuinus cauſatur a rebus: ergo erit generabilis & corruptibi-
lis. Deinde infert ſecundum.d. & quod nobilior ex viliori perficeretur. & ſyl-
logiſmus componitur ſic. Deus eſt nobiliſsimum: Deus perficitur per ipſas
res generabiles viles:ergo nobiliſsimum perficitur a vili. Deinde arguit dicēs,
vnde,ſi ens ſubſtantia ab intelligibilibus rerum,& earum ordine differret: er-
go oporteret dare huic intellectum,qui non eſt comprehenſio formarum entiū,
ſicut in ſe in gradu,& ordine:vult dicere,ſi litera non eſt corrupta,quod formæ
rerum non eſſent comprehenſæ in gradu aliquo,nec in ordine aliquo: & ſic eſ-
ſent inordinatæ, & ſic non haberent eſſe cognitum, ſicut ſunt in ſe, & in ordi-
ne: & hoc habet Auerro.pro inconuenienti, ideo concludit. vnde, poſtquam
iſta duo ſunt falſa,ſcilicet quod Deus perficitur a vili,& generatur,& corrum-
pitur, & ſecundum quod res non ſunt comprehenſæ in gradu, & ordine:ſequi-
tur illud,quod ſeipſum intelligit,ſunt omnia entia, ſed in nobiliori eſſe,quam il-
lud,quod habent in ſeipſis.

Dubitatio.

SED HIC EST locus queſtionis:quia, prima ratio nō videtur valere: quia
intellectus noſter cauſatur ab intelligibilibus,& tū nō eſt generabilis,propoſi-

A tio enim, d. quod omne cauſatum eſt generabile & corruptibile, eſt propoſitio falſa in multis, vt iam dixi. tertia ratio non videtur neceſsitatem habere: quoniam, ſine dubio poſſet quis dicere, quod res ſunt ordinatæ in ſuis naturis: & ideo, non oportet, vt ordo earum ſit res comprehenſa ab aliquo: vnde videmus, quod ſi ſub poſsibilitate principis ſit aliquod ens ordinem habens, in eo princeps ordinem non ponit, nec oportet de ordine illius ſcientiam habere: ita diceret aduerſarius, quod in naturis rerum eſt ordo de ſe, ideo poteſt ibi eſſe, dato ꝙ nullus ibidem conſideret: & ſic iſtæ duæ rationes videntur multum debiles.

Scientia nři intellectus ē per accidēs corruptibilis.

Pro intellectu iſtarum primo debes ſcire, vt declaraui in lib. de intellectu, quod ſcientia noſtri intellectus eſt per accidens corruptibilis, ſicut apparet: quoniam, ſcientia illius conſiſtit circa formas rerum, quæ conſeruantur in imaginibus ibi colligatis, quibus deſtructis, per accidens deſtruitur, ſicut vniuerſale corrumpitur ſecundum corruptionem indiuidui: ergo apparet quod omne intelligēs aliud a ſe, aliqualiter reſpectu illius rei intellectæ corrumpitur ſaltem per accidens. Ex hoc apparet inconueniens Auer. ſcilicet quod ſequitur ꝙ Deus eſſet generabilis iſto modo, ſaltem per accidens, vt dixi: vel poteſt dici ꝙ generari & corrumpi poſſunt accipi duobus modis: vno modo proprie pro eis, vt dicta ſunt in primo de generatione: alio modo, prout dictum eſt: ꝙ cum difficultate intelligitur, videlicet generari pro omni dependentia, & corrumpi pro oppoſito

Generari & corrūpi dupliciter.

B illius: & tunc inconueniens Auerro. eſt, quod ſequitur, ꝙ intellectus Dei eſſet generabilis, id eſt dependens ab alio: quod eſt falſum: quoniam eſt primum ſimpliciter independens: propoſitio. d. quod omne cauſatum eſt generabile, eſt vera ſub iſtomet ſenſu, vt vides. Pro intellectu ſecundo, debes ſcire quod omnes res cauſatæ, oportet vt contineantur in cauſis, ſicut ſunt: quoniam, ex quo ſunt cauſatæ ineſſe ſimpliciter, & ineſſe tali, oportet vt contineantur in vnoquoque: ideo oportet ꝙ omnes res, ſicut ſunt ordinatæ, ita oportet vt contineantur in ſua cauſa: modo, ſi earum cauſa prima eſt intellectus, oportet vt contineantur, ſicut in puro intellectu: quod eſſe non poteſt, niſi ordo rerum ſit ordo intellectus a prima cauſa: ideo inconueniens eſt, ꝙ res ſint in ſe ordinatæ, & tamen non ſint comprehenſæ a cauſa ſub tali ordine, illud autem, quod de principe dicebatur, non eſt ſimile: quoniam res exiſtentes ſub principe, non ſunt cauſatæ a principe: ideo ordo earum non oportet, vt contineatur in intellectu principis. Et præterea, non inconuenit quod res ſecundum ſe ſint ordinatæ, & tamen earum ordo eſt ab alio, ſicut eſſe earum eſt ab alio: & ſic apparet virtus illarum rationum. Et poſtquam dixit hoc, vult modo declarare illud, quod dixit in exemplo, & dicit ſed quomodo vnū & idem ens gradus habeat diuerſos in ſuo eſſe, manifeſte apparet ab anima. color enim gradus habet diuerſos in ſuo eſſe

Res cauſatę continentur in cauſis.

C adinuicem differentes in nobilitate: vilior enim ſuis gradibus eſt ille, quē habet in materia. Deinde habet nobiliorem eo, ſcilicet in viſu: quare ex viſu comprehenditur ipſe color, ex materia minime: propterea declaratū eſt in naturalibus, quo modo color habet eſſe in virtute phantaſiæ, qui eſt nobilior, & ſimplicior eſſe quam in viſu habet. Deinde habet nobilius eſſe iſto in memoriæ virtute: ſed, quomodo ſit hoc, ego declaraui in tertio de anima, in expoſitione commē. 6. vide. Deinde habet in intellectu eſſe nobilius alio, præcedentibus gradibus. etiā dicunt peripathetici quod adhuc eſſe habet & aliud nobilius omnibus prędictis, ſine aliqua comparatione, ſcilicet in ſcientia Dei, quo modo nobilius illo conſiderari non poteſt, vult dicere conſideratione vera. Et poſtquam dixit hoc, vult ponderare alia dicta Alga. & primo dicit id, quod tantum narrauit Alga. nomine philoſophorum in intelligentiarum ordine, & modo influentiæ iſtarum, & in earum numero non eſt demonſtratum, nec determinatum a philoſophis, & ideo de hoc nihil in libris antiquorum reperitur. Deinde ponderat aliud, quod circa idem dixit Alga. & dicit: ſed id, quod dixit nomine philoſophorum, ſcilicet omnia principia ſeparata in inſeparata a primo principio influunt, id eſt emanant, & quod ex fluxu vnius virtutis huius mundi fit mundus vnus, & eius partes inuicem colligantur, ita quod totū vniuerſum erga vnam tendit actionem, ſicut corpus vnius animalis, quod eſt vnum in colliga-

tione, & plura in virtutibus, & membris, & operibus: dicimus quod hoc eſt con D
ceſſum ab omnibus philoſophis: quod declarat, dicẽs, corpus. n. ſupercœleſte ſi-
mile eſt vni aĩali, & ſuus motus diurnus, qui eſt totius cõgregati, qui eſt cõis om-
nibus cœlis, ſimilis eſt vniuerſaliter toti motui locali eiuſdem animalis, & mo-
tus particulares cœlorum ſimiles ſunt motibus particularibus membrorum ip-
ſius animalis: & eſt philoſophis manifeſtum quod in animali vna eſt virtus, ex
qua ſit vnum, & ab eadem omnes virtutes ipſius ergã vnum opus tendunt, ſci-
licet in regimen, & conſeruationem ipſius corporis, & dicit, & hæc virtus col-
ligatur cum virtute a primo principio influente: & poteſt intelligi a Deo, & po
teſt intelligi a primo principio ipſius animalis. Deinde arguit per locũ a maio-
ri. d. vnde, ſi hoc neceſſarium eſt in vno animali, ſcilicet quod vnam habeat
virtutem ſpiritualem in omnibus ſuis partibus extenſam, ex qua virtus, & mẽ-
bra illius fiunt vnum, & idem, & omnes eius virtutes fiunt vna, & eadẽ, & ope
ratio partium entium ad modum ſimilis operationi partium animalis ad illud
animal. ſequitur ergo ꝙ oportet quod ſit vna hæc virtus ſpiritualis, ex qua col-
ligantur omnes virtutes ſpirituales, & corporeæ, & eſt vnigenea extenſa in
toto vniuerſo, alioquin nullus ordo ſequitur in hoc mundo. Debes ſcire
quod hæc virtus non extenditur corporaliter, ſicut anima aſini per eius mate-
riam, ſed extenditur, ſicut iam in ſolutione. 12. dubij dictum eſt, vel ſpecia-
liter ratione eſſe; vel ratione operationis ordinatæ ad vnum: vide ibidem. B
Deinde remouet dubium: poſſet enim quis arguere quod iſta virtus eſſet multa,
quia ex ea proueniunt multa, ſoluit, dicens, & non ſequitur ex intenſione vnius
virtutis in pluribus, quod ſit in ipſa virtute pluralitas, ſicut opinati ſunt multi,
videlicet quod ab vno principio influit vnum, ſcilicet prima intelligentia, &
ab illo influit pluralitas, ſicut putauit Auicen. poſt concludit concluſionem. d.
patet ergo ex iſtis, quod pluralitas poteſt procedere ab vno: & ſic apparet ſo
lutio argumenti Auicen. & totum hoc declaratum eſt hic. Deinde vult,
ſecundum me, innuere ſecundam ſolutionem ad idem argumentum, & d. rur-
ſus ex aliorum principiorum ſeparatorum eſſe conſiſtat in eo, quod imaginan-
tur de primo principio; vult dicere ꝙ cauſæ diuerſæ rerum ſeparatarum fiunt
ex eo, quod de primo diuerſa intelligunt: vnde, quia Deus eſt multiplex ſecun-
dum intellectionem, ideo poſſunt de eo multi intellectus prouenire. Et hoc decla
rat. d. & non eſt impoſsibile quod ab vna. & eadem re ſumantur diuerſæ ima-
ginationes: ſicut non eſt impoſsibile quod ex aliqua pluralitate ſumatur vna
imaginatio: quod declarat. d. nos enim omnia corpora ſupercœleſtia in diur-
no motu vnam, & eandem rem imaginamur: quare omnes mouentur in hoc
motu ab vno motore, ſcilicet motore orbis ſtellarum fixarũ: & reperimus alios
orbes particulares, & diuerſos habentes motus: quare oportet ꝙ ipſi motus di-
uerſi procedant a motoribus quodammodo diuerſis, & quodammodo ſunt vnũ. F
vult dicere quod quodammodo ſunt vnum, prout colliguntur in motu ſupremæ
ſphæræ, vult dicere ſunt vnum: ponit exemplum. d. quare, ſicut aliquis imagi-
natus eſſet ꝙ membrum commune aliis membris cuiuſdam animalis, vel virtus
animalis ab eodem animali auferatur, ſimiliter omnia illius animalis mem
bra, & omnes eius virtutes, ſimiliter corpus ſupercœleſte ſub ſe habet cũ ſuis
motoribus virtutes: & tandem, ſic ſe habent principia mundi, & ipſius partes
cum primo principio, vult dicere, ſicut dictũ eſt in animali. Deinde ponit aliud
exemplum, d. vnde dicunt philoſophi, quod mundus eſt vere ſimili vni ciui-
tati: quare, ſicut vna ciuitas ab vno rege, ſeu principe regitur, & conſeruatur,
& multi principatus ſubijciuntur illi principi, ſimiliter recte eſt in mundo: &
oſtenſum eſt a nobis ſuperius.

Licet Deus ſit vnus ſimplex, tñ põt a multis itelligi, et ſic ab vno proueniũt multa.

Debes ſcire, quod Deus eſt vnus ſimplex, &
tamen põt a multis intelligi, & ideo poſſunt ab eo prouenire multa, eo modo,
quo ab vno intelligibili ꝓueniũt multi intellectus. Et ideo, non incõuenit quod
ab vno per modum, quo intelligibile cauſat intelligens, proueniant multa, vt
declarauit etiam ipſe. 12. Meta. commen. 44. & ex hoc apparet alius modus in-
telligendi dictum primi magiſtri, cum dicitur ab vno, inquantum vnum, non
prouenit niſi vnum, intelligitur non per modum, quo intelligere cauſat intel-

A ligens: & tu videas ea, quę dicta ſunt in ſolutione.12. Et poſtquam dixit hunc modum, dicit alium, quomodo primus dat eſſe reliquis ſeparatis.d.amplius declaratum eſt a philoſophis, illud, quod dat finem entium ſeparatorum a materia, eſt illud, quod dat eis eſſe: forma enim, & finis ſunt vnum, & idem in hac ſpecie entium, vult dicere ſeparatorum: ergo illud, quod dat finem entibus, illudmet dat formam: et illud, quod dat formam, eſt agens: apparet idcirco, quod primum principium eſt omnium iſtorum principium, ſcilicet agens, & forma, & finis. vnde ſyllogiſmus poteſt componi ſic: dator formę ipſis rebus eſt agens: primus motor eſt dator formę entibus ſeparatis: ergo eſt agens. maior eſt manifeſta ex definitione agentis. minor probatur in litera ſic. dans finem in illis dat formam: ſed primus motor dat finem in illis: ergo dat formam. maior proſyllogizatur: quoniam quę ſunt vnum, & idem, dator vnius illorum eſt dator & reliqui: forma, & finis in illis ſunt vnum, & idem: ergo dator vnius, ſcilicet finis eſt dator formę: & ſic apparet, qualiter eſt agens finis, & forma omnium ſeparatorum entium ſine dubio. Et poſtquam dixit modum, quomodo primum eſt cauſa reliquorum, dicit quomodo eſt cauſa ſenſibilium, &c. d. qualiter tamen principium primum ſic ſe habet cum entibus ſenſibilibus, diximus quod ipſum dat eis vnitatem, & eorum vnitas cauſa eſt colligatiuę pluralitatis ab illa vnitate, & ideo eſt principium horum entium, ſcilicet efficiens, forma, & finis, & quodlibet entium appetit eius B finem cum motu, ſcilicet prout erga eum mouetur deſiderans finem. homo tamen, vult dicere deſiderat finem voluntarie, et alia naturaliter: quod intelligitur quod homo duobus modis, ſcilicet naturaliter, & voluntarie, alia tantum naturaliter. Deinde ponit id, quod manifeſtum eſt hic.d. ſed illud, quod notum eſt hic, quod motiuum, ideſt argumentum prędictorum philoſophorum ad opinandum, quod entia procedunt gradatim a primo principio ſecundum localem ordinem cœlorum, fuit, quod ſuprema ſphęra, vt apparet, nobilior eſt ſuis inferioribus, & alię ſphęrę eundem ordinem ſequuntur in ſuo motu, vult dicere quod ſemper ſuperior eſt nobilior: & totum hoc dixi, quare conati ſunt opinari illud, quod Alga. narrauit, ratione ipſorum in ordine ipſorum principiorum, vt prędicauimus, & ideo continuat ſe, & eius ſermo eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſponſio Secunda eſt, quòd qui tenet primum non intelligere, niſi ſeipſum, inducitur ad hoc ex timore pluralitatis. nam, ſi dicitur quòd intelligit aliud, neceſſe eſt vt ſit in C intellectu eius pluralitas, & alietas, cum intelligat ſeipſum, & aliud. Et hoc profecto neceſſe eſt eſſe in cauſato primo. vnde oportet vt non intelligat, niſi ſeipſum. nam, ſi intelligeret aliud, id eſſet aliud a ſe ipſo, & indigeret cauſa, quæ eſt alia a cauſa ſui ipſius: & non reperitur cauſa, niſi cauſa ſui ipſius: quare eſt primum principium: ergo oportet vt non ſciat, niſi ſeipſum: & aufertur pluralitas, quę facta eſt hoc modo. Si autem dicet, ex eo quòd intelligit ſeipſum, oportet vt intelligat quod ſit principium, dicimus, ſi ſequitur hoc ei, aut erit ex cauſa? aut ſine cauſa? Si ex cauſa, tunc non datur cauſa, niſi primum principium, & eſt vnum, & non poteſt imaginari quòd proueniat ab eo, niſi vnum, & iam prouenit, & eſt ſubſtantia cauſati, igitur ſecundum quomodo proueniet ab eo? Si vero ſine cauſa, ſequerentur ad eſſe primi entia multa abſq; cauſa, & ſequeretur ex eis pluralitas. Si autem hoc non intelligitur, ex eo quòd neceſſarium in eſſe, non erit niſi vnum, & additum vni eſt poſsibile, & poſsibile indiget cauſa, tunc hoc ſequitur in cauſa-

to, ſi fuerit neceſſarium in eſſe.ex ſe igitur eſt inconueniens dictum eo D
rum, ꝙ neceſſarium in eſſe eſt vnum. Si vero fuerit poſsibile, impoſsile eſt eſſe ſine cã: & non eſt ei cã: igitur non intelligit eſſe ſuum. & non eſt de neceſsitate cauſati primi vt ſit poſsibile in eſſe. nam poſsibilitas eſſe eſt neceſſaria omni cauſato. cauſatum aũt ſcire cauſam non eſt neceſſarium in eſſe ſui, ſicut cauſam ſcire cauſatũ non eſt neceſſarium in eſſe ſui. ſed fieri ſcientiam in cauſato eſt magis manifeſtum, q̃ fieri ſciẽtiam in cauſa. igitur declaratum eſt ꝙ pluralitas, proueniens in ſcientia eius de principio, eſt falſa. nam non habet principium, & non eſt de neceſsitate eſſe cauſati. & hoc etiam non poteſt euadi ab eo.

Inducit Alga. arguentem ſic, ait Alga. ſecunda reſponſio hęc eſt, quicunq; opinatus fuit ꝙ primus intellectus non intelligit niſi ſeipſum, nequit. i. non decet reprehendi de conſecutione pluralitatis, vult dicere, quia ad eũ nõ ſequitur Deum eſſe plura, quod exponit. d. ſi enim diceretur ꝙ ipſe intelligeret alia pręter eum, ſequitur quod in ſuo intellectu eſſet pluralitas, & differentia, videlicet intelligẽdo ſe, & id, quod differt ab eo: & hoc ſequitur in primo cauſato, vult dicere, ſi intelligeret aliud: quare patet, ꝙ non intelligat niſi ſeipſum vnde ſyllogiſmus poteſt ſic componi: omne intelligens aliud eſt compoſitum aliqua compoſitione: ſed per te Deus, & primum cauſatũ intelligunt aliud a ſeipſis: ergo ſunt cõpoſita aliqua cõpoſitione: ſed quomodo omne intelligens aliud eſt aliquo modo compoſitum, multotiens declaratum eſt, ideo pro nunc nolo immorari. Secundo arguit, dicens. Si enim aliud pręter eum intelligeret, indigeret de alia cauſa præter ſuijpſius cauſam, quę eſt primum principium: quare non oportet quod intelligat niſi ſeipſum. Et hic ſyllogiſmus componitur ſic, omne intelligens aliquid extra ſe, habet cauſam aliquam priorem ea: ſed primum principium per te intelligit aliquid extra: ergo erit aliqua cauſa prior eo: quod eſt ſimpliciter falſum. propter quod dicit, & ſi ſic, vult dicere, ſi Deus non intelligit, niſi ſe: reprobata eſt pluralitas, vult dicere in eo hoc modo. Deinde ponit ſolu. quandam, quam refutat, dicens, & ſi forte aliquis diceret, quod intelligendo ſeipſum, ſequitur ꝙ intelligat ꝙ eſt principium. & per conſequens intelligeret priuatum, & ſic plura. Contra hanc ſolutionem inſtat. & licet ſuus ſermo poteſt duobus modis ordinari, attamen ordinabo ipſum vno modo nunc: poſtmodum videbimus de alio in ſolutione dubij, quoniam Auerro. reformabit illum. dicit ergo, nos dicimus E
quod hoc, vult dicere iſta intellectio ſui, inquantum principium, ſequitur ex cauſa, aut ſine cauſa: vult dicere, quod ſi dicatur quod Deus intelligit ſe principium F
neceſſarium, intellectio illa habebit cauſam, vel non: ſi ex cauſa, vult dicere, ſi habet cauſam, non eſt alia cauſa niſi primum, vult dicere cauſa illius non erit, niſi ipſemet Deus, qui eſt vnus. ſed hoc eſſe falſum oſtendit, d. & non debet imaginari, quod ab eo procedat niſi vnum, ſed ab eo proceſſum eſt cauſatum, id eſt, primus intellectus factus: ergo qualiter ab eo procedere poteſt, vult dicere intellectio illa. ergo virtus ſyllogiſmi in hoc conſiſtens, ab vno non prouenit niſi ſolum vnum: Deus eſt vnus, & ſimplicisſimus: ergo ab eo non niſi vnum prouenit. ergo, vel ab eo nihil procederet primum cauſatum, vel ab eo non procedit iſta intellectio. Deinde deſtruit aliud membrum. d. ſi ſine cauſa, ergo & hęc conſequentia, vult dicere entia poſteriora in natura cauſati neceſſaria eſſe de ſe, reprobata eſt eorum opinio, ſcilicet quod neceſſarium eſt eſſe vnum: & videtur quod velit dicere, quod ſi intellectio illa ſit ſine cauſa; ergo omnia poſteriora ſunt neceſſaria de ſe: quoniam a pari, ſicut illa intellectio eſt ſine cauſa, ita & reliqua poſteriora conſequentia erunt ſine cauſa, & ſic erunt de ſe neceſſaria cuius declarationem ponit. d. ſi vero impoſsibile eſſet, indigeret igitur de cauſa: vult dicere quod ideo ſunt neceſſaria a ſe, quoniam omne cauſatum eſt poſsibile: & omne non cauſatum eſt neceſſarium, & addit: ſed ipſe non habet cauſam, ergo ſuum eſſe non poteſt intelligi; & forte hoc verbum eſt minor huius ſyllo-

A giſmi, cuiûs maior eſt. omne intelligens aliquid habet cauſam: Deus non habet cauſam. ergo non intelligit ſe: & ſic iſta erit tertia ratio. ex quibus Alga. voluit reprobare opinionem philoſophorum in eo, quod dicunt, quod Deus non intelligit niſi ſe tantum.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc eſt ratio eius, quam affirmat primum intelligẽre id, cuius eſt cauſa. quoniam dicitur, ſi non intelligit ex ſe ꝙ ſit principium, intelligere quidem ſeipſum eſt intellectio diminuta. Quæſtio autem Alga. in hoc eſt. qm̃, ſi intelligit id, cuius eſt cauſa, non euadit, aut erit hoc ex cauſa, aut ſine cauſa. ſi autem ex cauſa, igitur primum habet cauſam. ſed primi non eſt cauſa. ſi vero fuerit ſine cauſa, neceſſe eſt vt proueniat ab eo pluralitas, & ꝙ ſciat eam. ſi autem prouenerint ex eo plura, non eſſet neceſſarium in eſſe. qm̃ neceſſarium in eſſe non erit, niſi vnum: & quod proueniunt ab eo plures vno, eſt poſsibile in eſſe: & poſsibile in eſſe indiget cauſa. ergo falſum
B eſt dictum eorum, ꝙ primum eſt neceſſarium in eſſe, & ſcit cauſatum ſuum. Et dixit cauſatum autem ſcire cauſam non eſt de neceſsitate eſſe ſui: & multo magis ꝙ non erit de neceſsitate cauſam ſcire cauſatum. Dicimus, hoc dictum eſt ſophiſticum. nam, cum poſuerimus cauſam intellectum, qui intelligit cauſatum ſuum, non eſt de neceſsitate ex hoc, ꝙ ſit ex cauſa addita ſubſtãtiæ eius, ſed ex ſeipſo. nam ſequi cauſatum ab eo eſt, quaſi ſequens ſubſtantiam eius. ſi autem ſequi cauſatum ab eo non ex cauſa, ſed ex ſeipſo, igitur non ſequitur vt proueniat ab eo pluralitas. nam hoc ſecundum radicem eorum reducitur ad ſubſtantiam eius. &, ſi ſubſtantia eius eſt vna, proueniet ab ea vnum: ſi autem plures, plures. Id autem, quod ponitur in hoc ſermone, ꝙ oẽ cauſatum eſt poſsibile in eſſe, hoc eſt verum in cauſato compoſito, & impoſsibile eſt eſſe aliquid compoſitum, & æternum: & omne poſsibile in eſſe
C apud Philoſophos eſt innouatum. & hoc eſt id, quod declarauit Ariſt. in multis locis librorum ſuorum: & declarabitur magis hoc a nobis, cum loquemur de neceſſario in eſſe. Id autem, quod Auicenna appellat poſsibile in eſſe, ipſum quidem, & poſsibile in eſſe dicuntur æquiuoce. Quare id indigere efficiente non eſt manifeſtum eo modo, quo eſt manifeſtum eo poſsibile indigere.

Omne cauſatũ eſt poſſibile eſt verum de cauſato compoſito.

Et, poſtquam recitauit ipſe verba Algã. vult modo moderare illã, & primo dicit. Dicimus nos quod hæc eſt allegatio ipſius, qui opinatur quod primus intellectus non intelligit illud, quod eſt ipſius cauſa, immo vult dicere, quod non intelligit niſi ſe principium. Ipſe enim dicit ꝙ; ſi intelligeret de ſeipſo quod eſt principium, intelligit ergo ſeipſum ſine dubio defectiue, vult dicere non in optima perfectione: & ſic reperi in libro meo, & tamen in alio non inuenitur litera negatiue: ſed ſic, videlicet quod primus intellectus intelligit id, quod eſt ipſius cauſa: & tunc expoſitio eſt difficilis, & videtur mihi quod ſit ſenſus: quod iſta allegatio, id eſt, iſta ratio ſit illius, qui ponit primum cauſatum intelligere ſuam cauſam, quaſi dicat, quia vult quod non modo intelligat ſuam cauſam, verum ſe principium, aliter ſua intellectio eſſet diminuta; & tunc inten-

tio eius eſt, quod argumentum Alga. eſt inuentum ab alijs: ſed quomodocunque, D primus modus eſt melior. Et poſtquam dixit hoc, reperit rationem Algaz. & eã moderat, & dixit id, quod arguit Alga. ſuper hoc, quod ſi primus intellectus intelligeret id, quod eſt principiatum ab eo, non euaderet quin eſſet ab aliqua cauſa, aut ſine cauſa. & poteſt intelligi per primum intellectum, ſcilicet ipſius Dei: & poteſt intelligi intellectum primi cauſati, Sed ego expoſui Alga. in dubio dicto de intellectu Dei. Et quomodocunq;, vult dicere, quod ſi primus intellectus intelligeret principiatum: omnino illius intellectio vel haberet cauſam, vel nõ. Deinde deſtruit membra. d. primum eſt falſum. Deus nanq; nullam habet cauſam, & hoc ſignificat quod per primum intellectum, intelligit Dei intellectum. ſi vero ſine cauſa fuit, ſequitur quod ab eodem primo pluralitas procederet, & quod ipſe ſciret eam. Et ſi ab eo procederet pluralitas, non eſſet ergo neceſſariũ eſſe: quod enim neceſſarium eſt, vnum eſt neceſſario. Et confirmat. d. & illud, a quo procedit pluralitas, ſine dubio eſt poſsibile; & quodlibet poſsibile indiget de cauſa: ergo Deum non eſt neceſſarium eſſe, nec ſic ab eo cauſata, vult dicere, & dicit: & poſtquam nõ eſt neceſſarium in eſſe cauſati, quod ſuam cauſam ſciat, valde nimis neceſſarium eſt quod cauſa ſciat ſuum cauſatum. Et hęc eſt argumẽtorum Alga. declaratio. Debes ſcire, quod ratio iſta eſt alterius virtutis ab ea, vt formaui in dubio, quoniam iſta amplectitur quicquid dicit illa, & vltra, vt patet. B Sed, quomodo habeat euidentiam aliqualem, non eſt curę ſcire illud: quoniam dicta Auer. ſoluunt illam euidentiam, propter quod ait, & videtur nobis quod ſua verba ſophiſmata ſint: & reſpondens ad punctum. d. quando ergo poneremus quod illa cauſa eſſet intellectus, & quod intelligit ſua cauſata, non ex hoc ſequitur quod ſit cauſa ſuę intellectionis quid additum in ſubſtantia dicti intellectus, immo eſt de natura ſuiipſius. vult dicere, ꝙ cauſa illius intentionis non eſt niſi natura eius tantum, quoniam ibi vnita ſunt omnibus modis. quare proceſſus cauſati, vult dicere, alterius naturę ab eo eſt quid conſequens ſuam ſubſtantiam, vult dicere dependens a ſubſtantia primi, ſine hoc, ꝙ aliud prius dependerit. Deinde probat aliud membrum. d. ſimiliter, ſi procederet ſine cauſa, vult dicere, ſi illa intellectio eſſet ſine cauſa, ex hoc non ſequitur ꝙ ab eo procedat pluralitas, cuius cauſam dicit, id nanque, vult dicere intellectio ad ipſius ſubſtantiã reducitur, videlicet ſi vna fuit ſubſtantia, vnum procedit ab ea, non plura. Ex his ſequitur debilitas rationis Alga. quoniam poſitis. & conceſsis illis ambobus membris, non propter hoc ſequitur inconueniens aliquod illorum, vt finxit Alga. Deinde reprobat illud, quod appoſuit. d. Sed illud, quod poſuit, ſcilicet omne cauſatum eſt poſsibile eſſe, non verificatur niſi in cauſato compoſito: modo dicitur, ſed impoſsibile eſt inuenire quid compoſitum æternale: ergo quodlibet poſſibile eſſe eſt, nouum, vt declaratum eſt ab Alga. in pluribus locis, & nos tractabimus diffuſe in ſequentibus. C Deinde remouet quoddam argumentum Auicennę contra ſe. arguebat enim ſic: omne id, quod eſt ab alio, eſt in ſui natura ens poſsibile, ſed omnia pręter Deum ſunt ab alio: ergo omnia ſunt entia poſsibilia: maior probatur apud illum: quoniam, ex quo eſt ab alio, non habet eſſe a ſe. Reſpondet Auer. d. ſed illud, quod dicit Auicen. videlicet illud, quod dicit de poſsibile eſſe, dicimus ꝙ dicitur cum iſto poſsibili æquiuoce, vult dicere ꝙ illud poſſibile, & poſsibile compoſitum ſunt poſsibilia ęquiuoce dicta: & ſic negatur maior, niſi impoſsibili compoſito.

Quęſtio. 14. SED HIC prouenit locus quęſtionis non modicus: quoniam ſecundum doctrinam Auer. anima intellectiua compoſita eſt ex duabus partibus, ſecundum rem diuerſis, & tamen non eſt noua, immo æterna, ſicut & quælibet intelligen-

Poſitio Io. tia mouens ſtellas. Ioan. in lib. de Anima finxit ſolu. ꝙ illud dictum debet intel-

Contra. ligi, ꝙ omne compoſitum eſt nouum, id eſt, dependens. Sed, quam remota ſit iſta

Poſitio quorundam. ſolu. apparet. quoniam Auer. dicit ꝙ nullum compoſitum eſt æternale, eo quia omne compoſitum eſt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. Alij autem dixerunt, vt mihi videtur, ꝙ compoſitum eſt duobus modis, ex actu particulari particulariter recepto, & potentia particulari particulariter receptiua: & ex actu vniuerſali vniuerſaliter recepto, & potentia vniuerſali vniuerſaliter recipiente. Dicũt

A modo, quod compoſitum primo modo eſt generabile & corruptibile. ſecundo autem modo eſt æternum: & cauſa eſt, quoniam compoſitũ vniuerſale abſtrahitur a cauſis corruptionis & generationis, & a conditionibus illarum: eo quia non habet contrarium, nec eſt in loco, nec in tempore. E contra eſt de compoſito particulari, & hanc ſolutionem ego tenui magno tempore, donec ego non vidi dicta Auer. multa, & poſui ipſam in quæſtione de compoſitione cœleſtis corporis, & hoc ſolum, propter amorem. Ioan. quem ſequebar, tanquam Deum: & poſt, cum colligaui dicta Auer. vidi ꝙ ſol. hęc non eſt intelligibilis, & multas rationes poſui in lib. de intellectu. Et pro nunc id declaro vna via, quoniam vniuerſale ſecundum dicta Auer. eſt duobus modis. Quoddam per eſſentiam: ſicut eſt agens intellectus, & reliqua entia ſeparata, quę non ſunt vniuerſalia per hoc, ꝙ mens auferat ea a materia, & a conditionibus materiæ: ſed, quia eſſentię ſunt actu intelligentes, vt ſcis. aliud eſt vniuerſale participatiue, ſicut ſunt formę rerum naturalium, quia ſecundum eſſe ſunt indiuidua, attamen participando quodammodo lumen intellectus agẽtis, ſunt ſecundum modum vniuerſalia ſeparata ab his, & nunc, & reliquis conditionibus materię. Hac diſtinctione poſita, prima via ſic deducitur. vniuerſale participatiue eſt minus abſtractum quã vniuerſale per eſſentiam: & hoc eſt manifeſtum, quoniam abſtractionem ſuam habet ab vniuerſali per eſſentiam, vt dixi: & conſtat quod vniuerſale materiale per modum ſuę

Duplex vniuerſale.

B vniuerſalitatis eſt adeo abſtractum, quod in nullo poteſt eſſe ſubiecto, nec particulari, nec vniuerſali, niſi perfectiue eo modo, quo obiectum cognitum eſt in virtute cognoſcentis. ergo vniuerſale per eſſentiam, ſicut eſt intellectus agens, non poterit recipi in aliquo ſubiecto nec vniuerſali, nec particulari: niſi, ſicut res intellecta recipitur in cognoſcente: ideo oportet dicere intellectum agentem non vniri poſsibili ſubiectiue, ſicut forma materię, ſicut vniuerſalia ſecundum modũ, ſcilicet materialia non poſſunt vniri ei, nec alicui ſubiectiue, propter eorum vniuerſalitatem, & abſtractionem, quam habent ab agente. & ſic apparet peccatum Ioan. de compoſitione intellectus. Ex his patet quod omne compoſitum eſt particulare ex actu particulari, & indiuiduo, & potentia particulari, & indiuidua: & ideo omne tale eſt nouum generabile & corruptibile ſine dubio. Et poſtquã ſcripſi hoc, occurrit alia via ad probandum, quod omne compoſitum eſt nouum ex verbis Philoſophi in. 13. Metaphyſicæ. & poteſt ſic ordinari, videlicet, quoniam omne factum, & cauſatum cauſatur, & fit ſecundũ modum ſui eſſe. effectus enim non pullulat ab agente, niſi ſicut eſt poſsibile in natura entis: modo compoſitum in hoc differt a ſimplici; ꝙ natura entis ſimplicis non habet eſſe niſi vno modo, ideo accipit eſſe ſimplici modo, & ſtatim eſt id, quod eſt per ſui naturam, vt dicitur. 8. Metaphy. in fine. compoſitum enim habet eſſe in vnione partium, & col-

Alia via ad probãdũ oẽ cõpoſitũ eſſe nouum.

C ligatione inuicem, ideo oportet, vt modus ſui eſſe ſit ſecundum colligationem earum inuicem: ideo cauſans compoſitum, debet colligare partes inuicem, aliter factio eius non differt a factione rei ſimplicis. modo apparet ꝙ non colligantur, niſi illa, quę in ſuis naturis non ſunt ligata, & vnita, quoniam aliter agens fuiſſet ocioſum: ergo oportet, vt natura partium ſit non de ſe in colligatione conſiſtens: modo partes, quę in ſuis naturis non conſiſtunt in colligatione earum, ſine dubio poſſunt eſſe in oppoſito colligationis, ſcilicet ſub diuiſione, et ſeparatione. Ex his ſequitur quod omne compoſitum eſt ſolubile in ſui natura: quoniam partes eius ſunt ſolubiles, & in ſuis naturis non conſiſtentes in colligatione. Compono igitur ſic viam: omne compoſitum colligatum ex partibus, in quarum natura, non eſt colligatio & compoſitio, eſt ſolubile & colligabile: omne compoſitum tam vniuerſaliter, quam particulariter eſt compoſitum ex partibus, in quarum natura non eſt colligatio & compoſitio: ergo omne compoſitum eſt ſolubile, & colligabile. Tunc vltra. omne compoſitum colligabile omnino eſt generabile & corruptibile, vt eſt manifeſtum per ſe: omne compoſitum eſt colligabile & ſolubile, vt dictum eſt: ideo omne compoſitum ſimpliciter eſt nouum, & generabile, & corruptibile: & ſine dubio hęc via eſt firmiſsima, & demonſtratiua, & eſt Ariſtote. in loco ibi dicto. Dicendum igitur, ꝙ omne compoſitum ex diuerſis rebus eſt ſine dubio nouum: verũ compoſitum eſt duobus modis: quoddam

ex diuerſis rebus realiter diſtinctis, quoddam ex perfectione, & priuatione D
quadam maioris perfectionis, ſicut reperitur in omnibus citra primum. Tunc di
cendum, quod omne compoſitum eſt depēdens, & habet cauſam: & hęc eſt vni
uerſalis tam in compoſito primo, quam in compoſito ſecundo modo. ſed loquen-
do de compoſito primo modo, omne compoſitum eſt nouum ſimpliciter. Ad
argumentum animę intellectiuę, dictum eſt in libro de intellectu, quod ibi nul-
la eſt compoſitio, niſi ſecundo modo, non primo modo. agens enim intellectus,
& poſsibilis non ſunt duę res, ſed duę operationes, vt dixi. eſt enim ibi tantum
diſtinctio ſecundum modum, non ſecundum rem, vt ibidem declaraui. & vide,
quia multa dixi contra Ioan.

A L G A Z E L.

AIt Alga. Quæſtio Tertia, Intelligere autem cauſatum primum ſeipſum, aut eſt ipſummet, aut diuerſum. ſi autem diuerſum, ſic etiam erit in primo principio, & proueniet ab eo pluralitas. ſi vero non fuerit diuerſum, ergo in eo eſt quaternitas, nec trinitas ſecūdum exiſtimationem eorum, ſcilicet ꝙ intelligit ſeipſum, & intelligit principium ſuum, & eſt poſsibile in eſſe. & poteſt addi, ꝙ ſit neceſſarium in eſſe, propter aliud: & ita apparet quinqueitas. & in hoc patet ampliatio eorum in errore. E

Et, poſtquam dictum eſt de illis, quo ad primū motorem, adducit Alg. potius quo ad primum cauſatum, & dicit: ait Alga. arguendum eſt ſuper diuiſionem prędictam philoſophorum tali modo: non euadet, quin ſit intelligere primum cauſatum ſeipſum idem quod ſeipſum, aut differens. vult dicere quod intellectio primi cauſati neceſſario erit aut idem ipſi, aut differens ab eo: ſi differens ergo dici poteſt de primo principio ſimiliter: qua propter ſequitur ab eo pluralitas, id eſt, eſſet in eo multido & non ſimplicitas. conſequentia autem apparet, quoniam videtur eadem ratio eſſe in vtroq;, quoniam ambo ſunt entia ſeparata. Deinde declarat falſitatem alterius membri. d. ſi eſt idem, ergo non eſt in eo trinitas, nec quaternitas, ſicut opinantur philoſophi: & exponit poſsibile eſſe, & poteſt ad hoc applicari quartum, ſcilicet, quod eſt neceſſariū per aliud. patet ergo ꝙ iſtorum inſudatio fuit fruſtra. Debes ſcire quod in primo cauſato, apud iſtos philoſophos ſunt quatuor rationes: quarum prima eſt intellectio primi, ſecunda intellectio ſuijpſius, tertia poſsibilitas eſſendi et non eſſendi, quarta neceſsitas ab alio. iſtę igitur quatuor rationes in primo cauſato reperiuntur: dicit ergo quod, ſi ibi eſſet intellectio omnibus modis idem cum intelligente, non eſſet ibi iſta quaternitas rationum, quas ponunt philoſophi: & ſic apparet dictum iſtius hominis ex hoc. F

A V E R O E S.

AIt Auer. Sermo hic de intelligentiis eſt duobus modis, quorum Vnus eſt in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelligit. & eſt diſputatio, de qua diſceptauerunt Antiqui. Sermo autem in eo, quod prouenit ex eis, ſolum Auic. de eo locutus eſt, ſermone, quem hic recitauit pro Philoſophis, & ſe extendit ad dubitandum contra eum, ad hoc vt exiſtimetur ipſum dubitaſſe contra oēs. & hoc, vt ipſe dixit, eſt ampliatio ſiſtentis in errore. & non reperitur hic ſermo alicuius Antiquorum. & eſt ſermo, cui non conſtituitur demon-

A ſtratio, niſi ei, ꝙ exiſtimauerunt ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum, quæ quidem propoſitio non eſt in agentibus, quæ ſunt formæ in materiis, ſicut eſt in agentibus, quæ ſunt formæ abſtractæ a materia. nam non eſt ſubſtantia intelligentiæ cauſatæ apud eos, niſi id, quod intelligit de principio ſuo. & non ſunt hic duo, quorum vnum eſt ſubſtātia, & aliud quid additum ſubſtantiæ, qm̄, ſi hoc eſſet, eſſet compoſitum, ſimplex autem non eſt compoſitum. Differentia autem inter cauſam, & cauſatum eſt, qm̄ cauſa prima eſſe eius eſt in ſe, ſ. formis ſeparatis: cauſa vero ſecunda eſſe eius eſt relatiue ad primam cauſam. nam eſſe cauſatum eſt ex ſemetipſa, & non eſt quid additum ei, ſicut eſt in cauſatis materialibus. v.g. color eſt aliquid exiſtēs in ſe in corpore, & eſſe cauſa viſionis eſt, ex eo ꝙ eſt relatiue, & viſio non habet eſſe, niſi in hac relatione. Quare abſtracta a materia ſunt ſubſtantiæ de natura relationis. vnde vniuntur cauſa, & cauſatum in formis abſtractis a materia. & propter hoc ſunt formæ ſenſibiles de natura relationis, vt de-

B claratum eſt in libro de Anima.

Dr̄ia inter cauſam, & cauſatum.

Formę ſenſibiles ſunt de natura relationis.

Et, poſtquam adduxit verba Alga. vult primo dare eis intellectionem eius in verbis illis. & poſt reprobare dictum eius, ſicut conſueuit. & primo. d. Dicimus nos, quod locus dubitationis verborum Alga. eſt in duobus, ſcilicet in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelligit: & eſt quæſtio valde diſputata ab antiquis: & videtur mihi ꝙ velit dicere, ꝙ intellectio quęſtionis Alga. eſt, an primum cauſatum intelligat. vnde quęſtio an eſt, alia eſt a quęſtione quid ſit, & quęſtio quid ſit pręſupponit quęſtionem an ſit. dicit modo Auer. ꝙ quęſtio Alg. eſt quo ad an eſt, intellectionis primi cauſati, videlicet an ipſum intelligat, an nō intelligat, & non eſt quid ſit intellectio primi cauſati, nec modi eius. Vel poteſt intelligi, ꝙ intellectio quæſtionis Alg. eſt circa rem intellectam, an. ſ. res intellecta ſit idem cum intelligente, an differens, & ideo dicit, ꝙ quęſtio eſt in eo, quod intelligit, ideſt circa rem intellectam, & in eo, quod non intelligit. i. an ſit idem cum intelligente, an differens. & tu conſidera. Et, poſtquam dixit intellectionē quæſtionis, vult ponere peccatum eius, & primo ponit eius peccatum. d. ſed id, quod dixit nomine philoſophorum in entium proceſſu, tm̄ ab Auic. reperitur, et ab aliquibus ſequentibus eū: & ipſe modo deceptionis. i. falſo dedit abſolute fa-

C mam oībus philoſophis iſtis opinionis, & inſudauit ſe eā reprobare. & ponit cauſam huius. d. vt, id eſt, qm̄ poſsit ſupereminere. i. eſſe victor in agone philoſophorum, velli, et audere ꝙ vincat eos. ſic habet litera mea: & forte hoc. ſ. velli, & audere ſunt nomina, & caſus genitiui, & denominant ludū illud tēpore antiquo factū: vel forte ſunt verba, Verbi gratia, infinita, et quomodocunq;. vult dicere ꝙ illud fecit, vt ſe oſtendat victorē philoſophorū. &, cum dixit peccatum eius, & cauſam illius, incipit remouere illud, &. d. & hoc ſine dubio fuit maxima ſua prauitas: quare, vt diximus, nulla iſtarum dubitationum demonſtratiue probabitur, niſi id, quod meditantur pro acuiſſe, vult dicere, acute inueſtigare ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum. vult dicere, vt reputo, ꝙ nulla dubitationum illorum eſt rationalis, niſi illa, quę fundatur in propoſitione illa philoſophi, per quam ſine dubio ſequitur, ꝙ a Deo non proueniet niſi vnum, & dicit, ꝙ illa propoſitio non ſequitur in agentibus, quę formę ſunt materiales, immo tantum in ſeparatis agētibus: & videtur mihi, quod iſtud non dicat ſecundum mentem eius, ſed ſecundum illos, quoniam illi verificabant illam tantum in ſeparatis. Auer. autem, vt dictum eſt, verificauit eam tātum in materialibus. cuius ſignum habeo quod hoc intendat, quia ſequitur vlterius opinionem illorum dicens, & ſecundum eos ſubſtantia cauſati intellectus non eſt niſi id, quod intelligit de ſuo principio, & à deo non ſunt hic, ſcilicet in primo cauſato duę res, ſcilicet quod vna ſit ſubſtan-

tia, & alia quid additum ſuper eam: & videtur mihi, quod per hoc voluit, quaſi D
remouere ad mẽtem illorum, dubium iſtud: quoniam poſſet quis dicere, ſi omne, a quo prouenit multitudo, eſt in ſe multiplex. ergo in primo cauſato erit res addita ipſius eſſentię. propter quod dicit, quod illa multiplicitas non eſt ſecundum rem. cuius cauſam innuit, d. quia ſi ita eſſet, ſequitur quod eſſet compoſitum, vult dicere ex diuerſis rebus. falſitas conſequentis iam dicta fuit. & poſtquam ſoluit hoc dubium, ſoluit aliud. poſſet enim quis dicere, ex quo cauſatum eſt compoſitius cauſa, quomodo differunt cauſa, & ipſum cauſatum penes compoſitionem. ſoluit. d, & differentia, quę eſt penes cauſam, & cauſatum eſt, ꝙ prima cauſa habet eſſe in ſe, videlicet in formis ſeparatis, vult dicere abſolutum ab omni cauſa, immo eſſe ſuum eſt eſſe omnium formarum ſeparatarum. eſt enim ens ſecundũ eſſentiam, & non participando aliquod eſſe prius. & ſecunda cauſa habet eſſe reſpectiue, ſcilicet reſpectu primę cauſę. eſſe enim ſecunda cauſata, vult ꝙ omnia eſſe, quę ſunt ſecunda cauſata, ſunt in ſubſtantia ſua ſubiecta, vult dicere dependentia, & non eſt quid additum ſuper eam, ſicut eſt in cauſatis materialibus: vult dicere quod non propter illud eſt ibi compoſitio ſecundum rem, ſicut eſt in rebus materialibus. Verbi gratia, color eſt quid per ſe in corpore exiſtens, & eſſe ipſius cauſa viſus, id eſt, quod eſt cauſa viſus eſt quid relatum, & viſus nullũ habet eſſe niſi hac ratione, & ideo entia ſeparata a materia ſunt ſubſtantię relatio- E
nis materię, id eſt, cauſę rerum materialium: quapropter cauſans, & cauſatum in formis ſeparatis ſunt vnum: & ideo formę ſenſibiles ſunt de natura relationis: et videtur mihi quod voluit dicere, quod omnes res materiales præciſe conſiſtunt in relatione, quia nulla eſt abſtracta a cauſa, & ſimiliter maior pars entium ſeparatorum: attamen in entibus ſeparatis ſunt vnum primum, quod eſt ſimpliciter abſolutum, & cauſa omnium: & tu perſiſte, quia eius ſermo poteſt aliter intelligi, attamen non eſt cura.

Dubitatio. SED HIC EST locus quęſtionis: quoniam in. 4. Meta. tex. com, 26. Ariſt. reprehendit opinionem dicentium, omnia eſſe apparentia propter hoc: quia, tũc omnia eſſent relatiua: & tamen Auerroes ponit hic omnia relatiua pręter Deũ: & ſolutio iam, quaſi tacta eſt: quod eſſe omnium rerum citra primum conſiſtat in relatione, non ad terminum, ſed ad cauſam: philoſophus non habet pro inconuenienti, quod omnium rerum eſſe conſiſtat in analogia, & dependentia, & participatione ad primum, ſed quod eſſe omnium ſecundum rationem formalem cõſiſtat in relatione ad terminum, habet pro impoſſibili: & ſic quęſtio nihil eſt. Ex his apparet, qualiter cauſata reſpectu primę cauſę compoſitionem dicant, non quidem per hoc, quod res ſuperadditur rei, ſed propterea quia reſpectus ſuperadditur rei, & etiam ponitur ibi compoſitio ex priuatione, & habitu, vt di- F
xi alias.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio Quarta. Trinitas non ſufficit in cauſato primo. nam corpus primi orbis ſecundum eos ſecutum eſt ab aliqua re ſubſtantiæ principii. & in eo eſt compoſitio tripliciter. Primo, quia eſt compoſitum ex forma, & materia, & ſic omne corpus apud eos, & non euadit vnumquodq; eorum a principio; nam forma differt a materia, & nulla earum ſecundum opinionem eorum eſt cauſa, quæ non indigeat alia, adeo ꝙ erit vna earum mediante alia, abſque alia cauſa addita eis.

Vult modo adducere in quo Algazel contradicit philoſophis, &c. d. ait Algazel adhuc arguendum eſt alio modo, ſcilicet quod trinitas non cadit in primo cauſato, immo quaternitas: ſupremus enim orbis, ſecundum philoſophos procedit ab vna ſimplici re de ſubſtãtia primi principii, & cõponitur tripliciter: quorum

vnum,

A vnum,quod ipſe componitur de materia,vult dicere quorum vnum eſt materia, & formæ,vult dicere & alterum eſt forma:& hoc eſt vniuerſaliter,quia omne corpus ſic ſe habet:ergo oportet,& quodlibet vult dicere,illorũ cõponentiũ habet principiũ,prout materia differt a forma:vult dicere,qm̃ quodlibet diſtinguitur ab altero,& materia diſtinguitur a forma,et nulla earũ eſt cauſa alterius,immo quælibet ipſarũ indiget de cauſa per ſe. Debes ſcire,ꝙ iſtud argumentum probat,ꝙ primũ cauſatũ ſit quatuor intellectiones,eo quia quatuor cauſat:cauſat enim motorẽ,vt finis ſecũdi orbis proximi,& cauſat animã ſui orbis, & cauſat formã illi,quæ nõ eſt anima,ſed forma materialis,& cauſat materiã: & videtur mihi qđ virtus eius cõſiſtat in duabus propoſitionibus:quarũ prima eſt,entia diſtincta in eſſe habẽt diſtinctas intellectiones cauſandi in cauſa, per illã maximã philoſophorũ,ab vno nõ prouenit niſi vnũ:ſcda eſt,qđ oĩa illa cõpoſita ſunt diſtincta ſecundũ eſſe propria eis;ideo in prima figura ſequitur poſitio iam dicta.

A V E R O E S.

B AIt Auer. Quod autẽ dixit eſt,qm̃ corpus cœleſte ſecundũ eos eſt cõpoſitũ ex materia,& forma,& anima, neceſſe eſt ex hoc vt ſint intelligentia ſecunda,ex qua ꝓuenit orbis,quatuor res. res quidem,ex qua prouenit forma:& res,ex qua prouenit materia, cũ nulla harũ eſt cauſa nõ indigens alia,ſed materia eſt cauſa formæ aliquo modo,& forma eſt cauſa materiæ aliquo modo:& res,ex qua prouenit anima.& res,ex qua prouenit motor orbis ſecundi; igitur in eo erit quaternitas neceſſario. Attamen ſermo,quòd corpus cœleſte ſit cõpoſitum ex forma,& materia,vt ſunt alia corpora,eſt quid,in quo errauit Auicenna in Peripateticis.nam corpus cœleſte ſecundum eos eſt corpus ſimplex.ſi autem eſſet compoſitum, corrumperetur apud eos, & ideo dixerunt de eo quòd ſit ingenerabile, & incorruptibile, & non habet potentiam ad duo contraria. Si autem eſſet, vt dicit Auicenna, eſſet compoſitum,ſicut animal,&, ſi hoc conceditur, ſequeretur quaternitas ei,qui dicit ꝙ ab vno non prouenit,niſi vnũ. & iam diximus quòd modus,quo iſtæ formæ,aliquæ earum ſint cauſa aliquarum, & C ꝙ ſint cauſæ corporum cœleſtium,& eius,quod eſt ſub eis, & ꝙ cauſa prima ſit cauſa omnium,eſt diuerſus ab hoc.

De compoſitione cœli.

Poſtquam dixit opinionẽ Algazel.de illo argumẽto, vult contradicere ei in vno tm̃,licet in alio ſit cũ eo:& primo adducit intentionẽ eius in breui,& d. Dicimus nos qđ id,quod dixit Algazel, ſcilicet quod corpus ſupercœleſte apud philoſophos ex materia,& forma,& anima cõponitur;quare ſequitur, quod in ſecũdo intellectu,vult dicere primo cauſato, a quo primum cœlũ procedit, ſint quatuor res,vnde procedãt quatuor ꝓdicta,ſcilicet materia, & forma, & motor ſecundi cœlorũ,& anima orbis eius:ergo eſt ibi quaternitas neceſſario:hæc litera eſt ſuſpenſiua,& eius determinatio eſt illud, quod ſubdit.d. eſt ſine dubio de erroribus Aui. & ſuis obiectionibus ſupra peripatheticos, & abſit quod fuerit eorũ opinio.in hoc Auer.contradicit Algazeli, quoniã ille opinatur quod opinio Aui.ſit peripatheticorũ:vult enim quod illa ſit Auicen. qui fuit medius inter peripatheticos,& loquentes. Deinde ponit illud,in quo conuenit cum Alga. & eſt,quod illa opinio eſt error,quod declarans.d.immo corpus ſupercœleſte apud eos eſt ſimplex : ſi enim compoſitum eſſet, ſequitur quod eſſet corruptibile: & ipſi aſſerunt ipſum non eſſe generabile,nec corruptibile,nec quod habeat potẽtiã duorũ contrariorũ,videlicet,eſſendi & nõ eſſendi. Et ſyllogiſmus eſt: omne

cauſauit ipſum, & ſic inde. Reſpondet. d. ſed nos dicimus quod hoc bene ſequetur, ſi agens eſſet agens inquantum actus, id eſt, cauſatus, & mouẽs eſſet mouẽs, inquantum mobile: ſed non ſic ſe habet, immo agens eſt agens inquantũ eſt ens in actu: quare priuatum, id eſt, ens in potentia, non agit aliquid: & ex hoc ſequitur ſine dubio quod agentia proueniunt ad vnum agẽs, quod nullum in eo agit, immo eſt omnino, & ſimpliciter immobilis, & incauſatus, & omnia cauſans. D Debes ſcire, quod agens non agit inquantum non ens priuatum, nec inquantum ens factum, ſed inquantum ens in actu: iſto modo enim eſt ratio communis entibus ſeparatis, & materialibus: ideo argumentum illorum nihil eſt. Et poſtquam remouit opiniones loquentium, et eorum argumenta, recapitulat illa, quæ dixit; & ordinat ſe ad dicenda, & excuſat ſe de ſuo modo dicendi, & ſermo ſuus eſt manifeſtus per ſe. Et cum fecerit hoc, ſtatim incœpit ſoluere argumentũ Algaze, & dicit: facta igitur hac excuſatione, dicimus quod id, quod dixerat Algazel, videlicet, quod ſi ſupremum principium tantum ſeipſum intelligeret, ignoraret omnia, quæ creauit: bene ſequitur, ſi illud, quod intelligit de ſeipſo, eſſet aliquid præter entia abſolute: ſed illud, quod ponunt, vult dicere philoſophi, ſcilicet quod illud, quod intelligit de ſeipſo, ſunt entia in nobiliori eſſe, quod fieri poteſt, ſcilicet quod ipſe eſt intellectus, qui omnium entium eſt cauſa, non quod ipſe intelligat entia abſolute, ſcilicet inquantum ſunt eſſe, quod ipſe ea intelligit, ſicut noſter intellectus ſic ſe habet: & exponit illud. d. & intendit, E ſcilicet philoſophi dicere, quod ipſe Deus entia poſteriora ab eo non intelligit eo modo, quo nos ea intelligimus, immo modo, quo nullus intellectus præter eum ea intelligere poteſt: hoc autem probat. d. ſi enim alius intellectus entia intelligeret illo modo, quo Deus benedictus intelligit ea, ergo communicaret cum eo in ſui natura: quod eſt falſum: quoniam, tunc darentur duo prima principia ſimpliciter æqualis perfectionis: eo quia ſcientia, & ſcitum in primo vniũtur omnibus modis: ideo, ſi eſſet aliquod ſciens ſcientia Dei, & ſecundum modum eius præciſe, ſine dubio eſſet alius Deus eiuſdem rationis cum eo: propter quod concludit, d. & eſt manifeſtum quod Deus ab alijs in hac proprietate differt expreſſe, & inde vlterius concludit aliud. d. & ideo cauemus nobis concedere, quod de ſcientia ſit vniuerſalis, nec particularis: cuius rationem ponit, quæ debet ſic componi. ſcientia vniuerſalis, & particularis cauſantur ab entibus, & ſunt generabiles & corruptibiles, hæc eſt maior: ſed ſcientia Dei nec cauſatur a rebus, nec eſt generabilis, nec eſt corruptibilis: ergo in ſecunda figura, ſcientia Dei nec eſt vniuerſalis, nec particularis: & hoc diffuſius tractabimus in ſequentibus, quando tractabimus de ſcientia Dei. Deinde aliqualiter declarat iſtud d. dicimus tamen ad præſens, quod hæc quæſtio duo habet membra. quorum vnum eſt, quod ſi ipſe Deus intelligeret entia, prout ſunt eſſe ipſius, ſequitur quod Dei intellectus eſſet generabilis, & corruptibilis. & componitur ſyllogiſmus ſic: omne cauſatum ab alio eſt generabile & corruptibile. F per te, intellectus diuinus cauſatur a rebus: ergo erit generabilis & corruptibilis. Deinde infert ſecundum. d. & quod nobilior ex viliori perficeretur. & ſyllogiſmus componitur ſic. Deus eſt nobiliſſimum: Deus perficitur per ipſas res generabiles viles: ergo nobiliſſimum perficitur a vili. Deinde arguit dicẽs. vnde, ſi ens ſubſtantia ab intelligibilibus rerum, & earum ordine differret: ergo oporteret dare huic intellectum, qui non eſt comprehenſio formarum entiũ, ſicut in ſe in gradu, & ordine: vult dicere, ſi litera non eſt corrupta, quod formæ rerum non eſſent comprehenſæ in gradu aliquo, nec in ordine aliquo: & ſic eſſent inordinatæ, & ſic non haberent eſſe cognitum, ſicut ſunt in ſe, & in ordine: & hoc habet Auerro. pro inconuenienti, ideo concludit. vnde, poſtquam iſta duo ſunt falſa, ſcilicet quod Deus perficitur a vili, & generatur, & corrumpitur, & ſecundum quod res non ſunt comprehenſæ in gradu, & ordine: ſequitur illud, quod ſeipſum intelligit, ſint omnia entia, ſed in nobiliori eſſe, quam illud, quod habent in ſeipſis.

Agens agit, inquãtũ eſt ens in actu.

Dubitatio.

Sed hic eſt locus quęſtionis: quia, prima ratio nõ videtur valere: quia intellectus noſter cauſatur ab intelligibilibus, & tñ nõ eſt generabilis, propoſi-

A tio enim, d. quod omne cauſatum eſt generabile & corruptibile, eſt propoſitio falſa in multis, vt iam dixi. tertia ratio non videtur neceſsitatem habere: quoniam, ſine dubio poſſet quis dicere, quod res ſunt ordinatæ in ſuis naturis: & ideo, non oportet, vt ordo earum ſit res comprehenſa ab aliquo: vnde videmus, quod ſi ſub poſsibilitate principis ſit aliquod ens ordinem habens, in eo princeps ordinem non ponit, nec oportet de ordine illius ſcientiam habere: ita diceret aduerſarius, quod in naturis rerum eſt ordo de ſe, ideo poteſt ibi eſſe, dato ꝙ nullus ibidem conſideret: & ſic iſtæ duæ rationes videntur multum debiles. Pro intellectu iſtarum primo debes ſcire, vt declaraui in lib. de intellectu, quod ſcientia noſtri intellectus eſt per accidens corruptibilis, ſicut apparet: quoniam ſcientia illius conſiſtit circa formas rerum, quæ conſeruantur in imaginibus ibi colligatis, quibus deſtructis, per accidens deſtruitur, ſicut vniuerſale corrumpitur ſecundum corruptionem indiuidui: ergo apparet quod omne intelligẽs aliud a ſe, aliqualiter reſpectu illius rei intellectæ corrumpitur ſaltem per accidens.

Scientia nr̄i intellectus ē per accidẽs corruptibilis.

Ex hoc apparet inconueniens Auer. ſcilicet quod ſequitur ꝙ Deus eſſet generabilis iſto modo, ſaltem per accidens, vt dixi: vel poteſt dici ꝙ generari & corrumpi poſſunt accipi duobus modis: vno modo proprie pro eis, vt dicta ſunt in primo de generatione: alio modo, prout dictum eſt: ꝙ cum difficultate intelli-

Generari & corrũpi duplicitet.

B gitur, videlicet generari pro omni dependentia, & corrumpi pro oppoſito illius: & tunc inconueniens Auerro. eſt, quod ſequitur, ꝙ intellectus Dei eſſet generabilis, id eſt dependens ab alio: quod eſt falſum: quoniam eſt primum ſimpliciter independens: propoſitio. d. quod omne cauſatum eſt generabile, eſt vera ſub iſtomet ſenſu, vt vides. Pro intellectu ſecundo, debes ſcire quod omnes res cauſatæ, oportet vt contineantur in cauſis, ſicut ſunt: quoniam, ex quo ſunt cauſatæ ineſſe ſimpliciter, & ineſſe tali, oportet vt contineantur in vnoquoque: ideo oportet ꝙ omnes res, ſicut ſunt ordinatæ, ita oportet vt contineantur in ſua cauſa: modo, ſi earum cauſa prima eſt intellectus, oportet vt contineantur, ſicut in puro intellectu: quod eſſe non poteſt, niſi ordo rerum ſit ordo intellectus a prima cauſa: ideo inconueniens eſt, ꝙ res ſint in ſe ordinatæ, & tamen non ſint comprehenſæ a cauſa ſub tali ordine. illud autem, quod de principe dicebatur, non eſt ſimile: quoniam res exiſtentes ſub principe, non ſunt cauſatæ a principe: ideo ordo earum non oportet, vt contineatur in intellectu principis. Et præterea, non inconuenit quod res ſecundum ſe ſint ordinatæ, & tamen earum ordo eſt ab alio, ſicut eſſe earum eſt ab alio: & ſic apparet virtus illarum rationum. Et poſtquam dixit hoc, vult modo declarare illud, quod dixit in exemplo, & dicit ſed quomodo vnũ & idem ens gradus habeat diuerſos in ſuo eſſe, manifeſte apparet ab anima. color enim gradus habet diuerſos in ſuo eſſe

Res cauſatę continentur in cauſis.

C adinuicem differentes in nobilitate: vilior enim ſuis gradibus eſt ille, quẽ habet in materia. Deinde habet nobiliorem eo, ſcilicet in viſu: quare ex viſu comprehenditur ipſe color, ex materia minime: propterea declaratũ eſt in naturalibus, quo modo color habet eſſe in virtute phantaſiæ, qui eſt nobilior, & ſimplicior eſſe quam in viſu habet. Deinde habet nobilius eſſe iſto in memoriæ virtute: ſed, quomodo ſit hoc, ego declaraui in tertio de anima, in expoſitione commẽ. 6. vide. Deinde habet in intellectu eſſe nobilius alio, præcedentibus gradibus. etiã dicunt peripathetici quod adhuc eſſe habet & aliud nobilius omnibus prędictis, ſine aliqua comparatione, ſcilicet in ſcientia Dei, quo modo nobilius illo conſiderari non poteſt, vult dicere conſideratione vera. Et poſtquam dixit hoc, vult ponderare alia dicta Alga. & primo dicit id, quod tantum narrauit Alga. nomine philoſophorum in intelligentiarum ordine, & modo influentiæ iſtarum, & in earum numero non eſt demonſtratum, nec determinatum a philoſophis, & ideo de hoc nihil in libris antiquorum reperitur. Deinde ponderat aliud, quod circa idem dixit Alga. & dicit: ſed id, quod dixit nomine philoſophorum, ſcilicet omnia principia ſeparata in inſeparata a primo principio influunt, id eſt emanant, & quod ex fluxu vnius virtutis huius mundi fit mundus vnus, & eius partes inuicem colligantur, ita quod totũ vniuerſum erga vnam tendit actionem, ſicut corpus vnius animalis, quod eſt vnum in colliga-

tione, & plura in virtutibus, & membris, & operibus: dicimus quod hoc eſt conceſſum ab omnibus philoſophis: quod declarat, dicẽs, corpus. n. ſupercœleſte ſimile eſt vni aĩali, & ſuus motus diurnus, qui eſt totius cõgregati, qui eſt cõis omnibus cœlis, ſimilis eſt vniuerſaliter toti motui locali eiuſdem animalis, & motus particulares cœlorum ſimiles ſunt motibus particularibus membrorum ipſius animalis: & eſt philoſophis manifeſtum quod in animali vna eſt virtus, ex qua ſit vnum, & ab eadem omnes virtutes ipſius ergã vnum opus tendunt, ſcilicet in regimen, & conſeruationem ipſius corporis, & dicit, & hæc virtus colligatur cum virtute à primo principio influente: & poteſt intelligi a Deo, & poteſt intelligi a primo principio ipſius animalis. Deinde arguit per locũ a maiori. d. vnde, ſi hoc neceſſarium eſt in vno animali, ſcilicet quod vnam habeat virtutem ſpiritualem in omnibus ſuis partibus extenſam, ex qua virtus, & mẽbra illius fiunt vnum, & idem, & omnes eius virtutes fiunt vna, & eadẽ, & operatio partium entium ad modum ſimilis operationi partium animalis ad illud animal, ſequitur ergo ꝙ oportet quod ſit vna hæc virtus ſpiritualis, ex qua colligantur omnes virtutes ſpirituales, & corporeæ, & eſt vnigenea extenſa in toto vniuerſo, alioquin nullus ordo ſequitur in hoc mundo. Debes ſcire quod hæc virtus non extenditur corporaliter, ſicut anima aſini per eius materiam, ſed extenditur, ſicut iam in ſolutione. 12. dubij dictum eſt, vel ſpecialiter ratione eſſe, vel ratione operationis ordinatæ ad vnum: vide ibidem. B
Deinde remouet dubium: poſſet enim quis arguere quod iſta virtus eſſet multa, quia ex ea proueniunt multa, ſoluit, dicens, & non ſequitur ex intenſione vnius virtutis in pluribus, quod ſit in ipſa virtute pluralitas, ſicut opinati ſunt multi, videlicet quod ab vno principio influit vnum, ſcilicet prima intelligentia, & ab illo influit pluralitas, ſicut putauit Auicen. poſt concludit concluſionem. d. patet ergo ex iſtis, quod pluralitas poteſt procedere ab vno: & ſic apparet ſolutio argumenti Auicen. & totum hoc declaratum eſt hic. Deinde vult, ſecundum me, innuere ſecundam ſolutionem ad idem argumentum, & d. rurſus ex aliorum principiorum ſeparatorum eſſe conſiſtat in eo, quod imaginantur de primo principio, vult dicere ꝙ cauſæ diuerſæ rerum ſeparatarum fiunt ex eo, quod de primo diuerſa intelligunt: vnde, quia Deus eſt multiplex ſecundum intellectionem, ideo poſſunt de eo multi intellectus prouenire. Et hoc declarat. d. & non eſt impoſsibile quod ab vna. & eadem re ſumantur diuerſæ imaginationes: ſicut non eſt impoſsibile quod ex aliqua pluralitate ſumatur vna imaginatio: quod declarat. d. nos enim omnia corpora ſupercœleſtia in diurno motu vnam, & eandem rem imaginamur: quare omnes mouentur in hoc motu ab vno motore, ſcilicet motore orbis ſtellarum fixarũ: & reperimus alios orbes particulares, & diuerſos habentes motus: quare oportet ꝙ ipſi motus diuerſi procedant a motoribus quodammodo diuerſis, & quodammodo ſunt vnũ. F
vult dicere quod quodammodo ſunt vnum, prout colliguntur in motu ſupremæ ſphæræ, vult dicere ſunt vnum: ponit exemplum. d. quare, ſicut aliquis imaginatus eſſet ꝙ membrum commune aliis membris cuiuſdam animalis, vel virtus animalis ab eodem animali auferatur, ſimiliter omnia illius animalis membra, & omnes eius virtutes, ſimiliter corpus ſupercœleſte ſub ſe habet cũ ſuis motoribus virtutes: & tandem, ſic ſe habent principia mundi, & ipſius partes cum primo principio, vult dicere, ſicut dictũ eſt in animali. Deinde ponit aliud exemplum, d. vnde dicunt philoſophi, quod mundus eſt vere ſimili vni ciuitati: quare, ſicut vna ciuitas ab vno rege, ſeu principe regitur, & conſeruatur, & multi principatus ſubijciuntur illi principi, ſimiliter recte eſt in mundo: & oſtenſum eſt a nobis ſuperius. Debes ſcire, quod Deus eſt vnus ſimplex, & tamen põt a multis intelligi, & ideo poſſunt ab eo prouenire multa, eo modo, quo ab vno intelligibili ꝓueniũt multi intellectus. Et ideo, non incõuenit quod ab vno per modum, quo intelligibile cauſat intelligens, proueniant multa, vt declarauit etiam ipſe. 12. Meta. commen. 44. & ex hoc apparet alius modus intelligendi dictum primi magiſtri, cum dicitur ab vno, inquantum vnum, non prouenit niſi vnum, intelligitur non per modum, quo intelligere cauſat intel-

Licet Deus ſit vnus ſimplex, tñ põt a multis itelligi, et ſic ab vno proueniũt multa.

A ligens: & tu videas ea, quę dicta ſunt in ſolutione. 12. Et poſtquam dixit hunc modum, dicit alium, quomodo primus dat eſſe reliquis ſeparatis. d. amplius declaratum eſt a philoſophis, illud, quod dat finem entium ſeparatorum a materia, eſt illud, quod dat eis eſſe: forma enim, & finis ſunt vnum, & idem in hac ſpecie entium, vult dicere ſeparatorum: ergo illud, quod dat finem entibus, illudmet dat formam: et illud, quod dat formam, eſt agens: apparet idcirco, quod primum principium eſt omnium iſtorum principium, ſcilicet agens, & forma, & finis. vnde ſyllogiſmus poteſt componi ſic: dator formę ipſis rebus eſt agens: primus motor eſt dator formę entibus ſeparatis: ergo eſt agens. maior eſt manifeſta ex definitione agentis. minor probatur in litera ſic. dans finem in illis dat formam: ſed primus motor dat finem in illis: ergo dat formam. maior proſyllogizatur: quoniam quę ſunt vnum, & idem, dator vnius illorum eſt dator & reliqui: forma, & finis in illis ſunt vnum, & idem: ergo dator vnius, ſcilicet finis eſt dator formę: & ſic apparet, qualiter eſt agens finis, & forma omnium ſeparatorum entium ſine dubio. Et poſtquam dixit modum, quomodo primum eſt cauſa reliquorum, dicit quomodo eſt cauſa ſenſibilium, &c. d. qualiter tamen principium primum ſic ſe habet cum entibus ſenſibilibus, diximus quod ipſum dat eis vnitatem, & eorum vnitas cauſa eſt colligatiuę pluralitatis ab illa vnitate, & ideo eſt principium horum entium, ſcilicet efficiens, forma, & finis, & quodlibet entium appetit eius fi-
B nem cum motu, ſcilicet prout erga eum mouetur deſiderans finem. homo tamen, vult dicere deſiderat finem voluntarie, et alia naturaliter: quod intelligitur quod homo duobus modis, ſcilicet naturaliter, & voluntarie, alia tantum naturaliter. Deinde ponit id, quod manifeſtum eſt hic. d. ſed illud, quod notum eſt hic, quod motiuum, ideſt argumentum prędictorum philoſophorum ad opinandum, quod entia procedunt gradatim a primo principio ſecundum localem ordinem cœlorum, fuit, quod ſuprema ſphęra, vt apparet, nobilior eſt ſuis inferioribus, & alię ſphęræ eundem ordinem ſequuntur in ſuo motu, vult dicere quod ſemper ſuperior eſt nobilior: & totum hoc dixi, quare conati ſunt opinari illud, quod Alga. narrauit, ratione ipſorum in ordine ipſorum principiorum, vt prędicauimus. & ideo continuat ſe, & eius ſermo eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſponſio Secunda eſt, quòd qui tenet primum non intelligere, niſi ſeipſum, inducitur ad hoc ex timore pluralitatis. nam, ſi dicitur quòd intelligit aliud, neceſſe eſt vt ſit in
C intellectu eius pluralitas, & alietas, cum intelligat ſeipſum, & aliud. Et hoc profectò neceſſe eſt eſſe in cauſato primo. vnde oportet vt non intelligat, niſi ſeipſum. nam, ſi intelligeret aliud, id eſſet aliud a ſe ipſo, & indigeret cauſa, quæ eſt alia a cauſa ſui ipſius: & non reperitur cauſa, niſi cauſa ſui ipſius: quare eſt primum principium: ergo oportet vt non ſciat, niſi ſeipſum: & aufertur pluralitas, quę facta eſt hoc modo. Si autem dicet, ex eo quòd intelligit ſeipſum, oportet vt intelligat ꝙ ſit principium, dicimus, ſi ſequitur hoc ei, aut erit ex cauſa? aut ſine cauſa? Si ex cauſa, tunc non datur cauſa, niſi primum principium, & eſt vnum, & non poteſt imaginari quòd proueniat ab eo, niſi vnum, & iam prouenit, & eſt ſubſtantia cauſati, igitur ſecundum quomodo proueniet ab eo? Si vero ſine cauſa, ſequerentur ad eſſe primi entia multa abſq; cauſa, & ſequeretur ex eis pluralitas. Si autem hoc non intelligitur, ex eo quòd neceſſarium in eſſe, non erit niſi vnum, & additum vni eſt poſſibile, & poſſibile indiget cauſa, tunc hoc ſequitur in cauſa-

to, ſi fuerit neceſſarium in eſſe.ex ſe igitur eſt inconueniens dictum eo D
rum, ꝙ neceſſarium in eſſe eſt vnum. Si vero fuerit poſsibile, impoſsi-
le eſt eſſe ſine cã: & non eſt ei cã: igitur non intelligit eſſe ſuum. & non
eſt de neceſsitate cauſati primi vt ſit poſsibile in eſſe. nam poſsibilitas
eſſe eſt neceſſaria omni cauſato. cauſatum aũt ſcire cauſam non eſt ne-
ceſſarium in eſſe ſui, ſicut cauſam ſcire cauſatũ non eſt neceſſarium in
eſſe ſui. ſed fieri ſcientiam in cauſato eſt magis manifeſtum, q̃ fieri ſciẽ
tiam in cauſa. igitur declaratum eſt ꝙ pluralitas, proueniens in ſcien-
tia eius de principio, eſt falſa. nam non habet principium, & non eſt
de neceſsitate eſſe cauſati. & hoc etiam non poteſt euadi ab eo.

Inducit Alga. arguentem ſic, ait Alga. ſecunda reſponſio hęc eſt, quicunq; opi
natus fuit ꝙ primus intellectus non intelligit niſi ſeipſum, nequit. i. non decet re-
prehendi de conſecutione pluralitatis, vult dicere, quia ad eũ nõ ſequitur Deum
eſſe plura, quod exponit. d. ſi enim diceretur ꝙ ipſe intelligeret alia pręter eum,
ſequitur quod in ſuo intellectu eſſet pluralitas, & differentia, videlicet intelligẽ-
do ſe, & id, quod differt ab eo: & hoc ſequitur in primo cauſato, vult dicere, ſi in-
telligeret aliud: quare patet, ꝙ non intelligat niſi ſeipſum vnde ſyllogiſmus po- E
teſt ſic componi: omne intelligens aliud eſt compoſitum aliqua compoſitione:
ſed per te Deus, & primum cauſatũ intelligunt aliud a ſeipſis: ergo ſunt cõpoſi-
ta aliqua cõpoſitione: ſed quomodo omne intelligens aliud eſt aliquo modo com
poſitum, multotiens declaratum eſt, ideo pro nunc nolo immorari. Secundo ar-
guit, dicens. Si enim aliud pręter eum intelligeret, indigeret de alia cauſa pręter
ſuiipſius cauſam, quę eſt primum principium: quare non oportet quod intelli-
gat niſi ſeipſum. Et hic ſyllogiſmus componitur ſic, omne intelligens aliquid
extra ſe, habet cauſam aliquam priorem ea: ſed primum principium per te intel
ligit aliquid extra: ergo erit aliqua cauſa prior eo: quod eſt ſimpliciter falſum.
propter quod dicit, & ſi ſic, vult dicere, ſi Deus non intelligit, niſi ſe: reprobata
eſt pluralitas, vult dicere in eo hoc modo. Deinde ponit ſolu. quandam, quam
refutat, dicens, & ſi forte aliquis diceret, quod intelligendo ſeipſum, ſequitur ꝙ
intelligat ꝙ eſt principium. & per conſequens intelligeret priuatum, & ſic plu-
ra. Contra hanc ſolutionem inſtat. & licet ſuus ſermo poteſt duobus modis or
dinari, attamen ordinabo ipſum vno modo nunc: poſtmodum videbimus de alio
in ſolutione dubij, quoniam Auerro. reformabit illum. dicit ergo, nos dicimus
quod hoc, vult dicere iſta intellectio ſui, inquantum principium, ſequitur ex cau
ſa, aut ſine cauſa: vult dicere, quod ſi dicatur quod Deus intelligit ſe principium F
neceſſarium, intellectio illa habebit cauſam, vel non: ſi ex cauſa, vult dicere,
ſi habet cauſam, non eſt alia cauſa niſi primum, vult dicere cauſa illius non erit,
niſi ipſemet Deus, qui eſt vnus. ſed hoc eſſe falſum oſtendit, d. & non debet ima
ginari, quod ab eo procedat niſi vnum, ſed ab eo proceſſum eſt cauſatum, id eſt,
primus intellectus factus: ergo qualiter ab eo procedere poteſt, vult dicere in-
tellectio illa. ergo virtus ſyllogiſmi in hoc conſiſtens, ab vno non prouenit niſi
ſolum vnum: Deus eſt vnus, & ſimpliciſsimus: ergo ab eo non niſi vnum pro-
uenit. ergo, vel ab eo nihil procederet primum cauſatum, vel ab eo non procedit
iſta intellectio. Deinde deſtruit aliud membrum. d. ſi ſine cauſa, ergo & hęc con
ſequentia, vult dicere entia poſteriora in natura cauſati neceſſaria eſſe de ſe, re-
probata eſt eorum opinio, ſcilicet quod neceſſarium eſt eſſe vnum: & videtur
quod velit dicere, quod ſi intellectio illa ſit ſine cauſa, ergo omnia poſteriora
ſunt neceſſaria de ſe: quoniam a pari, ſicut illa intellectio eſt ſine cauſa, ita &
reliqua poſteriora conſequentia erunt ſine cauſa, & ſic erunt de ſe neceſſaria
cuius declarationem ponit. d. ſi vero impoſsibile eſſet, indigeret igitur de cauſa:
vult dicere quod ideo ſunt neceſſaria a ſe, quoniam omne cauſatum eſt poſsibi-
le: & omne non cauſatum eſt neceſſarium, & addit: ſed ipſe non habet cauſam,
ergo ſuum eſſe non poteſt intelligi; & forte hoc verbum eſt minor huius ſyllo-

A giſmi, cuius maior eſt. omne intelligens aliquid habet cauſam: Deus non habet cauſam. ergo non intelligit ſe: & ſic iſta erit tertia ratio, ex quibus Alga. voluit reprobare opinionem philoſophorum in eo, quod dicunt, quod Deus non intelligit niſi ſe tantum.

AVEROES.

Ait Auer. Hæc eſt ratio eius, quam affirmat primum intelligare id, cuius eſt cauſa. quoniam dicitur, ſi non intelligit ex ſe ꝙ ſit principium, intelligere quidem ſeipſum eſt intellectio diminuta. Quæſtio autem Alga. in hoc eſt. qm̃, ſi intelligit id, cuius eſt cauſa, non euadit, aut erit hoc ex cauſa, aut ſine cauſa. ſi autem ex cauſa, igitur primum habet cauſam. ſed primi non eſt cauſa. ſi vero fuerit ſine cauſa, neceſſe eſt vt proueniat ab eo pluralitas, & ꝙ ſciat eam. ſi autem prouenerint ex eo plura, non eſſet neceſſarium in eſſe. qm̃ neceſſarium in eſſe non erit, niſi vnum: & quod proueniunt ab eo plures

B vno, eſt poſſibile in eſſe: & poſſibile in eſſe indiget cauſa: ergo falſum eſt dictum eorum, ꝙ primum eſt neceſſarium in eſſe, & ſcit cauſatum ſuum. Et dixit cauſatum autem ſcire cauſam non eſt de neceſſitate eſſe ſui: & multo magis ꝙ non erit de neceſſitate cauſam ſcire cauſatum. Dicimus, hoc dictum eſt ſophiſticum. nam, cum poſuerimus cauſam intellectum, qui intelligit cauſatum ſuum, non eſt de neceſſitate ex hoc, ꝙ ſit ex cauſa addita ſubſtãtiæ eius, ſed ex ſeipſo. nam ſequi cauſatum ab eo eſt, quaſi ſequens ſubſtantiam eius. ſi autem ſequi cauſatum ab eo non ex cauſa, ſed ex ſeipſo, igitur non ſequitur vt proueniat ab eo pluralitas. nam hoc ſecundum radicem eorum reducitur ad ſubſtantiam eius. &, ſi ſubſtantia eius eſt vna, proueniet ab ea vnum: ſi autem plures, plures. Id autem, quod ponitur in hoc ſermone, ꝙ oẽ cauſatum eſt poſſibile in eſſe, hoc eſt verum in cauſato compoſito, & impoſſibile eſt eſſe aliquid compoſitum, & æternum: & omne poſſibile in eſſe

C apud Philoſophos eſt innouatum. & hoc eſt id, quod declarauit Ariſt. in multis locis librorum ſuorum: & declarabitur magis hoc a nobis, cum loquemur de neceſſario in eſſe. Id autem, quod Auicenna appellat poſſibile in eſſe, ipſum quidem, & poſſibile in eſſe dicuntur æquiuoce. Quare id indigere efficiente non eſt manifeſtum eo modo, quo eſt manifeſtum eo poſſibile indigere.

Omne cauſatũ eſt poſſibile eſt verum de cauſato compoſito.

Et, poſtquam recitauit ipſe verba Algã. vult modo moderare illã, & primo dicit. Dicimus nos quod hęc eſt allegatio ipſius, qui opinatur quod primus intellectus non intelligit illud, quod eſt ipſius cauſa, immo vult dicere, quod non intelligit niſi ſe principium. ipſe enim dicit ꝙ; ſi intelligeret de ſeipſo quod eſt principium, intelligit ergo ſeipſum ſine dubio defectiue, vult dicere non in optima perfectione: & ſic reperi in libro meo, & tamen in alio non inuenitur litera negatiue: ſed ſic, videlicet quod primus intellectus intelligit id, quod eſt ipſius cauſa: & tunc expoſitio eſt difficilis, & videtur mihi quod ſit ſenſus: quod iſta allegatio, id eſt, iſta ratio ſit illius, qui ponit primum cauſatum intelligere ſuam cauſam, quaſi dicat, quia vult quod non modo intelligat ſuam cauſam, verum ſe principium, aliter ſua intellectio eſſet diminuta; & tunc intel-

tio eius eſt, quod argumentum Alga. eſt inuentum ab alijs: ſed quomodocunque, D
primus modus eſt melior. Et poſtquam dixit hoc, repetit rationem Algaz. & eã
moderat, & dixit id, quod arguit Alga. ſuper hoc, quod ſi primus intellectus in-
telligeret id, quod eſt principiatum ab eo, non euaderet quin eſſet ab aliqua cau-
ſa, aut ſine cauſa. & poteſt intelligi per primum intellectum, ſcilicet ipſius Dei:
& poteſt intelligi intellectum primi cauſati. Sed ego expoſui Alga. in dubio di
cto de intellectu Dei. Et quomodocunq; vult dicere, quod ſi primus intellectus
intelligeret principiatum: omnino illius intellectio vel haberet cauſam, vel nõ.
Deinde deſtruit membra. d. primum eſt falſum: Deus nanq; nullam habet cau-
ſam, & hoc ſignificat quod per primum intellectum, intelligit Dei intellectum.
ſi vero ſine cauſa fuit, ſequitur quod ab eodem primo pluralitas procederet, &
quod ipſe ſciret eam. Et ſi ab eo procederet pluralitas, non eſſet ergo neceſſariũ
eſſe: quod enim neceſſarium eſt, vnum eſt neceſſario. Et confirmat. d. & illud, a
quo procedit pluralitas, ſine dubio eſt poſsibile; & quodlibet poſsibile indiget
de cauſa: ergo Deum non eſt neceſſarium eſſe, nec ſic ab eo cauſata, vult dicere,
& dicit: & poſtquam nõ eſt neceſſarium in eſſe cauſati, quod ſuam cauſam ſciat,
valde nimis neceſſarium eſt quod cauſa ſciat ſuum cauſatum. Et hęc eſt argumẽ-
torum Alga. declaratio. Debes ſcire, quod ratio iſta eſt alterius virtutis ab ea,
vt formaui in dubio, quoniam iſta amplectitur quicquid dicit illa, & vltra, vt pa B
tet. Sed, quomodo habeat euidentiam aliqualem, non eſt curę ſcire illud: quo-
niam dicta Auer. ſoluunt illam euidentiam, propter quod ait, & videtur nobis
quod ſua verba ſophiſmata ſint: & reſpondens ad punctum. d. quando ergo po-
neremus quod illa cauſa eſſet intellectus, & quod intelligit ſua cauſata, non ex
hoc ſequitur quod ſit cauſa ſuę intellectionis quid additum in ſubſtantia dicti in-
tellectus, immo eſt de natura ſuijpſius. vult dicere, ꝙ cauſa illius intentionis non
eſt niſi natura eius tantum, quoniam ibi vnita ſunt omnibus modis. quare proceſ-
ſus cauſati, vult dicere, alterius naturę ab eo eſt quid conſequens ſuam ſubſtan-
tiam, vult dicere dependens a ſubſtantia primi, ſiue hoc, ꝙ aliud prius depende-
rit. Deinde probat aliud membrum. d. ſimiliter, ſi procederet ſine cauſa, vult di
cere, ſi illa intellectio eſſet ſine cauſa, ex hoc non ſequitur ꝙ ab eo procedat plu
ralitas, cuius cauſam dicit, id nanque, vult dicere intellectio ad ipſius ſubſtantiã
reducitur, videlicet ſi vna fuit ſubſtantia, vnum procedit ab ea, non plura. Ex
his ſequitur debilitas rationis Alga. quoniam poſitis. & conceſsis illis ambobus
membris, non propter hoc ſequitur inconueniens aliquod illorum, vt finxit Al-
ga. Deinde reprobat illud, quod appoſuit. d. Sed illud, quod poſuit, ſcilicet omne
cauſatum eſt poſsibile eſſe, non verificatur niſi in cauſato compoſito: modo di-
cit, ſed impoſsibile eſt inuenire quid compoſitum æternale: ergo quodlibet poſ-
ſibile eſſe eſt nouum, vt declaratum eſt ab Alga. in pluribus locis, & nos tracta- C
bimus diffuſe in ſequentibus. Deinde remouet quoddam argumentum Auicen
nę contra ſe. arguebat enim ſic: omne id, quod eſt ab alio, eſt in ſui natura ens
poſsibile, ſed omnia pręter Deum ſunt ab alio: ergo omnia ſunt entia poſsibilia:
maior probatur apud illum: quoniam, ex quo eſt ab alio, non habet eſſe a ſe. Re-
ſpondet Auer. d. ſed illud, quod dicit Auicen. videlicet illud, quod dicit de poſsi
bile eſſe, dicimus ꝙ dicitur cum iſto poſsibili æquiuoce, vult dicere ꝙ illud poſ-
ſibile, & poſsibile compoſitum ſunt poſsibilia ęquiuoce dicta: & ſic negatur
maior, niſi in poſsibili compoſito.

Quęſtio. 14. SED HIC prouenit locus quęſtionis non modicus: quoniam ſecundum do-
ctrinam Auer. anima intellectiua compoſita eſt ex duabus partibus, ſecundum
rem diuerſis, & tamen non eſt noua, immo æterna, ſicut & quælibet intelligen-
Poſitio Io. tia mouens ſtellas. Ioan. in lib. de Anima finxit ſolu. ꝙ illud dictum debet intel-
Contra. ligi, ꝙ omne compoſitum eſt nouum, id eſt, dependens. Sed, quam remota ſit iſta
Poſitio quo-rundam. ſolu. apparet. quoniam Auer. dicit ꝙ nullum compoſitum eſt æternale, eo quia
omne compoſitum eſt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. Alij autem dixerunt,
vt mihi videtur, ꝙ compoſitum eſt duobus modis, ex actu particulari particula-
riter recepto, & potentia particulari particulariter receptiua: & ex actu vniuer-
ſali vniuerſaliter recepto, & potentia vniuerſali vniuerſaliter recipiente. Dicũt

A modo, quod compoſitum primo modo eſt generabile & corruptibile. ſecundo autem modo eſt æternum: & cauſa eſt, quoniam compoſitũ vniuerſale abſtrahitur a cauſis corruptionis & generationis, & a conditionibus illarum: eo quia non habet contrarium, nec eſt in loco, nec in tempore. E contra eſt de compoſito particulari, & hanc ſolutionem ego tenui magno tempore, donec ego non vidi dicta Auer. multa, & poſui ipſam in quæſtione de compoſitione cœleſtis corporis, & hoc ſolum, propter amorem. Ioan. quem ſequebar, tanquam Deum: & poſt, cum colligaui dicta Auer. vidi ꝙ ſol. hęc non eſt intelligibilis, & multas rationes poſui in lib. de intellectu. Et pro nunc id declaro vna via, quoniam vniuerſale ſecundum dicta Auer. eſt duobus modis. Quoddam per eſſentiam: ſicut eſt agens intellectus, & reliqua entia ſeparata, quę non ſunt vniuerſalia per hoc, ꝙ mens auferat ea a materia, & a conditionibus materiæ: ſed, quia eſſentię ſunt actu intelligentes, vt ſcis. aliud eſt vniuerſale participatiue, ſicut ſunt formę rerum naturalium, quia ſecundum eſſe ſunt indiuidua, attamen participando quodammodo lumen intellectus agẽtis, ſunt ſecundum modum vniuerſalia ſeparata ab his, & nunc, & reliquis conditionibus materię. Hac diſtinctione poſita, prima via ſic deducitur. vniuerſale participatiue eſt minus abſtractum quã vniuerſale per eſſentiam: & hoc eſt manifeſtum, quoniam abſtractionem ſuam habet ab vniuerſali per eſſentiam, vt dixi: & conſtat quod vniuerſale materiale per modum ſuę vniuerſalitatis eſt adeo abſtractum, quod in nullo poteſt eſſe ſubiecto, nec particulari, nec vniuerſali, niſi perfectiue eo modo, quo obiectum cognitum eſt in virtute cognoſcentis. ergo vniuerſale per eſſentiam, ſicut eſt intellectus agens, non poterit recipi in aliquo ſubiecto nec vniuerſali, nec particulari: niſi, ſicut res intellecta recipitur in cognoſcente: ideo oportet dicere intellectum agentem non vniri poſsibili ſubiectiue, ſicut forma materię, ſicut vniuerſalia ſecundum modũ, ſcilicet materialia non poſſunt vniri ei, nec alicui ſubiectiue, propter eorum vniuerſalitatem, & abſtractionem, quam habent ab agente. & ſic apparet peccatum Ioan. de compoſitione intellectus. Ex his patet quod omne compoſitum eſt particulare ex actu particulari, & indiuiduo, & potentia particulari, & indiuidua: & ideo omne tale eſt nouum generabile & corruptibile ſine dubio, Et poſtquã ſcripſi hoc, occurrit alia via ad probandum, quod omne compoſitum eſt nouum ex verbis Philoſophi in. 13. Metaphyſicæ. & poteſt ſic ordinari, videlicet, qm̃ omne factum, & cauſatum cauſatur. & fit ſecundũ modum ſui eſſe. effectus enim non pullulat ab agente, niſi ſicut eſt poſsibile in natura entis: modo compoſitum in hoc differt a ſimplici: ꝙ natura entis ſimplicis non habet eſſe niſi vno modo, ideo accipit eſſe ſimplici modo, & ſtatim eſt id, quod eſt per ſui naturam, vt dicitur. 9. Metaphy. in fine. compoſitum enim habet eſſe in vnione partium, & colligatione inuicem, ideo oportet, vt modus ſui eſſe ſit ſecundum colligationem earum inuicem: ideo cauſans compoſitum, debet colligare partes inuicem, aliter factio eius non differt a factione rei ſimplicis. modo apparet ꝙ non colligantur, niſi illa, quę in ſuis naturis non ſunt ligata, & vnita, quoniam aliter agens fuiſſet ocioſum: ergo oportet, vt natura partium ſit non de ſe in colligatione conſiſtens: modo partes, quę in ſuis naturis non conſiſtunt in colligatione earum, ſine dubio poſſunt eſſe in oppoſito colligationis, ſcilicet ſub diuiſione, et ſeparatione. Ex his ſequitur quod omne compoſitum eſt ſolubile in ſui natura: quoniam partes eius ſunt ſolubiles, & in ſuis naturis non conſiſtentes in colligatione. Compono igitur ſic viam: omne compoſitum colligatum ex partibus, in quarum natura, non eſt colligatio & compoſitio, eſt ſolubile & colligabile: omne compoſitum tam vniuerſaliter, quam particulariter eſt compoſitum ex partibus, in quarum natura non eſt colligatio & compoſitio: ergo omne compoſitum eſt ſolubile, & colligabile. Tunc vltra. omne compoſitum colligabile omnino eſt generabile & corruptibile, vt eſt manifeſtum per ſe: omne compoſitum eſt colligabile & ſolubile, vt dictum eſt: ideo omne compoſitum ſimpliciter eſt nouum, & generabile, & corruptibile: & ſine dubio hęc via eſt firmiſsima, & demonſtratiua, & eſt Ariſtote. in loco ibi dicto. Dicendum igitur, ꝙ omne compoſitum ex diuerſis rebus eſt ſine dubio nouum: verũ compoſitum eſt duobus modis: quoddam

Duplex uniuerſale.

B

Alia via ad probãdũ oẽ cõpoſitũ eſſe nouum.

C

per diuerſis rebus realiter diſtinctis, quoddam ex perfectione, & priuatione D
quadam maioris perfectionis, ſicut reperitur in omnibus citra primum. Tunc di
cendum, quod omne compoſitum eſt depẽdens, & habet cauſam: & hęc eſt vni
uerſalis iam in compoſito primo, quam in compoſito ſecundo modo. ſed loquen-
do de compoſito primo modo, omne compoſitum eſt nouum ſimpliciter. Ad
argumentum animę intellectiuę, dictum eſt in libro de intellectu, quod ibi nul-
la eſt compoſitio, niſi ſecundo modo, non primo modo. agens enim intellectus,
& poſsibilis non ſunt duę res, ſed duę operationes, vt dixi. eſt enim ibi tantum
diſtinctio ſecundum modum, non ſecundum rem, vt ibidem declaraui. & vide,
quia multa dixi contra Ioan.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio Tertia. Intelligere autem cauſatum pri-
mum ſeipſum, aut eſt ipſummet, aut diuerſum. ſi autem di-
uerſum, ſic etiam erit in primo principio, & prouenict ab eo
pluralitas. ſi vero non fuerit diuerſum, ergo in eo eſt quaternitas, nec B
trinitas ſecũdum exiſtimationem eorum, ſcilicet ꝙ intelligit ſeipſum,
& intelligit principium ſuum, & eſt poſsibile in eſſe. & poteſt addi, ꝙ
ſit neceſſarium in eſſe, propter aliud: & ita apparet quinqueitas. & in
hoc patet ampliatio eorum in errore.

Et, poſtquam dictum eſt de illis, quo ad primũ motorem, adducit Alg. potius
quo ad primum cauſatum, & dicit: ait Alga. arguendum eſt ſuper diuiſionem prę̄
dictam philoſophorum tali modo: non euadet, quin ſit intelligere primum cauſa-
tum ſeipſum idem quod ſeipſum, aut differens. vult dícere quod intellectio primi
cauſati neceſſario erit aut idem ipſi, aut differens ab eo: ſi differens ergo dici po-
teſt de primo principio ſimiliter: quapropter ſequitur ab eo pluralitas, id eſt, eſ-
ſet in eo multido & non ſimplicitas. conſequentia autem apparet, quoniam vide
tur eadem ratio eſſe in vtroq;, quoniam ambo ſunt entia ſeparata. Deinde de-
clarat falſitatem alterius membri. d. ſi eſt idem, ergo non eſt in eo trinitas, nec
quaternitas, ſicut opinantur philoſophi: & exponit poſsibile eſſe, & poteſt ad
hoc applicari quartum, ſcilicet, quod eſt neceſſariũ per aliud. patet ergo ꝙ iſto-
rum inſudatio fuit fruſtra. Debes ſcire quod in primo cauſato, apud iſtos philo
ſophos ſunt quatuor rationes: quarum prima eſt intellectio primi, ſecunda intel-
lectio ſuiipſius, tertia poſsibilitas eſſendi et non eſſendi, quarta neceſsitas ab alio. C
iſtę igitur quatuor rationes in primo cauſato reperiuntur: dicit ergo quod, ſi ibi
eſſet intellectio omnibus modis idem cum intelligente, non eſſet ibi iſta quater-
nitas rationum, quas ponunt philoſophi: & ſic apparet dictum iſtius hominis
ex hoc.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo hic de intelligentiis eſt duobus modis, quo-
rum Vnus eſt in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelli-
git. & eſt diſputatio, de qua diſceptauerunt Antiqui. Sermo au
tem in eo, quod prouenit ex eis, ſolum Auic. de eo locutus eſt, ſermo-
ne, quem hic recitauit pro Philoſophis, & ſe extendit ad dubitandum
contra eum, ad hoc vt exiſtimetur ipſum dubitaſſe contra oẽs. & hoc,
vt ipſe dixit, eſt ampliatio ſiſtentis in errore. & non reperitur hic ſer-
mo alicuius Antiquorum. & eſt ſermo, cui non conſtituitur demon-

A ſtratio, niſi ei, ꝙ exiſtimauerunt ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum, quæ quidem propoſitio non eſt in agentibus, quæ ſunt formæ in mate riis, ſicut eſt in agentibus, quæ ſunt formæ abſtractæ a materia. nam non eſt ſubſtantia intelligentiæ cauſatæ apud eos, niſi id, quod intelli git de principio ſuo. & non ſunt hic duo, quorum vnum eſt ſubſtãtia, & aliud quid additum ſubſtantiæ, qm̃, ſi hoc eſſet, eſſet compoſitum, ſimplex autem non eſt compoſitum. Differentia autem inter cauſam, & cauſatum eſt, qm̃ cauſa prima eſſe eius eſt in ſe, ſ. formis ſeparatis: cauſa vero ſecunda eſſe eius eſt relatiue ad primam cauſam. nam eſſe cauſatum eſt ex ſemetipſa, & non eſt quid additum ei, ſicut eſt in cauſatis materialibus. v.g. color eſt aliquid exiſtẽs in ſe in corpore, & eſſe cauſa viſionis eſt, ex eo ꝙ eſt relatiue, & viſio non habet eſſe, niſi in hac relatione. Quare abſtracta a materia ſunt ſubſtantiæ de natura relationis. vnde vniuntur cauſa, & cauſatum in formis abſtractis a ma teria. & propter hoc ſunt formæ ſenſibiles de natura relationis, vt de- B claratum eſt in libro de Anima.

Dña inter cauſam, & cauſatum.

Formę ſenſibiles ſunt de natura relationis.

Et, poſtquam adduxit verba Alga. vult primo dare eis intellectionem eius in verbis illis, & poſt reprobare dictum eius, ſicut conſueuit. & primo. d. Dicimus nos, quod locus dubitationis verborum Alga. eſt in duobus, ſcilicet in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelligit: & eſt quæſtio valde diſputata ab antiquis: & videtur mihi ꝙ velit dicere, ꝙ intellectio quęſtionis Alga. eſt, an primum cauſatum intelligat. vnde quęſtio an eſt, alia eſt a quęſtione quid ſit, & quęſtio quid ſit pręſupponit quęſtionem an ſit. dicit modo Auer. ꝙ quęſtio Alg. eſt quo ad an eſt, intellectionis primi cauſati, videlicet an ipſum intelligat, an nõ intelligat, & non eſt quid ſit intellectio primi cauſati, nec modi eius. Vel poteſt intelligi, ꝙ intellectio quæſtionis Alg. eſt circa rem intellectam, an. ſ. res intelle cta ſit idem cum intelligente, an differens, & ideo dicit, ꝙ quęſtio eſt in eo, quod intelligit, ideſt circa rem intellectam, & in eo, quod non intelligit. i. an ſit idem cum intelligente, an differens. & tu conſidera. Et, poſtquam dixit intellectionẽ quæſtionis, vult ponere peccatum eius, & primo ponit eius peccatum. d. ſed id, quod dixit nomine philoſophorum in entium proceſſu, tñ ab Auic. reperitur, et ab aliquibus ſequentibus eũ: & ipſe modo deceptionis. i. falſo dedit abſolute fa- C mam oĩbus philoſophis iſtis opinionis, & inſudauit ſe eã reprobare. & ponit cau ſam huius. d. vt, id eſt, qm̃ poſſit ſupereminere. i. eſſe victor in agone philoſopho rum, velli, et audere ꝙ vincat eos. ſic habet litera mea: & forte hoc. ſ. velli, & au dere ſunt nomina, & caſus genitiui, & denominant ludũ illud tẽpore antiquo fa ctũ: vel forte ſunt verba, Verbi gratia, infinita, et quomodocunq;. vult dicere ꝙ illud fecit, vt ſe oſtendat victore philoſophorũ. &, cum dixit peccatum eius, & cauſam illius, incipit remouere illud, &. d. & hoc ſine dubio fuit maxima ſua prauitas: quare, vt diximus, nulla iſtarum dubitationum demonſtratiue probabi tur, niſi id, quod meditantur pro acuiſſe, vult dicere, acute inueſtigare ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum. vult dicere, vt reputo, ꝙ nulla dubitationum illorum eſt rationalis, niſi illa, quę fundatur in propoſitione illa philoſophi, per quam ſine dubio ſequitur, ꝙ a Deo non proueniet niſi vnum, & dicit, ꝙ illa propoſitio non ſequitur in agentibus, quę formę ſunt materiales, immo tantum in ſeparatis agẽtibus: & videtur mihi, quod iſtud non dicat ſecundum mentem eius, ſed ſecundum illos, quoniam illi verificabant illam tantum in ſeparatis. Auer. autem, vt dictum eſt, verificauit eam tãtum in materialibus. cuius ſignum habeo quod hoc intendat, quia ſequitur vlterius opinionem illorum dicens, & ſecundum eos ſubſtantia cauſati intellectus non eſt niſi id, quod intelligit de ſuo principio, & a deo non ſunt hic, ſcilicet in primo cauſato duę res, ſcilicet quod vna ſit ſubſtan-

eo quia illud eſſe nõ eſt niſi eſſentia intelligentiarum,quę poteſt producere res, D
& ſic ibi ſunt cauſę. Sed intellecta hominis habent eſſe cauſę in genere formę, habent tamen eſſe cauſati ſecundum quid.ideo ſimpliciter nobilius eſt eſſe earũ in reliquis.& hoc patet. Et poſtquam tractauit de diſpoſitione intelligentiarũ,et & ordine entium,vult modo tractare de diſpoſitione primi principij,& accipit primo illud,quod dicit ad primum principium,& ad eius naturam, & dicit rurſus,qñ ipſi ſpeculati fuerunt de corpore ſupercœleſti,inuenerunt ipſum ſecundũ veritatem corpus ſimile vni animali vnum motum vniuerſalẽ.i.totalem habenti,& intelligit hic per corpus cœleſte,non octauum orbem, nec aliquẽ aliũ, ſed compoſitum ex oĩbus orbibus:& declarat illam cõuenientiam.d.ſicut.n.quodlibet animal vnum vniuerſalẽ habet motum.ſ.translationem ſui corporis,ita ſup. & hic motus,vult dicere circularis vniuerſalis in corpore cœleſti, eſt vnus motus,qui in ſuprema ſphęra fit,eſt ergo ſimilitudo,ꝙ ſicut animal generabile mouetur vno motu,qui conuenit oĩbus membris, & toti congregato,ita eſt in aĩali cœleſti.ſ.ꝙ mouetur vno motu totali,qui conuenit oĩbus mẽbris, & toti vniuerſaliter. Deinde exponit alios.d.poſt ea inuenerunt ꝙ alij orbes motus habent particulares ſimiles oĩbus partibus mẽbrorum vnius animalis. Deinde exponit diſpoſitionem vnitatis illorum.d.dicunt philoſophi ꝙ colligatione horum corporum inuicem,& reductione ipſorum ad vnum corpus,& vnum finem, eſt conuenientia omniũ in vno opere.ſ.regimine huius mundi: & ꝙ ex hoc ſequitur, ꝙ E
oẽs motus cœlorũ ad vnum primum reducuntur.et ponit exẽplum conueniens. d.vt vere eſt ſimile reperire in pluribus artibus erga vnum finem tendentibus. oẽs enim illę artes ad vnam & eandem reducuntur,quę eſt princeps aliarum artiũ ſine dubio.& ideo coacti fuerunt opinari, ꝙ illa ſeparata principia ad vnum ſeparatum principiũ reducuntur,quod eſt primum oĩum cauſarum, & forma, & ordo,q̃ in hoc principio ſunt,nobilior eſt formarũ,& ordinũ,vult dicere ꝙ cauſę rerum, & ordo earum in primo habent eſſe nobiliſsimum ſimpliciter. & hic ordo eſt cã,& principium oĩum ordinum huius mundi.amplius vult dicere,inuenerunt ꝙ dictę intelligentię inter ſe differunt in nobilitate ſecundum ſtatum,quẽ habent de primo principio in propinquitate, & longitudine.

Quęſtio.12. SED in his eſt locus quęſtionis. quare, non videtur verum, ꝙ ſimilitudo ſit conueniens: qm̃ ſedes animę eſt cor ſecundum omnes, quod ponitur in medio omnium membrorũ,& totius. ergo medium oĩum orbium, cum dicatur eſſe ſol, ideo Deus deberet eſſe in orbe ſolis tanquam in ſua ſede. Et vel ſimilitudo non

Poſitio quorundam. eſt conſequens,vel Deus non erit in octaua ſphęra. quod eſt falſum. Hic dixerunt quidam philoſophi,ꝙ Deus ſine dubio eſt in orbe ſolis propter multa.

Prima ratio primo eſſe in medio,qm̃ de natura principis eſt,vt ſit in medio, vt dicitur in lib.de

Secũda rõ. cauſa motuum animalium. modo conſtat inter orbes medium eſſe ſolem. Secundo,propter dignitatem orbis:quoniam orbis eſt finaliter propter ſtellam,vt F
dictum eſt in libro cœli.ideo orbis,qui habet ſtellam nobiliorem,erit nobilior.

Tertia rõ. modo conſtat ſolem eſſe nobiliorem omnium, vt apparet apud omnes. Tertio,propter propinquitatem ad nos,propter quos mouetur. oportet enim conſeruans,& agens non eſſe diſtans a conſeruato, & acto, vt apparet communiter in omnibus. propter hęc, & multa alia dixerunt, ꝙ ſol reſpectu totius firmamenti eſt,ſicut cor:quoniam,ſicut cor eſt fons caloris, ita & ſol: & ſicut cor eſt illud, vnde omnes virtutes proueniunt in membris animalis,ſic ſol propter lumen,& alia eſt id,vnde omnes virtutes in reliqua cœleſtia diffunduntur: & ſicut anima eſt in toto corpore, appropriatur tamen cordi, tanquam parti digniſsimæ, ſic Deus eſt in toto congregato primo,& appropriatur tamen in ſole, tanquam in

Impugnatio parte principaliſsima. Sed, ſine dubio hęc opinio eſt falſa, & contra philoſophos quidem: quia octauo Phyſi, Ariſt,vt dicit Auer.ibidem comm. 84.determinat ꝙ Deus eſt in maximo circulo,& in ſecundo Cœli,vt dicit ibi commen. 15. determinat quod ſit in Oriente. falſa quidem, vt probatur ab Auerro.12. Metaphyſi.commen.44.quoniam omnes orbes diurnum motum intendunt, qui prouenit ab octauo orbe:hoc autem non eſſet,niſi quia ille orbis octauus eſt no-

Secunda. bilior omnibus alijs. Secunda via ſumitur ibidem ex dignitate corporis, &

A magnitudinis: quoniam maiori quanto debet appropriari maior virtus, vt dictum eſt in lib. Cœli, & in lib. Phyſi. modo conſtat octauum orbem eſſe maximum omnium: ergo ei approprietur maior virtus. modo declaratum eſt in loco eius, quod virtus primi eſt maxima. ideo, ſine dubio debet appropriari octaui orbis ſedi. Tertia via ibidem colligitur: quoniam princeps debet poni in loco dignisſimo: modo conſtat ſupręmum locum eſſe omnium dignisſimum, vt dicunt: & videmus hoc apud principes huiusmundi, qui ſemper appropriāur arci, & caſtris propter nobilitatem eorum. Quarta via eſt ex multitudine ſtellarum, & nobilitate earum, vt Auer. ibidem dicit. manifeſtum eſt enim illum orbem excellere orbem ſolis propter magnitudinem ſtellarum, & nobilitatem earum, vt Auer. ibidem dicit. manifeſtum eſt enim illum orbem excellere orbem ſolis propter multitudinem ſtellarum. ibi enim multę ſunt ſtellę, & dignisſimę: et reputo quod omnes, vel multę earum ſint nobiliores ſole: cuius ſignum videtur, eo quia oportet, vt motu diurno omnes ſint pręſentes cuilibet parti terrę: quod non eſſet, niſi quia virtutibus earum conſeruant mundum: videmus enim ſolem per multum tempus diſtare a nobis, & tamen pars, vbi nos ſumus, ſiue propinquitate eius ad nos, eſt adhuc in ſui eſſe conſtituta: & hoc ſignificat, quod eſſe eius non eſt ita neceſſarium, ſicut eſſe octauę ſphęræ, & ſtellarum eius. Vltra a ſigno poteſt ibidem probari: quoniam motus maximus circuli eſt velocisſimus,

Tertia.

Quarta.

Stellę fixæ motu diurno ſemper ſunt pſentes cuilibet parti terrę.

B & tamen eſt corporis maioris. & hoc non eſſet, niſi ex nobilitate & fortitudine virtutis: quoniam ex paruitate corporis eſſe non poteſt, ſicut forte accidit in luna: & ex hoc ſcimus quod virtus mouens illam ſphæram eſt fortior omnibus alijs, & ideo nō poteſt eſſe, niſi ſit Deus. Ex omnibus his ſequitur, quod octauus orbis eſt ſimpliciter nobilior omnibus alijs, licet alij inter ſe comparatiue ſint in nobilitate: quia quidā eorum ſunt nobiliores ſecundum vnum gradum nobilitatis, qui tamen ſecundum alium ſunt viliores, vt dicit ibidem Auer. Pro ſolutione ad rationes alterius opinionis debes ſcire, quod dignitas loci, & magnitudo corporis ſunt dignitates abſolutę maiores, quam reliquę: &, ideo ſi vnus orbis ſit alio dignior in vna dignitate, & alius in illis duabus, ſcilicet loco, & corpore, ſecundus erit ſimpliciter nobilior. Modo ad rationes. Ad primam dicendum quod, ſi illa cauſa eſſet vera, tunc Deus deberet eſſe in terra: quoniam ibidem eſt maxime in medio, cum medium ſimpliciter ſit centrum mundi: ideo dico, quod debet locari in medio alijs ſaluatis, quę reddunt locatum ſimpliciter dignius, cuiuſmodi ſunt corporis magnitudo, & eius loci ſupremitas. Ad ſecundam, dicit ibidem Auerro. quod ſol eſt nobilior erraticis, non tamen fixis: immo puto quod ſtellę octaui orbis ſint nobiliores ſole, ſaltem quædam earum. Sed dices, contra: quoniam, ſaltem intelligentia ſaturni erit nobi-

Ad primā.

Ad ſecūdā.

Contra.

C lior intelligentia ſolis, & tamen orbis ſolis eſt nobilior orbe illo. Præterea, omnes ſtellæ recipiunt lumen a ſole, vt dicitur in libro de partibus elementorum. Ad primum dicendum, quod intelligentiæ orbium ſuperiorum ſunt nobiliores, & fortiores propter magnitudinem corporum, & propter ſupremitatem loci, quę arguunt eſſe ſimpliciter nobiliores, licet ſol ſit nobilior ſecundum quid. Ad ſecundum, dixi in libro de ſubſtantia orbis illud eſſe falſum, & Ariſtotel. intendit quod a ſole ſtellæ intenduntur in lumine: & hoc non arguit ſolem eſſe nobiliorem niſi ſecundum quid, licet abſolute octaua ſphæra propter illa ſit ſimpliciter nobilior. Ex his apparet, quod Deus eſt in maximo circulo, vt dicit Auerro. primo licet ſit in omnibus adæquate, non tamen primarie: vnde ſicut totum animal eſt adæquatum ſubiectum animæ, & cor principale: ita totum cœlum eſt ſubiectum adæquatum Dei, attamen principale eſt maximus orbis. Et ex hoc ſequitur, ꝙ illa ſimilitudo non eſt in omnibus conueniens, & ſic apparet illud, quod dicit Auerro. ſecundo Cœli com. 64. vide ibidem. Et poſtquam dixit totum iſtud, vult declarare diſpoſitionem eius, intelligendo entia, & dicit. vnde primus intellectus non intelligit niſi ſeipſum, & intelligens ſeipſum omnia entia intelligit, ſed in nobiliori eſſe, & ordine, qui eſſe poteſt. Deinde innuit differentiam inter primum, & reliqua, d. ſubſtātia tamen dicti primi u tellectus poſterioris, id eſt, reſpectu poſterio-

Solutio.

Licet Deus ſit adęquate in oībus orbibus tamē pricipaliter eſt in maximo circulo.

ris, vel qui intelligit poſterius, & id, quod intelligit de formis, & ordinibus in pri D
mo intellectu exiſtentibus: & dicta ſeparata intelligentia adinuicem differunt in
hoc puncto, vult dicere ſecundum diuerſitatem graduum: propter quod conclu-
dit. d. ſequitur ꝙ nullus infimorum intelligit de nobiliori illo. i. intelligit nobi-
lius eo, ꝙ ille nobilior. i. intellectus primi intelligit de ſeipſo, vult dicere ꝙ nul-
la intelligentiarum poteſt intelligere melius Deo, nec intelligendo ſe, nec intel-
ligendo aliud intelligendo ſe, non, quia nulla eſt nobilior Deo: nec intelligendo
aliud, quia nihil Deo eſt melius, & nobilius, nec econuerſo: vult dicere, nec in-
ter ſe intelligunt in vno, & eodem puncto idem intelligibile. ſ. ꝙ quęlibet intel-
ligentiarum entia intelligit in vno, & eodem gradu: cuius rationes ponit dicens,
ſi enim ita eſſet, ſequitur quod eſſet vnum, & idem, & non differunt numero. con
cludit concluſionem. d. vnde. i. ergo hoc modo. ſ. ſecundum gradus differunt. Sed
in iſta concluſione Ioan. tertio de anima laborauit, & ego in expoſitione quinti
commenti dixi id, quod mihi apparuit, attamen, pro nunc videtur mihi quod iſta
ratio ſuſtentetur in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt, quod actus purus,
cui nulla potentia, nec imperfectioni, nec receptionis eſt admixta, non eſt plus
vno in ſpecie, vt declaratum eſt primo Cœli commento. 90. vel. 9. quoniam duo
indiuidua eiuſdem ſpeciei vere ſunt corruptibilia, et actus purus non eſt corrupti
bilis: ergo in ſecunda figura non poteſt eſſe plus vno in ſpecie: & maior huius B
proſyllogiſmi eſt manifeſta, quoniam multitudo numeralis eſt per materiam ali
quo modo, vt dixi in multis locis: & ſic apparet propoſitio principalis. ſ. ꝙ actus
purus non eſt plus vno in ſpecie. ſecunda propoſitio eſt conceſſa ab aduerſario. ſ.
ſed intelligentię ſunt actus puri, quibus non eſt admixta potentia imperfectio-
nis, nec receptionis: ergo omnes ſunt vnum numero, & non differunt, quod erit
conſequens: & quia conſequens eſt impoſsibile, oportet vt minor ſit impoſsibi-
lis, quia maior eſt nota per ſe. & ideo dicit Auer. tertio de anima, cōmento quin-
to. quod declaratū eſt in prima philoſophia, quod nulla eſt forma liberata a po-
tentia niſi forma prima, quę nihil intelligit extra ſe, ſed eſſentia eius eſt quiditas
eius, alię autem formę admiſcētur in quiditate, & eſſentia quo quomodo: & hoc,
quod dixit eſſe dictum in Metaphyſica, forte innuit. 12. illius tex. commen. 51.
vbi declarauit quod Deus nihil intelligit extra ſe, & forte innuit textum com-
menti. 37. vbi declarauit quod Deus eſt ſimplex, quia mouet reliquas intelligen
tias. & forte ex his duobus erit declaratū illud, & tu vide tertio de Anima, quia
declaraui totum iſtud. Et poſtquam dixit hoc, dicit, & dicunt prędicti philoſo-
phi, quod primus non intelligit, niſi ſeipſum: & primus intellectus, qui procedit
ab eo. ſ. ſecunda intelligentia, quę intelligit primum, quia cauſatur a primo, non
intelligit eo poſterius, quia cauſatus eſt, vult dicere ab illo, & ſi intelligeret eū,
rurſus eſſet cauſatus a cauſa, vult dicere alia a prima: & forte hęc verba ſunt col F
liganda cum illis. ſ. & dicunt ꝙ primus non intelligit, niſi ſeipſum, & ſi intellige
ret eum. i. aliud ab eo, rurſus eſſet cauſatus a cauſa: & ſic ordo eſt præpoſterus,
& ambo ſermones ſunt veri in ſe: & poſtquam dixit hoc, complet id. d. & etiam
dicunt quod id, quod intelligit primus de ſeipſo, eſt omnium entium cauſa. & id,
quod intelligit quilibet poſteriorem de primo, eſt quodammodo, quod eſt cauſa:
vult dicere quaſi cauſa: & quod eſt. i. quodammodo cauſa ſuijpſius: & quomodo
ſit hoc, eſt dictum in alijs ſupra. Sed pro hoc, in vltimo dicto debes ſcire quod
id, quod intelligit ſecunda intelligentia, & ſic de alijs, eſt inquantum intelligit ſe
cauſatam a prima: & quia eſſe eius eſt cauſa poſteriorum, ideo intelligendo ſe,
quaſi eſt cauſa reliquorum, & cauſa ſui: quoniam, intantum intelligit ſe, inquan-
tum cauſatur a prima: & ideo, quodammodo eſt cauſa propriorum per id, quod
intelligit de primo, & cauſa ſui: & hoc eſt manifeſtum per ſe; & poſtquam decla
rauit ibi totum hoc tam in diſpoſitionibus generabilium, quam æternorum, quā
ſeparatorum dicit. & hoc modo debent philoſophorum opiniones in pręmiſsis
intelligi, & in motoribus, ideſt argumentis eorum ad omnia prędicta. Et quan-
do diligenter inſpiciuntur, reperiuntur in ſublimiori gradu ſufficientię. i. certitu-
dinis, maxime reſpectu motorum. i. omnium loquētium, pręſertim ſaracenorum:
vt ſunt. i. cuiuſmodi ſunt duę ſectę, quę dicuntur Mohanzela, & Asharia: & po-
nit opinio-

A nit opiniones harum. d. quæ in primo principio opinantur quod in mundo eſt vna ſubſtantia in corporea, nec in corpore conſiſtens, & eſt viua, volens, ſciēs, potens, loquens, videns, & audiens. ſed Aſſaria, vult dicere ſecunda ſecta, expreſſe opinatur quod hæc ſubſtantia ſit efficiens omnia entia abſque aliquo medio, & ſit in eis infinita ſcientia, prout entia infinita ſunt, quæ ſupple; vno actu intelligit: & negant hinc cauſas eſſe in rebus inferioribus, vult dicere quod auferunt virtutes cauſatiuas a rebus, & dicunt quod ex ſubſtantia reperitur cum qualibet re adiungentibus adiunctione eſſentiali, vult dicere quod iſta eſt innata cum omnibus rebus eſſentialiter: hæ igitur ſunt duæ ſectæ, quas hic adduxit Auer. vt vides in diſpoſitione primi principij. Poſtquā adduxit illas, vult remouere illas, & arguit contra eas. & primo contra primam. Et ſyllogiſmus componitur ſic: omnis ſubſtantia incorporea viuēs, videns, & reliqua, eſt generis aīę: ſed per loquētes ſuæ legis prima ſubſtantia eſt viuens, & reliqua: ergo eſt generis animæ: cuius contrarium opinati ſunt: vnde. d. & non eſt dubium ꝙ multa inconuenientia ſequuntur hanc opinionem, eo quod eus, quod tale eſt, vult dicere ſubſtantia incorporea viua, & reliqua, oportet neceſſario quod ſit de genere animæ: hæc eſt vis maioris, cuius cauſam. d. anima enim eſt ſubſtantia incorporea viua, ſciens, potens, volens, audiens, & loquens. Deinde infert concluſionem. d. ergo iſti ponunt entium principium animatum, vniuerſale, ſeparatum a

B materia, & ipſi non putant etiam opinari illud. Deinde arguit contra aliud. d. vnde dicemus dubia ſuper hos errores cadentia: cuius fortius eſt id, quod opinati ſunt de Dei & nominibus. i. attributis: ipſi enim dicunt, quod hæc eſt quædam ſubſtantia antiqua, compoſita: ſed ſecta aſhariæ, vel aſſariæ hoc negant: ipſi. n. dicunt quod quælibet compoſitio eſt noua: vnde ſyllogiſmus ſic componitur: omnis compoſitio eſt noua: Deus eſt compoſitus: ergo eſt nouus: maior proſyllogizatur: omne accidens nouum eſt: compoſitio eſt accidens, ſcilicet ipſis partibus. ideo maior manifeſta. quomodo hæc ratio ſit vera, dictū eſt 2. Meta. commen. 39. & nolo plus immorari in hoc. Et poſtquam dixit hoc, ponit alia, quę cōcedit ſecta illa, & dicit, opinantur cum hoc, quod omnia entia ſunt irregularia: ſcilicet, quæ non ſunt ſub terminato ordine naturali, vult dicere ſecundum ſuas naturas, nec ſub miniſtratione cuiuſdam ſapientiæ dantis entibus determinatā menſuram: ideo opinantur quod quodlibet ens aliam naturam habere poteſt præter illam, quā habet: & hoc. i. ordo, & menſura, & natura determinata ſequuntur eos. i. illa entia neceſſario in intellectu, vult dicere, pro quanto proueniunt ab intellectu. Et videtur mihi quod potentia ſyllogiſmi iſtorum ſit in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt: omne ordinatum terminatum in natura, & menſuratum in debita menſura in ſui natura, non ordinatum, nec terminatū in

C natura, nec menſuratum in debita menſura, ab alio intellectuali ordinatur, & terminatur in natura, & in debita menſura ponitur: hæc propoſitio eſt manifeſta per ſe: ſecunda eſt, quod nulla res eſt ordinata, nec naturæ terminatæ, nec in debita menſura exiſtens, vt accipiunt & credunt: ideo concluſerunt ordinem, & terminationem, & menſuram in entibus eſſe a virtute aliqua intellectuali: & nō apparuit eis alia, niſi primi principij: propter quod addit Auerro. licet videant quod effectus mundi ſequitur ordinem, & regulam, vult dicere primi principij. Deinde ponit alia, quæ dicunt. d. & vocant eum ordinem ſapientiæ, & ipſum exiſtens ſapiens, aſsimilant opera naturalia ad voluntaria, & dicunt quod quilibet actus, id eſt effectus, inquantum actus, procedit ab agente volente, viuo, et ſapiente, & dicunt quod actionis natura, inquantum actio, infert hoc, id eſt eſſe ſapientia. Deinde probat ſecundum eos, vnde Deus eſt viuens. d. i. & allegāt in hoc dicentes quod id, quod non eſt viuum, eſt mortuum: & de mortuo nullum opus procedere debet, & vult dicere quod propter hoc oportet vt Deus ſit viuens, & negant opera procedentia naturalibus virtutibus, vult dicere, quia omnia ponunt in poſſe Dei, & ideo negant quod res viuę nobis præſentes opera habeant, & dicunt quod hæc opera nobis apparentia adiunguntur viuo, vult dicere Deo primo viuorum: & licet appareat quod corpus brutum ea agat, non eſt dubium quod procedant a corpore viuo, occulto: & ideo ſequitur eos, quod

nulla vita ſit præſens, vult dicere in rebus ſecundum earum naturas. hæc ſunt ſi- D
ſa, quæ iſti loquentes concedunt. Et poſtquam dixit totum hoc, videtur adduce
re vnum, quod apparet ei inopinabile inter alia plus, & d. rurſus valde miran
dum eſt de eis, qualiter talia incongrua & inconuenientia poſſunt opinari,
quia ſenſibiliter reprobata ſunt, videlicet, quod nulla ſit vita præſens, vult di-
cere quod dicere nullam vitam eſſe in rebus, hoc reprobatum eſt ſenſibiliter.
Deinde complet illud, quod dicunt, d. qualiter tamen principium agens, ſeu ef-
ficiens aſſerunt hac via, quaſi dicat, dubium eſt: ipſi poſuerunt quod quodli-
bet innouatum habet innouantem, vult dicere, quilibet effectus nouus habet
agens nouum: & eſt impoſsibile quod hoc procedat ad infinitum, ergo opor-
tet neceſſario quod hoc perueniat ad innouans antiquum, id eſt, agens antiquũ.
D. modo Auerro. & nos dicimus quod hoc eſt verum: ſed, non ex hoc ſequitur
quod agens ponatur incorporeum, & ideo oportet applicare eos ad hoc vnam
aliam propoſitionem, ſcilicet, quod omne corpus non eſt antiquum, vult dice-
re, nullum corpus eſt æternum: & tunc oportet addere quod Deus eſt æternus:
& concluditur in ſecunda figura, ergo Deus eſt non corpus. Et poſtquam di-
xit totum iſtud, vult dicere de eo aliqua, & primo dicit: & eſt notãdum quod
hanc opinionem, vult dicere, illud totum, quod dictum eſt: vel forte inten-
dit per hanc opinionem, ſcilicet illud vltimum, quod dictum eſt per ſyllo-
giſmum in ſecunda figura, videlicet, quod Deus ſit virtus extra corpus plurimi E
ſequuntur. Deinde apud me, vt mihi videtur, remouet quaſi dubium contra il-
lũ, & dixit, dici enim poteſt, vult dicere quod ſi Deus generat corpora cœle-
ſtia, dici põt quod innouãs. i. agens eſt corpus antiquum, nudum ab omnibus ac-
cidentibus, vult dicere nouis: vel per accidentia intendit motus, ita quod ſit
ſenſus, quod Deus ſit corpus immobile ſimpliciter. vel intendit id, quod vobis
placet. Ex quibus, vult dicere, propterea quia ipſi probant quod corpora cœ-
leſtia ſunt innouata; virtus ergo quæſtionis eſt: ex quo iſti ponunt corpora cœ-
leſtia eſſe generata: & generatio omnis eſt ex corpore: ideo ſequitur id, quod
dictum eſt. Et ſyllogiſmus quæſtionis poteſt ſic componi: omne generans eſt
corpus agens: primum eſt generans, eo, quia apud eos generauit corpora cœle-
ſtia: ergo primum agens eſt corpus: ſed hæc litera poteſt aliter intelligi, vt ve-
lit ponere opinionem, quæ dicit Deum eſſe corpus, & tunc non dubitauit, ſed
ponit opinionem, & cauſam opinionis. & tunc vult dicere, quod hanc opinio-
nem, ſcilicet quod Deus ſit corpus, multi ſequuntur: quia aliter non pateſſeret
mundum habere agens: opinatur enim quod omne agens ſit corpus, & tunc de-
terminat quale corpus ſit illud, & dicit: dici enim poteſt quod eſt corpus ſim-
plex nudum ab accidentibus: differt ergo ſecunda expoſitio a prima: & prima
vult quod Auerro. dubitat contra illos loquentes, ſecunda vult quod determi- F
nando loquitur. Deinde addit, & poſito ab eis quod cœli generentur, & attri-
buunt eis generationem modo inconſueto in corporibus inferioribus, videli-
cet quia ipſi dicunt cœlos generari, nec de re, nec in tempore, neque in loco:
hæc ſunt verba eius. & videtur mihi quod poſſunt intelligi duobus modis: pri-
mus modus eſt, quod ſit ſolutio primæ dubitationis ſecundum primam expo-
ſitionem: & ſecundum hoc vult diſtinguere generationem, ſcilicet & quædam
eſt in tempore, loco, & ex materia: vt dictum eſt lib. Phyſi. quædam autem
eſt ſine materia, & non in loco, nec in tempore, immo apud plures appellatur
ſimplex emanatio. Ad formam quæſtionis dicendum quod, ſi maior intelli-
git primo modo, eſt vera, & tunc minor eſt falſa: ſed, ſi maior intelligit ſecun-
do modo, eſt falſa, & minor vera in ſe. hic igitur eſt primus modus intelligen-
di verba iſta. ſecundus modus eſt, quod ex his velit remouere dubium, ſi tene-
tur opinio, quæ dicta eſt in ſecunda expoſitione: quoniam poſſet quis dicere ꝙ
falſum eſt, Deum eſſe corpus ſine accidentibus, ſicut dictum fuit, immo opor-
tet vt habeat accidentia: eo quia omne corpus generans habet accidentia, qui-
bus poteſt tranſmutari: Deus eſt corpus generans: ergo in prima figura Deus ha
bet accidentia, quibus poteſt tranſmutari. & ſolutio innuitur his verbis, ꝙ ma-
ior eſt vera de generatione primo modo, nõ ſecundo modo, vt dictũ fuit in ſolu-

A tione queſtionis primę expoſitionis. Et quia dixit corpora cœleſtia generari, nō de re, nec in tpe, nec in loco, exponit quid eſt generatū de re in tēpore, & in loco, & d. in corporibus, id eſt nobis præſentibus nulla fit generatio totaliter, ſ. ex nihilo, & dicit, videlicet attribuūt mundo agentē ſimilē agenti rerum nobis præſentiū: ſic reperitur in exēplari meo: & forte litera eſt diminuta, & debet ſta re, videlicet quia non attribuitur, &c. et tunc hoc, quod diminutū eſt cauſa eius, quod dixit, & eſt manifeſtū per ſe. & forte litera pōt ſtare, & tūc intētio eſt q̄ Deus, qui facit generationē, totaliter eſt ſimilis agēti nobis præſenti aliqualiter, licet ſit differens, quod declarat. d. agens nanque nobis præſens agit ſine dubio alterādo ens in quadam diſpoſitione. i. forma ad aliam, non de priuatione ſimpliciter ex nihilo ſimpliciter adeſſe: immo expoliat eum, id eſt ſubiectum de ſuo indumento formali, & induit eum alia forma. & ideo opinati ſunt antiqui, quod ens abſolute, id eſt ſimpliciter non generatur, nec abſolute corrumpitur. eſt ergo ſenſus, quod agens hic præſens non eſt agens eſſe ſimpliciter, ſed hoc eſſe. vnde ſor. generās nō ſimpliciter eſt cauſa: quia Plato ſit ens, ſed quare for ma Platonis fuit in materia: ideo eſt generatio ex ente ſuppoſito: Deus aūt eſt cauſa entis ſimpliciter: propter quod dicit quod antiqui ſunt opinati, quod nihil ſimpliciter generatur, id eſt, ex puro non ente, immo quidā dixerunt hominem fieri ex homine, & quod generatio nō eſt, niſi exitus, vt dicit Anaxa. quidam

B dicūt generationē eſſe congregationem, vt Democritus; & hæc ſunt iā dicta in libro Phyſi. & dat cauſam illius, quod dixit, ſcilicet quod cœli non generantur generatione famoſa, & dicit: vnde conceſſo ab eis quod cœli innouantur, nequeunt declarare, quod fuit primum innouatorum: mihi videtur quod velit di cere quod, ſi cœli generētur generatione proprie dicta, eſſet proceſſus in infinitū in generabilibus, & ſic nō daretur primū innouatorū, immo erit ire in infinitū: & hoc iam declarauit, & maxime in primo Cœli commen. 33. Deinde exponit quomodo hoc agens primū non comparatur effectibus ſecundū vnū modū: & videtur mihi q̄d apud illos actum eſt duobus modis, ſcilicet cōpoſitū ex materia & forma, & ſimplex & indiuiſibile, ſicut intellectus, & intelligentiæ, & corpora cœleſtia, quæ materia carent: modo vult iſta opinio q̄d agens illud, ſi cōparetur ad effectum primo modo, non creat illud, ſed tm̄ facit materiā & formā vniri, ſi comparetur ad effectum ſecūdo modo, dicit q̄d illud creat ex nihilo & hoc dicit: ſed agens apud eos materiā & formā facit generaliter, vult dicere tantum, ſi opinati ſunt ipſum habere materiam, id eſt, ſi factū eſt cōpoſitū: aut facit eū totaliter, id eſt, ex nihilo, ſi factum fuerit ſimplex, ſicut opinati ſunt de parte indiuiſibili, ſicut eſt anima hominis. Et poſtquā dixit hoc: arguit contra illud. d. & ſi ſit hæc ſpecies agentis, permutat priuationē, id eſt, purū nihil ad eſſe in generatione, videlicet, in generatione ſubſtantiæ indiuiſibilis, quæ apud eos

C eſt corporū elementū, id eſt, pars integralis, ſicut eſt anima intellectiua, & permutat eſſe ad priuationē, quādo illa pars indiuiſibilis corrūpitur: & huius argumēti potentia fuit entimematis: cuius conſequens deſtruit. d. & eſt manifeſtum, quod nullū cōtrariū ad ſuum contrariū cōuertitur: & ideo priuatio nequit, id eſt, non poteſt cōuerti ad eſſe: cuius exēplum ponit. d. quia calor non poteſt ad frigiditatē conuerti, & d. ſed priuatū reducitur ad eſſe, & calidū reducitur ad frigidum, & eſt concluſio: videtur mihi quod poteſt intelligi duobus modis: primus eſt, quod vnū contrariū non poteſt conuerti, ſed bene priuatum, & poſitiuū poſſunt reduci ad ſua contraria, licet non conuerti in naturam aliorum, & ecōuerſo: vel litera eſt diminuta, & debet legi: ſed quod priuatum reducatur ad ens, & calidū reducatur ad frigidū, & econuerſo, eſt impoſsibile: & tunc reduci idē eſt, quod conuerti: & ſermo vtroque modo manifeſtus eſt per ſe.

Sed accidit locus queſtionis: q̄m Auer. habet quod conuertitur id, q̄d videtur neceſſariū: quod. n. vnū oppoſitū cōuertatur in naturā ſui oppoſiti non īncōueniē: quoniā Sortes in potētia fit Sortes in actu: & etiā nullū inconueniēs videtur, ſi conuertatur illo nō permanenti: vnde calidū conuertitur in frigidū ca lido corrupto ſine dubio: ſic pōt dici in propoſito. Dicendū pro Auer. quod ipſe ſupponit, quod in omni tranſmutatione eſt ſubiectum recipiens terminum, vt — Dubitatio. — Solutio.

alias declaraui:modo arguit ſic:ſi ex nihilo aliquid fit factum, & habet ſubie- D
ctum,oportet vt eius ſubiectũ ſit ipſa ſimpliciter priuatio, & tunc pura priuatio conuertitur in naturam entis receptiue cum eius permanentia:& hoc intendit Auerroes:id autẽ,quod dictum eſt,nihil eſt:quoniam,ſi calidum in frigidum tranſmutatur,illud eſt,quia calidũ actu eſt potentia frigidum ratione materiæ, & ſimiliter de Socrate in potentia:ſed quod calidum conuertatur in naturã frigidi,ſicut natura materiæ in naturam formæ recipiendo illam,ſine dubio eſt error purus:& hoc eſt in primo Phyſic.commẽ.71.& ego expoſui illud in libro de intellectu. Et debes ſcire quod hæc ratio tenet ſuppoſitis principijs Auerrois:ſed,ſecundum nos non eſt dicendum omne factũ indigere materia:& poſtquam reprobauit illam,dicit confirmationem ſui argumenti,ex hoc,quod cogit alios alterius ſectæ,& dicit: & ideo dixit Mohanzela,vel Mohatinilla, id eſt, alia ſecta loquentium,quod priuatio eſt quædam ſubſtantia,ſed putat quod ipſa ſubſtantia ante mundi creationem nuda erat denudatione eſſe:ecce igitur, quomodo argumentum Auerrois valoris fuit maximi: quoniã,propter ipſum oportet illos dicere illam ſecundam opinionem mirabilem: & poſtquam dixit hoc, vult remouere rationes illorum, & dixit: & notandum quod auctoritates, ex quibus meditantur quod res ab aliqua re non fit,id eſt, quod detur creatio ex nihilo,erroneæ ſunt:& fortior illis eſt illud,quod dicunt,ſcilicet quod,ſi ſemper res de re deberet fieri, procederet ad infinitumt & conſequentia eſt manifeſta B
per ſe apud eos:quoniam,vel oportet venire ad primum generatum ex nihilo: vel ſemper quod generatur,ex ente priori generatur:ſi primum,habeo propoſitum:ſi ſecundum,cum illud eſſe in potentia non ſit niſi materia,quæ non poteſt ſtare ſine forma,ideo ante factum fuit ens actu:ergo illud non fuit primum, & ſic de illo erit,& tandem in infinitum ibitur, ideo conceſſerunt primum hominem,vt dicit Auerroes in libro Phyſi.Reſpondet:ſicut dixit eis.5.Phyſi. commen.13.& in 8.illius commen.47.& in prima diſputatione huius, in ſolutione ſexti dubij,& dicit,ad hoc reſpondendum eſt,quod hoc impoſsibile eſſet, ſi generatio procederet recte:quia ſequitur ex hoc reperiri infinitum in actu,ſed circulariter non eſt impoſsibile:quod exponit dicens,videlicet, quod ex aere fiat ignis,& ex igne aer ad infinitum circulariter cum æterno ſubiecto.

18.quæſtio. Sed in hac ſolutione eſt locus quæſtionis,quomodo valeat illa conſequentia:ſi generatio entium procederet recte,ergo eſſet actu infinitum: quoniã Poſſet quis dicere,quod aer fit ex igne,& ignis ex quinto corpore,& quintum corpus ex ſexto,& ſic in infinitũ,non tamen cum permanẽtia eorum: ſed iſtud declaratum eſt in ſecundo perygeneſeos commen.36.& videtur mihi quod poteſt primo deduci accipiendo propoſitiones ibidem declaratas: quarum prima eſt,quod ſi ignis fit ex alio elemento,vel corpore, oportet vt contrarietur illi, vel ſecundum omnes qualitates,vel ſecundum alteram. Verbi gratia, ſi ignis E
fit ex aqua,planum eſt quod ignis contrariatur ei ſecundum ambas qualitates, & ſi ignis fit ex aere,tantum in vna ei contrariatur.Et ſecunda propoſitio eſt, quod ſi vnum contrarium eſt in rerum natura,oportet & reliquum: & hoc intelligit bono modo,ſicut dicam loco eius:& hanc declarauit Auerroes.2. Cœli commen.18.Et in his deducitur conſequentia duobus modis: & prima deducitur:quoniã,ſi ignis fit ex corpore quinto,tunc contrariabitur illi ſecundum vnã qualitatem,vel ſecundum ambas:ſi ponitur ſecundum vnam,et quintum corpus fit ex ſexto:tunc oportet vt ignis conueniat ei cum illo ſexto, & contrarietur, vt ibidem declaratum eſt,ideo ibidem concludit Ariſt.tex.illo:quod, ſi infinita eſſent elementa,infinita eſſent contraria in vno elemento,vt apparet, vide ibidẽ.Ex ſecũdo poteſt argui ſic:ignis eſt:ergo quintũ corpus eſt,quod eſt ſuũ cõtrariũ per ſecundam:& eadẽ ratione:ſi quintũ eſt,erit & ſextũ:& ſic,ſi daretur generatio in directũ,erit ire in infinitũ,vt apparet:& ſic,aliqualiter eſt declarata conſequentia iſta:ſed melius ibidẽ exponitur,pro nunc ſit dictum in tantum. Et poſtquã reſpondit ad hanc,vult dare ſolutionem alterius, & dicit, & fortior opinio,id eſt,& fortius argumentum probabile ad aſſerẽdum quod totum vniuerſum innouatur, tale eſt, & ſyllogiſmum ponit in forma ſic:illud, quod cua-

A dere nequit a nouitatibus,eſt nouum:ſed totum ſic ſe habet, vult dicere , quod
non poteſt euadere a nouitatibus:ergo,&c.id eſt, ergo eſt nouus: ſed Auerroes
redarguit iſtud,declarando non concludere quod volunt,& dicit, ſed nos dici-
mus quod in hac probatione maxima eſt comprenſio:ipſi enim non dicunt qđ
illud,quod non euadet a nouitatibus in præcedenti,ſit nouum de nihilo: vult di
cere quod non concludit argumentum,quod mundus ſit ex nihilo: quia deberet
ſumere in maiori,omne nouum ſit ex nihilo:quod eſt falſum ideo non conclu-
dit mundum eſſe ex nihilo, & tamen ponunt quod totum innouatur de nihilo:
& poſt quam arguit cõtra maiorem,arguit contra minorem:eſt enim minor, qđ
vniuerſum totum eſt nouum:contra arguit.d. Præterea, illud ſubiectũ, qđ apud
eos prima materia vocatur,non euadet de corporeitate,vult dicere, eſt ſemper
ſub forma corporis,& corporeitas abſoluta apud eos non innouatur : quoniam
corpus ſub ratione,qua corpus ,eſt ſempiternũ: & per conſequens falſum eſt,
quod vniuerſum ſit nouum: quia,tunc ſingulum eius eſſet nouum cuius contra-
rium dicunt,vel ſequitur ad eos.Deinde verificauit maiorem taliter,qualiter nõ
eſt ad propoſitum eorum dicens,& propoſitio dicta ab eis ꝙ id, quod non eua-
det a nouitatibus,eſt nouum,id eſt,in tempore factum,non eſt concedẽda; vult
dicere abſolute, niſi de eo,quod non euadet de vno innouato, vult dicere, niſi
ſit innouatum ſine materia:ſed id, quod non euadet a nouitatibus in vna gene-
B ratione principium non habentibus,vult dicere,quæ nouitates non habẽt prin
cipium,non ſequitur eo,quod ſubiectũ eorum nouitatum ſit nouum : vult igitur
dicere, quod duplex eſt nouum:quoddam factum ex materia in loco,& in tem
pore:& quoddam factum nouitate carente principio materiali, & loco, & tem-
pore:dico ergo quod maior debet ſic verificari:omne nouũ nouitate primo mo-
do ſit in tempore,ſed nouitate ſecundo modo non oportet:& per hoc habetur ſo
lutio ad argumentum ad formã. Et poſtquã ſoluit iſta duo motiua iſtius ſectæ,
ſoluit motiuum alterius ſectæ,& dicit:quia loquentes idcirco, videlicet , de ſe-
cta Aſſariæ conati ſunt applicare ad prædictam propoſitionẽ aliam, videlicet,
quod impoſſibile eſt inuenire nouitates infinitas, vult dicere effectus infinitos
vnus poſt alium, ſcilicet principium,nec finẽ habentes,ſoluit.d.& hoc eſt apud
philoſophos neceſſariũ:& poteſt intelligi hoc, ſcilicet quod non procedatur in
infinitũ, eſt apud philoſophos neceſſarium:qm̃,ſecundum philoſophos nõ pro-
ceditur in infinitum, ſcilicet in eſſentialiter ordinatis,& poteſt intelligi:& hoc,
id eſt,ire in infinitum eſt neceſſarium apud philoſophos:concedunt enim in ac-
cidentaliter ordinatis ſucceſsiue proceſſum in infinitum:& addit, patet ergo qđ
hoc inconueniens,& multa alia ſequuntur loquentes,& eorum ſequentes: &
ſunt ſine dubio pluſquam inconuenientia philoſophos ſequentia: & forte vult
C dicere,quod patet hoc, ſcilicet proceſſum in infinitum in eſſentialiter ordinatis
ſequitur ad loquentes:quoniam,vt declaratum eſt,omne generatum nouiter eſt
ab alio nouo generato,& ſic in infinitum:vel poteſt intelligi quod hoc, ſcilicet
illud,quod dictum eſt,iam ſequitur loquentes:& inconueniens fuit,quod natura
non entis mutetur ad naturam entis,& multa alia, quæ tibi dicta ſunt. Et forte
intendit aliud,ſed non curo: & poſtquam dixit hoc, reprehendit eos in alio.d.
rurſus dicimus quod id,quod poſuit, videlicet,quod vnum & idẽ, quod primum
principium eſt, efficit omnia mũdi entia abſq; aliquo medio,poſitio falſa eſt, et
contra ſenſum, ſcilicet quod nos inuenimus in mundo multa entia minime agen
tia:vel forte iſta litera debet ſic legi.rurſus dicimus quod id , quod poſuit quod
vnum & idem,quod primum principium eſt,efficit omnia mundi entia, ſcilicet
quod,pro quia nos inuenimus multa entia minime agentia,id eſt,quæ nullo mo
do agunt,eſt contra ſenſum, quia videmus ignem agere,& reliqua vel litera eſt
corrupta,& debet intelligi quod nos inuenimus multa agentia ipſorum entiũ:
& tunc lymine,eſt ſuperfluum,& quomodocunque,ſenſus eſt vnus, ſicut appa-
ret in eius verbis.Et poſtquã dixit totum hoc,vult diſſoluere aliud motiuum,&
dicit,ſed fortior allegationibus eorũ.i.fortiſsima argumentatio eſt ſuper hoc,qđ
ſi agẽs actus eſſet, vult dicere eſſet effectus,procederetur neceſſario ad infinitũ,
vult dicere qm̃ ageret inquantũ cauſatus ab alio,& eadem ratione illud, quod

cauſauit ipſum, & ſic inde. Reſpondet. d. ſed nos dicimus quod hoc bene ſequẽtur, ſi agens eſſet agens inquantum actus, id eſt, cauſatus, & mouẽs eſſet mouẽs, inquantum mobile: ſed non ſic ſe habet, immo agens eſt agens inquantũ eſt ens in actu: quare priuatum, id eſt, ens in potentia, non agit aliquid: & ex hoc ſequitur ſine dubio quod agentia proueniunt ad vnum agẽs, quod nullum in eo agit, immo eſt omnino, & ſimpliciter immobilis, & incauſatus, & omnia cauſans. Debes ſcire, quod agens non agit inquantum non ens priuatum, nec inquantum ens factum, ſed inquãtum ens in actu: iſto modo enim eſt ratio communis entibus ſeparatis, & materialibus: ideo argumentum illorum nihil eſt. Et poſtquam remouit opiniones loquentium, et eorum argumenta, recapitulat illa, quæ dixit; & ordinat ſe ad dicenda, & excuſat ſe de ſuo modo dicendi, & ſermo ſuus eſt manifeſtus per ſe. Et cum fecerit hoc, ſtatim incœpit ſoluere argumentũ Algaze, & dicit: facta igitur hac excuſatione, dicimus quod id, quod dixerat Algazel, videlicet, quod ſi ſupremum principium tantum ſeipſum intelligeret, ignoraret omnia, quæ creauit: bene ſequitur, ſi illud, quod intelligit de ſeipſo, eſſet aliquid præter entia abſolute: ſed illud, quod ponunt, vult dicere philoſophi, ſcilicet quod illud, quod intelligit de ſeipſo, ſunt entia in nobiliori eſſe, quod fieri poteſt, ſcilicet quod ipſe eſt intellectus, qui omnium entium eſt cauſa, non quod ipſe intelligat entia abſolute, ſcilicet inquantum ſunt eſſe, quod ipſe ea intelligit, ſicut noſter intellectus ſic ſe habet: & exponit illud. d. & intendit, ſcilicet philoſophi dicere, quod ipſe Deus entia poſteriora ab eo non intelligit eo modo, quo nos ea intelligimus, immo modo, quo nullus intellectus præter eum ea intelligere poteſt: hoc autem probat. d. ſi enim alius intellectus entia intelligeret illo modo, quo Deus benedictus intelligit ea, ergo communicaret cum eo in ſui natura: quod eſt falſum: quoniam, tunc darentur duo prima principia ſimpliciter æqualis perfectionis: eo quia ſcientia, & ſcitum in primo vniũtur omnibus modis: ideo, ſi eſſet aliquod ſciens ſcientia Dei, & ſecundum modum ejus præciſe, ſine dubio eſſet alius Deus eiuſdem rationis cum eo: propter quod concludit. d. & eſt manifeſtum quod Deus ab alijs in hac proprietate differt expreſſe, & inde vlterius concludit aliud. d. & ideo cauemus nobis concedere, quod de ſcientia ſit vniuerſalis, nec particularis: cuius rationem ponit, quæ debet ſic componi. ſcientia vniuerſalis, & particularis cauſantur ab entibus, & ſunt generabiles & corruptibiles, hæc eſt maior: ſed ſcientia Dei nec cauſatur a rebus, nec eſt generabilis, nec eſt corruptibilis: ergo in ſecunda figura, ſcientia Dei nec eſt vniuerſalis, nec particularis: & hoc diffuſius tractabimus in ſequentibus, quando tractabimus de ſcientia Dei. Deinde aliqualiter declarat iſtud d. dicimus tamen ad præſens, quod hæc quæſtio duo habet membra. quorum vnum eſt, quod ſi ipſe Deus intelligeret entia, prout ſunt eſſe ipſius, ſequitur quod Dei intellectus eſſet generabilis, & corruptibilis. & componitur ſyllogiſmus ſic: omne cauſatum ab alio eſt generabile & corruptibile. per te, intellectus diuinus cauſatur a rebus: ergo erit generabilis & corruptibilis. Deinde infert ſecundum. d. & quod nobilior ex viliori perficeretur. & ſyllogiſmus componitur ſic. Deus eſt nobiliſſimum: Deus perficitur per ipſas res generabiles viles: ergo nobiliſſimum perficitur a vili. Deinde arguit dicẽs, vnde, ſi ens ſubſtantia ab intelligibilibus rerum, & earum ordine differret: ergo oporteret dare huic intellectum, qui non eſt comprehenſio formarum entiũ, ſicut in ſe in gradu, & ordine: vult dicere, ſi litera non eſt corrupta, quod formæ rerum non eſſent comprehenſæ in gradu aliquo, nec in ordine aliquo: & ſic eſſent inordinatæ, & ſic non haberent eſſe cognitum, ſicut ſunt in ſe, & in ordine: & hoc habet Auerro. pro inconuenienti, ideo concludit, vnde, poſtquam iſta duo ſunt falſa, ſcilicet quod Deus perficitur a vili, & generatur, & corrumpitur, & ſecundum quod res non ſunt comprehenſæ in gradu, & ordine: ſequitur illud, quod ſeipſum intelligit, ſint omnia entia, ſed in nobiliori eſſe, quam illud, quod habent in ſeipſis.

Agens agit, inquãtũ eſt ens in actu.

Dubitatio.

Sed hic eſt locus queſtionis: quia, prima ratio nõ videtur valere: quia intellectus noſter cauſatur ab intelligibilibus, & tñ nõ eſt generabilis, propoſi-

A tio enim, d. quod omne cauſatum eſt generabile & corruptibile, eſt propoſitio falſa in multis, vt iam dixi. tertia ratio non videtur neceſsitatem habere: quoniam, ſine dubio poſſet quis dicere, quod res ſunt ordinatæ in ſuis naturis: & ideo, non oportet, vt ordo earum ſit res comprehenſa ab aliquo: vnde videmus, quod ſi ſub poſsibilitate principis ſit aliquod ens ordinem habens, in eo princeps ordinem non ponit, nec oportet de ordine illius ſcientiam habere: ita diceret aduerſarius, quod in naturis rerum eſt ordo de ſe, ideo poteſt ibi eſſe, dato ꝙ nullus ibidem conſideret: & ſic iſtæ duæ rationes videntur multum debiles. Pro intellectu iſtarum primo debes ſcire, vt declaraui in lib. de intellectu, quod ſcientia noſtri intellectus eſt per accidens corruptibilis, ſicut apparet: quoniam ſcientia illius conſiſtit circa formas rerum, quæ conſeruantur in imaginibus ibi colligatis, quibus deſtructis, per accidens deſtruitur, ſicut vniuerſale corrumpitur ſecundum corruptionem indiuidui: ergo apparet quod omne intelligēs aliud a ſe, aliqualiter reſpectu illius rei intellectæ corrumpitur ſaltem per accidens. Ex hoc apparet inconueniens Auer. ſcilicet quod ſequitur ꝙ Deus eſſet generabilis iſto modo, ſaltem per accidens, vt dixi: vel poteſt dici ꝙ generari & corrumpi poſſunt accipi duobus modis: vno modo proprie pro eis, vt dicta ſunt in primo de generatione: alio modo, prout dictum eſt: ꝙ cum difficultate intelligitur, videlicet generari pro omni dependentia, & corrumpi pro oppoſito illius: & tunc inconueniens Auerro. eſt, quod ſequitur, ꝙ intellectus Dei eſſet generabilis, id eſt dependens ab alio: quod eſt falſum: quoniam eſt primum ſimpliciter independens: propoſitio. d. quod omne cauſatum eſt generabile, eſt vera ſub iſtomet ſenſu, vt vides. Pro intellectu ſecundo, debes ſcire quod omnes res cauſatæ, oportet vt contineantur in cauſis, ſicut ſunt: quoniam, ex quo ſunt cauſatæ ineſſe ſimpliciter, & ineſſe tali, oportet vt contineantur in vnoquoque: ideo oportet ꝙ omnes res, ſicut ſunt ordinatæ, ita oportet vt contineantur in ſua cauſa: modo, ſi earum cauſa prima eſt intellectus, oportet vt contineantur, ſicut in puro intellectu: quod eſſe non poteſt, niſi ordo rerum ſit ordo intellectus a prima cauſa: ideo inconueniens eſt, ꝙ res ſint in ſe ordinatæ, & tamen non ſint comprehenſæ a cauſa ſub tali ordine, illud autem, quod de principe dicebatur, non eſt ſimile: quoniam res exiſtentes ſub principe, non ſunt cauſatæ a principe: ideo ordo earum non oportet, vt contineatur in intellectu principis. Et præterea, non inconuenit quod res ſecundum ſe ſint ordinatæ, & tamen earum ordo eſt ab alio, ſicut eſſe earum eſt ab alio: & ſic apparet virtus illarum rationum. Et poſtquam dixit hoc, vult modo declarare illud, quod dixit in exemplo, & dicit ſed quomodo vnū & idem ens gradus habeat diuerſos in ſuo eſſe, manifeſte apparet ab anima. color enim gradus habet diuerſos in ſuo eſſe

C adinuicem differentes in nobilitate: vilior enim ſuis gradibus eſt ille, quē habet in materia. Deinde habet nobiliorem eo, ſcilicet in viſu: quare ex viſu comprehenditur ipſe color, ex materia minime: propterea declaratū eſt in naturalibus, quo modo color habet eſſe in virtute phantaſiæ, qui eſt nobilior, & ſimplicior eſſe quam in viſu habet. Deinde habet nobilius eſſe iſto in memoriæ virtute: ſed, quomodo ſit hoc, ego declaraui in tertio de anima, in expoſitione commē. 6. vide. Deinde habet in intellectu eſſe nobilius alio, præcedentibus gradibus. etiā dicunt peripathetici quod adhuc eſſe habet & aliud nobilius omnibus prædictis, ſine aliqua comparatione, ſcilicet in ſcientia Dei, quo modo nobilius illo conſiderari non poteſt, vult dicere conſideratione vera. Et poſtquam dixit hoc, vult ponderare alia dicta Alga. & primo dicit id, quod tantum narrauit Alga. nomine philoſophorum in intelligentiarum ordine, & modo influentiæ iſtarum, & in earum numero non eſt demonſtratum, nec determinatum a philoſophis, & ideo de hoc nihil in libris antiquorum reperitur. Deinde ponderat aliud, quod circa idem dixit Alga. & dicit: ſed id, quod dixit nomine philoſophorum, ſcilicet omnia principia ſeparata in inſeparata a primo principio influunt, id eſt emanant, & quod ex fluxu vnius virtutis huius mundi ſit mundus vnus, & eius partes inuicem colligantur, ita quod totū vniuerſum erga vnam tendit actionem, ſicut corpus vnius animalis, quod eſt vnum in colliga-

Scientia nrī intellectus ē per accidēs corruptibilis.

Generari & corrūpi dupliciter.

Res cauſatę continentur in cauſis.

tione, & plura in virtutibus, & membris, & operibus: dicimus quod hoc eſt conceſſum ab omnibus philoſophis: quod declarat, dicẽs, corpus. n. ſupercœleſte ſimile eſt vni aĩali, & ſuus motus diurnus, qui eſt totius cõgregati, qui eſt cõis omnibus cœlis, ſimilis eſt vniuerſaliter toti motui locali eiuſdem animalis, & motus particulares cœlorum ſimiles ſunt motibus particularibus membrorum ipſius animalis: & eſt philoſophis manifeſtum quod in animali vna eſt virtus, ex qua ſit vnum, & ab eadem omnes virtutes ipſius ergà vnum opus tendunt, ſcilicet in regimen, & conſeruationem ipſius corporis, & dicit, & hæc virtus colligatur cum virtute à primo principio influente: & poteſt intelligi a Deo, & poteſt intelligi a primo principio ipſius animalis. Deinde arguit per locũ a maiori. d. vnde, ſi hoc neceſſarium eſt in vno animali, ſcilicet quod vnam habeat virtutem ſpiritualem in omnibus ſuis partibus extenſam, ex qua virtus, & mẽbra illius fiunt vnum, & idem, & omnes eius virtutes fiunt vna, & eadẽ, & operatio partium entium ad modum ſimilis operationi partium animalis ad illud animal. ſequitur ergo ꝙ oportet quod ſit vna hæc virtus ſpiritualis, ex qua colligantur omnes virtutes ſpirituales, & corporeæ, & eſt vnigenea extenſa in toto vniuerſo, alioquin nullus ordo ſequitur in hoc mundo. **D** Debes ſcire quod hæc virtus non extenditur corporaliter, ſicut anima aſini per eius materiam, ſed extenditur, ſicut iam in ſolutione. 12. dubij dictum eſt, vel ſpecialiter ratione eſſe, vel ratione operationis ordinatæ ad vnum: vide ibidem. **E**

Deinde remouet dubium: poſſet enim quis arguere quod iſta virtus eſſet multa, quia ex ea proueniunt multa, ſoluit, dicens, & non ſequitur ex intenſione vnius virtutis in pluribus, quod ſit in ipſa virtute pluralitas, ſicut opinati ſunt multi, videlicet quod ab vno principio influit vnum, ſcilicet prima intelligentia, & ab illo influit pluralitas, ſicut putauit Auicen. poſt concludit concluſionem. d. patet ergo ex iſtis, quod pluralitas poteſt procedere ab vno: & ſic apparet ſolutio argumenti Auicen. & totum hoc declaratum eſt hic. Deinde vult, ſecundum me, innuere ſecundam ſolutionem ad idem argumentum, & d. rurſus ex aliorum principiorum ſeparatorum eſſe conſiſtat in eo, quod imaginantur de primo principio, vult dicere ꝙ cauſæ diuerſæ rerum ſeparatarum fiunt ex eo, quod de primo diuerſa intelligunt: vnde, quia Deus eſt multiplex ſecundum intellectionem, ideo poſſunt de eo multi intellectus prouenire. Et hoc declarat. d. & non eſt impoſſibile quod ab vna. & eadem re ſumantur diuerſæ imaginationes: ſicut non eſt impoſſibile quod ex aliqua pluralitate ſumatur vna imaginatio: quod declarat. d. nos enim omnia corpora ſupercœleſtia in diurno motu vnam, & eandem rem imaginamur: quare omnes mouentur in hoc motu ab vno motore, ſcilicet motore orbis ſtellarum fixarũ: & reperimus alios orbes particulares, & diuerſos habentes motus: quare oportet ꝙ ipſi motus diuerſi procedant a motoribus quodammodo diuerſis, & quodammodo ſunt vnũ. **F** vult dicere quod quodammodo ſunt vnum, prout colliguntur in motu ſupremæ ſphæræ, vult dicere ſunt vnum: ponit exemplum. d. quare, ſicut aliquis imaginatus eſſet ꝙ membrum commune aliis membris cuiuſdam animalis, vel virtus animalis ab eodem animali auferatur, ſimiliter omnia illius animalis membra, & omnes eius virtutes, ſimiliter corpus ſupercœleſte ſub ſe habet cũ ſuis motoribus virtutes: & tandem, ſic ſe habent principia mundi, & ipſius partes cum primo principio, vult dicere, ſicut dictũ eſt in animali. Deinde ponit aliud exemplum, d. vnde dicunt philoſophi, quod mundus eſt vere ſimili vni ciuitati: quare, ſicut vna ciuitas ab vno rege, ſeu principe regitur, & conſeruatur, & multi principatus ſubijciuntur illi principi, ſimiliter recte eſt in mundo: & oſtenſum eſt a nobis ſuperius.

Licet Deus ſit vnus ſimplex, tñ pôt a multis itelligi, et ſic ab vno proueniũt multa.

Debes ſcire, quod Deus eſt vnus ſimplex, & tamen pôt a multis intelligi, & ideo poſſunt ab eo prouenire multa, eo modo, quo ab vno intelligibili ꝓueniũt multi intellectus. Et ideo, non incõuenit quod ab vno per modum, quo intelligibile cauſat intelligens, proueniant multa, vt declarauit etiam ipſe. 12. Meta. commen. 44. & ex hoc apparet alius modus intelligendi dictum primi magiſtri, cum dicitur ab vno, inquantum vnum, non prouenit niſi vnum, intelligitur non per modum, quo intelligere cauſat intel-

A ligens: & tu videas ea, quę dicta ſunt in ſolutione. 12. Et poſtquam dixit hunc modum, dicit alium, quomodo primus dat eſſe reliquis ſeparatis. d. amplius declaratum eſt a philoſophis, illud, quod dat finem entium ſeparatorum a materia, eſt illud, quod dat eis eſſe: forma enim, & finis ſunt vnum, & idem in hac ſpecie entium, vult dicere ſeparatorum: ergo illud, quod dat finem entibus, illudmet dat formam: et illud, quod dat formam, eſt agens: apparet idcirco, quod primum principium eſt omnium iſtorum principium, ſcilicet agens, & forma, & finis. vnde ſyllogiſmus poteſt componi ſic: dator formę ipſis rebus eſt agens: primus motor eſt dator formę entibus ſeparatis: ergo eſt agens. maior eſt manifeſta ex definitione agentis. minor probatur in litera ſic. dans finem in illis dat formam: ſed primus motor dat finem in illis: ergo dat formam. maior proſyllogizatur: quoniam quę ſunt vnum, & idem, dator vnius illorum eſt dator & reliqui: forma, & finis in illis ſunt vnum, & idem: ergo dator vnius, ſcilicet finis eſt dator formę: & ſic apparet, qualiter eſt agens finis, & forma omnium ſeparatorum entium ſine dubio. Et poſtquam dixit modum, quomodo primum eſt cauſa reliquorum, dicit quomodo eſt cauſa ſenſibilium, &c. d. qualiter tamen principium primum ſic ſe habet cum entibus ſenſibilibus, diximus quod ipſum dat eis vnitatem, & eorum vnitas cauſa eſt colligatiuę pluralitatis ab illa vnitate, & ideo eſt principium horum entium, ſcilicet efficiens, forma, & finis, & quodlibet entium appetit eius fi-
B nem cum motu, ſcilicet prout erga eum mouetur deſiderans finem. homo tamen, vult dicere deſiderat finem voluntarie, et alia naturaliter: quod intelligitur quod homo duobus modis, ſcilicet naturaliter, & voluntarie, alia tantum naturaliter. Deinde ponit id, quod manifeſtum eſt hic. d. ſed illud, quod notum eſt hic, quod motiuum, ideſt argumentum prędictorum philoſophorum ad opinandum, quod entia procedunt gradatim a primo principio ſecundum localem ordinem cœlorum, fuit, quod ſuprema ſphęra, vt apparet, nobilior eſt ſuis inferioribus, & alię ſphęræ eundem ordinem ſequuntur in ſuo motu, vult dicere quod ſemper ſuperior eſt nobilior: & totum hoc dixi, quare conati ſunt opinari illud, quod Alga. narrauit, ratione ipſorum in ordine ipſorum principiorum, vt prędicauimus. & ideo continuat ſe, & eius ſermo eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſponſio Secunda eſt, quòd qui tenet primum non intelligere, niſi ſeipſum, inducitur ad hoc ex timore pluralitatis. nam, ſi dicitur quòd intelligit aliud, neceſſe eſt vt ſit in
C intellectu eius pluralitas, & alietas, cum intelligat ſeipſum, & aliud. Et hoc profecto neceſſe eſt eſſe in cauſato primo. vnde oportet vt non intelligat, niſi ſeipſum. nam, ſi intelligeret aliud, id eſſet aliud a ſe ipſo, & indigeret cauſa, quæ eſt alia a cauſa ſui ipſius: & non reperitur cauſa, niſi cauſa ſui ipſius: quare eſt primum principium: ergo oportet vt non ſciat, niſi ſeipſum: & aufertur pluralitas, quę facta eſt hoc modo. Si autem dicet, ex eo quòd intelligit ſeipſum, oportet vt intelligat ꝙ ſit principium, dicimus, ſi ſequitur hoc ei, aut erit ex cauſa? aut ſine cauſa? Si ex cauſa, tunc non datur cauſa, niſi primum principium, & eſt vnum, & non poteſt imaginari quòd proueniat ab eo, niſi vnum, & iam prouenit, & eſt ſubſtantia cauſati, igitur ſecundum quomodo proueniet ab eo? Si vero ſine cauſa, ſequerentur ad eſſe primi entia multa abſq; cauſa: & ſequeretur ex eis pluralitas. Si autem hoc non intelligitur, ex eo quòd neceſſarium in eſſe, non erit niſi vnum, & additum vni eſt poſsibile, & poſsibile indiget cauſa, tunc hoc ſequitur in cauſa-

to, ſi fuerit neceſſarium in eſſe.ex ſe igitur eſt inconueniens dictum eo D rum, ꝙ neceſſarium in eſſe eſt vnum.Si vero fuerit poſsibile, impoſsi-le eſt eſſe ſine cā:& non eſt ei cā:igitur non intelligit eſſe ſuum,& non eſt de neceſsitate cauſati primi vt ſit poſsibile in eſſe. nam poſsibilitas eſſe eſt neceſſaria omni cauſato. cauſatum aūt ſcire cauſam non eſt neceſſarium in eſſe ſui, ſicut cauſam ſcire cauſatū non eſt neceſſarium in eſſe ſui.ſed fieri ſcientiam in cauſato eſt magis manifeſtum,q̄ fieri ſciētiam in cauſa.igitur declaratum eſt ꝙ pluralitas,proueniens in ſcientia eius de principio, eſt falſa.nam non habet principium, & non eſt de neceſsitate eſſe cauſati. & hoc etiam non poteſt euadi ab eo.

Inducit Alga.argumentum ſic,ait Alga.ſecunda reſponſio hęc eſt,quicunq; opinatus fuit ꝙ primus intellectus non intelligit niſi ſeipſum,nequit.i.non decet reprehendi de conſecutione pluralitatis, vult dicere,quia ad eū nō ſequitur Deum eſſe plura,quod exponit.d.ſi enim diceretur ꝙ ipſe intelligeret alia pręter eum, ſequitur quod in ſuo intellectu eſſet pluralitas,& differentia,videlicet intelligēdo ſe,& id,quod differt ab eo:& hoc ſequitur in primo cauſato,vult dicere,ſi intelligeret aliud:quare patet,ꝙ non intelligat niſi ſeipſum vnde ſyllogiſmus poteſt ſic componi: omne intelligens aliud eſt compoſitum aliqua compoſitione: B ſed per te Deus,& primum cauſatū intelligunt aliud a ſeipſis: ergo ſunt cōpoſita aliqua cōpoſitione:ſed quomodo omne intelligens aliud eſt aliquo modo compoſitum,multotiens declaratum eſt,ideo pro nunc nolo immorari. Secundo arguit,dicens.Si enim aliud pręter eum intelligeret,indigeret de alia cauſa præter ſuiipſius cauſam,quę eſt primum principium: quare non oportet quod intelligat niſi ſeipſum. Et hic ſyllogiſmus componitur ſic, omne intelligens aliquid extrá ſe,habet cauſam aliquam priorem ea:ſed primum principium per te intelligit aliquid extra:ergo erit aliqua cauſa prior eo: quod eſt ſimpliciter falſum. propter quod dicit,& ſi ſic,vult dicere, ſi Deus non intelligit, niſi ſe:reprobata eſt pluralitas,vult dicere in eo hoc modo. Deinde ponit ſolu.quandam, quam refutat,dicens,& ſi forte aliquis diceret,quod intelligendo ſeipſum, ſequitur ꝙ intelligat ꝙ eſt principium.& per conſequens intelligeret priuatum, & ſic plura. Contra hanc ſolutionem inſtat.& licet ſuus ſermo poteſt duobus modis ordinari,attamen ordinabo ipſum vno modo nunc:poſtmodum videbimus de alio in ſolutione dubij, quoniam Auerro.reformabit illum. dicit ergo, nos dicimus quod hoc,vult dicere iſta intellectio ſui,inquantum principium, ſequitur ex cauſa,aut ſine cauſa:vult dicere,quod ſi dicatur quod Deus intelligit ſe principium F neceſſarium, intellectio illa habebit cauſam, vel non: ſi ex cauſa, vult dicere, ſi habet cauſam,non eſt alia cauſa niſi primum,vult dicere cauſa illius non erit, niſi ipſemet Deus,qui eſt vnus. ſed hoc eſſe falſum oſtendit,d.& non debet imaginari,quod ab eo procedat niſi vnum, ſed ab eo proceſſum eſt cauſatum,id eſt, primus intellectus factus: ergo qualiter ab eo procedere poteſt, vult dicere intellectio illa, ergo virtus ſyllogiſmi in hoc conſiſtens,ab vno non prouenit niſi ſolum vnum: Deus eſt vnus, & ſimpliciſsimus: ergo ab eo non niſi vnum prouenit.ergo,vel ab eo nihil procederet primum cauſatum,vel ab eo non procedit iſta intellectio. Deinde deſtruit aliud membrum.d.ſi ſine cauſa,ergo & hęc conſequentia,vult dicere entia poſteriora in natura cauſati neceſſaria eſſe de ſe, reprobata eſt eorum opinio, ſcilicet quod neceſſarium eſt eſſe vnum: & videtur quod velit dicere, quod ſi intellectio illa ſit ſine cauſa, ergo omnia poſteriora ſunt neceſſaria de ſe:quoniam a pari, ſicut illa intellectio eſt ſine cauſa, ita & reliqua poſteriora conſequentia erunt ſine cauſa, & ſic erunt de ſe neceſſaria cuius declarationem ponit.d.ſi vero impoſsibile eſſet, indigeret igitur de cauſa: vult dicere quod ideo ſunt neceſſaria a ſe, quoniam omne cauſatum eſt poſsibile:& omne non cauſatum eſt neceſſarium,& addit: ſed ipſe non habet cauſam, ergo ſuum eſſe non poteſt intelligi: & forte hoc verbum eſt minor huius ſyllo

A giſmi, cuius maior eſt. omne intelligens aliquid habet cauſam: Deus non habet cauſam. ergo non intelligit ſe: & ſic iſta erit tertia ratio. ex quibus Alga. voluit reprobare opinionem philoſophorum in eo, quod dicunt, quod Deus non intelligit niſi ſe tantum.

AVERÖES.

Ait Auer. Hæc eſt ratio eius, quam affirmat primum intelligare id, cuius eſt cauſa. quoniam dicitur, ſi non intelligit ex ſe ꝙ ſit principium, intelligere quidem ſeipſum eſt intellectio diminuta. Quæſtio autem Alga. in hoc eſt. qm̄, ſi intelligit id, cuius eſt cauſa, non euadit, aut erit hoc ex cauſa, aut ſine cauſa. ſi autem ex cauſa, igitur primum habet cauſam. ſed primi non eſt cauſa. ſi vero fuerit ſine cauſa, neceſſe eſt vt proueniat ab eo pluralitas, & ꝙ ſciat eam. ſi autem prouenerint ex eo plura, non eſſet neceſſarium in eſſe. qm̄ ne-
B ceſſarium in eſſe non erit, niſi vnum: & quod proueniunt ab eo plures vno, eſt poſsibile in eſſe: & poſsibile in eſſe indiget cauſa: ergo falſum eſt dictum eorum, ꝙ primum eſt neceſſarium in eſſe, & ſcit cauſatum ſuum. Et dixit cauſatum autem ſcire cauſam non eſt de neceſsitate eſſe ſui: & multo magis ꝙ non erit de neceſsitate cauſam ſcire cauſatum. Dicimus, hoc dictum eſt ſophiſticum. nam, cum poſuerimus cauſam intellectum, qui intelligit cauſatum ſuum, non eſt de neceſsitate ex hoc, ꝙ ſit ex cauſa addita ſubſtātiæ eius, ſed ex ſeipſo. nam ſequi cauſatum ab eo eſt, quaſi ſequens ſubſtantiam eius. ſi autem ſequi cauſatum ab eo non ex cauſa, ſed ex ſeipſo, igitur non ſequitur vt proueniat ab eo pluralitas. nam hoc ſecundum radicem eorum reducitur ad ſubſtantiam eius. &, ſi ſubſtantia eius eſt vna, proueniet ab ea vnum: ſi autem plures, plures. Id autem, quod ponitur in hoc ſermone, ꝙ oē cauſatū eſt poſsibile in eſſe, hoc eſt verum in cauſato compoſito, & impoſsibile eſt eſſe aliquid compoſitum, & æternum: & omne poſsibile in eſſe
C apud Philoſophos eſt innouatum. & hoc eſt id, quod declarauit Ariſt. in multis locis librorum ſuorum: & declarabitur magis hoc a nobis, cum loquemur de neceſſario in eſſe. Id autem, quod Auicenna appellat poſsibile in eſſe, ipſum quidem, & poſsibile in eſſe dicuntur æquiuoce. Quare id indigere efficiente non eſt manifeſtum eo modo, quo eſt manifeſtum eo poſsibile indigere.

Omne cauſatū eſt poſſibile eſt verum de cauſato compoſito.

Et, poſtquam recitauit ipſe verba Alga. vult modo moderare illa, & primo dicit. Dicimus nos quod hęc eſt allegatio ipſius, qui opinatur quod primus intellectus non intelligit illud, quod eſt ipſius cauſa, immo vult dicere, quod non intelligit niſi ſe principium. ipſe enim dicit ꝙ; ſi intelligeret de ſeipſo quod eſt principium, intelligit ergo ſeipſum ſine dubio defectiue, vult dicere non in optima perfectione: & ſic reperi in libro meo, & tamen in alio non inuenitur litera negatiue: ſed ſic; videlicet quod primus intellectus intelligit id; quod eſt ipſius cauſa: & tunc expoſitio eſt difficilis, & videtur mihi quod ſit ſenſus: quod iſta allegatio, id eſt, iſta ratio ſit illius, qui ponit primum cauſatum intelligere ſuam cauſam, quaſi dicat, quia vult quod non modo intelligat ſuam cauſam, verum ſe principium, aliter ſua intellectio eſſet diminuta; & tunc intelli:

tio eius eſt, quod argumentum Alga. eſt inuentum ab alijs: ſed quomodocunque, D
primus modus eſt melior. Et poſtquam dixit hoc, reperit rationem Algaz. & eã
moderat, & dixit id, quod arguit Alga. ſuper hoc, quod ſi primus intellectus in-
telligeret id, quod eſt principiatum ab eo, non euaderet quin eſſet ab aliqua cau-
ſa, aut ſine cauſa. & poteſt intelligi per primum intellectum, ſcilicet ipſius Dei:
& poteſt intelligi intellectum primi cauſati. Sed ego expoſui Alga. in dubio di
cto de intellectu Dei. Et quomodocunq;, vult dicere, quod ſi primus intellectus
intelligeret principiatum: omnino illius intellectio vel haberet cauſam, vel nõ.
Deinde deſtruit membra. d. primum eſt falſum. Deus nanq; nullam habet cau-
ſam, & hoc ſignificat quod per primum intellectum, intelligit Dei intellectum.
ſi vero ſine cauſa fuit, ſequitur quod ab eodem primo pluralitas procederet. &
quod ipſe ſciret eam. Et ſi ab eo procederet pluralitas, non eſſet ergo neceſſariũ
eſſe: quod enim neceſſarium eſt, vnum eſt neceſſario. Et confirmat. d. & illud, a
quo procedit pluralitas, ſine dubio eſt poſsibile, & quodlibet poſsibile indiget
de cauſa: ergo Deum non eſt neceſſarium eſſe, nec ſic ab eo cauſata, vult dicere,
& dicit: & poſtquam nõ eſt neceſſarium in eſſe cauſati, quod ſuam cauſam ſciat,
valde nimis neceſſarium eſt quod cauſa ſciat ſuum cauſatum. Et hęc eſt argumẽ-
torum Alga. declaratio. Debes ſcire, quod ratio iſta eſt alterius virtutis ab ea,
vt formaui in dubio, quoniam iſta amplectitur quicquid dicit illa, & vltra, vt pa B
tet. Sed, quomodo habeat euidentiam aliqualem, non eſt curę ſcire illud: quo-
niam dicta Auer. ſoluunt illam euidentiam, propter quod ait, & videtur nobis
quod ſua verba ſophiſmata ſint: & reſpondens ad punctum. d. quando ergo po-
neremus quod illa cauſa eſſet intellectus, & quod intelligit ſua cauſata; non ex
hoc ſequitur quod ſit cauſa ſuę intellectionis quid additum in ſubſtantia dicti in-
tellectus, immo eſt de natura ſuiipſius. vult dicere, ꝙ cauſa illius intentionis non
eſt niſi natura eius tantum, quoniam ibi vnita ſunt omnibus modis. quare proceſ-
ſus cauſati, vult dicere, alterius naturę ab eo eſt quid conſequens ſuam ſubſtan-
tiam, vult dicere dependens a ſubſtantia primi, ſine hoc, ꝙ aliud prius depende-
rit. Deinde probat aliud membrum. d. ſimiliter, ſi procederet ſine cauſa, vult di
cere, ſi illa intellectio eſſet ſine cauſa, ex hoc non ſequitur ꝙ ab eo procedat plu
ralitas, cuius cauſam dicit, id nanque, vult dicere intellectio ad ipſius ſubſtantiã
reducitur, videlicet ſi vna fuit ſubſtantia, vnum procedit ab ea, non plura. Ex
his ſequitur debilitas rationis Alga. quoniam poſitis. & conceſsis illis ambobus
membris, non propter hoc ſequitur inconueniens aliquod illorum, vt finxit Al-
ga. Deinde reprobat illud, quod appoſuit. d. Sed illud, quod poſuit, ſcilicet omne
cauſatum eſt poſsibile eſſe, non verificatur niſi in cauſato compoſito: modo di-
cit, ſed impoſsibile eſt inuenire quid compoſitum æternale: ergo quodlibet poſ-
ſibile eſſe eſt nouum, vt declaratum eſt ab Alga. in pluribus locis, & nos tracta- F
bimus diffuſe in ſequentibus. Deinde remouet quoddam argumentum Auicen
nę contra ſe. arguebat enim ſic: omne id, quod eſt ab alio, eſt in ſui natura ens
poſsibile, ſed omnia pręter Deum ſunt ab alio: ergo omnia ſunt entia poſsibilia:
maior probatur apud illum: quoniam, ex quo eſt ab alio, non habet eſſe a ſe. Re-
ſpondet Auer. d. ſed illud, quod dicit Auicen. videlicet illud, quod dicit de poſsi
bile eſſe, dicimus ꝙ dicitur cum iſto poſsibili æquiuoce, vult dicere ꝙ illud poſ-
ſibile, & poſsibile compoſitum ſunt poſsibilia ęquiuoce dicta: & ſic negatur
maior, niſi impoſsibili compoſito.

Quęſtio. 14. Sᴇᴅ ʜɪᴄ prouenit locus quęſtionis non modicus: quoniam ſecundum do-
ctrinam Auer. anima intellectiua compoſita eſt ex duabus partibus, ſecundum
rem diuerſis, & tamen non eſt noua, immo æterna, ſicut & quælibet intelligen-
Poſitio Io. tia mouens ſtellas. Ioan. in lib. de Anima finxit ſolu. ꝙ illud dictum debet intel-
Contra. ligi, ꝙ omne compoſitum eſt nouum, id eſt, dependens. Sed, quam remota ſit iſta
Poſitio quorundam. ſolu. apparet. quoniam Auer. dicit ꝙ nullum compoſitum eſt æternale, eo quia
omne compoſitum eſt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. Alij autem dixerunt,
vt mihi videtur, ꝙ compoſitum eſt duobus modis, ex actu particulari particula-
riter recepto, & potentia particulari particulariter receptiua: & ex actu vniuer-
ſali vniuerſaliter recepto, & potentia vniuerſali vniuerſaliter recipiente. Dicũt

A modo, quod compoſitum primo modo eſt generabile & corruptibile. ſecundo au
tem modo eſt æternum: & cauſa eſt, quoniam compoſitū vniuerſale abſtrahitur
a cauſis corruptionis & generationis, & a conditionibus illarum: eo quia non
habet contrarium, nec eſt in loco, nec in tempore. Econtra eſt de compoſito par
ticulari, & hanc ſolutionem ego tenui magno tempore, donec ego non vidi dicta
Auer. multa, & poſui ipſam in quęſtione de compoſitione cœleſtis corporis, &
hoc ſolum, propter amorem. Ioan. quem ſequebar, tanquam Deum: & poſt, cum
colligaui dicta Auer. vidi ꝙ ſol. hęc non eſt intelligibilis, & multas rationes po
ſui in lib. de intellectu. Et pro nunc id declaro vna via, quoniam vniuerſale ſe
cundum dicta Auer. eſt duobus modis. Quoddam per eſſentiam: ſicut eſt agens
intellectus, & reliqua entia ſeparata, quę non ſunt vniuerſalia per hoc, ꝙ mens — Duplex vniuerſale.
auferat ea a materia, & a conditionibus materiæ: ſed, quia eſſentię ſunt actu in-
telligentes, vt ſcis. aliud eſt vniuerſale participatiue, ſicut ſunt formę rerum na-
turalium, quia ſecundum eſſe ſunt indiuidua, attamen participando quodammo-
do lumen intellectus agētis, ſunt ſecundum modum vniuerſalia ſeparata ab his,
& nunc, & reliquis conditionibus materię. Hac diſtinctione poſita, prima via
ſic deducitur. vniuerſale participatiue eſt minus abſtractum quā vniuerſale per-
eſſentiam: & hoc eſt manifeſtum, quoniam abſtractionem ſuam habet ab vniuer
B ſali per eſſentiam, vt dixi: & conſtat quod vniuerſale materiale per modum ſuę
vniuerſalitatis eſt adeo abſtractum, quod in nullo poteſt eſſe ſubiecto, nec parti-
culari, nec vniuerſali, niſi perfectiue eo modo, quo obiectum cognitum eſt in vir.
tute cognoſcentis. ergo vniuerſale per eſſentiam, ſicut eſt intellectus agens, non
poterit recipi in aliquo ſubiecto nec vniuerſali, nec particulari: niſi, ſicut res in-
tellecta recipitur in cognoſcente: ideo oportet dicere intellectum agentem non
vniri poſsibili ſubiectiue, ſicut forma materię, ſicut vniuerſalia ſecundum modū,
ſcilicet materialia non poſſunt vniri ei, nec alicui ſubiectiue, propter eorum vni
uerſalitatem, & abſtractionem, quam habent ab agente. & ſic apparet peccatum
Ioan. de compoſitione intellectus. Ex his patet quod omne compoſitum eſt par
ticulare ex actu particulari, & indiuiduo, & potentia particulari, & indiuidua:
& ideo omne tale eſt nouum generabile & corruptibile ſine dubio. Et poſtquā
ſcripſi hoc, occurrit alia via ad probandum, quod omne compoſitum eſt nouum — Alia via ad probādū oē cōpoſitū eſſe nouum.
ex verbis Philoſophi in. 13. Metaphyſicæ. & poteſt ſic ordinari, videlicet, qm̄
omne factum, & cauſatum cauſatur, & fit ſecundū modum ſui eſſe. effectus enim
non pullulat ab agente, niſi ſicut eſt poſsibile in natura entis: modo compoſitum
in hoc differt a ſimplici: ꝙ natura entis ſimplicis non habet eſſe niſi vno modo,
ideo accipit eſſe ſimplici modo, & ſtatim eſt id, quod eſt per ſui naturam, vt dici-
tur. 8. Metaphy. in fine. compoſitum enim habet eſſe in vnione partium, & col-
C ligatione inuicem, ideo oportet, vt modus ſui eſſe ſit ſecundum colligationem ea-
rum inuicem: ideo cauſans compoſitum, debet colligare partes inuicem, aliter fa
ctio eius non differt a factione rei ſimplicis. modo apparet ꝙ non colligantur,
niſi illa, quę in ſuis naturis non ſunt ligata, & vnita, quoniam aliter agens fuiſ-
ſet ociosum: ergo oportet, vt natura partium ſit non de ſe in colligatione conſi-
ſtens: modo partes, quę in ſuis naturis non conſiſtunt in colligatione earum, ſine
dubio poſſunt eſſe in oppoſito colligationis, ſcilicet ſub diuiſione, et ſeparatione.
Ex his ſequitur quod omne compoſitum eſt ſolubile in ſui natura: quoniam par-
tes eius ſunt ſolubiles, & in ſuis naturis non conſiſtentes in colligatione. Com-
pono igitur ſic viam: omne compoſitum colligatum ex partibus, in quarum na-
tura, non eſt colligatio & compoſitio, eſt ſolubile & colligabile: omne compoſi-
tum tam vniuerſaliter, quam particulariter eſt compoſitum ex partibus, in qua-
rum natura non eſt colligatio & compoſitio: ergo omne compoſitum eſt ſolubi-
le, & colligabile. Tunc vltra. omne compoſitum colligabile omnino eſt genera
bile & corruptibile, vt eſt manifeſtum per ſe: omne compoſitum eſt colligabile
& ſolubile, vt dictum eſt: ideo omne compoſitum ſimpliciter eſt nouum, & gene
rabile, & corruptibile: & ſine dubio hęc via eſt firmiſsima, & demonſtratiua,
& eſt Ariſtote. in loco ibi dicto. Dicendum igitur, ꝙ omne compoſitum ex di-
uerſis rebus eſt ſine dubio nouum: verū compoſitum eſt duobus modis: quoddam

ex diuerſis rebus realiter diſtinctis, quoddam ex perfectione, & priuatione quadam maioris perfectionis, ſicut reperitur in omnibus citra primum. Tunc dicendum, quod omne compoſitum eſt depēdens, & habet cauſam: & hęc eſt vniuerſalis tam in compoſito primo, quam in compoſito ſecundo modo. ſed loquendo de compoſito primo modo, omne compoſitum eſt nouum ſimpliciter. Ad argumentum animę intellectiuę, dictum eſt in libro de intellectu, quod ibi nulla eſt compoſitio, niſi ſecundo modo, non primo modo. agens enim intellectus, & poſsibilis non ſunt duę res, ſed duę operationes, vt dixi. eſt enim ibi tantum diſtinctio ſecundum modum, non ſecundum rem, vt ibidem declaraui. & vide, quia multa dixi contra Ioan.

ALGAZEL.

Ait Alga. Quæſtio Tertia, Intelligere autem cauſatum primum ſeipſum, aut eſt ipſummet, aut diuerſum. ſi autem diuerſum, ſic etiam erit in primo principio, & proueniet ab eo pluralitas. ſi vero non fuerit diuerſum, ergo in eo eſt quaternitas, nec trinitas ſecūdum exiſtimationem eorum, ſcilicet ꝙ intelligit ſeipſum, & intelligit principium ſuum, & eſt poſsibile in eſſe. & poteſt addi, ꝙ ſit neceſſarium in eſſe, propter aliud: & ita apparet quinqueitas. & in hoc patet ampliatio eorum in errore. B

Et, poſtquam dictum eſt de illis, quo ad primū motorem, adducit Alg. potius quo ad primum cauſatum, & dicit: ait Alga. arguendum eſt ſuper diuiſionem prędictam philoſophorum tali modo: non euadet, quin ſit intelligere primum cauſatum ſeipſum idem quod ſeipſum, aut differens. vult dicere quod intellectio primi cauſati neceſſario erit aut idem ipſi, aut differens ab eo: ſi differens ergo dici poteſt de primo principio ſimiliter: qua propter ſequitur ab eo pluralitas, id eſt, eſſet in eo multido & non ſimplicitas. conſequentia autem apparet, quoniam videtur eadem ratio eſſe in vtroq;, quoniam ambo ſunt entia ſeparata. Deinde declarat falſitatem alterius membri. d. ſi eſt idem, ergo non eſt in eo trinitas, nec quaternitas, ſicut opinantur philoſophi: & exponit poſsibile eſſe, & poteſt ad hoc applicari quartum, ſcilicet, quod eſt neceſſariū per aliud. patet ergo ꝙ iſtorum inſudatio fuit fruſtra. Debes ſcire quod in primo cauſato, apud iſtos philoſophos ſunt quatuor rationes: quarum prima eſt intellectio primi, ſecunda intellectio ſuijpſius, tertia poſsibilitas eſſendi et non eſſendi, quarta neceſsitas ab alio. C iſtę igitur quatuor rationes in primo cauſato reperiuntur: dicit ergo quod, ſi ibi eſſet intellectio omnibus modis idem cum intelligente, non eſſet ibi iſta quaternitas rationum, quas ponunt philoſophi: & ſic apparet dictum iſtius hominis ex hoc.

AVEROES.

Ait Auer. Sermo hic de intelligentiis eſt duobus modis, quorum Vnus eſt in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelligit. & eſt diſputatio, de qua diſceptauerunt Antiqui. Sermo autem in eo, quod prouenit ex eis, ſolum Auic. de eo locutus eſt, ſermone, quem hic recitauit pro Philoſophis, & ſe extendit ad dubitandum contra eum, ad hoc vt exiſtimetur ipſum dubitaſſe contra oēs. & hoc, vt ipſe dixit, eſt ampliatio ſiſtentis in errore. & non reperitur hic ſermo alicuius Antiquorum. & eſt ſermo, cui non conſtituitur demon-

A ſtratio, niſi ei, ꝙ exiſtimauerunt ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum, quæ quidem propoſitio non eſt in agentibus, quæ ſunt formæ in materiis, ſicut eſt in agentibus, quæ ſunt formæ abſtractæ a materia. nam non eſt ſubſtantia intelligentiæ cauſatæ apud eos, niſi id, quod intelligit de principio ſuo. & non ſunt hic duo, quorum vnum eſt ſubſtãtia, & aliud quid additum ſubſtantiæ, qm̃, ſi hoc eſſet, eſſet compoſitum, ſimplex autem non eſt compoſitum. Differentia autem inter cauſam, & cauſatum eſt, qm̃ cauſa prima eſſe eius eſt in ſe, ſ. formis ſeparatis: cauſa vero ſecunda eſſe eius eſt relatiue ad primam cauſam. nam eſſe cauſatum eſt ex ſemetipſa, & non eſt quid additum ei, ſicut eſt in cauſatis materialibus. v.g. color eſt aliquid exiſtẽs in ſe in corpore, & eſſe cauſa viſionis eſt, ex eo ꝙ eſt relatiue, & viſio non habet eſſe, niſi in hac relatione. Quare abſtracta a materia ſunt ſubſtantiæ de natura relationis. vnde vniuntur cauſa, & cauſatum in formis abſtractis a materia. & propter hoc ſunt formæ ſenſibiles de natura relationis, vt declaratum eſt in libro de Anima.

Dña inter cauſam, & cauſatum.

B

Formę ſenſibiles ſunt de natura relationis.

Et, poſtquam adduxit verba Alga. vult primo dare eis intellectionem eius in verbis illis, & poſt reprobare dictum eius, ſicut conſueuit. & primo.d. Dicimus nos, quod locus dubitationis verborum Alga. eſt in duobus, ſcilicet in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelligit: & eſt quæſtio valde diſputata ab antiquis: & videtur mihi ꝙ velit dicere, ꝙ intellectio quęſtionis Alga. eſt, an primum cauſatum intelligat. vnde quęſtio an eſt, alia eſt a quęſtione quid ſit, & quęſtio quid ſit pręſupponit quęſtionem an ſit. dicit modo Auer. ꝙ quęſtio Alg. eſt quo ad an eſt, intellectionis primi cauſati, videlicet an ipſum intelligat, an nõ intelligat, & non eſt quid ſit intellectio primi cauſati, nec modi eius. Vel poteſt intelligi, ꝙ intellectio quæſtionis Alg. eſt circa rem intellectam, an. ſ. res intellecta ſit idem cum intelligente, an differens, & ideo dicit, ꝙ quęſtio eſt in eo, quod intelligit, ideſt circa rem intellectam, & in eo, quod non intelligit. i. an ſit idem cum intelligente, an differens. & tu conſidera. Et, poſtquam dixit intellectionẽ quæſtionis, vult ponere peccatum eius, & primo ponit eius peccatum. d. ſed id, quod dixit nomine philoſophorum in entium proceſſu, tm̃ ab Auic. reperitur, et ab aliquibus ſequentibus eũ: & ipſe modo deceptionis. i. falſo dedit abſolute famam oĩbus philoſophis iſtis opinionis, & inſudauit ſe eã reprobare. & ponit cauſam huius. d. vt, id eſt, qm̃ poſsit ſupereminere. i. eſſe victor in agone philoſophorum, velli, et audere ꝙ vincat eos. ſic habet litera mea: & forte hoc. ſ. velli, & audere ſunt nomina, & caſus genitiui, & denominant ludũ illud tẽpore antiquo factũ: vel forte ſunt verba, Verbi gratia, infinita, et quomodocunq;. vult dicere ꝙ illud fecit, vt ſe oſtendat victorẽ philoſophorũ. &, cum dixit peccatum eius, & cauſam illius, incipit remouere illud, &.d. & hoc ſine dubio fuit maxima ſua prauitas: quare, vt diximus, nulla iſtarum dubitationum demonſtratiue probabitur, niſi id, quod meditantur pro acuiſſe, vult dicere, acute inueſtigare ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum. vult dicere, vt reputo, ꝙ nulla dubitationum illorum eſt rationalis, niſi illa, quę fundatur in propoſitione illa philoſophi, per quam ſine dubio ſequitur, ꝙ a Deo non proueniet niſi vnum, & dicit, ꝙ illa propoſitio non ſequitur in agentibus, quę formę ſunt materiales, immo tantum in ſeparatis agẽtibus: & videtur mihi, quod iſtud non dicat ſecundum mentem eius, ſed ſecundum illos, quoniam illi verificabant illam tantum in ſeparatis. Auer. autem, vt dictum eſt, verificauit eam tãtum in materialibus. cuius ſignum habeo quod hoc intendat, quia ſequitur vlterius opinionem illorum dicens, & ſecundum eos ſubſtantia cauſati intellectus non eſt niſi id, quod intelligit de ſuo principio, & ideo non ſunt hic, ſcilicet in primo cauſato duę res; ſcilicet quod vna ſit ſubſtan-

C

tia,& alia quid additum ſuper eam: & videtur mihi, quod per hoc voluit, quaſi remouere ad mẽtem illorum,dubium iſtud: quoniam poſſet quis dicere,ſi omne, a quo prouenit multitudo,eſt in ſe multiplex. ergo in primo cauſato erit res addita ipſius eſſentię.propter quod dicit,quod illa multiplicitas non eſt ſecundum rem.cuius cauſam innuit,d.quia ſi ita eſſet,ſequitur quod eſſet compoſitum, vult dicere ex diuerſis rebus. falſitas conſequentis iam dicta fuit. & poſtquam ſoluit hoc dubium,ſoluit aliud.poſſet enim quis dicere, ex quo cauſatum eſt compoſitius cauſa,quomodo differunt cauſa, & ipſum cauſatum penes compoſitionem. ſoluit.d.& differentia,quę eſt penes cauſam,& cauſatum eſt,ꝙ prima cauſa habet eſſe in ſe,videlicet in formis ſeparatis, vult dicere abſolutum ab omni cauſa,immo eſſe ſuum eſt eſſe omnium formarum ſeparatarum.eſt enim ens ſecundũ eſſentiam,& non participando aliquod eſſe prius,& ſecunda cauſa habet eſſe reſpectiue,ſcilicet reſpectu primę cauſę. eſſe enim ſecunda cauſata, vult ꝙ omnia eſſe,quę ſunt ſecunda cauſata,ſunt in ſubſtantia ſua ſubiecta, vult dicere dependentia,& non eſt quid additum ſuper eam,ſicut eſt in cauſatis materialibus:vult dicere quod non propter illud eſt ibi compoſitio ſecundum rem, ſicut eſt in rebus materialibus. Verbi gratia,color eſt quid per ſe in corpore exiſtens, & eſſe ipſius cauſa viſus,id eſt,quod eſt cauſa viſus eſt quid relatum,& viſus nullũ habet eſſe niſi hac ratione, & ideo entia ſeparata a materia ſunt ſubſtantię relationis materię,id eſt,cauſę rerum materialium:quapropter cauſans, & cauſatum in formis ſeparatis ſunt vnum:& ideo formę ſenſibiles ſunt de natura relationis:et videtur mihi quod voluit dicere, quod omnes res materiales præciſe conſiſtunt in relatione,quia nulla eſt abſtracta a cauſa,& ſimiliter maior pars entium ſeparatorum: attamen in entibus ſeparatis ſunt vnum primum, quod eſt ſimpliciter abſolutum,& cauſa omnium:& tu perſiſte, quia eius ſermo poteſt aliter intelligi,attamen non eſt cura. D E

Dubitatio. Sed hic est locus quęſtionis:quoniam in.4. Meta.tex.com.26. Ariſt. reprehendit opinionem dicentium,omnia eſſe apparentia propter hoc: quia,tũc omnia eſſent relatiua:& tamen Auerroes ponit hic omnia relatiua pręter Deũ: & ſolutio iam,quaſi tacta eſt:quod eſſe omnium rerum citra primum conſiſtat in relatione,non ad terminum,ſed ad cauſam: philoſophus non habet pro inconuenienti,quod omnium rerum eſſe conſiſtat in analogia,& dependentia,& participatione ad primum,ſed quod eſſe omnium ſecundum rationem formalem cõſiſtat in relatione ad terminum, habet pro impoſſibili: & ſic quęſtio nihil eſt. Ex his apparet, qualiter cauſata reſpectu primę cauſę compoſitionem dicant, non quidem per hoc,quod res ſuperadditur rei, ſed propterea quia reſpectus ſuperadditur rei,& etiam ponitur ibi compoſitio ex priuatione, & habitu, vt dixi alias. F

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio Quarta. Trinitas non ſufficit in cauſato primo. nam corpus primi orbis ſecundum eos ſecutum eſt ab aliqua re ſubſtantiæ principii. & in eo eſt compoſitio tripliciter. Primo, quia eſt compoſitum ex forma, & materia, & ſic omne corpus apud eos,& non euadit vnumquodq; eorum a principio; nam forma differt a materia. & nulla earum ſecundum opinionem eorum eſt cauſa,quæ non indigeat alia,adeo ꝙ erit vna earum mediante alia, abſque alia cauſa addita eis.

Vult modo adducere in quo Algazel contradicit philoſophis, &.d.ait Algazel adhuc arguendum eſt alio modo,ſcilicet quod trinitas non cadit in primo cauſato,immo quaternitas: ſupremus enim orbis, ſecundum philoſophos procedit ab vna ſimplici re de ſubſtãtia primi principii, & cõponitur tripliciter:quorum vnum,

A vnum, quod ipſe componitur de materia, vult dicere quorum vnum eſt materia, & formæ, vult dicere & alterum eſt forma: & hoc eſt vniuerſaliter, quia omne corpus ſic ſe habet: ergo oportet, & quodlibet vult dicere, illorũ cõponentiũ habet principiũ, prout materia differt a forma: vult dicere, qm̃ quodlibet diſtinguitur ab altero, & materia diſtinguitur a forma, et nulla earũ eſt cauſa alterius, immo quælibet ipſarũ indiget de cauſa per ſe. Debes ſcire, ꝙ iſtud argumentum probat, ꝙ primũ cauſatũ ſit quatuor intellectiones, eo quia quatuor cauſat: cauſat enim motorẽ, vt finis ſecũdi orbis proximi, & cauſat animã ſui orbis, & cauſat formã illi, quæ nõ eſt anima, ſed forma materialis, & cauſat materiã: & videtur mihi qđ virtus eius cõſiſtat in duabus propoſitionibus: quarũ prima eſt, entia diſtincta in eſſe habẽt diſtinctas intellectiones cauſandi in cauſa, per illã maximã philoſophorũ, ab vno nõ prouenit niſi vnũ: ſcda eſt, qđ oĩa illa cõpoſita ſunt diſtincta ſecundũ eſſe propria eis: ideo in prima figura ſequitur poſitio iam dicta.

AVEROES.

B Ait Auer. Quod autẽ dixit eſt, qm̃ corpus cœleſte ſecundũ eos eſt cõpoſitũ ex materia, & forma, & anima, neceſſe eſt ex hoc vt ſint intelligentia ſecunda, ex qua ꝓuenit orbis, quatuor res. res quidem, ex qua prouenit forma: & res, ex qua prouenit materia, cũ nulla harũ eſt cauſa nõ indigens alia, ſed materia eſt cauſa formæ aliquo modo, & forma eſt cauſa materiæ aliquo modo: & res, ex qua prouenit anima. & res, ex qua prouenit motor orbis ſecundi; igitur in eo erit quaternitas neceſſario. Attamen ſermo, quòd corpus cœleſte ſit cõpoſitum ex forma, & materia, vt ſunt alia corpora, eſt quid, in quo errauit Auicenna in Peripateticis. nam corpus cœleſte ſecundum eos eſt corpus ſimplex. ſi autem eſſet compoſitum, corrumperetur apud eos, & ideo dixerunt de eo quòd ſit ingenerabile, & incorruptibile, & non habet potentiam ad duo contraria. Si autem eſſet, vt dicit Auicenna, eſſet compoſitum, ſicut animal, &, ſi hoc conceditur, ſequeretur quaternitas ei, qui dicit ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnũ. & iam diximus quòd modus, quo iſtæ formæ, aliquæ earum ſint cauſa aliquarum, & C ꝙ ſint cauſæ corporum cœleſtium, & eius, quod eſt ſub eis, & ꝙ cauſa prima ſit cauſa omnium, eſt diuerſus ab hoc.

De compoſitione cœli.

Poſtquam dixit opinionẽ Algazel. de illo argumẽto, vult contradicere ei in vno tm̃, licet in alio ſit cũ eo: & primo adducit intentionẽ eius in breui, & d. Dicimus nos qđ id, quod dixit Algazel, ſcilicet quod corpus ſupercœleſte apud philoſophos ex materia, & forma, & anima cõponitur: quare ſequitur, quod in ſecũdo intellectu, vult dicere primo cauſato, a quo primum cœlũ procedit, ſint quatuor res, vnde procedãt quatuor ꝑdicta, ſcilicet materia, & forma, & motor ſecundi cœlorũ, & anima orbis eius: ergo eſt ibi quaternitas neceſſario: hæc litera eſt ſuſpenſiua, & eius determinatio eſt illud, quod ſubdit. d. eſt ſine dubio de erroribus Aui. & ſuis obiectionibus ſupra peripatheticos, & abſit quod fuerit eorũ opinio. in hoc Auer. contradicit Algazeli, quoniã ille opinatur quod opinio Aui. ſit peripatheticorũ: vult enim quod illa ſit Auicen. qui fuit medius inter peripatheticos, & loquentes. Deinde ponit illud, in quo conuenit cum Alga. & eſt, quod illa opinio eſt error, quod declarans. d. immo corpus ſupercœleſte apud eos eſt ſimplex: ſi enim compoſitum eſſet, ſequitur quod eſſet corruptibile: & ipſi aſſerunt ipſum non eſſe generabile, nec corruptibile, nec quod habeat potẽtiã duorũ contrariorũ, videlicet, eſſendi & nõ eſſendi. Et ſyllogiſmus eſt: omne

cõpoſitum eſt generabile & corruptibile:corpus cœleſte nõ eſt generabile nec D
corruptibile:ergo non eſt cõpoſitum minor eſt declarata primo cœli com.20.et in litera philoſophi,maior aſſumitur ab Auer.in pluribus locis,& declaratur in primo de ſubſtantia orbis. Deinde remouet aliud peccatũ Auicen. in eo, quod opinatur cœlũ habere animã imaginatiuã.d.vnde,ſi opinio Auicen. vera eſſet, ſequitur quod eſſet cõpoſitum,ſicut animal:& ſyllogiſmus cõponitur ſic: omne cõpoſitũ ex anima imaginatiua,& corpore eſt animal:ſed cœlũ eſt cõpoſitum apud ipſum ex anima illo modo,& corpore:ergo eſt animal: conſequẽs eſt falſum:quia,tũc haberet ſenſus, & ſic poſſunt accidere ei occaſiones,& reliqua,vt declaraui in libro de ſubſtantia orbis:& poſtquã remouet peccatum Aui.reſpõdet nũc ad formã argumẽti Alga.d.& ideo dicta quaternitas ſequitur illum, qui opinatur in duabus propoſitionibus,quod ab vno nõ prouenit niſi vnũ, vult dicere quod ſequitur Aui.qui ſuſtinetur in duabus propoſitionibus,ꝙ ab vno non prouenit niſi vnũ:& ſecũda,quod cœlũ habet tres res,& eſt quarta, ſcilicet motor alterius orbis,quæ proueniunt ab ipſo primo cauſato: ex his ſequitur quod in eo ſit quaternitas rerum:& nos iam diximus in præcedentibus, qualiter hæ formæ ſeparatæ ab Auicen. cauſantur,id eſt,ponuntur,vt cauſæ: & forte litera eſt corrupta ex errore ſcriptoris,& debet dicere,ponuntur: & qualiter ſint cauſæ ſupercœleſtium corporum,& eius inferioribus, & qualiter iſta a prima cauſa procedant per aliam viã,præter viam Auicẽ. vult dicere totũ eſt declaratũ. E

Quęſtio,11. CIRCA IAM dicta occurit quæſtio, an cœlum ſit corpus ſimplex & multa ego dixi in duabus quæſtionibus,ſcilicet an cœlum ſit animatum, & an cœlum ſit ſimplex:ideo,pro nunc corpus cœleſte eſſe ſimplex,non admixtũ materiæ poteſt declarari tribus vijs:quarum prima erit ex neceſsitate intelligentiæ: ſecunda ex natura materiæ: tertia verbis philoſophorum: ideo iſtis concludam intentionem Auer.ſecundo declarabo eius intentionem ſub breuibus. Ad primam viam ſic procedit,accipiendo primo quod,de ratione moti a ſe non eſt niſi vt habeat principium,attamen diſtinctũ a principio paſsiuo motus: & hoc pulchre declarat Auer.3.Cœli com.28.& 4.Cœli commen.22. & 4. Phyſicorum commen.71. quoniam forma materialis,& eſt forma, & eſt in materia: in eo enim,quod forma,habet rationem agentis,quoniam ſine dubio ſpecies agit, & mouet:& in eo,quod in materia,erit patiens,quoniam fundamentum patientis eſt materia, ideo formæ ſeparatæ non poſſunt pati,vt dicit ipſe .9. Meta. commen.2.Ex hoc ſequitur quod, ſi cœlum eſſet compoſitum ex materia, & forma diſtincta,& alia ab intelligentia,tunc ocioſa erit ei intelligentia applicata: quoniam,ſi ei applicabitur,non erit niſi vt moueat. Sed ego dicam, quod non oportet:quoniam cœlum habet formã,qua mouebit ſe,ſicut graue per eius formam mouet,& mouetur propter rationes diuerſas:et ſic tu habes probare,qualiter illa forma non ſufficit ad mouendum ſemper:ſed audies mirabilia, quę fuerunt mihi adducta in ſolutionibus huius viæ. Quidam enim fingunt, quod om- F

Poſitio quorũdam, ne,qđ mouet ſe,indiget cognoſcente,a quo dirigitur,ideo oportet, vt motus corporis cœleſtis ſit ab intelligentia cognoſcente. Alij fingunt, quod purum materiale non poteſt mouere ſemper:quia,ſine vigore immaterialis laxabitur: quidam poſteriores dicunt,quod licet motus proueniat a forma, non tamen omnis forma mouet:ideo illa non mouet,licet omnis forma agit:& ſic eſt ibi,quoniam forma illa illuminat hæc hic, & virtute propria cauſat effectus multos hic.

Contra. Sed contra:quoniam,ſi prima neceſsitas cogeret,ego probarem quod omne,qđ ſe mouet,haberet intellectam ſibi formam:ideo diceret aduerſarius quod ſufficit quod dirigitur a primo cognoſcente:& ſic propter illud non erit neceſſariũ ponere intelligentiam propriam vnicuique orbi.

Secunda ſolutio. Secũda ſolutio eſt purus error: quoniam peto,quare non poteſt mouere ſemper:vel quia fatigabile, & ſic erit generabile & corruptibile: vel quia materiale, & tunc petitio principij: ideo dicerem,quod vel eſt,qm̃ materiale materialitate alterius rationis poteſt ſe mouere ſemper,vt fingunt latini.

Tertia ſolutio. Tertia ſolutio eſt plus erroris:qm̃ dicam, quod qua ratione poteſt ſe illuminare,& alia extra ſe ratione formæ, eadem ratione poteſt ſe mouere:& tu,ſi vis ſaluare neceſsitatẽ intelligentię, debes probare quod

A forma illa nõ ſufficit ad mouendũ: ideo, ſine dubio illa via eſt firma, nec poteſt
probare neceſsitatem intelligẽtiæ: & ſæpe fui in loco diſputationis, & hucuſq;
non inueni aliquem, qui mihi probaſſet neceſsitatem intelligentiæ, tenendo opi-
nionẽ latinorũ: ſecunda via declaratur ex dictis Auerrois in primo phyſicorum
commen.79. vbi debes ſcire, quod priuatio eſt carentia forme in ſubiecto apto
nato: & hoc iam omnes volunt. Secundo debes ſcire, quod priuatio præcedit na
tura formam in materia: quod intelligo, vt dicit Auicen.6. ſuæ Meta.capi. ſecun
do, negatiue ad hunc ſenſum, quod in materia eſſet priuatio, niſi agens dediſſet
ei formam: quoniam, vt accip…r primo Phyſi.tex. commen.68. forma per ſui
præſentiam eſt cauſa generationis, per ſui abſentiam eſt corruptionis: ideo dicit
Auerroes in vltimo de ſubſtantia orbis, quod effectus priuatiui cauſa erit priua
tio, & poſitiui cauſa poſitiua: ideo, ſi agens eſt cauſa generationis, & abſentia
eius forme erit cauſa corruptionis. Iſto modo igitur priuatio præcedit formam
negatiue, quia ſcilicet illa ineſſet materiæ, niſi agens impediret dando eſſe, &
formam materiæ. Hoc habito, quæro ab iſtis: vel forma illa cœleſtis corporis
eſt de eſſentia materiæ cœli, vel non: ſi eſt de eſſentia materiæ: ergo eius eſſen-
tia erit actus, & ſic non potentia, cuius contrarium ponunt. Si non erit de eſſen
tia materiæ: ergo in eſſentia cœleſtis corporis eſt potentia ad eam, & carentia
eſſentialis illius, quod declaratur: quoniam, poſtquam non eſt de eſſentia, ergo

Priuatio natura præcedit formã in materia.

Forma ſua præſentia eſt cauſa generationis, ſua abſentia cauſa eſt corruptionis.

B illa materia caret eſſentialiter forma, & eſt apta perfici illa: ergo in materia illa
erit admixta priuatio tanquam quid prius natura, & per conſequens erit gene-
rabile & corruptibile. Ex his ſequitur hæc maior, quod omne compoſitum ex
materia & forma eſt generabile & corruptibile: vel poteſt aliter deduci iſta
maior ſic: vel agens poteſt dare illi materiæ aliam formam, vel non. ſi ſic, ergo
illa materia poteſt priuari illa forma, quam habet, & ſic, vt prius. ſi non, iſta in-
compoſsibilitas vel erit, quia forma cœleſtis corporis eſt de eſſentia illius mate
riæ, vel quia eſt principium illius fluens ex principijs eius, vel quia illa materia
non eſt capax alicuius alterius formæ, vel quia non reperitur agens potens ei
dare aliam formam, quam cœli: primũ, & ſecundum ſunt impoſsibilia ſimplici-
ter, & nolo probare impoſsibilitatem eorum: tertium eſt mirabile: quoniam, ex
quo illa materia eſt pura potẽtia paſsiua, ergo poteſt perfici ab omni, quod eſt,
vel eſſe poteſt perfectio, ponens illam in eſſe meliori: & ſic erit ex parte poten
tiæ inclinatio, & capacitas ad perfici ab alijs formis: nec poteſt fingi quartum,
qm̃ ibi reperitur poſsibile ex parte paſsi, & reperitur poſsibile ex parte agen-
tis, vt dictũ eſt primo Cœ.cõ.124. vel ſaltem mihi ſufficit, ꝙ cœli materia põt re
cipere omnẽ formã, & per cõſequẽs eſt ab intrinſeco priuata hac forma: & ſic
apparet maior ſyllogiſmi Auer.facti. vltima via eſt ex multis verbis Ariſt. et li
C cet in quæſtione de intellectu, an ſit forma cœli, dixi multa, pro nũc ſufficiat mi
hi adducere ſententiã philoſophi.13. Meta. vbi mouet qõnem, vtrũ ideæ ſint for-
mæ in materia: & ſoluit, ꝙ ſunt actus puri, nõ cõpoſiti: cuius rationẽ dicit, qa tũc
eſſent gñabiles & corruptibiles: cuius cõtrariũ reputauit Pla. & ſic cõcludit ibi,
qđ ſi eſſent, eſſent formæ ſeparatæ. Ex hoc arguo ſic. ſi ratio philoſophi valet, eſt
quia omnis forma indiuerſa eſt generabilis & corruptibilis. Ex hoc apparet, qđ
ſi forma cœli eſſet in materia, eſſet generabilis. Si ergo dicatur, qđ latini fingunt
ꝙ omnis forma in materia trãſmutabili vnius rationis eſt generabilis: Ariſt. ibi-
dem non concluderet intentum: dicam enim ideas eſſe in materia alterius ra-
tionis: & ſic videtur committere fallaciam conſequentis, arguere, non ſunt in
materia tranſmutabili, ergo non ſunt in materia. Ad hanc rationem quidam
fratres dixerunt, ꝙ ratio Ariſt. valet: quia, vt ſcitur.10. Meta, in fine, Plato po-
ſuit ideas vnius ſpeciei cũ rebus generabilibus: ideo ſi in eis eſſet materia, illa
eſſet eiuſdem rationis: & ſic valet ad hominem. Sed hæc ſolutio ſtulta eſt: quo-
niam, licet Plato poſuit ideas eiuſdem ſpeciei quantum ad eſſentiam, & quidita
tem, quia poſuit illas eſſe eſſentias & quiditates, non tamen quantum ad omnia:
nec inconuenit quantum ad aliam rationem eſſe plus quã genere diuerſa: & ſic
philoſophus adhuc non habebit intentum: quoniam Plato poſuit genere differ-
re a rebus corruptibilibus, quantum ad ſeparabilitatem a materia; ideo, non vi-

Poſitio quorundam fratrum.

Impu.

detur ſequi: ſunt in materia, ergo tranſmutabiles: ſed oportet addere, ꝙ ſunt in materia, & vnius ſpeciei quantum ad omnes rationes: & tunc ſequitur conſeque̅tia dicta: alia multa dixi in ſuo loco. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus eſt, ꝙ corpus ſupremum eſt in termino determinato in magnitudine. & determinatio eius in hac menſura prę cęteris orbibus eſt quid additum eſſe eius. nam ex ſe ipſo poſsibile eſt vt ſit maius, aut minus: & impoſsibile eſt ei hoc eſſe abſque determina̅te in hac menſura, addito rei ſimplici, quę neceſsitat eſſe eius, non autem vt eſſe intellectus, quod eſt eſſe abſolutum, & non determinatur in menſura oppoſita aliis me̅ſuris. & poteſt dici ꝙ non indiget, niſi cauſa ſimplici.

Arguit aliter Alg. vt refert hic Auer. d. ſecundum vero triu̅ prædictoru̅, vult dicere corpus cœleſte ineſt, id eſt co̅tingit, quod ſuprema ſphæra in proprio termino magnitudinis conſiſtat: vult dicere taliter, quod ſit terminatæ magnitudinis. vnde, id eſt propter quod ipſe, ſcilicet motor appropriatur in illa magnitudine maxime q̄ aliæ ſphæræ, vult dicere ꝙ corpus cœleſte debet eſſe terminatæ & certæ magnitudinis taliter, quod motor ita approprietur vni, ꝙ non alteri, eſt neceſſarium, vult dicere, propter quod eſt neceſſarium quod magnitudo ſit quid additum ſuper eſſe ſuiipſius. Ex hoc apparet ꝙ oportet in corpore cœleſti habere magnitudinem realiter diſtinctam ab eius ſubſtantia, hoc igitur eſt ſuppoſitu̅. Deinde arguit contra illos, & ſyllogiſmus poteſt ſic componi, omne poſsibile habere magnitudinem maiore̅, vel minorem, & qua̅titate̅, oportet vt illa magnitudo illius procedat ab aliquo: hæc eſt maior ſupplenda. deinde accipit minore̅. d. prædicta enim ſphæra de ſe poſsibilis eſt habere maiorem, vel minorem qua̅titatem. Deinde ponit concluſionem. d. ergo oportet quod illa magnitudo terminata procedat ab aliquo appropriante, differente, vult dicere multo, ſecundu̅ rationem infere̅te in re ſimplici, id eſt in corpore cœleſti ſuum eſſe. Deinde declarat quod hoc approprians non poteſt eſſe motor appropriatus, & primo accipit co̅cluſione̅. vnde ſyllogiſmus co̅ponitur ſic. eſſe puru̅ ſimplex no̅ poteſt eſſe cauſa magnitudinis, & rei multis: ſed eſſe intellectus eſt eſſe puru̅: ergo non po̅t eſſe cauſa magnitudinis rei multis. maior relinquitur tanq̄ manifeſta, minor proſyllogizatur in litera, ſic, illud quod indiget ſimplici cauſa pro eſſe eius, eſt purum eſſe: ſed intellectus monens eſt indigens tm̄ ſimplici cauſa: ergo eius eſſe eſt eſſe puru̅. huius ſyllogiſmi primo ponit concluſionem. d, & hoc eſſe, vult dicere qđ ponitur cauſa, non eſt ſimile eſſe intelligens, id eſt non eſt ſeparatu̅. Deinde accipit minorem. d. eſſe enim intellectus purum eſt, et ſine magnitudine. Deinde accipit minore̅ pro ſyllogiſmi. d. quamobre̅, id eſt qm̄ non indiget niſi de ſimplici cauſa. ex hoc concludere intendit, quod cauſa terminationis magnitudinis debet eſſe aliquod materiale: vel cauſa debet eſſe multiplex, & diuerſa in ſui natura. B F

AVEROES.

AIt Auer. Diſpoſitio huius ſermonis eſt ꝙ ipſi, cum dixerint ꝙ corpus orbis eſt res tertia, quæ ſequitur, & ipſum in ſe non eſt ſimplex, ſcilicet ꝙ eſt corpus habens quantitatem, tunc in eo ſunt duo, quorum vnum præbet corporeitatem ſubſtantiale̅, & aliud quantitatem terminatam. & neceſſe eſt vt in hac intelligentia, ex qua prouenit corpus orbis, ſint plura, & non erit cauſa ſecunda trina,

A ſed quaterna. Attamen hoc totum eſt poſitio falſa. nam Philoſophi non crediderunt corpus vniuerſum prouenire à principio ſeparato. ſi autem prouenit ab eo aliquid apud eos, prouenit forma ſubſtātialis. ſed menſuræ partium eius apud eos ſequuntur formas. Sed hoc totum apud eos eſt in formis materialibus. corpora autem cœleſtia apud eos, ex eo quòd ſunt ſimplicia, non recipiunt paruitatem, & magnitudinem. Vlterius ponere formam, & materiam prouenire à principio ſeparato eſt quid extra radices eorum, & abſurdum. Agens autē in rei veritate ſecundum Philoſophos, quod eſt in generabilibus, & corruptibilibus, non efficit formam, nec materiam, ſed efficit ex materia compoſitum ex vtraque ſimul, ſcilicet compoſitum ex materia, & forma. nam, ſi agens efficeret formas in materia, efficeret eas in re, non ex re. & hoc totū non eſt opinio Philoſophorum: & non eſt arguendū contra eam ex eo, ꝙ ſit opinio Philoſophorum.

Corpora cœleſtia non recipiunt paruitatē, & magnitudinem. Agēs nō efficit formā, nec materiā nec formam in materia, ſed ex mateтia cōpoſitū.

Auerroes modo, primo ponit ſententiam verborum Alga. deinde ponit peccatū eius: illud, quod dicit primo, eſt manifeſtum per ſe. Deinde ponit peccatū

B eius, & maxime oſtendit illud, in quo fundatur eſſe falſum: fundabatur autem in hoc, ꝙ corpus cœleſte dependet a motore ſeparato: circa quod dicit. Sed nos dicimus, ꝙ omnia iſta ſunt erronea. philoſophi enim nō opinantur ꝙ corpus omnino procedat a ſeparato, vult dicere apud me, a Deo tanquam a cauſa prima: & ꝗuis procederet, dicunt ꝙ principaliter procederet ab eo forma ſubſtantialis, vult dicere motor appropriatus. D. magnitudo ſequitur formam. veruntamē hoc vult dicere, ꝙ corpus terminatum per formā in materia, tantū eſt in materialibus formis: & corpora cœleſtia, prout ſunt ſimplicia, non recipiunt formas nec magnitudinē: hic eſt vnus modus intelligendi. Et poteſt aliter intelligi, vt mihi videtur, quod ſcilicet philoſophi non opinantur ꝙ corpus omnino, vult dicere generabile, procedat a ſeparato: & quamuis procederet, dicūt ꝙ principaliter procederet ab eo forma ſubſtantialis. D. magnitudo ſequitur formam, verū hoc tm̄ eſt in materialibus formis: & corpora ſupercœleſtia, prout ſunt ſimplicia, non recipiunt formas, nec magnitudinem. Eſt ergo ſecundū hanc expoſitionem ſolutio, ꝙ corpus cœleſte non procedit a forma ſeparata, ideo ſuppoſitum eius eſt falſum. D. reprehendit eū in alio, quod Alg. finxit. d. ruſus id, quod dixerat, videlicet ꝙ materia, & forma a principio ſeparato procedunt, falſum eſt: immo abſit ꝙ philoſophi talia concedant: immo agens, apud peripatheticos in

C rebus generabilibus & corruptibilibus non agit formā, nec materiā, immo agit de materia compoſita ex eis, vel ex materia & forma. Huius ponit cauſam, & componitur ſic. omne agens formā in materia agit ex nihilo: ſed, per illos agēs agit formā in materia: ergo efficit illam ex nihilo. huius ponit tantum minorē d. ſi enim ageret agens formam in materia. Deinde ponit concluſionem. d. ergo efficeret eas de nihilo in aliqua re. Deinde oſtendit oppoſitum conſequentis. & eius ſermo eſt manifeſtus per ſe.

Sed hic ſunt multę quæſtiones. primo enim aſpectu videtur ꝙ ſolutio Auer. accipiat falſum. Accipit enim, ſecundum ꝙ exponit in expoſitione ſecunda, ꝙ corpus cœleſte non procedit a forma ſeparata: cuius contrarium infinities dictum eſt, & maxime lib. de ſubſtantia orbis. Secundo videtur, ꝙ ſolutio Alga. faciat adhuc difficultatem magnam: quoniā corpus cœleſte, Verbi gratia, lunæ poteſt eſſe quantitabile ſecundum maiorem quantitatem, & minorē: ergo in eo eſt quantitas in potentia, ergo eſt ibi forma intrinſeca, per quam erit terminatæ quantitatis: & illa non poteſt eſſe intellectus, quoniam purus intellectus non poteſt eſſe cauſa magnitudinis, & terminationis alicuius corporis, cum tantum appropriatę ineſt. Tertio, adhuc quantitas lunæ, & quantitas ſolis, & quantitas mercurij, & reliquorū orbium ſunt vnius rationis, ergo, ſi vna re-

Dubitatio.

Dubitatio.

liquæ addetur, fiet alius. ergo vna illarum erit, immo quælibet illarũ eſſet aug- D mentabilis: & hoc eſſe non poteſt gratia formæ abſolute, nec gratia ſubſtantiæ in actu, ergo gratia materiæ: ergo ibi eſt materia pura potentia. Quarto, omnes illæ formæ cœlorum, & magnitudines ſunt vnius rationis, ergo in eis erit partitio, & multitudo numeralis, & per conſequens materia partita, & ſic ibi erit materia & forma, & materia vltra intelligentiã: & ſic hæ difficultates primo aſpectu videntur faciles, attamen ſunt mihi valde difficiles, nec inueni aliquem, qui olfaceret, nedum ipſas videret. Vt igitur habeatur intellectus opinionis Auer. circa ſolutionem iſtarum, primo debes ſcire, quod corpus cœleſte vno modo procedit a forma ſeparata, alio modo non: procedit quidem duobus modis. ſ. ſecundum qualitatẽ, & ſecundum relationem, vt dixi alias: ſecundum enim qualitatem, pro quanto eius eſſe conſiſtit in motu: ſi enim non mouetur, ſine dubio eius eſſe eſſet nihil: ideo eius eſſe conſiſtit in operatione motiua: quod ergo cõſtituit ipſum in operatione motiua, ipſum conſtituit in eſſe: & ſic iſto modo corpus cœleſte procedit a proprio motore. Secundo modo in genere relationis: quoniã eius eſſe dependet ab eſſentia intelligentiæ: quia eſt neceſſarium ab alio. cauſa eſt neceſſarium ab alio. cauſa enim ſuæ neceſsitatis eſt ipſa intelligentia, vt tibi dixi. Tertio vero modo non dependet: quoniam motor non cauſat ipſum dando ei formam ſimilem, quæ ponit ipſum in eſſe corporis cœleſtis, quã ſequitur quantitas, & terminus quantitas: hoc enim, vt bene dixit Auer. verificatur tantum in corpore generabili, cuius eſſe conſiſtit in compoſitione materię cum E forma: & ſic ſoluitur prima quęſtio. Apparet enim ſolutio contradictionis.

Solutio ad primam.

Pro intellectu queſtionis ſecundæ, debes ſcire ſecundo, quod corpus lunæ, & eſt corpus, & eſt corpus lunæ: inquantum enim corpus abſolute, ſine dubio eſt quantitabile quantitate maiori, & minori: quoniam corpus in ratione, qua corpus, non repugnat decreſci, nec augeri in infinitum: vt vero corpus lunę, nec eſt augmentabile, nec diminuibile, immo eius quantitas eſt eſſentialiter, & per ſe terminata. Secundo debes ſcire pro eodem, ꝙ purus intellectus non poteſt eſſe cauſa ſubiectiua terminatę quantitatis: quoniam in eo, quod purus intellectus, ſibi repugnat ſub eſſe quantitatis licet latini de hoc dicanr multa: &, etiam purus intellectus non poteſt eſſe cauſa terminatiua terminationis quãtitatis in potentia, cuius terminus non eſt ei eſſentialis, qualis dicitur eſſe quantitas exiſtens in generabili & corruptibili hic: qm̃ illa quantitas in potentia eſt interminata, in actu autem terminatur: quia forma ſigillat materiam, vel eius partẽ: conſtat aũt ꝙ intelligẽtia nõ poteſt recipi in parte cœli, ſed tn eſſentia cœli ſimplici, & nuda primitus ſecundum naturam, vt dicit Auer. in li. de ſubſtantia orbis. purus ergo intellectus poteſt eſſe cauſa terminatiua alicuius corporis, & magnitudinis eius, cuius terminus eſt eſſentialis ei: qm̃ illa quantitas eſt ita in actu, ꝙ nullo modo eſt in potentia: immo, quia intellectus purus F poteſt eſſe cauſa illius corporis duobus modis, vt dictũ eſt: ideo potuit eſſe cauſa termini quãtitatis illius corporis: Et ex his apparet ſolutio ad ſecũdũ, & ad tertium. & ad ſecundũ quidẽ, qm̃ falſum eſt corpus lunę, inquantũ corpus lunę, ꝙ ſit augmentabile & diminuibile, immo eſt eſſentialiter terminatum, vt dixi: & concedo, ſi in eo eſſet quantitas in potentia, intelligentia non poſſet eſſe cauſa terminatiua illius, vt dixi: ſed tamen, non inconuenit, cum ibi ſit quantitas eſſentialiter in actu, ꝙ purus intellectus ſit cauſa terminatiua illius, vt dixi. Ad tertium quidẽ, qñ nullus dubitat ex quantitate corporis cœleſtis, & quantitate generabilium fieri vnũ quantum maius, mathematice loquendo: non pp hoc quãtitas illorũ, & iſtorũ, & materię illorũ, & iſtorum ſunt vnius rationis, immo differunt ſpecie vere, ſed conueniunt tantum in ratione mathematica. Dicendũ igitur ad formam, ꝙ ſi corpori lunę addatur quantitas, & magnitudo ſolis, ſine dubio eſſet corpus alius, non tamen corpus lunę alius: qm̃, non eſſet amplius luna, qm̃ terminus erat eſſentialis magnitddini eius: ideo eſt augmentabile ſub ratione, qua corpus, non tñ ſub rõne, qua corpus lunę: ideo, ibi non erit quantitas in potentia, nec materia vna omniũ illorũ: & cauſa eſt, quod licet illa corpora ſunt vnius rationis analogicę, vt dicit 2. Cœli, cõ, 49. non tñ vniuocę: ideo quod-

Purus intellectus non põt eſſe cauſa ſubiectiua terminatiua quãtitatis, licet poſſit eſſe cauſa terminatiua alicuius corporis.

A libet eſt in ſua ſpecie vniuoca eſſentialiter, & per ſe terminatū. Et per hoc ad tertium; iam, enim manifeſtū eſt ꝙ argumentum ſupponit falſum: credit enim, ꝙ quantitas illa ſit in potentia multa, & ſecundum ſigillationem formarū terminatur, et non eſt ita: immo quodlibet illorum ſub ratione ſpeciali eſt eſſentialiter terminatum: ideo non eſt ſecundū rationem, nec ſecundum rem ſpecialiter quantum quantitate in potentia, ſed tantum quantitate eſſentialiter in actu terminata: ideo materia non erit vna, nec quantitas vna, ſed materię erunt multę, & magnitudines eſſentialiter diuerſę, & terminatę eſſentialiter. Eſt ergo repută dum, ꝙ corpus cœleſte motum ex ſe ſit ſubſtantia compoſita cōpoſitione ęquiuoce ex materia ad vbi, & intelligentia, quę dicitur forma ad vbi: cui aduenit ſecundum rationem quantitas eſſentialiter terminata: propter quam aduenit motus, & reliqua accidentia, quę ſunt ei inhęrentia: & hoc totum eſt quoddā vnū maiori vnitate, quam ſit corpus generabile, vt dicit Auer. 2. Cœli commen. 3. quoniam ex colligitum taliter, quod non poteſt ſolui per aliquam potentiā: eo quia intelligētia immediate vnitur corpori cœleſti: & iſtud declaraui ſępe in lib. de ſubſtantia orbis. & continue, quando occurrerit in libris Auer. melius declarabitur.

ALGAZEL.

B

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit cauſa eius eſt ꝙ, ſi eſſet maius, non eſſet neceſſarium in aduentu ordinis vniuerſalis. ſi aūt minus, non eſſet coueniens ordo intētus.

AVEROES.

AIt Auer. Intendit in hoc ſermone ꝙ Philoſophi non opinantur ꝙ corpus orbis exempli gratia poſsit eſſe maius, ſeu minus eo, quod eſt. nam, ſi eſſet vna harum poſitionum, nō proueniret ordo intentus hic, & non erit motio eius ad id, quod eſt hic, motio naturalis, ſed eſſet aut addita huic motioni, aut diminuta: & ambo determinant corruptionem entium, quæ ſunt hic, non autem ꝙ magnitudo ſit conceſſa, vt dixit Alga. ſed maioritas, & minoritas, ambæ determinãt corruptionem mundi apud eos.

C

ALGAZEL.

AIt Alga. arguens Philoſophis. Et dicamus, & ipſe modus ordinis, aut eſt ſufficiens in eſſe eius, in quo eſt ordo, aut indiget cauſa reperta. ſi autem ſufficiens, ergo vos non indigetis poſitione cauſarum, & iudicatis ꝙ erit ordo his entibus abſque cauſa addita. ſi vero hoc nō ſufficit, ſed indiget cauſa, hoc etiam non ſufficit in appropriatione menſurarum, ſed indiget etiam cauſa compoſitionis.

AVEROES.

AIt Auer. Sūma huius ſermonis eſt quòd ſequitur eis vt ſint in corpore multa, quæ non poſſunt prouenire ab vno agente: niſi dicant ꝙ ab vno agente proueniant operationes multæ, aut

credant ꝙ multæ ex paſsionibus corporis proueniant a forma corporis, & forma corporis ab agente. & ſecundum hanc opinionē non prouenient accidentia proſequentia in corpore generato ab agēte prouētione prima, ſed mediante prouentione formæ ab eo. & hic ſermo eſt poſsibilis ſecundum radicem Philoſophorum non aūt ſecundū radices Loquentium. Et exiſtimo ꝙ Mahatazile non tenent ꝙ hic ſint aliqua non prouenientia ab agente prouentiōne prima, vt tenent Philoſophi. nos autem iam diximus quomodo vnum ſit cauſa ordinis, & tetum ſubiectarū ordinis, & non oportet reiterare illud hic. D

Deſunt in alijs. Vnū eſt cā ordinis.

A L G A Z E L.

Ait Alga. Tertius modus eſt ꝙ orbis ſupremus diuiditur ī duo puncta, quæ ſunt poli, & ſunt quæ conſtituunt ſitum, & non ſeparantur à locis ſuis. partes vero Zodiaci, diuerſificatur ſitus earum, & non euadit, aut erūt omnes partes orbis ſupremi ſimiles: & non ſequitur mutatio duorū punctorum præ ceteris pūctis, vt ſint poli, aut erunt partes eius diuerſæ. & in quibuſdam ſunt proprietates, quæ non ſunt in aliis. Et quæro quid eſt principium illarum diuerſitatum? corpus enim ſupremū non prouenit niſi ex vno ſimplici: ſimplex autem non efficit niſi ſimplex in figura, & eſt rotunda, & ſimilis in re, & eſt impoſsibilitas ab actionibus cognoſcentibus, & ſeparatis. & hoc etiam non eſt euaſio ab eo. B

Adducit Alga. iterum aliud argumentum difficile hic. d. ait Alga. tertiū triū prædictorum eſt, ꝙ in ſuprema ſphæra duo ſunt puncta, quæ mundi poli nuncupantur, & ſunt immobilia, & partes zonæ ſphæræ velociſsimi motus ſunt. Et tunc arguit. d. vnde non euadet, quin ſint omnes dictæ partes ſphæræ vnigeneę, aut etherogeneæ, id eſt, vnius rationis, & naturæ, aut diuerſæ. Deinde deſtruit membra, & dicit, & impoſsibile eſt ꝙ ſint etherogeneæ. cuius rationem dicit, quia corpus ſupercœleſte ſimpliciſsimū eſt: remanet ergo, ꝙ ſint homogeneę. contra arguit. d. & ſi ſic. qualiter ergo illa puncta prædicta magis approprian- tur in quiete, quam alia puncta cœli. Deinde redit ad aliud membrū. d. rurſus, ſi cœli partes etherogeneæ eſſent. ergo quædam partes ipſius habent partes diſtinctas a partibus aliarum partium: quid ergo eſt principium huius varietatis? & dictum fuit ab eis, quod corpus ſimplex non procedit niſi ab vna ſimplici re, & ſimplex non cauſat niſi ſimplex in figura, & in natura. ergo cœli partes nō debent diſtingui a partibus. hoc argumentum difficile eſt reſpondendi. E

A V E R O E S.

Ait Auer. Simplex dicitur dupliciter, quorum Vnnm eſt, quod non eſt compoſitum ex multis partibus, & tamen eſt compoſitum ex forma, & materia: & hoc modo dicitur de corporibus quattuor ꝙ ſint ſimplicia. Aliud vero dicitur de eo, quod non eſt compoſitum ex forma, & materia, quę mutatur ad formam in potentia, & ſunt corpora cœleſtia. Et vlterius ſimplex dicitur de eo, cuius definitio & totius, & partium eſt eadem, licet fuerit compoſitum ex

A quattuor elementis. Simplex autem dictum de corporibus cœleſtibus, non eſt inconueniens vt reperiantur partes eius diuerſæ natura, vt dextrum, & ſiniſtrum in orbe, & poli. nam orbis, in eo ꝙ eſt orbis, neceſſe eſt vt ſint ei poli terminati, & centrum terminatum, quo differt orbis ab orbe. & non ſequitur, ex eo ꝙ ſunt in orbe partes terminatæ, vt ſit non ſimplex: ſed eſt ſimplex, ex eo quòd non eſt compoſitum ex forma, & materia, in qua eſt potentia: & eſt diſsimilis, ex eo quòd pars recipiens locum duorum punctorum non eſt quæcunque pars fuerit orbis, ſed eſt pars terminata naturaliter cuilibet orbi. & niſi eſſet hoc, non eſſent in orbibus centra naturaliter, quibus differũt, & ſunt diſsimiles in hac re. & non eſt neceſſe ex poſitione eorum non ſimilium in hoc vt ſint compoſiti ex corporibus diuerſarum naturarum, nec vt ſit agens eorum compoſitum ex potentiis multis. nam omnis orbis eſt vnus. Et non verificatur etiam ſermo eorum, ꝙ omne punctum cuiuſuis orbis poſſit eſſe centrum, ſed id appropriat agens:
B quoniam hoc verificatur in orbibus artificialibus, non autem in naturalibus. & non ſequitur ex poſitione quòd omne punctum orbis poſſit eſſe centrum, & agens eſt, quòd id appropriat, vt agentia ſint plura: niſi ponatur quòd in apparentibus nobis aliquod vnum non prouenit ab vno agente. nam quod nobis apparet, eſt compoſitum ex decem prædicamentis, & ſequeretur vt vnumquodque eorum, quę ſunt hic, proueniret ex decem agentibus. & hoc totum ſunt deceptiones, & dementię, ad quas induxit iſta conſyderatio, quę aſsimilatur ſtultitię in ſcientia Diuina. attamen effectum vnum in apparentibus nobis efficitur ab agente vno: licet reperiantur in eo decem prædicamenta. O quàm maxime eſt fallax iſta propoſitio, ꝙ vnum non efficit niſi vnũ, cum intelligitur de ea id, quod intellexit Auicenna, & Alfarabius, & Alga. in Feneſtra luminarium, qui ſuſtentatur ſecundum opinionem eorum de primo principio.

Cœlũ nõ eſt cõpoſitũ ex materia & forma ĩ quã eſt potentia.

C Circa ſolutionem huius, primo Auer. verificat quomodo corpus cœleſte eſt ſimplex, & quomodo non. ſecundo reſpondet ad cauſam erroris, vbi orta fuit tota eorum difficultas, & dicit primo. dicamus nos ꝙ ſimplex dupliciter intelligitur: quorum vnum eſt, ꝙ non componitur ex pluribus partibus, & componitur ex materia & forma: & ob hoc dicitur quod corpora ſunt ſimplicia, cuiuſmodi ſunt elementa. ſecundo dicitur de illis, quę non ex materia & forma componuntur, videlicet ꝙ materia nõ differt a forma, vt ſunt corpora ſupercœleſtia. Deinde accepit alium modum intelligendi ſimplex, d. preterea ſimplex dicitur in eo, ꝙ definitio totius, & partis eſt vna & eadem, licet compoſita fiant ex quatuor elementis: quod intelligo, vt compoſitum opponitur ſimplici primo modo: & poſtquam dixit hoc, verificat qualiter corpora cœleſtia ſint ſimplicia, & qualiter non. d. Vnde modo hic dicto de corporibus cœleſtibus, non eſt negandum ꝙ reperiantur ſimplices partes diuerſę naturaliter, vtputa dextra, & ſiniſtra orbis, & poli, & zona ipſius: quod probat. d. & ſphęra, inquantum ſphęra, oportet ꝙ habeat terminatos polos, & centrum terminatum, & dicit non ex hoc, ſcilicet quia vnius naturę, & homogeneę, ſequitur ꝙ ſit ſimplex, immo talis ſphęra dicitur ſimplex, prout non componitur de forma & materia potentiali. eſt quodammodo etherogenea, prout partes polorum non ſunt ab euentu, immo naturaliter terminantur in qualibet ſphęra, quoniam ita ſunt in partibus terminatis, ꝙ non

in aliis. Deinde reſpondet argumento Alga.ſed non ſequitur ex hoc, ꝙ com- D
ponatur ex partibus diuerſis in natura, nec ꝙ efficiens eas ex diuerſis virtuti-
bus componatur: quęlibet nanque ſphæra vna eſt, ideo nequit a philoſophis ſ-
cite dici, ꝙ quilibet punctus fuerit de quacunq; ſphęra, poſsit eſſe centrũ ipſius
ſphęrę, & quod polorum puncta approprientur in hoc ab agente: quia hoc ne-
quit verificari niſi de artificialibus ſphęris, non tamen in naturalibus. Deinde,
adhuc applicat ſolutionem, gratia bonitatis doctrinæ.d.& quamuis concedere-
mus eis, quod dicta puncta approprientur ab agente, non ex hoc ſequitur quod
in illo agente ſit pluralitas: & hoc declarat per impoſsibile.d.niſi dicamus quod
hic in præſenti, id eſt, in rebus nobis præſentibus nullum ab vno agente pro-
cedat: vult dicere, quod tunc in iſtis inferioribus nullus effectus fieret ab vno
agente. conſequentia declaratur: id enim, quod eſt in præſenti nobis, id eſt,
in iſtis inferioribus, ex decem prædicamentis componitur. ergo ſequitur quod
omne generabile debet procedere a decem agentibus: quod eſt abſurdum cogi-
tare: vnde virtus ſyllogiſmi debet ſic componi: effectus multus prouenit a plu-
ribus agentibus: hic inferius effectus eſt ex decem rebus: ergo proueniet a de-
cem agentibus. concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, & non minor, ergo
maior: & ſic propoſitio eorum eſt falſa. ideo dicit, immo dicimus quod quili-
bet effectus in rebus nobis præſentibus ab vno efficiente fit, licet participent
cum eo decem prædicamenta. Deinde remanet correlarie concludere cau- E
ſam erroris, & dicit, patet ergo ex dictis, quod prædicta propoſitio, videlicet,
ꝙ vnum efficiens vnum tantum efficit effectum, vt opinati ſunt Alpha.& Aui-
cen.& Alga.falſiſsima eſt. Et cum omnia hęc ſint dicta, iam apparet ſolutio ad
vim argumenti Alga. dictum eſt enim qualiter corpus cœleſte eſt ſimplex, &
qualiter eſt multum, & qualiter non inconuenit ab vno ſimplici prouenire effe-
ctum multum.

Dubitatio. Sᴇᴅ ʜɪᴄ eſt locus quęſtionis: quoniam, ſi corpus cœleſte eſt multum ſecun
dum virtutes, quęro, vbi ſint iſtę virtutes, vel in ſubſtantia cœleſtis corporis
ſubiectiue, vel ſint formę ſeparatæ? & ſi formæ ſeparatæ, ergo corpus cœle-
ſte eſt vnius rationis: & ſi in materia illa, ſic eſſent generabiles, & corruptibi-
biles, & eſſet cœlum de virtutibus agentibus, & ſic eſſet in actu, & ſic compo-
ſitum ex materia & forma. Sed, circa ſolutionem iſtorum, vſque huc duo in-
uenio ab Auerro. vnum, quod corpus ſimplex eſt multum ſecundum potentias
& virtutes, & hoc dicit hic plane. ſecundum eſt, quod dicit in.2. Cœli.comm.
15. quapropter credendum eſt, quod iſtę potentię non ſunt materiales: & hoc
colligit ex verbis Ari.vt apparet in fine illius commenti. Eſt ergo ſciendum, ꝙ
iſtę potentiæ ſunt ſeparatę a corpore cœli: & hæc videntur inuicem contraria.

Sicut aĩal ẽ colligatũ ex aĩa & corpore, ita corpus cœleſte eſt colligatũ ex intelligẽtia & orbe.

Solutio.

Ideo debes ſcire, pro intellectu quęſtionis, quod corpus cœleſte eſt colligatum F
ex intelligentia & orbe, ſicut animal ex anima & corpore: vnde reputandum
eſt ꝙ, ſicut virtutes animalis ſunt in toto colligato ratione animę, ita omnes vir-
tutes cœli ſunt in toto cœlo ratione intelligentię: quoniam illę virtutes ſunt ipſa
intelligentia ſecundum rem, differunt tamen ratione & modo: & propter hoc
verificatur, quod ſunt virtutes ſeparabiles: quia ſunt ipſa intelligentia ſecundum
eſſe, licet non ſecundum modum. & verificatur, ꝙ ſcilicet cœlum eſt multum in
virtute, non quidem pro altera parte colligati, ſed pro toto colligato: ideo hæc
opponi non videntur. Argumentum ad oppoſitum nihil eſt: apparet enim,
quod illæ virtutes ſunt formæ ſeparatæ, cum ſint ipſa intelligentia ſecundum
eſſe, licet in modo differant ab ea. &, ſine dubio corpus cœleſte pro altera
parte compoſiti eſt vnius rationis, ſed pro colligato eſt multum diuerſum ſecun

Replica. dum virtutes. Sed dices, ergo intelligentia eſt pluralitas, & compoſitio. cuius

Solutio. oppoſitum finxit Auerro. Dicendum, quod illa pluralitas non eſt ibi tanquam
rationes cauſandi, vt voluerunt illi, ſed per quandam excellentiam ipſius in-
telligentiæ: vel dicendum, quod Auerro. vult ibi eſſe pluralitatem, ſed non ob
id argumentum, ſcilicet ꝙ ab vno non procedit niſi vnum: & ſic apparet intel-
lectus iſtius quæſtionis.

Dubitatio. Sᴇᴅ ᴀᴅʜᴠᴄ eſt locus quęſtionis: quia in corpore cœleſti ſunt multa acci

A dentia: vtputa lumen, & raritas, & denſitas, quę non poſſunt fundari niſi in ente in actu: modo iſta non ſunt niſi in ſubſtantia cœleſtis corporis, & non in colligato ex intelligentia & orbe. ergo corpus cœleſte ſecluſa intelligentia erit ens in actu. & ſic habebit formam aliquam vltra intelligētiam. & hoc ſępe dixi: quia, ſicut colligatum ex intelligentia & orbe eſt vnum viuens animal rationale, ita totum hoc eſt ſubiectum denominationis omnium accidentium cœli: attamen ſubiectum inhæſionis eſt ſubſtantia cœleſtis corporis diſpoſita ipſa intelligētia, vt alias dixi. reputandū eſt. n. ꝙ, ſicut homo apud latinos colligatus ex intellectu, & materia eſt ſubiectū omniū accidentiū mediante forma eius, licet quędam principaliter ratione materię, quędā ratione animę eius: ita in corpore cœleſti colligato eſt dicendū. ſ. ꝙ illud eſt ſubiectū omniū accidentiū, licet quędā inſint ratione intelligentię, quędam ratione corporis. Ad formam argumenti dicendū puto ꝙ, ſi ſubiectum eſſe. ſ. cœlū principaliter rōne ſui, ſecluſa intelligentia, tunc ſine dubio eſſet cōpoſitum, ſed modo apparet minor ſub hoc ſenſu eſſe falſa.

ALGAZEL.

B Ait Alga. Si autem dicitur, forte in principio ſunt multæ ſpecies pluralitatis, quæ proſequuntur non ex principio, ſed videntur eſſe tres, aut quattuor. & quod remanet nō curamus de eo. & negligentia noſtra de eo non facit nobis dubium, ꝙ principium pluralitatis ſit pluralitas, & ꝙ ab vno non proueniunt plura.

Hic vult introducere Alga. qui dubitauit circa rationē philoſophorū, qua probant a Deo nō prouenire niſi vnū cauſatum, quod ab eo prouenirent tria, vt dictū eſt, & dicit. Ait Alg. &, ſiquis diceret ꝙ in primo principio ſunt ſpecies pluralitatis. i. modi pluralitatis non ſequentes dictū principium: ſed apparet ꝙ ſunt tres, vel quattuor, vel ſic, Deinde in quantitate nobis ignota. vult dicere, cuius numerū ignoramus. & licet eorum numerū non comprehendamus, non ex hoc dubitamus quod pluralitatis principium eſt pluralitas, et quod ab vno plura procedere nequeunt. eſt ergo dubitatio Alga. contra philoſophos cōſiſtens in hoc: propter hoc debemus ipſum negare, & per conſequens non habet intentum.

AVEROES.

C Ait Auer. Hic ſermo, ſi eum dixiſſent Philoſophi, neceſſe eſſet eis credere ꝙ in cauſato primo ſit pluralitas infinita, & ſequitur vt dicatur eis, vnde venit ad cauſatum primum pluralitas? & ſicut dicunt ꝙ ab vno non proueniunt plura, ſic ſequitur vt plura non proueniunt ab vno. Et dictum veſtrum, ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum, eſt cōtradicens ei, quod dicitis, ꝙ id, quod prouenit ab vno primo, eſt in eo pluralitas. quoniam neceſſe eſt vt ab vno proueniat vnū tm̄: niſi dicant ꝙ pluralitas reperta in cauſato primo, vnūquodq; eorum eſt primum, & ſequitur eis vt prima ſint multa. Ego autem admiror ſumma admiratione qñ latuit hoc Alpharabium, & Auicennam. quoniam ſunt primi eorum, qui dixerunt de iſtis differentiis, & vitiauerunt cum eis homines, & attribuerunt hunc ſermonem Philoſophis. nam, cum ipſi dixerint quòd pluralitas, quæ eſt in principio ſecundo, eſt ex eo, quod intelligit de ſe, & eo, quod intelligit de alio, neceſſe eſt ſecundum eos vt ſit ſubſtantia eius ſubſtantia duarū natu-

rarum, aut duarum formarum. Et vellem ſcire, quæ eſt, quę prouenit a primo principio, & quę non prouenit. & ſic etiam ſequitur eis, cum dicunt de eo, quòd eſt poſsibile ex ſe, & neceſſarium ex alio. nam natura poſsibilis neceſſe eſt vt ſit a natura neceſſaria, quam adepta eſt a neceſſario in eſſe. natura enim poſsibilis non poteſt conuerti ad naturam neceſſariam, niſi conuertatur natura poſsibilis & neceſſaria. quare non eſt naturis neceſſariis poſsibilitas omnino, tam ſi fuerint neceſſaria ex ſe, quàm ex alio. Et omnia iſta ſunt vanitates, & ſermones debiliores ſermonibus Loquentium. & ſunt omnia, quę ingrediuntur in Philoſophiam, & non ſequuntur radices eius & ſunt ſermones, qui non perueniunt ad gradum ſatisfactionis rhetoricę, quanto magis topicę. & ideo bene dicit Alga. in multis locis librorum ſuorum ꝙ ſcientia eorum diuina eſt exiſtimatiua. D

Et, poſtquam Auer. adduxit debilitatem Alga. vult plus arguere contra Auicen. & Alpha. & ait. dicimus nos quod, ſi philoſophi dicerent talia verba, oportet eos cum primo quanta eſſet pluralitas infinita. & litera eſt multum extranea, & forte eſt corrupta, & debet legi: & oportet eos exprimere quanta eſſet pluralitas, an infinita: & forte intelligit. oportet eos cum primo ſup. ponere tantam pluralitatem, quantã eſſet pluralitas infinita. & tunc ſermo eius eſt forma hypothetici, ſi philoſophi talia verba dicerent. ſ. quod a primo proueniunt omnia ſaltem mediante, oportet vt eius pluralitas ſit infinita: & conſequentia ipſa eſt manifeſta: quoniam, non aſsignant cauſam: quare tanta, vel tanta eſt. Deinde, ſecundum me, arguit eos reducendo ad contradictionem, & dicit: vnde ſequitur eos interrogare, vnde procedat pluralitas dicti primi cauſati, & tunc arguit: & ſyllogiſmus ſuus eſt: ſicut ab vno non procedit niſi vnum, ita ab vno non procedit habens pluralitatem: ſed ſecundum eos a primo non procedit niſi vnum: ergo ab eo non procedit habens pluralitatem: & hoc dicit, ſicut enim ab vno plura non procedunt, debent concedere ꝙ pluralitas non procedit ab vno: minor autem continetur in hoc, immo tacuit eam. Deinde reducit eos ad contradictionem. d. ergo in ipſorum verbis eſt contradictio: ipſi enim dicunt, quod ab vno non procedit niſi vnum, & modo dicunt quod ab vno primo procedit aliquod habens pluralitatem. Deinde reſpondet huic. d. niſi dicant, quod quodlibet particularium pluralitatis primi cauſati eſt principium. eſt ergo ſolutio, quod argumentum ſupponit falſum: ſupponit enim, quod omnes intellectiones pluralitatis primi cauſati ſint cauſata, & hoc falſum eſt, immo ſunt cauſę, & principia: contra quod non replicat, quoniam eſt contra eos directe: ideo tacet replicam, & addit. d. vnde, valde mirandum eſt qualiter hoc ignotum fuit Auic. & Alpha. & poteſt exponi hoc. i. ſolutio huius argumenti. & poteſt exponi. i. ſolutio, cuius reprobatio ab eo non ponitur. q. d. & ſi ſolutio illa eſt vera, qualiter fuit ignota Auic. & Alpha. ipſi enim fuerunt primi has ambages ponentes, & multi homines ſecuti fuerunt eos: & attribuerunt deinde hęc verba, vult dicere dicta in ſolis illa: vel forte intendit quod attribuerunt hęc verba, quę ponit. d. quia, quando ipſi dixerunt, ꝙ pluralitas ſecundi principij ꝓcedit ab eo, qđ intelligit de ſeipſ. et intelligit de alio, non intendunt dicere quod eius ſubſtantia duas habet naturas, vel duas formas: & ſi litera non eſt corrupta, intendit quod ideo non inconuenit ab vno procedere habens pluralitatem, quia illa pluralitas conſiſtit in eo, quod habet duas diſpoſitiones non re diſtinctas, ſed ratione. modo, non inconuenit ab vno procedere habens huiuſmodi pluralitatem, ſed bene habens pluralitatem ſecundum rem inconuenit procedere ab vno. Sed, contra hoc arguit Auerro. et ait, vnde mirum eſt, & petendum qualia ſunt procedentia a primo principio, & qualia non, vult dicere, quod adhuc eſt locus quęſtionis: quare pluralitas potius rationum potuit procedere a primo, & non pluralitas rerum: & poſtquam dixit

(margin letters: E beside "cen. & Alpha. & ait.", F beside "mentum ſupponit falſum")

A hoc,reprobat eos in alio: dicebant enim, quod aliquod poſsibile ab alio perpetuatur: vnde,apud eos idem eſt ens ab alio, & natura poſsibilis: contra hoc arguit Auer. & intendit nullum poſsibile eſſe ſempiternum, duobus extremis dependens ab alio apud eos eſt natura poſsibilis, ergo non poteſt duobus extremis eſſe ſempiternum: maior declaratur: quoniam natura poſsibilis non poteſt duobus extremis eſſe perpetua: huius ſyllogiſmi tangit tantum probationē maioris.d. ſimiliter,quando dicunt quod ſcilicet cauſatum primum eſt poſsibile de ſe, neceſſarium per aliud, ſequitur maxima redargutio, & dicit.natnra enim poſsibilitatis differt a natura neceſsitatis, quam ſumpſit ab eſſe neceſſario, vt dicunt, quoniam dicunt ꝙ poſsibile ſumit eſſe ab aliquo neceſſario. Deinde ſecundo arguit: & ſyllogiſmus componitur hypothetice: ſi natura poſsibilis eſſet ab aliquo perpetua, conuerteretur ad naturam neceſſariam: ſed natura poſsibilis non poteſt ad neceſſariam conuerti: vnde in neceſſariorum naturis nulla eſt poſsibilitas.huius ponit deſtructionem conſequentis, & ſermo patet: & addit ꝙ,ſiue res neceſſarię fuerint per ſe, vel per aliud, natura poſsibilis differt a natura neceſsitatis. Deinde comparat ſermones horum philoſophorum ad ſermones loquentium, &.d. & ſecundum veritatem omnia iſta verba debiliora ſunt loquentiū verbis, immo dicimus quod hi ſermones egrediūtur de philoſophię meritis. Deinde
B verificat dictum Alg. quod ſupra falſificauit.d. vnde dicimus quod merito dixit Alg. in pluribus ſuis libris, & diuina ſcientia philoſophorum quaſi poteſt phantaſia reputari: ecce, quomodo verificatus de philoſophia Aui. & Alpha. licet ſupra falſificauit illud de philoſophia peripatheticorum. Ex his vult habere quod iſta philoſophia iſtorum nihil eſt, & valde debilis. Debes ſcire ꝙ, pro intellectu illorum, quę dixit, ꝙ iſti reputauerunt in ſuis opinionibus cum loquentibus ſuę legis. ſ. ꝙ nihil eſt neceſſarium niſi prima cauſa, & omnia ſunt poſsibilia in ſuis naturis: & iam declaraui, & reputauerunt ꝙ aliquod poſsibile ſit perpetuū duobus extremis, vt primum cauſatum, & reliquę intelligentię: vnde illud, & reliqua ſunt ſine principio temporis, & ſine fine: ideo concedunt ꝙ aliquod poſsibile poſsit eſſe ſempiternum duobus extremis: ſed, qualiter ſecundum philoſophos peripatheticos, ſequitur ꝙ natura poſsibilis efficiatur neceſſaria, valde occultum eſt. Ideo duo debes ſcire, ꝙ hoc poteſt duobus modis declarari ex verbis Ariſt. vnde ſecundo de generatione.tex.com.52. &.1.Cœli. text.com.138. in litera arabica ponit, ꝙ natura ſubſtantialis tribus modis eſt partita: quędam enim eſt ſemper ens, quędā ſemper non ens, quędam quandoq; ens, & quandoq; non ens, &.d. ꝙ cauſa entis quandoque non entis eſt materia, & dicit ꝙ ſemper ens ſemper non ens ſunt entes naturę neceſſarię propter priuationem cauſarum poſsibilitatis. ſ. materię, & contrarij. Ex his arguitur peccatum illorum, qm̄, ſi pri-
C mum cauſatum eſt ens poſsibile in ſui natura, & ſine dubio oportet ꝙ, vel ſit ex extremo ſemper entis, vel in extremo ſemper non entis, vel in medio quandoq; entis & quādoq; non entis: & ſi in medio ergo incipit & deſinit, vt philoſophus dicit contra Platonem primo cœli, & ſic nō erit duobus extremis ſempiternum, ergo erit in extremo & non in extremo ſemper non entis, ergo in extremo ſemper entis: & ſic neceſſarium. ergo natura poſsibilis eſſet natura neceſſaria: & ſic apparet dictum Auer. contra Auicen. & Alpharab.

Qualiter, ſi poſſe ab aliquo eſſet perpetuū, tunc natura poſsibilis efficeretur neceſſaria.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et, cum poſueritis hoc poſsibile, dicimus omnia entia cum multitudine eorum, licet peruenerit numerus eorū ad mille, prouenient a primo cauſato. & non oportet vt reducatur ad orbem exteriorem, & animam eius: ſed poſsibile eſt vt proueniant ab eo omnes animæ cœleſtes, & humanæ, & omnia corpora terreſtria, & cœleſtia, & multæ ſpecies prouenientes ab eis, quarum ſcientiam non habemus, & erit ſufficientia in primo cauſato.

Induxit Alg. d. ait Alga. reſpondens pro philoſophis, &, ſi aliquis diceret ꝙ vos poſuiſtis multitudinem rerum, vult dicere cauſatatum, donec ceciderit numerus mille: & non eſt concedendum ꝙ pluralitas primi cauſati ad hunc terminũ tendat, immo poſuimus multa media, vult dicere mediantibus quibus fit productio reliquorum: et videtur mihi ꝙ intentio eius ſit, ꝙ illi philoſophi opinati ſunt mille res prouenire a primo cauſato, & tamen ibi nõ ſunt mille res, nec ex parte cauſatorum, nec ex parte cauſę: cuius ſignum eſt, quia iam ponuntur multa media. ergo videtur eſſe contradictio. Deinde inducit ipſum ad contradictionẽ. d. & poſtmodum ait reſpondens eis talia verba, id, quod cauiſtis nobis concedere, non eſt indicandum in intelligibilibus, niſi dicatur ꝙ ſit impoſsibile, vult dicere ꝙ non ſit mille res, ſunt tamen poſsibiles: ideo ait, ſed nos dicimus ꝙ non eſt impoſsibile, quod probat. d. & quid inducit ad hanc diuiſionem, vult dicere minorem multitudinẽ millenaria, & poſito vno ꝙ ſequitur primum cauſatũ nõ ex parte cauſę, vult dicere ꝙ vnum ſit cauſatum & non cauſa, vnum, vel duo, vel tria, vult dicere, & vltra vnum adhuc duo, vel tria procedant, quid prohibet ꝙ non ſint quatuor, vel quinq;. & ſic vſq; ad mille: vel qui poteſt iudicare de quãtitate terminata. q. d. immo põt procedere ſine termino. patet ergo ꝙ poſito vno, vult dicere tanq̃ cauſa, nullus ordo eſt ibi dandus, immo poteſt eſſe numerus millenarius. Debes ſcire, quod nondum recitatum eſt ab Alga. ꝙ illi philoſophi ponerent a primo cauſato mille res prouenire, attamen ſupplendum, ꝙ illi dixerũt illud, & ideo Alga. declarauit ꝙ mille, & plures res poſſunt prouenire poſito vno: & hoc declarauit ſecundum poſsibilitatem; qm̃ potentia & actus in eis eſt vnum, licet dicta huius philoſophi, vt prima facie apparet, videntur multum impoſsibilia: & eius impoſsibilitatem nolo nunc declarare.

D E

AVEROES.

Ait Auer. Hæc conſequentia eſt vera, & præcipue ſi poſuerint primam operationem prouenientẽ a primo principio eſſe vnitatem, qua primum cauſatum eſt ens vnum cum pluralitate reperta in eo. Nam, ſi conceſſerint poſſe eſſe pluralitatem in primo cauſato non determinatam, aut erit minus numero entium, aut plus, aut æqualiter? ſi minus, neceſſe eſt ponere tertium principium, aut eſſe aliquid ſine cauſa. ſi vero æqualiter, aut plus, non eſt neceſſe eos ponere tertium principium, ſed erit pluralitas poſita in eo ſuperflua. F

ALGAZEL.

Ait Alga. Et ſequitur ex eo ſufficientia in prima cauſa. nam, cum poterit generari pluralitas, quæ dicitur prouenire non ex cauſa, licet non ſit neceſſaria in eſſe cauſati primi, tunc poſsibile eſt etiam vt conſyderetur hoc cum prima cauſa: & erit eſſe eius nõ ex cauſa. & dicitur ꝙ proſequitur eam, & non ſcimus numerum eius. & omne, cuius eſſe imaginatur abſque cauſa cum primo, imaginatur hoc abſque cauſa cum ſecundo. Ac etiam nihil eſt dictum noſtrum cum primo, & cum ſecundo, nam non eſt inter ea differentia, nec in tempore, nec in loco. & quæ non differunt in loco, nec in tempore, & poteſt eſſe ſine cauſa, non appropriatur aliquod eorum in comparatione eius.

A

AVEROES.

Ait Auer. Dicit ꝙ, ſi poſsibile eſſet reperiri pluralitatem in cauſato primo abſque cauſa, ex eo ꝙ non prouenit ex prima cauſa pluralitas, tunc poterit conſyderari pluralitas cũ cā prima, & non oportet ponere cauſam ſecundam, & cauſatum primum. ſi aũt falſum eſt eſſe aliquid cum cā prima abſq; cauſa, eſt etiam falſum cum ſecunda cauſa. ſed nihil eſt dictum noſtrum de cauſa ſecũda. nam ſunt eędem in re, & non differt vna ab alia tempore, nec loco. &, cum poterit eſſe aliquid abſq; cauſa, non appropriatur vna duarum cauſarum ei, ſcilicet prima, aut ſecunda, ſed ſufficit in hoc vt reperiatur cum vna earum, & non oportet ponere id cum cauſa ſecunda.

ALGAZEL.

B

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit, iam multiplicauiſtis res, adeo ꝙ ſuperauerunt mille, & eſt inconueniens vt ſit pluralitas cauſato primo vſque ad hunc terminum: & ideo multa ſunt media. Deinde dixit arguens contra eos. Cum autem dicitis hoc eſſe inconueniens, eſt iudicium extimatiuum, cum quo non debemus iudicare in intellectualibus, niſi dicat ꝙ ſit falſum. & dicimus ei quare eſt falſum? & quid intelligitur in dando differentiam in hoc, & quotienſcunque poſuerimus vnum poſsibile, & crediderimus ſequi a primo cauſato, non ex parte cauſæ conſequens vnum, & duo, & tria, quæro quid eſt quod faciat falſitatem in quatuor, aut quinque, & ſic vſque ad mille? niſi quòd qui iudicat conſyderatione præter conſyderationem, non eſt ei tranſacto vno differentia. & hic etiam eſt ſermo inciſiuus. Antiquus hęc non habet.

AVEROES.

C

Ait Auer. Si autem reſpondiſſent Auicen. & alii Philoſophi ꝙ in cauſato primo ſit pluralitas abſq; dubio, & ꝙ omnis pluralitas prouenit ex ea vnum, mediante vnitate determinante, vt reducatur pluralitas ad vnũ, & vnitas illa, qua fuerat pluralitas vna, eſt quid ſimplex, proueniens ab vno ſeparato ſimplici, tunc eſſent quieſcentes ab iſtis conſequentiis, quas fecit eis Alga. vt exirent ab iſtis inconuenientibus. Alg. autem, quia vigoratus eſt hic ſuper poſitione corrupta attributa Philoſophis, & non inuenit reſpondentem ei vera reſponſione, lætatus eſt in hoc, & incidit in multa inconuenientia, quæ ſequuntur ab ea, & omnis ſtultus ſtultitia ſua lætatur. ſi autem ſciuiſſet ipſum non arguere in hoc contra Philoſophos, non tamen lætatus fuiſſet. Et radix corruptionis huius poſitionis eſt dictum eorum, ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum: deinde ponunt in hoc vno producto

pluralitatem: & ſequitur eis vt hæc pluralitas ſit ſine cauſa. & poſitio D
eorum ꝙ, cum hęc pluralitas ſit terminata, oportet ponere principium tertium, & quartum ad eſſe entium, eſt quid leue, ad quod non eſt demonſtratio. Demum hæc poſitio eſt abſque poſitione principii primi, & ſecundi. & hoc, quoniam dicitur non fuit appropriata a vobis cauſa ſecunda, cui ſit pluralitas preter primam cauſam, & hoc totum ſunt ſtultitiæ, & vanitates, & radix eius eſt, quòd ipſi non intelligunt quomodo vnum erit cauſa in opinione Ariſto. & in opinione ſequentium eum ex Peripateticis, & iam gloriatus eſt ipſe in fine Duodecimi in hac re, & dixit ꝙ precedentes eum ex Antiquis non potuerunt dicere aliquid in hoc, & hoc modo predicto a nobis de eis erit propoſitio, ꝙ ab vno non prouenit niſi vnum, vera: & ꝙ ab vno prouenit pluralitas eſt propoſitio vera eam.

Hic Auerroes primo ponit illud, in quo non accidit locus queſtionis, quę Auicen. ſi ſic dixiſſet; deinde remouet peccatum Algazel, dicens ergo: Dicimus nos E
quod, ſi Auicen. & alij philoſophi viderent quod primum cauſatum pluralitatem habeat, & quod a qualibet pluralitate fit vnum in vnitate inferente, id eſt, cauſante, & illa pluralitas reducitur ad vnum, & quod illa vnitas, ex qua pluralitas fit, eſt quid vnum ſimplex procedens ab vno ſimplici ſolo, ceſſarent omnia argumenta predicta Alg. & aliorum philoſophorum ſequacium eius. Debes ſcire, quod Auer. hic quatuor tangit; quorum primum eſt, ꝙ primum cauſatum habet pluralitatem: ſecundum eſt, ꝙ non inconuenit, quod ab aliquo plurifiat vnū inferens, & cauſans: tertium eſt, quod omnis pluralitas reducitur ad vnum, vult dicere tanquam ad id, in quo eſt virtus principalior: quartum eſt, quod illa vnitas, a qua fit pluralitas, eſt procedens, id eſt, eſt conſiſtens in vno ſolo ſimplex, & indiuiſibilis: & apud me in iſtis quatuor, voluit innuere opinionem peripatheticorum, quę fuit, quod omnes intelligentię procedunt a primo tanquam a cauſa vniuerſali, & a reliquis tanquā a cauſis proximis; & tunc intendit quod, ſi Aui. vidiſſet quod non inconuenit a multo, & pluri, vt eſt intelligentia ſecunda, vel tertia procedere vnum, quia reducitur ad vnitatem inferentem, ſcilicet primi principij, tanquam ad cauſam vniuerſalem; & hoc modo non inconuenit quod a pluri procedat vnum, id eſt, vna intelligentia numero: & illa vnitas, ad quam reducitur, eſt primi principij ſimplex, et indiuiſibilis, non accideret inconuenientē; & ſic virtus ſolutionis eſt, quod intelligentię procedunt adinuicem virtute primi. Deinde ponit peccatum Alga, dicens, ſed quia Alg. dixit, ſiue potius duxit, quandam falſam poſitionem nomine philoſophorum, & non inuenit reſponſionem veracem, lętus eſt, quia reperit locum redarguendi pluribus redargutionibus: dicit tamen, quod pro nihilo garulatus eſt, cuius cauſam ait, quia ipſe attribuit philoſophis peripatheticis illud, quod nunquam dixerunt. Deinde redit ad opinionem Auicen. d. & radix huius opinionis corruptio eſt, cuius cauſam dicit, quia dicunt quod ab vno non procedit niſi vnum, poſtea ponunt in illo vno pluralitatem: contra quos arguit. d. vnde ſequitur eos, quod illa pluralitas reperitur ſine cauſa: & conſequentia tenet ex propoſitione eius, quia ab vno non prouenit niſi vnum: pluralitas primi cauſati eſt plus vno; ergo eſt ſine cauſa vna; & ſic apparet argumentum. Deinde reprehendit eos in alio dicens, ſed id, quod poſuerunt, videlicet, quod illa pluralitas eſt terminata, quare conati fuerunt ponere tertium, et quartum principium dans eſſe entium; quoniam poſuerunt in illa tres intentiones tantum, ideo poſuerunt altum motorem, ait quod ſine dubio eſt propoſitio poſitiua, & nuda qualibet demonſtratione: & addit tandem ſup. dicunt, quod hęc poſitio differt a poſitione primi, ſcilicet Dei, & ſecundi principij; contra arguit. d. dici enim poteſt quod cum ſecunda cauſa appropriata ſit in habendo pluralitatem, petendum eſt ergo, qualiter ſequitur in poſterioribus a prima cauſa,

A ma cauſa, vult dicere ſecundum me, qualiter in reliquis poſt primam cauſam eſt pluralitas, vtrum tanta præciſe, quanta in primo cauſato, vel maior, vel minor, & non poſſunt dare cauſam huius. Deinde reſumit totaliter errorem iſtorum. d. & omnia iſta ſunt ambages, & errores, & ponit cauſam erroris. d. & radix dictorum nominum fuit, quia non intelligunt qualiter vna eſt cauſa iuxta opinionem argumentantis, & peripatheticorum, & addit, quod iam inſtruxit ſe argumentabilis, id eſt, probabiliter loquens in fine. 11. Meta. hoc declaraſſe vide. 12. Meta. in fine, & d. et aliqualiter oppoſitū eius: & ſermo eius eſt manifeſtus p ſe.

ALGAZEL.

Ait Alga. Adhuc dicimus hoc eſt falſum in cauſato ſecundo. nam prouenit ab eo orbis ſtellarum, in quo ſunt ſtellæ. 1022. & plus, & ſunt diuerſæ quātitatis, & figuræ, ſitus, coloris, impreſsionis, & fortunæ & infortunæ. & aliquæ earum ſunt in forma Arietis, Tauri, & Leonis, & aliquę in forma hominis. & differunt in dando impreſsionem in vno ſubiecto mundi inferioris, & frigiditatē, B & caliditatem, & fortunium, & infortunium. & differunt menſuræ earum abinuicem. & impoſsibile eſt dicere totum eſſe eandem ſpeciem cum hac diuerſitate. nam, ſi hoc eſſet poſsibile, tunc eſſet poſsibile dicere omnia corpora mundi eſſe vnam, & eandem ſpeciem in corporeitate. & ſufficit eis vna cauſa. Si autem differre in diſpoſitione eorum, & ſubſtantia, & natura indicat diuerſitatem eorum, ſic etiam ſtellæ ſunt diuerſæ proculdubio, & quælibet earum indiget cauſa ad formā eius, & cauſa ad materiam eius, & cauſa ad appropriationem naturæ calefaciendi, ſeu infrigidandi, ſeu fortunandi, ſeu infortunandi, & eſſendi in loco ſuo, &, vt ſint figuræ earum ad figuram animalium diuerſorū. hæc autem pluralitas, ſi imaginatur intelligi in intelligentia ſecunda, imaginatur etiā hoc in prima, & tunc ſufficit primum.

In hoc dubio Algazel primo arguit contra philoſophos, ſecundo ponit ſolutionē, & eam remouet in prima. d. adhuc dicimus quod hic proceſſus, vult dicere orbis a primo cauſato, eſt falſus, vel proceſſus pluralitatis in ſecundo cauſato, C id eſt, ab anima cœli: ab eo nanquė procedit cœlum ſtellarū fixarum, quæ fere reperiuntur in numero. 12222. Deinde declarat illas eſſe multum diuerſas. d. & differunt adinuicem in magnitudine, & in figura, & in ſitu, & in colore, & accidentibus venientibus ab eiſdē in hoc mundo: & exponit qualiter iſta ſunt ita, et d. vt bona, & mala fortuna earum in natiuitatibus, & in alijs, vult dicere interrogationibus, & per hoc innuit differentiam earum in accidentibus. Deinde declarat differentiam earum in figura: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe, & exēplificat in accidentibus: & intendit per alia prædicta differentiam in magnitudine: & ſermo eius eſt manifeſtus: & videtur mihi, quod intentio ſua ſit in ſyllogiſmo, ſcilicet, quæcunque differunt magnitudine, & figura, ſitu, & colore, & accidentibus ſunt accidentia diuerſa; ſtellæ ſunt diuerſæ in iſtis rebus: ergo ſunt multum differentia. Tunc vltra, a quibus proueniunt corpora differentia in illis differentijs, proueniunt plus vno ab ipſo cauſato: a ſecundo proueniunt corpora ſtellarum differentia illis: ergo ab eo proueniunt plus vno: & ſic apparet argumentum Algazel. contra philoſophos illos. Et poſtquam dixit hoc, remouet ſolutionem quandam, & d. & non eſt dicendum, quod in hoc poteſt reſponderi, quod omnes, ſcilicet, ſtellæ ſint vna, & eadem ſpecie cum prædictis varietatibus, id eſt, dato quod differant in illis varietatibus; contra arguit. d. quia, ſi

hoc eſſet poſsibile, poſſemus dicere quod omnia mundi corpora ſunt vna, & eadem ſpecies in corporeitate, vult dicere quod non differunt niſi in illis varietatibus: & tunc ſequitur quod non indigent niſi de vna, & eadem cauſa. Deinde probat illud, quod aſſumpſit. d. vnde, ſi diuerſitas corporum adinuicem in naturis, & proprietatibus ſignificat diuerſitatem ipſorum in ſpecie: ſimiliter de ſtellis dicendum eſt, ſcilicet, quod differunt ſpecie propter diuerſitatem ipſarum proprietatum, vt dictum eſt: & ideo indigent neceſſario de cauſis diuerſis, ſcilicet, de cauſa dante formam, & de alia dante materiam, & de altjs appropriantibus quamlibet earum in prædictis figuris, & proprietatibus: propter quod dicit, vnde, ſi talis pluralitas poteſt imaginari, id eſt, intelligi in ſecundo intellectu, etiā poteſt in primo: quia, apud ipſum non eſt maior ratio de vno, quam de altero: & ſyllogiſmus iſte poteſt componi duobus modis: & tu cōpone, ſi placet: quoniam virtus eius eſt manifeſta per ſe. D

AVEROES.

AIt Auer. Hec autem dubitatio iam fecit eam: & eſt res, in qua nimium protelauit ſermonē in hoc libro, & cum reſpondetur ei reſponſionibus prædictis, non ſequitur aliquod horum inconuenientium. Cum autem intelligitur de ſermone ꝙ ab vno numero ſimplici non prouenit, niſi vnum ſimplex numero, non autē vnum numero aliquo modo, & plures aliquo modo, & vnitas eius eſt cauſa pluralitatis, nunquam euadit ab iſtis dubitationibus. Vlterius res plurificantur apud Philoſophos differentiis ſubſtantialibus. differētia vero rerum ex parte accidentium non facit apud eos differētiam in ſubſtantia, ſiue ſit quantitas, ſiue qualitas, aut aliud prædicamentorum. corpora autem cœleſtia (vt diximus) non ſunt compoſita ex materia & forma, & non differunt ſpecie. nam non communicant apud eos in vno genere. nam, ſi communicarent in genere, eſſent compoſita, & nō ſimplicia. & iam locuti ſumus de his rebus, & non oportet multiplicare verba in eis. E

Primo reprehendit Algazel. de ſuperfluo ſermone, & dicit, & dicimus nos quod hoc dubium, vel virtus huius dubii valde iteratum eſt ab Alga. in præſenti tractatu: ſed, ſi reſpondemus ſibi nomine veracium philoſophorum, ceſſabunt omnia prædicta argumenta. Deinde reſpondet, & duobus modis: primo, gloſſando propoſitionem dicens, quando intelligent de propoſitione prædicta, quia ab vno ſimplici in numero non poſsit procedere niſi vnum ſimplex in numero, non quodammodo vnum in numero, & quodammodo plura: vult dicere quod, ſi intelligunt quod ab vno non prouenit niſi vnum numero, quod prouenīens non erit quodammodo vnum, immo aliquo modo plura, & quod illius vnitas cauſa eſt eſſe pluralitatis: tunc nullo modo euadendum eſt de illis dubijs ſemper: & forte litera eſt corrupta, & debet dicere aliquo modo: & ſi dicit nullo modo, vult dicere quod nullo modo euadendum eſt, ſi intelligant in ſenſu cōtrario huic: vult ergo quod non inconuenit ab vno procedere quodāmodo vnū, & quodammodo plura: quoniam vnitas cauſæ cauſa eſt vnitatis, & pluralitatis effectus. Deinde reprehendit argumentum, quantum ad aliam propoſitionem. d. amplius res multiplicantur, id eſt ſpecie diſtinguuntur ſubſtantialibus differentijs, ſed corpora cœleſtia ſup. non diſtinguuntur ſubſtantialibus differentijs: ergo non ſpecie diſtinguuntur. maior declaratur propoſitionem dicentem, ſed nullis differentijs accidentalibus fit differentia ſubſtantialis vniuſcuiuſque. x. prędicamentorum. minor autem iam dicta eſt. Deinde probat ſecundo idem. & ſyllogiſmus ſic componitur: quæcunque non conueniunt genere, non differunt ſpe F

A cie.corpora cœleſtia non communicant genere: ergo non differunt ſpecie. maior profyllogizatur:quæcunque communicant genere ſunt compoſita ex materia & forma. corpora cœleſtia non ſunt compoſita ex materia & forma: ergo non communicant genere minor eſt manifeſta per ſe. huius ſyllogiſmi primo accipit minorem profyllogiſmi.d.& corpora cœleſtia, vt prædictum fuit, non ſunt ex materia & forma:deinde ponit concluſionem ſyllogiſmi.d. nec differũt inuicem in ſpecie,vult dicere,ergo non differunt ſpecie. Deinde accipit minorẽ principalis ſyllogiſmi.d. non enim communicant in genere:reliquum autẽ ſyllogiſmi tacuit propter breuit[illegible]:& poſt abbreuiat ipſum in forma entitatis: quia,ſi communicarent,eſſent [illegible] dubio compoſita non ſimplicia: & iſta diffuſe declarata ſunt a nobis in præcedentibus,

HIC POSSET eſſe quæſtio,an corpora cœleſtia ſint vnius ſpeciei:ſed,qa eam feci prolixe in libro de ſubſtantia orbis,ideo debes ſcire ꝙ corpora cœleſtia nec ſunt vnius ſpeciei vniuoce,ſcilicet prædicamentaliter. nec diuerſarum ſpecierum vniuoce & principaliter;quoniam ſpecies vniuoce continentur ſub genere.genus autem vel eſt materia,vel compoſitum ex materia, vel ſumptũ a materia,vt dicam in ſuo loco,& aliqualiter declaraui in q. an materia ſit genus,& 2.de genera.com.37.ideo proprie nec differunt ſpecie , nec ſunt vnius ſpeciei:attamen omnia ſunt vnius ſpeciei ſecundum prius,& poſterius, vt dicit
B Auer.2. Cœli.com.49.corpus enim cœleſte eſt vnum animal numero, habens orbes velut membra colligata,ideo omnia illa membra ſunt vnius naturę analogice:propter quod in illis nec eſt genus,nec ſpecies, nec indiuiduum vniuoce,ſed tantum tranſumptiue,& analogice:quæſtiones autem, & difficultates vt ſæ ſunt ibi:pro nunc ſit dictum intantum,

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæſtio Quinta eſt vt dicamus,licet cōceſſerimus has poſitiones frigidas,& inuolutiones corruptas,quomodo non pudet eos, cum dicunt cauſatum primum poſsibile in eſſe eſt, quod determinat eſſe corporis orbis exterioris ab eo,& intelligere ſeipſum determinat eſſe animam orbis ab eo, & ipſum intelligere primum determinat eſſe intelligentiam ab eo, quæro quæ eſt differentia inter hoc, & dictum dicentis ꝙ ſit eſſe hominis occulti, & ꝙ
C ſit poſsibile in eſſe,& quòd intelligit ſeipſum, & efficientem ſuum? & dixit ꝙ ſequitur,ex eo ꝙ eſt poſsibile in eſſe eſſe orbis, & dicitur ei quæ eſt proportio inter eſſe poſsibile in eſſe & eſſe orbem ab eo? & ſic etiã ſequentur,ex quo intelligit ſeipſum,& efficientem ſuum , duo alia.Et hoc quidem,cum dicitur de homine,eſt deridendum eo, & ſic de alio ente.nam poſsibilitas in eſſe eſt determinatio,quę non differt, cum differat ſubſtantia poſsibilitatis, ſiue ſit homo , aut angelus, aut orbis. & neſcio quomodo ſatisfacit ſtultus ſibi ipſi his poſitionibus , quanto magis docti, qui penetrant cœlum, cum cogitant in intellectualibus.

Ait Alga.adhuc eſt arguẽdũ in opinione philoſophorũ in ꝓdicto ꝓceſſu tali modo,qualiter nõ erubeſcit qui talẽ obtinet errorẽ. Deinde explicat illũ errorẽ d.videlicet ꝙ eſſe primũ cauſatũ poſsibile eſſe inferat ſupremi orbis eſſe, & intelligere ipſum inferat,& cauſet aĩam dicti orbis, & ſuũ intelligere primũ principiũ cauſet eſſe eiuſdẽ intellectus ab eo, vult dicere,qđ eſt eſſe motoris orbis ꝓximi,& cũ poſuit intentionẽ,& errorem,incipit arguere contra illũ.d.& qualis

eſt differentia inter hoc, & dictum dicentis, ꝙ ſit quidam homo, & ꝙ ſit poſsibilis eſſe, & intelligat ſeipſum, & eius creatorem: & vult dicere, quod ſicut eſt primum cauſatum quatuor diſpoſitiones, ita poteſt imaginari eſſe hominis conſiſtere in quatuor diſpoſitionibus, & eſſe cuiuslibet rei: tunc arguit. d. vnde, id eſt ergo ſimiliter ſequitur illum hominem eſſe orbem, inquantum ille homo eſt ens poſsibile. & addit quaſi arguendo ſecundo d. vnde maxima eſt hæc admiratio, qualis eſt comparatio inter eſſe aliquod poſsibile eſſe, & procedere quendam orbem ab eo: quaſi intendit ꝙ oportet inter cauſam, & cauſatum eſſe proportionem aliquam, ſed inter eſſe poſsibile intelligen[illegible], & eſſe orbem nulla eſt proportio, ideo admiratio eſt, qualiter intelligen[illegible] propter eſſe eius, poſsibile eſt cauſa eſſe orbis. Deinde declarat ꝙ ab ho[illegible] poterunt cauſari alia, ſicut ab intelligentia. d. ſimiliter dicimus ꝙ prout ipſe intelligit ſeipſum, & ſuum creatorem, debent cauſari duæ res ab eo. deinde probat ꝙ hominis poſsibilitas erit cauſa eſſendi orbem. d. poſito enim eſt vna, & eadē materia in quocunque ſubiecto fuerit tam in homine, q̄ in angelo, q̄ in cane. & ſyllogiſmus poteſt ſic componi: ab vna natura prouenit idem: poſsibilitas eſt vna natura. ergo ab ea ſiue in cane, ſiue in angelo prouenit idem: & ſic, ſicut in angelo prouenit orbis, ita in homine ab eo proueniet idem orbis. Deinde ponit concluſionem: & eius ſermo eſt manifeſtus per ſe: lege eum. D E

A V E R O E S.

Ait Auer. Omnes iſti ſermones, qui ſunt Auicēnæ, aut ſit quicunque fuerit, qui dixerit eos, non ſunt veri, & non proſequūtur radices naturales: immo non perueniunt, propter carentiā eorum in ſufficientia, & rhetorica, ad gradum, quem dixit iſte homo. Et forma, quam imaginatus eſt in ea, non eſt vera. nam homo, quē poſuit poſsibilem in eſſe ex ſe, neceſſarium ex alio, intelligentem ſeipſum, & efficientem ſuum, verificatur exēplum eius de cauſa ſecūda, cū ponitur iſtum hominem agere entia ex ſe, & ex ſcientia ſua, vt ponit eſſe ſecundum principium ille, qui dicit, vt dicit Auicenna: & ſicut de more omnium eſt ponere primum principium glo. nam, cum ponitur hoc, neceſſe eſt vt proueniant ab hoc homine duo: vnum eſt, ex eo ꝙ ſcit ſeipſum: & aliud, ex eo ꝙ ſcit efficientem ſuum. nam poſitum fuit agens ex parte ſcientiæ. & non eſt etiā inconueniens, ſi poſitum fuerit agēs ex parte ſui, vt dicatur ꝙ id, quod ſequitur ab eo, ex eo ꝙ eſt poſſibile in eſſe, eſt aliud ab eo, quod ſequitur ab eo, ex eo ꝙ eſt neceſſarium in eſſe. nam iſtæ duæ poſitiones reperiuntur in eo. Igitur iſte ſermo non eſt adeo turpis in forma, quam voluit imaginari iſte vir, adeo ꝙ homines deuiant à ſermonibus Philoſophorum, & vilipendēt eos apud ſpeculantes. Et nulla eſt differentia inter hoc, & dicentem, cum ponitis ens, viuens vita, volens voluntate, ſciens ſcientia, potens potentia, audiens auditu, videns viſu, & loquens loquela, & ſequitur ex eo totus mundus, adeo ꝙ homo viuens, ſciens, potens, volens, audiens, videns, & loquens, ſequitur ex eo totus mūdus. quoniā, ſi iſta attributa ſunt, quæ determinarant eſſe mundi, neceſſe eſt vt non ſit differētia in eo, quod faciunt conſequi in omni ente, cui attribuuntur. Si autem iſte vir habuerit intentionem dicendi veritatem in his rebus, & erra- F

A uerit, eſt ei excuſatio. attamen ſi ſciuerit fallaciam, & intendit eam, ſi non fuerit neceſsitate ductus, non eſt ei excuſatio. ſi vero intendit notificare ꝙ non ſit ei in hoc ſermo demonſtratiuus, quo ſuſtentetur in hac quæſtione, ſ. quæſtio vnde proueniat pluralitas, vt videbitur poſtea, benefecit in hoc. nam non peruenit iſte vir ad gradum ſcientiæ comprehendentem hanc quæſtionem. & hoc apparebit de eo poſtea. & cauſa eius eſt, quia non dedit operam hic vir, niſi libris Auicennæ, & accidit ei diminutio in ſcientia propter hoc.

Primo dicit id, in quo conuenit cum Alga. d. dicimus nos ꝙ dicti ſermones, qui ſunt verba Auicen. & eius ſequacium non ſunt vera, nec concurrentia per ordines philoſophorum, & in hoc conuenit ei. Deinde, aliqualiter ſaluat Auicen. d. ſed non ſunt ita erronea, ſicut ipſe putat: & hoc declarat d. ſi enim quidam homo poſitus fuerit poſsibilis eſſe de ſe, neceſſarius per aliud intelligens ſeipſum, & ſuum agentem, & diceremus quod eſſet ſimilis ſecundæ intelligentiæ, vt putabat Alga. dicimus quod bene ſequitur, ſcilicet idem addito hoc, ſcilicet quod ille homo ſit efficiens entia de ſeipſo, & de ſua ſcientia,
B vt dicitur de ſuo principio ſecundum Auicen. vel, ſicut omnes de primo principio. Hoc enim ſuppoſito, ſequitur quod procedant ab alio homine duæ res: vna, inquantum ſcit ſeipſum, & alia, inquantum ſcit ſuum agentem: ipſum enim fuit agens ex parte ſcientiæ. & non eſt ſimiliter negandum, ſi poſitum fuerit quod ſit agens ex parte ſuijpſius, quod poſsit dici quod id, quod procedit ab eo, inquantum eſt poſsibilis eſſe, differt ab eo inquantum procedit ab eo, inquantum eſt neceſſarium eſſe. vult dicere quod, ſi ponatur agens, cum eius diſpoſitio inquantum poſsibilis eſſe differat ab eius diſpoſitione, inquantum neceſſarium eſſe ſint diuerſæ, & acta ab eo ſub iſtis diuerſis rationibus erunt diuerſa, ideo concludit. d. vnde verba prædicta, ſcilicet Auicen. non ſunt in gradu defectus, quem Alga. putabat, id eſt non ita ſunt extranea, ſicut ipſe dixit. & addit, vnde dicimus quod hic homo meditatus eſt philoſophos vituperare, & exponere eos in modum ſpeculantium oculos: ſicut reperitur in ſcriptura, & forte eſt corrupta, & debet eſſe occulta: & tunc ſermo eius eſt manifeſtus per ſe: & ſi reperitur, vt dicit. intendit per ſpeculantes oculos, id eſt res ſumme intelligibiles, quæ dicuntur oculi metaphyſici: eo quia ſunt intelligentes per eſſentiam, & quomodocunque, non eſt cura: & concludit vltimo. d. tandem ſup. dicimus quod nulla eſt differentia inter hoc, & dictum dicentis, videlicet hoc
C quod ſubdit. d. ſi poſueritis quoddam ens viuum in vita volens voluntate, ſciẽs ſcientia, audiens auditu, videns viſu, loquens locutione: ſi ſic ponitur, ab eo procedet totus mundus: quod eſt abſurdum: & ſi litera non eſt diminuta: videtur mihi quod ipſe intendat quod, ſicut non eſt inconueniens quod ab vno ente per diuerſas diſpoſitiones proueniret totus mundus, ſi haberet tot diſpoſitiones quot naturæ ſunt in mundo: ita non inconuenit, quod ſi homo haberet diſpoſitiones illas, prouenirent ab eo illa, vt viſum eſt: vnde, ab ipſo viuente, ſentiẽte, audiente, &c. proueniunt fere omnia per diuerſas naturas: ergo, non inconuenit ab vno prouenire multa per diuerſas diſpoſitiones. vel forte intelligit, quod dictum eſt ab ipſo Auic. licet ſit ſaluatum ab argumento Alga. tamen non eſt ſaluatum ſimpliciter: quoniam dato hoc, ſequitur quod ab homine poſſet prouenire totus mundus: quoniam in homine ſunt tot diſpoſitiones, quot ſunt in mundo: vt audire, videre, loqui, &c. immo dicitur microcoſmus, vt dicit Ariſto. in phyſicis: ergo ab homine poſſet totus mundus fieri, & ſic mundus poſſet creari ab homine: quod eſt abſurdum: & hæc expoſitio eſt plus cõſona verbis, & forte intellectionem aliam, ſed hoc ſufficit: vltimo concludit cauſam, & ratio Alga. & eius ſermo eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autē dixerit aliquis, cū deſtruitis opinionē eorū, quid dicitis, vtrum exiſtimatis ꝙ proueniant ab vno omnimode duo diuerſa? & ſummittitis intellectum: aut dicitis ꝙ primum principium, in eo ſit pluralitas? & negabitis vnitatē: aut dicitis ꝙ non eſt pluralitas in mūdo? & negabitis ſenſum: aut dicitis ꝙ ſequitur mediis? & oportebit vos concedere id, quod dixerint. Nos aūt dicimus non eſſe intentionem noſtram in hoc libro directe diſputare hinc inde: ſed intentio noſtra eſt debilitare rationes eorum: adeo ꝙ nos dicimus ꝙ qui exiſtimauit emanationem duorum ab vno, eſt ſummiſsio intellectus, ſeu attribuere principio attributa, antiqua, eterna, contradicentia vnitati. & hæ ambæ ſunt rationes falſæ. & non habent de eis demonſtrationes: qm̄ non ſcitur falſitas emanationis duorum ab vno, ſicut ſcitur falſitas eſſe hominis eiuſdē in duobus locis. demū non ſcitur ex neceſsitate, nec ex ſpeculatione. Et quid prohibet quin dicatur ꝙ primum principiū ſit ſciens, potēs, volēs, & agit quicquid vult, & ſcit quicquid vult, & creat diuerſa, & ſimilia, vt vult, & de eo ꝙ vult, & falſitas huius non ſcitur neceſſario, nec ſpeculatione. & iam poſuerunt id Prophetæ, facientes miracula. & neceſſe eſt id recipere. Speculari autem de qualitate emanationis operationis ab ipſo glo. voluntate eſt ſuperfluum, & ſpes in re non ſperanda. Qui autem deſyderant perquirere proportionē, & ſciētiam eius, finis conſyderationis eorum eſt id, ꝙ cauſatum primum, ex eo ꝙ eſt poſsibile in eſſe, prouenit ex eo orbis: & ex eo, ꝙ intelligit ſeipſum, prouenit ex eo anima orbis. & hoc eſt ſtultitia, & dementia, non apparitio proportionis. quare recipiamus principia harum rerum à Prophetis, & erunt vera in eis: nam intellectus non negat ea: & dimittamus ſpeculationem de qualitate, & quantitate, & quiditate: nam hoc non eſt ad quod potentia humana extenditur. Et ideo dixit dator legis, Conſyderate in creatione Dei, & non conſyderate, nec cogitate in ſubſtātia Dei. Et dixit Propheta Et cui aſsimilabitis Deū, & quā ſimilitudinē dabitis ei?

AVEROES.

AIt Auer. Cum dixit ꝙ in eo, in quo eſt diminutus intellectus humanus circa comprehenſionē eius, reuertamur ad legem, eſt verū. nam ſcientia, proueniens ex prophetia, prouenit tanquam complens ſcientias intellectus, ſ. ꝙ omne, in quo deficit intellectus, id tribuit Deus per prophetiam. Diminutionum aūt comprehēſionū, quarū ſcientia eſt neceſſaria in vita hominis, & eſſe eius aliqua eſt diminutio abſolute, i. ꝙ non eſt de natura intellectus id cōprehendere, in eo ꝙ eſt intellectus, & aliqua eſt, quæ eſt diminutio ſecundum naturā aliquorū hominū, & hæc diminutio aut eſt in radice creatio-

Scientia ꝓuenis ex ꝓphetia prouenit tanꝗ cōplēs ſcias intellectus.

D A nis,aut erit propter aliquid eueniens ab extra ex priuatione diſciplinæ, ſed ſcientia prophetiæ tribuit omnibus has ſpecies omnes. Cum autem dixit, intendimus hic debilitare rationes eorum, profecto hæc intentio non cõuenit ei,& eſt ruina ruinarum ſcientis. nam ſapiẽs, in eo ꝙ eſt ſapiens,intentio eius eſt perquirere veritatem,non facere dubitationes,& ponere inuolutiones in opinionibus. Cũ aũt dixit, qm̃ non ſcitur falſitas emanationis duorũ ab vno, ſicut ſcitur falſitas eſſe hominis eiuſdem in duobus locis.&,licet non fuerunt hæ duæ propoſitiones in eodem gradu veritatis,tamẽ non eſt falſum,quin propoſitio,dicens ꝙ ab vno ſimplici non prouenit niſi vnum, non ſit vera in apparentibus nobis.propoſitiones autẽ veræ ſuperãt ſe adinuicem, vt declaratum eſt in libro Poſteriorum.Et cauſa in hoc eſt.qm̃ propoſitiones veræ, cũ adiuuantur imaginatione, debilitantur. imaginatio autẽ non conſyderatur niſi apud vulgum.& ideo qui vſus eſt intellectualibus,& proiecerit imaginabiles, erunt ei ambæ iſtæ propoſitiones in eodem gradu veritatis.& plurimũ,quod ſit veritas in iſtis propoſitionibus,eſt cum fecerit inductionem in entibus generabilibus, & corruptibilibus,& viderit ꝙ differant nomina, & definitiones eorũ propter operationes eorum.nam,ſi proueniret quodlibet ens ex quolibet agente, & qualibet actione, miſcerentur ſubſtantiæ, & definitiones,& deſtruentur ſcientiæ,& anima.exempli gratia diſcernitur ab innanimatis in operationibus ſuis propriis prouenientibus ab ea: & inanimata differunt abinuicem operationibus propriis,& ſic etiã animæ ſi autẽ prouenirent ab vna potentia operationes multæ, vt proueniunt à potentiis compoſitis operationes multæ, non erit differentia inter ſubſtantiam ſimplicem,& compoſitam, & non diſcernerentur à nobis.Vlterius,ſi poſſent prouenire à ſubſtantia vna operationes multæ,erit poſsibilis actio prouenire abſq; agẽte. nã ens eſt ab ente, non ex nihilo.& ideo impoſsibile eſt vt reperiatur id, quod non eſt ex ſe.

Propoſitiones verũ cũ adiuuanť imaginatiõe debilitãtur.

B

C & cũ fuerit motor eius,qđ nõ eſt,& extrahens id à potentia ad actũ, id extrahit ex eo,ꝙ eſt in actu,neceſſe eſt vt ſit modus actus,qui eſt ei ſecundum modum actus extrahentis id à priuatione ad eſſe. nam, ſi exiret quodlibet actum à quolibet agente, non eſſet inconueniens vt exirent acta ad actum ex ſeipſis,non ex parte agentis, quod ea effecerit. ſi autem exierint multi modi à potentia ad actũ ab eodẽ agente, neceſſe eſt vt ei ſit pluralitas,ſ.modis illis, & illi, quod attribuit eis. nam,ſi non eſſet ei niſi vnus modus eorum,id quidem, quod exit ex aliis modis,erit ex ſeipſo abſque extrahente eum.Et non poteſt dicere aliquis ꝙ conditio agentis eſt vt reperiatur agẽs tm̃, actione abſoluta tm̃,non modo actionis propriae.qm̃,ſi hoc eſſet, ageret quodcunq; ens fuerit quamcunque actionem,& miſcerentur entia. Vlterius, quoniã ens abſolutum,ſ.vniuerſale eſt vicinum priuationi veri entis, & ideo auferunt ſermonẽ de ente abſoluto, & colore abſoluto,dicentes ablationem diſpoſitionum.Et dixit dicens in affirmatione earum,ꝙ non

ſunt entia,nec ſunt non entia. Si autem hoc verificaretur, verificaretur tunc ꝙ res ſint cauſa entium. Et prouenire vnam actionem ab vno eſt magis manifeſtum in ſciēte,quod nobis apparet, quam in alio ab hoc ſciente. nam ſcientia plurificatur plurificatione intellectorum ſcienti, quoniā intelligit ea eo modo,quo ſunt,& ſunt cauſa ſcientiæ eius. & impoſsibile eſt vt ſcita multa ſciantur vna ſcientia, & non erit ſcientia vna cauſa aduentus cauſatorum multorum ab ea in apparentibus nobis. verbi gratia quoniam ſcientia artificis, ex qua prouenit exempli gratia theſaurus, eſt alia quam ſcientia, ex qua prouenit ſedes. ſed ſcientiā antiqua differt in hoc à ſcientia innouata, & agens antiquum ab agente innouato. D

Deſunt I vetuſtiori.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et ſi dixerit quid dicitis vos in hac quæſtione, quia iam deſtruxiſti opinionem Auicennæ de cauſa pluralitatis, quid dicis tu in hoc? quoniam dictū eſt ꝙ ſecta Philoſophorū reſpondit huic vna trium reſponſionum. Quarum vna eſt ſermo dicentis ꝙ pluralitas prouenit ex materia. Secunda autem dictum dicētis ꝙ prouenit ex inſtrumētis. Tertia vero eſt dictum dicentis ex mediis. & recitatum fuit de ſecta Ariſto. ꝙ ipſi verificauerunt ſermonem eius, qui ponit cauſam in hoc media. E

Ait Alga. &, ſi forte aliquis diceret, quod erit ergo huius quæſtionis finis, poſtquam reprobata eſt ratiocinatio Auic. in cauſa pluralitatis. Deinde proponit vnum quæſitum. d. quid ergo dicēdum eſt in hoc, vult dicere, ſi opinio Aui. nihil eſt, quid erit dicendum ꝙ ſit cauſa pluralitatis entium: & ſoluit ſecundum philoſophos dicens, dicitur enim ꝙ ſectę philoſophorum in hoc reſpondent vna trium reſponſionum. & primo ponit primam. d. quarum vna dicit id, quod dicit aliquis, videlicet, quod pluralitas procedit a materia. deinde ponit alterā. d. ſecunda vero ſup. dicit id, quod dixit alius ꝙ pluralitas procedit ab inſtrumentis. Deinde ponit tertiam. d. tertia vero ſup. dicit id, quod dixit alius. ſ. ꝙ procedit a medijs. Deinde eligit opinionem Ariſto. d. & dicitur quod Ariſto. verificauit opinionem ponentium cauſam pluralitatis eſſe mediam, videlicet, quod pluralitas procedit a medijs: & iſtæ opiniones fuerunt iam expoſitæ ſupra, ideo bonum eſt recurrere ibi. F

AVEROES.

Porfirius nō fuit ex expertis peripatheticis.

Ait Auer. Dixi ꝙ huic non poteſt reſponderi in hoc libro reſponſione demonſtratiua. attamen non inuenimus in Ariſto. nec in eo, qui eſt in fama ex Antiquis Peripateticis hunc ſermonem, quem attribuit eis, niſi Porphyrio authori introitus logicæ. & vir ille non fuit ex expertis eorum. Et quod occurrit mihi ex radicibus eorum eſt ꝙ cauſa pluralitatis eſt aggregatum triū cauſarum, ſ. media, & diſpoſitiones, & inſtrumēta. & iſta omnia iā declarauimus quō innituntur vni, & ad id reducuntur. nam eſſe vniuſcuiuſque eorum eſt ex vnitate abſoluta, quæ eſt cauſa pluralitatis. Nam ipſe ima-

A ginatur ꝙ erit cauſa pluralitatis intelligentiarum ſeparatarum diuerſitas naturarum ſuarum recipientium in eo, quod intelligũt de primo principio, & in eo, quod adipiſcuntur ab eo de vnitate, q̃ eſt actio vna ex ſe, & plures propter multitudinem recipientiũ. ſicut eſt in Principe, ſub quo ſunt multi ſubſtituti: & ars, ſub qua ſunt artes multæ. & hoc ſpeculatur de eo in alio loco. ſi quidẽ declarari poteſt aliquid de eo: ſin autem reuertetur ad prophetiam. Quòd autem diuerſitas ſit propter diuerſitatem quatuor cauſarum eſt manifeſtum. nam diuerſitas orbium erit ex diuerſitate motoris eorum, & diuerſitate formarum eorum, & materierum eorum, ſi fuerint in eis materiæ, & operationibus eorum propriis in mundo, licet non fuerint propter has operationes apud eos. Diuerſitas autem, quæ accidit primo eius, quod eſt ſub orbe, de ſimplicibus corporibus, eſt diuerſitas materiei cum diuerſitate eorum in propinquitate, & remotione a motoribus eorum, qui ſunt corpora cœleſtia. vt eſt diuerſitas terræ, & ignis, deniq; contrariorum.

Quę ſint cãę pluralitatis in intelligẽtijs ac alijs entibus.

B Cauſa autem diuerſitatis duorum motuum magnorum, quorũ vnus facit generationem, alius vero corruptionem, eſt diuerſitas corporum cœleſtium, & diuerſitas motuum eorum, vt declaratum eſt in libro Generationis, & Corruptionis. Eo cauſa diuerſitatis, quæ erit ex corporibus cœleſtibus eſt ſimilis diuerſitati, quæ erit ex diuerſitate inſtrumentorum. Et, cum ſic fuerit, cauſæ pluralitatis ab vno agente apud Ariſto. ſunt tres cauſę. & reductio earum ad vnum eſt ex re præcedenti: & eſt, quia vnum eſt cauſa pluralitatis. Id autem, quod eſt ſub orbe Lunæ, reperitur in eo diuerſitas ex quatuor cauſis, ſ. diuerſitate agentium, & diuerſitate materierum, & diuerſitate inſtrumentorũ, & prouentione operationum a primo agente, mediante alio. & hoc eſt quaſi propè inſtrumentum. Exemplum autem diuerſitatis, quæ erit ex diuerſitate recipientium, & ex eo ꝙ diuerſa ſunt cauſæ adinuicem, eſt color factus in aere, qui eſt alius a colore facto in corpore: & qui fit in viſu,

Diuerſitas ſublunaribus vnde oriatur.

C i. in oculo, alius ab eo, qui eſt in aere: & qui fit in ſenſu communi, alius ab eo, qui fit in oculo: & qui fit in imaginatiua, alius ab eo, qui fit in ſenſu communi: & qui eſt in virtute conſeruatiua, & memoratiua, alius ab eo, qui fit in imaginatiua. & hoc totum eſt, ſecundum ꝙ declaratum eſt in libro de Anima.

Hic excuſat ſe. d. dicimus nos ꝙ de hoc non poteſt hic reſponderi ſufficiẽter, nec demonſtratiue. Deinde colloquitur aliqualiter de hoc. & primo eligit opinionem Ariſt. d. licet ſecundum veritatem hoc, quod ille dixit nomine philoſophorum, id eſt, ad mentem Ariſt. ſcilicet ꝙ cauſa pluralitatis eſt pluralitas mediorum, reperitur non ab Ariſto, nec ab aliquo excellentiori antiquo niſi a Porphirio, qui introductorium logicæ compilauit: ſed non fuit valde notus inter philoſophiæ principes: & ſic apparet quid non eſt ad mentem Ariſt. Deinde declarat quid eſt ad mentem Ariſto. d. attamen id, quod nobis apparet de hoc iuxta peripatheticorum radices, id eſt, fundamenta eſt, ꝙ cauſa pluralitatis reſultat ex tribus prędictis ab Algaz. videlicet ex medijs, & præparationibus, id eſt, ſubiectis, & inſtrumentis, id eſt, agentibus proximis, & addit, & de tribus iſtis iam determinauit qualiter ad vnum reducantur. eſſe enim cuiuslibet iſtorum in vnitate, vult dicere, reducitur, quæ eſt cauſa pluralitatis. Deinde declarat quomo-

do in ſeparatis intelligibilibus eſt multitudo.d. videtur enim ꝙ cauſa pluralitatis intelligentiarum ſeparatarum ſit diuerſitas earum naturarum, quas recipiunt in eo, quod intelligunt de primo principio, & in eo, quod acquirunt de vnitate ab eo, quę vnitas eſt vna actio in ſe, & plura recipiens, id eſt, recipiens latitudinem ſecundum eam pluralitatē, vult dicere ꝙ cauſa diuerſitatis in illis eſt diuerſa intellectio earum de primo, & vnitas eſſentiæ, quæ recipit magis & minus: & hoc dictum eſt multum plane ſupra. et hoc declarat per ſimile.d. ſicut reperitur in altiori principe, ſub quo ſtatuti ſunt multi principatus, & hoc alibi declaratum eſt: & tu recurre. 12. Metaphy, commen. 44. Deinde excuſat ſe.d. ſi id, quod declaratum eſt, ſufficit, bene quidem. q.d. valeat. ſinautem, id eſt, ſi non, nos reducamus id ad ſpirationem diuinam, id eſt, nos dicamus quod id ſcitur tantum ſpiratione diuina, & non poteſt haberi naturali lumine. Deinde, aliqualiter declarat qualiter res ſunt diuerſę.d. ꝙ diuerſitas, vult dicere in entibus, procedat a diuerſitate quatuor cauſarum ſatis manifeſtum eſt: & declarat hoc primo in orbibus.d. diuerſitas enim orbium procedit a diuerſitate eorum motorum, & formarum, & materierum, ſi materiam habent, & procedit etiam a diuerſitate operationum ipſorum in hoc mundo, licet orbes non ſint ſecundum philoſophos, ſcilicet ſimpliciter, & pro iſtis operibus, ſed propter intelligentias: ecce igitur, quomodo orbes ſunt diuerſi per cauſas quatuor, vt apparet. **D**

Vnde cauſatur diuerſitas orbium.

Deinde exponit quę ſunt hęc.d. diuerſitas tamen, quę primo, & principaliter accidit in inferioribus entibus, vt ſunt ſimplicia corpora, ſcilicet elementa, procedit ſine dubio a diuerſitate materię, quę ſumitur ex ipſius propinquitate, & diſtantia a ſupercœleſtibus corporibus, vt diuerſitas ignis a terra. cauſa tamen diuerſitatis duorum motuum vniuerſalium, ſcilicet generationis & corruptionis procedit a corporibus cœleſtibus, vt habetur ſecundo de generatione ab Ariſtote. vide text. commenti. 56. & inde concludit.d. patet ergo ꝙ cauſa diuerſitatis a corporibus cœleſtibus procedere ſimilis eſt diuerſitati ſup. procedenti a diuerſitate inſtrumentorum. Deinde concludit id, quod intendit.d. & ſi ſic cauſę pluralitatis vnius agentis ſunt dictę tres, & reducuntur in vnam modo prędicto, eo modo, quo inſtrumentum in cauſam reducitur. diuerſitas tamen inferiorum entium a quatuor procedit cauſis, videlicet a diuerſitate duorum agentium, ſcilicet vniuerſalis, & proximi, & materierum, & inſtrumentorum. Deinde declarat, qualiter diuerſitates cauſarum proueniant a diuerſitate recipientium: & exemplum ponit in colore, et ſermo eius eſt manifeſtus per ſe, quomodo hoc, quod dicit Auerro. ſit manifeſtum, iam in parte dictum eſt ſupra, & ſecundo phyſi. habet declarari. pro nunc ſatis eſt colligaſſe ea, quę dixi ſupra, & hic, quoniam ex eis proueniet intellectus veritatis in hoc. & ſic completur tertia diſputatio, & reliquum eſt aggredi quartam. **B**

*

DE DECLARATIONE, QVOD NON POSSVNT AFFERRE RATIONEM, QVOD SIT EFFICIENS MVNDO.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et dicimus quòd homines diuiduntur in duas ſectas. Prima eſt ſecta hominum veritatis, qui opinati ſunt mundum eſſe innouatum, & ſciuerunt B neceſſario ꝙ innouatum non innouat ſeipſum, ſed indiget efficiente. & intelligitur opinio eorum, cum dicunt agens. Et alia ſecta ſunt Hęretici, qui exiſtimant mundum eſſe antiquum, prout eſt, & non conſtituerunt ei efficientem. & opinio eorum bene intelligitur licet rationes indicent deſtructionem eius. Philoſophi autem opinantur mundum eſſe antiquum, deinde conſtituerunt ei cum hoc efficientem. & hęc opinio quaſi contradicit ſibiipſi, & non indiget deſtructione.

INtroducit in primis Alga. opiniones ſapientum, & di.ait Alg. homines, qui ſpeculati ſunt ſuper hoc propoſitũ, duabus ſectis diuiduntur. & primo ponit primam, & ſecundam, deinde eligit opinionem philoſophorum, & dicit. vna quarũ eſt ſecta veracium ſapientum, qui opinati ſunt mundum eſſe creatum, & ipſi ſciuerunt neceſſario ꝙ innouatum non producit ſeipſum, quia, ſine dubio indiget efficiente ſeu producente. Deinde ponit ſecundam. d. Secunda vero ſecta dicitur ęternalis, videlicet homines opinantes mundum eſſe ab ęterno, & dicunt ꝙ C nullum habet efficientem, deinde ponit opinionem tertiam, & comparat inter eas: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe.

AVEROES.

AIt Auer. Immo opinio Philoſophorum intelligitur apparenter, magis quàm ambæ opiniones ſimul. Nam agens eſt duplex. aliquod enim eſt, a quo prouenit actum, in quo pendet operatio eius hora, qua reperitur. & hoc, cum perficitur eſſe eius, non indiget agente, vt eſſe domus ab ædificatore. & aliquod eſt, ex quo prouenit actio tantum, quę pendet in acto. & non eſt eſſe huic acto, niſi cũ pendentia agentis in eo. Et hoc agens eſt rei proprium, ꝙ actio eius eſt ęqualis eſſe huius acti, ſ. ꝙ cum corrumpitur hoc agens, corrumpitur hoc actum: &, cum reperitur hoc agens, reperitur actum, i. ꝙ ſunt ſimul. & hoc agens eſt nobilius, & magis ingreditur in capitulum operationum, quàm primum, qm̃ producit ſubiectum ſuum, & id cõſeruat

agens vero primum producit actum ſuum, & indiget alio agẽte, quod id conſeruat poſt inuentionem. & hæc eſt diſpoſitio motoris cum motu, & rerum, quarum eſſe eſt in motu. Philoſophi autem, quia crediderunt quòd motus eſt actio agentis, & quòd eſſe mundi non perficitur, niſi cum motu, dixerunt quòd agens motus eſt agens mundi. &, ſi ceſſaret operatio eius ictu oculi a motione, deſtrueretur mundus. & D

Syllogiſm' probans mũdum habere agens.

conſtituerunt ſuum ſyllogiſmum ſic. Mundus eſt actio, aut res, cuius eſſe ſequitur ad actionem: & omnis actio impoſsibile eſt vt ſit ſine agente, quod ſit ad eſſe eius: & intulerunt ex hoc quòd mundus habet agens, quod eſt ad eſſe eius. &, quia neceſſe eſt apud eum, vt proueniens ab agente mundi ſit innouatum, dixit mundum innouatum ab agente antiquo. &, quia eſt apud eum operatio antiqui antiqua, dixit mundum innouatum ab agente antiquo, & operatio eius eſt antiqua, ſcilicet ꝙ non habet principium, nec finem, non autem vt ſit ens in ſe antiquum, vt videtur ei, qui denominat eum antiquum. E

Vt videatur error Algazel primo Auerro. præponit diſtinctionem agentis, & eligit membrum, quod eſt apud ipſum ad propoſitum, deinde remouet eius peccatum. Quantum ad primum dicit, dicimus nos ꝙ philoſophorum opinio magis eſt nota, & rationabilior alijs duabus, eo ꝙ agens duobus reperitur modis: quorum vnus eſt, ꝙ ab eo procedit effectus, de quo pendet ipſius actio, dum eſt in fieri, vult dicere, eius effectus tantum in fieri ab agente dependet: & iſte effectus non indiget efficiente poſt actionis fundamentum, vt ſe habet domus cum ædificatore. deinde accipit ſecundum membrum. d. ſecundus vero eſt, ſcilicet a quo procedit actio, tantum depender de effectũ eſſe non habente: et eſt inordinate traductum, & habet legi, & ſine quo effectus eſſe non habet, niſi adiuncta ſibi actione, & ꝙ priuata actione priuatur effectus, & inuenta actione innenitur effectus, prout ſunt ſimul & ſemel: igitur dicetur ꝙ agens ſecundo modo eſt id, a quo dependet effectus in eſſe, & in conſeruari: & poſtquam dimiſit iſtos duos modos agenus, comparat iſta membra, & dicit, & iſta ſecunda actio nobilior eſt prima: ipſe enim, vult dicere agens, actione ſecunda producit ſuum effectum ipſumq; conſeruat, ſed aliud agens, vult dicere, primo modo efficit ſuum effectum, ſed indiget alio agente, vt eum conſeruet: vult ergo ꝙ agẽs, quod agit,

Nobilius eſt agẽs, qđ agit & cõſeruat, quã agẽs, qđ agit tantũ.

& conſeruat, eſt nobilius agente, quod agit tantum: quoniam agens conſeruans, F
& potens ponere effectum in eſſe, & cum hoc ipſum potens conſeruare. aliud eſt enim effectum ponere de non eſſe ad eſſe, quam ipſum in eſſe conſeruare, ſecundum communem ſenſum ſapientum. ergo, ſi eſt agens potens ponere effectũ in eſſe, ipſum datum poterit conſeruare: ergo dictum illud eſt falſum. Dicendum, quod conſeruare diſtinguitur ab agere: aliquid enim poteſt conſeruare effectum aliquem, quod non poteſt ipſum agere, verbi gratia ſol poteſt conſeruare hominem, non tamen poteſt ipſum agere, niſi concurrente homine. ſimiliter aliquod poteſt agere, non tamen conſeruate, vt de ædificatore dicebatur. & ideo, ſi eſt aliquod agens, quod poteſt effectum & agere & conſeruare, eſt nobi-

Nõ oẽ potẽs ĩ difficilius, põt in uilius facilius.

lius quam agens potens conſeruare tantum, vel agere tantum. Et per hoc dicendum, quod antecedens eſt verum. non tamen oporret quod omne potens in difficilius, poteſt in vilius & facilius: quoniam, ſine dubio productio hominis difficilior eſt productione vermis, non tamen homo potens in generationem hominis, poteſt in generatione vermis. ideo oportet limitare ſic, quod commune dictum, ſcilicet quod potens in difficilius ſibi proportionatum poteſt in facilius ſibi proportionatum. ideo argumentum nihil eſt. Et poſtquam dixit hoc, eligit modum, qualiter motor primus eſt cauſa agens motum. d. vnde motor cum motu ſic, vult dicere ſecundo modo ſic ſe habet. deinde arguit propoſitum philoſophorum; & ſyllogiſmus ſuus poteſt ſic componi, omne agens motum, ſine quo

A mundus nec eſſe nec fieri poteſt, eſt agens tali actione, quali actione agit motũ: ſed Deus efficit motum conſeruando & efficiendo, ſine quo mundus eſſe non poteſt. ergo Deus agens motum illo modo, agit mundum illo modo. maior eſt manifeſta per ſe: minor quantum ad primam partem fuit illata ex dictis: quantum ad ſecundam partem poteſt ſic proſyllogizari. illud, quo ceſſante ceſſat, non poteſt eſſe ſine eo: ſed mundus ceſſante motu ceſſat. ergo mundus non poteſt eſſe ſine motu. Et ſermo eius ſic ordinatur: quia primo innuit ſyllogiſmum: ſecunda ibi. (ſi enim actio) innuit proſyllogiſmum: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe. Et poſtquam accepit ſyllogiſmum ſecundum materiam, accepit ſecundum formam. vnde debet ſic componi. quicquid eſt opus, aut conſequens opus, ſine quo eſſe non poteſt, indiget agente per ſe, vel eo, quo indiget idem opus, ad quod conſequitur. mundus eſt opus, aut quid conſequens opus. ergo mundus habet agens exiſtens in ſuo eſſe. huius primo accipit minorem, deinde ibi. (& quomodocunque ſit) accipit maiorem. & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe. Et poſtquã dixit rationes philoſophorum, remouet ſolutionem loquentium. poſſunt enim loquentes dicere quod argumentum ſit verum, ſcilicet, quod mundus dependet ab aliquo agente, non tamen eſt ſempiternum, quoniam dependet tanquam effectus nouus. Contra, arguit Auerro. d. quicunque opinati ſunt, quod actio pro-

B cedens ab agente mundi ſit noua, aſſerit quod mundus innouatur ab aliquo agente, quod ſup. eſt improbatum in prima diſputatione huius. ideo ſolutio illa non eſt conſequens. & ſic apparet qualiter opinio philoſophorum eſt conueniens, & illa loquentium eſt extranea.

SED hic poteſt moueri quęſtio. an ceſſante motu cœli mundus deſtrueretur: &, quia totum hoc ſermone prolixo declaraui in penultimo capitulo de ſubſtantia orbis, ideo vide illic. qualiter etiam nouum non proueniat ab antiquo, declaratum eſt in quęſtione de intellectu.

ALGAZEL.

AIt Alga, reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicet, nos autem, cum dicimus quòd mundo ſit efficiens, non intelligimus in hoc efficiens, eligens ad operandum aliquid, quod non operabatur, vt videmus in agentibus in ſutura, textura, & ædificatione, ſed intelligimus per illud, cauſam mundi, & appellamus eam primum principium, in eo quòd non habet cauſam aliam in eſſe ſuo. &,

C ſi appellauerimus eam efficiens, appellamus hac expoſitione. Eſſe autem ens, ad cuius eſſe non eſt cauſa cito conſtituetur de eo demonſtratio inciſiua. nam nos dicimus mundus, & entia eius aut habent cauſam, aut non habent cauſam. ſi habent cauſam, tunc aut illa cauſa adhuc habet cauſam, aut non habet cauſam. & ſic dicitur de cauſa cauſæ. & tunc aut procedet in infinitum, & eſt falſum, aut deueniet ad extremum, & finis erit cauſa prima, cuius eſſe non habet cauſam, quã appellabimus primũ principium. ſi vero mundus eſſet ens ex ſe abſq; cauſa, tunc iam apparet cauſa prima. quoniam nos non intelligimus per eam niſi ens, quod non habet cauſam, & eſt permanens neceſſario. Verũtamen impoſsibile eſt vt ipſum primum principium ſint corpora cœleſtia: quoniam ſunt plura. & ratio vnitatis eſt manifeſta, & apparet deſtructio eius in conſyderando conditionem principii. Nec etiã poteſt dici quòd ſit orbis vnus, aut corpus vnum, vt Sol, aut aliud. eſt enim corpus, & corpus eſt compoſitum ex materia, & forma: primum

autem principium impoſsibile eſt vt ſit compoſitum. & hoc ſcietur ſe- D
cunda conſyderatione. & intentum eſt vt ſit ens, cuius eſſe non habeat cauſam, permanens neceſſario, & conuenienter. diuerſitas vero eſt in attributis, & eſt id, quod intelligimus per primum principium.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis, dicimus quod mundus habet efficientem. iſtam. q. ſoluit Alga. d. non ex hoc intendimus, quod habeat agens eligens, & volens quoddam opus, poſtquam de eo non curabat: ſicut inuenimus in artificialibus agentibus, immo intendimus quod mundus habeat cauſam, quę primũ principium nuncupatur, videlicet, illud. i. tali modo, quod ſuum eſſe nullã habeat cauſam: & licet eum vocauerimus efficiens, debet exponi eodem modo. ſ. vt dixit. Deinde inuenit modum inueniendi illũ, & dicit. Et eſt notandum quod tale agens, vel efficiens poteſt facile probari per rationem, ſeu demonſtrationem. nos nanq; dicere poſſumus quod mundus cũ ſuis entibus cauſatur ab aliquo, aut non. ſi habet cauſam: aut illa cauſa habet aliã cauſam, aut nõ. vnde, aut procedet ad infinitum: quod eſt falſum. aut perueniet ad quandam extremitatẽ, quę eſt prima cauſa nullam habens ſui eſſe cauſam, & dicitur primũ principium. nos enim non intendimus aliud de primo principio, niſi quoddam ens nullam habens cauſam, & eſt permanens neceſſario. Deinde declarat hoc primum principiũ quidnam eſt, & quid non eſt. d. veruntamen, nullatenus dici poteſt quod cœli ſint pri- B
mum principium. Et ſyllogiſmus componitur in ſecunda figura ſic. illa corpora cœleſtia ſunt plura numero. primum principium eſt tantũ vnum numero, nõ plura numero. ergo in ſecunda figura Deus non eſt corpora cœleſtia. Deinde oſtẽdit ipſum non eſſe aliquod cœlorum. d. ſimiliter eſt impoſsibile primum principium eſſe vnum cœlorum: vt vnum corpus aut ſol, aut aliud, & arguit in ſecunda figura. quodlibet corpus cœleſte componitur ex materia & forma. primum principium non debet componi ex materia & forma. ergo primum principium non eſt corpus cœleſte. minor proſyllogizatur ſic: omne compoſitũ ex materia & forma eſt contingens. ens cauſam ſui eſſe non habens permanens eſt neceſſarium: ergo illud erit compoſitum. Et dicit tamen quod in hoc non eſt dubiũ: ſed tota diſſenſio eſt in denominationibus primi principij. quid ſcilicet, intenditur de eo, an ſit principium nouum agens, & qualiter, vt dictum eſt & dicemus.

AVEROES.

Nomẽ cã dr æquiuoce de quatuor cauſis.

Ait Auer. Hic ſermo eſt rhetoricus, & non verus. nam nomen cauſę dicitur æquiuoce de cauſis quatuor, ſ. agente, forma, materia, F
& fine. Quare, ſi hęc eſſet reſponſio Philoſophorum, eſſet reſponſio inuoluta. Nam interrogamus eis de qua cauſa voluerunt, cum dixerint eſſe mundo cauſam primam. Si dixerint intelligimus per eã, cauſam agentem, cuius operatio non ceſſauit, nec ceſſat, & operatum eius eſt actio eius, eſſet reſponſio vera ſecundum opinionẽ eorũ, prout dixerunt abſq; quęſtione aliqua contra eos. Si vero dixerint intelligimus formalem, dubitabitur eis etiam an poſuerint formã mundi permanentem in eo. Si dixerint intelligimus formam ſeparatam a materia, ſequitur dictum eorum ſecundum opinionem eorum. Si vero dixerint formam materialem, ergo principium nõ erit apud eos aliquid, niſi corpus ex corporibus. & hoc quidẽ non dicunt de eo. & ſic, ſi dixerint eſt cã finalis, ſequeretur hoc etiã ſecundum radices eorũ. Et, cum in hoc ſermone ſit interpretatio diuerſa, vt vides, quo ponitur reſponſio Philoſophis? Et, cum dixit & appellabimus eam primũ principiũ,

A in eo ꝙ eſſe eius non habet cauſam aliam, eſt ſermo etiam debilis. nam hęc appellatio verificatur de orbe primo, ſeu de orbibus vniuerſaliter, demum de qualibet ſpecie entium, de qua ponitur ꝙ non habet cām. & nulla eſt differentia inter hanc opinionem, & opinionem Hæreticorũ in cauſa prima. Et, cum dixit de eis etiam, & eſſe ens, ad cuius eſſe non eſt cauſa, cito conſtituetur de eo demonſtratio inciſiua, eſt ſermo intri catus ẽt. nam oportet diſtinguere de quatuor cauſis, & declarare ꝙ in vnaquaq; earum eſt primum, cui non eſt cauſa, ſ. ꝙ cauſæ agentes deueniunt ad primum agens, & formales ad primam formam, & materiales ad primã materiam, & finales ad primũ finem: & remanet poſtea declarare ꝙ iſtæ quatuor cauſæ vltimæ deueniunt ad primam cām. & hoc totum non eſt declaratum in hoc ſermone, quem ipſe recitauit de eis. Et ſic etiam ſermo, quem induxit in declaratione ꝙ hic ſit cauſa prima, eſt ſermo intricatus, cum dixit ꝙ nos dicimus mundus eſt ens: B & omne ens aut habet cām, aut non habet cauſam vſq; ad finem ſermonis eius. Nam cauſa dicitur ęquiuoce. & ſic proceſſus cauſarum in infinitũ aliquo modo eſt falſus, & impoſsibilis, & aliquo modo eſt neceſſarius apud Philoſophos. quoniam eſt impoſsibilis apud eos, cum fuerint eſſentialiter, & directe, ſi præcedens earum eſſet conditio in eſſe poſterioris: & non eſt impoſsibilis apud eos, cum fuerint per accidens, & circulariter, & cum non fuerit corruptio præcedentis conditio in eſſe poſterioris, & eſſet ibi agens primum, vt eſt eſſe pluuiarum a nube, & nubis a vapore, & vaporis a pluuia. nam hoc procedit apud eos circulariter in infinitum, ſed hoc eſt de neceſsitate cauſæ primæ. & ſic eſſe hominis ab homine in infinitum: qm̃ eſſe præcedentium apud eos in huiuſmodi non eſt conditio in eſſe poſteriorum, ſed aliquando eſt conditio corruptio aliquorum. Et hmõi cauſę ſunt apud eos deueniẽtes ad cām primam æternam, ad quam finit motus in qualibet harum cauſarum & hora innouationis alterius cauſati. verbi gratia, cum Socrates C generauit Platonem, motor quidem vltimus in motione in hora generationis eius eſt orbis, aut anima, aut intellectus, aut omnes, aut Deus glo. & ideo dicit Ariſt. ꝙ homo generat eum homo, & Sol. & apparet ꝙ Sol deuenit ad motorem eius, & motor eius ad primũ principium: ergo non eſt homo præteritus conditio in eſſe hominis futuri, vt artifex cum fecerit operata ſucceſsiua in temporibus ſucceſsiuis, inſtrumentis diuerſis, & fecerit inſtrumenta illa cum aliis inſtr̃is, & illa inſtrumenta cum aliis inſtrumẽtis. nam eſſe horũ inſtrumentorũ vnius ab alio eſt per accidens, & nullum eorum eſt conditio in eſſe operati, niſi primum inſtrumentũ, ſ. apparens. & pater eſt neceſſarius in eſſe filii, ſicut inſtrumentum, cum quo appropinquatur operato, eſt neceſſarium ad eſſe operati. inſtr̃m autem, cum quo fit hoc inſtrumentum eſt neceſſarium in eſſe inſtrumenti contigui, & non eſt neceſſarium in eſſe operati, quod iam operatum eſt, niſi per accidens. & ideo aliquando erit corruptio inſtrumenti præcedentis conditio in eſſe poſterioris,

cum fit poſterius ex materia præcedentis, vt cum fit homo ex homine corrupto, mediante eo, quòd fuerit planta ſperma, aut ſanguis menſtruus, & iam locuti ſumus de hoc. Qui autem admittunt proceſſum cauſarum in infinitum eſſentialiter, ſunt Hęretici. & qui concedit hoc, neceſſe eſt ei vt non ſciat aliquid de cauſa agente, & non eſt differentia apud Philoſophos circa eſſe cauſæ agentis. Et, cum dixit ſi autem mũdus eſſet ens ex ſe abſque cauſa, tunc iam apparet cauſa prima, i. quòd Hæretici, & alii confitentur cauſam primam, cui non eſt cauſa. Sed differunt in hoc principio. nam Hæretici dicunt quòd eſt orbis vniuerſalis, & qui non ſunt Hæretici, dicunt quòd eſt res extra orbem, & orbis eſt cauſatum. Et iſti diuiduntur in duas ſectas, ſectam quidem, quę exiſtimat quòd orbis ſit actio innouata: & ſectam, quę exiſtimat quòd ſit actio antiqua. Et, quoniam hæc declaratio eſt communis Hęreticis, & aliis, dixit verũtamen quòd impoſsibile eſt vt primum principium ſit corpus cœleſte, quoniam ſunt plura. & ratio vnitatis eſt manifeſta, ideſt quòd ordo, qui eſt in mundo, apparet ex eo, quòd gubernator eius ſit vnus: ſicut ordo, qui eſt in exercitu, apparet ex eó, quòd gubernator eius ſit vnus, & eſt princeps exercitus. & hoc totum eſt ſermo verus. Et, cum dixit, impoſsibile eſt vt dicatur orbis vnus, aut corpus vnum, aut Sol, aut aliud: quoniam eſt corpus, & corpus eſt compoſitum ex materia, & forma, & primum principium impoſsibile eſt vt ſit compoſitum. Dixi, cum dixit omne corpus eſt compoſitum ex materia & forma, hæc non eſt opinio Philoſophorum de corpore cœleſti: niſi fuerit nomen materię dictum ęquiuoce: ſed eſt id, quod dixit Auicen. tantum. Quoniam omne compoſitum apud eos ex materia, & formá eſt innouatum, ſicut eſt innouatio domus, & theſauri: cœli autem non ſunt apud eos innouati hoc modo innouationis. & ideo appellauerunt eos æternos, ſcilicet quòd eſſe eorum eſt cum ęterno. Nã, cum fuerit cauſa corruptionis apud eos materia, id, quod non eſt corruptibile ſecundum opinionem eorum non habet materiam, ſed eſt quid ſimplex. &, niſi eſſet generatio, & corruptio, quę eſt his noſtris corporibus, non eſſet neceſſe vt eſſent compoſita ex materia, & forma. nam radix huius eſt, quia corpus eſt vnum in eſſe, ſicut eſt in ſenſu. &, niſi eſſet corruptio horum corporum, determinaremus ꝙ eſſent ſimplicia, & quòd materia eſſet corpus. igitur corpus cœleſte, ex eo quòd nõ eſt corruptibile, indicat quòd materia in eo ſit corporeitas, quę reperitur in actu: & anima, quę eſt in ea, non habet ſitum in hoc corpore. nam hoc corpus non indiget in ſua permanentia anima, vt indigent corpora animalium. indigent tamen anima, non quòd ex neceſsitate eſſe eorum eſt vt ſint habentia animam, ſed quoniam melius ex neceſſitate eorum eſt quòd ſint in diſpoſitione meliori, & habentia animã ſunt meliora non habentibus eam. Corpora autem cœleſtia, non eſt differentia inter ea, quòd non eſt eis potentia ſubſtantię, & non ſunt neceſſario habentia materiam, vt ſunt corpora generabilia, ſed aut

Qui admittunt proceſſum cauſarũ in infinitum ſunt Hęretici.

Quæ materia dicat' eſſe in cœlo. vide. 1. cœ. 92.

Quomodo corpora cœleſtia indigeãt aïa, & quo non. vide. 9. Meta. cõm. 12.

D

E

F

erunt,

A erunt, ſicut dicit Themiſtius formæ, aut erunt eis materiæ æquiuoce. Ego vero dico, ſiue ſint eædem materiæ, ſiue materiæ viuentes ex ſe, non autem viuentes vita.

Pro intellectu primi debes ſcire, ꝙ aliter quæſtio mouetur a philoſophis, & aliter mouet eam Alg. quæſtio enim philoſophorū eſt, vtrum mundus habeat cauſam. Alga. autē quæſiuit, an mundus habeat efficientem cauſam; modo conſtat, quod quæſtio philoſophorū eſt vniuerſalior quæſtione Alg. adducta nomine philoſophorum, lege. Dicimus nos, quod iſta verba dialectica, vult dicere, verba, quibus mouetur quæſtio philoſophorum, vt dictum eſt nunc, ſunt dubitabilia non vera, ſcilicet, abſolute: cuius breuem tangit cauſam, dicens, nomen enim cauſa dicitur æquiuoce ſuper quatuor cauſis, ſcilicet, materia, forma, fine, & efficiente. vult dicere quod cauſa dicitur æquiuoce de quatuor cauſis. quoniā cauſæ differunt ſecundum genus principij, licet quædam rerum non differant ſecundum genus prædicamenti: & ideo ibi eſt æquiuocatio dicta penes diuerſitatem generis principij. Ex his voluit innuere, quod quæſtio illa ſit male mota: quoniam debuit moueri non ſub æquiuoco, ſed ſub vniuoco: ſed diceres, nonne Alga. mouet eam ſub forma vniuoci: dixit enim, an mundus ſit habens cauſam efficientem. Ecce, quomodo quæſtio eſt de vno genere cauſæ tantum: dicē

B dum, quod illo modo non negat Auer. fuiſſe bene motam, quantum ad formam quæſtionis, ſed bene, vt eam mouent philoſophi, & Alga. qui mouet quæſtionē nomine philoſophorum, debuit mouere modo dicto ſub vniuerſaliori forma, vt apparet: & ſic Auer. reprehendit formam quæſtionis, ſub qua debuit moueri quæſtio, & non ſub qua mota eſt. D. reſponſionem reprehendit d. vnde, ſi reſponſio philoſophorum fuerit modo prædicto, erronea eſſet reſponſio: cuius rationem dicit, ipſi enim neceſſario exigunt ponere argumentum de quibus quatuor cauſis loquuntur, quando dicunt quod mundus habet primam cauſam, id eſt, quando conueniunt an habeat cauſam, & reſpondent quod habet primam cauſam. Deinde declarat quomodo bene dicerent: vnde, ſi ipſi philoſophi, quos adduxit Alga. reſponderent, quod intendunt loqui de agente cauſa, ſic ſcilicet agens quod, & eius actio fuiſſet ab æterno, & quod eius effectus eſt eius actio, dicimus quod eſſet reſponſio vera, vult dicere quod vno modo ad q. poſſunt diſtincte loqui de cauſa agente æterna, cuius effectus eſt illius actio: & ſic bene dicunt, quoniam mundus habet cauſam agentem iſto modo. Deinde, oſtēdit, quomodo ſecundo modo poſſet eorum reſponſio eſſe bona, d. ſed, ſi ipſi reſponderēt, quod ipſi intendunt loqui de cauſa formali, adhuc eſſet arguendum eis ſup. interrogando, ſi intendunt an forma mundi ſit in eo exiſtens, an ſup. ſit ſeparata,

C quomodo nauta ſeparatur a naui. Si vero dicunt, quod intendunt loqui de forma ſeparata, adhuc eſt petendum, ne, id eſt, an loquuntur de forma materiali, id eſt, an illa forma ſeparata ſit materialis, an purus intellectus: & deſtruit primum dicens, tunc eſſet apud eos principium, id eſt, primus motor neceſſario corpus: & deſtruit conſequens, d. & abſit quod ipſi dicant hoc, quoniam in libris Ari. vt in fine octaui Phyſi. & in 12. Meta. tex. commen. 41. declaratū eſt totū oppoſitum: & tunc ſuppleas quæſtionem, ſcilicet ſi illa forma ſeparata videtur non materialis, tunc bene dicunt. Sed obijcies, quoniam videtur ſermo Auer. ſuperfluus: quoniā nulla eſt forma ſeparata, quæ poſſit intelligi eſſe corpus: & per conſequens illa quæſtio eſt ocioſa. 7. enim Meta. tex. commen. 59. quærere propter quid homo eſt homo, nihil eſt quærere. Dicendum quod forma poteſt dici ſeparata duobus modis: vno modo a materia, & ſic impoſſibile eſt intelligere illam in materia, & ſic quæſtio eſſet ocioſa. alio modo a ſubiecto, & ſic motor reſpectu mobilis eſt forma ſeparata: & ſic eſt propoſitio dubitabilis, eſto qđ primus motor ſit ſeparatus a mobili, ſicut nauta a naui, qui non conſtituitur per nauim, an ſit corpus, an non: & ſic intelligitur ſermo Auer. Et debes ſcire, quod in exemplari, quod prouenit ad me poſt, ſic habet, adhuc eſſet arguendum eis, ſi intēdūt formā mūdi in eo exiſtere: & tūc, adhuc eſt petendū, an ſit exiſtēs tanquā forma materialis, an tanꝗ motor: & abſit qđ primū dicant: q̄m, tūc pri-

Duplex forma ſeparata.

mus motor eſſet corpus, aut virtus in corpore. Vbi aperte Auer. loquitur, & nõ D
accidit dubitare in illa quæſtione. Deinde tangit tertium intellectum. d. Simi-
liter, ſi intendant de formali cauſa loqui, forte concedendum eſſet, id eſt, eodem
modo loquendo de fine, ſcilicet, ſeparato ſicut de forma, eſſet concedendum in-
tentum philoſophorum: & dixit forte, quia nondum eſt declaratum quomodo
primus motor ſit finis, vel quia dubia eſt mens eorum. Deinde concludit pec-
catum Alga. d. tandem ſup. propter hæc, prædicta verba ſunt valde dubitabi-
lia: ideo concludit, quapropter non debent ponere, id eſt, innuere reſponſionem
philoſophorum, vult dicere quod ideo Alga. male poſuit illa tanquam ſint reſpõ
ſio philoſophorum, eo quia philoſophi non vtuntur verbis dubitabilibus. (Id
tamen quod dixit.) Cum reprobauit Alga. tum quantum ad quæſtionis formã,
tum quantum ad ſolutionis modum, vult modo reprehendere ipſum quantum
ad ſententiam, quam adiunxit, per quam probabat primum motorem eſſe: & pri
mo reprobat ipſum quantum ad modum loquendi, ſecundo quantum ad rei natu
ram. In prima parte præponit id, quod vult reprobare. d. id tamen, quod dixit,
videlicet, quod agens in cauſatum poteſt facile demonſtratiue probari, verba
ſunt erronea, immo, vt declarabit, hoc eſt difficile & non facile ad probandum.
Deinde proſequitur. d. quia ibidem, id eſt, in probatione illius plura concurrunt
primo oportet diſtinguere cauſas, vt ſupra dictum fuit, & ſecundo oportet decla
rare quod in qualibet earum eſt dare primam cauſam non habentem aliam: ſic, E
videlicet, quod cauſæ agentes perueniant in aſcendendo ad primum agens, &
formæ ad primam formam, & ſic in alijs, ſcilicet, materia, & fine oportet proba
re ſtatum: tertio oportet probare quod iſtę quatuor ad vnam primam aſcendũt,
id eſt, reducuntur: & tunc concludit peccatum eius. d. iſta ſup. tertia non facile
oſtenduntur: cuius oppoſitum eſt, vt dicit Alga. Debes ſcire pro intellectu ter
tij requiſiti, quod quatuor cauſæ reducuntur ad vnum ſimpliciter: non tamẽ ad
vnam cauſatum, neutra enim reducitur ad neutram, bene tamen quatuor redu-
cuntur ad vnum primum: & hoc diuerſimode, quędam per identitatem: vt finis,
forma, & agens, ſunt enim in Deo vnum in eſſe, & tria in modo: & aliqua ea-
rum per dependentiam, vt materia: prima enim materia reducitur ad primum
motorem per dependentiam, ſicut alibi dictũ eſt. (Similiter id quod.) Nunc re-
probat ipſum in re, & primo quantum ad malam logicã. Vbi debes ſcire, quod
æquiuoca propoſitio eſt, vbi ſubiectum eſt terminus æquiuocus, & eſt talis na
turæ, quod non poteſt eſſe altera pars cõtradictionis: iſtæ enim ſimpliciter ſum-
ptæ, ſcilicet, canis currit, & canis non currit, non ſunt contradictoriæ, eo quia
prepoſitiones ſunt æquiuocæ: ideo debent, antequam ſint contradictionis ex-
trema, ſubdiſtingui, vt dictum eſt in logica. Iſto ſuppoſito, dicit ſimiliter id, qđ
dixit de declaratione primæ cauſæ, videlicet, quando ait quod mundus cũ ſuis
entibus, &c. vult ſubintelligere an habeat cauſam, an non ſunt verba erronea, F
id eſt, peccantia in dialectica ſine dubio: quando enim ipſe dixit, quod mũdus,
& eius entia aut habent cauſam, aut non habent, &c. dicimus enim quod opor
tebat eum diſtinguere illam cauſam, quia cauſa dicitur æquiuocæ, ſcilicet, tam
ſecundum genus prædicamenti, quam ſecundum genus principi, vt dictum eſt: et
per conſequens iſta quæſtio non eſt inter extrema contradictionis. (Similiter
proceſſus.) Nunc reprehendit ipſum tertio, quantum ad rem, declarando quod
ipſe adhuc in logica peccauit: quoniam diſtinguendum ſimpliciter non diſtin-
xit: negauit enim proceſſum cauſarum in infinitum eſſe poſsibilem quantum:
vno modo eſt verum apud philoſophos, alio modo eſt falſum. d. ergo ſimiliter
proceſſus cauſarum ad infinitum apud philoſophos eſt quodammodo impoſsibi
lis, & quodammodo neceſſarius: & declarat quando eſt impoſsibilis. d. videli-
cet, quando infinitum ſumitur per ſe & recte, ita recte, ſcilicet, ꝙ præcedens ſit
cauſa ſubſequẽtis, & nõ ecõtra, tũc iſto modo eſt impoſsibilis: deinde accipit in-
tellectũ cõcedẽdũ, d. ſed qñ ſumitur per accidens, ſ. & circulariter, ita qđ ſup. tali
modo circulariter, qđ corruptio pręcedẽns ſit neceſſaria in eſſe ſubſequentis: &
addo, qđ in tali circulatione ſit primũ agẽs, tũc infinitas in cauſis eſt poſsibilis:
hoc declarat exẽplo, d, vt nubẽ generari a vapore, et vaporẽ a pluuia, et pluuiã

Quatuor cãę poſſunt reduci ad vnum, nõ tñ aliqua illarũ ad aliã inter.

Propoſitio ęquiuoca.

A a nube. In hoc.n.circulo opportet ſupponere primã cãm. Deinde ponit ſecũdũ exẽplũ.d.& hoïem ex homine generari ad infinitũ eſt poſsibile. Sed põt quis dicere nõ ꝓpter hoc cõceditur infinitas entiũ:qñ,ſi ſecundũ eſt, primũ eſt ergo dabũtur cauſę actu infinitę:ideo reſpõdẽdo dicit ſup. dico nõ ſequi infinitum in actu,quia in talibus, vult dicere accidentaliter ordinatis,eſſe præcedentiũ nõ eſt neceſſariũ in eſſe ſequentibus,i.in effectibus ſuccedẽtibus. Declarat ẽt,qđ oportet vt ſit in tali ordine prima cauſa.d.vnde tales cauſę aſcendunt neceſſario ad primã cauſam ęternalẽ,ad quã perueniũt alię cauſę. V.g.;qñ Plato ex Socrate tanquã ex agente generatur,primus motor huius motus,i.generationis iſtius,eſt corpus ſupercœleſte,vel anima,vel intellectus,vel omnes,vel ipſe Deus. Deinde ꝓbat hoc auctoritate Ariſt. vel potius verificat Ariſt.dictũ.d.quãobrem dixit Ariſt.ſecũdo Phyſi.com,26.qđ homo generatur ex homine, & ſole, & ſol mouetur a ſuo motore,& ſolis motor cauſatur gradatim a primo principio, & ꝑ conſequẽs pręcedens homo nõ eſt neceſſarius in eſſe ſubſequẽtis: ſed principiũ primũ eſt ibi opportunũ & neceſſariũ:hoc declarat ẽt exẽplo manifeſto & notabili.d.vt,ſi quidã artifex efficeret opera multa ſubſequẽtia in ſubſequẽtibus tẽporibus, & cũ diuerſis inſtrumentis,& illa inſtrumẽta facta fuerint ab alijs, et illa met ab alijs,manifeſtũ eſt qđ ipſa inſtrumẽta fuerunt adinuicẽ per accidens: & eſt ẽt manifeſtũ,qđ nullũ ipſorũ neceſſariũ eſt in eſſe effecti, niſi primũ, tunc

B applica tu ad propoſitũ. Deinde excuſat ſe.d,& omnia iſta declarata ſunt diffuſius alibi,ſ.in 8. Phyſi.& 5.Phyſi.8.quidem tex.commen.47.& 5.Phy.ſcilicet com,13.& in prima diſputatione huius, in ſolutione quinti dubij. Debes ſcire primo,quod proceſſus infinitus in cauſis eſt poſsibilis,vt innuit hic ipſe,quatuor conditionibus,prima in cauſis per accidẽs,ſecũda circulariter ſe habentibus,tertia vbi eſſe pręcedentis nõ eſt neceſſariũ in eſſe ſubſequentis, quarta ſuppoſito primã cauſam eſſe in rerũ natura. Sed obijciet quis,qm̃ homo fit ab homine,et non circulariter. Secundo, ẽt corruptio patris non eſt neceſſaria pro eſſe filij, vt vides. Dicendũ,vt dicitur in ſecundo Meta.commen.7. & prope finem ſecundi de generatione,quod cauſæ poſſunt eſſe infinitæ.primo, quando accidentaliter ordinantur:quoniam,vbi eſſentialiter,tunc eſſe vnius eſſet ſimul cum eſſe alterius,& ſic infinitum eſſet in actu.ſecũdo circulariter genitis,& hoc propinque vel remote.homo enim fit ab homine,& econtra:remote, qm̃ ex cadauere fit terra,ex terra plãta,ex planta cibus,ex cibo ſperma,ex ſpermate hõ. Dixit vlterius,ita quod ſit ibi primũ agens:qm̃,vbi non eſſet ibi primũ agens, nõ eſſet ordo in cauſis,nec proceſſus,vt dictũ eſt alibi,ſcilicet in octauo commẽ. 15. Secundo debes ſcire quod quatuor ſunt opiniones,quæ reducunt has cauſas generabiles. Ad primam vna. Themiſtij, qui poſuit animam in terra exiſtere,i.

Procedere ĩ infinitũ ĩ cauſis eſt poſsibile.
Dubitatio.
Solutio.

The. opin.

C infra orbem lunæ productam ex ſole,& orbe:declaraui ſecundum Ariſtotelẽ, vel ex dijs ſecundis ſecundũ Platonẽ,vt narrat Auer.in 12.Metaphy.com.18. & apparet in primo,& tertio ſuę abbreuiationis de anima. Secunda fuit opinio Auicen. Alpharabij,& Alexandri,qui ponit intellectum agentẽ vnã intelligentiarũ infra ſphæram lunę eſſe cauſam,ad quã reducuntur omnes hæ præſentes,vt Auerrois dicit.7.Meta.commen.31.& 8.Phyſi.com.79. Tertia fuit opinio Ariſtote. quod illa prima cauſa ſint omnes motores orbium, cõputando etiã Deũ,vt in 9.Metaphy,commen.7,& 12.Metaphyſi.commẽ.44.finxit:vbi declarauit ordinem intelligentiarum inuicem, & neceſsitatem earũ. Quarta fuit opinio legis ſuę,ſcilicet,mahumeti,vt narrat ipſe.12.Metaphyſi. commento.18.quod illa prima cauſa,ad quam omnes reducuntur,ſit Deus, a quo immediate proueniunt omnia, vt ibidem dicit. & ideo aduertens ad has quatuor opiniones dixit. vt anima,vel intellectus, vel omnes, vel ipſe Deus, tetigit enim quatuor opiniones dictas. (Sed id,quod dixit.)Quarto reprehendit illum quantum ad probationem,qua intendit probare Deum non eſſe cœlos, nec cœlum:& primo præponit ſermonem eius,contra quem arguere intendit.d.ſed id, quod dixit, quod primum principium eſſe cœlos eſt impoſsibile, quia ſup. cœli ſunt plures, & vnitas in eo fuit manifeſta,&c.fuit ergo ratio Alga. replicata his verbis,Deinde verificat propoſitionem eius: vbi debes ſcire, quod Deum

Auicen.

Ariſto.

Opinio mahumeti.

non eſſe cœlos, poteſt intelligi duobus modis: vno modo accipiendo Deũ pro D
vno principe, a quo emanant omnia entia. ſecundo modo pro ordine rerum, qui
ordo ſecundũ rem eſt ipſe res ordinatæ, vt alibi ſcis. dicit ergo intendimus quod
ſi, vult dicere quod ordo huius mundi apparet regi ab vno rectore, dicimus qđ
vera ſunt, ſcilicet illius verba, id eſt ſi loquitur de Deo primo modo, vera fuit
eius probatio: & ſup. ſi ſecundo modo, non concludit, vt ſcis. (Sed id, quod di-
xit, videlicet quod impoſsibile.) reprobat ipſum quinto, & primo præponit
ſermonem eius. d. ſed id, quod dixit, videlicet quod impoſsibile eſt dicere quod
vnum principium primum ſit vnum cœlum, vel vnum corpus, ſicut eſſet ſol,
vel aliud orbium, & reperit eius rationem in ſecunda figura. d. quia omne cor-
pus ex materia & forma componitur: & primum principium nõ debet aliquo
modo componi. & per conſequens non eſt corpus. Deinde ſtatim dicit ſuam
phantaſiam, dicimus quod non eſt propoſitio vniuerſalis apud philoſophos,
ſcilicet illa, quod omne corpus componitur ex materia & forma. & quia ad de-
ſtruendum vniuerſalem affirmatiuam ſufficit verificare particularem negati-
uam, ideo dicit, corpus enim cœleſte iuxta philoſophorum opinionem non cõ-
ponitur ſup. ex materia & forma. ergo ſupple, non omne corpus. Deinde remo
uet. q. quoniam omne; quod mouetur, diuiditur in materiam & formam, vt ſecũ-
do Metaphy. dicitur commento. 12. In omni motu oportet intelligere materiã. E
Reſpondet. d. niſi dicatur quod materia ipſorum, ſcilicet orbium, & materia in-
feriorum nuncupentur æquiuoce, vult dicere, quod materia poteſt capi duobus
modis. vno modo vniuocę pro materia tranſmutabili. alio modo analogicę,
prout indifferens eſt ad localem & tranſmutabilem: & ſic poteſt concedi mate-
ria in corporibus cœleſtibus: & quia dictum eſt, quod iuxta philoſophos, cœlũ
non componitur ex materia & forma vniuocę, excipit Auic. d. præter Auic.
q. d. quia ſolus putat contrarium, ſicut dictum eſt primo cœli. commen. 20. Dein-
de probat illud, quod dixit, ſcilicet cœlum non componi ex materia vniuocę
d. quodlibet enim corpus compoſitum ex materia & forma innouatum eſt: ſed
cœli apud eos non innouantur, immo apud ipſos dicuntur ab æterno, vt Ariſt.
8. Phyſi. via motus æterni concluſit. (Qualiter tamen.) Cum reprobauit ipſum
quinque modis, mouet. q. d. qualiter tamen oſtenditur breuiter, ꝙ cœli non ha-
beant materiam. q. d. cum dictum ſit ipſum carere materia, quænam eſt via ad
hoc? Reſpondet. d. dicimus ꝙ hæc eſt via: quia cauſa corruptionis apud philo-
ſophos eſt materia, ſequitur ergo ꝙ id, quod eſt incorruptibile, non ſit recte ma
teriale, immo eſt quid ſimplex. vnde potentia, ſyllogiſmi eſt iſta. omne æternũ
caret principiis generationis & corruptionis: ſed corpus cœleſte eſt æternum:
ergo caret materia, quæ vna eſt cauſa generationis. Deinde probat hoc, quaſi
per locum a contrario. d. & niſi generatio & corruptio acciderent inferioribus F
corporibus, non cogeremur dicere quod ſint compoſita ex materia & forma: &
tunc vis argumenti eſt. ſi cauſa generationis q. t habere materiam, per locum a
contrario cauſa incorruptibilitatis, & eſſe æterni erit carẽtia materiæ, vt Auer.
arguit in vltimo de ſubſtantia orbis. Deinde probat aliud additum, ſcilicet
quod quia caret materia, & eſt æternum, eſt ſimplex, & eorum materia eſt cor-
pus. & argumentum eius eſt hipotheticum, ſic. ſi corpus eſt vnum apud ſenſum
& incorruptibile, eſt vnum ſimplex, & eius materia eſt corpus, ſed corpus cœ-
leſte eſt vnum apud ſenſum & incorruptibile: ergo ſimplex, & eius materia eſt
corpus. huius ſyllogiſmi ponit probationem de corporibus nobis præſentibus:
quoniam, ſi iſta eſſent incorruptibilia, & quodlibet illorum eſſet vnum apud
ſenſum, quodlibet illorum eſſet ſimplex: & ſic patet antecedens. primo ergo po-
nit antecedens. d. radix nanque talis eſt apud philoſophos, quod corpus eſt
vnum in eſſe, ſicut eſt in ſenſu: & per hoc vult intelligere antecedens. illud,
ſcilicet quod, ſi eſt vnum in ſenſu & incorruptibile, eius eſſe eſt ſimplex, &
eius materia eſt corpus. attamẽ non ponit totum, licet ipſum velit totum intelli-
gere. Deinde probat hoc antecedẽs. d. vnde, ſi corpora nobis præſentia nõ eſſent
corruptibilia, & ſup. quodlibet eorũ eſſet ſimplex, diceremus ſine dubio quod
eſſent ſimplicia, & eorũ materia eſt corpus. Deinde accipit minorẽ. d. et ideo, q a

A corpus cœleſte nõ corrumpitur, & ſup. & eſt vnũ apud ſenſum. Deinde accipit conſequentiam.d.apparet quod ipſius materia eſt corporeitas, & ſup. ipſum eſſe ſimplex. Sed debes ſcire, quod ad declarandum ſimplicitatem corporis duo requiruntur, ſcilicet quod ſit apud ſenſum ſimpliciter, & quod careat materia. ſi enim corpus caret materia, & ſit plura apud ſenſum, non poteſt iudicari ſimplex, ideo dixit quod careat materia, & ſit ſimplex apud ſenſum. (Hoc enim.) vlterius hic remouet circa nunc dicta aliud dubium; quoniam corpus cœleſte eſt, attamen, vt declaratum eſt in multis locis, maxime ſecundo cœli in textu & commen.61.vnde, ergo poterit quis credere ipſum eſſe compoſitum, ſicut animal generabile ex anima & corpore, & ſic ex materia & forma, Reſpondet: vbi debes ſcire, quod aliquod corpus indigere anima eſt duobus modis. vno modo, vt illa ſit formaliter eius eſſe in actu, & in ſpecie, ſicut corpus hominis: indiget enim cogitatiua, vt illa ponitur in eſſe actu formaliter, ſic quod actuale eſſe hominis eſt eſſe animæ eius. Alio modo, aliquod indigere anima, vt ponitur in eſſe nobili, & conſeruante in operatione: eo quia eſſe eius eſt in actu: attamen eſſe non poteſt, niſi opere. iſta diſtinctione habita, continuatur ergo ſic litera. dico quod licet ſit cœlum compoſitum ex anima & corpore, non tamen ex materia & forma vniuoce dictis. hoc enim corpus non indiget anima in ſua conſeruatione perpetuali, id eſt primo modo, ſicut corpora animalium indigent.

Ad cognoſcendum an corp' ſit ſimplex duo requiruntur.

Dupliciter corp' anima indiget.

Licet cœlũ ſit cõpoſitũ ex aĩa et corpore, non tñ ex materia & forma.

B Deinde declarat quomodo indiget.d.veruntamen indiget anima, non ꝙ ſit neceſſaria in ſuo eſſe, id eſt actuali primo modo, ſed ſecundo modo, ſcilicet vt ſit animatum: cuius rationem breuem tangit, quia id, quod eſt nobilius, oportet ꝙ habeat nobiliorem gradum. ſed animatum eſt nobilius inanimatis: ergo oportet vt habeat nobiliorem gradum, qui eſt gradus vitalis, & maxime animalis, vt ſcis ſecundo de anima. commen.15. Deinde probat concluſionem prædictam cõfeſsione omnium peripatheticorum.d. & nulla eſt diſſenſio apud peripatheticos, quod corpora ſupercœleſtia non habeant potentiam ſubiectam, id eſt materiam aliquo modo: & ideo non eſt neceſſarium, quod habeant materiam, ſicut ſe habent corpora generabilia, id eſt vnius rationis cum materia illorum. ecce, quomodo omnes in hoc ſunt concordes. Deinde probat hoc auctoritate Themiſtij.d. vnde, & ait Themiſtius corpora cœleſtia aut ſunt formæ, aut ſunt materiæ dictæ cum noſtra materia æquiuoce, aut ſunt materiæ viuæ, id eſt animatæ de ſe, non aliqua alia vita, id eſt generabili & corruptibili, ſed æterna.

Sed super his accidit quęſtio: quoniam videtur dictum Auer. contrarium ſibi. hic enim dicit materiam cauſam generationis. In primo autem de ſubſtantia orbis, & primo cœli, videtur dicere quod materia & contrarium, vt apparet commen.20. & ſic videtur diminutus, vel ibi ſuperfluus. Et licet de materia cœli in multis locis dixi, vt in quęſtione propria de hoc, & tetigi hanc. q.

Contradictio ĩ dictis Auerro.

C attamen, pro nunc dicẽdum, quod cauſa generationis & corruptionis ſunt duę, ſcilicet materia, & contrarium: quia tamen mutuo ſe inferunt, omne enim habens materiam habet contrarium, & econtra, vt Auerrois primo cœli, commento 124. probat, ideo multotiens Auer. dicit cauſam corruptionis eſſe materiam, vt hic, multotiens contrarium, vt 5. Phyſi. commen. 10. quoniam ſatis in vno conuertibilium intelligit reliquum.

Solutio.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et reſponſio eſt duobus modis. Primus quidem, quoniam ſequitur ſecundum opinionem eorum, vt ſint omnia corpora mundi antiqua, quibus nõ eſt cauſa. Et, cum dicunt ꝙ deſtructio huius ſcietur ſecunda conſideratione, deſtruetur quidem hoc etiam in diſputatione vnitatis, & ablatione attributorum poſt hanc diſputationem præcedentem.

Nunc induxit Alga. reprehendentem philoſophos duobus modis, quorum ſecundus ponitur in dubio quarto. Pro intellectu huius, debes remouere proceſſum philoſophorum ad probandum, ꝙ Deus ſit agens. dico ergo ꝙ ſic arguebāt. In omnibus agentibus oportet venire ad vnum primum ſimpliciter æternū. aliter in cauſis eſſet proceſſus infinitus, & reliqua. contra hunc proceſſum inſtat Alga. duobus modis expreſſe: quorum ſecundus ponetur in dubio quarto, licet in præſenti dubio ponat vnum expreſſe, & alium implicite, & ſic computando omnes arguit tribus modis. primo arguit ſic. ſi daretur agens primum æternum, ſequitur ꝙ omnia corpora mundi eſſent æterna, & ſic nihil generatur contra eos. Secūdo arguit. ſi aliquod agens eſſet tale, illud eſſet corpus, vel virtus in corpore. Hoc ergo dubium in ſecundo diuiditur, quia primo explicat primā rationem cōtra philoſophos, ſecūdo ibi. (Et id, quod dicunt.) tangit ſecundū modū, dicit ergo, & nos dicimus quod ad hoc, id eſt contra illum proceſſum reſpondendū eſt dupliciter, id eſt arguēdo duobus modis: quorum vnus eſt, ꝙ ſequitur iuxta ipſorum opinionem, quod omnia mundi corpora eſſent antiqua, & incauſata. i. nullo modo dependentia. (Et id, quod.) Hic tangit ſecundam reprobationem ſecundi philoſophorum dicti. Vbi debes ſcire, ꝙ Ari. in 8. probauit primū motorem eſſe vnum ex vnitate primi mobilis. Si enim datur vnum primū, oportet vt detur vnum primum agens mobile illud mouens ſemper, & ideo videmus Ariſto. vt dicit Auer. primo Cœli com. 33. facere quæſtionem de vnitate mundi: quoniam, vt dicit Auer. qui dixit quod mundi ſunt plures, coniungere ei credere multa principia, & econtra, & ideo Ariſto. declarauit ex vnitate primi vnitatem mundi, vt Auerro. in primo Cœli. commen. 90. declarat. vide. Hęc ergo fuit vna alia via ad probandum eſſe vnū primum agens. dicit modo Alg. & id, quod dicunt philoſophi, quod deſtructio huius. i. principium agentium pluralitatis. i. quod opiniones dicentes plura eſſe principia, deſtructio poteſt ſciri per alium modum. ſ. a ſupradicto. nos reprobabimus eum, i. illum modum cum perueniente ideſt ventura diſputatione quinta: quando de vnitate Dei, & remotione denominationum, id eſt ſimpliciiate illius in 8. diſputatione tractabimus. Vbi ſecundo debes ſcire, quod reprobatio componitur ſic. omnis ſubſtantia cōpoſita ex pluribus denominationibus. i. attributis eſt corpus, aut virtus in corpore: ſed Deus eſt ſubſtantia compoſita ex pluribus denominationibus. ergo Deus eſt corpus, vel virtus in corpore. maior ſupponitur ab eo tanquam manifeſta. minor declaratur: quoniam, apud philoſophos Deus eſt agens, Deus eſt vnum ſecundum vnitatem primi mobilis, eſt mouens. & ſic de alijs, quæ agenti conueniunt, & per conſequens pluribus denominationibus conſtituitur. concluſio eſt falſa. ergo aliqua præmiſſarum: non maior: ergo minor. ſed minor ſequitur ex hoc, quod ponunt Deum eſſe primum agens, primū mouens, vnū, &c. ergo Deus non eſt vnum primū agens. hic ergo eſt modus, quē dicet poſt Alg. contra philoſophos in reprobatione illius ſecundi modi.

D E F

Ex vnitate primi mobilis arguitur vnitas primi motoris.

A V E R O E S.

AIt Auer. Ideſt quòd ipſi, cum non poſſunt affirmare vnitatem, nec poſſunt affirmare quòd vnum non ſit corpus. nā, cum non poſſunt remouere attributa, erit hoc primum apud eos ſubſtantia cum attributis: & quod eſt huiuſmodi, eſt corpus, aut potentia in corpore: tunc ſequitur eis vt primum, quod non habet cauſam, ſint corpora cœleſtia. Attamen hic ſermo ſequitur dicenti ſermonem, quem recitauit nomine Philoſopborum. Philoſophi vero nō indigent ad eſſe primi non babentis cauſam eo, quod tribuit eis rationibus nec etiam exiſtimant quod ipſi non poſſunt afferre rationē

A vnitatis,niſi per viã rationis ex ablatione corporeitatis à primo prin-
cipio,& hæc quæſtio veniet poſtea.

Videtur mihi, quod Auer.hic arguat contra ſecundum modum, quem infra
dicet Alga.quem ſupra expreſsit.& primo repetii ſententiam eius dicens, dici-
mus nos quod ipſius intentio eſt,quod philoſophi nequiuerunt vnitatem Dei aſ-
ſerere.i.non bene potuerunt probare Deum eſſe vnum,neque ſup.potuerũt aſſe-
rere quod vnum ſit corpus:ſic reperitur translatio iſta:& ſi ſic, videtur mihi qđ
Auer.velit dicere nomine Alga.ꝙ philoſophi in duobus peccant. primo, quia
non potuerunt aſsignare Deum eſſe vnum ex vnitate corporis cœleſtis ſecun-
dum modum iam expreſſum:ſecundum peccatum eſt, quoniam neque poſſunt
probare ꝙ in natura eſt vnum primum corpus,quod mouetur ex ſe: & tunc le-
ge ſic.ꝙ ipſi nequiuerunt aſſerere,id eſt,probare Dei vnitatem,ſup. ex vnitate
corporis primi.& hoc,quantum ad primum errorem philoſophorum,neque po-
tuerunt aſſerere demonſtratiue ꝙ vnum ſit primum corpus.& hoc,quantum ad
ſecundum errorem.quod autem hoc ſecundum non poſſunt probare, Auer.non
explicat,ſed explicat primum.d.poſtquam ipſi nequiuerunt remouere Dei de-
nominationes.vult dicere,quòd hac de cauſa non poſſunt ſaluare Dei vnitatẽ,
quia ſaluando illam,intrant concedere ipſum eſſe conſtitutum ex pluribus de-
B nominationibus:cuius rationem explicat dicens. oportet enim eos concede-
re quod Deus ſit ſubſtantia cum denominationibus, id eſt, compoſita ex mul-
tis denominationibus, id eſt, attributis.& hęc eſt minor Algazelis.Deinde po-
nit maiorem.d.& quodcunque ſic ſe habet,eſt ſine dubio corpus, aut virtus
corporea. hic ſuppleas concluſionem, quam in expoſitione dubij poſui:quam
hic ipſe repetit dicens,& ideo ſequitur eos quod primum principium incauſa-
tum ſit corpus cœleſte,vel quodcunque aliud:quod autem illud ſecundum phi-
loſophi probare non poſſunt. Auer. non explicat, poteſt tamen explicari:
quoniam via probans corpus ęternum eſſe,eſt via motus ęterni, ſic, ſi motus
eſt aliquis in rerum natura ęternus.eſt aliquod corpus motum ęternum ſed ali-
quis motus eſt ęternus,vt primus circularis, ergo erit aliquod corpus ęternum.
vult ergo Algaze. quod hęc via nulla ſit, quoniam ſuſtentatur in minori du-
bia,in qua loquentes contradicerent: ideo videtur quod duobus modis pecca-
uerunt philoſophi.ſed in translatione ſecunda ſic reperitur ſcriptura. (Neque
quod vnum non ſit corpus.)& tunc videtur dicere quod iſti peccant, quia non
poſſunt probare Dei vnitatẽ, neque poſſunt probare ipſum non eſſe corpus per
illam vnitatem.q.d.eo quia ad illam probationem ſequitur Dei eſſe in materia
C conſiſtere, vel ipſum eſſe corpus, vt dictum fuit:& tunc ſecundum hoc, non re-
petit niſi vnũ peccatum philoſophorum,& eſt melius.(Sed philoſophi.)reſpon
det hic ad argumentum Alga.contra philoſophos.&, vt mihi videtur, ipſe ne-
gat minorem.vnde dicit, ſed philoſophi non attribuunt neceſſario eſſe cui cau-
ſa non eſt,id eſt,ipſi neceſſe eſſe in cauſato id, quod dixerat Alga. nomine eo-
rum, id eſt, Deum eſſe compoſitum ex pluribus denominationibus: ecce, quo-
modo negat minorem. Deinde reſpondet ad probationem. d. neque putant
philoſophi, quod ipſi nequeant probare egregie, id eſt,demonſtratiue Dei vni
tatem, & ab ipſa vnitate remouere denominationes.q.d.ꝙ philoſophi poſſunt
concedere Deum eſſe vnũ ex illa ratione,& tamen poſſunt remouere eius cõ-
poſitionem:quia, licet Deus ſit vnus,mouens,agens,&c.attñ iſta non dicũt com
poſitionem.propter quod excuſat ſe.d.& Deo dante in ſequẽtibus diffuſe tracta
bimus.Ecce,quõ pulchre Auer.ſatisfecit ad ratiouẽ formaliter,& quam diffici-
le fuit mihi ordinare dubium, & ſolu. dubij,eo maxime, cum nullam viderim
expoſitionem:& vtinam ꝙ haberem aliquam. multotiens enim deſperatus ex
difficultate verborũ iſtius translationes,& carentia expoſitionis volui dimitte-
re.attamen,quantum poſſum,tantum exponam. expoſitio aũt ſubtilior relin-
quatur poſteriori.. Sed dices,quare Auer.nõ reprobat primũ modũ,neq; appro-
bat? videtur mihi,quod propter duo.primo,qa eius ſolutio manifeſta eſt ex di-
ctis.cõſequẽtia,11,illa ſuſtentatur in vna propoſitione,ſ. quod ab ęterno immo-

bili nouum prouenire non poteſt, ergo, ſi Deus eſt agens æternum, omnia cor- D
pora mundi, quæ ab ipſo dependent, erunt æterna modo hæc ratio ſoluta eſt multotiens in tertia diſputatione, vbi dictum eſt quod propoſitio illa, vbi ſubſtentatur, eſt vera, ſcilicet immediate, vt dictum eſt. 8. Phyſi. commen. 15. vbi dictum eſt, quod ab æterno non prouenit nouum immediate, licet mediate bene. & hoc declaraui in expoſitione ſecundi de ſubſtantia orbis. Secundo videtur mihi, quod ideo non ſoluit illam: quoniam, ex dicendis poteſt eius ſolutio eſſe manifeſta: ideo, ne ei accidat verborum ſuperfluitas, rationabiliter potuit ſuperſedere.

Prima qõ. S E D, circa dicta videtur eſſe quæſtio rationabilis: quoniam pluralitas attributorum arguit compoſitionem in continente. videmus enim hoc in omni ente generabili, vbi eſt bonitas, ſapientia, virtus actiua, & ſimilia. multitudo enim attributorum arguit compoſitionem in omni re generabili, ergo, & in Deo: &, ſi non in Deo: erit quæſtio, quare non in Deo, & in alijs ſic. Secundo poteſt argui, quoniam illa multa vel reducuntur in vnitatem, vel ſunt ſimpliciter plura. ſi plura, ergo continens illa eſſet congregatum, & vnum vnitate exercitus. Si in vnitatem, in omni vnitate oportet aliquod habere ſe vt actus, & alterum vt potentia, ergo erit compoſitio. Ad iſtam. q. dicunt quidam, quod multitudo attributorum in omni ente citra primum, arguit compoſitionem: cuius ratio eſt, quoniam in eis non poſſunt eſſe, niſi vt cauſantur a primo, & ſic compoſitionem dicunt. nunc autem cauſatum eſt compoſitum, ſecundum Auer. in primo autem, quia continentur vt in cauſa, ideo ſunt in eo ſine compoſitione: & hoc eſt, quod dicitur communiter, quod quæcunque ſunt in rebus diſperſa, ſunt vnita in Deo, eo quia ibi ſunt eo modo, quo cauſata ſunt in cauſa, quę continentia nullam dicit compoſitionem. Sed mihi videtur, quod opinio iſta ſit purus error: quoniam, vel multitudo attributorum formaliter dicunt compoſitionem, id eſt, inquantum multitudo attributorum, vel per accidens ratione ſubiecti, in quo ſunt. ſi ſecundum, male dicunt: quoniam eius, quod eſt per ſe, non debet cauſa aſsignari per accidens, etiam, vt ſic omnia in creatura eſſent compoſita ratione continentis. Si vero dicit compoſitionem formalem, ergo in quocunque dicet compoſitionem, ſaluata eius ratione quiditatiua & formali, & ſic in Deo eſſet compoſitio. Ideo mihi videtur, ꝙ multitudo attributorum, ſecundum eius rationem formalem, non dicat compoſitionem: quoniam, in omni compoſitione oportet vt conſideretur vnum vt actus, alterum vt potentia, modo vnum attributorum non erit vt actus reſpectu alterius, ergo formaliter multitudo illa compoſitionem non poteſt dicere. Verum debes ſcire, quod attributa poſſunt ad duo comparari: vel inter ſe, vel ad ſubiectum in quo ſunt. ſi primum, vt ſic formaliter compoſitionem non dicunt, vt declaraui. ſi ſecundum, vel illud ſubiectum eſt cauſa in ſe ſimpliciter, & ſic continetur in eo per eſſentiam, & ſummam identitatem, quoniam quod additum cauſato facit cõpoſitionem, ideo cauſa eſſentiali facit identitatem. ſi cauſatum ſic attributum comparatur illi, vt forma accidentalis, & ſic compoſitionem facit cum eo, ſicut albedo cum pariete: ſed, quomodo hoc ſe habeat, ſufficientius declaraui in commento. 39. 12. expoſui. & infra in vltimo capitulo diſputationis dicam.

Opinio quorundam. B

Impugnatio.

Ad duo attributa poſſunt cõparari. E

Solutio. Quibus viſis, ad primum dicendum quod in omni ente generato multitudo attributorum comparata continenti compoſitionem facit, licet in ſe non ſit compoſitio: quoniam vnum attributum alteri comparatum compoſitionem non poteſt dicere, cum neutrum reſpectu neutrius ſe habeat vt potentia, ſed omnia ſunt perfectiones. Ad ſecundum dico, quod inter ſe nullam vnitatem dicunt, niſi reſpectu continentis, & ideo non ſunt aggregatum per accidens: quoniam vnum aggregatione, nec compoſitionem dicit, ſi illa, quæ ſunt in eo, componantur inter ſe, nec ad aliud: non ſic attributa, quoniam comparata ipſi continentibus, aliquando comparantur vt formæ, quando eis adduntur, non per eſſentiam, ſed prout ab alio cauſantur, vt dixi: ecce igitur, quomodo poteſt ſaluari Dei ſimplicitas cum multitudine attributorum.

A

ALGAZEL.

AIt Alga. Modus autem Secundus, & eſt proprius huic diſpu-
tationi eſt, vt dicatur iam ſcimus ꝙ iſta entia habent cauſam,
ſed forte illa habet cauſam, & cauſa cauſæ habet cauſam, &
ſic in infinitum. Cum autem dicunt quod affirmare cauſas infinitas
eſt falſum, hoc quidem non conuenit. quoniam nos dicimus an ſcitis
hoc de neceſsitate abſq; medio, aut ſcitis hoc mediante aliquo medio?
& non eſt modus rationibus de neceſsitate. & quælibet via, quam vos
dicitis cum conſyderatione, deſtruitur vobis, cum admittis reuolutio-
nes non habentes principium. &, cum fuerit poſsibile procedere in eſſe
ipſum infinitum, non eſt inconueniens vt aliquod eorum ſit cauſa ali-
cuius, & finiunt in vltimo extremo ad cauſatum, quod non habet cau
ſatum, & non finiunt ex alio latere ad cauſam non habentem cauſam,
B ſicut tempus pręcedens habet finem, & eſt inſtans, & non habet princi
pium. Si autem exiſtimaueritis quod innouationes prætentę non re-
periuntur ſimul in vno tempore, nec in aliquibus temporibus: & quod
non eſt, non denominatur fine, & priuatione finis, tunc ſequitur hoc
vobis in animabus hominum, ſeparatis a corporibus, quæ non finiunt
ſecundum vos, & ente ſeparato a corpore ex animabus infinitis. nam
nunquam ceſſauit ſperma ab homine; & homo a ſpermate in infinitũ.
Vlterius, omnis homo mortuus remanet anima eius, & eſt alia nume-
ro ab anima eius, qui mortuus eſt antea, & cum eo, & poſt eum, licet
totum ſit vnum ſpecie: ergo ſecundum opinionem veſtram ſunt in eſ-
ſe in qualibet hora animæ infinitæ. Si autem dixerit animæ non ha-
bent copulationem adinuicem, & non habent gradum, nec natura, nec
poſitione. nos autem negamus entia infinita cum habuerint ordinem
naturaliter, vt ſunt cauſæ, & cauſata, animæ vero non ſunt ſic. Dici-
C mus hoc iudicium eſt poſitione, & non eſt dignius conſequi quàm con
trarium eius. quare negaſtis vnam duarum partium, & non negaſtis
aliam? & quæ eſt demonſtratio diſtinguens? Et quare negatis ei, qui
dicit quòd iſtæ animæ infinitæ non euadent ab ordine, & gradu? poſt-
quàm eſſe alicuius earum eſt ante eſſe alterius. nam dies, & noctes præ
teritæ ſunt infinitæ: &, cum conſyderauerimus eſſe vnius animæ in
die, & nocte, tunc eſſet id, quod eſt in pręſenti extra finem, & eſſet in
ordine entitatis, ſcilicet aliquod poſt aliquod. Cauſa autem finis eius
eſt vt dicatur quòd ſit ante cauſatum naturaliter, vt dicitur quòd eſt
ſupra cauſatum eſſentialiter non in loco. &, cum hoc non fuerit fal-
ſum in præcedenti vero, ſic etiam non debet eſſe falſum in præcedenti
eſſentiali naturali. & quæro quid habent in mente ſua, cum non po-
nunt poſsibile, vt ſint corporum aliqua ſupra aliqua in loco in infini-
tum, & ponunt poſsibile aliqua entia ante aliqua tempore in infini-
tum? eſt ne hoc niſi iudicium frigidum ſine radice.

Cum narrauit primum modum, quo Alg. reprobauit philoſophos, nunc narrat ſecundum modum: & primo, in hoc dubio narrat in breui argumentum philoſophorum. d. ſecundum vero eſt, ſup. in quo accuſantur Peripathetici in eo, quod dicunt, ꝙ entia adinuicem cauſantur: modo, ſi non eſſet primũ in cauſis, eſſet proceſſus in infinitum: & litera eſt male tranſlata. Sic enim reperitur in arabico, et in tranſlatione noua. ſecundum vero eſt, ſecũdum ꝙ dicunt Peripathetici, quod entia adinuicem cauſantur. (Sed forte.) poſtquam narrauit motiuum illorum, reſpondet ei, vt debilitet ipſum. d. forte dicendum eſt, ꝙ cauſę ſucceſsiuę procedunt ad infinitum: eſt ergo reſponſio, ꝙ inconueniens philoſophorum non eſt inconueniens: quoniam, in cauſis non inconuenit ire in infinitum. (Et ſi ipſi.) ponit primam euaſionem philoſophorum. d. & ſi ipſi reſponderent nobis, ꝙ hoc eſt impoſsibile, quaſi dicat, eo quia infinitum, quomodolibet eſt impoſsibile eſſe. (Nos dicemus.) arguit contra hoc. d. nos dicemus eis qualiter hoc aſſeritis? aut hoc, id eſt, iſta poſitio eſt prima cognitio, id eſt, propoſitio ſimpliciter nota apud vos ſine aliquo medio, aut ab aliquo medio, id eſt, propoſitio demonſtrabilis. D

Triplex propoſitio.

Debes ſcire, vt dixi, & accipitur primo cœli. com. 2. ꝙ propoſitio eſt tribus modis: quędam ſimpliciter nota, vt primæ propoſitiones, quæ ſunt naturaliter notę. quædam omnino ignota, eo quia eius notitia ſolum per medium demonſtrationis fit in nobis: quædam medio modo, eo quia eſt nota ſine medio, indiget tamen modicula innuitione, ſcilicet quę fit ſyllogiſmo hypothetico loco a contrario, vt dicit Auer. ſecundo Phyſicorum. commento. 3. ideo petit Alga. iſta propoſitio, in cauſis non eſt proceſſus in infinitum, vel eſt ſimpliciter nota, vel indiget aliquo medio? (Primum eſt.) nunc reprobat primum membrum, tacet autem ſecundum: quoniam intelligitur ex primo. d. primum eſt falſum: cuius rationem dicit, multa enim ſunt obijcientia, id eſt, contradicunt huic: quorum primum ponit. d. vt reuolutiones orbium, quę apud vos ſunt infinitę, & non perueniunt in futurum ſine dubio ad computum terminatum vltimum, & non modo ſunt infinitę a parte poſt, immò & ſunt infinitę ab alia extremitate, id eſt, a parte ante. (Et ſi forte) ponit ad hoc ſecundam euaſionem. d. & ſi forte diceretis, ꝙ præteritæ nouitates non reperiuntur præſentes aliquo tempore, & id, quod priuatum eſt, nequit, id eſt, non debet denominari de infinitate, aut finitate: vult dicere ꝙ Philoſophi intelligunt in entibus poſitiuis eſſe inconueniens, non priuatiuis, quę non ſunt vere nec finita, nec infinita, niſi forte ſecundum rationem. (Nos vero.) arguit contra hoc: & virtus argumenti eſt: quoniam, licet preteritiones non ſint entia poſitiua, attamen in eis poſſunt eſſe infinitæ res poſitiuæ: quod declarat. d. nos vero reſpondebimus ad hoc vobis, quod animę ſeparatę præteritorum hominum ſunt infinitę, & præſentes, ſuppoſito mundum fuiſſe ab æterno, & licet ſint vna in ſpecie, infinitę ſunt in numero, & per conſequens euaſio eſt. (Et ſi forte) adhuc ponit tertiam euaſionem. d. & ſi forte diceretis, ꝙ animæ ſeparatę hominum nullum habent ordinem ſitualem, neque naturalem, neque localem: & infinitates prędictę intelliguntur de entibus ordinatis naturaliter in cauſis, & cauſatis: ſed dictæ animę non ſic ſe habent. E F

Debes ſcire, quod duobus modis aliquid poteſt intelligi eſſe in rerum natura in terminata parte. vno modo ſitualiter, ſicut ponit Auicen. de octaua ſphęra. Alio modo localiter, per circumſcriptionem alicuius ſuperius ambientis. & vtrunq; duobus modis. naturaliter, ſicut ignis in concauo lunæ, &c. ſecundo modo violenter, ſicut graue ibidem. vult ergo iſta euaſio, quod propoſitio dicta intelligatur in rebus ſitualibus, vel locatis naturaliter, cuiuſmodi non ſunt animæ hominum ſeparatę. (Nos ad hoc.) contra hoc arguit. d. nos ad hoc reſpondentes dicimus, quod hęc euaſio, quam ſumpſiſtis in ſitu, id eſt in rebus ſitualibus, non eſt magis vera in eo, id eſt ſitu, quam in ſuo contrario, id eſt non ſitualibus. quare, ergo magis attribuitis impoſsibilitatem vni eorum, quam alteri? & qualis eſt demonſtratio apud vos in hoc, id eſt, quod magis ſit inconueniens de vno, quam de altero? (Rurſus) ſecundo arguit cõtra idem. d. quare negatis dictas animas habere ordinem? immo omnes tenent eas ordinari ſecundum merita earum cum ſunt in corporibus. (Et eſt manifeſtum,) ſecundo, arguit quod ſunt in loco: & ratio eius ſic componi-

A tut. In quorum cunq; naturis inuenitur ordo ſecundum ante, & poſt, ideſt ſecundum prius & poſterius, illa ſunt in loco, quoniam mouentur localiter. ſed in naturis animarum inuenitur iſte ordo prioris, & poſterioris: ergo locus. minor probatur auctoritate legis, quoniam animę migrant de vita præſenti ad aliam vitam, & per conſequens mouentur. Huius ergo primo tangit probationem minoris. d. & eſt manifeſtum, quod animæ ſeparatæ tranſmigrant de hoc mundo ad aliam vitam gradatim in temporibus præteritis infinitis, ideſt vna poſt alteram in infinitum tempus ante tempus, quod eſt præſens. Deinde accipit minorem. d. vnde, poſtquam in eſſe, id eſt in naturis earum reperitur ordinatio, id eſt tranſitus de ante & poſt. Deinde ponit concluſionem. d. ergo, &c. id eſt ergo illæ ſunt in loco. & cum dixit totum hoc, recapitulat peccatum eorum, d. patet ergo o Philoſophi, quod verba veſtra non ſunt niſi phantaſmata, & ambages.

AVEROES.

AIt Auer. Cum dixit ſed forte cauſa habet cauſam, & cauſa cau-
B ſæ habet cauſam, & ſic in infinitum, vſquequo, & omnis via, quam dicitis in hac re, deſtruetur vobis, admittendo reuolutiones non habentes principium, eſt profecto dubitatio, cuius reſponſio iam præceſsit, cum diximus ꝙ Philoſophi non admittunt cauſas, & cauſata infinita: qm̄ deuenietur ad cauſatum, cui non eſt cauſa: & concedunt hoc per accidens, propter cauſam præcedentem: ſed non cū ſunt directe, & ſimul, nec in materiis infinitis, ſed cum fuerit circulariter. Id autem, quod recitat de Auicenna, ꝙ ipſe admittit animas infinitas, & hoc non eſt impoſsibile niſi in habente ſitum, eſt ſermo non verus: quem nemo Philoſophorum dixit. & impoſsibilitas eius apparet ex demonſtratione vniuerſali, quam recitauimus de eis. Et non ſequitur Philoſophis aliquid eius, quod intulit eis ex hac poſitione, ſ. ſermone dicente quòd ſint animæ infinitæ in actu. & propter hoc dixit de migratione animarum ex corpore in corpus, ex eo ꝙ animæ ſunt numeratæ numeratione indiuiduorū, & quòd remaneant. Et, cū dixit & quare
C non admittunt corpora, quorum aliquod eſt ſupra aliquod in loco in infinitum, & tñ admittunt reperiri aliquod eorum ante aliquod in tpe in infinitum? eſt ne aliquid hoc, niſi iudicium frigidum? dr̄ia profecto inter ea apud Philoſophos eſt manifeſta. nam ponere corpora infinita ſimul, ſequitur ex eo vt reperiatur infinito totum, & quòd ſit in actu. & hoc eſt falſum. tempus vero non habet ſitum: & non ſequitur ex eo quòd ſunt corpora, qnorum aliquod eſt ante aliquod in infinitum, vt ſit infinitum in actu. quod eſt impoſsibile apud eos.

Quomodo concedunt philoſophi infinitatem in cauſis et cauſatis.

Videtur mihi, quod iſta ſolutio poteſt diuidi in duo: quia, primo ponit veram euaſionē philoſophorum, ſecundo ibi. (Sed id, quod) reſpondet argumento cōtra illam. In primo repetit id, cui vult reſpondere. d. dicimus nos ꝙ id, quod dixit, ꝙ forte cauſę procedunt in infinitum, vſque quando dixit, illud verbum, vt reuolutiones orbium, & c. i. ꝙ ſententia cōtenta in his verbis ſoluitur, quod declarat. d. ad hoc reſpondendū eſt, ꝙ philoſophi negant infinitatem cauſarum, & cauſatorum, quia perueniunt. i. dicunt eſſe perueniendū ad ens cauſam non habens, vult dicere quod inconueniens philoſophorum eſt, quia tunc in cauſis eſſentialiter ordinatis eſſet proceſſus infinitus. Deinde ponit id, quod non reputant incon-

ueniens.d.ſed per accidens bene concedunt hoc, ratione cuiuſdam antiquę cau- D
ſę. Deinde ponit ſecundum modum impoſsibilitatis.d.ſed non,quando ipſę cauſæ deſcendunt recte. Deinde ponit tertium.d. vel ſimul in materijs infinitis. Vbi debes ſcire, quod quatuor modis in cauſis poſſumus imaginari proceſſum in infinitum,ſcilicet prout ſunt eſſentialiter ordinatę, ſecundo,prout recte per inferiorem in perfectionē,aſcendendo in infinitum, ideſt in eodem genere cauſæ, & tertio,prout ſunt in actu, & quarto,prout accidentaliter ordinatę, & ſucceſsiue accipiuntur. Sed dices,quomodo differt ſecundus modus a primo. reſpondeo, quod primus modus intelligitur,ſiue in eodem genere cauſæ, ſiue in diuerſis. ſecundus in eodem genere cauſę tantum: & hoc dicit Auer.2. Met.in commen.5. in expoſitione ſecunda,vbi ait,& forte intendit per rectitudinem vnius ſpeciei, vult dicere cauſę. V.g.quando omnia ſunt in eodem genere cauſę. V.g.vt homo ſit ab homine,& ſup.homo a ſole,& ſol a primo motore, ſemper ſeruando idem genus cauſę. per ſecundam ſpeciem intelligit ea, quę ſunt de diuerſis ſpeciebus collocatis ſub vno genere. V.g.vt ignis fiet ex aere, & aer ex aqua,& aqua ex terra. omnia enim iſta ſunt cauſæ conuenientes in genere, quia omnes ſunt eiuſdem materię,& diuerſantur in ſpecie. Sed dices, quod iſta pars non differt a prima. Idem enim videtur intendere in vtroque: dicendum,quod in ſecundo intelligit in diuerſo genere cauſę:& ſi exemplificauit in illo eodem,hoc facit ſecundum vim exempli,non ſecundum veritatem. His habitis, dico quod tribus primis modis eſt impoſsibile proceſſum ſine fine in cauſis, ſed ſolū in quarto modo:& hoc,ſeruata vna cauſa ęterna, vt iam dixi in dubitatione ſecundæ ſolutionis. Sed dices, quare dicuntur cauſę accidentaliter ordinatę, & alię eſſentialiter ordinatæ? Secundo, quęro quare potius inconuenit de eſſentialiter ordinatis,quam de accidentaliter ordinatis. Ad primam dicendum,quod ordo eſt prioris ad poſterius: & hoc eſt commune tam cauſis eſſentialiter ordinatis, quam accidentaliter ordinatis. differunt autem: quoniam,quando prius ita eſt prius,quod omnino nec eſſe, nec imaginari poteſt poſterius, & poſterius ita eſt poſterius,quod in re,nec eſſe,nec imaginari poteſt prius,eſt ordo eſſentialis quādo,vero accidit priori quod fuerit prius,& poſteriori quod ſit poſterius,tūc ordo eſt accidentalis. Exempla ſunt:quoniam ſol ita prior eſt,quod vt ſic, nullo modo eſſe,nec imaginari poteſt poſt hominē.ſimiliter Deus,ita prior eſt ſole, quod nec eſſe,nec imaginari poteſt poſt ipſum: eo quia eſſe hominis continetur eſſentialiter in ſole,& eſſe ſolis eſſentialiter continetur in Deo,ideo eſt omnino eſſentialis ordo. Exemplum ſecundi. Socrates eſt prior Platone,attamen poteſt eſſe econtra:quoniam iſta differunt tantum accidentaliter,& ideo accidit quod vnus ſit altero prior, vt vides. Ex his ſoluitur prima quęſtio.dicuntur enim accidentaliter ordinatæ, quia accidit extremis quod ſint extrema, illa quoque eſſentialiter, quia eſſentialiter ſunt extrema:& hoc dicit Auer.8.Phy.com.47. Ad ſecundam quæſtionem reſpondet Auerro.5. Phy.com.13.in fine. cuius reſponſio conſiſtit in hoc:quoniam eſſentialis ordo requirit extrema actu, & media actu: ſed accidentalis,nec per ſe,nec neceſſario requirit extrema actu, ſed accidentaliter & contingenter:&,ideo ſi cauſæ eſſentialiter ordinatæ eſſent infinitę, tunc ſimul in eodem inſtanti eſſent entia actu infinita:non ſic eſt in accidentaliter ordinatis.& hoc dicit ibidem:&,quia moderni,ideſt loquentes ſuæ legis nō diſtinguunt illud,quod eſt per ſe, & illud, quod eſt per accidens, ideſt inter ordinem aliquorum per ſe,& accidentaliter: eſtimauerunt quod ſequitur ex hoc quod,ſi homo ſemper generetur ab homine, & primum non fuerit, & poſtremum non erit:& non eſt ita:quoniam primum eſt,quod eſt ſol, & intelligentia operās motu illius,vult dicere in eſſentialiter ordinatis. hominem autem generari ab homine in infinitum eſt verum per accidens,non per ſe:& per conſequēs nō oportet vt ſit vltimum ſit,ſit primum,& econtra,ſi non eſt vltimum, non eſt primū: quoniam eſſentialis ordo requirit extrema actu, accidentalis autem per accidēs: & ſtat primum non eſſe,& poſterius eſſe. Sed dices.ſi,inter illa eſt ordo accidentalis:ergo,non oportet vt ſit ſempiternus iſte ordo in ſucceſsione vnius poſt alterum. Reſpondet Auerro. in,8.com.47.d,impoſsibile eſt vt iſta ſint, niſi

In cauſis accidentaliter ordinatis procedere in infinitum eſt poſsibile.

B

Differentia inter ordinē eſſentialē,et accidentalē.

E

Dubitatio.

Solutio.

A ponatur hic aliquod motum ex ſe continens omnia iſta aliquo modo continentiæ, vult dicere in potentia: & ſic apparet tota ſolutio huius quęſtionis. (Sed id.) Nunc reſpondet argumento eius de animabus infinitis. erat enim argumentum, animę ſunt actu infinitæ, animæ ſunt eſſentialiter ordinatę. ergo aliquod eſſentialiter ordinatum eſt actu infinitum in tertia figura: & per conſequens per conuerſionem in parte, aliquod infinitum eſt in eſſentialiter ordinatis. Ad hoc reſpondet, & primo reperit illud. d. ſed id, quod dixit nomine Auicen. videlicet, quod poſſunt eſſe infinitę animę, quia infinitas non eſt impoſsibilis, niſi in rebus ſituatis. deinde reſpondet. d. dicimus quod ſunt verba falſa: & reſpondet formaliter negando maiorem. d. & nullus veracium philoſophorum concedit animas eſſe infinitas, immo poteſt oſtendi demonſtratiue eius oppoſitum: & hoc impoſſibile modo vniuerſali. i. vniuerſaliter, & omnibus modis eſt dictum in prçcedētibus a nobis, ſcilicet in prima diſputatione, in ſolutione quinti dubij. ergo, non ſequitur philoſophos aliquod ſuorum argumentorum ratione huius poſitionis, videlicet reperiri animas infinitas in actu: quaſi dicat, ergo peccat ratio in minori. (Vnde huiuſmodi.) hęc litera reperitur ſic. vnde huiuſmodi ratione conati ſunt aliqui opinari translationem animarum. animę enim humanæ diſtinguuntur in numero corporum, & remanent in perpetuum. Si litera ſic ſtat, videtur mihi ꝙ ipſe velit tangere eos, qui vſi ſunt ratione Alga. & quaſi dicant ꝙ illi ſunt, qui

B probant animas moueri de loco ad locum. dicit ergo, vnde huiuſmodi ratione, ſcilicet Alga. conati ſunt aliqui opinari translationem animarum, id eſt animas moueri translatione, id eſt localiter, enim, pro quoniam poſt mortem animę humanę diſtinguuntur numeratione corporum, in quibus iam fuerunt: & poſt, quæ remanent in perpetuum, vult dicere, ꝙ eſt argumentum validum apud eos, qui ſupponunt hoc, ſcilicet ipſas remanere in perpetuum, & numero diuerſas ſecundum corpora, in quibus iam fuerunt: non tamen debent accepiari apud philoſophos, qui negant illud. Sed alia litera eſt ſic. vnde huiuſmodi ratione conati ſunt aliqui opinari translationem animarum, quod eſt impoſsibile, animę enim humanę diſtinguuntur numero numeratione corporum, & non remanent in perpetuum, & tunc ſermo eius eſt manifeſtus per ſe. vult enim dicere ꝙ animas moueri localiter eſt impoſsibile: quoniam ipſæ non ſunt numeratę poſt mortem, cū tantummodo numerentur per corpora, in quibus ſunt actu, poſt quę non poſſunt remanere numerata in vna ſpecie.

Sed, circa iſta poteſt eſſe quæſtio. vtrum, ſi animę humanę ſint multiplicatæ in vna ſpecie, poſſunt remanere numeratæ poſt exitum earum a corpore, vt videtur ſermo ſecundæ translationis innuere pro ente impoſsibili. Ad hoc latini dicunt, ꝙ animę humanæ poſſunt numerari per corpora, per quæ fuerunt, ſ. per habitudines ad illa. anima enim Socra. eſt alia ab anima Platonis poſt mortem, quoniam remanet in ea habitudo alia ab habitudine alterius, quia ſcilicet fuit alterius corporis. Licet hęc reſponſio ſit ſecundum legem vera, & per conſequens ſimpliciter, ſolent tamen philoſophi ſic arguere cōtra hoc. adducam ergo argumenta eorum contra illam. & ſuppono primo ꝙ vnitas, qua vnum indiuiduum eſt indiuiſum in ſe, et diuiſum a quolibet alio eiuſdem ſpeciei eſt ita propria eſſe indiuiduo, ſicut vnitas communiter capta ipſi enti communiter capto. hoc eſt manifeſtum: quoniam eſt eadem ratio & vnius entis hominis, & vnius hominis, vt Ariſt. tradit in Metaphyſica. tunc arguo, et quæro. vel iſta habitudo eſt eſſentialiter ipſa eſſentia animæ, vel accidens illius. ſi eſſentialiter eſſentia, ergo a quocunque anima habuit iſtud eſſe vnum, habuit eſſentialiter eſſentiam; ſed a materia habuit iſtud eſſe vnum, ſcilicet quando fuit in eo, ergo ab ea habuit eſſentialiter eius eſſentiam, & per cōſequens ita ſicut forma aſini, quia eſſentialiter dependet a materia, non poteſt eſſe ſine materia: ita etiam & forma hominis non poſſet eſſe ſine materia, eo quia eſſentia eius eſſentialiter fuit a materia: eo quia eius habitudo, quę eſt ſua eſſentia, ſecundum rem fuit a materia. Si vero dicatur ꝙ hęc habitudo eſt accidens ipſi animę numeraliter ſumptę: tunc arguo, quicquid eſſentialius & intimius ineſt ipſi animę, inerit prius ipſi quam illud, quod ei ineſt per accidens, ſed, ex ſuppoſito vnitas ineſt eſſentialius quam

Margin notes: Secūda qō. (beside "Sed, circa iſta…"); Poſitio latinorum. (beside "…pro ente impoſsibili. Ad hoc latini dicunt…"); Impu. (beside "Licet hęc reſponſio…"); Primum argumentum. (beside "…vt Ariſt. tradit in Metaphyſica…").

habitudo, ergo anima prius erit vna numero, quam ſibi inſit habitudo illa, quæ
eſt ei accidens. Et hæc ratio tangitur ab Auer. 7. Metaphy. commen. 2. vbi ait D
in hoc ergo capitulo intendit declarare, q̃ quiditas indiuidui ſubſtantię prior eſt
inſeſſe quid.tatibus accidentium. indiuiduum enim ſubſtantię q̃ prius ſit alijs in
diuiduis accidentium manifeſtum eſt per ſe: vult dicere, quod ideo quiditas ſub-
Secundum. ſtantię prior eſt quiditate accidentiũ, quam indiuidum illius eſt prius indiuiduo
accidentis: ecce, quomodo tangit illam vim. Secundo arguo, quoniam Ariſt. 12.
Meta. vt ibi exponit Auer. com. 49. & Thomas, probat vnitatem mundi, & pri
mi motoris: & componit ſyllogiſmum ſic. quęcunque ſunt numero multa, multã
habent materiam: ſed primus motor non habet materiam: ergo in ſecunda figu-
ra primus motor non eſt plus vno in ſpecie eius: modo aſſumo maiorem Ariſt. et
arguo addendo iſtam, ſcilicet, oẽs animę ſeparatę nõ habent materiam, ergo nõ
Reſponſio. ſunt multę in numero: quod eſt propoſitum. Ad hoc dices, quod Ariſt. intendit
ſic maiorem: quęcunq; ſunt numero multa, habent materiam actu vel habitudi-
ne: modo aſſumendo minorem Ariſt. Deus non habet materiã actu, nec habitu-
dine: & minor tua falſa eſt, ſ. animę non habent materiam actu, nec habitud ne,
Contra. quoniam ſaltem habent illam in habitudine. Sed contra, quoniam maiorem ha
bitudinem ad materiam dicit vniuerſale materiale, quam anima poſt mortem:
qm̃ vniuerſale per identitatem eſt in materia, ſed anima nec per identitatẽ, nec
per copulationem: ſed vniuerſale non propter illud dicitur indiuiduum ſimplici
ter, immo abſolute dicitur vniuerſale, ergo et multo magis anima dicitur pluſquã B
vniuerſalis. Secundo, contra idem arguo ex dictis in primo cœli vbi vtitur il-
lo met argumento: nam probando illam maiorem ait. quod aliud eſt hoc cœlum,
& cœlum ſimpliciter: & hoc quidẽ, vt ſpecies & forma, hoc aũt materia mixtũ.
Deinde ſubdit, quibuſdam interpoſitis, dicens: quorum ſubſtantia in materia eſt
plura, & infinita entia eiuſdem ſpeciei: modo arguo ſic, iſta propoſitio, quorum
ſubſtantia eſt in materia ſunt plura indiuidua, vel intelligitur de materia in qua
ſunt actu, vel in qua ſunt in habitudine. ſi primum, ergo maior illa bene fuit aſ-
ſumpta, & minor fuit multo melius accepta ſub maiori. Si loquitur de materia in
qua eſt in habitudine, & non actu: ergo non bene dicit quod cœlum ſimpliciter,
& hoc cœlum differunt ſicut forma, & materia: quoniam cœlum, id eſt, vniuer-
ſale, ſaltem materiale eſt in materia ſecundum habitudinem, & ſic omnino in-
telligit de re, prout eſt in materia actu. Sed dices quod ibi Ariſto. eſt in parte
augmentatiua: quoniam, vt dicit Auerroes ibi commento. 52. Ariſto. arguit pro
Fuga. vna parte quęſtionis. Sed iſtud eſt fuga. quoniam Ariſto. pro quęſtione acci-
Contra. pit illam opinionem, & illam propoſitionem tanquam veram, vt apparet cõm.
Tertium. 95. & eam non negat. Tertio & vltimo arguo: vel tantam vnitatem materia-
lem pręciſe habuit anima, dum fuit in corpore, quantam habet poſt, vel mino-
rem, vel maiorem. nullus diceret nec minorem, quoniam hoc non eſſet, niſi quia E
anima poſt mortem eſſet indiuiduum vagum, & in corpore fuit indiuiduum ſi-
gnatum, & qui dicit hoc ſtultus eſt. Si tantam, ergo in corpore fuit completa in
ſpecie apud eos: per hoc, enim fuit in materia vnita, vt ponunt, ergo & nunc eſt
indiuiduum completum in ſpecie, & per conſequens nunquam erit vnibilis
ipſi corpori, ſicut nauta naui; cuius contrarium ipſi dicunt: dico ergo ſecun-
dum philoſophiam Ariſtotelis, & Auerrois, quod numerus indiuiduorum non
niſi per materiam, in qua actu ſunt, habet fieri: & quia, igitur animę poſt mor-
tem ſunt ſine materia actuali, vt ſcis, ideo dicit Auerroes primo cœli commen-
to 9. quod omne, quod non eſt in materia, declaratum eſt eſſe impoſſibile inue-
niri plus vno indiuiduo in ſpecie, & ſic diceret quod omnes eſſent vna anima
numero omnium, ſicut viſum eſt in expoſitione tertij de Anima. Sed hæ ra-
Solutio ad primam. tiones non cogunt contra nos. Ad primam dicerem, quod illa habitudo eſt
ipſa anima eſſentialiter differens in modo ab ea, attamen non propter hoc eſſen
tialiter dependet a materia: cum materia non fuerit cauſa eſſendi ſimpliciter
Ad ſecundã animæ, ſed eſſendi in corpore, vt patet. Ad ſecundam dicendum, quod argu-
mentum concludit illam eſſe intentionem Ariſtote. non tamen intentio Ariſto.
in hoc eſt ſuſtinenda, immo Ariſtote. & Auerro. in hoc errauerunt. Et per hoc

A idem ad confirmationem primi cœli. non enim dubito illam fuiſſe intentionem Ariſt. ſed teneo cum hoc, quod eſt Ariſt. illam eſſe falſam. Ad tertiam dicendum, quod anima habet ante, & poſt mortem illudmet eſſe ſimpliciter, non tamen illudmet eſſe ſecundum quid. & ideo poſt mortem non eſt completa in ſpecie, ſicut nec ante vitam, vt patet. Ad tertiam.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit, demonſtratio quidem inciſiua de falſitate eius, ꝙ proueniat ad infinitum, eſt vt dicatur vnumquodq; indiuiduorum cauſarum, aut erit poſsibile ex ſe, aut neceſſarium. ſi neceſſarium, non indiget cauſa. ſi vero poſsibile, ergo totum eſt denominatum poſsibile: & omne poſsibile indiget cauſa addita ſubſtantiæ eius: igitur vniuerſum indiget cauſa extra ſe.

B Hic ponit viam aliam a prædicta, declarando qualiter eſt venire ad primam cauſam. d. ait Alg. reſpondens pro philoſophis: &, ſi forte aliquis diceret, quod probatum eſt cum perfecta demonſtratione cauſas nõ reperiri ad infinitum, hoc modo. (Aut quęlibet.) poſita intentione ponit viam Auicen. dicens, aut quælibet illarum cauſarum poſsibilis eſt in eſſe, id eſt, aut omnes ſunt poſsibiles eſſe, & poſsibiles non eſſe: aut quęlibet illarum neceſſaria, id eſt, neceſſe eſſe. primo deſtruit ſecundum membrum. ſecundo concludit primum. d. ſecũdum eſt falſum: quia, ſi ita eſſet, nulla illarum indigeret de cauſa, & ſic eſſent ſimpliciter incauſatę, & ita non inuicem cauſę. (Si primo modo.) nunc concludit ſecundum, dicens, ſi primo modo. ergo totum denominatur de poſsibilitate, id eſt, aggregatum ex eis totum dicitur ens poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. Deinde arguit ex hoc propoſitum, dicens, & quodlibet poſsibile indiget de cauſa addita ſuper eũ: & tunc replices propoſitionem concluſam tanquam minorem, ſic, ſed totum illud eſt poſsibile, ergo totum illud indiget de cauſa extrinſeca ab illo toto, quæ ſcilicet ſit prima ſimpliciter.

AVEROES.

C Ait Auer. Hęc demonſtratio, quam recitauit Alga. nomine Philoſophorum, primus, qui dedicauit eam Philoſophis, fuit Auicenna, ita ꝙ ſit viam optima viarum Antiquorum: quoniam exiſtimauit ꝙ ſit de ſubſtantia entis, & ꝙ via hominum eſt ex accidentibus conſequentibus primũ principium. Attamen eſt via, quam Auicenna aſſumpſit ex Loquentibus. qm̃ Loquentes tenent ꝙ eſt notũ p ſe ens diuidi ad poſsibile, & neceſſariũ: & ponere aliquid poſsibile infert ꝙ habeat agens: & ideo mundus vniuerſaliter, cũ fuerit poſsibilis, neceſſe eſt, vt agens eius ſit neceſſarium in eſſe. Hæc eſt credulitas Mahatazalæ: & eſt ſermo bonus: & non eſt in eo falſitas, niſi in eo, quod poſuerunt, ꝙ mundus vniuerſaliter ſit poſsibilis. nam hoc non eſt notũ per ſe. Et voluit Auicenna ꝙ ſit vniuerſalis hæc propoſitio. & intelligit per poſsibile id, quod habet cauſam, vt dixit Alga. &, cum large appellauit hoc non extenditur ei diuiſio ad id, quod vult. nam diuiſio entis, primo ad id, quod habet cauſam, & id, quod non habet cauſam,

non eſt nota per ſe. Vlterrius habens cauſam diuiditur ad poſsibile D
neceſſarium, Si intellexerimus poſsibile verum, finitur ad poſsibile
neceſſarium, & non finitur ad neceſſarium, non habens cauſam. Si ve-
ro intellexerimus de poſsibili id, quod habet cauſam, & eſt neceſſariū,
non ſequitur ex hoc, niſi quòd habens cauſam habeat cauſam; & poſ-
ſumus ponere quòd illa cauſa habeat cauſam, & procedet in infinitū:
ergo non finitur res ad ens, non habens cām. & eſt id, quod intelligunt
per neceſſarium in eſſe: niſi intelligatur de poſsibili poſito diſtincto
contra non habens cauſam, quod eſt poſsibile verum. nam hæc poſsi-
bilia ſunt, in quibus eſt falſum deuenire cauſas in infinitum. Si vero in
tellexerit per poſsibile id, quod habet cauſam, ex rebus neceſſariis,
adhuc non eſt declaratum quòd hoc ſit falſum eo modo, quo declara-
tum eſt in entibus poſsibilibus in rei veritate: & non eſt declaratum
adhuc quòd ſit hic neceſſarium, indigens cauſa, vt ſequatur ex hac po-
ſitione, vt finiatur ad neceſſarium abſq; cauſa, niſi declaretur quòd di-
ſpoſitio in vniuerſali neceſſario, quod eſt ex cauſa, & cauſato ſit ſicut E
eſt diſpoſitio in vniuerſali poſsibili.

In hac dubitationis ſolutio. primo innuit autorem huius vię, dicens, dicimus nos quod hęc demonſtratio, quam dixit Alga. nomine philoſophorum, reperitur tantum ab Auicen. deinde dat cauſam, quare Auicen. reputauit viam: iſtam firmiorem, via antiquorum, quam narrauit, dicens: ipſe mediatus eſt, quod dicta via verior eſt via antiquorum dicta. Cuius rationem innuit, & poteſt componi ſyllogiſmus. omnis via, quę datur per eſſentialiora enti, & primo principio, eſt firmior via data per accidentia, vel conſequentia illis. hanc maiorem ſupponit, & accipit minorem, dicens, quia putauit quod hęc via ſumitur de ſubſtantia entis, et antiquorum via de accidentibus primo principio, aut conſequentibus ſumitur: & dicit accidentibus, aut conſequentibus ad demonſtrandum quod ibi non ſunt propria accidentia, ſed debent dici conſequentia, et tunc ſuppleas concluſionem iam dictam. (Et dictam.) Nunc vult oſtendere, in quo hęc via eſt vera, & in quo peccat: & ideo, primo repetit illius vim, declarando a quo ſumpſit illā ipſe, dicens, & Auicen. ſumit dictam a loquentibus: quod declarat. dicens, ipſi nanq; opinati ſunt, quod notum eſt quod ens diuiditur duabus partibus, ſcilicet ad poſſibile, & ad neceſſarium ſuppoſito quod hęc diuiſio ſit nota per ſe, & dicunt qđ oportet quod poſsibile habeat agens. tunc arguunt ſic: &, quia mundus totus eſt poſsibilis, oportet ergo quod habeat agens neceſſarium, ad hoc vt per ipſum perpetuetur, & addit quod hęc probatio eſt ſectę Mothizelæ. (Et eſt.) Ponit errorem rationis, dicens, & eſt ſine dubio vera, ſup. ſecundum quid, præter id, quod dixerunt quod mundus eſt poſsibilis: et quodlibet poſsibile oportet quod habeat agens. ait, quod hoc non eſt notum de ſe, immo ſup. oppoſitum totius huius demonſtratum eſt in fine primi cœli contra Platonem nullum enim poſsibile poteſt habere agens, quo perpetuetur, aliter natura contingens reuerteretur, in neceſſarium. (Et Auicen.) ponit enarrationem Auicen, quoniam, quod omne ens ſit poſsibile vel neceſſarium, non eſt ita notum. ideo Auicen. loco entis poſsibilis poſuit habens cauſam, & loco entis neceſſariis poſuit non habens cauſam. dicit ergo, & Auicen. hanc opinionem cœpit, id eſt, confirmauit per aliam propoſitionem vniuerſalem, ita quod poſuit intentionem poſsibilem, id eſt, hoc membrum ens poſsibile in id, quod cauſam habet: &. ſup. & loco neceſſarij, poſuit non habens cauſam, vt ait Alga. (Vnde ſi.) contra arguit Auer. d. vnde, ſi dicta propoſitio, ſcilicet, omne ens aut cauſatum, aut cauſa, ſumitur abſolute, non ſequitur diuiſionem prædictam, id eſt, nō æquiualeret illi diuiſioni: quoniam id, quod primo diuidit ens ad habens cauſam & non habens cauſam, non eſt diuiſio nota F

de ſe,

A de ſe,& per conſequens non reſpondent intento, in quo volebat illam diuiſionem reddere per ſe notam.

Sed circa dicta tria.q.faciunt primo, an prima diuiſio ſit per ſe nota ſecundo,an ſecunda diuiſio abſolute ſumpta ſit per ſe nota, & illi æquiualens. tertio,vtrum aliquod poſsibile poſsit ab alio perpetuari:quibus habitis erit ſatis expoſita ſolutio dubij. Primo arguitur quod ſic: quoniam paſsiones entis ſunt per ſe notæ de ente: quoniam nullũ poteſt eſſe medium notius eis. Secũdo,nullo modo in Metaphyſica,neque in naturali ſcientia poſſunt demonſtrari:ergo ſunt per ſe notæ. Quantum ad iſtud dubium,videtur mihi, quòd illa entis diuiſio non ſit per ſe nota de ente primo: quoniam illud apud antiquos fuit valde quæſitum:immo,vt narrat Ariſt.in 9.Meta. quidam dixerunt quod omne ens eſt ens poſsibile, & ſunt omnia in fluxu. vt primo & quarto & nono Metaphy.dictum eſt. Præterea,in libro.8. fuit illa diuiſio demonſtrata. ibi.n. demonſtratum eſt genus ſubſtantiarum abſtractarum eſſe, vt dicit Auerroes cõmen.3.octaui Phyſico.& ibidem commen.vlti.primi Phyſico.& 22.& 26.ſecũdi Phyſi.& ſic videtur mihi. Ad primum,quod paſsiones entis ſimplices, & non ſub diuiſione,forte ſunt per ſe notæ de ente. Iſtæ autem ſub diuiſiones poſſunt a poſteriori ſaltem notæ fieri. Et ſic ad ſecundum. apparet enim qualiter

B probatur ens neceſſarium eſſe,per viam motus æterni in octauo. & ita, ſaltem per viam philoſophicam poteſt illa demonſtratio eſſe nota. Ex his verificatur dictum Auerrois primo Phyſico.commen.vlti.vbi ait. vnde Auicen. peccauit maxime,cum dixit,quod primus philoſophus demonſtrat primum principium eſſe: & proceſsit in hoc ſuo libro de ſcientia diuina, id eſt, Metaphyſica per viam,quam æſtimauit eſſe neceſſariam & eſſentialem in illa ſcientia,& peccauit peccato manifeſto:certior enim illorum ſermonum, ideſt, demonſtrationũ, quibus vſus eſt in hoc,non pertranſit ordinem,id eſt, metam ſermonum probabilium:& iam cauſam innuimus huius alibi, vbi Ioan.& multi in octauo Phyſico.per ly alibi intelligunt in libro de ſubſtantia orbis.ecce, quomodo errauit. ait enim in ſecundo Phyſico.commen.22.via autem,qua proceſsit Auicen. in probando primum principium eſſe,eſt via loquentium,& ſermo eius ſemper inuenitur quaſi medius inter loquentes,& peripatheticos: modo arguo ſic, in libro de ſubſtantia orbis non eſt demonſtratum qualiter via Auicen. eſt media quaſi inter peripatheticos & loquentes:immo,tantum ibi in quinto capitulo dictum eſt rationem eius fundari ſupra propoſitiones inſtabiles. Præterea. 8. Phyſi.commen.3.vbi manifeſte dicit, quod ipſe fecit capitulum ſingulare contra illam viam:ecce,quomodo innuit librum Algazel.Ioan.autem, quia nõ vidit hunc librum,proceſsit ſicut cæcus,& ego longo tempore. ideo apparet quo-

C modo illa via eſt probabilis,quoniam fundatur ſupra iſta diuiſione entis,quam accepit notam de ente,auctoritate loquentium:quæ,vt declaratum eſt,eſt ignota ſimpliciter. Ad ſecundam Auicen.voluit ꝙ ſic:quia, vt dictum eſt in diſputatione tertia,apud Auicen. omne habens cauſam eſt ens poſsibile, & omne incauſatũ eſt ens neceſſarium:& ideo, apud ipſum eſſent diuiſiones æquiualẽtes: ſed apud Auer.dicendum eſt,quod prima diuiſio erit iſta:ens quoddam erit neceſſarium,& quoddam poſsibile:& iterũ neceſſarium,quoddam eſt a ſe,ſicut prima cauſa,& quoddam ab alio,ſicut ſunt ſubſtantiæ mouentes ſtellam. vnde, vt dicit ipſe in 8.Phy.cõ.79.non omne habens cauſam eſt poſsibile.licet,ſecundũ Auic.ſit ita. Ad propoſitũ ergo,hęc diuiſio vel capitur vt illa ęquiualẽs, & tũc nõ erit notior illa:ſi capitur,vt eſt vniuerſalior ꝑdicta, & minus cõmunis, tunc erit adhuc ignota,& nõ habebit propoſitũ,ſicut fuit declaratum de prima.

Circa tertiam quęſtionẽ hanc ego feci longam morã in tractatu de intellectu.ideo,pro nunc dicendum,ꝙ nullum contingens in eius natura poteſt ab alio perpetuari ſecundum philoſophos,& hoc dicit Auer. in fine de ſubſtantia orbis,ſcilicet in primo capitulo,& primo cœli.commen. 138. Huius autem ratio poteſt ſumi ex ſecundo Perihermenias.vult Ariſto.ꝙ neceſſe eſſe, & impoſsibile eſſe ſint contrariæ.poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe, ſubcontrariæ: primæ dicuntur contrariæ,quoniam neceſſe eſſe valet in omni tempore ens, &

Tertia quæſtio.

Quarta qõ.

impoſsibile eſſe in omni tẽpore nõ ens. poſsibile eſſe in aliquo tẽpore ens, poſsi D
bile non eſſe in aliquo tẽpore non ens. vide ibidẽ. tunc arguo ſic. Si aliquod eſt contingens, ꝙ perpetuetur ab alio, vel hoc nunquã incœpit, vel iſtud incœpit, & poſt remanebit ſemper in futuro. ſi primum, ergo ad impoſsibile ſe habet cõtrarie, & non contradictorie, & per cõſequens erit neceſſe eſſe, & ſic natura cõtingens vna & eadem, erit natura neceſſaria. Si ſecundũ, ſicut dicit de anima intellectiua. contra, qm̃ antequã fuit, iam poſsibile eſt eſſe. ergo modo, ſi eſt, iterũ eſt poſsibile non eſſe, & ſic iſtud erit poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe: ſed tũc arguo ex regula primi priorũ. c. 13. ex maiori de cõtingenti, & minori de ineſſe, ſimpliciter oẽs ſyllogiſmi ſunt perfecti. arguo modo ſic. omnẽ animã intellectiuã contingit non eſſe. anima Adæ eſt anima intellectiua. ergo animã Adę cõtingit non eſſe. Tunc vltra per aliam regulã ibidem. quicquid ſequitur ad præmiſſas de poſsibili, ſequitur ad eas de ineſſe. volo dicere ꝙ impoſsibile nunquã ſequitur ex præmiſsis poſitis ineſſe. vnde dicit ſic, falſo poſito & non impoſsibili, & quod accidit propter poſitionẽ, falſum erit & non impoſsibile, tunc fiet argumentum iſtud. nulla anima eſt. anima adæ eſt anima hominis, ergo anima adę non eſt. conſequens eſt falſum impoſsibile, vt omnes dicunt. ergo aliquę premiſſarum, et nõ minor: qm̃ eſt de ineſſe ſimpliciter. ergo maior; ſed maior eſt ſequẽs ad illam de contingenti, ergo illa fuit falſa, & per conſequens nullam animã cõtingit non eſſe. Sed dices, quod iſta, anima Adæ non eſt, non eſt falſa impoſsibi E
lis: ergo falſa poſsibilis, qm̃ aliqñ fuit vera, ergo eſt falſa poſsibilis. Hæc reſponſio fuit mihi data ab vno, qui reputat ſe ſcire logicã, & nihil ſcit in logica Ariſt. Sed contra arguo: qm̃, vt dicitur ibidem in capitulo. 11. poſsibile ſeu contingẽs diſtinguitur ab ineſſe, & neceſſario eſſe, per hoc, quod illæ de contingenti reſpiciunt futurum. vnde Auer. primo priorum, capitulo quarto, in principio ait. Et propoſitiones quidem poſsibiles, ſcilicet iſtæ, de quibus dicitur nomen poſsibilis veræ, & ſunt quæ ſunt poſsibiles, vt inuenitur in futuro, &c. & ibidem capitulo. 14. ait, & quia propoſitiones abſolutæ, id eſt de ineſſe, & neceſſarię, & poſſibiles diuerſificantur. quædã a quibuſdã in modo, & in materia, quã ſignat modus, quod eſt, quia hæc, id eſt aliquæ ſunt res multæ inuentæ in actu, præter quod ſit inuentio rerum neceſſaria, & illę ſunt abſolutæ, id eſt de ineſſe; & res, quæ nõ neceſſarię ſunt inuentæ in actu, ſed ſunt poſsibiles vt inueniantur in futuro, & vt non inueniantur, ſunt poſsibiles, id eſt contingentes propoſitiones: & res, quę ſunt inuentæ ſemper, & ipſę ſunt neceſſariæ. In quibus verbis vult ꝙ omnis ꝓpoſitio contingens ſit reſpectu futuri: ergo, ſi aliqua propoſitio eſt, quæ in futuro nunquam erit vera, nec eſt vera, illa propoſitio eſt impoſsibilis falſa, & per conſequens habetur propoſitum: qm̃ nunquam iſta, anima Adæ non eſt, erit vera. et per conſequens, hoc ponere eſt falſum impoſsibile, & ſequitur ex falſo poſsibili: ergo contra regulam Ariſt. ex his apparet qualiter nulla natura contingens F
poteſt perpetuari, ſimpliciter tenendo: & de hoc volui dicere hic logice, quoniã phyſicę dictũ eſt in quæſtione de intellectu. Et debes ſcire, quod iſtud eſt ſecundum Ariſto. & Auer. aliter autem ſecundum nos chriſtianos. dicerent enim qđ anima intellectiua acquirit neceſsitatem a Deo, nec inconuenit aliquod eſſe neceſſarium habens principium in parte. &, ſic omnia argumenta ruunt. & hanc rationem ſolui in lib. de intellectu. vel dicendum quod hęc anima Adæ nõ eſt, eſt falſa poſsibilis: quia, aliquando non fuit: & licet hæc reſponſio non ſit ſecundum logicam Ariſto, eſt vera ſimpliciter ſecundum nos, & tu conſidera.

Anima intellectiua a deo neceſsitatẽ acquirit ſecundum noſtram legẽ.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dicimus quòd dictio poſsibilis, & neceſſarii eſt dictio indefinita: niſi intelligat per neceſſarium, cuius eſſe non habet cauſam. &, ſi hoc intelligunt, reuertamur ad hanc dictionem. Et dicimus aliquod totum eſt poſsibile, in eo quòd habet cau-

A ſam, additam ſubſtantiæ eius: & totũ non eſt poſsibile, in eo ꝙ nõ habet cãm additã ſubſtantiæ eius extra eã. ſi aũt intelligit per dictionẽ poſsibilis, aliter quã nos intelligimus, eſt quid nõ intelligibile. Si aũt dixerit, hoc inducit vt conſtituatur neceſſarium in eſſe per poſsibile in eſſe, quod eſt falſum, dicimus ſi intelligitis per neceſſarium, & poſsibile id, quod nos intelligimus, eſt ipſummet quæſitum, & non conceditur ꝙ ſit falſum. & eſt ſicut ſermo dicentis, falſum eſt cõſtituere antiquum per innouationes, & tempus apud eos eſt antiquum, & vnitates reuolutionum ſunt innouatæ, & habent principium: aggregatum vero non habet principium in habentibus principium; & verificãtur habentia principia de vnitatibus, & non verificãtur de aggregato. & ſic dicitur cauſa de vnaquaque earũ, & non dicitur de aggregato, ꝙ habeat cauſam, & nõ omne, quod verificatur de vnitatibus, neceſſe eſt vt verificetur de aggregato, poſtquã de vnaquaque verificatur ꝙ ſit vna, & ꝙ ſit aliqua, & ꝙ ſit pars, & non verificatur de aggregato. & quilibet
B locus demonſtratus in terra eſt illuminatus à Sole in die, & obſcuras in nocte, & vnuſquiſque eſt innouatus, poſtquã nõ fuerat ei principium: aggregatum aũt apud eos habet principiũ. & eſt manifeſtũ ꝙ qui admittit innouationes non habentes principium, & ſunt formæ quatuor elementorum, non poteſt euadere à poſsibilitate cauſarũ infinitarũ. & concluditur ex hoc ꝙ non eis eſt via ad conſtituendũ primũ principium propter hanc dubitationem, & confuſionem. & ſit ſermo eorum induſtria abſolute.

Hinc inducit ſol. Alg. ad argumentũ philoſophorũ, quã pro parte dedit, & dicit, Ait Alg. nos reſpõdemus eis, qđ hoc vocabulũ poſsibile, & hoc vocabulũ neceſſariũ eſt obſcurũ, niſi declaratũ fuerit iſto modo: videlicet, ꝙ pro neceſſario intelligitur id, quod ipſius eſſe non habet cauſam, & pro poſsibili intelligitur illud, qđ habet cauſam. (vnde dicimus) ex hoc recolligit vnã vniuerſalem. d. vnde. ſi ita intelligitur, dicimus quod quodlibet ens eſt poſsibile, videlicet ꝙ habeat cauſam additam ſuper ipſius ſubſtantiam: et totum illud nõ eſt poſsbile, quod non habet cauſam additã ſuper ſubſtantiam ſuam extrinſecam ab eo. vult
C ergo ꝙ iſta conuertitur. omne poſsibile habet cauſam ſuper additam ſubſtantię ſuę, & omne habens cauſam ſuperadditam ſubſtantiæ ſuæ eſt poſsibile: & tunc addit, ſed ſi intelligitur, ꝙ aliud eſſet poſsibile præter id, quod dictum eſt, nullam habebit intellectionem, id eſt non erit intelligibile apud intellectum diſpoſitũ. (Et ſi forte.) hic mouet. q. & dicit. &, ſi forte diceretur ꝙ hoc induceret nos opinari quod neceſſarium eſſe conſtituitur ex poſsibilibus eſſe, quod eſt falſum, conſequentiam probo, quoniã motus cœli apud philoſophos non habet principium, & tamen conſtituitur ex reuolutionibus nouis habentibus principium. (Nos vero dicimus quod.) hic dicit nos vero dicimus reſpondentes, quod ſi intelligatur pro poſsibili, & neceſſario intelligitur illud, quod ſupra dictum eſt, idem erit ergo quod propoſitum. & non eſt concedendum quod ſit falſum, vult dicere quod capiendo poſsibile & neceſſarium, prout nunc dictum eſt, concedo conſequens, & conſequentiam, ſcilicet quod aliquod neceſſarium non habens principiũ cõponatur ex poſsibilibus habentibus principiũ. (Tandẽ dicimus.) probat hãc ſolutionẽ. d. tandem dicimus hoc eſſe ſimile dicto dicentis, ꝙ poſsibile eſt antiquum conſtitui ex nouis: quod probat exemplo. d. & tẽpus apud eos eſt antiquũ, & ſingulares reuolutiones ſunt nouæ, & principiatæ, & tamẽ aggregatio ipſarum, id eſt totus motus, & totum tẽpus eſt ſine principio: & tunc concludit intentum, d, ergo illud, quod principiũ nõ habet, conſtituitur ex reuolutio-

nibus principiatis: & ideo concludit, ergo verificatur principiatio in particula- D
ribus, id eſt partibus motus, & non in toto. q.d. ergo motus habet principium
quo ad partem, non quo ad totum. Debes ſcire, quod reperitur alia litera ſic.
(Tandem dicimus ꝙ ſimile erit dicto dicentis, ꝙ impoſsibile eſt antiqum com
poni ex nouis, & tempus apud eos eſt antiquum, &c.) & tunc videtur mihi, ꝙ
litera poſsit ſtare: quoniam vult dicere, quod qui negat illud, eſt ſimile ſuum
verbum verbo dicentis, quod antiquum componi ex nouis ſit impoſsibile: quod
eſt contra ſenſum, vt apparet in tempore, & motu: ergo oportet dicere conue-
nienter ſenſatis, ſcilicet quod eſt poſsibile antiquum æternum componi ex no-
uis factis. (Patet ergo.) Nunc redit ad propoſitum. d. patet ergo ꝙ quicunq; cō
cedet nouitates principiatas, videlicet, formas quatuor elementorum eſſe nouas
& principiatas, vt ponunt peripathetici, oportet eum ponere poſsibilitatem ea-
rum infinitarum. i. ꝙ poſſunt procedere in infinitum. Tunc concludit. vnde, ex
hoc ſequeretur quod nulla erit via apud philoſophos ad primum principium:
neque a prædictis duobus euadere poterit. quod autem nulla erit via poteſt de-
clarari aliqualiter: qm̄, ſi omnia ſunt corruptibilia, non eſt aliquis motus æter-
nus, & ſi non eſt motus æternus, apud eos non poteſt demonſtrari primum prin
cipium eſſe: ergo, iſtis ſic ſtantibus, nulla erit via.

E

AVEROES.

AIt Auer. Ponere cauſas poſsibiles infinitas ſequitur ex eo po
nere poſsibile, cui nō eſt agens. ponere vero res neceſſarias, ha
bētes cauſas infinitas, ſequitur ex eo vt ſit id, quod poſitū eſt
habere cām, nō habere cām. Et hoc profecto eſt verum, niſi ꝙ falſitas,
quæ ſequitur ex talibus cauſis, eſt alia ab ea, quæ ſequitur ex cauſis à
natura poſsibilitatis. Quare, ſi aliquis voluerit, vt ꝓlatio huius ſermo
nis Auicēnę ſit ꝓlatio demonſtrationis, & faciat ſic entia poſsibilia,
impoſsibile eſt vt ſint abſq; cauſis, & ꝓcedet in infinitū. & ſi ꝓcedit in
infinitū, nō erit ibi cā. & ſequitur ꝙ ſit poſsibile ſine cauſa: & hoc eſt
falſum. & nō eſt falſum ꝙ deueniet ad cām neceſſariā. & hęc cauſa ne
ceſſaria nō euadit quin ſit neceſſaria, aut cū cauſa, aut ſine cā. ſi cū cā,
interrogetur ēt de hac cā, & aut deuenient cāę in infinitū, & ſequetur
vt ſit abſq; cā id, qđ poſitū fuit cū cauſa. & hoc eſt falſum. & impoſsibi F
le eſt quin finiatur ad cām neceſſariā abſq; cā, i. ex ſe. & hoc eſt neceſ-
ſariū in eſſe neceſſario. & ī hac ſpecie diuiſionis erit demōſtratio vera.
Sed, cū proferetur eo modo, quo protulit Auic. nō eſt verū multis mo
dis. & primo qm̄ poſsibile poſitū in ea eſt ęquiuoce. & diuiſio entis pri
mo in ea ad poſsibile, & impoſsibile nō eſt vera, ſ. nō eſt diuiſio inclu-
dēs ens, in eo ꝙ eſt ens. Cū aūt dixit in dubitatione contra Philoſo-
phos, & dicimus aliqđ totū eſt poſsibile, in eo ꝙ eſt ei cā addita ſub-
ſtantię eius. i. &, cū cōceſſerint Philoſophi ꝙ intelligunt per poſsibi-
le in eſſe id, quod habet cauſam, & per neceſſariū in eſſe id, qđ non ha-
bet cām, dicitur eis non prohibetur ſecundū radices veſtras, quin ſint
cauſæ, & cauſata infinita, & erit totū aggregatū neceſſarium in eſſe. nā
ex radicibus eorū eſt ꝙ ipſi admittunt vt ſit ratio partis diuerſa à rōne
totius, & aggregati. Qui quidē ſermo, eſt in eo inuolutio multiplici-
ter. & primo, qm̄ ipſi nō admittunt cās per ſe infinitas, vt diximus ſu-

A perius,ſiue ſint cauſæ,& cauſata à natura poſsibilis, ſiue à natura neceſſarii,vt declaratum eſt ex ſermone noſtro. Et deceptio, quæ ſequitur Auicennæ in hoc ſermone eſt vt dicatur ei, cum diuiſiſti ens ad poſsibile in eſſe,& neceſſarium in eſſe,& fuit intentio tua per poſsibile in eſſe id,quod habet cauſam, & per neceſſarium id, quod non habet cauſam, impoſsibile quidem eſt tibi afferre demonſtrationem, ꝙ ſit impoſsibile vt ſint cāæ infinitæ:quoniam ſequitur ex hoc ꝙ ſunt infinitæ,vt ſint ex entibus non habentibus cām,& erunt de genere neceſſarii in eſſe præcipue,cum ſit poſsibile apud eos vt conſtituatur æternum ex cauſis infinitis,& vnaquæq; earum eſt innouata. Accidit aũt huic ſermoni hæc inuolutio ꝑꝑ diuiſionem eius entis ad habens cām, & non habens cauſam.ſi autem diuiſiſſet id eo modo, quo diuiſimus nos,non eſſet ei aliqua harum dubitationum. Cum aũt dixit quòd Antiqui concedunt quòd iã conſtituitur antiquum ex infinito, ex eo quòd cõ cedunt reuolutiones infinitas,eſt ſermo corruptus. nã de hoc
B dicitur nomẽ antiqui cũ antiquo,quod eſt vnum æquiuoce. Cum aũt dixit,ſi aũt diceret hoc,inducit vt conſtituatur antiquũ neceſſariũ in eſſe per poſsibile in eſſe, dicimus ſi intelligitis per poſsibile, & neceſſarium id,quod nos intelligimus,eſt ipſummet quæſitum, & non concedimus quòd ſit falſum.i.quòd,ſi intelligũt per neceſſariũ id,quod nõ habet cām,& per poſsibile id,quod habet cām,non concedimus quòd ſit abſurdũ cõſtituere id,qđ nõ habet cām ꝑ cauſas infinitas. nam, cũ ponimus quòd hoc ſit falſum,eſt ablatio cauſarum infinitarum. & poſitio veſtra eſt de neceſſario in eſſe,& eſt concluſio veſtra,quã intenditis declarare.Deinde dixit, & eſt ſicut ſermo dicentis eſt falſum conſtituere antiquum per innouata.& tempus apud eos eſt antiquũ,& vnitates reuolutionum ſunt innouatæ,& habent principium, & aggregatum non habet principium:igitur conſtituitur id,quod nõ habet principiũ, per reuolutiones habentes principium.& eſt verum quòd vnitates ſint habentes principium.& non eſt verum de aggregato, poſt-
C quam ſit verum de vnaquaque earũ quòd ſit vna, & quòd ſit aliqua, & quòd ſit pars,& non ſit verum de aggregato,i.quòd non eſt falſum vt conſtituatur non habens cauſam per cauſata infinita, vt conſtituitur antiquũ apud vos per innouata infinita.nam tempus apud eos eſt antiquũ,& tamẽ conſtituitur per tẽpora innouata. & ſic motus orbis apud eos eſt antiquus,& reuolutiones,ex quibus cõſtituitur, ſunt infinitæ.Attamẽ reſpõſio eſt,quòd Philoſophi,nõ eſt de radicibus eorũ quòd ſit antiquũ permanens ex parte partiũ innouatarum,in eo quòd ſunt infinitæ:ſed ipſi negant hoc,magis quã omnes homines. Sed hoc eſt ex ſermone Hæreticorum.nam aggregatũ nihil prohibet quin aut ſit ex indiuiduis finitis generabilibus,& corruptibilius,aut ex infinitis.ſi ex finitis,omnes quidem in hoc cõueniunt quòd totũ,i.genus eſt generabile,& corruptibile.ſi vero ex ĩdiuiduis infinitis, Hæretici quidem ponunt quòd eſt poſsibile,aut neceſſariũ vt ſit aggregatũ æternũ

abſque cauſa, à qua proueniat. Philoſophi autem admittunt hoc, & te D
nent ꝙ talia tota, ex eo ꝙ conſtituuntur per indiuidua poſsibilia gene
rabilia, & corruptibilia, impoſsibile eſt eis vt ſint abſque cauſa extra
totum eorum continua æterna, qua ponimus hæc tota in æternitate:
& non exiſtimant etiam ꝙ falſitas cauſarum infinitarum ſit propter
falſitatem conſtitutionis antiqui per id, quod eſt infinitũ. & ipſi dicũt
ꝙ ſunt hic motus diuerſi in toto, continui, & non ceſſantes: quia eſt
hic motus vnus numero æternus. Et cauſa, quare ſunt hic corpora ge-
nerabilia, & corruptibilia ſecundũ partẽ, æterna vero ſecundũ totũ, eſt
quoniam eſt hic ens æternum ſecundum partẽ, & ſecundum totum, &
eſt corpus cœleſte. & motus infiniti ſunt æterni genere propter vnum
motum continuũ, & eſt motus corporis cœleſtis. & non eſt motus cœ-
li compoſitus ex multis reuolutionibus, niſi in intellectu tantũ. & mo
tus corporis cœleſtis acquiſiuit æternitatem, licet fuerit generabilis,
& corruptibilis ſecundum partes ex motore, in quo impoſsibile eſt vt
aliquãdo moueat, & aliquãdo nõ moueat, & ex moto, in quo impoſ- E
ſibile eſt vt moueatur aliquãdo, & quieſcat aliquãdo, ex eo ꝙ moue-
tur, vt reperitur hoc in motis, quæ ſunt hic. Opinio autem hominum
de totis .i. generibus eſt triplex. Prima opinio eius, qui tenet ꝙ omne
totum eſt generabile, & corruptibile, qm̃ eſt finitum in indiuiduis. &
Secunda eſt opinio eius, qui tenet ꝙ ex totis aliqua ſunt, quæ ſunt
æterna, non habentia principium, nec finem, ex eo, quod apparet de
eis, ꝙ ſunt ex indiuiduis infinitis. & diuiditur in duas ſectas. nam ali-
qui dicunt ꝙ talia tota conuenit eis cõtinuitas ex cauſa neceſſaria vnã
numero, ſin autẽ, eueniet eis vt corrumpantur infinities in tempore
infinito. & iſti ſunt Philoſophi. & aliqui crediderunt ꝙ eſſe indiuidua
eorum in infinitum, ſufficit vt ſint æterni, & ſunt Hæretici. Et cõſi-
derare veritatem de his tribus opinionibus, & ſumma diſputationis
reducitur ad has tres radices, & ſunt an mundus ſit æternus, vel non
æternus: & an ſit ei agens, vel nõ? & ſermo Loquentium, & dicẽtis in-
nouationem mundi, eſt vna ſecta, & ſermo Hæreticorũ eſt alia ſecta, F
& ſermo Philoſophorum eſt medius inter eos. Et hoc habito, decla-
rabitur tibi ꝙ ſermo dicentis ꝙ admittens cauſas infinitas, impoſsibi-
le eſt ei conſtituere cãm primam, eſt ſermo falſus. ſed quod magis vi-
detur eſt contrariũ eius, & eſt ꝙ, qui nõ cõcedit ꝙ ſint cauſæ infinitę,
non poterit conſtituere cauſam primã æternam. qm̃ eſſe cauſata infini
ta eſt id, quod determinauit neceſsitatem cauſæ æternæ, ex qua ema-
nat infinitũ eſſe. ſin aũt, neceſſe eſſet vt finirentur tota, quorum vnũ-
quodq; indiuiduũ innouatur. & hoc modo tm̃ poſsibile eſt vt ſit anti
quum cauſa innouatorũ, & eſſe infinita innouata infert eſſe Primum
antiquum, vnum glo. & non eſt Deus alius ab eo.

Opinio de generibus eſt triplex.

Hic Auer. vult cõtradicere Alg. et duo principaliter facit: qm̃ primo declarat vim rõnis Aui. declarãdo Alg. ipſam nõ intellexiſſe, ſcda ibi. (Sed id, qđ) reprobat eũ in alio dicto. In prima parte ꝓponit quaſi vnũ per ſe notum, ſecũda ibi. (Vnde, ſi aliquis) exequitur dãdo vim rõni Ariſt. dicit, ergo dicimus nos ꝙ ex-

A poſitione cauſarũ infinitarũ poſsibilium ſequitur poſitio poſsibilis agentis non habentis cauſam. i. ſequitur ꝙ poſsit dari agẽs nõ habẽs cauſam. Sed, ex poſitione rerũ neceſſariũ non habentiũ cauſas infinitas, ſequitur ꝙ id, qd cauſatũ fuerat, ſit ſine cauſa: & hoc ſatis manifeſtũ eſt. Deinde replicat illud ſub forma breui. d. ſed impoſsibile ſequens ex prędictis cauſis, ſcilicet neceſſarijs, non ſequitur ex cauſis exiſtentibus de poſsibilitate, id eſt, poſsibilibus.

Sed circa hęc, duo faciũt quęſtionẽ: primũ, qm̃ non videtur qualiter ex poſitione cauſarũ poſsibiliũ, ſequitur cauſam agens poſsibilis incauſata: qm̃, ſi ſequitur cauſa agens incauſata, illa eſt neceſſaria & non poſsibilis. Iterum, non videtur qualiter ſequitur ex eis poſitis poſsibilibus. Secundum eſt: qm̃, nõ videtur ex rebus neceſſarijs carentibus cauſis eſſe aliquod incauſatũ infinitũ ſine cã: hęc. n. duo quęſtionẽ magnã faciũt. Ideo debes ſcire, ꝙ qñ aliqua ſunt vnius rõnis, & eiuſdẽ ordinis, ſi debent poni in aliquo alio ordine, debẽt poni ab aliquo alterius coordinationis, vt ſenſu patet. ſic in propoſito: videmus. n. oĩa poſsibilia eſſe eiuſdem rationis, quantũ ad poſsibilitatẽ: ſi igitur debẽt poni in ordine neceſſariorum, eſt opus, vt per aliquod ens neceſſarium ponantur: ergo, ſi res ponuntur poſsibiles, oportet vt aliqua cauſa ponatur neceſſaria conſeruans illas in eſſe ſempiterno ſcdm ſucceſsionẽ: & ſic apparet primũ: & iſte modus declarãdi eſt Ariſto. & Auer. 8. Phy. com. 46. & 47. & ſecundo perigeneſeos. commen. Dubita. Dubita.

B 56. & 12. Meta. commen. 33. & 32. & 34. Sed, cum dicebatur quid intelligit per agens poſsibile non habens cauſam. Dicendũ, vt videtur, quod litera ſit corrupta: habet enim ſic, ſequitur poſitio poſsibilis agentis nõ habẽtis finẽ: & tũc litera plana eſt, quoniã per hoc, quod dicitur quod illud agens ſit poſsibile, verum dicit: quoniam corpus cœleſte eſt poſsibile, ſaltem quantum ad motum, & non habet finem cum mouetur motu æterno: & ideo, ſi cauſæ hic inferius ſint poſsibiles, oportet vt detur vnum agens ſine fine, poſsibile ſecundum partem. Alio modo litera habet, ſequitur poſitio poſsibilis agentis non habentis cauſam: & tunc per illud agens non habens cauſam, intelligit primum motorem ſimpliciter & tũc litera intelligitur ſic. ſequitur poſitio poſsibilis, i. ſequitur qd poſsit poni agẽs, nõ habẽs cãm, ſicut eſt Deus et tũc ly poſsibilis cõſtruitur cum ly poſitio, ita qd ſit ſenſus, ſequitur poſsibilis poſitio agẽtis ſine cauſa: et ſic apparet vis primi dicti Auerrois. Pro intellectu ſecũdi debes ſcire, qd ſi res ſint neceſſarię, & multę, oportet vt ſint cauſatæ: qm̃ omnis multitudo reducitur ad vnũ genus cauſę, & ex alio eſſent incauſatæ: ergo erit effectus ſine cauſa: qm̃ in eo quod multæ, ſunt cauſatę: ex eo ꝙ neceſſarię, ſunt incauſatę, vt dicit Algazel: et ſic apparet vis ſecundi. (Vnde, ſi aliquis.) in hac parte Auerro. eligit modum declarandi Auicen. ex datis, & dicit, vnde, ſi aliquis velit ordinare dictũ Auicen. declaratã, debet ipſum tali ordine ſignare ſine dubio, videlicet, entia poſsi-

C bilia indigent ſine dubio de cauſis præcedentibus, vt nunc eſt ſuppoſitum: tunc arguit, & ideo, ſi illę cauſę poſsibiles fuerint, oporterent cauſari ab alijs cauſis, & ſic procederent ad infinitum, & ſic, nulla hic erit cauſa vltima: & ideo oportebit dare vnum eiuſdem ordinis, ſcilicet vnum poſsibile incauſatum. ſi nõ: erit proceſſus infinitus: quod eſt falſum. (Patet ergo quod cauſę.) concludit concluſionem dicens, patet ergo, quod cauſę ſine dubio perueniunt ad neceſſariam cauſam, vt dictum eſt. (Amplius.) complet rationem, dicens, amplius dicta cauſa non euaderet quin ſit neceſſaria ex cauſa alia, aut ſine cauſa. ſi ex cauſa, ſequitur petere de illa cauſa, vnde: aut ad infinitum procedet: & ſic ſequetur quod illud, quod poſitũ fuit cauſatũ, ſit incauſatũ, vt dictũ fuit, quod eſt falſum, aut ſup. oportet venire ad cauſam primã: & ideo oportet quod perueniant ad neceſſariã cauſam incauſatam ab alia: & hoc eſt neceſſarium eſſe, & hoc modo erit prędicta demonſtratio vera, non tamen illo modo, quo eam poſuit Auicen.

Sed quaeritur, quomodo differt hic modus demonſtrationis Auer. ab illo Auicen. vterque enim videtur procedere per viam poſsibilis, & neceſſarij. Dicendum, quod primus modus dicendi arguit ſupponendo differentias entis eſſe, Verbi gratia, eſſe ens neceſſariũ, & eſſe ens poſsibile. vult enim quod omne ens ſit neceſſariũ, aut poſsibile. & hoc eſt petere principiũ, vt viſum fuit.

Secūdus modus non ſupponit, niſi ens poſsibile eſſe, vt patet ad ſenſum. Deinde extali arguit eſſe motum æternū partim poſsibile, & partim neceſſariū: ex hoc concludit ens ſimpliciter primum: ergo differunt hi modi valde, & tu conſidera. (Sed id, quod dixit.) Cum expoſuit rationem Auicē. & dedit ſibi vim, vult mo do contradicere Algazeli, quantum ad ſolutionem quæſtionis motæ in dubio propoſito: arguit enim ſupra, quod ſi poſsibile eſt id, quod cauſam habet ſuperadditam ſuæ ſubſtantiæ, & neceſſarium non habet: ſequitur neceſſarium componi ex poſsibilibus multis, vt apparuit de motu cœli, qui totus eſt neceſſarius, & tamen quælibet reuolutio eſt poſsibilis, cui reſpondit, quod non inconuenit totum eſſe incauſatum, cuius quælibet pars ſit cauſata: quoniam iudicium partis differt a iudicio totius. Vult ergo Auerroes contradicere Alga. in hoc: & primo præponit eius verba, ſecundo exponit illa, tertio contradicit illi. dicit ergo, ſed id, quod dixit Alga. ſcilicet, quando reſpondit ad philoſophos, dicens, quod aliquod, ideſt aliqua pars habet cauſam additam ſuper ſuam ſubſtantiam, & tamen totum illius partis non ſic ſe habet, vt patet de motu cœli, cuius quælibet pars eſt poſsibilis & habens cauſam, & tamen ipſe totus eſt æternus & incauſatus. (Intendit.) Nunc exponit illam ſolutionem, dicens, Intendit, quod quando philoſophi concedunt quod poſsibile eſt id, quod habet cauſam, & concedunt de neceſſario eſſe id, quod cauſam non habet, diceretur eis quod non eſt negandum ſecundum ipſorum radices quod ſint cauſæ, & cauſatæ infinitæ, id eſt quod ſit aliquod totum habens cauſas infinitas, & cauſata infinita. Verbi gratia, motus, habet enim reuolutiones infinitas: modo reuolutiones ſunt cauſæ infinitæ & cauſatæ: cuius rationem dicit, & ſententia eorum eſt neceſſaria, quia ſecundum ipſorum radices, poſsibile eſt iudicium partis differre a iudicio totius, & per conſequens poſſunt omnes partes eſſe cauſatę & cauſæ, & totum incauſatum ſemper: quoniam totum differt a partibus, vt fingit Alga. (Et hæc verba.) Nunc reprobat illam ſolutionem: &, quia tria illa ſolutio poſuit, ſcilicet, quod cauſæ per ſe poſſunt eſſe infinitæ. Secundo, quod ens diuiditur per poſsibile & neceſſarium, intelligendo poſsibile habens cauſam, & neceſſarium carens cauſa. Et tertio, quod poſsibile eſt aliquod totum eſſe incauſatum, cuius quælibet pars ſit poſsibilis & cauſata. Ideo hos tres errores remouet, & primo primum, dicens, & hæc verba abſque dubio ſunt ſophiſticalia diuerſis modis, immo tribus modis, prout tres ponit errores: & ponit primū, dicens, vnus eſt, quoniam peripathetici non concedunt cauſas infinitas per ſe, vt in præcedentibus declaratum fuit. & ampliat dictum, dicens, licet, ideſt quantuncunque illę cauſę ſint de natura poſsibiliū, aut de natura neceſſariorum, ſicut ſupra dictū fuit. vult dicere, quod ſiue cauſę ſint poſsibiles, ſiue entes neceſſarię non poſſunt eſſe infinitę per ſe, immo oportet quod ſint finitę omnino.

Dubitatio. Solutio.

Sed est dubitatio, quia non videtur, quod Alga. conceſſerit cauſas infinitas per ſe, quoniam ipſe non conceſsit niſi reuolutiones infinitas: & tamen non ſunt cauſę per ſe. Reſpondetur, quod Auerro. reprobat Alga. in hoc tantum, quod dixit reuolutiones eſſe cauſas: quoniam non poteſt ponere illas cauſas eſſe niſi per ſe, quoniam reuolutio agit virtute propria, & non virtute prioris reuolutionis, nec virtute ſui orbis, immo orbis illius virtute eius agit: quia cœlum non agit niſi motu, & lumine. verum eſt quod reuolutio orbis inferioris agit virtute reuolutionis orbis ſuperioris, ſed hoc non remouet rationem cauſę per ſe, hoc autem non concedit Ariſto. quoniam Ariſto. non vult quod vna reuolutio agat, ſed congregatio omnium reuolutionum. & ſic apparet quomodo bene Auer. reprobat Alga. in primo errore. (Et ſophiſticatio.) Nunc ponit ſecundum errorem, ſcilicet Auicen. qui etiam fuit Alga. & primo pręponit errorem loco antecedentis, dicens, & ſophiſticatio Auicē. hęc eſt, quę ſibi poteſt dici ſic. ſi ens diuiditur ad poſsibile eſſe, & neceſſarium, & intenderemus pro poſsibili id, quod cauſam habet, & pro neceſſario id, quod non habeat cauſam: hoc eſt antecedens. ſtatim ponit conſequens: tunc, non poteris demonſtratione probare eſſe poſsibile, cauſas eſſe infinitas ſecundum ſucceſsio-

A rem.quod probat:quia dato,ſupp.quod cauſę ſint infinitæ, aggregatio earũ erit ſine cauſa,cum ſit æterna:& ideo dicit, ſequitur enim quod illę cauſæ eſſent de entibus cauſas inhabentibus.i.non habentibus, ſicut apparet in congregatione ex omnibus reuolutionibus.ergo eſſent de genere neceſſarij eſſe.& ampliat inconueniens dicens,immo quod plus eſt,ſequitur apud philoſophos quod eſt poſſibile vnum conſtitui ex infinitis cauſis,cuius quęlibet ipſarum ſit noua, totum tamen eſt æternum.& addit quod non eſt dubium, quod hic error accidit Auicen. quia diuidit ens ad habendam cauſam, & non ad habendam cauſam: ſed, ſi ipſe diuiſiſſet ipſum modo a nobis facto, non ſequerentur eum prædicta argumenta.

Sed hic ſunt duę quæſtiones.primo,quia non videtur quod diuiſio Auerro. differt a diuiſione Auic. ſecundo,quoniam ſi differt,non videtur ſequi quod adduxit Auer.contra Alg. Ad primum debes ſcire, ꝙ licet diuiſio entis ſit per cauſam,& cauſatum apud Auer.& per poſsibile, & neceſſarium apud ipſum,& in hoc cum Aui.conueniat,differt tamen,quoniam Aui.vult iſta conuerti.ſ.poſſibile,& habens cauſam,& econtra,& neceſſarium,& carens cauſa,et econtra. Auer.aut non vult illa conuerti:aliquod enim eſt habens cauſam, cuius natura non eſt entis poſsibilis.vt quælibet intelligentia citra primam.& aliquod eſt habens neceſsitatem,& tamen non caret cauſa.& ideo bene ſequitur inconueniēs **Dubitatio.** **Solutio.**

B ad Aui.prædictum.ſ.quod non poteſt probari eſſe cauſas infinitas,quoniam congregatio earum erit æterna,ergo carens cauſa:quod eſt falſum: apud Auer. non valet:quoniam,licet ſit ęterna,tamen habet cauſam: & ſic apparet ſolutio quæſtionum inſimul. (Sed id,quod dixerat.) Nunc reprobat ipſum de tertio errore, & primo proponit illum, ſecundo remouet illum,& ſucceſsiue circa hoc remouet alia dicta eius,vt dicam.dicit ergo primo,ſed id,quod dixerat,quod antiquũ poteſt conſtitui ex infinitis,conceſsis pręteritis reuolutionibus infinitis, hoc eſt error. (Diximus quod eſt.) Nunc remouet illum dicens, dicimus quod eſt falſum,quia tale antiquum dicitur de antiquo,quod eſt vnum. &, ſi litera non eſt corrupta, vult dicere ꝙ eſt permanens, & vnum ſemper æquiuoce:quoniam antiquum ſucceſsiuum non tranſcendit naturam poſsibilis, vt dicit.12.Meta.com. 41.ſed habet de intentione æterni non cadere in non eſſe,ideo dicitur ęquiuoce: quoniam antiquum permanens,ſicut cœlum eſt totum ſimul, & non habet naturam entis poſsibilis apud philoſophos. (Item id, quod.) Adhuc ponit alium errorem.d.Item id,quod dixit Alga.videlicet,ꝙ ſup.opinio philoſophorum induceret nos ad concedendum,ꝙ neceſſe eſſe conſtituatur ex poſsibilibus eſſe, vt patet in exemplo de motu. (Nos dicimus.) Hoc reprobat.d. nos dicimus ſup.qđ vno modo eſt verum,alio modo falſum, & dicit, quia ſi intelligeremus pro poſ-

C ſibili & neceſſario id,quod nos opinamur ſcilicet poſsibile,pro eo quod nõ fuit, & poſt eſt,& pro eo,quod eſt,& poſt,non erit: neceſſarium, pro eo,quod ſemp eſt,tunc vere non ſequitur falſum,vt apparet in motu cœli: eſſet enim idē, quod noſtrum propoſitum. (Nos tamen dicimus.) videtur mihi, quod Auerro. narret modum,quomodo credit Alga.illud eſſe verum.& poſt exponit illum modum. ibi,(Intendit Alg.) dicit ergo in prima parte,nos tamen dicimus, quod Alga. intendit,quod ſi philoſophi intendunt pro neceſſario id,quod cauſam nõ habet, & pro poſsibili illud,quod habet ſup. cauſam,adhuc vult, ſecundum hunc ſenſum,non eſſe falſum.ideo ait Alg.tunc non concederemus falſum eſſe,videlicet, quod incauſatum.i.neceſſe eſſe conſtituitur ex infinitis cauſis: cuius rationem dedit Alga.d.quia, ſi poneremus quod eſſet impoſsibile, remouerentur ex hoc cauſę infinitę,vt ſupra deductum fuit:& ſic vult Alga.quod exponendo etiam, vt alij:philoſophi exponunt,adhuc illud dictum eſt verum.(Item dixit.)adhuc ponit aliud dictum eius.d.Item dixit,& hoc eſt ſimile dicto dicentis, quod impoſsibile eſt antiquum conſtitui ex nouis:cuius contrarium patet ad ſenſum:qđ ponit.d.ſed tempus apud eos eſt antiquum,& ſingulares reuolutiones ſunt nouę & principiatę,& tamen aggregatum ipſarum eſt in principiatũ,ideſt incauſatũ. ergo id,quod principium non habet,cõſtituitur ex principiatis reuolutionibus: ergo ſit principatio de reuolutionibus ſingularibus,ſed non de aggregato ipſarũ.

Cõuenientia, & differẽtia inter peripatheticos, & Algazelẽ.

patet ergo quomodo Alga. verificauit ſuam opinionem, etiam exponendo il- D
los terminos apud philoſophos Arabes. (Intendit Alga. in hoc.) nunc exponit
mentem Alga. poſt ibi, (Sed nos dicimus.) Dat modum verorum philoſopho-
rum intelligendi dictum Alga. dicit ergo. intendit Alg. in hoc, ꝙ non eſt impoſ
ſibile incauſatum conſtitui ex cauſis infinitis, ſicut cõſtituitur apud philoſophos
antiquum ex infinitis nouis: cuius rationes repetit. tempus namq; apud peripa-
theticos eſt antiquum, & conſtituitur ex temporibus nouis: ſimiliter motus cœlo
rum eſt antiquus apud philoſophos, & reuolutiones, ex quibus eſt conſtitutus,
ſunt infinitę. (Sed nos dicimus.) Nunc ponit verum intellectum philoſophorũ
peripatheticorum. Et debes ſcire, quod Alga. voluit totum aggregatum eſſe de
ſe incauſatum, & non habere cauſam, prout eſt aggregatum, immo de ſe neceſſe
eſſe, & tamen conſtituitur ex infinitis partibus cauſantibus illud totum: quoniã
partes ſunt cauſę ſaltem materiales totius, ſecundo Phyſi. ergo vult quod totum
ſit ſimpliciter neceſſe eſſe, neutra tamen pars neceſſe eſſe: peripathetici volunt
quod totum eſt æternum, & poſsibile eſſe, & ideo volunt motum ab alio perpe-
tuari. ſ. a cœlo, & intelligentia mouente ipſum. conueniunt ergo, & differunt.
conueniunt quidem, eo quia volunt illud æternum eſſe totum, eo quod fiat ex in
finitis nouis. differunt vero, quia Alga. vult illud totum eſſe incauſatum, & in-
dependens, immo ſine cauſa & neceſſe eſſe. peripathetici vero volunt quod il-
lud totum, & ſi ſit ęternum, quia eſt poſsibile ex ſe, tamen ab alio perpetuatur. E
& hoc declarauit Auer. 12. Metaphy. com. 41. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis.
hoc ergo dicit, ſed nos dicimus quod philoſophi reſpõdent ad Alg. in hoc, quod
ipſi non concedunt reperiri antiquum conſtitutum ex nouis partibus, prout illæ
partes ſunt infinitę: & ponit argumentum, & poſt ſoluit illud apud philoſophos
d. immo philoſophi fortiter de hac opinione fingent, ideſt ſophiſticabunt & for-
te litera eſt corrupta, & debet ſtare. (Fugiunt.) & materia plana eſt, & ratio ip-
ſorum eſt, quia dictum aggregatum non euadet, quin copuletur ex partibus infi-
nitis, aut finitis generabilibus & corruptibilibus. licet, ſi de finitis, ergo oportet
concedere quod genus ſit generabile & corruptibile, id eſt quod totum illud ſit
generabile. ſi de infinitis, ergo prædicti opinantes, ponunt quod ſit poſsibile vel
neceſſarium, quod illud aggregatum ſit ab ęterno ſine cauſa, a qua procedat: hęc
erat vis philoſophorum arabum: cui reſpõdet per philoſophos veros. d. ſed phi-
loſophi bene cõcedunt hoc, & opinati ſunt quod talia genera, & eis ſimilia ſunt
generabilia & corruptibilia, prout conſtituuntur ex poſsibilibilibus principali-
bus. habent enim ſine dubio cauſam extrinſecam, id eſt cœlum, & motorem, a
quo prędicta genera ęterna procedunt: & ponit tunc illud, in quo conueniunt. d.
& non putant ꝙ ſit impoſsibile inuenire cauſas infinitas, quia ſit, ſcilicet impoſ-
ſibile conſtitui antiquum ex nouis: immo, cum philoſophis arabicis, peripathe- F
tici hoc concedant: cuius rationem dicit ꝙ philoſophi dicunt ꝙ ponere motus di
uerſos in genere ab æterno, eſt neceſſarium concedere: quia hic eſt vnus motus
in numero ab æterno, & dicunt ꝙ cauſa eſſe corporum generabilium & corru-
ptibilium in partibus æternalibus in toto, id eſt quæ ſunt genita in parte, id eſt
ſecundum indiuiduum, ęterna in toto eſt: quia hic, id eſt motus primus eſt ens ab
æterno in toto & parte, vt primus motor, & corpus cœleſte, & hoc dicit, videli-
cet quia corpus cœleſte, & infiniti motus ſunt ſempiterni in genere ex vno mo-
tu continuo in numero, qui eſt motus firmamenti, id eſt octaui orbis. Ex his ha-
bes differentiam vnam inter Auer. & Alga. (Et ille motus.) declarat quomo-
do ſunt illæ partes, d. & illę motus non cõponitur ex pluribus reuolutionibus in
actu, ſed tñ in intellectu: quoniã partes ſunt potentia in toto, fiunt aũt actu, vel
per intellectum, vel per ſeparationem. (Et motus.) iterum redit ad primam diffe
rẽtiam. d. & motus ſupercœleſtis corporis æternitatem accipit a ſuo motore, qui
de eius natura continue ſemper mouere debet, & ponit differentiam inter hunc
motorem, & eos, qui ſunt hic. d. & non eſt de natura illius mobilis, ꝙ aliquotiẽs
moueatur, & aliquotiens non, ſicut ſe habent mobilia inferiora: quare autẽ, non
eſt huius naturæ in ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis, & ſecundo cœli. com.
3. & in vltima diſputatione declaratum eſt, & ego ibi declarabo, ſi Deus dabit

A vitam. (Et eſt notandum.) hic vltimo vult ſummatim opiniones philoſophorũ
tractare, vt habeatur differentia, & conuenientia eorum plene. primo ergo po-
nit ſummam opinionem.d.& eſt notandum quod hominum opiniones in generi-
bus,id eſt rebus generabilibus & corruptibilibus, æternis ſecundũ genus,ſunt
tres,licet duę primę,altera ſubdiuiſa.erunt tres:quarum vna eſt,quod quodlibet
genus eſt generabile & corruptibile,id eſt finitum a parte ante, & poſt, prout
continet finita indiuidua.ſecunda vero, quod quoddam genus eſt ab æterno, vi-
delicet ſine principio,& ſine fine,prout apparet cõſtitut ex infinitis indiuiduis.
Et ſubdiuidit hanc.d.ſed hęc opinio duobus modis diuiditur, id eſt ſubdiuidi.ur
in duo membra.aliqui dicunt quod talia genera acquirunt æternitatẽ ab aliqua
vna cauſa neceſſaria,alioquin priuarent vicibus infinitis tempore infinito,id eſt
infinities genita eſſent,& infinities corrupta: & hęc eſt philoſophorum opinio.
Alij vero opinati ſunt,quod prout continet infinita indiuidua,optime poteſt dici
quod ſunt ab ęterno:& hęc eſt opinio eorum,qui æternales dicuntur,id eſt ara-
bum,ſic nominatorum, & per hoc patet differentia inter arabes,& peripatheti-
cos,vt ſupra dixi: (Et eſt notandum,) declarat hanc diuiſionem, dicens,& eſt
notandum quod hę tres ſunt opiniones diſtinctę, & omnes diuerſitates in hoc
propoſito interuenientes ad iſtas, ſcilicet tres reducuntur: & addit vtilitatem
B harum opinionum,dicens,& ex his debet declarari, id eſt, conuenit conſequi
vtrum mundus ſit ab æterno,aut non: & vtrum habuerit agens, aut non: quo-
niam prima opinio legis infert mundum non fuiſſe ab ęterno. ſecunda arabum
forte negat cauſam primam. tertia ſola bene infert ęternitatem mundi. (Et eſt
notandum.) Nunc comparat has opiniones, dicens, & eſt notandum quod de
iſtis tribus opinionibus duę ſunt extremitates,& vna tenet medium.quod expo
nit,dicens,videlicet,opinio loquentium, id eſt theologorum eſt vna extremita-
tum,quę nouitatem mundi opinatur. Alia extremitas eſt opinio ęternalium,id
eſt,arabum. Media inter eas eſt philoſophorum opinio, (Patet ergo ex his.)
Nunc vult remouere omnes alias,& concludere opinionem Ariſtotelis,dicens.
patet ergo ex iſtis dictis, quod quicunque opinatur quod poſsibile ſit ponere
cauſas infinitas, & non poſsit obtinere,id eſt, concludere primam cauſam,opi-
nio falſa eſt.ideo dicit,immo totum contrarium videtur, quod qui eſſe infinita-
rum cauſarum negaret,ſicut facit opinio legis,nequies,id eſt, nõ poterit primam
cauſam ab ęterno aſſerere, Cuius rationem ponit, dicens, eſſe enim cauſatorum
infinitorum primam cauſam æternalem infert, ex qua acquirit eſſe infinitum,
alioquin eſſent finita genera, quę cauſa æterna quędam ſuorum indiuiduorum
innouat continue,& ſic manutenet genera: & hoc modo tantum probatur quod
antiquum eſt cauſa innouatorum,& declarat eſſe innouatorum infinitorum,ſcili
C cet,per ſucceſsionem, Debes ſcire,quod nulla opinio trium, ratione philoſo- Nota.
phica poteſt concludere cauſam ęternam,niſi opinio Auerrois,quoniam opinio
arabum non: quoniam,ſi tota multitudo eſt de neceſſe eſſe de ſe,ergo non arguit
cauſam ſuperiorem. Iterum opinio legis, ſi ponit omnia eſſe finita, tunc non Põẽtes oĩa
poteſt ponere principium abſtractum eſſe, vt declarat Auerroes primo cœli,cõ- finita eẽ,nõ
men.33.immo habet ponere ipſum eſſe corpus, quia omne nouum fit ex corpo- poſſunt po-
re, vt credunt philoſophi.Sola ergo opinio Auerrois, & Ariſto. concludit pro- nere princi-
poſitum: quoniam multitudo generatorum arguit ſucceſsionem ſempiternam, pium abſtrã
& illa arguit motum primum æternum, & ille arguit primum motorem abſtra- ctum eſſe.
ctum eſſe: & totum hoc dictum eſt. 8. Phyſico. commen. 46. &.47. &, licet
hoc dicat Auerroes, tamen non demonſtrat: quoniam lex noſtra ponit, quod Lex noſtra.
Deus ſit virtus extra corpus, per hoc, quia cauſat ſine tranſmutatione:& hoc
philoſophi non viderunt, immo in hoc fuerunt cæci: & hoc dixi ſæpe in diſpu-
tatione prima.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis quæſtioni, quam fecit eis. Si
autem diceret reuolutiones non reperiuntur in aliqua hora, neque

formæ elementorum, ſed id, quod reperitur ex eis, eſt vna forma in actu, & id, quod non reperitur, non denominatur a finitate, neque ab infinitate, niſi cum imaginetur in imaginatione eſſe eorum. & non eſt inconueniens id, quod conſyderatur in imaginatione, licet fuerint conſyderata, quòd ſint aliqua earum cauſæ aliquorum. nam homini hoc euenit in imaginatione ſua. Sermo autem eſt in entibus, prout ſunt, non in entibus in intellectu: & nihil remanet, niſi animæ mortuorum. Et iam conceſsit aliquis Philoſophorum in hoc, quòd fuit vna æterna ante alligantiam eius in corporibus, & apud ſeparationem ex corporibus vniuntur: & non erit eis numerus, quanto magis vt denominetur quòd non habet finem. Et dixerunt alii, anima ſequitur complexiones: & mors eſt priuatio eius, & non habet conſiſtentiam in ſe abſque corpore: igitur non eſt eſſe animę, niſi cum viuunt. & vita, quæ reperitur, includitur, & non aufertur finis ab ea. quę vero non ſunt, non denominantur omnino, nec finito, nec priuatione eius niſi exiſtimatione, cum ponantur in eſſe.

D (beside line 1)
E (beside "exiſtima-")

ALGAZEL.

AIt etiam Alga. Et reſponſio quòd hæc dubitatio de animabus plurimum eius euenit nobis ab Auicenna, & Alpharabio, & verificantibus ex eis, cum iudicauerint quòd anima ſit ſubſtātia exiſtens per ſe. & eſt opinio Ariſto. & expoſitorum Antiquorum eius. Et ei, qui declinat ab hac via, dicimus an imaginetur quòd innouetur in omni inſtanti aliquid permanens, vel ne? ſi dixerit quòd non, eſt falſum. ſi vero quòd ſic, dicimus, cum cōſyderauerimus omni die innouari aliquid, & permanere aggregata, ſunt profecto hucuſque entia infinita, & reuolutiones, licet fuerint inciſæ, peruenire quidem aliquod ens ex eis, quod permanet, & non finitur, non eſt falſum. & hac conſyderatione quieſcent dubitationes. & non eſt opus nobis declarandi an ſit hoc permanens anima, aut homo princeps, aut Diabolus, aut Angelus, aut ſit quicquid vis ex entibus. & hoc ſequitur eis omnimode, cum affirmant reuolutiones infinitas. F

Introducit Alg. reſpondentem pro philoſophis in duobus punctis, vt videbitur. d. & ait Alga. reſpondens pro philoſophis in illo argumento, quod cōtra eos poſuit: &, ſi aliquis diceret, quod reuolutiones non reperiuntur in actu, neque formę elementorum, ſed ſup. in ſucceſsione: immo id, quod reperitur pręſens, id eſt, actu, nequit, id eſt, non poteſt aliquo modo denominari de finitate, & infinitate, niſi in intellectu tantum: ſed nos loquimur de realibus entibus, non de imaginabilibus: & ſic patet quod non datur infinitum apud philoſophos. Non ergo remanet. hic remouet aliam quęſtionem contra philoſophos, & eſt ſecundus punctus dubij. dicit ergo, non ergo remanet aliquid aliud, in quo poſſumus ambigere, niſi de animabus mortuorum: vult dicere quod poteſt eſſe quęſtio de animabus mortuorum: quoniam vel remanent, vel non. ſi remanent, ergo ſunt infinitę: cum apud philoſophos mundus eſt æternus: ſi non remanent, erunt corruptę contra philoſophos. Soluit dicens, & quidam philoſophorum dicunt, quod animæ hominum ſunt vna ab æterno ante aduentum eius in corpus, & præter ſepara-

A tionem,ideſt,poſt ſeparationem,vniuntur,& fiunt vnum,abſque aliqua mutatio-
ne:maxime,quia de infinitate nequeunt denominari. quomodo autem intelligi-
tur hæc opinio in ſolutione,23. dubij primę quęſtionis verificatum eſt, attamen
amplius dicam in ſolutione huius dubij. (Alij vero.)hic ponit aliam euaſionem
dicens,alij vero peripatheticorum dicũt, quod anima ſequitur complexionem,
& dicunt quod mors non eſt niſi ipſius,id eſt,animæ priuatio:immo dicũt,quod
de ſeipſam ſuſtentare nequit,id eſt,non poteſt exiſtere ſine corpore:ergo anima
non habet eſſe niſi in viuentibus,& viuentes ſunt terminati,& numerabiles,&
ideo animæ non poſſunt de infinitate denominari,neque priuari, id eſt,dici infi
nitę,neque aliquo modo denominari poſſunt de finitate, neque infinitate,niſi ab
intellectu:& ſic patet ſecundus modus euadendi. (Item dixit plus.) adhuc am-
pliat dictum Algazel.d. Item dixit plus Algazel , quod reſponſio huius dubij
clare reperitur ab Auicen.& ab Alpharabio : & opinio veracium philoſopho-
rum eſt,quod anima eſt ſubſtantia per ſe exiſtens,vt habent ab Ariſto. & pri-
mis commentatoribus. (Et ſi aliquis.) hic Algazel adhuc facit.q.quoniam,licet
ſit euaſio ad id de anima,attamen adhuc ſimpliciter non euadis.vnde dicit, &
ſi aliquis ab iſta opinione deuiaret,petendum eſt ab eo,vtrum eſſet imaginandũ
quod in quolibet mouetur aliquod,id eſt,generatur, & poſt remaneat ,aut non
eſt poſsibile ad imaginationem:ſi non, ſcilicet eſſe poſsibile ad imaginationem,
B dicimus quod eſt falſum:quis enim non poteſt imaginari in quolibet die fieri ali
quid,& ipſum remanere. Si primo modo,dicimus quod ſi quolibet die imagine-
mur innouationem cuiuſdam rei,& quod remaneant omnes illæ res.copulentur
igitur vſque modo. ergo tota multitudo ſine dubio erit infinita.ergo,licet tu eua-
das de anima,non de poſsibili euadis. Et ideo concludit modum ordinandi du-
bia.d.vnde,hoc modo debent dubia ordinari. (Et non eſt curandum.) oſtendit
qualiter,licet dubium de anima ſit ſolutum , ſimpliciter tamen non eſt ſolutum:
&.d.& non eſt curandum vtrum id,quod remanet,ſit homo,aut anima,aut Dę-
mon,aut Angelus,aut quodcunque ens fuerit:vult dicere quod caſus debet intel
ligi de quacunque re.ponitur ergo illa res eſſe in quolibet die,& remanere,vt ſu
pra:& patet argumentum.volo autem per illam rem indifferenter hominẽ, vel
animam,&c.ergo,licet ſit ſolutum de anima,non tamen ſimpliciter eſt ſolutum.
(Id enim,quod.) hic tandem ſoluit.q.ſecundum opinionem veram,dicens,id.n.
quod dictum eſt, ſequitur opinionem dicentis , quod reuolutiones præteritę ſunt
infinitæ,id eſt,ſequitur ad philoſophos,non ad me.

SED POTEST eſſe quęſtio non ſolum contra philoſophos,ſed contra eos,
ſic.diuidatur hora in partibus proportionabilibus minoribus terminatis verſus
a. tunc volo quod in prima Deus faciat vnum lapidem , vel ſaltem ad imagi-
C nationem fiat,vt ipſe ponit: & ſecunda alium, & continue remaneant: ergo,cũ
hic fuerunt infinitæ partes proportionales , erunt de facto in fine horæ lapides
infiniti. Tu vero ſoluas pro te, & philoſophis : eſt argumentum friuolum , &
non dignum hoc loco.

AVEROES.

AIt Auer.Reſponſio autem ex Philoſophis,quòd reuolutiones
pręteritæ non ſunt, & ſic formæ elementorum præteritæ ge-
neratę ab inuicem non ſunt, & quod non eſt non denomina-
tur,nec finitate,nec infinitate, non eſt rñſio vera.& iam pręceſsit hoc.
Et quod dubitauit contra eos de credulitate eorum in animabus , non
eſt aliquid huius in opinionibus Philoſophorũ. & permutare de quę-
ſtione in quęſtionem eſt operatio ſophiſtica.

Hic Auer.reprobat Alga.in illis,quę philoſophis impoſuit,&.d.dicimus nos
quod id , quod reſpondit nomine philoſophorum , videlicet , quod reuolutiones

preteritę ſunt priuatę, & quod priuatum nequit denominari de finitate, neq; de infinitate, non eſt vera reſponſio: & nos hoc declarauimus in pręcedentibus: dictum enim eſt quod, licet non dicatur infinitum actu, dicitur infinitum in potentia permixta actui. (Et id, quod.) Nunc tangit ſecundum punctum. d. & id, quod dubitat ſuper philoſophos, ſcilicet, de ipſorum opinione in anima, dicimus quod hoc, ſcilicet, ſua reſponſio non eſt philoſophorum opinio: & tunc ſe excuſat, & patet. Debes ſcire, quod illa prima opinio de anima. d. quod anima eſt vna ante aduentū ad corpus, & poſt, & dum eſt in corpore multiplicatur: poteſt intelligi duobus modis. Vno modo, quod iſta multiplicatio fiat ſecundum rem ipſi animę, ita quod ipſa anima, dum corpori vnitur, eſt multa ſecundum rē, dum ſeparatur, vniatur ſecundū rem, & fiant omnes vna: & hęc videtur opinio attributa Platoni, vt fuit viſum in prima diſputatione. Alio modo, poteſt intelligi quod anima, prout eſt intellectus, eſt vnus numero, prout intelligitur in corpore, efficitur multa ſecundū reſpectus & habitudines multas, non quidē reſpectibus & habitudines inhęrentibus ipſi intellectui, ſed corporibus, in quibus vnitur: et hęc eſt opinio Ariſto. & Auer. vt recitatum fuit in prima diſputatione in fol. 23. Sed quomodocunq; intelligitur eſt falſa, & non eſt credibilis. Immo lex noſtra ponit, quod animę mortuorum remanent poſt, & quędam in gloria: vt illę, quę fecerunt bene, aliquę damnatę, vt illę, quę peccauerunt: & hęc eſt opinio Auice. & Platonis, vt puto. Poteſt tamen illa opinio famoſa ſecundum primum intellectum adhuc exponi; quoniam vnus vir coetaneus meus volebat illam eſſe mentem Platonis. Ideo debes ſcire quod, ſicut materia efficitur actu diuerſa propter formas, ita formę actu diuerſę propter materiam: ſicut ergo materię, dum carent formis, eſt vna materia priuatiue per priuationem differentiarum facientiū eam diuerſam, vt dicit Auer. 12. Met. com. 14. ita animę, dū carēt materijs diuerſis, poſſunt dici vna anima priuatiue, pro quãto actu non ſunt in ſitibus diuerſis, nec locis diuerſis: poſſunt tamen eſſe, prout dicunt habitudines ad corpora diuerſa. Et ſic poteſt intelligi. quod animę ſunt multa, dum ſunt in corporibus actu, ante tamen quam veniant ad corpora, vel poſtquam remouentur, cum careant differentijs, quibus erant multę, poſſunt dici, vnificari, & fieri vna anima actu, licet plures potentia prout poſſunt vniri diuerſis corporibus, quando iterum intrabunt corpora: & ſi hęc opinio imponitur Pla. & dicunt quidam ꝙ opinio legis non eſt contraria huic, niſi in hoc tantum: ꝙ iſtas animas ponit nouiter creari, Plato autem ſimul cum mundo omnes animas factas eſſe dicit. & quomodocunq; ſit, ego non curo: ſit igitur declarata in tantum. Et ſic conſumata eſt expoſitio quartę diſputationis Auer. contra Alga. cum Dei laude, & beatę virginis Marię.

Attributa opinio Platoni de anima.

Opinio Ariſto. et Auer. Poſitio noſtrę legis.

Sicut materia pp formas actu efficitur diuerſa, ita formę diuerſantur propter materiam.

DISPVTATIO QVINTA.

DE DECLARATIONE, QVOD NON POSSVNT AFFERRE RATIONEM, QVOD DEVS GLO. SIT VNVS; & quod impoſsibile eſt ponere duo neceſſaria in eſſe, & quodlibet eorum non habeat cauſam.

ALGAZEL.

B AIT Alga. Ipſi autem adducunt rationem in hoc duabus viis. Prima quidem eſt, quia dicunt, ſi eſſent duo, tunc eſſet aliquod neceſſarium in eſſe, dictum de vnoquoq; eorum; & id, de quo dicitur neceſſarium in eſſe, aut erit neceſsitas eſſe ſui ex ſe, & non imaginatur quòd ſit ex alio: aut neceſsitas eſſe ſui erit ei ex cauſa, & ſubſtantia neceſſarii in eſſe erit cauſata, & determinat cauſam, ex qua eſt ei neceſsitas eſſendi. Nos autem non intelligimus per neceſſarium in eſſe, niſi id, cuius eſſe non habet alligantiam cum cauſa aliquo modo. & exiſtimauerunt ꝙ ſpecies hominis dicitur de Socrate, & Platone, & non eſt Socrates homo ex ſe. nam, ſi eſſet homo ex ſe, nō eſſet Plato hō, ſed ex cā, q̃ poſuit eum hominem. & iam poſuit etiam Platonem hominem, & plurificatur humanitas plurificatione materiei prouenientis, & alligantia eius in materia intelligibili, non ex ſubſtantia humanitatis. & ſic conſtitutio neceſsitatis eſſe neceſſario in eſſe, ſi eſſet ex ſe, non erit niſi ei, nam, ſi eſſet ex cauſa, tunc ipſum eſt cauſatum: & non eſt neceſſarium in eſſe: ergo apparet ex hoc quòd neceſſarium in eſſe impoſsibile eſt quin ſit vnum. hic eſt ſermo, quem poſuit Alga. Deinde dixit.

C

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens per viam contradictionis. Dicimus cum dicitis aliqua neceſsitas in eſse, quæ eſt neceſsario in eſſe, aut eſt ex ſe, aut ex cauſa, eſt diuiſio falſa in poſitione ſua: qm̄ nos declarauimus ꝙ dictio neceſsitatis in eſse tollerat multas expoſitiones, niſi intelligat per eam ablationem cauſæ, & vſus fuit hac dictione. Et dicimus ꝙ non eſt falſum conſtituere duo entia non habentia

primum, quorum alterum non ſit cauſa alterius. &, cum dicitis quòd non habens cauſam non habet cauſam aut ex ſe, aut ex cauſa, eſt diuiſio falſa. nam ablatio cauſæ, & non indigere cauſa, non quæritur de eo cauſa. Et quid valet ſermo dicentis quòd non habens cauſam, ſi non fuerit ei cauſa ex ſe, aut ex cauſa, cum dictum noſtrum non habere cauſam, ſit negatio abſoluta, & negatum abſolutum non habet cauſam, & non dicitur de eo quòd ſit ex ſe, aut non ex ſe. Si vero intelligitis per neceſſarium in eſſe attributum ſecundum neceſsitati in eſſe, præter quòd ſit ens, cuius eſſe non habet cauſam, non eſt quidem intelligibile in ſe. & quod attribuitur tibi de dictione ablationis cauſę in eſſe eius, & eſt negatum abſolutum, non dicitur de eo quòd ſit ex ſe, aut ex cauſa, vſque quo ędificemus in poſitione huius diuiſionis quęſtionē. & ſignificat quòd hæc ſit demonſtratio fallax, quę nihil eſt. ſed dicimus quòd aliquid eſſe neceſſarium in eſſe eſt quòd eius eſſe non habet cauſam, nec habet cauſam vt ſit abſque cauſa omnino, & eſſe eius ſine cauſa non eſt cauſatum etiam ex ſe, ſed non eſt cauſa eſſe eius, nec cauſa quòd ſit ſine cauſa omnino. Et hæc diuiſio non innititur aliquibus attributis conſtitutionis, quanto magis vt reducitur ad negationem. Nam, ſi aliquis dixerit nigredo aut eſt color ex ſe, aut ex cauſa, ſi ex ſe, oportet vt non ſit rubedo color, & vt non ſit hęc ſpecies, ſcilicet coloris, niſi ſubſtantiæ nigredinis. ſi vero nigredo eſſet color ex cauſa, quę poſuit eam colorem, ergo intelligitur nigredo, quæ non eſt color, i. nō ponit eam cauſam colorum. nam omne, quod conſtituitur ſubſtantia, additum ſubſtantię ex aliqua cauſa, poteſt conſyderari priuatio eius exiſtimatione, licet non verificetur in eſſe. & ideo dicit quòd hæc diuiſio eſt fallax poſitione, & non dicit quòd dicere nigredinem eſſe colorem ex ſe ſit ſermo quòd impoſsibile eſt vt ſit ex alio quàm ex ſe. & ſic non dicit quòd dicere hoc ens eſt neceſſarium in eſſe ex ſe, i. non habens cauſam in eſſe ſuo, quòd ſit ſermo quòd impoſsibile eſt vt ſit ex cauſa, alia a ſubſtantia ſua.

D … E … F

Lõge diuerſa vetuſtiora verba.

IN iſta quinta diſputatione diſputant philoſophi de vnitate primi. Cum enim diſputauit de ęternitate ſimpliciter, & poſt de effectu primi circa ipſum mundum, & de rationibus philoſophorum circa hoc: reliquũ eſt aggredi in hac quinta de vnitate primi, & quęſtiones facere.

Dubitatio.

Dices: videtur ꝙ Auer. peruertat ordinem, quoniam Ariſto. primo cœli, vt narrat Auer. tractat de infinitate mundi, an ſcilicet mundus ſit finitus, vel infinitus. Et vtrum ſit vnus, vel plures: & iſtum ordinem ſeruat, quoniam primo tractat vtrum mundus ſit generabilis & corruptibilis. ſecundo, vtrum ſit vnus numero aut plures. & ait Auerro, ꝙ hoc facit propter ſcientiam de vnitate & æternitate primi, vt patet ibidem commen. 33. &c. Ergo Auerro. ſi tractaturus erat de vnitate primi, cur non tractauit an ſit finitus an non, & an vnus an non, poſtquam tractauit de generatione & corruptione eius. Dicendum, quod ſi probatum ſit mundum habere agens, erit probatum ipſum eſſe finitum in magnitudine, vt dicit ibi Auerroes. &, quia diſputauit Auer. an mundus habeat agens, ideo non opus fuit tractare an ſit finitus in quantitate. Item, quia ſolu. vnitatis mundi præſupponit hic: quoniam, non diſputat vtrum Deus ſit vnus, ſed vtrum vię ſapientum ſint demonſtratiuæ, ideo non curat tractare de vnitate mundi: quoniam, iam diſputatio non vertitur vtrum mundus ſit vnus, vt patet in titulo diſputationis pręſentis. In primo igitur dubio adducit

A bio adducit Algazel viam philoſophorum, & dicit. Ait Alga. viæ ſapientum
ſunt duæ, quarum prima hæc eſt: & primo ponit vnam hypotheticã. d. ſi eſſent
duo neceſſe eſſe, igitur prædicaretur neceſſe eſſe de quolibet illorũ: & per hoc
vult habere iſtam minorem, vbi duo ſunt neceſſe eſſe, neceſſe eſſe prædicatur
de pluribus eiuſdem rationis. Deinde accipit maiorem. d. & id, quod ſic ſe ha-
bet, id eſt & id, quod prædicatur de pluribus neceſſe eſſe, nõ euadet quin ſit ſua
neceſsitas de ſeipſo, non per aliud, aut ex cauſa: vult ergo, quod argumentum
ſic componatur: omne prædicatum de pluribus neceſſe eſſe omnino oportet, vel
prædicetur de illis a ſe, & non ab alio, vel ab agente dante illis illud prædica-
tum. Deinde accipitur minor prædicta: ſed, vbi ſunt plura neceſſe eſſe, neceſſe
eſſe prædicabitur de illis pluribus neceſſe eſſe: ergo in prima figura neceſſe eſſe
non euadet quin prædicetur de illis, aut a ſe, aut ab alio. & ſtatim cõtradicit vni
membro, dicens. & ſupp. ſi ab alio, oportet quod eſſet cauſatum: & nos non ſic
intendimus de eo. (Et ſequentes.) Hic declarat maiorem. Et debes ſcire, quod
via prædicta poteſt componi in prima figura, vt dictum eſt, & in ſecunda ſic:
omne, quod pluribus ineſt ſecundum prædicationem & verificationem cauſatũ
eſt illis ab aliqua cauſa: ſed neceſſe eſſe non cauſatũ eſt pluribus aliquo modo:
ergo non ineſt pluribus: vtriuſque ergo ſyllogiſticæ formæ vna eſt maior: ideo
hic probat illam maiorem per exemplum. ſecũdo ibi, (Similiter, ſi neceſsitas.)
B ſtatim accipit minoris vim, prout formatur in ſecunda figura. Dicit ergo, & ſe-
quentes hanc viam opinamur quod ſpecies hominis dicitur de Petro, & Guil-
lelmo: & Petrus non eſt homo de ſe: immo, ſi nanque nõ eſſet Guillelmus actu,
non eſſet de ſe homo: quia poteſt eſſe Guillermus: dico non eſſe hominem de ſe,
niſi aliqua cauſa poſuerit eum hominem, & poſuerit Petrum hominem, ergo hu-
manitas eſt multiplicata & materia præſens: ſed dependentia dictæ multiplica-
tionis de materia eſt quid intelligibile de ſe, non de ſubſtantia humanitatis, ideo
hoc fuit ab agente. Deinde accipit minoris vim, prout componitur in ſecunda
figura. d. ſimiliter. ſi neceſsitas eſt in neceſſario eſſe de ſe, tantum ſibi inuenite-
tur: vult dicere, ſed neceſſe eſſe non eſt cauſatum ipſi neceſſe eſſe ab alio: & hęc
erat minor: cuius rationem dicit. ſi, enim ab aliqua cauſa produceretur, eſſet ergo
cauſatum. non ergo neceſſarium eſſe apud eos: & ſic patet minor, concluſionem
ſupplet ſtatim. d. patet ergo ex hoc, quod neceſſe eſſe eſt ſine dubio vnum.
(Hucuſq;.) Hic vult adducere ſol. Alga. ad argu. philoſophorum, & ait. hucuſq;
ſunt Alga. verba. demum reſpondẽt Alga. philoſophis. d. ꝙ totaliter illud, quod
dixiſtis, ꝙ ſi eſſent duo neceſſe eſſe, &c. diuiſio erronea eſt. vult dicere ꝙ illa di-
uiſio, aut ipſo ſeipſo eſt neceſſe eſſe, aut ab agente, eſt diuiſio erronea. Quod de
clarat. d. nos enim declarabimus, quod vocabulũ neceſſe eſſe eſt dubitabile, niſi
intelligitur per id, quod cauſam non habet: neceſſe eſſe ergo idem eſt, quod cau-
C ſam non habens. Ideo concludit. d. vnde, ſi hęc ſit huius vocabuli intentio dici-
mus quod non eſt impoſsibile ponere duos imprincipiatos, id eſt incauſatos eſſe
neceſſarios: &, pro ſic quod nullus ipſorum ſit cauſa alterius: ideo concludit, er-
go quando dicitis quod id, quod non habet cauſam, caret cauſa de ſeipſo, aut ca-
ret cauſa ex alio, eſt diuiſio in re erronea: cuius rationem dicit, quia inictio cau
ſæ, & non indigere eſſe de cauſa, id eſt quia ratio cauſæ, & pro, id eſt non indige
re cauſa, non oportet ab aliquo cauſari, id eſt quod cauſa nõ habeat cauſam, nõ
habet ab alio. Huius autem dat rationem: cuius minorem primo accipit. d. quia
non habere cauſam pura negatio eſt, & pura negatio non habet negationem,
id eſt cauſam negationis, ideo ait ꝙ illa diuiſio eſt erronea: neque pertinet dice-
re ꝙ illud, ſup. ſit de ſe, aut nõ de ſe. vult dicere ꝙ, ſicut hæc diuiſio erronea eſt,
homo eſt rationalis, vel irrationalis, ita in propoſito neceſſe eſſe habet cauſam,
vel non habet cauſam. & per hoc ad formam argumenti negatur maior. licet
enim neceſſe eſſe prædicatur de pluribus, non oportet quærere, aut a ſe, aut ab
alio. (Sed, ſi intenderetis.) Vult cõfutare illud, quod Plato credebat: vbi debes
ſcire, quod neceſſarium poteſt dupliciter exponi. vno modo priuatiue, pro eo,
quod non habet cauſam: & ſic eſt vera expoſitio. alio modo, pro eo, quod eſt
ſempiternum & ſemper ens, non quia caret cauſis eſſe, ſed quia caret cauſis cor-

nuptibilitatis, vt dicit Auerro. in vltimo de ſubſtantia orbis. & ſic exponitur poſitiue: dicit ergo, ſed intenderetis ſup. vos philoſophi pro neceſſe eſſe ſecundum denominationem ſecundam. i. poſitiue, præter quod eſt ens ſine cauſa. i. non intelligendo primo modo. ſ. pro eo, quod caret cauſa, tunc non per ſe intelligitur. i. non eſt per ſe intelligibile: quoniam, ſic exponendo, etiam contingens eſt neceſſarium: quoniam aliquod eſt contingens, vt cœlum apud hos, quod eſt ſempiternum, erit igitur neceſſarium, ideo concludit vnde, ex hoc patet quod hæc demonſtratio philoſophorum eſt picta, & ſine radice. Et debes ſcire, vt tactũ eſt in diſputatione quarta. quod doctrina philoſophorum arabum eſt, quod iſta ſint ſynonyma, ens ſine cauſa, & neceſſe eſſe. Et hæc. ſ. ens habens cauſam, & contingens eſſe. opinati enim ſunt, quod omne cauſatum ſit nouum. i. dependens, & omne dependens apud eos eſt ens in ſui natura poſsibile. & ideo dicunt quod neceſſe eſſe, & carens cauſa ſunt idem omnibus modis. Et propter hoc ad formam quæſtionis manifeſta eſt ſol. quoniam, & ſi neceſſe eſſe de pluribus prædicetur, & in pluribus ſit, non poſſumus quærere cauſam, cur ineſt: quoniam, tunc eius, quod non habet cauſam, cauſam quæreres. (Immo dicimus.) Cum dedit reſponſionem viæ philoſophorum, adhuc declarat illam. d. immo dicimus, qđ intentio dicti vocabuli eſt id, quod non habet cauſam: & tunc addit neque ipſum non habere cauſam procedit a cauſa. (Et hæc diuiſio.) Remouet obiectionem, quoniam poſſet dici quod ego volo intelligere neceſſe eſſe poſitiue: hoc remouet. d. & hæc diuiſio ſup. quæ ponitur in maiori, non tendit. i. dirigitur erga denominationes affirmationis. i. inquantum illam extrema capiuntur poſitiue: cuius rationem dicit, quia id. i. neceſſe eſſe reducit ad negationem, quod intelligo prout diſtinguitur a poſsibili, oportet, vt negatiue intelligitur. V. g. ſi aliquis,) Hanc reſponſionẽ iterum per exemplũ declarat. d. V. g. ſi aliquis diceret, ꝙ nigredo eſt color, & peteret, aut ex ſe, aut ex cauſa. Si de ſe, oportet quod rubedo non ſit color, & oportet ꝙ hæc ſpecies coloratio nõ reperiatur niſi in nigredine. Si vero nigredo color fuerit ex cauſa, oportet ꝙ intelligitur ꝙ nigredo nõ ſit color, niſi cauſa poneret eũ colorem: cuius rationem dicit, id enim attribuitur ſubſtantiæ, quod eſt additum ſupra ſubſtãtiam ipſius ab alio: ergo, ſi nigredo color eſſet attributiue, tunc ab alio eſſet color. (Forte priuatio.) Hic reſpondet huic exemplo, & vult quod aliquis poſsit imaginari quod nigredo ſit color de ſe. i. non ab alio, & de pluribus prædicatur color: quoniam illa negatio non eſt vera in rerum natura exiſtens, ſed tãtum in mente. hoc dicit, forte priuatio poteſt intellectu imaginari. i. concipi, quamuis realiter reperiri nequeat. (Sed dicetur.) Replicat hanc reſponſionem. d. ſed dicetur, quod hæc diuiſio eſt erronea ſecundum hanc poſitionem. i. ſi intelligitur negatiue, tunc illa diuiſio eſt erronea, ſicut dictum fuit. Vnde, non eſt opinandum ꝙ ſi nos diceremus, ꝙ nigredo eſt color de ſe, ꝙ ſit poſsibile dicere ꝙ ſit non de ſe: quoniam non poteſt intelligi aliquod eſſe de ſe tale, & tamen intelligibile eſſe non de ſe tale: &, ideo ſi magnitudo eſt color de ſe fruſtra quæritur an de ſe, aut ab alio. i. non de ſe: qm̃ nullus poteſt imaginari ipſam eſſe non de ſe, poſtquam ponitur de ſe talis. Et tũc applicat ſequens ad propoſitum. d. ſimiliter eſt dicendum, quod hoc ens eſſe neceſſarium per ſe prohibet nos dicere quod ſit non per ſe: ita quod ex hoc, id eſt, hac diuiſione ſequitur impoſsibile falſum. q. d. quod ſit neceſſe eſſe, eſt neceſſe eſſe, cum hoc ſit dicere, eſſe ens ſine cauſa. ideo, non poteſt fieri diuiſio, & quærere vtrum hoc ab alio, aut a ſe: quia nullus poteſt ambigere quod ſit ens ab alio: & ſic patet ſolutio.

D

E

F

AVEROES.

AIt Auer. Hæc via præcipue eſt via Auicennæ: & nõ eſt via alicuius Philoſophorum Antiquorum: & eſt ſermo compoſitus ex propoſitionibus generalibus, quæ quaſi dicuntur æquiuo-

A ce:& ingreditur in eas propter hoc quæſtio, & contradictio multotiens.quare cum diuidantur iſta,& ſpeculetur intentum eorum, appropinquatur ſermonibus demonſtratiuis. Et ſermo Alga. in prima diuiſione quòd ſit diuiſio corrupta eſt ſermo non verus. nam ipſe dicit quòd id,quod intelligitur de neceſſario in eſſe,eſt id, quod non habet cauſam. & tamen, ſi aliquis dixerit de non habente cauſam aut non habet cauſam ex ſe, aut ex cauſa, eſſet ſermo falſus. & ſic ſermo dicentis in neceſſario in eſſe,aut erit neceſſarium in eſſe ex ſe, aut ex cauſa.& non eſt ſic. Attamen ſermo eſt an ſit neceſſarium in eſſe ex natura ſibi propria,ex eo ꝙ eſt vnum numero, aut ex natura communi ei,vt dicimus an Socrates ſit homo,ex eo ꝙ eſt Socrates, aut ex natura communi ei,& Platoni.ſi autem eſſet homo,ex eo ꝙ eſt Socrates,non reperiretur humanitas alteri.ſi vero eſſet ex parte naturę communis,tunc eſt compoſitus ex duabus naturis,vniuerſali, & particulari.compoſitum autem eſt cauſatum:& neceſſarium in eſſe nō habet B cauſam:ergo neceſſarium in eſſe eſt vnum. cum autem ſermo profertur hoc modo,ſermo Auicennæ erit verus. Et,cum dixit & negatum abſolutū non habet cauſam,& nō dicitur de eo ꝙ ſit ex ſe, aut ex alio, nō eſt ſermo verus ēt.quoniā res iam negatur à re,aut propter aliquid ſimplex ſibi propriū:& eſt id,quod hic debet intelligi,cum dicit ex ſe, aut ꝑ attributum ei non propriū:& eſt id, quod debet intelligi hic, cum dicitur cauſa. Et,cum dixit ꝙ hoc non eſt verū in attributis affirmatiuis,quāto magis negatiuis.* & contradixit huic per exemplum, quod adduxit de nigredine,& colore. Et diſpoſitio ſermonis eius eſt ꝙ,cū dicimus de nigredine ꝙ ſit color, nō diuidit verū & falſum de eo ſermo dicētis aut erit color ex ſe,aut ex cauſa.ſed ambo ſermones ſunt falſi.nam,ſi eſſet color ex ſe,neceſſe eſt vt non ſit rubedo color,quemadmodum,ſi eſſet Socrates homo ex ſe, neceſſe eſt vt non ſit Plato homo.ſi vero eſſet color ex cauſa, neceſſe eſt vt ſit hoc attributū additū ſubſtantiæ:& omne,quod eſt additum ſubſtantiæ, poteſt imaginari C ex ſe abſq; addito.& hæc poſitio facit vt ſequatur ꝙ imaginetur nigredo abſque coloreitate.& hoc eſt falſum.attamen eſt ſermo ſophiſticus propter æquiuocationem nominis cauſæ. Et etiam cum dicimus ex ſe,quoniam cum intelligitur de ſubſtantia oppoſitum eius, quod eſt per accidens,eſt verum dicere ꝙ colori reperitur nigredo ex ſe:& nihil prohibet quin ſit alii,id eſt rubedini. cum vero intelligitur ꝙ ſit nigredini ex cauſa,ideſt ex alia re vltra nigredinem,ſcilicet ex cauſa nō exeunte à re,non ſequitur ex eo vt imaginetur nigredo abſque coloreitate.nā genus eſt quid additum differētiæ,& ſpeciei: & impoſsibile eſt imaginari ſpeciem,aut differentiam abſque genere.hoc tñ eſt poſsibile addito accidentali, nō autē addito ſubſtantiali.& ſic diuidit verū,& falſum dictū noſtrum,ꝙ color eſt nigredini ex ſe aut ex cauſa,ſ. ꝙ color aut ineſt nigredini, in eo ꝙ eſt ſubſtantia nigredinis, aut in eo ꝙ eſt quid additum nigredini.Et hoc eſt, quod intelligit Auicen-

* Hucuſq; antiquus, ſequētia vero deſiderantur in eo.

na,cum dixit ꝙ neceſſarium in eſſe aut eſt neceſſarium in eſſe propter D
aliquid proprium ſibiipſi,aut propter aliquid additum ſibi: quod nõ
eſt proprium, ſi propter aliquid ſibi proprium non imaginantur ibi
duo entia,& vnumquodque eorum quod ſit neceſſarium in eſſe.ſi ve-
ro eſſet propter aliquid commune,tunc vnumquodque eorũ eſt com-
poſitum ex re communi,& re propria:compoſitum autem non eſt ne-
ceſſarium in eſſe ex ſe.&,cum ſic fuerit,tunc ſermo Alga. quid prohi-
bet quin imaginentur duo entia,& vnumquodque eorum eſt neceſſa-
rium in eſſe,eſt ſermo falſus. Si autem diceret ꝙ iam dixiſti ꝙ hoc eſt
propè demonſtrationem,& eſt manifeſtum ex eo ꝙ ſit demonſtratio,
dicimus ꝙ iam diximus hoc,quoniam vis huius demonſtrationis eſt
vis ſermonis dicentis ꝙ alietas inter duo poſita neceſſaria in eſſe aut
erit alietas in indiuiduo,& communicant in attributo ſpeciei: aut in
ſpecie,& cõmunicant in attributo generis, & ambæ alietates reperiun
tur in compoſitis. Attamen diminutio huius à demõſtratione eſt, quĩ
declaratum eſt ꝙ ſunt hic entia diuerſa, & ſunt ſimplicia, quæ non E
differunt in ſpecie,nec differunt in indiuiduis,& ſunt intelligentię ſe-
paratæ.quare declaratum eſt de eis quòd neceſſe eſt vt ſit in eis poſte-
rius in eſſe, & prius. ſiu autem, non intelligitur ibi alietas omnino.

In intelligẽtijs nõ intelligitur alietas omnino.

Demonſtratio autem Auicennæ completur hoc modo. Neceſſarium
in eſſe ſi eſſet duplex,aut erit alietas,quæ eſt inter ea numero, aut ſpe-
cie,aut prioritate & poſterioritate.Si autem diuerſitas, quæ eſt inter
ea,eſt numero,tunc eſſent conformia ſpecie.ſi vero eſſet diuerſitas ſpe
cie, tunc eſſent conformia genere, & ſecundum hæc duo neceſſe eſſet
vt ſit neceſſarium in eſſe compoſitum. Attamen, ſi eſſet alietas, quæ
eſt abinuicem in prioritate & poſterioritate, ſequeretur vt eſſe neceſ-
ſarium in eſſe vnum,& eſt cauſa amborũ:& hoc eſt verum. ergo ne-
ceſſarium in eſſe eſt vnum,ſi non ſunt hic, niſi hæ tres partes, quarum
duæ cadent,& verificatur pars remanens,quæ neceſsitat ſeparationem
neceſſarii in eſſe circa vnitatem. F

Et ſic videtur ꝙ nõ poſſumus ponere niſi prius & poſterius in intelligẽtijs non aũt alietas & identitas.

Nunc Auer. vult pertractare ſolu.pręſentis dubii, & primo ponit autorem huius vię.d.dicimus nos,quod hęc via, quam Algaze. dicit in vnitate, ſcilicet primi nomine philoſophorum,tantũ ab Auicen.reperitur, non ab alio antiquorum philoſophorum. Deinde addit naturam huius vię.d.& componitur ex vniuerſalibus propoſitionibus:& membra eius,id eſt,extrema huius vię ſunt ſumpta ęquiuoce,id eſt,ſunt multiplicia ſecundum ęquiuocationem, ideo eſt via altercanda. (Sed,ſi dicta.) Nunc vult ponere modum euadendi ab argumentis Alga.contra hanc,& primo pręponit hoc,ſecundo exequitur: dicit ergo, ſed ſi dicta membra diligenter diuiderentur,id eſt,reducerentur ad vniuocum,& ſup. Alga.reſpiceret intentum pręd ctę vię, faciliter poſſunt ſup. membra reduci ad demonſtratiuam viam.(Ergo quando Alga,)Nunc exequitur,& declarat quõ hęc via euidentiam habet.d.ergo,quando dixit Alga. ꝙ prima diuiſio erit falſa,& erronea,non eſt verum:dico non eſt verum,eo quia ipſe dixit ꝙ id, quod intelligitur de vocabulo neceſſe eſſe,eſt id,quod non habet cauſam. Vult dicere Auer.falſum eſſe neceſſe eſſe carere cauſa: quoniam intelligentię omnes ſunt neceſſe eſſe apud philoſophos peripatheticos, & tñ plane apud Ari. habẽt cauſam:eſt enim neceſſe eſſe a ſe,vt primum principium:& ab alio,vt reliqui motores,vt ſępe dictum eſt,(Et,ſi forte.)Reſpondet Auer,ad formam, & primo pro-

A ponit argumenti vim.d.&,ſi forte aliquis diceret quod id, quod cauſam non habet:aut illud non habere eſt de ſe,aut ex cauſa. Reſpondet, dicimus quod hęc ſunt verba abſurda:quaſi dicat,non concludentia ad propoſitum. Similiter, ſi aliquis diceret ꝙ neceſſe eſſe non euadet,quin ſit neceſſarium, aut ex cauſa,eſt falſum:immo neceſſe eſſe procedit a propria natura communi Petro, & Gulielmo:& ideo, ſi primo modo intelligitur, non debet humanitas reperiri in alio. Debes ſcire quod Auer. vult, quod neceſſe eſſe poteſt capi duobus modis. vno modo,pro ipſa natura communi neceſſe eſſe,quę in ſe nihil aliud eſt niſi natura carens cauſa:& ſic nõ habet cauſam,& ſic quęrere an habeat cauſam, an non, Auerroes cum Alga.acceptat illam diuiſionem eſſe abſurdam. Secundo modo poteſt accipi natura illa,prout coniungitur pluribus, & componitur pluribus, eo modo,quo humanitas poteſt dupliciter capi:vno modo in ſe,et ſic non habet cauſam:alio modo,vt componitur Sorti,& Platoni:& ſic,licet ipſa non habeat cauſam,compoſitum tamen ex humanitate & differentia vltima contrahente illam ad ſortem,habet cauſam.& ſic neceſſe eſſe habere cauſam non eſt abſurdum.& hoc apponit d.Si ſecundo modo, tunc ſine dubio componitur ex duabus naturis,videlicet vniuerſali & particulari,& per hoc vult minorem: deinde accipit maiorem.d.ſed cõpoſitum eſt cauſatum:ergo neceſſe eſſe habet cauſam:quod eſt falſum tam in ſe,quam vt alteri appropriatur:quod declarat. d.&

Duplex neceſſe eſſe.

B neceſſe eſſe non habet cauſam, ergo neceſſe eſt vnũ. & ideo concludit. d.patet ergo,quod qñ dicta via hoc modo ordinabitur,tunc erunt verba Auic.vera.poteſt ergo ſic argui.omne cõpoſitum vel in ſe,vel alteri habet cauſam.ſed primũ neceſſe eſſe nec in ſe,nec alteri non habet cauſam:ergo nec in ſe, nec alteri eſt compoſitum,& per conſequens non eſt vniuerſale,& ſic eſt vnum ſimpliciter. (Rurſus id,quod.) vult nunc reprobare aliud dictum Alga.d.rurſus id, quod dixit Alga.ſcilicet quod pura priuatio non habet cauſam,neque de ea dici debet, quod eſt ex ſe,aut cauſa,verba erronea ſunt:quod probat, aliquid enim poteſt negari de aliquo,aut ab aliqua ſimplici re,id eſt,per carentiam cauſę tantum, vt debet hic intelligi, quando dixit de,id eſt, per id verbum de ſe, aut poteſt negari ex aliqua denominatione,id eſt,natura propria,id eſt,addita in eo, ſicut debet hic intelligi in qualibet cauſa. Debes ſcire,ꝙ aliquid competit alicui per negationem,vt cœlo eſſe ſempiternum, per priuationem cauſarum corruptionis:& hoc modo negatiue:& ſic non habet cauſam aliqua negatio:competit alicui propter aliquid poſitiuum. Verbi gratia,homini per rationale ineſt hęc negatio irrudibile:modo hoc habet cauſam poſitiuam,ergo patet quod aliqua negatio poteſt habere cauſam, & aliqua non:& ſic dictum Alga.falſum eſt. Deinde apponit vltimum peccatũ.d.ſed id,quod dixit,quod hoc nõ verificatur,niſi

Nota.

C de denominationibus,quę prędicantur modo affirmationis maxime. Dicendũ ꝙ verificatur de eis,quę ponuntur modo negationis,vt nunc tactum eſt.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda vero via eorum eſt,cum dicunt,ſi ponimus duo neceſſaria in eſſe aut erunt ſimilia omnimode,aut diuerſa. Si ſimilia omnimode,non intelligitur numeratio,& ſecundatio.nam nigredines ſunt duæ,cum fuerint in duobus ſubiectis, aut eodem ſubiecto,ſed in duobus temporibus,cum nigredo, & motus in eodem ſubiecto,& eodem tẽpore ſunt duæ propter diuerſitatem ſubſtantiarum earum.cum vero non differant ambæ ſubſtantiæ, vt ſunt nigredines, cũ vnitate temporis, & loci non intelligitur numeratio. Si autem eſt poſsibile dicere in eodem tempore, & eodem ſubiecto duas nigredines, tunc poſsibile eſt dicere in vnoquoque indiuiduo

ꝙ ſunt duo indiuidua, & tamen non diſcernitur inter ea alietas. Et, D
cum falſa ſit aſsimilatio omnimode, & non poteſt fieri abſq; alietate, & non erit in tempore nec in loco, non remanet niſi diuerſitas in ſubſtantia. & quotienſcunque diuerſificantur in aliquo, aut communicãt in aliquo, aut nõ communicant in aliquo. ſi non communicant in aliquo, eſt falſum, qm̃ ſequitur ꝙ non communicent in eſſe, nec neceſsitate in eſſe, nec in eo, ꝙ vnumquodque exiſtit in ſe, non in ſubiecto. cũ vero communicant in aliquo, & diuerſificantur in alio, erit id, ex quo prouenit communicatio, aliud ab eo, ex quo prouenit diuerſitas. & erit compoſitio, & diuiſio in ſermone. Attamen neceſſarium in eſſe, non eſt in eo compoſitio, nec diuiſio. &, ſicut non diuiditur in quantitate, ſic non diuiditur in ſermone declarante, cùm non componatur ſubſtantia eius ex rebus, quarũ connumerationem indicat ſermo declarans. ſicut eſt ſignificatio animalis, & rationalis de eo, quo conſtituitur quiditas hominis, quæ eſt animal rationale: & ſignificatio dictionis animal de homine alia eſt à ſignificatione dictionis rationale: E
& erit homo compoſitus ex partibus ordinatis in definitione cũ ſermone ſignificante illas partes: & erit nomen hominis aggregatio earum. & hoc non imaginatur, & aliter non põt imaginari alietas. Reſponſio autem eſt, conceditur ꝙ non poteſt imaginari ſecundatio, niſi cum diuerſitate in re: & ſimilis omnimode non imaginatur diuerſitas eorum. ſed dictũ veſtrũ, ꝙ hæc ſpecies cõpoſitionis eſt falſa in primo principio, eſt induſtria abſoluta. & quæro quæ eſt demonſtratio in hoc. nõ aũt deputabimus hãc diſputationẽ ſeparatim. nam ex ſermone eorũ famoſo eſt ꝙ primum principium non diuiditur in ſermone declarante, ſicut non diuiditur quantitate. & ſuper hoc ædificatur conſtitutio vnitatis Dei glo. apud eos.

Diuiditur hoc capitulum, qm̃ primo Auer. adduxit verba Alga. vbi ponitur via philoſophorum, ſecundo ibi, (Sed ad hoc reſponden.) ſoluit viam philoſophorũ. Pro intellectu primę partis, debes ſcire quod via iſta exponitur hypothetice: ſi neceſſe eſſe multiplicatur, eſt ibi compoſitio: ſed in neceſſe eſſe non eſt cõpoſitio: ergo non multiplicatur: primo ergo probat maiorem, ſecundo ibi, (Sed neceſſe eſſe.) Accipit minorem. tertia ibi, (Et id, quod non.) Confirmat quod dixit, vnde dicit, ait Alga. ſecunda vero prædictarũ viarũ hæc eſt. ſi poneremus duo neceſſe eſſe, aut eſſent ſimiles omnino, id eſt, omnibus modis, aut differrent: F
ſi eſſent totaliter ſimiles, tũc nulla eſſet ibi numeratio, neque binitas, id eſt, dualitas: quod probat exẽplo. d. duæ nanque nigredines dicuntur, quando ſunt in duobus ſubiectis, vel in vno & eodem, ſed in duobus tẽporibus diuerſis: & exponit hoc d. nigredo. n. & motus in vno ſubiecto, & eodem tẽpore ſunt duo, quia in ſubſtantia differunt: ſed, quando in ſubſtantia non differunt cum vnitate temporis; & loci, id eſt, nec in ſubſtantia, nec in loco, nec in tempore, nec in ſubiecto: tunc, ſine dubio nulla eſt numeratio. Vult ergo dicere quod duo indiuidua non differentia in ſubſtantia, id eſt, eiuſdem ſpeciei, nec differentia loco, nec tẽpore, nec ſubiecto, omnino ſunt vnum. Et hoc probat per impoſsibile. d. & ſi eſſet poſsibile dicere quod in vno tempore, & vno ſubiecto eſſent duæ nigredines, tunc poſsibile eſſet de quolibet indiuiduo, id eſt, nullam haberemus via ad improbandum vnũ indiuiduum eſſe duo: licet, ibi numeratio non cognoſcatur: & dicerem te eſſe duos homines, licet ego non cognoſcam dualitatem: concluſiõ patet. Ideo concludit aliud membrũ, d, & poſtquã nulla eſt ibi ſimilitudo: opor

A tet igitur quod differ**ā**t, ſed non differunt in t**ē**pore, neq; in loco oportet ergo q**d** differant in aliquo: & ſi ſic, non euadetur, quin cōmunicent in aliqua re, aut nō. Quod non cōmunicent, falſum eſt, quia ſequitur ex hoc, quod ipſi nō cōicent in eſſe, neque in neceſſe eſſe, ideo cōcludit quod oportet vt çōicent in aliquo, & in aliquo differant: & ſi ſic, oportet ergo quod id, in quo cōicant, differat ab eo, in quo differūt. i. quod in alio cōueniant, & in alio differant: & tunc concludit maiorem. d. ergo eſt ibi neceſſaria compoſitio, & diuiſio intellectualis. (Sed neceſſe.) Nunc accipit minorē. d. ſed neceſſe eſſe non componitur: tacet concluſionem d. ergo neceſſe eſſe non poteſt multiplicari. (Et id, quod.) Poteſt dici quod hic confirmat prædicta, ſic: illud, quod non definitur, non cōponitur: ſed neceſſe eſſe non definitur. ergo, &c. vel poteſt dici quod infert corpore ipſum nō definiri, et eſt plus conſona textui. ait ergo, & id, quod non diuiditur in quātitate. i. in multas partes, non diuiditur in dicto exponēte. i. non habet definitionē, quæ eſt dictū exponēs id, quod continet definitū. Probat quod dixit, eius, ſcilicet, neceſſe eſſe ſubſtantia non componitur ex rebus, quæ ſignificari poſſunt ex dicto exponente. i. definitione quæ ſunt numerales, id eſt multæ, ſicut animal rationale ſignificat illud, de quo humana quiditas conſtituitur. (Et non eſt.) probat quod dixit: & non eſt dubium ꝙ id, quod ſignificat animal, differat ab illo, quod ſignificat rationale: ideo concludit ergo homo cōponitur ex partibus ordinatis in diſtin-

B ctione ex dictis illas partes ſignificantibus: & iſtud nomen homo illud aggregatum repreſentat: & alio modo ſimilitudo. ſ. inter illa duo neceſſe eſſe nō eſt imaginandum, niſi modo dicto. ſ. quod differant, & conueniant, vt dixi. Et ſic patet, primo via philoſophorum. & ſecundo, qualiter ipſum neceſſe eſſe eſt ſimplex: & ideo, non difficile videtur quod hæc ſit confirmatio argumenti philoſophorum. (Sed ad hoc.) Nunc Alga. reſpondet huic viæ, & dicit, ſed ad hoc reſpondendum eſt, quod nos debemus concedere quod binitas. i. dualitas non eſt imaginanda, niſi cum differentia in aliqua re, & ſup. conuenientia in aliqua: & etiā debemus concedere quod illi, qui ſunt omnino ſimiles, non eſt imaginandum quod differant: & ſic concedo in Deo eſſe compoſitionem, ex quo conueniunt, & quo differunt: & ſtatim dixit, vbi ſtat punctus. d. ſed id, quod dixiſtis, videlicet, quod prędicta ſpecies compoſitionis falſum quid eſt in primo principio. verba ſunt nuda ab omni demōſtratione. i. ſunt verba, & nō rationes: immo illud, videlicet, an in Deo ſit comparatio, pertinet quod ſit quęſtio per ſe. Et apponit illud, quod philoſophi ponunt. d. opinio. n. philoſophorū cōis eſt, quod primum principium non diuiditur. ſ. in definitione, ſicut realiter non diuiditur. Et ſup. ſed hæc eſt quęſtio, quoniam multi concedunt compoſitionem in Deo, vt dicā in ſolu. dubii huius. Vult ergo Alga. quod hæc via ducit ad hoc incōueniens. ſ.

C quod in Deo ſit compoſitio, & vult quod iſtud inconueniens, licet ſit inconueniens. ſ. tamen via philoſophorum, non oſtendit iſtud eſſe inconueniēs, niſi per illud. ſ. quia Deus non eſt definibilis: ſed illud eſt quæſtio: &, ſic ad probationē dubij adducunt, vel magis dubium, vel ęqualiter dubium: quare via illa non fuit demonſtratiua, ſed topica.

A V E R O E S.

AIt Auer. Alga. nō cōſyderauit inuolutionē, quę eſt in hac via ſecunda. & incœpit loqui cū eis cū poſsibilitate plurificationis in definitione neceſſarii in eſſe, quod ammouerūt ab eo, & voluit ponere id diſputationē ſeparatim. quoniā Loquentes ſectę Aſſariæ admittunt in primo principio pluralitatem, cū poſuerint id ſubſtantiam cum attributo. Inuolutio autem, quæ eſt in hac via ſecunda, eſt qm̄ diſtincta iā diſtinguuntur in ſubſtantiis ſuis, abſque eo, ꝙ communicent in re, niſi dictione tm̄. & hoc quidem, cum non communicēt in genere omnino, neq; propinquo, neq; remoto, vt eſt nomē cor-

poris apud Philoſophos, quod dicitur de corpore cœleſti, & corpore D
corruptibili: &, ſicut nomen intellectus, quod dicitur de intellectu hu-
mano, & intelligentiis ſeparatis: & ſicut nomen entis, quod dicitur de
rebus generabilibus & corruptibilibus, ac æternis. nã tales dictiones
veriſimilius eſt vt ingrediantur in nomina æquiuoca, quã vt ſint in
nominibus vniuocis · ergo non eſt neceſſe in entibus diuerſis vt ſint
compoſita. Et, qm̃ diminutus fuit Alga. in reſpondendo eis hac via, in
hoc ſermone eorũ incœpit primo adaptare opinionem eorum præci-
pue, & deinde conatur contradicere eis.

Nunc vult reprobare Alga. in eo, quod dixit extra propoſitum, ſecundo ibi,
(Sed error.) vult ponere verum defectum huius viæ: dicit ergo in prima. dici-
mus nos ꝙ Alga. non eſtimauit errorem huius viæ ſecundæ. i. non putauit illud
inconueniens eſſe inconueniens. i. ꝙ in Deo ſit compoſitio non putauit impoſ-
ſibile: & ideo cœpit loqui cum philoſophis in vna obſcura materia, quam ex-
plicat dicens, videlicet, quod ſit poſsibile ipſi neceſſe eſſe attribuere pluralitatẽ
definitionis. Hoc enim Alga. concesſit, quod philoſophi totaliter negant. & vi-
detur ei quod ſit diſputatio per ſe. quoniam, infra declarabitur vtrum Deus ſit B
definibilis: quoniam, infra dicetur, vtrum Deus ſit in genere: vnde, ſi Deus non
eſt in genere, habetur quod Deus non poteſt definiri. Debes ſcire, quod quæſtio
an in Deo ſit definitio, eſt quæſtio, an Deus ſit compoſitus ex genere & diffe-
rentia: &, quia iſtud tractabitur infra, ideo Alga. male aggreſſus eſt hanc quæ-
ſtionem. (Quædam enim ſecta.) ſecundo hanc quæſtionem eſſe per ſe oſtendit
per alium modum. d. quædam enim ſecta loquentium. i. theologorum, quæ haſ-
ſaria nuncupatur, attribuunt pluralitatem primo principio, prout ponunt ſubſtã-
tiam cum denominationibus: & forte iſta ſecta eſt chriſtianorum, qui ponunt in
Deo pluralitatem perſonarum, ſicut infra dicetur: & hæc eſt quæſtio infra tra-
ctanda: ergo male Alga. aggreſſus eſt hãc quæſtionem propter duo: primo, quia
ſi exponitur de pluralitate definitionis, infra diſputatione ſeptima. Si vero per
compoſitionem intelligitur pluralitas perſonarum, adhuc eſt quæſtio per ſe: er-
go quomodocunque, Alga. male aggreſſus eſt hanc quæſtionem. (Sed error hu-
ius.) Vult modo ponere errorem huius viæ. Et debes ſcire, quod poſſunt ali-
qua intelligi differre dupliciter. primo. ſ. inquantum ſunt primo diuerſa, quę in
nullo reali vniuoco conueniunt: & quædam, quæ differunt differentia, quæ in
aliquo conueniunt, & in aliquo differunt & hæc proprie ſunt in prędicamento.
Poteſt ergo reſponderi ad formam argumenti, quod dantur plura neceſſe eſſe, F
quæ differunt primo modo, & non conueniunt in aliquo vniuoco reali, licet ſic
in ęquiuoco: & ſic ratio illa non concludet illa componi ex vniuerſali & par-
ticulari. dicit ergo, ſed error huius vię hic eſt. illa enim, quę differunt adinuicẽ,
differunt in eorum ſubiectis. i. ſe totis ſubiectiue, & non cõueniunt in aliquo niſi
in dictis tantum. i. in nomine: & hoc eſt, quando non conueniunt in genere ne-
que propinquo, neque remoto: quod declarat exemplo. d. vt nomen corporis
apud philoſophos, quod prædicatur de corpore ſupercœleſti, & de corpore cor-
ruptibili. Deinde ponit ſecundum exẽplũ. d. vt nomen intellectus, quod dicitur
ſuper intellectum humanum, & ſuper intelligentias ſeparatas, & nomen entis,
quod dicitur de rebus corruptibilibus, & æternalibus. Tandẽ, ſup. dicimus talia
Vocabula rationabilius debere ingredi nomina ęquiuoca, & nõ vniuoca. & tũc
concludit reſponſionem. d. ergo non ſequitur quod entia, ſcilicet ipſa neceſſe
eſſe, adinuicem differentia componantur. quoniam non erunt differentia, ſed
primo diuerſa. poſt ordinat capitulum Alga. & ſermo eius patet. Sed, circa
hoc capitulum, ſunt duæ quęſtiones: prima, quia hęc ſecunda via philoſophorũ
ducit ad illudmet inconueniens, ad quod ducit prima, vt viſum eſt: prima. n. du-
xit ad hoc, qd tunc neceſſe eſt cõpoſitum: & hoc idem ſecũda: ergo nõ differũt:
cur ergo Alg. dixit hãc viã eſſe ſcđam. Secunda quęſtio, qm̃ videtur quod ra-

A tio ſit efficax, quod poteſt declarari proceſſu Ariſto. in primo cœli. tex. commẽ. 90. & 12. Metaphyſi. tex. commen. 49. ſic. vbi ſunt plura neceſſe eſſe: vel iſta ſunt æqualis perfectionis, vel inęqualis, vel in perfectione ſunt ſimpliciter ęquiuoca: non poteſt fingi tertium: quoniam, ſi ſunt ſimpliciter æquiuoca, ergo neutrum illorum erit altero perfectius immo quodlibet erit imperfectum, quoniam cuilibet deficiet perfectio alterius: ergo oportet, ut omnino ſint ęqualis perfectionis, & vnius, & eiuſdem bonitatis, & ſimpliciter perfecti ęquali perfectione: & hoc ſupponit via philoſophorum, & tunc recte arguit quod quodlibet illorum eſſet compoſitum, vt dictum eſt, & generabile, &c. Ad has poteſt dici. Ad primam dicendum, quod licet ad idem ducant, nõ tamen eodem modo. habet enim prima via pro inconuenienti; quod primum neceſſe eſſe ſit compoſitum: quia tunc haberet cauſam. ſecunda via habet pro inconuenienti idem per alium modum, ſcilicet quia tunc in Deo eſſet compoſitio difformis: & ſic apparet diuerſitas vtriuſq; vię. Ad ſecundam dicendum, quod illa demonſtratio illo modo formata eſt virtus demonſtrationis Ariſt. attamen Auer. reprobat illam, quantum ad hoc tantum, ſcilicet, quod ſi eſſent plura neceſſe eſſe differentia, ergo eſſent compoſita, hoc enim vult Auerro. non valere, vt eſt data multiplex inſtantia, vt dixit.

Solutio ad primam.

Ad ſecũdã.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. recitans opiniones Philoſophorum. Sed exiſtimauerunt quòd vnitas non perficitur, niſi affirmatione vnitatis ſubſtantiæ Dei glo. omnimode. affirmatio autem vnitatis eſt ablatio pluralitatis omnimode. Attamen pluralitas intelligitur in ſubſtantiis quinque modis. Primus quidem eſt diuidi in actu, aut cogitatione. vnde non erit corpus vnum vnum ſimpliciter. nam eſt vnũ continuatione vniuerſali, recipiente negationem quòd ſit diuiſibile cogitatione in quantitate. quod eſt falſum in primo principio. Secundus, quòd diuidatur res in intellectu ad duas res diuerſas, non quantitatiue, vt diuiditur corpus in materiam, & formam. nã vnumquodq; eorum, licet non imaginetur quòd poſſit conſtitui ex ſe abſque alio, ſunt tamen duo diuerſa definitione, & veritate, & prouenit ex ambo-

C bus vnum, & eſt corpus. & hoc etiam remouetur ab ipſo Deo glo. nam impoſsibile eſt vt ſit Deus glo. forma in corpore, nec materia, nec ambæ ſimul. Quòd autem non ambæ, hoc eſt duabus cauſis. quarum vna eſt, quoniam eſſet diuiſibilis quantitate apud ſeparationem actu, aut cogitatione. ſecunda vero, quia eſſet diuiſibilis in re ad formam, & materiam: & non erit materia, quoniam indigeret forma. neceſſarium autem in eſſe eſt ſibi ſufficiens omnimode, & impoſsibile eſt vt copuletur eſſe eius cum aliqua conditione alia ab eo, nec erit forma indigens quidem materia. Tertius autem, pluralitas attributorum conſyderatione ſcientiæ potentiæ, & voluntatis. nam hæc attributa, ſi eſſent neceſſaria in eſſe, tunc eſſet neceſſarium in eſſe, commune inter ſubſtantiam, & hæc attributa, & cauſaret pluralitatem neceſſario in eſſe, & auferetur vnitas. Quartus autem, pluralitas intellectualis, proueniens ex compoſitione generis, & ſpeciei. nam in nigredine eſt nigredo, & color: & nigredo eſt aliud quam coloreitas in

intellectu: ſed coloreitas eſt genus, & nigredo differentia: ergo eſt compoſitum ex genere & differentia. & animalitas eſt præter humanitatem in intellectu. nam homo eſt animal rationale, & animal eſt genus, & rationale eſt differentia, & eſt compoſitus ex genere, & differentia. & hæc ſpecies pluralitatis exiſtimauerunt etiam quod remouetur a primo principio. Quintus vero, pluralitas, quæ ſequitur ex parte quiditatis, & ex parte eſſe illius quiditatis. nam homo habet quiditatem ante eſſe, & eſſe ſuperuenit ei, & refertur ei. & ſic triangulus habet quiditatem, & eſt ꝙ ſit figura, quam circundant tria latera. & eſſe non eſt pars quiditatis, & eſſe non eſt pars ſubſtantiæ huius quiditatis, eam conſtituens. vnde poteſt intellectus percipere quiditatem hominis, & quiditatem trianguli: & tamen non ſcit an habeant eſſe in rerum natura, vel non. &, ſi eſſe conſtitueret quiditatem, non imaginaretur conſtitutio quiditatis in intellectu ante eſſe eius. Igitur eſſe refertur quiditati, ſiue ſit copulatum ei, ita ꝙ non erit hęc quiditas, niſi ſit exiſtens, vt cœlum, ſiue eueniens, poſtquã non fuerat, vt eſt quiditas hominis de Socrate, & Platone, et quiditas accidentium, et formarum innouatarum in Socrate. et exiſtimauerunt ꝙ hęc pluralitas etiã oportet ut auferatur a primo, et dixerunt ꝙ non habet quiditatem, cui eſſe referatur, ſed eſſe, quod oportet vt ſit ei, eſt vt eſt quiditas alteri. Igitur eſſe neceſſarium quiditas eius, et eſſentia eius, et natura eius et verificatio eius: vt homo, et arbor, et cœlum eſt quiditas: nam, ſi conſtitueretur ei quiditas, eſſet eſſe neceſſarium copulatum illi quiditati, et non conſtituens eam: copulatum autem eſt ſequens, et cauſatum: ergo eſse neceſsarium eſt cauſatum, et contradicit ei ꝙ ſit neceſsarium. D

Vult Alga. auctoritatibus philoſophorum declarare, quot ſpecies vnitatis amouentur ab ipſo primo principio. Et primo proponit modum, quomodo poteſt in Deo reperiri ſumma vnitas: dicit ergo, Au Algazel, narrans philoſophorum auctoritates talibus verbis: vnitas non perficitur, id eſt, non eſt ſumme perfecta niſi in eo, quod ipſi Deo glorioſo attribuatur vnitas omnimoda, id eſt, ſimpliciter. hoc nequit obtineri, id eſt, & Deo non poteſt attribui, niſi auferendo de eo totaliter pluralitatem. Debes ſcire, vt dicetur, quod quinque modis eſt multitudo. Vno modo quantitatiua, ſcilicet, quæ eſt diuiſio in partes quantitatiuas eiuſdẽ rationis. Secundo modo eſſentialis, qualis eſt in compoſito ex materia & forma. Tertio modo eſt multitudo perfectionum accidentaliter inexiſtentium alicui, quę apud catholicos vocatur multitudo attributorũ vni eſſentiæ ſimplici inhęrens. Quarto modo eſt multitudo, quę eſt compoſitio ex genere & differentia. Quinto modo eſt multitudo, quę eſt compoſitio ex quiditate & eſſe. Quia igitur vnitas eſt priuatio multitudinis, & nihil poſitiuum relinquit in ſubiecto, cuius ponitur vnitas, ideo quinque modis poteſt eſſe iſta priuatio, ſcilicet, diuiſionis in partes quantitatiuas, id eſt, numerales. priuatio diuiſionis in partes eſſentiales, priuatio diuiſionis in partes perfectionales, priuatio diuiſionis in partes rationis, ſcilicet, generis & differentię, priuatio diuiſionis in quiditatem & modũ. Vnitas ergo ſumma eſt amplectens priuationem quinque modorum multitudinis, & per conſequens Deo nihil poſitiuum reliquit: vnde, ſicut æternitas & neceſsitas inſunt alicui per priuationem cauſarum facientium corruptibilitatem & contingentiam, ſic vnitas, quæ eſt priuatio illa, ineſt Deo per priuationem cauſarum facientium illas ſpecies multitudinis. & ſicut æternitas & neceſsitas F

Sicut quinq; modis multitudo, ita quinq; modis priuatio illius. Quid ſit vnitas.

A nihil addunt naturę, cuius ſunt vltra naturam: ſic vnitas nihil addit ipſi Deo,
cuius eſt:& hoc vult dicere Auerroes quod ſumma vnitas non poteſt Deo attri
bui,niſi auferendo de eo totaliter pluralitatem,id eſt, omnem ſpeciem multitudi
nis.(Et ideo ſupponendum eſt.) Cum narrauit modum, quomodo Deo poteſt re
periri ſumma vnitas,nunc docet exequi illum modum, & ait,& ideo ſupponen
dum eſt hic, quod pluralitas reperitur in ſubiectis, id eſt, in rebus quinque mo-
dis. (Primus quorum.) Exequitur illos, & quorum primum ſup. eſt ex diuiſio-
ne actuali ſeu intellectuali, ſcilicet, in partes quantitatiuas eiuſdem rationis: &
hoc exemplo declarat.d.& hoc modo dicitur,quod corpus non eſt vnum abſo-
lute,licet ſit vnum in communitate vniuerſali,cuius rationem.d,ſemper enim ra
tione ſuę quantitatis reperitur, ſiue recipit in potentia diuiſionem ad infinitum:
& tunc recolligit.d.& talis pluralitas impoſsibilis eſt, vt attribuatur Deo bene
dicto. Debes ſcire,vt accipitur.5.Meta.quod quantum dicitur, quod eſt diuiſi Quantum
bile in ea,quæ inſunt,quorum vtrunq;,aut ſingulum vnum aliquid, & hoc ali- quid ſit.
quid natum eſt eſſe:vbi Auer.com.18. voluit, ꝙ propoſitio hęc habere poteſt
duos ſenſus.attamen oēs conſiſtunt ꝙ quantum, qn̄ diuiditur, diuiditur in plura
numero,& per conſequēs in indiuidua,quorū quodlibet eſt vnū, & hoc aliquid:
& ſic patet qualiter pōt intelligi dictum præſens:intendit.n.ꝙ corpus eſt vnum
ſecundum rationem vniuerſalem, tamen merito quantitatis plurificatur ad plu
B ra numero: & quia Deo non competit magnitudo quantitatiua, ideo ipſe vnus
eſt numero & non plures. (Secundus vero ꝙ diuidatur.) Hic ponitur ſecundus
modus,&.d. ſecundus vero modus eſt,ꝙ diuidatur res in intellectu ad duas diui-
ſas res extra animam non modo quantitatis immo ſunt duæ naturæ, vt materia
& forma. Licet enim quælibet harum duarum naturarum nequeat per ſe ſu-
ſtentari realiter ſine alia, neq; in intellectu:& forte litera eſt corrupta, & iſtud
verbum. (Neque in intellectu.) ſuperfluit,& vult dicere quod licet realiter ma
teria non poſsit eſſe ſine forma,tamen ſunt duæ res realiter diuerſæ: & ſi litera
non ſit corrupta, lege eam ſic: licet enim quælibet harum duarum naturarum
nequeat per ſe ſuſtētari realiter,neque in intellectu, ſup.vera intellectione:nihi
lominus duæ ſunt res adinuicem differentes in definitione, & veritate, & ex
ipſarum compactu reſultat corpus vnum:& ſtatim applicat hoc ad propoſitum,
dicens,et dicimus quod hæc pluralitas eſt auferenda de Deo glorioſo,videlicet,
quia Deus non eſt forma in corpore,neque compactum,id eſt,compoſitum ipſo-
rum: quod autem non ſit forma in corpore, manifeſte patet ex concluſionibus
Ariſt.8.Phyſi.tex.com.vlti.& quod non ſit compactum ex illis,probatur dua-
bus de cauſis:quarum vna eſt,quia eſſet diuiſibilis in quantitate in actu,& intel
lectu: conſequentiam non probat,quoniam manifeſta eſt per ſe. ſecunda cauſa
C eſt,quia eſſet diuiſibilis in naturas diuerſas,quarum vna eſt materia, & reliqua
forma: his igitur duabus de cauſis in Deo non eſt compoſitio ex materia & for-
ma.(Tertius prædictorum.) Ponit tertium modum, & ait, tertius prædictorum
eſt pluralitas denominationum,i.accidentiū, & eſt ēt auferenda ab ipſo Deo,vt
ſapientia,voluntas,& his ſimilia.(Si enim.) Aſsignat cauſam huius. ſi.n.deno-
minationes,ideſt,iſta talia,prout ſunt accidētia,fuerint in neceſſe eſſe, ergo eſſet
communicatio inter ſubſtantiam,& has denominationes, & tunc ex hoc ſequi-
tur eſſe pluralitatem in neceſſe eſſe,ergo remouetur ab eo vnitas. Et hæc litera
eſt multum difficilis,& vtinam haberem ante me aliquem expoſitorē,qui mihi
hunc locū declaraſſet:vult ergo dicere,quod vbi in Deo eſſent huiuſmodi attri-
buta denominantia eſſentiam,i.inquantum accidentia:qm̄ nihil denominat,niſi
accidens,quod extra eſſentiā ponitur ſubiecti,tunc eſſet cōmunicatio. forte intē
dit receptiua cōmunicatio inter ſubſtantiam,i.eſſentiā primi,& illas denomina-
tiones: & forte per cōmunicationē intelligit cōpoſitiones:qm̄, vbi attributa ipſi
eſſent accidentia,tunc ex eſſentia,& illis fieret vnum compoſitum,ergo eſſet ibi
communicatio,id eſt,compoſitio communicatiua. Vel forte intendit ꝙ ibi eſſet
communicatio,ſ.perfectionis:quoniam,tunc eſſentia eſſet imperfecta, & ſibi ab
illis attributis eſſet communicatio perfectionis, & eſt melius: ſed, quomodo in-
telligat in rei veritate difficile eſt: hic,n,liber eſt multū difficilis, tum ex ver-

borum tranſlatione barbarica, tum ex rei natura, tum quia nullos inueni ante me exponentes ipſum: & ideo, o fratres mei, & ſcholares ſapientes conſideretis laborem meum: &, ſi non exponam vobis, vt eſt rei veritas, ſaltem vobis cōmunicabitur occaſio inueniendi veritatem. Et debes ſcire, quod ſapientes nō negant attributa in Deo, quoniam Auerroes. commen. 39. 12. Meta. ponit illa, ſed negant illa eſſe denominationes, id eſt, accidentia addita eſſentiæ tanquam formæ denominantes: quoniam, vbi ſic eſſe, ſequitur inconueniens nunc, nunc adductum. (quartus eſt pluralitas.) Hic ponitur quartus modus, & ait, quartus eſt pluralitas intellectualis ſequens compoſitionem generis cum ſpecie, id eſt, differentia ſpecifica. ſi litera non eſt corrupta, vel forte litera eſt ſic. (Sequens compoſitionem generis cum differentia in ſpecie.) Quod exponit. d. vt eſt iſta ſpecies nigredo: in nigro enim continetur nigredo, id eſt, differentia vltima nigredinis cum colore, quæ ſine dubio differunt in intellectu: eſt ergo quintus modus compoſitionis, ſcilicet, ex genere & differentia, & vocatur definitio, & hoc dicens, differentia enim cum genere differt: vt homo, in quo continetur animalitas cum humanitate, id eſt, differentia vltima hominis, quæ ſine dubio differunt in intellectu: & hęc eſt compoſitio rerum videlicet, ex genere & differentia, quę vocatur definitio. (quintus vero.) Apponit quintum, dicens. quintus vero prædictorum eſt pluralitas ſequens copulationem quiditatis cum eſſe: vt, homo nanq; quiditatem habet ante eſſe, ſimiliter triangulus habet quiditatem, ſcilicet, quę eſt figura contenta tribus lateribus, & eius eſſe non eſt ſubſtantia ipſius quiditatis. Infert vnum correlarium, dicens, & ideo ſup. quia quiditas & eſſe differunt, poteſt intellectu comprehendi quiditas hominis, vel trianguli, & adhuc ignorare vtrum habeat eſſe reale, aut non. Vel forte quod Algazel per hoc dat cauſam, quare quiditas & eſſe differunt, quæ. 3. de anima aſsignatur, textu. commento. 20. ſcilicet, quia quiditas poteſt apprehendi ſine eſſe, vt dicam in ſolutio. dubij: & tunc litera legatur: & ideo ſup. eſt illud, quia quiditas & eſſe poſſunt comprehendi ſeparatim. (Et ſi.) Dat ſecundam rationem ad idem per impoſsibile, & ait, & ſi eſſe conſtitueret quiditatem, nulla quiditas comprehenditur ab intellectu, antequam haberet eſſe: & ſi ſic, ergo eſſe eſt quid relatum ad quiditatem, id eſt, neceſſario vnitum, adeo quod non poteſt poni quiditas ſine eſſe, nec econtra. (Licet fuerit illa quiditas ſemper in eſſe, vt ſunt corpora cœleſtia.) Sic reperitur litera, & forte eſt error tranſlatoris, & debet ſic ſtare: ergo aut erit illa quiditas ſemper in eſſe, vt ſunt corpora cœleſtia, in quibus quiditas eſt ſemper cum eſſe, aut eſſe accidet quiditatibus, aut indiuiduis animalium, id eſt, ſubſtantię, vel indiuiduis accidentibus corporum, id eſt, accidentis: ſed, cum primum membrum ſit falſum, relinquitur quod eſſe accidat quiditati, & indiuiduis quiditatis, qua componitur ex quiditate & eſſe, vt dicam, vel accidit formis aduenientibus compoſitis: & forte litera ſtat bene, & erit ſenſus: & ſi illa quiditas ſit ſemper eſſe coniuncta, eo modo, quo cœlum eſt ſemper cum eſſe, licet in parte differat, aut eſſe accidet quiditatibus, aut reliquis: & ſic poteſt litera accommodari. (Et dicimus.) Applicat nunc hoc, dicens, & dicimus etiam, quod hæc pluralitas de actuali eſſe debet remoueri a primo principio, & ideo concludit quod eſſe eius non eſt additum ſuę quiditati, immo ſuum eſſe neceſſarium ſimile eſt quiditati alterius, id eſt, eſt ita abſtractum, ſicut quiditas cuiuſcunque abſtracti: ergo eſſe neceſſe eſſe, id eſt eſſe Dei idem eſt, quod ſua quiditas & vnitas ipſius: ſi enim ſuę quiditati eſſe attribueremus, oporteret eſſe ipſius neceſſarium, id eſt, quod eſt neceſſe eſſe ſequi illam quiditatem, & eſſe conſtituens eam, vt patet in alijs: & tunc apponit inconueniens, dicens, & quodlibet ſequens cauſatur, id eſt, omne additum alteri cauſatur, illi ergo eſſe ipſius entis neceſſarij cauſatur: quod eſt impoſsibile. Quibus viſis patet, qualiter priuatio illa, quæ eſt vnitas, quinque gradus priuationis amplectitur: ſicut & quinque ſunt gradus compoſitionis, & ſic vnitas Dei eſt perfectiſsima omnium: quoniam nihil eſt extra primum quin aliquem gradum compoſitionis habeat illorum quinque: & ſic apparet intentio philoſophorum adducta ab Algazele.

A

AVEROES.

AIt Auer. Hoc eſt id, quod recitauit Alga. ex ſermonibus Philoſophorum in auferendo pluralitatem ab vno ipſo: & poſtea incipiet adaptare id, in quo contradixerunt ſibi ipſis in hac re. & oportet nos conſyderare primo in his ſermonibus, quos dedicauit ipſis, & declarabimus gradum eorum in veritate, deinde ſpeculabimur in eo, quod accipit ipſe de cōtradictione eis, deinde ſpeculabimur in eo, quod contradicit eis in hac quæſtione. Prima autem ſpecierum diuiſionis, de qua dixit quòd eam auferūnt Philoſophi a primo principio, eſt diuidi quātitatem cogitatione, aut eſſe. & eſt decretum apud omnes credentes primum principium non, eſſe corpus, tam apud eum, qui credit corpus compoſitum eſſe ex partibus non diuiſibilibus, quā apud eum, qui credit quòd non ſit compoſitum ex eis. & demonſtratio B de hoc eſt demonſtratio quòd non ſit corpus: & poſtea loquemur de hac demonſtratione. Secunda autem ſpecies eſt diuidi qualitate, vt diuiditur corpus ad materiam, & formam. & hoc quidem opinione eius, qui tenet quòd corpora ſunt compoſita ex materia, & forma. & eſt opinio Philoſophorum. & non eſt hic locus verificationis vnius duarum opinionum. & hęc diuiſio aufertur a Primo ipſo, etiam apud omnem credentem quòd ipſum non ſit corpus. Auferri autem corporeitatem a Primo, ex eo quòd eſt neceſſarium in eſſe ex ſe, loquemur de eo notificatione gradus ſermonis facti in hoc perfecte. Et hoc, quod neceſſarium in eſſe ſufficit abſque alio, ideſt quòd non conſtituitur ex alio, corpus vero conſtituitur ex forma & materia, & vtraque non neceſſaria in eſſe, quoniam forma non eſt non indigens materia, & materia etiam non ſufficit niſi cum forma, in hoc ēſt conſyderatio. nam corpus cœleſte non eſt compoſitum ex materia, & forma, ſed eſt apud eos ſim C plex: & tamen exiſtimatur ꝙ ſit verum dicere de eo quòd ſit neceſſarium in eſſe ex ſe. & poſtea veniet hæc diſputatio. Nos autem non ſcimus aliquem Philoſophorum credere corpus cœleſte eſſe compoſitum ex materia, & forma, vt ſunt corpora compoſita, quæ ſunt ſub eo, niſi Auicennam tantum. & iam locuti ſumus de hac quæſtione in multis locis, & adhuc loquemur de ea in poſterum. Tertia autem declaratio, & eſt auferri pluralitatem attributorum a neceſſario in eſſe. quoniam iſta attributa, ſi eſſent neceſſaria in eſſe, & ſubſtantia neceſſaria in eſſe, tunc eſſet neceſſarium in eſſe plura vno ente. &, ſi ſunt cauſata a ſubſtantia, neceſſe eſt vt non ſint neceſſaria in eſſe: & erit ex attributis neceſſarii in eſſe aliquod, quod non eſt neceſſarium in eſſe: aut erit hoc genus, includens id, quod eſt neceſſarium in eſſe, & non neceſſarium in eſſe. & hoc eſt impoſſibile, & falſum. Et eſt ꝑfecto declaratio propinqua veritati, cum conceditur quòd neceſſarium in eſſe ſignificat omnimode ens abſque materia. quoniam entia, quæ non ſunt in ma-

Auicēna ſolus vī temere corpora cœleſtia eē cōpoſita ex materia & forma.

teria,& ſunt permanentia in ſe,abſque eo quòd ſint corpora,impoſsi- D
bile eſt imaginari in eis attributa eſſentialia, quibus conſtituitur ſub-
ſtantia, quanto magis vt imaginetur in eis eſſe attributa addita ſub-
ſtantiæ,& ſunt attributa,quę appellantur accidentia. nam,cum,ima-
ginatur ipſa auferri,non aufertur ſubſtantia aliter,quam attributa eſ-
ſentialia.quare verificantur attributa eſſentialia de re, cui attribuun-
tur ꝙ ſunt idem, & tamen non verificatur prædicatio attributorum
non eſſentialium de eo, niſi nomine denominatiuo. nam non dicimus
de homine ꝙ ſit ſcientia, vt dicimus de eo ꝙ ſit viuum, ſed dicimus de
eo ꝙ eſt ſciens. Igitur eſſe talia attributa in eo, quod non eſt corpus,
eſt falſum.quoniam natura eorum eſt natura extranea ab eo,cui attri
buuntur. & ideo appellantur accidentia, & diſcernuntur,& diſtinguũ
tur ab eo,cui attribuntur in anima,& extra animam. Si autem dice-
retur,Philoſophi tenent ꝙ in anima ſunt talia attributa:nam ipſi cre-
dunt ꝙ ipſa comprehendit,& vult,& mouet, & tamen ipſi credunt cũ E
hoc ꝙ non eſt corporea: Reſpondetur quòd ipſi non opinantur hæc
attributa eſſe animæ addita ſubſtantiæ, ſed tenent quòd ſint attributa

Quę ſit natura attributorũ eſſentialium.

eſſentialia.& de natura attributorum eſſentialium eſt vt non plurifice
tur ex eis ſubiectum ſuſtinens ea in actu,ſed tantum plurificatur mo-
do,quo plurificatur definitum ex partibus definitionis: nam eſt plu-
ralitas intellectualis apud eos, non pluralitas in actu extra animam.
Exemplum huius eſt ꝙ definitio hominis eſt animal rationale, & ta-
men rationabilitas, & animalitas, vnaqueq; earum non cognoſcitur
ab alia in eo extra animam in actu:& tamen color, & figura plurificã-
tur in eo extra animam.& ideo ſequitur ei, qui concedit ꝙ anima non
eſt de conditione eſſe eius materia, vt concedat quòd iam reperitur in
entibus ſeparatis id,quod eſt vnum in actu,extra animam,& plura de
finitione.Et hęc eſt opinio Chriſtianorum in trinitate. nam ipſi non
tenent ea attributa,addita ſubſtantiæ, ſed ſunt apud eos plurificata de
finitione, & ſunt plura in potentia,non autem in actu: & ideo dicunt F

Male intelligis bone vir ſniam Chriſtianorum.

quòd eſt trinus,& vnus,ideſt vnus in actu,& tres in potentia.& poſtea
loquemur de inconuenientibus,& falſitatibus, quę ſequentur ei, qui
ponit ꝙ primum principium ſit habens attributa, addita ſubſtantiæ.
Pluralitas autem Quarta, & eſt pluralitas rei ex parte ſui generis,&
differentiæ,eſt propinqua pluralitati, quæ eſt rei ex parte materiæ, &
formæ eius. definitiones enim ſunt in compoſitis ex materia & for-
ma, non autem in ſimplicibus. & nemo debet contradicere ablationi
pluralitatis definitiuæ a primo principio. Pluralitas vero Quinta,&
eſt numeratio quiditatis,& eſſe,eſt quoniam eſſe in rei veritate in en-
tibus eſt quid intellectuale, & eſt eſſe rem extra animam, ſicut eſt in
anima.& id,quod illud ſignificat,eſt ſynonymum veri: & eſt id,quod
ſignificatur per copulam categoricam in propoſitionibus categoricis.

Dictio ẽ dr̃ dupliciter.

Nam dictio eſt,dicitur dupliciter. Primo id, quod ſignificatur per ve-
rum, vt cum dicimus ſi res eſt,aut non eſt,aut ſi hoc erit hoc, aut non

A erit hoc. Secundo id, quod ponitur de entibus tanquam genus, vt diuiſio entis ad decem prędicamenta, & ad ſubſtantiam, & accidens, &, cũ intelligitur de ente id, quod intelligitur de vero, tunc non erit extra animam pluralitas. tunc vero intelligitur de eo id, quod intelligitur de ſubſtantia: & tunc nomen ſubſtantiæ dicitur de neceſſario in eſſe, & alio ſecundum prius & poſterius, vt nomen calidi, quod dicitur de igne, & rebus calidis. hæc autem eſt opinio Philoſophi. Attamen iſte vir ædificauit ſermonem ſuum in eis ſecundum opinionem Auicenę, & eſt opinio falſa. nam ipſe exiſtimat ꝙ entitas, ſ. ꝙ res ſit, eſt quid additum quiditati extra animam, & quaſi accidit ei. Et, cum poſuit ꝙ ſit conditio in eſſe quiditatis, tunc, ſi neceſſarium in eſſe haberet entitatẽ, quæ eſſet conditio in quiditate eius, eſſet neceſſarium in eſſe compoſitum ex conditione, & conditionato, & eſſet poſsibile in eſſe. Vlterius apud Auicennam id, cuius eſſe eſt additum ſubſtantiæ ſuę, habet cauſam. Quòd autem eſſe apud Auicennam ſit accidens eueniens quiditati,

B id indicat ſermo Alga. hic. & hoc quidem, cum dixit ꝙ homo habet quiditatem ante eſſe, & eſſe reducitur ad eam, aut refertur ei. & ſic triangulus habet quiditatem, & eſt ꝙ ſit figura, quam circundant tria latera. & non eſt eſſe pars ſubſtantiæ huius quiditatis, conſtituens eã, & ideo poſsibile eſt vt comprehendant intellectus quiditatem hominis, & quiditatem trianguli, & non ſcit an ſit eis eſſe, vel nõ eſſe: quod indicauit quòd eſſe, quo vtitur hic, non eſt eſſe, quod ſignificat ſubſtantiam rerum, ſcilicet quod eſt tanquam genus eis, nec id, quod ſignificat, quòd res ſit extra animam. Nam nomen entis dicitur de duobus. vnum quidem de vero, & alterum de eo, cuius oppoſitum eſt priuatio. & hoc eſt, quod diuiditur in decem genera, & eſt tanquã genus eis. & hoc præcedit entia ſecundo modo, ſcilicet res, quæ ſunt extra animam. & hoc eſt, quod dicitur ſecundum prius, & poſterius de decem prędicamentis. & hoc modo dicitur de ſubſtantia ꝙ ſit ens ex ſe, & de

Nomẽ entis dr̃ de duobus.

Ens dr̃ per prius & poſterius de decẽ pdicamẽtis.

C accidenti quòd ſit ens, ex eo ꝙ reperitur in ente ex ſe. ens vero, quod eſt de vero, communicant in eo omnia prędicamenta æqualiter. Et ens quidem, quod eſt verum, eſt quid in intellectibus, & eſt eſſe rei extra animam, prout in anima, quę quidem ſcientia pręcedit ſcientiã de quiditate rei, ſ. quòd non quæritur ſcientia quiditatis rei, niſi prius ſciatur quòd ſit. Quiditas vero, quę pręcedit ſcientiam eſſe in intellectu noſtro, non eſt de verificatione quiditatis, ſed eſt expoſitio rei nominis ex nominibus. &, cum ſcitur ꝙ hæc res reperiatur extra animam, ſcitur quòd ſit quiditas, & definitio, & de hoc dicitur in libro Prædicamentorum ꝙ vniuerſalia rerum intellectarum ſunt in indiuiduis ſuis, & indiuidua intelliguntur in vniuerſalibus ſuis. & dictum eſt in libro de Anima ꝙ potentia, qua comprehenditur ꝙ res ſit talis, & reperiatur alia a potentia, qua comprehenditur quiditas talis demonſtrati. & de hoc dicitur quòd indiuidua ſunt talia demonſtrata, vniuerſalia vero in intellectu. & non eſt differentia de vero in entibus mate-

Indiuidua intelligũtur in ſuis vniuerſalibus.

rialibus,& ſeparatis. Cum autem aliquis dicit quòd eſſe eſt additum D
quiditati,& non conſtituitur eo ens ex ſe,eſt ſermo fallax nimis,quo
niam ſequitur ex hoc vt nomen entis ſignificet accidens commune de
cem prædicamentis extra animam.& eſt opinio Auicennæ. & interro
gabimus eum de hoc accidenti,cum dicitur de eo quòd ſit, an ſignifi-
cet verum,aut accidens repertum in hoc accidenti.& ſic reperirētur ac
cidentia infinita.quod eſt falſum. & iam declarauimus hoc in multis
locis.Et exiſtimo quòd hoc conatus eſt Alga. auferre a primo princi-
pio,& tamen aufertur ab omnibus entibus, quanto magis a primo, cū
ſit credulitas falſa. Et, quoniam recitauit hoc de vnitate ex ſermone
eorum, incœpit narrare id, cum quo contradicunt ſibi ipſis in hac re,
ex eo,quod exiſtimatur de eis.

Nunc Auer.vult hęc dicta ſpeculari,et optime ponderari,& per rationes hujuſmodi probare omnia hęc,& primo ponit ordinem dicendorum, & air, Dicimus nos ꝙ hæc ſunt Alga.verba nomine philoſophorum ad auferendum pluralitatem de Deo benedicto. vnde dicet ꝙ nos ſpeculemur primo in prędictis dictis,& inueſtigemus gradus eorum in vnitate,deinde reſpiciemus altercationem eorum.d.reſpiciemus reprobationes huius hominis, id eſt Inſtantias Alga.quas ſuper eos putauit feciſſe in hoc propoſitum. (Vnde dicimus.) Nunc poſito ordine proſequitur,& dicit. vnde dicimus quod primus prædictę diuiſionis modorū eſt diuiſio quantitatis mentalis aut realis:& dixit mentalis, propter cœlū quod diuiditur,& non diuiſione reali,ſed mentali, vt aſtronomi faciunt. (Et non eſt dubium.) Nunc verificat primum dictum Alg.d.& non eſt dubium. ꝙ in hoc conueniunt omnes opinantes ꝙ primum principium non ſit corpus,& air ꝙ demonſtratio facienda ſupra hoc,eadem eſt ꝙ demonſtratio facta ꝙ primum principium non eſt corpus:& excuſat ſe.d.& de hoc tractabitur, Deo dante, in ſequentibus,eſt ergo verificatum primum dictum. Debes ſcire ꝙ demonſtratio. 8.Phy.quę fiet poſt,eſt,omnis virtus in corpore eſt finita in tempore:Deus non eſt finitus in tempore:ergo Deus non eſt virtus in corpore.maior,& minor ſunt propoſitiones duę, ideo in illo relinquantur loco. (ſecundum vero membrum.) Verificat nunc ſecundum vero membrum.) Verificat nunc ſecundum,& primo recapitulat illud.d.ſecundum vero membrum prędictę diuiſionis eſt diuiſio qualitatis,id eſt eſſentialis in partes qualitatiuas,vt dicimus.id eſt eo modo,quo dicimus ꝙ corpus diuiditur ad materiam,& ad formam: & hęc eſt philoſophorū E
opinio. Debes ſcire,vt accipitur ab Auer. primo Phyſi. com. 36. artes dicuntur quandoq; ſecundum qualitatem,& quandoq; ſecundum quantitatem, & ſub diſtinguit partes quantitatiuas: vide eum. Dico ergo ꝙ indiuidua actu diuerſa ſunt partes quantitatiuę,vel ſaltem potentia propinqua, vt ſint diuerſa,ſunt partes quantitatiuę:& dicuntur partes quantitatiuę, quoniam forte principia per ſe diſtinctiua earum ſunt quantitates diuerſæ: vt colligi videtur primo Phy.com. 6.vel ſaltem,quia ſunt principiorum per ſe concomitantia,vt dixi in lib.de intellectu. Partes quoque qualitatiuæ ſunt materia & forma, & licet ſola forma qualitas dicatur,vt patet.5.Meta.tex.com.9. attamen ob excellētiam ſuam forma habet quod non ſolum denominet ſe,verum & id, quod perfectionem ſuam mendicat ab ea, & ſic materia poteſt dici qualitas forte participatiue. (Et hæc diuiſio) Nunc verificat hunc modum.d. & hęc diuiſio auferenda eſt de primo principio apud quemcunq;,qui opinatus ſit Deum non eſſe corpus. Debes ſcire,quod Emp.ſiculus,ciuis agrigenti, opinatus eſt corpus cœleſte eſſe Deū propter eſſe ſeparatum a naturis elementorum,vt Auer.narrat.8.Phyſi.com.2.caldei vero,in quibus philoſophia aliquando fuit perfecta, vt Auerro. narrat.12. Metaphy.com.50.& primo cœli com.22. opinati ſunt iterum cœlum eſſe Deū, propterea quia dat vitam omnibus:quod opus eſt diuinorum, vt narrat Auer.2.

cœli,

A cœli, commen. 58. & ideo dixit. (apud quemcūq;, qui opinatus ſit, Deum nō eſ-
ſe corpus.) quoniam multi ſunt, qui tenent Deum corpus eſſe, vt nūc viſum eſt.
(Sed auferre.) Apponit tamen ſtatim differentiam horum. d. ſed auferre corpo-
reitatem a primo principio, inquantum neceſſe eſſe, eſt de ſe. i. per ſe inueſtigā-
dum. & nos de iſtis tractabimus in ſequentibus diffuſe. vult dicere quod diuiſio
in materiam, & formam aperte amouetur a Deo: ſed corporeitas an inſit Deo,
eſt quæſtio per ſe. (Tertium vero.) Nunc verificat tertium, & primo recapitu-
lat illud, vt prius. d. tertium vero membrum præfatæ diuiſionis. ſ. auferre plura-
litatem denominationū de Deo benedicto declaratur ſic: ſi hæ denominationes,
id eſt hęc attributa eſſentialiter diſtincta ab eſſentia eſſent in neceſſe eſſe ſup. ad-
dita, & ſubſtantia. ſ. Dei, & illa. ſ. attributa eſſent neceſſaria eſſe, ſequitur quod
multa eſſent neceſſe eſſe: quoniam eſſet ſubſtantia Dei, & natura attributorum.
(Et ſi illa.) Apponit ſolutionē cuiuſdā cauillationis. poſſet enim fingi qđ diſtin-
guuntur ab eſſentia, & cauſantur ab ea: contra arguit, d. & ſi illæ denominatio-
nes ab ipſa ſubſtantia cauſarentur, oporret quod non eſſent neceſſe eſſe. conſe-
quentia patet, quoniam cauſatum non eſſet, nec poteſt eſſe neceſſe eſſe: ergo ſe-
quitur quod quædam denominationes eſſe neceſſarii non eſſent neceſſariæ: &
tunc ſequitur quod eſſet vnum ens continens id, quod eſt neceſſarium, & id,
B quod non eſt, ſup. neceſſarium: quod eſt falſum. Debes ſcire, quod ab omnibus Note.
philoſophis, Deus ponitur neceſſe eſſe ſecundum totum, & totaliter: & ideo, ſi
ponantur attributa in eo, quæ ſint cauſata, ſtatim poneretur aliqua natura in eo,
quæ non erit neceſſe eſſe, ſed cauſata: &, ſic natura Dei continebit duas natu-
ras, quarum vna erit neceſſe eſſe, altera erit non neceſſe eſſe, immo cauſata a pri
ma. & hoc eſt inconueniens Auer. (Et nos) Iterum adducit ſecundam rationem
ad idem, & poteſt ſic componi: nullum ens abſtractum a materia habet deno-
minationes ſubſtantiales, vel accidentales additas eſſentiæ eius. ſed primus mo-
tor eſt ens abſtractum a materia: ergo non habet illas, &c. accipit ergo minorē
primo. d. & nos dicimus quod hæc probatio eſt quaſi vera, videlicet, conceſſo
quod neceſſe eſſe ſignificat ens innaturale, hæc eſt minor. Deinde accepit ma
iorem. d. entia enim, quæ materiam non habent, ſed ſunt per ſe exiſtentia, &
non ſunt corpora, non poſſunt imaginari. i. intelligi quod habeant denominatio-
nes. i. formas ſubſtantiales, ex quibus conſtituitur ſubſtantia: quāto maxime ꝙ
attribuantur eis denominationes additę ſuper ſubſtantiā: & hę ſunt illæ, quę di-
cuntur accidentia. (Remotis. n. iſtis.) quia dixit in Deo non eſſe attributa, quæ
ſunt accidentia. cōſequens erat dare differentiā inter attributa eſſentialia, & ac-
cidentalia: ideo dat illā, & primo ait: remotis enim iſtis. ſ. accidentalibus deno-
minationibus non aufertur ſubſtantia, & continuę, id eſt, inſeparabiles, id eſt,
C ſubſtantiales denominationes in totum contrarium ſe habent, id eſt, quia eis re-
motis remouetur rei ſubſtantia. Eſt ergo prima differentia, quod attributa ſub-
ſtantialia ita inſunt rebus, quorum ſunt, ꝙ eis remotis remouetur & res. Attri-
buta accidentalia non ſic. (Et ideo verificatur.) Nunc apponit ſecundam diffe-
rentiam. d. & ideo ſubſtantiales denominationes verificantur de denominato,
vult dicere per ſe primo modo, & non verificatur prædicatio, id eſt, prædicatū
denominationum, id eſt, attributorum accidentalium in ſubſtantialibus de deno
minato niſi æquiuoce, id eſt, non per ſe, ſed per accidens, & ideo verificatio eſt
æquiuoce dicta. (Et ideo dicimus.) Concludit correlarium, vel forte dat ratio-
nem eius, quod nunc dixit. d. & ideo non dicimus de homine ꝙ ſit ſapientia, ſi-
cut dicimus ꝙ eſt animal, ſed dicimus ꝙ eſt ſapiens: tunc concludit quod dixit,
ergo impoſsibile eſt ꝙ tales denominationes in eo, ꝙ corpus, id eſt, corpus re-
quirentes, prædicentur de non corpore in eo, ꝙ non corpus: cuius rationem di-
cit: natura enim illarum. ſ. denominationum extranea eſt de eo. i. ab eo, quod de-
nominatur de eis. i. ab eis: vnde idcirco ſunt accidentia, & diſtinguuntur a deno
minato in intellectu, & extra intellectum.

Sed circa hęc eſt quęſtio. Primo, quia Auer. 12. Meta. ponit plane attri
buta multa cōuenire Deo, vt patet com. 39. & hic negat illud. Secundo, qm̄ ait Cōtradictio
ꝙ prędicatio animalis de homine eſt prędicatio ęquiuoce dicta a prædicatione ī dictis Auer.

ſapientiæ de homine: ſed debet dici homo eſt ſapiens: contra.qm̄, ſicut ſapiēs eſt concretū, ita & animal: ergo ibi non æquiuocatio: cum ambo prædicantur ſub ratione cōcreti. Tertio dubitatur: qm̄, non videtur quod ſapientia notet corpus: qm̄ ſapiētia eſt mētis qualitas, ad quā corpus non concurrit: ergo, qūo verificatur verbū eius? Ad primā dicendū, quod qūo Deus habeat attributa requirit ſpecialē tractatū, & forte poſt dicam: pro nunc aūt dicendum quod Auer. ſi bene inſpicias ibi, ponit attributa valde ęquiuoce. vult enim quod, cū Deus ſit ſumme ſimplex, nulla pōt ibi multitudo cōuenire ex parte eius: ſed, ſicut colūna dicitur dextra, & ſiniſtra comparatione ſumpta ad nos, ſic Deus dicitur ſapiens, & intelligens comparatione ad nos. & ideo concludit ibi, quod illa non ſunt ſynonyma, nec realiter diuerſa: ſed bene tantum in modo diſtinguuntur: & præcedentia huiuſmodi attribura dicuntur æquiuoce de Deo, & nobis. Vult ergo hic Auer. quod huiuſmodi attributa nō inſunt Deo, prout ibi denominans & denominatū ſunt duo ſecundū rē, & vnū in denominatione. Ibi aūt vult quod denominationes inſunt æquiuoce. ſ. cōparatione ad nos: & tu vide eū. Ad ſecundā dicendū, quod animal eſt cōcretū ad ſuppoſitum tantum: ſed ſapiēs ad ſubiectū, & ad ſuppoſita: & ideo ibi, homo eſt ſapieus, eſt duplex concretio: ibi aūt vna: ideo ibi eſt æquiuoca prædicatio æquiuocatione ſumpta a prædicato: & poteſt poni etiam ibi æquiuocatio ſumpta a modo prædicandi, prout in illa eſt prędicatio per ſe primi modi, in alia prædicatio accidentalis tanū. Ad tertiam dicendū, quod ſicut dextrū in columna non notat aliquod additū ei, ſed comparationē ad extra: ſic ſapientia in ſe notat corpus, non ſemper eius, in quo eſt, ſed eius, ad quod cōparatur: quare aūt notat, forte alibi dicitur, & nolo hic declare: ſed poſt. (Et ſi aliquis.) Hic mouet quęſtionē contra ſe. d. &. ſi aliquis diceret ꝙ philoſophi opinati ſunt, quod in anima ſunt ſimiles dictis denominationibus: cuius cauſam dat. d. eo ꝙ opinamur ꝙ anima eſt prudens, & volens, & mouens, & tamen putant ipſam non eſſe corpus, neque virtutē in corpore, vt patet. 3. de Anima. com. 5. (Nos vero.) Reſpondet. d. nos vero reſpondemus ꝙ philoſophi nō imaginātur, ꝙ hę denominationes ſint additę ſuper ſubſtantiā animę, id eſt, accidentia: immo putant ꝙ ſint denominationes ſubſtātiales, id eſt, ſubſtantię ipſi animæ, ecce quomodo Auer. non ponit ipſi intellectui aliquod accidens. Sed ſtatim poſſet eſſe dubitatio adhuc: qm̄, ſi eſſent ſubſtantiæ, ergo anima eſſet compoſita ex partibus realibus realiter diuerſis. Cui reſpondet. d, & de natura taliū denominationū eſt, ꝙ ipſarū ſubiectū non multiplicatur in actu: immo, tm̄ illo modo multiplicatur, quo multiplicatur definitū ex partibus definitionis, videlicet ꝙ ibi eſt multitudo mentalis, non realis, ſeu actualis. Et ſic patet ſecundū contra Io. qui ponit intellectū agentē, & poſſibilē diſtingui ſecundū rem, ecce verba Auer. contrariū innuunt. (Et ideo.) Tunç concludit correlariū. d. & ideo ſequitur concedentē ꝙ materia nō eſt neceſſaria ineſſe animę, ꝙ concedat, videlicet ꝙ in entibus ſeparatis ſit dandū vnū in actu extra animā, & plura in definitione, quod ſup. de intellectu nō inconuenit. (Et hęc.) Nunc narrat opinionem chriſtianorū de attributis, & accidentibus Dei. d. & hæc opinio, quam dicā, eſt chriſtianorū in hoc, videlicet in eo, ꝙ ponūt tres perſonas: ponit tamē, quomodo reputat illud eſſe erroneū. d. ipſi. n. putant eas eſſe denominationes additas ſuper ſubſtantias: immo, apud eos multiplicantur in definitione, & ſunt multæ in potentia, & non in actu. Deinde narrat aliud. d. ſimiliter dicunt ꝙ ſunt tres, & vnū. ſ. vnū in actu, & tres in potentia. i. vnū ſecundū rem, & tres ſecundū mentem. Tres ergo propoſitiones ponunt catholici. ſ. ꝙ in Deo perſonæ ſint addita eſſentiæ, prout ſunt relationes. ſecundo ꝙ non multiplicantur ſecundum rem; ſed ſecundū mentē. tertio, ꝙ Deus eſt trinus & vnus, trinus ratione, vnus ſecundum rem. Addit, & nos Deo dāte ducemus inconuenientia ſequentia opinantē, ꝙ primum principium habeat denominationes additas eſſentię, & ſuper ſubſtātiam. Sed videtur, ꝙ Auer. falſum imponat nobis chriſtianis: nos. n. non ponimus ꝙ Deus ſit vnū realiter, & tres ſecundū rationē, immo volumus ꝙ tres perſonæ realiter, et actualiter diſtinguātur. Forte Auer. ignorat opinionē noſtrā, cū non ſit apud alios valde famoſa, niſi apud chriſtianos: & ratione legis eius, pro-

Margin notes: Dubitatio. — Solutio ad primam. — Ad ſecūdā. — Ad tertiam. — Pō chriſtianorū de perſonis diuinis contra Auer. — Excuſatio. — Alia excuſatio.

Margin letters: D — E — F

A tulit,ſibi illo modo. Vel forte Auer.vult ꝙ illę tres perſonę, vt comparãtur eſ-
ſentiæ,vt ſic ſunt vnum rem,& diſtinguuntur numero:cum, vt ſic tranſeant in
eſſentiam:ſed,inter ſe comparatæ ſunt realiter diſtinctæ,nõ abſoluta diſtinctio-
ne,ſed relatiua,vt ſcis.(Quartum membrum.) Nunc verificat quartum mem-
brum.d.quartum membrum dictæ diuiſionis eſt pluralitas, id eſt, cõpoſitio ex
parte ſui generis,ſuæq; differẽtiæ.Probat ergo ꝙ hæc cõpoſitio a Deo remoue-
tur,& ſyllogiſmus ſic cõponitur:nulla cõpoſitio ex materia & forma attribui-
tur Deo:ſed compoſitio ex genere,& forma eſt cõpoſitio ex materia & forma, Forma eſt
ergo non debet Deo attribui.primo ergo accepit minorẽ.d. & hęc diuiſio quaſi definitio.
eſt pluralitas procedens a materia & forma:cuius rationẽ tangit,definitio nãq;
accidit compoſitis a parte formæ,& materiæ:non ſimplicibus aũt hoc ineſt, &
hæc maior: concludit cõcluſionẽ.d.ergo nullus debet cõtradicere ꝙ pluralitas
definitionis a primo principio auferatur:quõ aũt definitio requirit materiam,&
formam,quæſtio eſt,attamen apud Auer,ſermo patet vult enim Auer.ꝙ forma
eſt pars eſſentialis definitionis,immo eſt tota definitio: quoniam definitio non
explicat niſi eſſentiam rei: eſſentia autem rei eſt forma , ideo concludit ipſe 7.
Meta.com.21.ꝙ ſola forma eſt rei definitio:materia aũt ponitur,vt apparẽs de-
ferens quiditatẽ & eſſentiam,vt tradit ipſe ibidẽ com.59.& ſic patet illud. Iſta Prima ratio
autem opinio Auer. poteſt probari rationibus eius:prima ratio ſumitur.7.Me-
B ta.com.20.ait enim quiditates rerum non ſunt entes, niſi per eſſe rerum haben-
tium quiditates:vult dicere ꝙ quiditas eſt principiũ eſſendi, ſed ſup.tu. materia
eſt principium non eſſendi per ſe,eſſendi autem per accidens:& forma eſt prin
cipium eſſendi per ſe, vt traditur tertio Meta.tex. com,22.& 53. ergo non eſt
quiditas,vel pars quiditatis per ſe,ſed ſolum per accidens & hoc argumentũ eſt
demonſtratio,vt dicam:huius enim rationis maiorem Auer.ponit commen.20.
minorem.com.37. vbi ait:forma enim eſt pars,quæ cum fuerit, eſt res : materia
autem eſt illud,quod cum fuerit non eſt res: & hæc fuit minor. Secunda ratio Secunda.
poteſt ſumi ab eo, primo Meta.com.27,ait enim ſic:& intendit ꝙ comprehen
ſiones,quæ dicuntur ſcientiæ,ſunt rerum,quæ ſunt in ſenſibilibus non genera-
biles neque corruptibiles,niſi accidentaliter, & ſunt intentiones vniuerſales,
quas intellectus comprehendit in eis,& ſunt formæ:comprehẽſiones vero,quæ
ſunt corruptibilium, ſcilicet indiuiduorum non ſunt ſcientiæ , ſed imaginatio-
nes: & ex hoc componitur ratio ſic: illud eſt principium eſſentiæ & quidita-
tis,quod eſt principium intelligẽdi & ſciendi rem ipſam:ſed forma ſola eſt prin
cipium intelligendi & ſciendi rem:& materia eſt principium ſentiendi, & ima-
ginationis ipſius rei: ergo ſola forma eſt principium quiditatis, & eſſentiæ : &
hæc via eſt demõſtratiua, & efficax. Tertia ratio ſumitur ab eo ibidem. cõ.
C 18.& 12.Meta.com.14.& poteſt ſic componi:illud eſt principium eſſentiæ, & Tertia.
quiditatis,& definitionis per ſe,quo definitum participat naturam vniuerſalita-
tis: ſingularium enim non eſt definitio, niſi vniuerſaliter conceptorum, primo
de Anima.commen.6.ſed ratione formæ res ponitur in ſpecie & in genere, &
ratione materiæ arctatur ad indiuiduum & ſenſibile: ergo rationę formæ tan-
tum res debet definiri , & non ratione materiæ. Quod ſi dicas, ſicut Tho- Põ ſanc.T.
mas fingit,ꝙ materia habet duplicem gradum,ſcilicet vnum,prout eſt pars qui-
ditatis,quem habet a forma,& alium a ſe,prout eſt pars indiuidui,& ſic ſoluun- Contra.
tur omnes rationes. Hoc friuolum eſt:quoniam ille gradus,quo eſt pars quidita-
tis, vel ſibi competit per ſe ratione materiæ , vel ratione formæ : non per ſe,
quoniam ſibi per ſe competit eſſe primum indiuiduum, vt dicunt , ergo ratione
formæ:& hoc eſt intantum materiam ingredi definitionem,inquantum partici-
pat formã:& hoc eſt per accidens concurrere,& hoc Auer.ponit,nec aliter in-
telligit Auer.vt vides:huius opinionis fuit Alber.7.Meta.tract.3.cap.ſecundo.
& cap.3.& tractatu primo.cap.primo.

SED ACCIDVNT quęſtiones opinioni Auer. Prima, qm̃ tunc forma to- Dubitatio
tius,& forma partis eſſent idem, qm̃ eſſentia eſt forma totius: & forma eſt for- Prima ratio
ma partis, & hęc vnum ſunt. Secundo ſequitur,quod definitio ſit ſimplex, & Secũda rõ.
nõ oratio longa, quoniã forma eſt ſimplex & vnus conceptus tantum , ergo

definitio non diceret genus & differentiam:contra Ariſt.primo topicorũ.cap.4. D
Tertia. & contra ipſum.8. Meta. text.com. 6. Tertio ſequitur ꝙ quælibet definitio ſubſtantiæ eſſet definitio per additum, cum ſubiectum formæ ſit additum ſibi.
Quarta. Quarto ſequitur ꝙ materia non prædicatur in quid de definitio:conſequens falſum:quoniam materia eſt æque intrinſeca compoſito,ſicut et forma.
Quinta. Quinto,q̃m Auer.vult ꝙ quiditas,& habens quiditatem ſunt idem,vt patet.7. Meta.cõ.21. & 20.& habens quiditatem eſt compoſitum habens formam, vt patet ibidem.
Sexta. com.40.ergo. Sexto materia eſt pars in rei veritate ipſius compoſiti: ergo nõ
Septima. eſt apparens deferens,id eſt,pars apparens,vt vult ipſe ibidem.com.34. Septimo,ſi ſola forma eſſet definitio,tunc compoſitum non definitur, ſed ſola forma: conſequens eſt contra ipſum.com.40.& 8. Meta. com.9. Ad iſtas rationes.
Solutio ad primam. Ad primam diceret Auer.ꝙ definitio, eſſentia, forma totius, forma partis, & quiditas ſunt vnum ſecundum ſubiectum,& differunt ratione: & hoc plane ponit ipſe.7.Meta.com.36.ibi,Quiditas enim recti vniuerſalis, &c. Vbi vult ꝙ forma partis dicatur,prout cum materia conſtituit compoſitum : dicitur quoque forma totius,prout ab ea habet totum eſſe,& definitionem, vnde definitio, & forma partis differunt,ſicut explicans & explicatum : quod enim eſt forma explicat definitio,vt dicit Auer.primo Phyſico. com. 5. Ad ſecundam reſpon-
Ad ſecũdã. det Auer.5.Metaphy.com.3.vbi ait,& etiam illa, ex quibus componuntur definitionem ſignificantem quiditatem cuiuslibet rei, dicuntur etiam partes definiti,& definitiones,& ideo genus dicitur pars formę:& ideo dicimus quod genus eſt pars formarum ſpecierum:forma enim ſpeciei diuiditur in genus, & differentiam:hic patet quomodo definitio eſt compoſitum quoddam non ex forma & materia,ſed ex genere, quod ſumitur a forma generabili,& differentia,quæ ſumitur a forma ſpeciei,quibus additur materia,prout ſuſtinet illa. Sed dices: B
Replica. illi,qui ponunt ad mentem Auer. quod vnica ſit forma in compoſito, quomodo
Solutio. verificabunt illud. Poteſt dici quod,etſi vnica ſit forma in compoſito,attamẽ ſunt in ea plures gradus,ſcilicet generis,qui competit ei prout eſt in materia:qa vt ſic,ſibi debetur eſſe potentiale & genericum:alius prout forma eſt, & ſic ſibi debetur gradus ſpeciei:& tunc forma eſt multiplex ſecũdum conceptus & gradus,& vna in ſubiecto:& ſic poteſt ſaluari illud. Ad tertiam poteſt dici quod,
Ad tertiam. ſi capitur per additamentum,id eſt,extraneum ſecundum genus prædicamenti,ſic non eſt verum,quod materia ponatur vt additum,cum materia ſit ſubſtantia apud Ariſt.Sed,ſi capitur additum,id eſt,extraneum in ratione quiditatiua, ſic eſt verum, Sed accidentia vtroque modo per additamentum definiuntur ſe-
Ad quartã. cundum Ariſt.& patet commen.18. Ad quartam reſpondet Auer.7.Meta.cõmen.34. vbi plane ponit,quod materia non prædicatur de compoſito vera prædicatione,id eſt,quiditatiua,ſed prædicatur ſecundum denominationes,vt patet ibidem.commen.23.& idem.8.Metaph.commen.6.& 9.Metaph. com.21. vide bene. Ad rationem dicendum,quod materia eſt pars compoſiti intrinſeca, & forma:attamen materia eſt extrinſeca a quiditate: ita quod compoſitum poteſt conſiderari,vt eſt generabile,& ens eductum de non eſſe ad eſſe, & ſic ambo ſunt æqualiter intrinſeca:& alio modo,inquantum eſt quid difficile intelligibile, & vniuerſale: & ſic materia eſt pars per accidens ipſius compoſiti, & ideo denominatiue prædicatur,vt dixi. Ad quintam debes ſcire,quod definitũ
Materia de compoſitio prędicatur ſecundũ denominationem tm̃,& nõ ſecundũ prędicationẽ qditatiuam. F
Ad quintã. eſt tribus modis:per ſe primo,& ſic eſt ſola forma:quoniam ſola ipſa primo, &
Triplex definitum. per ſe per definitionem explicatur. Secundo modo eſt definitum per ſe ſecundo,& ſic compoſitum habens formam definitur intelligẽdo compoſitum vniuerſale. Tertio modo per accidens,& ſic indiuidua definiuntur. Primo modo loquitur ipſe.7.Meta.commen.37.vbi ait.definitio eſt intentionis vniuerſalis, & formæ vniuerſalis & proprie.i.primo & per ſe,non congregati ex materia & forma.Secundo modo loquitur ipſe ibidem com.4. vbi ait. non quia ipſa definitio,quæ eſt forma,ſit ipſum definitum, quod eſt habens formam,& idem.cõmen.21.Hoc idem.8.Metaphy.com.9.Tertio modo loquitur.commen. 35. vbi vult quod non definitur niſi per accidens. Ad formam ergo dicendum,quod quiditas & habens quiditatem ſunt idem identitate inſeparabilitatis, vt dicit. 7.

A Meta.com.21.vbi ait. V.g.quoniam homo,& ſua quidditas,quæ eſt animal ra
tionale,ſunt idem non ſeparabiles. Ad ſextam dici poteſt, quod ſi materia — Ad ſextam.
comparatur ad eſſentiam rei, eſt pars apparenter,& non exiſtenter:pro quan-
to non eſt vera pars,ſed tantum illam ſuſtentans, & ideo habet rationem par-
tis modicam ſimilitudinem.i.ſuſtentare illam.Sed,ſi comparatur ad compoſitũ
eſt vera pars:primo modo intelligit Auer. ſecundo modo verificatur vis argu-
menti. Ad ſeptimam patet ſolutio:ſola enim forma per ſe primo definitur,cõ — Ad ſeptimã.
poſitum autem per ſe ſecundo,indiuiduum pure per accidens,vt dixi: & verba — Forma p̄ ſe
eius ſunt concordia, vt ſcis, & ſic patet mens Auer. ſed nunquid iſta ſit mens. — primo defini
Ariſt.ſcis quod hic vir nunquam receſsit ab opinione Ariſto. nolo tamen addu — tur,cõpoſitũ
cere verba Ariſto.quoniam ſunt infinita pro hac opinione:& tu lege ipſum,cũ — vero per ſe
inuenies ea,nota illa.redeo ergo ad ſermonem meum.(Quintum vero membro- — ſecundo, &
rum.)Nunc vult verificare quintum membrum.Et pro parte corrigit. ait ergo, — indiuiduũ p̄
quintum membrorum vero huius diuiſionis dictæ eſt numeratio, i. compoſitio — accidẽs.
quiditatis,& eſſe,quaſi innuat quod huiuſmodi compoſitio etiam a Deo remoue
ri oportet.Sed remouet.q.quoniam dicet quis,an vnum & idem eſſent, diuerſa
ſunt in re,& per conſequens in Deo erit compoſitio ex eſſe,& vnitate. Cui re-
ſpondet.d.& eſſe ſecũdum veritatem in entibus,eſt quid intellectuale,i. eſt q̄d
intelligibile,videlicet,eſſe extra animam,ſicut in intelligentia.q.d. ꝙ illud eſ-
ſe,quod eſt extra animam,intelligitur ab intellectu, & per conſequens conclu-
B dit ꝙ eſſe,& vnum ſunt idẽ in re,ita quod eſſe & vnum nomina ſynonima ſunt
id eſt,idem realiter ſignificantia,licet in modo differunt,vt dicam.& ſi ſic,ergo
nulla eſt pluralitas extra animam,cum eſſe & vnum ſunt idem in ſubiecto, &
per conſequens non faciunt compoſitionem:Deus ergo eſt ſimplex ſimplicita-
te oppoſita compoſitioni ex eſſe & quiditate,& compoſitioni ex vno & eſſe:et
ſic ſoluitur obiectio.

CIRCA præſentem ſol.accidit quæſtio non modica. & eſt quęſtio Aui. vt — Dubitatio.
narrat Auer.10.Meta.com.8.arguit.n. Aui. ſi ens & vnũ ſunt ſynonyma cum
hoc nomine res,non eſſet verum.i.vera compoſitio dicendo rem eſſe vnã. V.g.
& ſi vnus homo ſignificaret hominem, vult dicere idem præciſe, & omnibus
modis.Tunc dicere iſtum hominem demonſtratum,vt pote Sor.eſſe vnum,non
eſſe enunciabile compoſitum ex pręedicato & ſubiecto,ſed non plus eſſet dicere
hominem eſſe vnum,quam dicere hominem eſſe hominem. Eſt ergo virtus ar-
gumenti Auic.quod ſi ens,res,& vnũ eſſent ſynonyma, tunc ſequitur,quod nõ
plus eſſet dicere homo eſt vnus,quam homo eſt homo. Sed ſecunda propoſitio
non eſt compoſitio enunciabilis,vt ſupponit,ergo,nec prima: & hoc eſt incon-
ueniens. Et debes ſcire,quod apud Ioan.grammaticum primo poſteriorũ. hęc — Pō.Ioã.grã
non eſt propoſitio.homo eſt animal rationabile:qm̄ ſemper,vt dicit, prædicatũ — matici.
C vult eſſe aliud a ſubiecto:& quanto magis hæc,homo eſt homo : vel homo eſt
vnus,licet vnum,& eſſe ſint ſynonyma:quomodo ergo Auer,ait nũc quod ens,
& vnum ſint ſynonima hic. Et quod auget.q.eſt quod ibi reſpondens huic argu
mento ait.& nõ intendit ꝙ iſta nomina vnũ,& ens ſint idem omnibus modis,
ſed intendit ꝙ ſignificant idem ſecundũ ſubiectum,& diuerſa ſecundum modũ,
& per hoc ait, ꝙ Aui. fuit deceptus: & propter huiuſmodi, & conſimiles con-
tradictiones multi ſunt,qui mecum loquentes dixerunt, quod huiuſmodi liber
non ſit Auer.cum conſuetudo tanti philoſophi non ſit cõtradicere ſibi. Sed iſti
parum,aut nihil viderunt in Auer.immo,ſi vellemus attendere ad verba ſuper-
ficietenus Auer.reperięmus conſimiles contradictiones fere infinitas: immo, in
illo.11.Meta.cõ,5.plane ait ꝙ vnum eſt ſynonymum enti.ait enim ꝙ Auicen.
ignorauit differentiam inter hoc nomen vnũ,quod ſignificat principium nume
rorum,quod.ſ.eſt in quantitate:& hoc nomen vnum,quod eſt ſynonymũ huic
nomini ens:ecce,ꝙ in eodem libro apparet conſimilis contradictio:nõ,ergo de-
bet pręſumere quis propter huiuſmodi apparentes contradictiones Auer. nõ fe-
ciſſe hunc librum.Propter q̄d oportet in huiuſmodi quęſtione cõſiderare quod
Auic.voluit ꝙ vnũ,a quo res dr̄ vna,et ens vnũ ſit res diſtincta eſſentialiter ab
ente,& re; immo,vt dicit,apud ipſum nõ eſt differẽtia inter vnũ, q̄d eſt de prę-

dicamento quantitatis,& principium numeri, & vnum, quod conuertitur cum D ente,voluit enim quod omnia dicantur vnum ab vnitate prædicamentali, quæ eſt principium numeri prædicamentalis,vt patet ab eo. Et ſic Aui.cõcepit tres propoſitiones in ſua poſitione: quarum prima eſt,quod ens & vnum de omnibus conuertibiliter prædicantur.ſecunda ꝙ diſtinguitur ſecundum rem,& naturam.tertia quod vnum eſt determinati generis.ſ.prædicamenti quantitatis.Huius opinionis ſtoici fuerunt,dicentes ꝙ vnum, quod eſt principium numeri, eſt ſicut vnum,quod cum ente conuertitur.numeros enim ſubſtantias rerum poſuerunt:& huius opinionis fuerunt pythagorici etiam, & Plato.vnde Plato nõ diſtinguẽs inter vnum tranſcendentem,& vnum,quod eſt principium numeri prędicamentalis,vnum poſuit principium materiale omnium.vnde Alber.13.Meta.vnitas enim ſignificat illud,quod ſecundũ quantitatẽ indiuiſibile, & hęc eſt materia vniuerſi ſecundum Platonẽ:& ſic patet hæc opinio : forte enim Auic. hoc eſt ſecutus philoſophos. Sed quomodocunque, Auer.4.Meta. commen.3. arguit contra illam opinionem,d.quoniam,ſi res eſſet vna per aliquam rem additam ſuæ naturę, ſicut credit Auicen. tunc nihil eſſet vnum per ſe, & per ſuã ſubſtantiam,ſed per rem additam ſuę ſubſtantię . Tunc arguit. & illa res, quę eſt vna, ſi dicitur quod eſt vna per intentionem additam ſuę ſubſtantię , queritur etiam de illa re, per quam ſit vna. Si igitur ſit vna per intentionem additam illi,reuertitur quęſtio,& proceditur in infinitum.eſt ergo Auer.argumentum.Si ens eſt vnum per rem eſſentialiter,& realiter diuerſam ab eo: vel illa res,per quam vnum eſt vna res per ſe,& eſſentiam propriam:vel iterũ per vnã aliam rem.ſi primum,eodem modo ſtandum eſt in ente. ſi per aliam, erit proceſſus in infinitum:& tu vide eum. Sed circa hanc rationem quidam fratres minores inimici Auer.Thomę,& Alberti obloquũtur, & dicunt ꝙ huiuſmodi ratio multis modis peccat. primo namque committit fallaciam figurę dictionis commutãdo quod in quo,cuius exẽplũ ponũt:q̃m homo eſt albus:queratur, vel eſt albus per ſe,vel per additum. Si per ſe, non poteſt dici, vt patet. ergo per additũ,& queritur de illo addito, & ſic infinitum: vbi conſtat argumentũ non valere:quoniã commutatur quod in quo: homo enim:albus eſt,vt,quod.albedo autem, vt quo. & ideo petendo an albedo ſit alba, vtitur quo, ac ſi eſſet quod . Secundo peccat per fallaciam ęquiuocationis: quoniã, ſicut per ſe dicitur duobus modis:per ſe primo modo dicendi per ſe, & per ſe ſecundo modo dicendi per ſe.ita per accidens dicitur duobus modis.diceret ergo Auic.ꝙ ens eſt vnum per accidens,prout opponitur ad per ſe primo modo dicendi per ſe:licet ſit per ſe ſecundo modo dicendi per ſe,& ſic committitur fallacia ęquiuocãtionis, circa illud multiplex, quod eſt per ſe. Et quando iſti audent dicere talia contra Ariſto.dicunt enim ꝙ Ariſto.fuit peſſimus metaphyſicus,& quidam eorum,ꝙ fuit peſſimus naturalis,cur non poſſunt dicere hoc contra Auer. Thomam, & F Albertum? Et ſine dubio error iſtorum procedit ex ignorantia dialecticę: nullum enim vidi horum adhuc perfectum in logica,ſed tantum ſtudent in Metaphyſica,& omnia reducũt ad Metaphyſicam: ſicut pythagorici omnia reducunt ad numeros:& tu ſcis qualiter,& quomodo de hoc. Pro declaratione igitur dictorum Auer.& Alberti,& Thomę,qui ſunt huius opinionis,& maxime Thomas.4.Metaphy.vtitũr hac ratione,& Albertus.4.Metaphy. tractatu primo,cap.5.exponit mentem Auer.debes ſcire,vt dicit Auerro.primo priorum, & primo Phyſi.commen.25.argumentum eſt duplex concludens per accidẽs, ſicut argumentum ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura,attamen concludit. & eſt argumentum concludens per ſe, argumentum concludens per accidens. ideo dicitur per accidens concludere, quia non per formam compoſitionis , & ſyllogiſticam concludit,ſed per neceſsitatem materię. Verbi gratia omnis homo riſibilis,omne diſciplinabile riſibile.cõcluditur, ergo omne diſciplinabile homo:hęc.n.cõcluſio ſequitur nõ ex forma argumẽti,ſed propter neceſsitatem materię,ꝓut accidit terminis,vt ſint cõuertibiles: & pp eorũ cõuertibilitatem põt fieri reductio ad primã figurã,& ideo dicitur per accidẽs, q̃m non tenet in omnibus,nec gratia formę ſyllogiſticę:per accidens.n.ſumitur a materia, & ſu-

Poſitio ſtoicorum.

Poſitio Alberti.

Ratio Auer. B

Poſitio Scoti & ſequacium.

Impugnatio

A mitur a diuiſione materię.ſ.quia eſt verũ,vt in pluribus. Argumẽtũ aũt p ſe te-
net in omni materia,& cõcludit gratia formę,vt patet.1.Phy.cõ.dicto.In ꝓpo
ſito.quia vnũ,& ens,vt Aui.dicit,ſunt cõuertibilia,& p̃dicatur de quolibet. de
quo igitur p̃dicatur ens,& vnũ pręedicatur.et q̃a hęc eſt vera:vnitas eſt ens,en-
titas eſt ens,pp trãſcendentiã termini:ideo hęc eſt vera,vnitas eſt vna, & enti
tas eſt vna pp trãſcendẽtiã vnitatis:ergo p accidẽs,& gratia terminorũ argumẽ
tũ Auer eſt bonũ:qm̃,ſi ens eſt vnũ per intentionẽ additã,cũ ens & vnũ pręedi-
centur de quolibet tã abſtracto,quã concreto:ideo põt quęri de illa intentione,
an ſit vna p ſe,an per additũ: & ſic argumentũ Auer. eſt bonũ per accidẽs,ꝓut
termini ſunt illius naturę:nec incõuenit qđ argumentũ malũ per ſe teneat,& ſit
demonſtratiuũ per accidẽs,vt patet vidẽti logicã.Exemplum autem quod indu
cunt,nõ eſt ſimile:qm̃ termini illi ſunt pręedicamẽtales, & nõ de quodlibet om-
nibus modis pręedicãtes:& ſic tollitur inſtantia.peccatũ ergo iſtorũ fuit ex igno
rantia dialecticę. Quod vero fingũt in ſecũdo,nõ intelligũt Auer. ipſe.n.pp ſe
intelligit,quaſi an ens ſit vnũ per ſe, id eſt non per additum ſibi realiter diuer-
ſum,ſed per id,quod re,& ſubiecto eſt idẽ ſibi,& ſemp vtitur hoc modo per ſe:
q̃ñ,ergo dicũt reſpõdẽdo ꝙ ens eſt vnũ per ſe ſecũdo,& p accidẽs primo modo,
nõ eſt ad ꝓpoſitũ,qm̃ Auer.interrogat,an ſit vnũ per aliud diuerſum in re, ab
ente,& ſuper illo cõſtituit argumentũ.& ſic patet qualiter iſti mirabiliter pec-
B cãt,& totũ peccatũ eorũ eſt pp defectũ in logica. Pro ſolu.ergo ad argumentũ
Auic.debes ſcire ꝙ vnũ,quod cũ ente cõuertitur, poſitiue eandẽ naturã dicit
cũ ente.addit aũt duplicẽ priuationẽ,vt Alber.dicit,ſ.priuationẽ diuiſionis en-
tis in ſe,& priuationẽ identitatis a quolibet alio:& volo tibi declarare hoc,in
omni ſpecie vnitatis eſt iſta:duplex priuatio,ſed natura diuerſa:qm̃, ſi ſit priua-
tio diuiſionis in natura ſpecifica,& priuatio identitatis cum alio eiuſdẽ ſpeciei,
ſic erit vnũ numero.Si priuatio diuiſionis in natura generica,et priuatio idẽtita
tis cũ alia ſpecie eiuſdẽ generis,erit vnũ ſpecie, & ſic põt dici de vno genere.
ſed,ſi fuerit priuatio diuiſionis in ente,& priuatio idẽtitatis cum nõ ente, ſic eſt
vnũ cõuertibile cũ ente:eſt ergo vnũ cum ente conuertibile ens carẽs diuiſione
in ſe,non idẽ nihilo.&,quia ſecundum Ariſt.priuationes , & negationes nihil
ſunt extra animã,ideo ens,& vnũ ſunt idem in ſubiecto,differunt in modo. Et
per hoc patet ſolutio ad argumentum Auic.cum arguit, quod tunc eſſent ſyno-
nyma.conſequentia.n.neganda eſt,vt Auer.dicit propter declarationem nunc dictã. **Quid ſit ſynonymũ primi,et ſecũdi gradus.**
Sed,quia Auer.vt dicebatur, videtur ſibi contrarius,debes ſcire quod ſy-
nonyma in primo gradu ſunt illa,vt dicit Themiſtius,& philoſophus primo po
ſteriorũ,quę ſignificant idẽ ſecundũ rem,& modũ,vt tunica & veſtis.Synony
ma ſecundi gradus ſunt illa,quę ſignificãt vnam rem in ſubiecto,diuerſam aũt
C in modo,vt ens & vnum dico ergo quod Auer.hoc modo appellat hic ſynony-
ma,alibi vult quod non ſunt ſynonyma primi gradus.& ſic concordantur dicta
eius,& declaratum eſt ergo,qualiter in Deo non poteſt eſſe cõpoſitio ex quidi-
tate,& eſſe,vt etiã viſum eſt ſuperius.Declaratum eſt nunc etiam,quod in Deo
non ſit cõpoſitio ex eſſe & vnitate,cũ huiuſmodi ſint aliquo modo ſynonyma,
& aliquo modo diuerſa, vt tactum eſt.(Et poſtquam intelligitur.) Quia dixit
quomodo in Deo non eſt compoſitio ex eſſe & quiditate,nec ex eſſe & vnita-
te,conſequens eſt declarare,quomodo dicitur eſſe de Deo.quando enim eſſe di-
citur de aliquo per eſſentiam,tunc in eo non poteſt poni compoſitio ex eſſe &
participante eſſe,ſed cũ eſſe dicitur de aliquo participatiue, tunc ſine dubio in
eo intelligitur cõpoſitio aliquo modo.Quia igitur declaratũ eſt in Deo non eſ-
ſe compoſitionem ex quiditate & eſſe,& poteſt eſſe dubitatio an ſit ibi compo-
ſitio ex eſſe & eſſentia,quaſi ſoluit quęſtionem, declarans ꝙ ens pręedicatur de
Deo primo,& per eſſentiã,& de alijs participatiue,& per attributionẽ:ideo ſo
lus Deus eſt ens p eſſentiã,& ſimplex.& omne aliud,ꝙ depẽdet,eſt ens parti-
cipatiue cõpoſitũ ex eſſe & eſſentia,nõ diſtinctis ſubiecto,ſed modo,vt dictũ eſt
patet ergo quomodo litera ſequens,pręſens continuationẽ habet ad pręceden-
tem,dicit ergo:& poſtquã intelligitur de eo,id eſt,primo principio illud,qđ in-
telligitur de ſubſtãtia,& re,id eſt,ente,i.cũ ens dicatur de Deo, eo modo, quo

de eo dicitur ſubſtantia. Et ſup. minorem: ſed ſubſtantia dicitur analogice de D
Deo, & alijs: concludit concluſionem.d.ergo nomen entis eſt dictum de neceſſe
eſſe, & de alijs analogice: cuius exemplum ponit: ſicut iſtud nomen calidi-
tas de igne, & alijs rebus calidis analogice dicitur: prædicatur enim calidū de
igne per eſſentiam, & de alijs participatiue, & attributiue, & eſt exemplū Ari-
ſto.2. Metaphy. vbi Auer. commen. 4. declarat iſtud: vnde hoc confirmat
auctoritate philoſophorum peripatheticorum.d.hæc eſt ſine dubio philoſopho-
rum opinio in prædictis: vult ergo habere, quod Deus eſt ſimplex, & non ſit
compoſitum ex eſſentia & eſſe: immo eius eſſentiam reputat formaliter ſuum
eſſe, adeo quod nulla eſt diſtinctio, nec in ſubiecto, nec in modo inter eſſentiam
primi, & eſſe eius: dico nec in modo, quoniam & ſi intellectus poſsit conſidera-
re eſſe, & eſſentiam ibi, attamen non inuenit in Deo aliquid, a quo ſumat illam
diſtinctionem, ſicut inuenit in alijs, puta in intelligentijs, & rebus: cū.n.intelle
ctus cōſiderat eſſentiā intelligētię, & eſſe cauſæ, reperit vnde ſumat eſſentiā per
modū eſſentię, & vnde ſumat eſſe per modum eſſe: qm̄ quælibet intelligētia eſt
cauſata, & in omni cauſato eſt compoſitio ex eo, quod intelligit ſibi eſſe datū,
& ex eo, quod recipit: ideo in omni intelligentia intelligitur compoſitio, licet
in re non ſit compoſitio ex re, & re diſtinctis ſubiecto, ſed ex eſſentia & eſſe in
modo ſumpto a rei natura apud Auer. & hoc declaraui ſupra, & in tertio de
anima in expoſitione com.9.& 10. vide. (Sed iſte homo.) Nunc vult narrare E
peccatū Alg.& nō explicat multū mētē eius. Vbi debes ſcire, qđ Alg. & Aui.
& multi alij opinati ſunt ens p̄dicari de neceſſe eſſe, & alijs vniuoce, & ſcđm
eandē rōnem, & eādē quiditatiuā formulā, & tunc ſequitur eos qđ omne ens ſit
ens participatiue: qm̄ illa formula cōis non eſſentialius reperitur in Deo, quā in
alijs: ſed in alijs reperitur per cōpoſitionem ex eſſentia & eſſe, ergo & in Deo.
Secūda cauſa erroris fuit, quia opinati ſunt ꝙ eſſentia & eſſe in omnibus ſint
res diuerſæ in ſubiecto: & modo, cū reputat eſſe ens, & rem aduenire enti &
eſſentię: ait ergo. Sed iſte homo fundauit verba ſuper Auic.opinionē, quā opinio
nē nō explicat, ſed pro parte explicauit, ſed infra dicā melius. Et incipit cōtra-
dicere ei.d.& eſt ſine dubio erronea: cuius rōnem ponit: ipſe.n.opinatus eſt qđ
eſſe res, & ens, eſt quid additū ſuper quiditatē eius.i.Det, et cuiuslibet extra ani
mam, quaſi accidēs rei, cui attribuitur. Hoc poſito arguit: ſumpto ergo, qđ quidi-
tas ad hoc vt ſit, indigeat eſſe, tūc ſequitur qđ ſi neceſſariū eſſe haberet eſſe, &
ſua quiditas indigeret de illo eſſe, ergo oporteret qđ neceſſe eſſe cōponatur, er-
go eſſet poſsibile non neceſſariū: eſt ergo vis argumenti in forma hypothetica,
cuius antecedēs eſt vna copulatiua in hunc modū: Si neceſſe eſſe habet eſſe, &
ſua quiditas ad hoc, vt ſit, indiget eſſe, cōcluſio erit ꝙ neceſſe eſſe erit cōpoſitū,
& ſic erit poſsibile eſſe, ꝙ eſt ergo ipſum, & ipſius rōnis conſequentiā declarat F
Auer.d.Id, cuius ſuū eſſe eſt additū ſuper ſuā ſubſtantiā, habet cauſam ſine du-
bio: tūc accepit minorē, quę debet ſic accipi, ſed quodlibet ens apud ipſum eſt id,
cuius ſuū eſſe eſt additū ſuę quiditati, ergo quodlibet ens habet cauſam, & per
conſequēs eſt poſsibile eſſe apud ipſum: ponit ergo maiorem dicēs, ſed eſſe apud
Auic.eſt accidens conſequens quiditatē, ſup.in quolibet: minorē probat per ver
ba eius dicens, & hoc patet ab Auicē.hic, eo quod ipſe dixit quod homo habet
quiditatem ante ſe, id eſt, ante eius generationē, & poſtmodum eſſe adhæret ei:
quæ verba ſignificant quod eſſe eſt accidēs eſſentię, & per conſequens patet mi
nor: probat ēt ſecundo exemplo ſuo eadē dicens, ſimiliter triangulus habet qui-
ditatē, ſ.quod eſt figura contenta tribus lateribus, & tamē ſuum eſſe non eſt pars
huius quiditatis conſtituens eam: & ideo poſsibile eſt quod intellectus compre-
hendat quiditatem hominis, vel trianguli: & adhuc ignorat vtrum habeat eſſe
reale, aut non: ergo apud ipſum eſſe eſt accidens eſſentię.

Sed accidit quęſtio, qm̄ determinatum eſt apud Auer. quod quodli-
Dubitatio. ber citra primum eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia, & cauſatum, vt dicis. Si
ergo argumentum Auer. valeret: ergo quodlibet eſſet ens poſsibile, & quodli-
Solutio. bet poſſet non eſſe: qm̄ ſic arguit Auer. Dicendum quod opinio Auer. bene eſt
quod eſſe & eſſentia apud intellectum ſint diuerſa, vt dixi, & per conſequens

A compoſitionem faciant ſecundum modum, non ſecundum rem: ſed apud Auicē.
ibi eſt compoſitio ex rebus diuerſis in ſubiecto: ideo eſſe eſt apud ipſum extrin-
ſecum eſſentiæ, & per conſequens partes ſunt poſsibiles diſſolui, cum fuerint ēt
poſsibiles coniungi: ideo, apud Auerroem non ſequitur quod quodlibet citra pri
mum ſit ens poſsibile eſſe, & non eſſe. Sed apud Aui. bene: & ideo Auicen. vult
quod omne cauſatum ſit poſsibile eſſe, & non eſſe: quoniam omne cauſatū apud
ipſum eſt cauſatum, eo quia eſſe eius eſt accidens eſſentiæ, & per conſequens
poſsibile ineſſe eſſentiæ, & non ineſſe: apud Auer. non, cum eſſe, & eſſentia ſint
vna res, licet in modo diuerſa, vt patet hic. (Patet quod illud eſſe.) Nunc ſoluit Duplex ens
argumentum Algazel. & ſolu. eius ſtat in hoc, quod ens poteſt capi pro ente ve
ro, id eſt, ente naturæ, & ſic diuiditur in decem prædicamenta: & poteſt capi
pro ente communi vero, & priuationibus, & ſic eſt ens non extra animam, ſed
in anima, & ſic vult quod eſſe intelligitur aduenire eſſentię. Sed quia iſta ſolu.
eſt multum difficilis, debes ſcire quod intantum intelligitur res. Verbi gratia,
intelligentia eſſe compoſitum, inquantum intelligitur deficiens a primi perfe-
ctione: quoniam intelligentia, & eſt in gradu proprię ſpeciei, & eſt deficiens:
prout eſt in gradu ſuę proprię ſpeciei eſt perfecta, & multo perfectior aliquibus
alijs: prout deficit a perfectione primi, ſic intelligitur ſub eſſe priuatiuo, & per
conſequens ſub quadam potentia tali modo, quod ei non repugnat perfici inquā
B tum ens, & per conſequens intelligitur ſub forma eſſentię natę perfici ab eſſe,
id eſt, a gradu ſuę perfectionis ſpecificæ, & per conſequens intelligitur ſub na-
tura compoſitionis ex eſſentia & eſſe, vel ex potentia & actu, vel ex forma &
materia: quoniam illa priuatio poteſt dici potentia, prout ſibi non repugnat in-
quantum ens, recipere perfectionem primi: poteſt dici eſſentia, prout ab eſſe per
ficitur, poteſt dici materia, prout eſt quædam priuatio. Vult ergo Auer. quod ſi
capitur ens pro ente reali, ſic non fit illa compoſitio: ſed, ſi capitur pro ente com
muni priuationi, & enti reali, ſic poteſt intelligi compoſitio: quoniam, vt ſic, po-
teſt intelligentia ſub potentia priuationis, & ſub forma gradus ſuę ſpeciei intelli-
gi: lege literam: patet quod illud eſſe, id eſt, illud ens, quod impediet hic, ſup. ꝙ
res ſint ſimplices non eſt illud eſſe, quod ſignificat ſubſtantias rerum, id eſt, ens
reale extra animam, ſed eſt illud, quod eſt tanquam genus, id eſt, commune:
enti vero, & priuationi nec illud ens, eſt ens, quod ſignificat rem eſſe extra in-
tellectum. Quod declarat, dicens, nomen enim entis dicitur duplex, videlicet de
vero, id eſt, ente reali, & de oppoſito priuationis, id eſt, de ente priuatiuo: &
hoc, id eſt, ens, verum eſt, quod diuiditur ad decem prædicamenta, & eſt eis cō-
mune tanquam genus: & inde procedunt alia entia in ſecundo modo, videlicet,
res, quę ſunt extra intellectum: & forte litera eſt corrupta: quoniam debet ſtare,
C & inde procedunt alia entia in ſecundo modo, videlicet, res, quę non ſunt extra
intellectum, id eſt, entia rationis, quę vocantur entia ſecundo intellecta apud
Auer. 12. Meta. commen. 19. &c. & addit quod hoc eſt illud, quod dicitur de de-
cem prædicamentis analogice. (Et hoc.) Verificat nunc quoddam famoſum di-
ctum, ſcilicet, quod hoc modo concedimus quod ſubſtantia eſt ens de ſe, vel acci
dens eſt ens de ſe, videlicet, quod habet eſſe de ſe, quaſi dicat, quod loquēdo de
eſſe tali modo, ſic ſubſtantia, & accidentia ſunt entia formaliter aliquo modo,
vt dicetur in ſeptima diſputatione, Deo duce. Sed ens, quod pro genere intelli-
gitur, commune eſt omnibus prædicamentis, & ens, quod intelligitur pro gene-
re, eſt quid intellectuale, ſcilicet eſſe ens extra animam, ſicut ens in anima, id eſt,
concipitur ſicut eſt: & tunc reſpondet ad forma dicens, & hæc ſcientia præce-
dit ſcientiam quiditatis rei, id eſt, & hoc modo quiditas pręcedit eſſe ſecundum
intellectum, non in re: ſed illa quiditas, quæ pręcedit eſſe ſecundum intellectum,
non in re: ſed illa quiditas, quæ præcedit eſſe in noſtro intellectu, non eſt vera
quiditas, id eſt, eſſentia extra animam exiſtens, ſicut Auicen. d. immo eſt quidi
tas ex oppoſito cuiuſdam nominis, id eſt, immo dicitur quiditas, pro quāto apud
intellectum, intelligitur ſub oppoſito nominis ens: ideo concludit, vnde ſcito
quod aliqua res ſit ens extra animam, ſcitur quod eſt quiditas, vel quiditatem
habens. Debes ſcire, quod in vna litera habetur iſto modo, (Sed ens, quod pro

vero intelligitur, commune eſt omnibus prædicamentis, & ens, quod intelligitur pro vero, eſt quid intellectuale.) Et tunc oportet variare primam expoſitionem, vt dicam, quod duplex eſt ens, videlicet, de vero, & de oppoſito priuationis, i. de ente, prout diſtinguitur contra nihil: & tunc oportet dicere, quod ens verum eſt commune omnibus prædicamentis, & omnibus alijs: cum ens verum idem ſit, quod ens intellectuale. Sed ens diſtinctum contra nihil, quod eſt ens, nõ eſt illud, quod diuiditur in decẽ prędicamenta: et ſic expoſitio variatur. Sed quõcunq; exponitur, ſemper ſnĩa eſt eadem, vt patet. (Et huiuſmodi dicitur.) Cum omnia hęc dixit, verificat quędam dicta, & primo id, quod dicitur in vniuerſalibus Porph. vbi dicitur quod vniuerſalia cauſata ex indiuiduis ſunt entia: vbi ly ens capitur pro ente vero, ait ergo, & de huiuſmodi, id eſt, pro huiuſmodi ente vero dicitur in libro prędicamentorum, quod vniuerſalia intellectiuarum rerũ ſunt entia ex his indiuiduis cauſata, et ipſorũ indiuidua ſunt intellecta ex ipſorũ vniuerſalibus, id eſt, ſub rationibus vniuerſalium ipſorum: vult ergo, quod loquẽdo de ente vero, ſic vniuerſalia ſunt entia, quoniam vniuerſalia nullum eſſe habent extra animam, niſi in potentia ſecundum iſtum philoſophum: qñ ergo cauſantur ab intellectu ex ſingularibus, ſunt tunc entia vera, id eſt, intelligibilia, vt dicit Auer. 12. Meta. com. 4. & primo de Anima com. 8. (Et etiam dicitur.) Nunc verificat aliud dictum tertij de Anima tex. commen. 9. d. & etiam dicitur in libro de Anima quod virtus, qua cõprehendimus quod res indicatur eſſe ens, id eſt, qua comprehendimus quidditatem eſſe ens abſolute, differt a virtute, qua comprehendimus quidditatem indicatam, id eſt, indiuiduum demonſtratum, quod vocatur quiditas indicata, id eſt, ſignãta: tibi enim, ly ens capitur pro ente vero, id eſt, pro ente obiectiuo, & intellectuali. Debes ſcire, quod tertio de Anima loco dicto, quiditas, & indiuiduum diuerſis virtutibus comprehenduntur: qm̃ indiuiduum comprehenditur primo, & per ſe, ſenſu: quiditas autem, vt ens, cõprehenditur intellectu primo, & per ſe: & per hoc declaraui ibidem in expoſitione mea, vide bene. (Et hoc modo.) Verificat nunc tertio dictum famoſum dicens, & hoc modo dr̃ communiter, quod entia. i. prędicamenta ſunt entia realiter, capiendo ens prout diſtinguitur contra nihil, vt dixi in ſecunda expoſitione, & vniuerſalia ſunt entia intellectus, id eſt, vera. (Ergo nulla.) Tunc concludit quid intelligit per ens verum, dicens, ergo nulla differentia eſt in eo, quod intelligitur pro vero, id eſt, ente vero, & entia Metaphyſica & ſeparata: qm̃ ens ſeparatum, & ens verũ ſunt idem pro nunc. (Sed quicunq;.) Nunc remouet peccatum Auicennę, & primo proponit illud, dicẽs, ſed quicunq; dicat quod eſſe eſt quid additum ſuper quidditatem, ſic quod quidditas non conſtituatur ab eo ens, id eſt, eſſendo ens in ſua ſubſtantia, errat: vult dicere, quod quicunq; dicit quod eſſe eſt additum quiditati, & extrinſecum non conſtituens eam in eſſe entitatiue, errat. Ideo ponit ſtatim hoc eſſe peccatum, dicẽs, dicimus quod opinatur maximum errorem. Et ponit argumentum, dicens, quia ſequitur quod nomen entis ſignificat accidens commune decem prædicamentorum extra animam: & hæc eſt opinio Auicen. poteſt ergo componi ſyllogiſmus ſic: omne aduenients alicui, non conſtituens illud in eſſe tali formaliter, & intrinſece, eſt accidens illi: hæc enim eſt natura accidentis, vt ſcis: ſed per Auicen. ens eſt adueniens quiditati entitatiue, illam non conſtituens in eſſe tali formaliter, & intrinſece: conceduntur ergo, ꝙ eſſe ſit accidẽs enti quiditatiue ſumpto. (Et adhuc) ſecundo, arguit ergo idem, dicens, & adhuc eſt petendũ de illo accidente. i. de illo ente, quod accidit quiddıtati, qñ dicitur quod ſit ens, vtrum ſignificat pro vero, id eſt, verum ſit ens verum, aut ſignificat accidens ens, in illud accidens, id eſt, vtrum ſit ens per eſſentiam, aut ſit ens per hoc, quod eſſe aduenit ſibi. Si primum, eodem modo ſtandum eſt in primo. Si ſecundum, inquit, vnde hoc modo erunt accidentia infinita: quod eſt falſum, & ſic debet intelligi vis ſecundę rationis. Deinde excuſat ſe. d. & nos iam declarauimus hoc diffuſius in ꝓprio opuſculo: ecce, quomodo fecit librũ de ente, & eſſentia, & addit, & nos meditamur quod hoc fuit illud, quod inſudauit Algazel auferre de primo principio, de quo probauit eſſe ens per eſſentiam, & non per additum, ait Auerro, & nos dicimus quod tale ens additũ, abla-

Quiditas, & indiuiduum diuerſis virtutibus comprehenduntur.

A tum eſt omnibus,id eſt,ab omnibus entibus,licet maxime,id eſt,primo & prin
cipaliter de primo principio:quia,vt declaraui,primum principium nõ eſt com-
poſitum ex eſſe & eſſentia,nec ſecundum rem,nec ſecundum modum:alię autẽ
res,& ſi ſecundum rem non ſint compoſitæ,eſt tamen ibi quędam cõpoſitio ſal-
tem ſecundum modum noſtrum intelligendi, vt ſępe declaraui. Deinde ponit
continuationem ad ſequentia,& ſermo eius eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et cum hoc ipſi dicunt ꝙ Deus glo. eſt principium, &
primum,& ens,& ſubſtantia,& vnum,& antiquum, & perma-
nens,& neceſſarium in eſſe,& intellectus,& intelligens,& intel-
lectum,& agens,& creator,& ſciens,& volens, & potens, & viuum,
& deſyderans,& deſyderatum,& alii oblectantur eo, & ipſe oblecta-
tur aliis,& beneficat,& excelſus,& verum abſolutum, & bonum ab-
ſolutum.& exiſtimauerunt ꝙ hoc totum ſit pręfatio vnius rei in qua
non eſt pluralitas.& hoc eſt quid mirabile. Dixit debemus primo ve
B rificare opinionem eorum deinde operam dabimus quæſtionibus. nã
quæſtio opinioni, antequam complete habeatur intelligentia rei, eſt
conatus abſurdus. Suſtentaculum autem in intelligentia opinionis
eorum eſt, ꝙ ipſi dicunt ſubſtantia principii eſt vna,plurificantur ta-
men nomina apud relationem rei ad eam,aut relationem eius ad ali-
quid,aut negationem alicuius ab ea. Negatio autem non cauſat plu-
ralitatem in ſubſtantia negati,neq; relatio cauſat pluralitatem. igitur
non auferunt pluralitatem negatorum,& pluralitatem relationũ. Sed
veniendum eſt in reductionem horũ omnium ad negationem,& rela-
tionem. Et dixerunt,cum dr̃ de eo primũ, eſt relatio eius ad entia poſt
id. Et, cum dr̃ principium, innuit ꝙ alia ab eo proueniunt,& ipſe eſt
cã eorum,& eſt relatio ad cauſata ab eo. Et,cum dicitur ens,bene nõ
tum eſt.Et,cum dicitur ſubſtantia,ſ.eſt ens, cui negatur ꝙ ſit in ſubie
cto.& hæc eſt negatio.Et,cum dicitur antiquum,eſt negatio priuatio-
C nis eius præcedentis initium. Et,cum dicitur permanens, eſt negatio
priuationis finis:& quod intelligitur per antiquum & permanens, eſt
eſſe,quod non præceſsit priuatio,nec euenit ei priuatio. Et, cum dici-
tur neceſſarium in eſſe,eſt ꝙ ſit ens,non habens cauſam. & eſt cauſa al
terius,& erit ratio negationis,& relationis: cum dicere non habet cau
ſam ſit negatio:&,cum ponitur cauſa alterius,eſt relatio.Et,cum dici-
tur intellectus,eſt ꝙ ſit ens nudum a materia. & omne ens tale eſt in-
tellectus,i.intelligit ſeipſum, & conſyderat ſubſtantiam ſuam,& in-
telligit aliud. Subſtantia autem Dei glo.talis eſt,ſcilicet puritas a ma
teria:igitur eſt intellectus.& ſunt duæ præfationes de eodem. Et,cum
dicitur intelligens eſt ꝙ ſubſtantia eius,quæ eſt intellectus,habet ali-
quod proprium intellectum,& eſt ipſemet,qm̃ conſyderat ſeipſum,&
intelligit ſeipſum. ergo ipſemet eſt intellectum, & eſt intelligens, &
totum idem eſt, poſtquam eſt intellectum,ex eo ꝙ eſt quiditas abſtra
cta a materia,non cælata ſibi ipſi,qui eſt intellectus.& eſt intellectus,

& ex eo quòd eſt quiditas abſtracta a materia, nihil eſt cœlatum ab D eo.& ex eo quòd intelligit ſeipſum, erit intelligens. & quoniam ipſemet eſt intellectum,ſuiipſius eſt intellectum.& ex eo quòd intellectus eius eſt ſibi ipſi,non additus ſibi ipſi, erit intellectus. & non eſt inconueniens vt ſint idem intelligens,& intellectum. quoniam intelligens, cum intellexerit eſſe intelligens, erit intellectio eius quòd ſit intelligens,& erit intelligens & intellectum idem aliquo modo. &, licet intellectus noſter ſic ſit,tamen in hoc differt ab intellectu primo. quoniam id,quod eſt primo,eſt in actu ſemper:id vero, quod eſt in nobis, aliquando eſt in potentia,aliquando vero in actu. Et,cum dicitur formator,agens,& creator,& alię denominationes actionis,eſt quòd eſſe eius eſt in eſſe excellens,ex quo emanat eſſe totius emanatione continua,& quòd eſſe alterius prouenit ab eo, & ſequitur ad eſſe eius: ſicut ſequitur eſſe lucis ad Solem,& calefactionis ad ignem. & non aſsimilatur quidem proportio mundi ad creatorem proportioni lucis ad Solem, niſi in eo quòd eſt cauſatus tantum. & in rei veritate non eſt ſic. E quoniam Sol non ſentit emanationem luminis ab eo, nec ignis emanationem calefactionis, quia eſt natura ſimpliciter, primum tamen ſcit ſeipſum,& quòd ipſum eſt principium alterius, & emanatio eius, quod prouenit ab eo eſt nota ei.& nihil eſt occultum ei eius,quod prouenit ab eo. Nec etiam eſt vt vnuſquiſque noſtrum cum fuerit inter ægrum,& Solem,& aufertur caliditas Solis ab ægro ex caſu eius,non ex electione eius,ſed ex eo,quòd ſcit ſeipſum, & etiam non abhorret ſe.nam corpus opacum,faciens vmbram, eſt indiuiduum eius, & corpus eius:ſed ſciens,volens vt ſit vmbra in medio, eſt anima eius, non autem corpus. In primo vero non eſt ſic. quoniam in eo agens eſt ſciens,& eſt volens,ideſt quòd non abhorret ſe,& bene ſcit quòd perfectio ſua eſt influere aliquid alteri. Sed, ſi fuerit poſsibile vt ponatur quòd corpus vmbram faciens ſit ipſummet ſciens aduentum vmbræ,& ſi etiam volens,tunc eſſet tale,quale primum.nam primum eſt F ſciens,& eſt agens,& ſcientia eius eſt principium operationis eius.nam ſcientia eius de ſeipſo quòd ſit principium omnium,eſt cauſa emanationis totius. quoniam ordo repertus,ſequitur ordinem intellectum, in eo quòd eſt quid ſequens ei.& eſſe agens totius non eſt additum ei quòd ſit ſciens totius, cum ſcientia eius de toto,ſit cauſa emanationis totius ab eo, & eſſe ſciens totius non addit aliquid ſcientiæ ſuæ de toto.nam ipſum non ſcit ſeipſum, niſi ſciuerit quòd ſit principium totius. ergo ſcitum prima intentione eſt ſubſtantia eius, & totum erit ſcitum ab eo ſecunda intentione. Hoc eſt igitur id, quòd ſit agens. Cum autem dicitur potens,nihil aliud eſt, quàm vt ſit agens eo modo,quo nos conſyderauimus id.& eſt quòd eſſe eius eſt eſſe,a quo emanant res,quas poteſt,in quarum emanatione ordinatur compoſitio in toto in nobiliſsimo eſſe, & poſsibilitate perfectionis, & pulchritudinis. Et,cum dicitur volens,non intelligitur niſi quòd id, quod ema-

A nat ab eo, non eſt occultum ei, nec abhorret id, ſed ipſum bene ſcit ꝙ perfectio eius eſt apud emanationem totius ab eo. & poteſt dici in hoc quòd ſit volens. & poteſt dici de volente quòd ſit deſyderans. & nihil erit voluntas, niſi ipſummet poſſe. & non erit poſſe, niſi ipſamet ſcientia: nec erit ſcientia, niſi ipſamet ſubſtantia: ergo totum reducitur ad ipſammet ſubſtantiam. ſcientia enim eius in rebus non eſt aſſumpta a rebus. ſin autem, tunc acquireret attributum, & perfectionem ab alio. quod eſt falſum in neceſſario in eſſe. Quare ſcientia noſtra eſt duplex. aliqua enim eſt ſcientia rei, proueniens ex forma huius rei, vt ſcientia noſtra de forma cœli, & terræ, & aliqua eſt ſcientia, quã facimus nos, vt eſt res, cuius formam non videmus, ſed imaginamur eam in anima noſtra, & poſtea eam accipimus. & tunc eſſe formæ emanat a ſcientia, non autem ſcientia ab ente. ſcientia vero Primi eſt ſecundum ſecundam ſpeciem. nam imaginatio ordinis ex ſe ipſo eſt cauſa emanationis ordinis ex ſe ipſo. veruntamen, ſi reperire formam picturæ, aut ſcri B pturæ in tabula in mente noſtra ſufficeret in faciendo illam formam, tunc eſſet ſcientia noſtra ipſummet poſſe, & ipſummet velle, ſed propter diminutionem noſtram in poſſe non ſufficit imaginatio noſtra ad inueniendum formam, ſed indigemus cum hoc voluntate; quæ ſit nobis, proueniens quidem ex potentia deſyderatiua ad hoc, vt moueatur ab ea potentia motiua muſculorum, & neruorum & membrorum organicorum, adeo quòd moueatur ex eis manus. verumtamen quòd mouetur in motione muſculorum, & neruorum manus ipſa, & aliud, & mouetur ad motum eius calamus, aut aliud inſtrumentũ ab extra, & mouetur materia ad motum calami in atramento, aut alio, & poſtea prouenit figura imaginata in mente noſtra. & ideo non eſt eſſe huius figuræ in mente noſtra poſſe, nec voluntas, ſed erit figura nobis aliud præter principium mouens muſculos. & hæc figura mouet hunc motorem, qui eſt principium poſſe. & non eſt ſic in neceſſario in eſſe. C nam non eſt compoſitum ex corporibus, in quorum extremitatibus oriantur potentiæ. igitur potentia, & voluntas, & ſcientia, & ſubſtantia eius vnum, & idem eſt. Et, cum dicitur viuum, non intelligimus per id, niſi quòd ſcit ſcientia, a qua emanat eſſe, quod appellatur operatio eius. nam viuum eſt agens, comprehendens. & intelligimus per id ipſummet cum relatione operationum modo prædicto, & non ſicut vita noſtra, quæ perficitur, niſi cum duabus potentiis diuerſis, ex quibus deriuantur comprehenſio, & operatio. igitur vita eius eſt ipſamet ſubſtantia eius. Et, cum dicitur de eo beneficans, intelligimus quòd emanat ab eo totum, non ad intentionem, vt ad ſe redeat. beneficatio autem completur duabus rebus. quarum vna eſt vt ſit recipienti vtilitas ex eo, quod tributum eſt ei. nam dare aliquid ei, qui non indiget eo, non dicitur beneficatio. ſecunda eſt vt non indigeat ipſum beneficans illa beneficentia, ita quòd beneficium tribuiſſet propter indigentiam ſuam. & qui beneficium præſtat ex eo quòd vult gloriari, aut

adipiſci bonum nomen, aut euadat ſuſpitionem, ipſe quęrit pręmium, D
& non præſtat beneficium. Sed beneficium, quod præſtat Deus glo.
eſt vt non quęrat vt euadat a ſuſpitione, aut ad perfectionem facientē
adipiſci gloriam ei. ergo beneficium præſtans eſt nomen teſtificans de
eſſe eius, aut cum relatione eius ad operationem, & negationem inten-
tionis, & non inducit quidem ad pluralitatem in ſubſtantia eius. Et,
cum dicitur bonum abſolutum, eſt ꝙ nos videmus ꝙ eſſe eius eſt ſeque
ſtratum ab omni diminutione, & poſsibilitate priuationis. nam malū
nullam habet ſubſtantiam, ſed reducitur ad priuationem ſubſtantiæ,
aut priuationem abaptationis ſubſtantię, ex eo ꝙ eſt eſſe bonum. redu
cuntur ergo omnia iſta nomina ad negationem poſsibilitatis, diminu
tionis, & mutationis. & ēt aliqn̄ dr̄ bonum de eo, quod eſt cā ordinis
rerum: primum aūt eſt principium ordinis omnium: ergo eſt bonū. &

Huc vſq; et valde mutilata habētur ī priſco exēplari.

tunc nomen ſignificat eſſe cum aliqua ſpecie relationis. * Et, cum dr̄
neceſſarium in eſſe eſt cū negationis cauſæ eſſe eius, & remotione cau- B
ſæ priuationis eius in principio, & fine. Et, cum dicitur deſyderans, &
deſyderatū, & oblectari alio, & aliud oblectari eo eſt ꝙ eſt intellectus
pulchritudinis, & dilectionis, & perfectionis, & eſt dilectus, & reduci-
tur ad habens perfectionem. Et nihil aliud eſt oblectari, niſi acquiſitio
perfectionis debitæ. & qui ſciuerit perfectionem ſui ipſius, in eo ꝙ cō-
prehendit ſcita, ſi comprehenderit ea, & pulchritudinem formę eius,
& ſubſtantiam poſſe ſui, & fortitudinem membrorum ſuorum, demū
eius peruentionem ad omnem perfectionem poſsibilē ei, ſi hoc poſſet
imaginari in vno homine, tunc diligeret perfectionem ſuam, & oble-
ctaretur ea. Diminueretur autem oblectatio ſua, cum conſyderaret pri
uationem, & diminutionem. nam lætitia non perficitur eo, quod aufer.
tur, aut ſentit ablationem eius. Primum autem eſt ei gloria pfecta, &
pulchritudo cōpleta, poſtquā omnis pfectio poſsibilis eſt ei. & ipſum
comprehendit illam perfectionem cum ſecuritate a poſsibilitate dimi-
nutionis, & ablationis, & pfectio excelſa proueniens ei eſt ſuperior oī F
pfectione. & comprehenſio eius pfectionis eſt ſuperior omnibus com-
prehenſionibus. & dilectio, & deſyderium eius ad hanc perfectionē eſt
excelſior omni dilectione. & oblectatio in ea eſt ſuperior omni oble-
ctatione. & ēt non eſt proportio inter oblectationem nr̄am, & ſuam
omnino, ſed eſt excelſior omni, quod poteſt proferri a nobis de oble-
ctatione lætitia, & complacentia, & gaudio. Sed de iſtis rebus non ſunt
nobis proprii ſermones. & non pōt fieri quin deueniamus ad abuſionē
tranſumptiue, vt, cum accommodamus ei dictionem volentis, eligen-
tis, & agentis aſſumptam a nobis cum deciſione remotionis volunta-
tatis eius a voluntate nr̄a, & poſſe eius a poſſe nr̄o, & ſciētiæ eius a ſciē
tia nr̄a. & non eſt incōueniens defectus proprii ſermonis oblectationis
ab eo, & vſus alterius. Et intentum noſtrum eſt ꝙ diſpoſitio eius eſt
nobilior diſpoſitione Angelorum. & dignius eſt vt ſit lætans, & diſpo
ſitio Angelorum dignior diſpoſitione noſtra. &, ſi non eſſet oblecta-

A tio,niſi in appetitu commeſtionis,& coitus,tunc eſſet diſpoſitio aſini, & porci nobilior diſpoſitione angelorum, qui non habet hanc oblectationem & intelligo per Angelos principia abſtracta a materia,cum gaudio,& conſyderatione eius, quod eſt eis proprium ex perfectione, & pulchritudine,quæ non poteſt remoueri,ſed illa,quæ eſt in primo, eſt ſuperior ea,quę eſt in angelis.quoniam eſſe angelorum,qui ſunt intelligentiæ abſtractæ,eſt eſſe poſsibile ex ſe, neceſſarium vero ex alio. & poſsibilitas eſt malum quid,& diminutio. & nihil eſt remotum ab omni malo,niſi Primum glo.ergo ipſum eſt bonum abſolutum, & ei eſt gloria,& pulchritudo,& perfectio ſumma. Vlterius ipſum eſt deſyderatū,ſiue deſyderetur ab alio, ſiue nō deſyderetur: ſicut eſt Deus, intelligens,& intellectum,ſiue intelligat eum alter, ſiue non intelligat. & omnia iſta reducuntur ad ſeipſum, & ad intelligentiam ſui ipſius.& intelligere ipſum,& intelligere ſeipſum eſt ipſummet. nam eſt intellectus abſtractus,& totum reducitur ad idem. Hęc eſt via intel-
B ligendi opinionem eorum.& omnia iſta diuiduntur ad id,quod poſsibile eſt credere, & declarabitur ꝙ eſt inconueniens ſecundum radices eorum: & ad id,quod non eſt poſsibile credere, & declarabitur falſitas eius.& reuertamur ad quinque gradus diuiſionis pluralitatis,& rationes eorum in auferendo eos.& declarabimus quòd non poſſunt in hoc conſtituere rationem, & faciemus de vnoquoque eorum diſputationem ſeparatim.

Hic Algæ.primo narrat omnia illa, quę philoſophi attribuunt primo principio,ſecundo ibi,(Qualiter tamen.) Verificat illa.d.ergo. ait Alga. & cum toto iſto,videlicet quod ipſi aſſerant primum principium eſſe vnum ſimpliciſsimū, dicunt quod ipſe Deus eſt primum principium,& ſubſtantia, & vnum, intelligens,intellectus,agens,creator, volens, potens, viuum,cupiens,delectans,delectabilis,bonum, & pura veritas. (Et opinantur.) Declarat modum, quo modo hęc apponuntur in Deo.d.& opinantur omnia iſta vnam,& eandem rem ſignificare abſque aliqua pluralitate. (Et hoc.).Nunc exponit ordinem dicendorum d. & hoc valde mirabile eſt, & ideo oportet quod declaremus ſapientum opi-
C nionem. Deinde oportet reſpicere illud, quod poteſt argui ſuper hoc: vult ergo primo declarare opinionem philoſophorum, & hoc faciet in pręſenti dubio, qua declarata in ſequentibus diſputationibus vult arguere contra philoſophos. Aſsignat autem rationem ordinis.d.redargutio enim ſuper quodcunque propoſitum fuerit,antequam ſup.propoſitum intelligitur, eſt fatuitas,& error, & ideo prius declarare opinionem philoſophorum eſt conueniens, poſt arguere contra eos. (Vnde dicimus.)Nunc exequitur.d. vnde dicimus quod philoſophi putant, quod ſubſtantia primi principij eſt vna ſup. ſimpliciter, ſed multiplicata eſt nominibus reſpectiue, vel modo negationis, id eſt ſecundum negationem. (Et negatio.) Quia poteſt dici, ergo eſt ibi aliqua pluralitas, ſoluit.d. & negatio nullam infert pluralitatem in ſubſtantia negati,neque relatio ſimiliter infert pluralitatem: & ſic Deus vnus ſimpliciter, poteſt intelligi multus ſecundum reſpectus & negationem: quod concludit.d.quapropter peripathetici non negant pluralitatem negationum, vel relationum in Deo. (Sed qualiter.) Ponit. q.d.ſed qualiter ipſi reducunt ſupradicta ad negationem, vel relationem, hęc eſt quęſtio non modica. Soluit.d.quod taliter fit, quando dicunt primum principium, indicant quod cætera entia ab eo procedunt, & cauſantur. & hęc eſt relatio. Poteſt etiam reduci ad negationem,eo quia non cauſatur ab aliquo priori,(Et quando.) Verificat aliud dicens, & quando dicunt ſubſtantia.n.

ſinnunt ad ens non in ſubiecto . (Et quando.) Verificat aliud.d.& quando dicunt antiquum, ſignificat negationem principij ab eo, ſicut quando dicunt ſempiternum ſignificat priuationem finis. (Et quando.) Nunc verificat aliud.d.& quando dicunt neceſſe eſſe, intelligitur ens incauſatum,& quod eſt alterius cauſa vnum primum iſtorum duorum eſt negatio, videlicet neceſſe eſſe, ſecundum vero relatio.(Et quando.) Verificat aliud, dicens, & quando dicunt ipſum eſſe intellectum, indicant ꝙ eſt ens mundum ab omni materia,& addit, ꝙ quodcunque ſic ſe habet, eſt intellectus, videlicet intelligit ſeipſum, & ſentit ſeipſum,& alia præter ſeipſum; hæc poteſt poni tanquam maior. Deinde accepit minorem d.ſed Dei ſubſtantia ſic ſe habet, ergo eſt purus intellectus.(Et quãdo.) Adhuc verificat aliud.d.& quando dicunt intellectus, ſignificat ꝙ dicta ſubſtantia, quæ eſt intellectus, habet naturam intelligibilem, ſcilicet ſeipſam: ideo concludit.d. & ideo illa ſubſtantia ſe habens ſic, intelligit ſeipſam, ergo eſt intellectus & intelligibilis: & addit,& intellectus,& intelligibile totum eſt vnum, & idem, vt clarius patet ab Ariſt.in lib.Metaphyſi.id eſt.12. Meta.tex.com.51.(Et eſt

Differentia inter intellectũ humanũ & diuinum.

notandum.) Quia poſſet credere quis, ꝙ intellectus Dei, & noſter propter hoc ſint vna eſſentia: propterea dicit, ſed eſt notandum, ꝙ intellectus humanus noſter differt ab intellectu diuino in hac proprietate, id eſt in intelligere: prout intellectus diuinus eſt ſemper in actu, ſed intellectus humanus eſt interdum in potentia, interdum in actu: & hoc Ariſto. plane declarauit.12. Meta.tex.commẽ. 39.& Auerro.ibidem.commen.38.in fine: & in illo meo lib.de intellectu dixi multa de hoc,& non eſt opus aggredi hoc. (Et quando dicunt.) Verificat aliud dicens, et quando dicunt ꝙ ipſe eſt creator, vel agens, vel alias denominationes actionis habens, ſignificat ꝙ eius eſſe eſt ita nobile, ꝙ ab eo influit totum ens modo neceſſarium,& ꝙ eſſe ſequitur dictum eſt primi, ſicut ſolem ſequitur lux, & calor ſequitur ignem. (Sed eſt notandum.) Nunc vult declarare comparationem illam, dicens, ſed eſt notandum, ꝙ nõ eſt comparatio mundi, id eſt alicuius hominis mundi ad Deum ſimilis comparationi lucis ad ſolem omnibus modis: vult dicere quod non omnibus modis comparantur entia huius mundi ad ſolem, ſicut comparatur lux ad ſolem: attamen ponit aliquam comparationem dicens, niſi inquantum cauſantur tantum. cuius rationem dat, dicens, ſol enim non eſtimat.i.non comprehendit influentiam lucis ab eo verſus nos, immo eſt tantum ſimplex natura illam cauſans ſup. Sed primum principium ſentit.i.intelligit ſe, & ſentit quod illud eſt primum omnium entium, & ideo nihil ipſe ignorat de entibus ab eo procedentibus, econtrario eſt de ſole. Sed quomodo ſit iſtud, in diſputatione ſequenti declarabitur. (Et quando.) Verificat aliud, dicens,& quãdo dicunt quod ipſe eſt potens, ſignificat quod eius actiones non dependent de alterius natura, ſeu voluntatis, ſed quod ipſe agit virtute propria, & alia virtute eius.(Et quando) Verificat nunc aliud, dicens,& quando dicunt volens, intelligitur ex hoc, quod ipſe non ignorat id, quod ab eo procedit, immo ſcit ſuam perfectionem, ex qua conſtat in eo, quod omne ens ab eo influit. (Et quando) Verificat aliud dicens, & quando dicunt viuum, non intelligitur niſi quod ipſe ſcit, quod entia ab eo procedentia, de quibus, id eſt reſpectu quorũ dicitur agẽs, ſint ſibi præſentia, id eſt cognita: cuius rationem ait, viuum enim eſt agens comprehendens, & ideo eius intentio, id eſt ratio vitæ, eſt idem, quod ſubſtantia cũ relatione operum ſibi modo prædicto, id eſt prout præſentes ſunt intelliguntur.

Nota.

Debes ſcire, vt traditur ſecundo de Anima.tex.commen. 13.quod vnus graduũ vitę eſt intellectus: Deus ergo, vt dicitur.12. Metaphyſi.commen.39.intantum viuit, inquantum intelligit. intelligit autem, prout ipſe ſeipſum intelligit,& alia: & ſic eſſe viuum ibi eſt omne intelligens ſe, & opera ſua, ſecundum quod ſunt poſsibilia intelligi. (Et vita.) Ponit differentiam inter vitam noſtram, & Dei dicens,& vita noſtra humana non ſic ſe habet, id eſt, non viuit ſola vita intellectiua: ipſa nanq; non perficitur, niſi cum duabus virtutibus diuerſis, a quibus procedunt comprehenſio,& actio. Verbi gratia, intellectu & vegetatiuo gradu. concludit dicens, ergo ipſius vita, id eſt Dei vita, id eſt Dei vita eſt idẽ quod ipſe: ipſe ergo, vt intellectus, eſt eius ſubſtantia. (Et quando.) Verificat aliud,

dicens,

A dicens, & quando dicunt bonum, intendunt dicere quod entia omnia ab eo influunt pura miſeratione, id eſt pure miſericorditer, non præmiali intentione, id eſt non vt præmietur a rebus, neque modo indigentiæ, immo ſumma bonitate. Concludit nunc vltimo, dicens, tandem quod omnia ſua præfata nomina, &c. facile poſſunt reduci ad negationem, & relationem, & nulla iſtarum pluralitatem infert: hæc eſt intentio peripatheticorũ in prædictis dictis. Deinde ſe ordinat ad diſputationes quinque, quę ſequuntur pullulanter ex his: & ſermo eius patet.

A V E R O E S.

AIt Auer. Benefecit in pluribus, quod ſcripſi de narratione opinionum Philoſophorum quòd ſit Deus glo. vnus, cum denominatione attributorum multorum: & non loquimur cũ eo, de eis, niſi in eo, quod dixit de appellatione intellectus, quòd indicat rem * negatiuam. & non eſt ſic, ſed eſt nomen ſibi proprium ſecundũ Philoſophos Peripateticos, & aliter quã intelligit Plato, q̃ intellectus B ſit aliud, quã primum principium, & q̃ non denominetur q̃ ſit intellectus. & ſic, cum dixit de intelligentiis ſeparatis q̃ eſt in eis ex poſsibilitate, & priuatione, & malo, non eſt de ſermone eorũ. & reuertamur ad id, quod dixit ex quæſtione contra eos in illis quinque diſputationibus.

* a.l. relatiuam.

Deus habet nomen proprium.

Nunc Auer. vult quædam approbare, & ordinat ſe, dicens, dicimus nos quod pro maiori parte verba iſtius hominis optime poſſunt, & iuſte iuxta philoſophorum opinionem ſaluari, videlicet quod ipſe Deus benedictus eſt vnus ſimplex, licet & pluribus denominationibus denominatur: quapropter, non licet ſecum in iſtis aliquid altercare, videlicet ipſum redarguere. (Niſi in eo.) Apperuit tamen vnum, in quo errauit, dicens, niſi in eo, quod dixit, quod intellectus ſignificat relatiue, id eſt, in eo, quod putat intellectum ſibi attribui reſpectiue: cuius rationẽ dat, dicens, in hoc enim a veritate deuiauit, eo quod intellectus nomẽ proprium eſt Dei ſubſtantiæ apud peripatheticos excepto Platone. arguit ergo ſic. nomen proprium Deo non debet dicere ſibi relatiuum: ſed intellectus, vt ſupponitur, eſt nomen proprium Deo: ergo non debet dicere relatiuum. Dixit aũt pręter Platonẽ, quia Plato opinatur, quod intellectus ſit Deo nomen relationis, vt C patet in principio thimei. Deinde ſe ordinat ad alias diſputationes, & ſermo eius patet. Debes ſcire, quod Deus vnus, ſimplex, impermutabilis, & indiuiſibilis poteſt eſſe multa relatione, & negatione duobus modis, vno modo, ex parte naturæ Dei: & hoc non: quia Deus in ſui natura nec relationẽ, nec negationem includit. alio modo, ex parte noſtri modi intelligẽdi, prout res intelligimus ſub quodãmodo, & per attributionẽ illum modum ſub contraria forma Deo attribuimus, vel ſub relatiua qualitate. & ſic verificantur omnia dicta hic.

SED IN his eſt locus quęſtionis non paruus: an, in Deo iſta addant aliquid diuerſum additũ, an præciſe ſint rationes & modi intelligẽdi ipſius ex parte noſtri ei attributi. Et quod ſic. q. eſt: qm̃, tunc eſſent ſynonyma cum omnibus modis ſignificent idem, & ab eodem ſumitur fundamento. Secundo, qm̃ quicquid eſt perfectionis in rebus, principalius & primo debet conuenire primo principio: ſed omnia hæc ſunt perfectiones in creaturis: ergo primo debent Deo conuenire. Tertio illa, quæ per eſſentiam conueniunt Deo, & alijs per participationem, primo conueniunt Deo: ſed huiuſmodi attributa per eſſentiam Deo conueniunt: ergo primo. In contrarium eſt Auer. hic, & Algaze. Pro intellectu quęſtionis breuiter eſt intelligendum, quod in rerum naturis oportet, vt detur quoddam, ratione cuius res ſint multæ, & eſt materia: qñ enim res eſt in materia, vel in materia participante, eo ipſo ſit multum & diuerſum: & qm̃ oportet vt detur

Dubita.

aliud extremũ,ideo datur in natura primum ſimplex,ſ. Deus,qui eſt actus ſimplex & purus,ratione cuius res fiunt vnũ & indiſtincte: vnde res eſt vna propter formam,quæ eſt vt veſtigium primi actus,& ſimiliter res ſunt diuerſæ propter materiam,quã participant. Dicendum itaque primo, quod attributa primo,& per ſe attribuuntur Deo in ratione eſſendi & vnitatis,adeo quod ablatis omnibus alijs participantibus materiam,apud philoſophos attributa in Deo idẽ ſecundum rem & modum ſignificarent,& ſic eſſent ſynonyma, quoniam ibi in ratione eſſendi,& vnitatis ſunt ſimpliciter & vnum ſimpliciter. Si vero loquamur de attributis,prout diuerſa ſunt, ſic primo inſunt rebus , & per res ſic, ſub quadam diuerſitate attribuuntur Deo. Eſt ergo imaginandum,ꝙ attributa inſunt primo Deo,& ratione Dei inſunt rebus in ratione eſſendi, in ratione vero differentiæ inſunt primo rebus,& per res inſunt Deo:attributa enim ſunt idem, inquantum inſunt Deo,& ratione Dei inſunt alijs:inquantum ſunt diuerſa inſunt rebus,& ratione rerum inſunt ſub modo diuerſitatis Deo. Ex his concludit Auer.12. Meta.com.39.ꝙ attributa in Deo non ſunt idem , ſicut nomina ſynonyma:quoniam ſynonyma ſignificãt idem,& eodẽ modo,& reſpectu eiuſdem.Nec ſunt idem,ſicut principale.ſ.abſtractum,& ſumptum,id eſt,concretũ: quoniam principale idem ſignificat,quod ſumptum ſub diuerſo modo ſignificãdi.vult ergo ꝙ idem in ſubiecto ſignificant,differunt autem in modo,id eſt, per attributionem ad res extra.ſ.prout eorum diuerſitas ſumitur a rebus diuerſis, vt viſum eſt in verificatione horum prædictorum. Hæc poſitio poteſt declarari pluribus vijs:tamen,ad præſens arguo primo:apud philoſophos omnis multitudo,quæ vnum facit,oportet vt ſit,quia vnum eſt prima potẽtia,alterum eſt vltimus actus. & hoc patet in vnitate compoſiti. 8. Meta.com.pen. Et 7. Met. de definitione.com.42.& 43.& vniuerſaliter quæcunque faciunt vnum , oportet vt aliquo modo vniantur per modum actus,& potentiæ.Sed,in Deo non poteſt eſſe diſpoſitio actus,nec diſpoſitio potentiæ, ideo concludit ꝙ huiuſmodi attributa ſub modo diuerſitatis ſunt per intellectum tantum. Secũdo poteſt argui: quoniam,vt primo Phyſ.ſcribitur commen.6. omnis multitudo apud philoſophos vel eſt rerum ſecundum formam,vel rerum ſecundum quantitatem ; hanc enim philoſophi recipiunt pro manifeſta : ſed in neutra iſtarum multitudinum poni poteſt per ſe, ergo non ſunt realiter multa. Tertio, quæcunque ſunt in aliquo, ſunt in eo per modum eius,vt manifeſtũ eſt tertio de anima. com.5.ſed Deus eſt ſumme ſimplex,& ſimpliciter idem:ergo quæcunque ſunt in eo, ſunt ſub forma ſimplicitatis & identitatis,& per conſequens in eo nulla debet poni diuerſitas extra animam.Quarto,ſicut in principio diuerſitatis,quæcunque ſibi inhærentia ſunt diuerſa,ita in principio identitatis & vnitatis,quæcunque inſunt debent eſſe idem & vnum:& per conſequens,cum ratione Dei omnia ſint eadem & vnum,ideo omnia exiſtentia in eo ſunt idem & vnum: dicerent itaque philoſophi,ꝙ multiplicitas attributorum in Deo ſit per intellectum tantum , vt dicit Auer.licet attributa in eſſe ei ſit per eſſentiam & per ſe. Ad argumenta dicendum ꝙ non ſunt ſynonyma,cum ſumantur a diuerſis comparationibus in rebus,vt dictum eſt. Ad ſecundum dicendum,quod maior intelligitur eo modo, quo ſunt de perfectione:modo minor intelligitur ꝙ ſub ratione eſſendi ſunt de perfectione,non autem ſub ratione differentię, vt dictum eſt. Ad tertium patet ſolutio:Deo enim per eſſentiam inſunt,& quia eſſentia eſt ſumme ſimplex, & ſumme eadem,ideo etiam attributa ſunt ſumme idem, et ſimplicia in Deo:ſi igitur ſunt multa, comparatione & negatione ſunt multa. Et ſic eſt finis quintę diſputationis.

Nota de attributis.

Solutio.

D

E

F

DE CONVENIENTIA EORVM CIRCA FALSITATEM CONSTITVTIONIS SCIENTIAE POSSE, ET voluntatis in primo principio.

ALGAZEL.

AIT Alga. Conuenerunt Philoſophi circa falſitatem conſtitutionis ſcientię,& poſſe, & volũtatis in primo principio, vt conuenit in hoc ſecta Mahatazela:& exiſtimauerunt ꝙ iſta nomina imponũtur in lege,& poteſt proferre ea idioma alicuius gẽtis, ſed reducuntur ad eãdem ſubſtãtiã (vt diximus.) & impoſsibile eſt conſtituere attributum additum ſubſtantiæ eius, ſicut poſsibile eſt in nobis vt ſit ſcięntia noſtra,& poſſe noſtrum,& voluntas noſtra attributum nobis additum ſubſtantiæ noſtræ. & exiſtimauerunt ꝙ hoc facit pluralitatem. quoniam, ſi iſta attributa innouarentur nobis, ſciremus ꝙ ſunt addita ſubſtantiæ,cum abſtrahantur.&,ſi conſyderentur copulata eſſe noſtro abſque vnione,non euadent quin ſint addita ſubſtantię in copulatione.& omnia duo,quorum vnum innouatur ſuper alterũ, & ſcitur ꝙ hoc non eſt illud,nec illud eſt hoc, ſi copularetur,determinat intellectus ꝙ ſint duo.&,cum non poſſumus fugere de iſtis attributis in hoc, ꝙ ſint copulata ſubſtantiæ primæ,ita ꝙ ſint cauſę pręter ſubſtantiam, igitur hoc faciet pluralitatem in neceſſario in eſſe.& hoc eſt falſum:& ideo conuenerunt circa ablationem attributorum.

Nec quidem vllum habetur iſtorum verbum ab antiquioribꝰ vſque ad eã particulam quam expoſitor explanatę.

B

C

AVEROES.

AIt Auer. Qui autem dubitat contra dicentẽ auferri numerationem attributorum, eſt ꝙ attributa diuerſa reducantur ad eandem ſubſtantiã,ita ꝙ id,quod intelligitur per ſcientiã exẽpli gratia,& voluntatẽ,& poſſe,eſt idẽ, & ꝙ ſint eandẽ ſubſtantia, & ꝙ ẽt ſcientia & ſciens,poſſe & potens,voluntas & volens ſint idem.& qui dubitat contra dicentem ꝙ hic ſit ſubſtantia, & attributa addita ſubſtãtiæ,eſt ꝙ ſit ſubſtantia cõditio in eſſe attributorũ, & attributa conditio in ꝑfectione ſubſtantiæ: & erit aggregatũ ex hoc aliquid neceſſariũ in eſſe,ſ.ens,non habens cauſam, nec cauſatum; Quare hæc non eſt reſponſio eius in rei veritate, cum ponitur ꝙ hic ſit aliquid

partē partium,quas fecerunt in deſtructione pluralitatis, peruenit ad hoc,vt affirment ꝙ neceſſarium in eſſe impoſsibile eſt vt ſit compoſitum ex attributo,& eo,cui attribuitur,nec ꝙ ſit ſubſtantia eius habēs multa attributa.& hoc non pōt eſſe ſecundum radices eorum. Deinde incœpit declarare ꝙ falſitas,quā conati ſunt probare expoſitione huius partis,non ſequitur.& dixit & dicatur eis, ſi aūt intelligitis per neceſſarium in eſſe,quod nō habet cauſam agentem,quare dicitis hoc? & quare eſt falſum dicere ſicut ſubſtantia neceſſarii antiqui non habet agens,ſic attributa eius antiqua non habent agens? Dixi, hoc totum eſt contradictio ei,qui procedit in remotione attributorum via Auicennæ in conſtituendo neceſſarium in eſſe ex ſe.ſed via magis ſufficiēs in hoc in conſtituendo vnionem.& hoc ſequitur ſectæ Aſſariæ, & eſt via Mahatazelæ.nam ipſi intelligunt per poſsibile in eſſe poſsibile verum,& tenēt ꝙ omne id,quod eſt ſub primo principio, ſit tale. & aduerſarii eorū ex ſecta Aſſaria concedunt hoc,& tenent etiam ꝙ omne poſsibile habet agens,& ꝙ emanatio ceſſat, finiendo ad id, quod non eſt poſsibile ex ſe.& aduerſarii concedunt eis hoc.&,cum conceſſerint eis hoc, exiſtimatur apud eos ꝙ ſequitur ex hoc,vt primum, ad quod ceſſata eſt poſsibilitas,non ſit poſsibile:ergo neceſſe eſt vt ſit ſimplex, non compoſitum. Sed ſectæ Aſſariæ eſt dicere quòd id, ex quo auffertur poſsibile verum,nō eſt de neceſsitate ſimplex, ſed eſt neceſſe vt ſit antiquum tm̄,non habens cauſam agētem.quare nō eſt apud eos demonſtratio, ꝙ primū ſit ſimplex per viam neceſſarii in eſſe.Deinde dixit Si autem dicet neceſſarium in eſſe abſolute eſt, quod non habet cauſam agentem,nec receptiuam:&, cum conceditur quod habet cauſam receptiuam,tunc non eſt neceſſarium in eſſe ſecundum hanc expoſitionem.i.ſi autem dixerint Philoſophi ꝙ demonſtratio induxit ad hoc,quòd neceſſarium in eſſe non habet cauſam agentem:ergo non habet cauſam receptiuam.&, cum ponitis ſubſtantiam, & attributa, iam ponitis cauſam receptiuam. Deinde dixit,reſpondens huic, Dicimus,cum concedimus quòd habet cām receptiuam,tunc conceditur ꝙ ſit cauſatum,dicendum appellare ſubſtantiam receptiuam cauſam eſt ex deliberatione veſtra.ratio autem non indicat conſtitutionem neceſſarii in eſſe ſecundum deliberationē veſtram, ſed indicat extremum,in quo ceſſat emanatio cauſarum, & cauſatorum,i.ꝙ ſecta Aſſaria non concedit quòd hæc ſubſtantia,quæ ſuſtinet attributa,ſit cauſa receptiua,& ſequitur eis vt in ea,ſ.in cauſa receptiua ſit cauſa agēs, & non indicat neceſſarium in eſſe, ſecundum ꝙ induxit demōſtratio veſtra ad ens,non habens cauſam receptiuam,quāto magis vt indicet non habens ſubſtantiā,& attributa, ſed indicauit cauſam agentē.Dixi,Hæc quæſtio ſequitur ſecūdū rōnem eorū.nā, ſi ſecta Aſſaria cōcedit Philoſophis ꝙ nō habēs cām agentē non habet cām receptiuā, nō deſtruitur ex hoc ſermo eorū.qm̄ ſubſtantia poſita ab eis recipit attributa,non autē primum,cum ponant ꝙ attributa ſint addita ſubſtan-

A tatum, dicitur volens.&, cum conſyderetur ex eo quòd comprehendit operata ſua, dicitur ſciens.&, cum conſyderetur ſcientia, ex eo ꝙ eſt comprehenſio, & cauſa motus, dicitur vita.nam viuens comprehẽdit, & mouetur ex ſe. Quód autem prohibetur, eſt eſſe vnũ ſimplex, habens attributa multa, fixa in ſe: & præcipue ſi fuerint illa attributa eſſentialia, & reperta in actu. ſi vero in potentia, non prohibetur apud Philoſophos quin ſit aliquid vnum in actu, multa vero in potentia. & hoc apud eos ſunt partes definitionum cum definitionibus. Et cum dixit, & exiſtimauerũt ꝙ hoc facit pluralitatem vſque ad, cũ ſint duo.i. ꝙ eſſe hæc attributa copulata ſubſtantiæ non prohibet quin ſint neceſſario multa ex ſe, ſicut ſi poſtponitur eſſe eorum ſubſtãtiæ, & poſtponitur eſſe aliquorũ eorum aliquibus, non eſſet intelligentia eorum apud intellectum eadem.&, quia recitauit Alga. opinionem Philoſophorum dixit.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dicitur eis vnde ſcitis uos falſitatem pluralitatis ex hac via, & tamẽ vos contradicitis ex ſectis Maurorum ſectæ Mahatazelæ tñ? & quæro quæ eſt demonſtratio de hoc? nam ſermo dicẽtis pluralitatem eſſe falſam in neceſſario in eſſe cum hoc, ꝙ ſubſtantia, cui attribuitur, ſit vna, reducitur ad id, ꝙ ſit falſa pluralitas attributorum.& ibi eſt quęſtio, & non eſt falſitas eius ſcita neceſſario. & impoſsibile eſt dicere hoc abſq; demonſtratione. Et ipſi profecto habent in hoc duas vias. Quarũ prima eſt, cum dicunt demonſtratio aũt eius eſt. nam vnumquodq; attributũ, & eius, cui attribuitur, cum non fuerit hoc ipſum, nec ipſum hoc, aut ſufficit vnumquodque eorũ abſq; alio in eſſe ſuo, aut indiget vnumquodq; eorum alio, aut ſufficit vnum eorum abſq; alio, & tamen aliud indiget eo. Si autem ponatur ꝙ vnumquodque eorum ſufficit, erunt ambo neceſſaria in eſſe. & eſt poſterioritas abſoluta & hoc eſt falſum. ſi vero indiget vnumquodque eorũ alio, non erit quidem aliquod eorũ neceſſariũ in eſſe, cum neceſſarium in eſſe eſt quod exiſtit in ſe, & nõ indiget omnimode alio: & quod indiget alio, hoc quidem aliud eſt cauſa eius: &, ſi auferatur hoc aliud, prohibetur eſſe eius: ergo eſſe eius non eſt ex ſe, ſed ex alio. Sed, ſi dicitur ꝙ vnum eorũ indiget alio, & non aliud, tũc id quidẽ, quod indiget, eſt cauſatum, & neceſſarium in eſſe eſt aliud.& quodcunque eorum fuerit, cauſatum indiget cauſa, & inducitur ad copulationem neceſſarii in eſſe cum cauſa.

C

AVEROES.

AIt Auer. Cum concedit aduerſarius Philoſophis ꝙ ſit hic ens neceſſariũ in eſſe ex ſe, & ꝙ neceſſarium in eſſe vt non ſit ei cau-

ſa, nec ex ſe, ex qua conſtituitur, nec ab extra, non poteſt fugere id, quod intulerunt neceſſario contra eum Philoſophi. nam, ſi attributa ſunt fixa in ſubſtantia, ſubſtantia quidem eſt neceſſaria in eſſe ex ſe, & attributa per aliud, & erit neceſſarium in eſſe ex ſe ipſa ſubſtantia, & attributa neceſſaria per aliud, & aggregatum ex eis erit compoſitum. Attamen ſecta Aſſaria non concedit eis ꝙ neceſſarium in eſſe ex ſe ſignificet hoc. qm̄ demonſtratio eorum non perueniunt ad hoc. demonſtratio enim eorum inducit ad non habens cauſam agentem additam ei. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæſtio in hoc eſt, vt dicatur, melior harum partiũ eſt pars vltima. & ideo, cum deſtruitis primam partem, & eſt ſecundatio abſoluta, iam declarauimus ꝙ non eſt vobis demõſtratio in hoc in diſputatione præcedenti. &, cum non perficitur niſi in ædificatione ablationis pluralitatis in hac diſputatione, & ſubſequenti, cum ſit ramus huius diſputationis, quomodo ergo ædificabitur hęc diſputatio ſuper eam? Quare melius eſt dicere ꝙ ſubſtantia non indiget in conſtitutione eius attributis, tamē attributa indigent eo, cui attribuuntur, ſicut eſt in nobis. Et remanet ſermo eorum, ꝙ indigens alio non eſt neceſſarium in eſſe. & dicitur, ſi intelligitis per neceſſariũ in eſſe, quod non habet cauſam agētem, quare dicitis hoc? & quare eſt falſum dicere ſicut eſt ſubſtantia neceſſaria in eſſe antiqua, non habēs agens, ſic attributa eius ſunt antiqua cum eo, non habentia agens? Si vero intelligitis per neceſſarium in eſſe ꝙ non erit ei cauſa receptiua, ergo nõ eſt neceſſariũ in eſſe ſecundũ hanc expoſitionē, ſed eſt antiquũ cum hoc, & non eſt ei agens, quæro quid eſt quod reddit hoc falſum? ſed, ſi dicēt neceſſarium in eſſe ſimpliciter eſt, qđ nõ habet cauſam agētē, nec receptiuam, & cũ conceditur ꝙ ſit ei cā receptiua, ergo cõceditur ꝙ ſit cauſatũ, dicimus appellare ſubſtantiā recipiētem cām receptiuā eſt ex inuentione, & adaptatione veſtra. Ratio autē non indicat cõſtitutionem neceſſarii in eſſe ſecundũ adaptationem veſtram, ſed indicat conſtitutionē finis, in quo ceſſat emanatio cauſarum, & cauſatorũ, & non indicat ſecundum hanc conſyderationem ꝙ ceſſatio emanationis eſt poſsibilis in vno. nam iſta attributa ſunt antiqua non habentia agens, ſicut ipſum id non habet, ſed ipſa ſunt conſyderata in ſubſtantia eius. & proiiciamus dictionem neceſſarii in eſſe, vt non erremus in ea. nam demonſtratio non indicat niſi ceſſationem emanationis, & non indicat aliud omnino: & rationes alterius ſunt induſtriæ, & ſophiſticationes. Si autem diceret, ſicut neceſſe eſt vt ſit ceſſatio emanationis in cauſa agenti, ſic neceſſe eſt vt ſit ceſſatio eius in cauſa receptiua. nam, ſi omne ens indigeret ſubiecto, in quo exiſtat, & indigeret etiam ſubiectum alio ſubiecto, eſſet neceſſario emana- E F

A tio: ſicut, ſi indigeret omne ens cauſa, & illa cauſa indigeret cauſa etiam, diceremus ei bene dicitis. & propter hoc dicimus quòd ceſſat hæc emanatio, & dicimus quòd ſit attributum in ſubſtantia eius, & ſubſtantia eius non exiſtit in alio, ſicut eſt ſcientia noſtra in ſubſtantia noſtra, & ſubſtantia noſtra eſt ſubiectum eius, & non eſt ſubſtantia noſtra in ſubiecto. Igitur attributum, ceſſat emanatio cauſæ eius agentis cum ſubſtantia, cum non ſit ei agens, ſicut non eſt agens ſubſtantiæ: ſed non ceſſat eſſe ſubſtantiæ in hoc attributo, & non habet cauſam, nec attributa habent cauſam. cauſa vero receptiua non ceſſat emanatio eius, niſi ad ſubſtantiam. Et quæro vnde ſequitur vt auferatur ſubiectum cum ablatione cauſæ? demonſtratio autem non concludit niſi ceſſationem emanationis. & omnis via, qua poſsibilis ſit ceſſatio emanationis, eſt in apparentia eius demonſtratio inducens ad neceſſarium in eſſe. ſed, ſi intelligit per neceſſariũ in eſſe aliquod ens non habens cauſam agentẽ, ita ꝙ ceſſat in eo emanatio,
B tunc non conceditur ꝙ hoc ſit neceſſarium omnino. & quotiẽſcunque dilatauerit ſe intellectus ad concedendum ens antiquum, cuius eſſe non habet cauſam dilatabit ſe etiam ad concedẽdum antiquũ, cui attribuitur attributum, cuius eſſe non habet cauſam in ſubſtantia, & attributis ſimul.

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem dixit ſed deſtructio veſtra primæ partis, & eſt ſecundatio abſoluta, iam declarauimus ꝙ non eſt vobis demonſtratio de hoc in diſputatione præcedenti, & ꝙ non perficitur niſi in ædificatione ablationis pluralitatis, ideſt deſtructio eorum quòd ſit id, cui attribuitur, & attributum vnumquodque eorum exiſtens in ſe. nam ſequitur ex hoc vt ſufficiat vnumquodque eorũ abſq;
C alio: & erit Deus glo. ſufficiens in ſe, & tamen erit ibi ſecundatio, poſtquam non erit aliquid, quo erunt attributum, & id, cui attribuitur vnum. Et, quoniam laborauerunt in deſtructione huius ſpeciei pluralitatis, & in neceſsitate eſſe ſecundationem in Deo, & demonſtratiue id neceſſe eſt vt ſit in contrarium, ſcilicet vt auferatur ſecundatio ex ablatione pluralitatis, ideo dixit in eo ꝙ eſt contrarium, & declarauerunt radicem per ramum. Et id, quod fecit, eſt quæſtio non ſecundũ rem ipſam, ſed ſecundum ſermonem aduerſarii. nam aduerſarii auferunt poſterioritatem. & tu iam ſciuiſti in multis locis quòd quæſtio eſt duplex, aliqua eſt ſecundũ rẽ ipſam, & aliqua ſecũdũ ſermonẽ contradicẽtis, & ꝙ veritas eſt illa, quæ eſt ſecũdum rem ipſam, & quæſtio alia, licet non fuerit vera, aliqñ quidem fit. Deinde dixit & ideo melius eſt vt dicatur, ſubſtantia in ſe non indiget attributis, & attributa indigent eo, cũ attribuuntur, & remanet dictum eorum, ꝙ indigẽs alio non erit neceſſarium in eſſe. i. cum ipſe poſuerit eis hanc

neceſſarium in eſſe ex ſe, vt ſequatur ꝙ ſit vnũ omnimode, & non compoſitum omnino ex conditione & cõditionato, et cauſa & cauſato. Nã omne ens tale aut erit cõpoſitio eius neceſſaria, aut poſsibilis. ſi neceſſaria, erit neceſſaria per aliud, non ex ſe. qñ difficile eſt ponere cõpoſitum antiquũ ex ſe, ſ. abſq; ꝙ ſit ei cõpoſitor, & præcipue ſecundũ ponentẽ ꝙ omne accidẽs ſit innouatũ. nam compoſitio in eo eſt accidens antiquũ. ſi vero poſsibilis, indiget quidẽ copulante cãm cauſato. Attamen ꝙ reperiatur aliquid cõpoſitum ex ſe ſecundũ radices Philoſophorũ, & an admittantur large accidentia antiqua, eſt impoſsibile. nã cõpoſitio eſt cõditio in eſſe eius. & impoſsibile eſt vt partes faciant compoſitionem. componi enim eſt conditio in eſſe eorũ. quare partes omnis compoſiti rerũ naturalium cum reſoluantur, non erit nomen dictum de eis, niſi æquiuoce. vt eſt nomen manus, quod dicitur de ea, quæ eſt pars hominis viui, & manu inciſa. ſed omnis cõpoſitio apud Ariſt. eſt generabilis & corruptibilis, quanto magis vt ſit non habens cauſam. Si autẽ teneretur via, qua inceſsit Auicenna de neceſſario in eſſe, & poſsibili in eſſe, quæ remouet compoſitum antiquũ, nõ finitur quidẽ ad hoc. nã, cũ poſuerimus ꝙ poſsibile finitur ad cauſam neceſſariam: & neceſſaria aut habebit cauſam, aut non habebit cãm: ſi habet cauſam, ergo finitur ad neceſſarium nõ habens cãm. Hic ſermo inducit ad impoſsibilitatẽ perueniendi ad ens neceſſariũ non habens cauſam agentem, non aũt ad ens non habens cauſam omnino. nã poteſt habere cauſam formalẽ, ſeu materialẽ, niſi ponatur ꝙ omne habẽs formã, & materiã. demum omne compoſitũ neceſſe eſt vt habeat agens extra id. & hoc quidẽ indiget declaratione. & id nõ includit ſermo, quo proceſsit circa declarationẽ neceſſarii in eſſe cũ eo, quod diximus, ꝙ ſit in eo ex inuolutione. & ex hocmet non verificatur ratio ſectæ Aſſariæ, et eſt ꝙ omne innouatum habet innouans æternum primũ, antiquũ, nõ compoſitũ: perficitur vero ad primum, quod non eſt innouatũ. Quòd autẽ ſit ſciens, & ſcientia idẽ, non eſt impoſsibile, ſed eſt neceſſe vt deueniat in his talibus ad id, ꝙ vniatur id, quod intelligitur de eis. nam ſciẽs, ſi eſt ſciens per ſciẽtiã, id quidẽ, quo ſciẽs eſt ſciens, multo magis debet eſſe ſciens. nã id, quod acquirit attributũ ab alio, illud quidẽ attributũ dignius eſt in hac re, quæ facit acquirere. v. g. ꝙ iſta corpora viuentia apud nos, ſi nõ eſſent viuẽtia ex ſe, ſed pp vitã, quæ ineſt eis, neceſſe eſſet vt illa vita, ex qua acquiſiuit id, quod non eſt viuens, ipſum viuere eſſet vita ex ſe, aut procedet in infinitũ. & hoc idẽ euenit ſcientiæ, et aliis attributis. Attamen eſſe eandem ſubſtantiam, habentem multa attributa relatiua, aut negatiua, aut imaginatiua diuerſimode, abſque eo quòd hæc ſubſtantia plurificetur plurificatione attributorum illorum, hoc quidem non aufertur eſſe eius, vt eſt aliquid eſſe, aut vnum, & poſsibile, aut neceſſarium. nam idem, cum conſyderetur ex eo quòd ab eo prouenit aliud, dicitur potens, aut agens. &, cum conſyderetur ex appropriatione vnius duarum operationum oppoſi-

Manus abſciſa non eſt manus.

D

E

F

A tiæ, nec ponunt ea attributa eſſentialia, vt ponunt Chriſtiani. Dein-
de dixit. Si autem dicet, ſicut ſequitur ceſſatio emanationis in cauſa
agente, ſic ſequitur ceſſatio eius in receptiua. nam, ſi indigeret omne
ens ſubiecto, in quo exiſtat, & indigeret ſubiectum ſubiecto, tunc ſe-
queretur emanatio, vt perueniat ad ens non habens ſubiectum, ſicut
eſt in cauſa agenti. Deinde dixit, reſpondens eis, vos bene dicitis. &
propter hoc dicimus quòd ceſſat hæc emanatio, & dicimus quòd attri
butum eſt in ſubſtantia eius, & non eſt ſubſtãtia eius exiſtens in alio,
ſicut ſcientia noſtra in ſubſtantia noſtra, & ſubſtantia noſtra eſt ſubie
ctum ei, & ſubſtantia noſtra non eſt in ſubiecto. Dixi hic ſermo non
habet alligãtiam in hac diſputatione, nec in eo, quod recitauit de Phi
loſophis, nec in eo, quod reſpondet eis: & quaſi eſt ſermo ſophiſticus,
nam ſermo de neceſsitate ceſſationis cauſarum receptiuarum, & non
ceſſationis earum, nulla eſt proportio inter eum, & diſputationem, de
qua loquimur: & eſt an ex conditione agentis primi ſit vt ſit ei cauſa
B receptiua. ſpeculatio enim de ceſſatione cauſarum agentium eſt diuer-
ſa a ſpeculatione de neceſsitate cauſarum receptiuarum. quoniam qui
concedit eſſe cauſas receptiuas, concedit neceſſario ceſſationem emana
tionis earum ad cauſam receptiuam primam extra agens primum ne-
ceſſario, ſicut concedit eſſe agens primum extra materias receptiuas.
igitur agens primum, ſi eſſet ei materia, illa quidem materia non nu-
meratur in recipiente primo, nec in eo, quod eſt ſub eo ex recipienti-
bus in aliis entibus, ſed neceſſe eſt vt ſit illa materia agentis primi, ſi
eſſet ei materia, & materia propria ei. deinum erit quidem ei: & hoc
quidem aut erit prima ei, aut ceſſabit ad receptiuum primum. demum
non erunt hæc recipientia de genere receptionis conditionatæ in eſſe
aliorum entium prouenientium a primo agente. quare, ſi eſſet materia
conditio in eſſe agentis primi tantum, ſequeretur neceſſario vt ſit con-
ditio in eſſe omnium agentium in paſsis, & materia non erit conditio
C in eſſe actionis agentis tantum: cum omne agens agit in recipiẽte. ſed,
ſi eſſet conditio in eſſe agentis, erit omne agens corporeum. & hoc to-
tum non concedit ſecta Aſſaria, nec id quærit. Si vero dixerint quòd
hæc ſubſtantia, cui attribuuntur hæc attributa, neceſſe eſt vt ſit cor-
pus, reſpondetur eis, animę apud vos, attribuuntur ei hæc attributa,
& tamen apud vos anima non eſt corpus. & hic eſt finis, ad quem fi-
niunt ſermones topici in hac quæſtione. ſermones vero demonſtrati-
ui ſunt in libris Antiquorum, quos ſcripſerunt in hac ſcientia, & ma-
xime in libro primi Sapientis. Attamen id, quod dixit in hoc Auicen-
na, & alii ex eis, qui dedicantur Mauris, ſi reperitur eis aliquid in hoc,
id quidem, quod cõſtituerunt in hac ſcientia, eſt de genere ſermonum
probabilium, quoniam ſunt ex propoſitionibus generalibus, non au-
tem propriis de natura rei, de qua ſpeculantur. Et, cum dixit dicimus
de hoc attributo, ceſſata eſt emanatio cauſæ agentis eius cum ſubſtan-
tia. nam non habet agens, ſicut non eſt agens ſubſtantiæ, ſed non de-

ficit ſubſtantia talis quin ſit. & non habet cauſam, nec attributa poſita ab eis habent cauſam. Dixi, hoc non concedunt aduerſarii, ſed dicunt quòd ex conditione agentis primi eſt, vt non recipiat attributum aliquod. nam receptio indicat materiam, impoſsibile enim eſt vt eſſet emanatio ponendo agens, quodcunq; fuerit: ſed agens, cui non eſt actio omnino, nec cui datum ſit vt ſit ei actio. nam ponendo attributum agenti primo, quòd conſtituatur ex cauſa receptiua, quæ ſit conditio in eſſe eius, exiſtimatur quòd ſit falſum. nam omne, quod habet conditionem in eſſe ſuo, copulatio quidem eius conditioni eſt ex cauſa alterius. quoniam aliquid non poteſt eſſe cauſa copulationis conditioni eſſe eius, ſicut non erit cauſa eſſe ſui ipſius. conditionatum enim non euadit quin exiſtat in ſe abſque copulatione eius conditioni, & indiget cauſa agente copulationis eius, conditionatorum aliquid non erit cauſa conditionis ſui eſſe. ſed omnia iſta ſunt res communes. Demum hæc nominis accommodatio, non poſſumus imaginari de ea aliquid propinquum veritati ex hac via. & hoc propter æquiuocationem neceſſarii in eſſe ex ſe, & poſsibilis in eſſe ex ſe, neceſſarii vero ex alio, & aliarum propoſitionum additarum eis. E

D

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via, cum dicunt quòd ſcientia, & poſſe in nobis non ingreditur quiditatem ſubſtantiæ noſtræ, ſed eſt accidens: &, cum conſtituantur hæc attributa primo, non ingredientur etiam quiditatem ſubſtantiæ eius, ſed erunt accidentia relatiue ad id: & licet continuata fuerint antea, tamen non ſeparabuntur, aut ſequentur ad quiditatem eius: & cum hoc non conſtituent ſubſtantiam eius, & cum fuerint accidentia, ſequuntur ad ſubſtantiā, & ſubſtantia erit cauſa in eis, & erunt cauſata: ergo quomodo erunt neceſſaria in eſſe? F

ALGAZEL.

AIt Alga. dubitans huic ſermoni. Et hoc quidem eſt primum cū mutatione præfationis. & dicimus, ſi intelligitis, cum dicitis ꝙ ſequitur ad ſubſtantiam, & eſſe ſubſtantiam cauſam eius, ꝙ ſubſtantia ſit cauſa agens eius, & quòd ſunt acta a ſubſtantia, hoc non eſt verum. nam hoc ſequitur in ſcientia noſtra in relatione ad ſubſtantiam noſtram, cum ſubſtantia noſtra non eſt cauſa agens ſcientiæ noſtræ. Si vero putatis ꝙ ſubſtantia ſit ſubiectum, & attributum non exiſtit per ſeipſum in alio, hoc quidem conceditur, & non prohibetur, licet proferant per verbum ſequitur, ſeu accidit, ſeu cauſatur, aut quicquid voluerit dicere proferens, modo non mutat prolatio rem ipſam. nam res ipſa nihil aliud eſt, niſi ꝙ exiſtit in ſubſtantia conſiſtentia at-

A tributi in rei,cui attribuitur.& non erit falſum ꝙ exiſtat in ſubſtãtia, & ſit cum hoc antiquum,& non habet agens. & omnes rationes eorũ ſunt inuolutiones in vituperatione prolationis,cum appellatur poſsibile,& tranſiens,& ſequens,& proueniens,& cauſatum.& hoc eſt abſurdum.Nos vero dicimus,ſi intelligit per hoc,ꝙ habet agens, non eſt ſic.ſi vero non intelligit per id, niſi ꝙ non habet agens, tamen habet ſubiectum,in quo exiſtit,licet proferat in hoc quacunque prolatione, non eſt in ea falſitas.

AVEROES.

Ait Auer.Hoc eſt multiplicare ſermonem in eadem re. Reſponſio autem in hac propoſitione ab aduerſario breuis talis eſt.videlicet aut eſt poſsibile habenti cauſam receptiuam vt non habeat agens,aut eſt impoſsibile.& ex radicibus loquentium ꝙ copula-
B tio conditionis conditionato eſt poſsibilis, & omne poſsibile indiget in exitu eius ad actum aliquo faciente illud, & copulatione conditionis conditionato.&,qm̃ copulatio eſt conditio in eſſe conditionati, & impoſsibile eſt vt ſit res cauſa conditionis eſſe ſui, & impoſsibile eſt etiam vt conditio ſit cauſa agens eſſe conditionati:nam ſubſtantia noſtra non eſt cauſa agens eſſe ſcientiæ in ea, ſed eſt conditio eſſe ſcientiæ exiſtentis in eo:quare non euadet ſecundum has radices a cauſa agente,quæ faciet copulationẽ conditionis conditionato? & ſic eſt in omni compoſito ex conditione, & conditionato. Attamen hoc totum deſtruitur ſecundum Philoſophos,cum ponunt orbes cęleſtes antiquos, & ſunt ſubſtantia,& attributa,& non ponunt eis agens.eo modo,quo eſt agens in apparentibus nobis, vt ſequitur ex hoc, niſi ponant ꝙ ſit hic demonſtratio inducens ad copulationem antiquam ex copulante antiquo,& eſt ſpecies copulationis diuerſa ab ea,quæ eſt in generabi-
C libus,& corruptibilibus. Et omnia quidem iſta ſunt loca magnæ ſpeculationis. Quod autem ponunt, ꝙ iſta attributa, non conſtituantur ex eis ſubſtantia,non eſt verum.nam omnis ſubſtantia,quæ perficitur attributis, quibus erit magis perfecta,& magis electa, ſubſtantia illa conſiſtit cum attributis illis, quemadmodum per ſcientiam,& poſſe, & voluntatem ſumus entia nobiliora entibus non ſcientibus, & ſubſtantia noſtra, in qua exiſtunt iſta attributa eſt communis nobis, & inanimatis,quæro quomodo erunt hæc attributa accidentia, ſequentia ſubſtantiam noſtram? hoc totum quidem eſt ex ſermone eius, qui non eſt peritus in attributis eſſentialibus,& accidentalibus.

In antiquis non eſt agẽs ſecundũ apparentibus nobis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et aliquando dicunt in vituperatione prolationis alio modo. & dicunt hoc inducit vt ſit primum indigens his at-

tributis, & non erit ſufficiens ſimpliciter. nam ſufficiens ſimpliciter nõ indiget alio. Deinde dixit dubitans eis. D

ALGAZEL.

Ait Alga. Et hic eſt ſermo diſputatiuus in vltimitate debilitatis. nam attributa perfectionum non ſeparantur a ſubſtantia perfecta, ita quòd dicatur quòd indigent alio. &, cum non ceſſauit, nec ceſſabit eſſe perfectum in ſcientia, & poſſe, & vita, quomodo ergo indigebit alio, aut quomodo poſſunt proferre de continuatione perfectionis indigentiam? & eſt, ſicut ſermo dicentis perfectum eſt id, quod non indiget perfectione. Et, ſi dicet, indigens attributis ad perficiendum ſeipſum eſt diminutum, dicetur quidem, ſicut nihil eſt vt ſit perfectum, niſi ſit perfectio in ſe, ſic nihil eſt vt ſit ſufficiens, niſi ſit ei attributum, quod aufert indigentias in ſe. quomodo ergo remouentur attributa, quibus perficitur deitas, his talibus imaginationibus verborum? E

AVEROES.

Perfectũ eſt duplex.

Ait Auer. Perfectum autem eſt duplex, perfectum in ſe, & perfectum attributis tribuentibus ei perfectionem. & illa attributa neceſſe eſt vt ſint perfecta in ſe. nam, ſi eſſent perfecta per attributa perficientia, etiam interrogaretur de illis attributis an ſint perfecta ex ſe, aut ex aliis attributis, & deueniret ad perfectum ex ſe. perfectum vero per aliud indiget neceſſario ſecundum radices præcedentes, cum concedantur aliquo tribuente ei attributa perfectionis. ſin autem, eſſet diminutum. Attamen perfectum ex ſe eſt in ente ex ſe, & conuenit vt ſit ens ex ſe perfectum ex ſe. ſi autem eſt hic ens ex ſe, neceſſe eſt vt ſit perfectum ex ſe, & ſufficiens ex ſe. ſin autem, eſſet compoſitum ex ſubſtantia diminuta, & attributis perficientibus ſubſtantiam illam. &, cum ſic fuerit, ergo attributum, & id, cui attribuitur, eſt idem: & quod attribuitur ei ex actionibus, quæ inducent vt ꝓueniant ab attributis ſeparatis, in eo eſt relatiue. F

ALGAZEL.

Ait Alga. redarguens Philoſophos: O quantum eſt inconueniens vt ſimus nos, & Deus glo. in hoc æquales, ſcilicet quòd perfectio eſt ſubſtantiæ noſtræ per attributa perficientia. Si autem dicet cum conſtitutis ſubſtantiam, & attributum, & exiſtentia attributi in ſubſtantia eſt compoſitio, & omnis compoſitio indiget cõponente, quare non admittimus ꝙ primum ſit corpus, quia eſt compoſitum? Dicimus quòd ſermo dicentis omne compoſitum indiget

A componente eſt, ſicut ſermo omne inuentum indiget inuentore. &, ſicut dicitur de eo primum eſt antiquum ens, non habens cauſam, nec inuentorem, ſic dicitur, id, quod attribuitur ei, attributum eſt antiquum, & non eſt cauſa ſubſtantiæ eius, nec attributorum eius, nec exiſtentiæ attributorum in ſubſtantia eius, ſed totum eſt antiquum ſine cauſa. corpus vero impoſsibile eſt vt ſit primum. ipſum nanq; eſt innouatum, ex eo quòd non euadit ab innouationibus, & qui non conſtituit ei innouationes corporis, non eſt neceſſe ei vt concedat quòd ſit cauſa prima corpus, vt ſequitur hoc vobis in eo, quod ſequetur poſtea.

AVEROES.

Ait Auer. Compoſitio autem non eſt ſicut eſſe. nam compoſitio eſt ſicut moueri, ſcilicet attributum poſsibile, additum ſub ſtantiæ rerum recipientium compoſitionem. eſſe vero eſt de- B nominatio, quæ eſt ipſamet ſubſtantia. & qui aliter dicit, errat. compoſitum autem non diuiditur ad compoſitum ex ſe, & compoſitum ex alio. & neceſſe eſt vt deueniat ad compoſitum antiquum, vt deuenit in entibus ad ens antiquum. & iam locuti ſumus de hac diſputatione in multis locis. Vlterius, cum fuerit, ſicut diximus quòd compoſitio ſit quid additum eſſe, poteſt aliquis dicere ſi reperitur compoſitum ex ſe, erit motum ex ſe: &, ſi erit motum ex ſe, erit priuatum ex ſe: quoniam eſſe priuati eſt exitus eius, quod eſt in potentia ad actum. & ſic eſt de motu & moto, & non eſt ſic de eſſe: quoniam ipſum non eſt attributum additum ſubſtantiæ, & omne ens, quod non eſt aliquando in potentia, & aliquando in actu, eſt ens ex ſe, & eſſe moti eſt vt ſit cum potentia motiua, & ideo indiget omne motum motore. Attamen reſponſio in hac diſputatione eſt quòd compoſitum aut erit quælibet pars partium eius, ex quibus componitur, conditio in eſſe ſui ſocii duobus C modis diuerſis, ſicut eſt in compoſitis ex materiis, & formis apud Peripateticos: aut non erit quælibet earum conditio in eſſe ſocii ſui: aut vna earum eſt conditio in eſſe alterius, & altera non erit conditio in eſſe primi. prima autem pars impoſsibile eſt vt ſit antiqua. nam compoſitio ipſa eſt conditio in eſſe alterius, & impoſsibile eſt vt partes ſint cauſa compoſitionis, nec compoſitio cauſa ſui ipſius. & ideo talia compoſita ſunt generabilia, & corruptibilia: & impoſsibile eſt eis vt ſint abſque agente, quod extrahat ea a priuatione ad eſſe. Secunda vero pars, ſcilicet quòd nulla duarum partium ſit conditio in eſſe ſocii, hæ tales, cum non fuerint in natura vnius earum vt ſequatur ab alia, non componentur, niſi cum compoſitore extra eas: cum compoſitio non ſit de natura earum, qua cõſtituitur ſubſtantia earum. ſi vero natura earum determinaret compoſitionem, & ſunt ex ſe antiquæ, neceſſe eſt vt compoſitum ex eis ſit antiquum. quare impoſsibile eſt ei vt ſit ſine cauſa tribuente ei vnitatem: quoniam impoſsibile eſt reperiri aliquid an-

Compoſitio non eſt ſicut eſſe.

tiquum, cui ſit vnitas per accidens. ſed, ſi eſſet vna earum conditio in D
eſſe alterius, & altera non eſt conditio ei, ſicut eſt in attributo, & eo,
cui attribuitur non eſſentiali: ſi quidem id, cui attribuitur, eſt anti-
quum, & de natura eius eſt vt non ſeparetur ab eo attributum: tunc
compoſitum eſt antiquum. &, cum ſic fuerit, impoſsibile eſt vt conce-
dat aliquis eſſe compoſitum antiquum. Sic ædificatur via ſectæ Aſſa-
riæ; quòd omne corpus eſt innouatum. nam, ſi eſſet compoſitum anti-
quum, reperientur accidentia antiqua, quorum vnum eſt compoſitio:
qm̃ fundamentum, ſupra quod ædificant neceſsitatem innouationis
accidentium, eſt quia non ſunt partes, ex quibus componitur corpus
apud eos, niſi poſt ſeparationem. &, cum admittunt compoſitum an-
tiquum, poſsibile eſt vt reperiatur aggregatio, quam non præcedit ſe-
paratio, & motus, quem non præcedit quies. &, cum hoc fuerit poſsi-
bile, tunc eſſet poſsibile vt reperiatur corpus, habens accidentia anti-
qua, & non eſt verificatum eis quòd id, quod non euadit ex innouatio
nibus, ſit innouatum. & adhuc etiam dictum eſt ſuperius quòd omne E
compoſitum erit vnum ex vnitate reperta in eo. & hæc vnitas reperi-
tur in eo ex aliquo, quod eſt vnum ex ſe. &, cum ſic fuerit, tunc vnũ,
in eo quòd eſt vnum, præcedit omne compoſitum. & hoc quidem
agens vnum, ſi fuerit æternum, operatio quidem eius, quæ eſt influe-
re omnia entia indiuidualia, quibus ſunt entia diſtincta, eſt operatio
continua æterna, non autem aliquando ſic, & aliquando non. nam
agens, cuius actio alligatur acto, hora quidem, qua exit a potentia ad
actum, eſt agens innouatum neceſſario; & actum eius eſt innouatum
neceſſario. agens vero primum habet alligationem acto continue, &
actum miſcetur ei potentia continue. Et ſecundum hoc debet intel-
ligi diſpoſitio Primi glo. cum omnibus entibus. & hæc quidem, cum
impoſsibile eſt nobis declarare ea in hoc loco, dimittimus. nam in-
tentio noſtra eſt declarare quòd id, quod comprehenditur in hoc libro
ex ſermonibus, ſunt ſermones non demonſtratiui: & plurimi eorum F
Nota de ſermonibus demõſtratiuis. ſunt ſophiſtici: & maior gradus eorum eſt, vt ſint topici. ſermones
enim demonſtratiui ſunt pauci nimium, & ſunt inter ſermonem tan-
quam aurum purum inter alia mineralia, & adamas inter gemmas. &
redeamus ad id, in quo fuimus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et omnes viæ eorum in hac diſputatione ſunt ima-
ginationes. Vlterius ipſi non poſſunt auferre omne id, quod
attribuerunt ſubſtantiæ primæ. nam ipſi conſtituerunt ꝙ ſit
ſciens, & neceſſe eſt vt hoc ſit additum abſtracto ſubſtantiæ. Et, dr̃ eis
an conceditis ꝙ primum ſciat aliud a ſeipſo? & aliqui eorum ſunt, qui
concedunt aliud ab hoc, & aliqui dicunt non ſcit niſi ſeipſum. ſed pri-
mum eſt id, quod elegit Auicenna. nam ipſe putat quòd Deus glo. ſcit

A omnia ſpecie vniuerſali, quæ non ingreditur ſub tempore, & non ſcit particularia, quorum comprehenſio cauſat mutationem in ſubſtantia ſcientis. Nos autem dicimus aut ſcientia Primi de omnibus entitatibus generum, & ſpecierum infinitarum eſt ipſamet ſcientia ſui ipſius, aut alia. ſi dicitis alia, iam conſtituitis pluralitatem, & ruinatis fundamentum. ſi vero dicitis ꝙ ſit eadem, non cognoſcimini ab eo, qui ratiocinatur ꝙ ſcientia hominis de alio eſt alia a ſcientia eius de ſeipſo, & de alio. & qui dicit hoc cum intellectu ſuo ex definitione eiuſdem falſificatur in imaginatione aggregatio inter negationem, & affirmationem, & ſic ſcientia de eodem. quia idem falſum eſt vt imaginetur de vna eadem re, ꝙ reperiatur, & non reperiatur. &, cum non erit falſum in imaginatione, vt conſyderet ſcientiam hominis de ſe, & neſcit aliud, ergo neceſſe eſt vt credat ꝙ ſcientia ſua de alio eſt præter ſcientiā ſuam de ſe. nam, ſi eſſet eadem, tunc eſſet negatio ſui negatio eius, & affirmatio eius. cum falſum fuerit ꝙ Socrates ſit, & Socrates non ſit, ſ.
B vt ſit idem in eadem diſpoſitione, & tamen non falſificatur tale in ſciētia eius de alio cum ſcientia de ſe. & ſic eſt in ſcientia Primi de ſe cum ſcientia eius de alio. nam poſsibile eſt vt imaginetur eſſe ſui abſque eſſe alterius. ſi autem ſimilitudo eſt ſic, tunc hæc imaginatio eſt falſa. & omnis, qui ex Philoſophis concedit quòd primum ſcit aliud, neceſſe eſt vt conſtituat pluralitatem proculdubio.

Cum Auerro. diſputauit cum Alg. in vnitate primi, vult nunc diſputare cum eo in ſcientia, & ſapientia Dei, vt diſputationis inſcriptio oſtendit: &, licet multę illarum quęſtionum ordinem habere poſſunt, multę tamen non poſſunt inuicem colligari: cum diſputationes iſtę ſint eo modo, quo ſunt ordinatę ab Alg. & primo proponit qualiter hęc diſputatio non congruit, deteſtans ipſam, & dicēs, ait Alga. quicunque inſudauerit ſe philoſophari, in hoc ſumma eſt phantaſia, id eſt, eſt labor phantaſticus. (Eo quod ipſi.) Eius, quod dixit, rationem aſsignat, dicens, eo quod ipſi nequeunt remouere omnia, quę ſubſtantię attribuuntur, i. q̄a ipſi non poſſunt ſaluare ſubſtantiam primi ſimplicem eſſe, ſi ei ſcientiam attribuunt: quod declarat. d. ipſi enim aſſerunt ipſum Deum ſcientem eſſe. Tunc oſtē
C dit qualiter non poſſunt ſaluare ſimplicitatem ſubſtantiæ. d. & ſequitur eos, ꝙ hoc ſit additum ſuper definitam Dei ſubſtātiam: & ſic patet prima cauſa, quare labor hic phantaſticus eſt. Debes ſcire primo, ꝙ ſciētia omnis eſt attributum, & quodammodo additum ei, cuius eſt, cum ſit extra eſſentiam & quiditatem illius, vt patet in intellectu hominis: inquit modo Alga. ꝙ labor iſte eſt octoſus & phantaſticus, eo quia imponit Deo attributum additum eſſentię primi, & per conſequens multitudinem quandam, & tollit ſummam ſimplicitatem: & nullus philoſophorum poteſt ſaluare ſimplicitatem primi cum ſcientia eius, cum illius non poſsit haberi ſana & perfecta cognitio, niſi ex effectibus, vbi ſcientia & ſciens ſunt diuerſa: & ſic patet prima cauſa, cur hæc phantaſia dici poteſt. Se- Quid ſit phātaſia.
cundo debes ſcire, quod phantaſia; vt dicit philoſophus primo Priorum in prologo, eſt virtus ſenſitiua interior, mediante qua cognitiua componit rationes ſophiſticas, id eſt, apparentes, & non exiſtentes: &, quia hęc perſcrutatio apparet imponere compoſitionem ipſi primo, quę non ineſt ei, ideo poteſt dici phantaſia: & ſic patet ſenſus illius. (Et poteſt dici.) Nunc oſtendit difficultatem quęſtionis alio modo. Et debes ſcire, vt colligitur ſecundo Meta. in principio, & videtur plana ſententia Auer. commen. primo, quod difficultas cognoſcendi poteſt eſſe ex parte rei, & ex parte noſtri modi cognoſcendi: cum igitur declarauit difficultatem ex parte rei, oſtendit illam ex parte noſtri modi cogno-

ſcendi, & narrat multorum opiniones, & ait: & poteſt etiam dici taliter petendo a vobis philoſophis, vtrum o philoſophi, vos concederitis ꝙ primum principium ſciat aliud prçter ſeipſum? Cui apponit ſtatim opiniones.d.quare quidam ipſorum aſſerunt hoc, id eſt, Deum ſcire aliud prçter ipſum, & aliqui negant, & dicunt quod ipſe neſcit niſi ſeipſum. (Auicen.tamen.) Quia dixit opiniones ſecundas in generali, ſpecificat illas: & primo narrat opinionem Auicen.d. Auicenna tamen opinatus eſt, quod Deus benedictus ſciat omnia modo vniuerſali, tempore non ingrediente, id eſt, tali modo, quod abſtrahat a tempore, et loco, & quod ipſe ignorat particularia. eſt ergo opi. Auicē. quod Deus ſcit omnia in vniuerſali, prout abſtrahit a loco, tempore, & alijs appendicijs, & ignorat particularia, vt indiuidua ſunt in loco, & reliquis materię cōditionibus poſita. (Quia ſequitur.) Quod dixit probat.d.quia ſequitur ex particularium ſcientia permutatio in ſubſtantia Dei ſcientis. Quę conſequentia non declaratur hic, attamē poteſt declarari ex dictis eius, tertio de Anima. com.5.& in libro de Somno, ꝑ duas propoſitiones: quarum prima eſt, omnis potentia comprehendens ſingularia ſingulariter, & indiuidualiter, permutatur; cuius ratio eſſe poteſt, quoniam comprehendens ſingularia ſingulariter, & ſignate, eſt virtus in materia, vt dictum eſt, & declaratum in libro de Somno: ſecunda propoſitio, potentia intellectiua Dei eſt ſciens, per aduerſarios, ſingularia & ſignate, & indiuidualiter: ergo intellectus Dei eſt permutabilis: & ſic patet conſequentia. (Vnde dicimus.) B

Virtus ī materia cōprehēdit ſingularia.

Cum adduxit opiniones, vult per viam diuiſionis colligere opiniones, quę poſſunt dici in hoc quęſito, & dicit vnde dicimus quod ſcientia Dei in omnibus generibus, & ſpeciebus, quę finitę ſunt, aut eadē eſt quod ſcire ſeipſum, aut differt. Si differt, ergo ponitis pluralitatem in Deo, quod eſt cōtra noſtrum argumentū. Deinde declarat ſecundum membrum.d. ſi eſt eadem, ſ.ſnīa cum ſubſtantia primi, ergo nulla erit diſtinctio inter hoc, & opinionem dicentem ſcire ſeipſum idē eſt quod ſcire alia prçter eum, & ſic illę opiniones non erunt diuerſę. (Et impoſſibile.) Declarat conſequentis impoſſibilitatem.d.& impoſſibile eſt imaginari, quod ſcire ipſum ſeipſum non differat ab ipſius ſciētia in alijs prçter eum.i. impoſſibile eſt quod ſcire alia, & ſcire ſeipſum non differunt: propter quod concludit.d.& ideo meditandum eſt, quod ſcire ſeipſum differt a ſcire alia prçter eum, Hoc probat.d.ſi enim eſſet vnus, & idem, ſequitur quod eſſet id, quod affirmaret affirmationem ſuijpſius illud, quod negaret negationem ſuijpſius.i.ſequitur ꝙ idem affirmatur, & negatur de eodem: quod oſtendit eſſe impoſſibile. d. impoſſibile eſt enim, quod Plato ſit, & quod priuetur in vno & eodē tempore.i. quod idem numero ſimul ſit, & non ſit. Sed, quomodo teneat cōſequentia Auer. declarat, & accipit duo; quorum primum eſt hoc, quod dicit: ſed hoc non eſt impoſſibile ſcire ſeipſum, cum ſcire alia prçter eum: ſimiliter, non eſt impoſſibile F
Deum benedictum ſcire ſeipſum cum ſcire alia prçter eum. ſecundum eſt, poſſibile eſt nanq; imaginari eſſe ipſius ſubſtantię prçter eſſe cuiuſcunque alterius, quoniam ſubſtantia Dei eſt abſoluta. Ex his duobus arguo conſequentiam. ſi Deus ſcit ſe: ergo poteſt non ſcire alia. ponitur in eſſe; ergo ignorat alia; & ſic ſe habet negationem aliorum. Tunc vltra. ſi Deus ſcit ſe, poſſibile eſt ſcire alia: ponitur in eſſe: ergo habet affirmationem aliorum; ergo vnum & idem affirmatur & negatur: hoc totum patet ex iam dictis, ideo concludit.d, tandem ſup.dicimus quod quicunque philoſophorum meditatus ſit, quod Deus ſciat entia praeter eum, neceſſario concludit pluralitatem in Deo. Et ſic patet difficultas ex parte noſtri modi cognoſcendi, & ſententia tota textus.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt quæſtio contra dicentem ꝙ primum ſcit ſeipſum, & intelligit aliud: quoniam ſcientia ſcientis ſeipſum eſt diuerſa a ſcientia ſcientis aliud. Quæ

quidem

A quidem eſt ſophiſticatio. quoniam ex hoc intelliguntur duo, quorum vnum eſt vt ſit ſcientia Socratis de ſeipſo indiuiduali ſcientia eius de alio.& hoc nullo pacto poteſt eſſe verum.ſecundum vero eſt, vt ſit ſcientia hominis de alio,vt ſunt entia,ſcientia eius de ſe. & hoc eſt verum. Et declaratio eius eſt.quoniam nihil aliud eſt ſubſtantia eius,niſi ſcientia eius de entibus.&,ſi eſſet homo,vt alia entia,& ſciret quiditatem ſuam ſibi propriam, & eſſet quiditas eius ſcientia rerum,tunc ſcientia hominis de ſe neceſſario eſſet ſcientia eius de aliis rebus.nam, ſi eſſet alia, tunc ſubſtantia eius non eſſet ſcientia de rebus. & hoc manifeſtum eſt in artifice. nam ſubſtantia eius, qua appellatur artifex, non eſt aliquid niſi ſcientia ſua de artibus. cum autem dixit, nam ſi ſcientia eius de ſe eſſet ſcientia eius de alio, tunc negatio ſui eſſet negatio eius,& affirmatio ſui affirmatio eius ideſt. ꝙ, ſi eſſet ſcientia hominis de ſe,ſcientia eius de alio,tunc homo, cum non ſciuerit aliud,non ſciet ſeipſum ,ſcilicet cum ignorauerit aliud, ignorabit ſeipſum.&, cum ſciuerit aliud, ſciet ſeipſum. Attamen eſt ſermo verus aliquo modo,& falſus aliquo modo. quoniam quiditas hominis eſt ſcientia,& ſcientia eſt ſcitum aliquo modo, & aliud à ſcito aliquo modo:&,cum ignorat ſcitum, tunc ignorat aliquam partem ſui ipſius:&,ſi ignorauerit omnia ſcita, ignorabit ſe ipſum.& negare hanc ſcientiam de homine eſt negare ſcientiam hominis de ſe ipſo. nam,cum auferetur à ſcientia ſcitum,ex eo quòd ſcitum & ſcientia ſunt idem, tunc auferetur ſcientia hominis de ſeipſo. ſcitum autem,ex eo quòd eſt aliud à ſcientia, eſt præter hominem. & non ſequitur ex ablatione huius ſcientiæ ab homine ablatio ſcientiæ hominis de ſeipſo. & ſic eſt in indiuiduis.nam non eſt ſcientia Socratis de Platone anima Socratis,quare ſcit Socrates ſeipſum, cum ignorãtia eius de Platone.

B

C Nunc Auer. vult examinare ſententiam Alga. & primo exponit mentem eius.d.dicimus nos, quod horum verborum ſententia eſt, quod ipſe arguendo contra id,quod primum principium intelligit ſeipſum, & alia entia præter eum: declarat ſic, ſcientia ſcientis in ſeipſo differt a ſcientia ſuiipſius in alijs. hæc eſt abbreuiatio opinionis Alga. (Sed nos.) Nunc vult declarare peccatum Alga.& primo proponit illud.d.ſed nos dicemus quod hæc eſt ſophiſticatio. Quod declarat.d. hoc enim ſcilicet ſcientiam ſcientis ſeipſum differre a ſcientia aliorum dupliciter poteſt intelligi, & non exponit illos. Attamen ſcire debes,quod ſcire Deum ſeipſum,& alia id eſt, ꝙ ſcientiam ſui & aliorum eſſe vnam & eandem poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſimpliciter ſecundum ſubiectum,& modum:&,ſic non eſt verum. Alio modo ſecundum ſubiectum, non tamen ſecundum modum:& hoc eſt verum,quoniam Deus ſcit ſe,prout eſſe ſuum eſt intellectus,& ſcientia ſuijpſius:ſcit alia, prout eſt cauſa aliorum, vt dictum eſt diſputatione tertia maxime in ſolu.18.dubij. ergo ſcientia ſuijpſius, & ſcientia aliorum in ſubiecto idem ſunt,in modo tamen differunt: & per conſequens,patet qualiter illas ſcientias differre eſt dupliciter. vno modo in ſubiecto,& modo. Alio modo in modo tantum. Auer. ergo tacet iſta duo membra differentiæ,& ponit vnum membrum identitatis. vno modo ſup. dicuntur idẽ ꝙ ſcire entia præter eum idem eſt quod ſcire ſeipſum.i.in ſubiecto & re,licet in modo differunt:& hoc manifeſte eſt verũ. (Et declaratio,) Et hoc verificat.d.

Deũ ſcire ſe & alia põt dupliciter intelligi.

& declaratio huius, quia ſcire ſeipſum non eſt aliud niſi ipſum ſcire entia in ſu- D
biecto, ſup. & ſubſtantia; eo quod ipſe, vt ens abſolutum, & ipſe, vt cauſa alio-
rum, vnum eſt in ſubſtantia & ſubiecto. (Vnde, ſi homo.) Hoc idem probat exē
plo. d. vnde, ſi homo ſimilis fuerit alijs entibus. i. ſi homo in communi ſit natu-
ra entium, & per conſequens omnibus ſimilis in virtute eis, & per caſum ipſe ip-
ſius quiditatē propriam ſciret, ſcire ipſam propriā quiditatē idem eſt quod ſcire
alias res neceſſario: cuius rationem ait, d. ſi enim diceret, eſſet eius ſubſtantia. ſ.
hominis præter eius ſcientiā: quod relinquitur tanquā inconueniens. Debes ſci-
re, quod homo cōis eſt omnibus indiuiduis ſimilis, cū ſit eſſe omnium indiuiduo-
rū, & ideo dicit Auer. ſi homo in cōi eſſet natura intelligens eſſentiam propriā,
& omnia indiuidua cōtenta ſub eo, ſequitur illud. (Et hoc.) Declarat quis nam
homo eſſet ille, in quo ſcientia nō differt a ſcientia aliorū de facto. d. & hoc val
de patet in artifice: quia eius ſubſtantia, qua differt artifex, inquantum artifex a
rebus factis, non eſt aliud in ſubiecto niſi ipſum ſcire res finitas, vel factas, vt
habet alia translatio. Debes ſcire, ꝙ exemplum iſtud valde eſt conueniens:
qm̄ artifex, vt artifex, poteſt dupliciter conſiderari, vno modo abſolute, alio mo
do vt artifex potēs cauſare res artificiales. primo modo ſciētia artificis ſuijpſius
differt a ſcientia aliorū in ſubiecto, ſecūdo modo, non differt niſi in modo: vnde
homo, vt homo, & homo, vt artifex, vnū ſunt in ſubiecto, & differunt in modo.
ſic ſcientia ſui vt homo, & ſcientia aliorū, vt ipſe eſt artifex, ſunt vnum in ſubie E
cto, & differunt in modo: applicando ad propoſitum ſic, Deus poteſt conſidera-
ri vno modo, vt ens abſolutum, alio modo vt prima cauſa, & primus finis, & pri
ma forma. dico ergo ꝙ ſcientia ſuijpſius vt Deus, eſt vna in ſubiecto cum ſcien
tia, quā habet de alijs, ꝓut eſt cauſa, & prout, eſt forma, & finis: & licet hoc exē
plū ſit multū conueniens, attamē differt aliqualiter, & eius differentiā conſide-
ra tu. (Sed id, quod.) Nunc vult examinare ſecundū dictū Alga. & primo pro-
ponit illud, ſecundo ibi, (Sed hoc eſt.) Verificat ipſum vno modo, & falſificat
ipſum alio modo. dicit ergo: ſed illud, quod dixit. ſ. ꝙ ſcire ipſum idē eſt, quod ip-
ſum ſcire alia, eſt neceſſario affirmatio ſua, non autem affirmatio ſuijpſius, & ſi
militer de negatione dicatur. Debes ſcire qđ, vt dictū eſt, Deus ſcit ſe, & alia.
ergo affirmationem habet, & poteſt habere negationem: quoniam poteſt ſcire
ſeipſum, & ignorare alia. ergo negationem ſequitur vnius eſſe affirmationem et
negationem. (Si intendit.) Nunc arguit contra illud. d. ſi intendit vere hoc, ꝙ
ſcire ſeipſum idem eſt ꝙ ſcire alia, ſequeretur ꝙ, quando ſup. per poſsibile, vel
impoſsibile ignoraret alia, ignoraret & ſeipſum, & quando ea ſciret, ſeipſum
ſciret: & ſic patet hoc. (Sed hoc.) Nunc verificat illud vno modo, & falſat alio
modo: & primo proponit hoc. d. ſed hoc eſt verum aliquo modo, & aliquo mo-
do eſt falſum. Quod declarat, dando exemplum de homine ſuperius poſito. d. F
quiditas namque hominis ſup. in communi eſt ſcientia ſup. aliquo modo in ſu-
biecto, & ſcientia eſt ſcibile aliquo modo. i. & ſcientia ſuijpſius eſt ſciētia omniū
indiuiduorū aliquo modo, & differt ab eo alio modo: qm̄ ſcire hominē in cōmu-
ni eſt ſcire oēs homines, prout habent eſſe in illo vno, non tamen omnibus mo-
dis. ſ. indiuidualiter, & ſignate: & tunc concludit, ergo quando ignorat quoddā
ſcibile, id eſt aliquod indiuiduum hominis, ignorat ipſe homo eius partem ſu-
biectiuam: &, ſi forte omnia ſcibilia ignoraret, ignoraret ſeipſum totaliter, eo
quia natura hominis non eſt alia a naturis indiuiduorum, ergo remotio huius,
id eſt ſcientiæ indiuiduorum ab homine eadem eſt, quod remotio ſcientiæ homi
nis a ſeipſo: cuius rationem ait, quia quando remouetur ſcibile de ſciente, inquā
tum ſcibile, & ſcientia ſunt vnum & idem, remouetur ſcientia hominis a ſeipſo
ergo, ſi remouetur ſcientia indiuiduorum hominis, & ſcientia illorum eſt eadem
in ſubiecto cum ſcientia hominis in communi, ambæ remouentur. Patet ergo
plane quod ſcientia hominis ſuijpſius, & aliorum ſunt vnum in ſubiecto, & dif-
ferunt in modo. quod ſint idem in ſubiecto patet, quoniam ablatio vnius infert
ablationem alterius. quod differunt in modo oſtendit. d. ſed id, quod eſt inquan-
tum differt a ſcientia, tunc differt ab homine, id eſt ſed natura hominis, prout
differt a ſcientia aliorum, tunc differt ab homine, id eſt ſcientia hominis, & alia-

A rum differunt in modo tantum. Quia quis poſſet dicere, ergo ſtat hominem intelligere ſe, non intelligendo alios homines: &c, ſic idem quod prius. hoc remouet.d.& non infert remotio, id eſt differentia huius ſcientiæ ab homine remotionem ſcientiæ hominis a ſeipſo, id eſt non ſequitur ſcientia hominis, vt homo differt in modo a ſcientia aliorum indiuiduorum. ergo ſtat hominem intelligere ſe, & ignorare alia. Hoc idem declarat ſpecialiter.d. & ſimiliter in indiuiduis ſequitur: non enim ſcire Petrũ Galenum idem eſt quod Gale.&c, ideo Petrus ſcit ſeipſum ignorans Galenum. attamen ſcientia Petri non differt ſpecie a ſcientia Galeni. applicando modo ad propoſitum: patet intellectio in Deo, qualiter ſcientiæ illæ, ſcilicet ſuijpſius, & aliorũ ſunt vnum in ſubiecto, & duæ in modo, & qualiter non valet cõſequentia Alga.ſ. quia illæ differũt. ergo ſtat Deũ intelligere ſe nõ intelligẽdo alia, vel econtra intelligere alia, non intelligẽdo ſe.

Sed, circa dicta accidit quęſtio: qm̃, licet Deus, vt ens abſolutum, Dubitatio. & a materia ſeparatum, idem ſit cum eo, vt prima omnium cauſa, attamen accipitur Deus in illo priori, in quo eſt ens abſolutum, cum tunc intelligat ſe, an intelligat alia, vel ignoret alia.&c, ſi intelligit alia: ergo ſcientia eius, & aliorum erit vna omnibus modis. ſi ignorat alia: ergo habebit negationem, & affirmationem, i. ignorantiam, & ſcientiam aliorum, vt dixit Alga. Dicendum, vt dicit Auer.12. Metaphy. commen.51. in fine, quod id, quod non eſt innatum diſponi Solutio. B per ſcientiam, non eſt innatum diſponi per ignorantiam: dico ergo quod in illo priori Deus ſcit ſe tantum, & alia non ignorat, nec ſcit: attamen alia non ſcit: ſicut lapis nec eſt cœcus, nec videns, ſed bene non videns. Sic Deus in illo ſigno nec ſcit alia, nec ignorat, ſed bene non ſcit: & ſic, per hoc patet ſolutio ad Differt non ſcire ab ignorare. argumentum. non enim eſt inconueniens Deum ſcire ſe tantũ, & non ſcire alia: ſed eſſet incõueniens Deũ ſcire ſe, & ignorare alia: &c, quia Alg. non diſtinxit inter nõ ſcire, & ignorare, ideo latuit ſolutio huius quæſtionis, & intulit vnum, quod reputat inconueniens, quod tamẽ bene intellectum eſt neceſſarium.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit ipſum non ſcit aliud prima intentione, ſed ſcit ſeipſum, quia eſt principiũ omnium, & copulatur ei ſcientia totius ſecunda intentione, cum impoſsibile ſit ei ſcire ſeipſum, & neſcire ꝙ ſit principiũ alterius. nã verificatio ſui eſt eſſe principiũ alterius: & impoſsibile eſt ſcire ſe eſſe principiũ alterius, C niſi ingreſſum fuerit illud aliud in ſcientiam eius vniuerſaliter, & cõſecutiue. & non eſt inconueniens quin ſubſtantiæ eius ſint conſequentia. & hoc quidem non facit pluralitatem in quiditate ſubſtãtiæ, impoſsibile vero vt ſit in ipſa ſubſtantia pluralitas. Et reſpondetur ei multipliciter, & primo ꝙ, cum dicitis ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium, eſt induſtria quædam veſtra, & imaginatio. ſed oportet vt ſciat eſſe ſui. ſcientia autẽ ꝙ ſit principium eſt addita ſcientiæ de eſſe eius. nam principium eſt relatiuum ſubſtantiæ: & poteſt ſcire ſubſtantiam, & neſcire relationem principii ad ſubſtantiam: & poteſt ſcire ſubſtãtiã, & neſcire ꝙ ſit principium: nam eſſe principium, & eſſe ens, ſunt duo diuerſa. & ſicut poſsibile eſt vt ſciat homo ſeipſum, & neſciat quòd ſit cauſatum: nã ſcire ꝙ ſit cauſatum eſt relatio eius ad cauſam: ſic eſſe ipſum glo. principium, & eſſe cauſam, eſt relatio eius ad cauſatum. & conſequentia eſt bona in abſtracto, cum dicunt ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium. in eo enim, eſt ſcientia de ſubſtãtia, & principio, quod eſt

relatio: & relatio eſt diuerſa à ſubſtantia: & ſcientia relationis eſt diuerſa à ſcientia ſubſtantiæ, ratione, quam diximus: & eſt quia poſsibile eſt vt imaginetur ſcientia de ſubſtantia præter ſcientiam de principiis, & impoſsibile eſt vt imaginetur ſcientia de ſubſtantia præter ſcientiam de ſubſtantia: nam ſubſtantia eſt vna. D

Hic Algazel. inducit primo vnum modũ dicendi quorũdam philoſophorum, ſecundo ibi. (Sed ad primum.) ſoluit. In primo duo dicit, quorum vnum ſequitur ad alterum: & primũ eſt, quod Deus ſcit ſe dupliciter: prout eſt ens abſolutum a materia & motu, &, ſic ſcit ſe tantum. alio modo, prout eſt principium totius entis, & ſic ſecundaria intentione ſcit alia, eo quia eſſe principium eſt additum poſt ſubſtantiam, & per conſequens ſecundaria intentione ſcit alia: inquit ergo, Ait Algazel & ſi forte aliquis diceret quod ipſe Deus ignorat alia prima intentione, id eſt, quod ipſe, abſolute cõſideratus, ſcit tantum ſe, & alia ignorat, vt ſic. Sed, quia ſcit ſe, prout eſt principium totius generis entis, ſequitur quod ſciat totum ens ſecundaria intentione. (Impoſsibile.) quia dixit, quod ſcit alia ſecundaria intentione, & quis poſſet dicere, an ſcire ſe eſſe principium addat aliquid ſubſtantiæ abſolutæ eius, cum dicant philoſophi quod ſic, & adducit Alga. rationem eorum dicens, impoſsibile eſt enim, quod ſciat ſeipſum eſſe principium totius, & hoc non inferat pluralitatem in quiditate ſubſtãtię Dei: modo hoc deſtruunt philoſophi, dicentes, veruntamen impoſsibile eſt quod ſit in ſubſtantiamei, id eſt, ipſius Dei pluralitas: ergo falſum eſt Deum ſcire alia ſecundaria intentione, prout eſt principium totius entis. (Sed ad primum.) Soluit Alga. argumentum iſtud, & primo declarat primum dictum: in dubio tertio declarat ſecundum dubium. In prima ergo parte intendit declarare, quod Deus ſcit ſe abſolute, & ſcire alia, prout eſt principium aliorum, eſt quid additum eius eſſentiæ, & ait. Sed ad primum reſpondendum eſt: quod, quando dicitis quod ipſe ſcit quod eſt primum, eſt quædam euaſio, vult dicere quod Deum ſcire ſe, prout eſt principium tantum, & non abſolute, eſt quædam euaſio, non tamen ſolutio vera: quod declarat, dicens, immo pertinet quod ipſe ſciat eſſe ſuipſius prima intentione, ſed quod ipſe ſciat quod eſt principium, eſt ſine dubio, quid additum ſuper ſubſtantiam, vel vt habet alia litera, ſuper ſcientiam ſuipſius: cuius rationem dicit, principiatio nanque eſt quid relatum ad ſubſtantiam, & ſic ſequitur illud eſſe additum ſubſtantiæ dei. (Et poſtquã.) cum dixit illud, infert vnũ, quod ſupra tetigit, dicens. & poſtquam adinuicem differunt, id eſt, ſcientia ſui, prout eſt ens abſolutum, & ſcientia eius, vt eſt principium, differunt, poteſt igitur quodlibet iſtorum ſciri ſine alio: cuius exemplum ponit, dicens, ſicut homo ſcire ſeipſum ignorans quod cauſatur, quia ipſum eſſe cauſatum eſt quid relatũ: applicat modo ad propoſitum, dicens, ſimiliter, in Deo ſcientia relationis differt a ſcientia ſubſtantiæ Dei: verificatum ergo eſt quod Deus, ita ens abſolutum ſcit ſe, & ignorat ſe in illo priori eſſe principium; ergo ſequitur id, quod iam dixit in dubio prædicto. E F

AVEROES.

Quo pacto intellect' nr, & itellectus ſeparatus intelligant.

AIt Auer. Sermo Philoſophorum cum iſto homine in hac diſputatione ædificatur ſecundum radices, quas habent, de quibus neceſſe eſt prius loqui cum eis. Nam, cum conceditur id, quod poſuerunt de eis, & exiſtimauerunt ꝙ demõſtratio induxit eos ad id, non ſequitur eis aliqua harum conſequentiarum ſuarum. Nam Philoſophi ponunt quòd ens, quod non eſt corpus, eſt in ſe ſcientia tantum, quoniam ipſi tenent ꝙ formæ non ſciunt, quia ſunt in mate-

A riis: &, cum inuenitur aliquid, quod non ſit in materia, notum eſt ꝙ ſcit. & hoc habetur ratione. quoniam inuenerunt ꝙ formæ materiales, cum abſtrahantur in anima à materiis ſuis, fiunt ſcientia, & intellectus: & intellectus nihil aliud eſt, niſi formę abſtractæ à materia. &, cum ſic fuerit in eo, quod non eſt abſtractum à radice naturæ ſuæ, id quidem, quod eſt abſtractum a radice naturæ ſuæ, multo dignius eſt vt ſit ſciētia, & intellectus. & qm̄ intellecta rerum ſunt verificatio rerum, intellectus nihil aliud eſt niſi comprehenſio intellectorum, tunc intellectus noſter eſt ipſummet intellectū, in eo ꝙ eſt intellectum. & non erit alietas inter intellectū & ipſam rem intellectam, niſi quia intellecta ſunt intellecta rerum, quæ nō ſunt in naturis ſuis intellectus, ſed fiunt intellectus, cum abſtrahit intellectus formas earum à materiis: & propter hoc non erit intellectus noſter intellectum omnimode. ſi vero reperiatur aliquid abſque materia, erit intellectus eius intellectum omnimode, & eſt intellectio intellectorum abſque dubio. &, qm̄

B intellectus nihil aliud eſt niſi comprehenſio ordinis rerum, quæ repeniuntur, & gradus earum, ideo neceſſe eſt, in eo ꝙ eſt intellectus ſeparatus, vt non ſuſtentetur in intellectione rerum, quæ reperiuntur in rebus, quæ reperiuntur, & retardetur intellectum eius eis. nam omnis intellectus talis ſequitur ordinem repertum in entibus, & complet eū: & ipſe de neceſsitate diminutus eſt in eo, quod intelligit ex rebus. & ideo intellectus noſter eſt diminutus in eo, quod determinat de natura rerum circa ordinem, & proportionem repertam in eis. &, cum naturæ rerū ſequantur ſecundū rationem intellectus, & fuerit hic intellectus, qui eſt in nobis, diminutus in comprehendendo naturas entiū, neceſſe eſt vt ſit hic ſcientia cum ordine, & cū proportione, quæ eſt cauſa ordinis, & proportionis, & ſcientiæ repertæ in quolibet ente. Et neceſſe eſt vt iſte intellectus, ordo eius ſit cauſa huius ordinis in entibus, & comprehenſio eius non denominetur de vniuerſalibus, quanto

C magis de particularibus. quoniā vniuerſalia ſunt intellecta entium, et poſteriora eis. hic vero intellectus, entia ſequuntur eum, & intelligit neceſſario entia, cum intelligit ex ſe ordinem, & proportionem repertam in entibus, non autem cum intelligit rem extra ſe. nam eſſet cauſatum ab ente, quod intelligitur, & tamen nullam habet cauſam: & eſſet diminutus: ſcientia enim rerum notitia vniuerſali eſt ſcientia diminuta, quoniam eſt ſcientia eius, quod eſt in potentia. Cum autē intellexeris hoc ex opinione Philoſophorum, intelligens ꝙ intellectus ſeparatus non intelligit niſi ſeipſum, & intelligit ſeipſum, cū intelligit omnia entia. intellectio enim eius nihil aliud eſt niſi ordo, & proportio, quæ eſt in omnibus entibus. & iſte ordo, & proportio eſt ille, quē recipiunt potentiæ actiuę, habentes ordinē, & proportionem, repertam in omnibus entibus, & eſt id, quod Philoſophi appellant naturā. nam videtur ꝙ omne ens habet operationes, quæ ſequuntur ordinem intellectus, & proportionem eius. & impoſsibile eſt vt hoc ſit per

Intellectio intellectus ſeparati nihil aliud eſt, niſi rerū ordo, atq; proportio.

accidens: & impoſsibile eſt vt ſit propter intellectum ſimilem intellectui noſtro, ſed propter intellectum ſuperiorem omnibus entibus, & non eſt nec vniuerſalis, nec particularis. Et, cum intellexeris hoc ex opinionibus Philoſophorum, ſoluuntur tibi omnes dubitationes, quas fecit eis iſte vir hic, &, cum poſueris ꝙ intellectus, qui eſt ibi, ſit ſimilis intellectui humano, valent illæ dubitationes prædictæ. nam intellectus, qui eſt in nobis, eſt is, cui euenit numeratio, & pluralitas. ille vero intellectus non euenit ei aliquid horum. nam eſt mūdus pluralitate eueniente his intellectis, & non imaginatur in eo alietas inter comprehendentem, & comprehenſum. intellectus vero, qui eſt in nobis, eius comprehenſio ſubſtantiæ rei eſt aliud à comprehenſione eius, ꝙ ſit principiū rei: & ſic eius comprehenſio alterius eſt alia à cōprehenſione ſui aliquo modo. attamen eſt in eo ſimilitudo illius intellectus: & ille intellectus eſt ille, qui tribuit ei illam ſimilitudinem. nā intellecta, quæ ſunt in illo intellectu, ſunt remota à diminutionibus, quæ eueniunt huic noſtro intellectui. ver. g. ꝙ intellectus ſit intellectum, in eo ꝙ eſt intellectum. quoniā reperitur intellectus, qui eſt intellectum omnimode. nam omne id, cui reperitur attributum diminutum, reperitur quidem ei propter ens, cui eſt illud attributum perfectum. ver. g. id, in quo reperitur caliditas diminuta, reperitur quidem ei propter aliquid, quod eſt in caliditate perfecta. & ſic quod reperitur intelligens intellectu diminuto, reperitur quidem ei propter aliquid, quod eſt intellectus intellectu perfecto. & ſic omne, cui reperitur operatio intellectualis diminuta reperitur quidem ei propter intellectum perfectum. Et, cum fuerint operationes omnium entium operationes intellectuales perfectæ, & ſapientes, & non ſunt habentes intellectū, neceſſe vt ſit hic intellectus, quo operationes entium ſunt operationes intellectuales. & qui non intelligit hoc ex debilibus ſapientum, eſt is, qui quærit vtrum primum principium intelligat ſeipſum, aut intelligat aliquid extra ſeipſum. &, ſi ponit ꝙ intelligit aliquid extra ſe, ergo ſequitur vt perficiat ſeipſum per aliud. ſi vero ponit ꝙ non intelligit aliquid extra ſe, ſequitur vt ignoret entia. Et mirādum eſt de iſtis hominibus, ꝙ ipſi auferunt attributa, quæ reperiuntur in Deo glo. & creaturis ex diminutionibus euenientibus creaturis, & ponunt intellectum noſtrum ſimilem intellectui, qui eſt in eo, & ipſe eſt dignior omnibus in tali ablatione. & hoc ſufficit in hoc capitulo. quare ſtatim narrabimus ſermonem huius viri in hoc capitulo, & declarabimus errorem euenientem ei. D E F

Cum adduxit ſententiam Algazel. vbi declarauit quod oportet omnino in Deo ſcientiam ſuiipſius differre aliquo modo a ſcientia aliorum, & per conſequens ſcire alia eſt quid additum eſſentiæ Dei, vult nunc ſoluere hoc, et declarare qualiter nulla eſt pluralitas in Deo, prout ſcit ſe & alia, nec ſecundum rem, nec ſecundum modum: & primo proponit quoddam, dicens, dicimus nos quod verba philoſophorum cum Algazel. in præſenti quæſtione, decet quod ſint fundata ſuper eorū radices: conceſsis. n. Peripatheticorum præmiſsis, mox datur remedium, id eſt, ſolutio conſequentiarum poſitarū ab Algazel. (Vnde dicimus.)

A Nunc exequitur, & primo proponit vnum fundamentũ Peripatheticorũ. Deinde probat illud: inquit ergo, vnde dicimus quod manifeſte apparet ex philoſophorum concluſionibus, quod ens incorporeum eſt in ſe pura ſcientia tantum, id eſt, quod in abſtractis a materia ſcientia eſt ſubſtantia ſcientis, & ſcibilis: & hoc eſt vnum fundamentum, quod proponit declarandum. Ipſi enim.) Nũc vult dare cauſam huius fundamenti, & primo narrat opinionẽ eorum, dicens, ipſi.n. opinati ſunt quod formæ ſunt inſcientes, id eſt, non cognoſcentes, prout conſiſtunt in materia, id eſt, prout dependent in eſſe, & in conſeruari a materia: & dicunt quod, ſi forte inuenitur aliquid non conſiſtens in materia, id eſt, non dependens a materia, manifeſtũ eſt quod eſt pura ſcientia: hæc eſt opinio eorum. (Et hoc.) Nunc probat hoc, & arguit per locum a maiori, hoc modo. Si res ſecundũ rem materiales, ſecundũ modum abſtractæ a materia ſunt quoquo modo ſcientia: ergo res omnino abſtractæ a materia erunt, & ſimpliciter ſcientiæ: huius primo proponit antecedens: inquit ergo, & hoc patefit apud eos omni ratione: ipſi enim reperiunt formas naturales aliquo modo ſeparatas a materia, & ſunt pura ſcientia quodammodo, & quodammodo purus intellectus: & intellectus, id eſt, intellectio non eſt aliud in eſſentia a forma rerum ſeparatarũ, hoc eſt antecedẽs & ponit conſequẽs, replicãdo antecedens, dicens: vnde, poſtq̃ res, quæ de ipſarum naturis nõ ſeparãtur, ſic ſe habẽt, quãto magis illæ, quæ de natura earũ cõ-

B tinue ſeparãtur, digniores ſunt quod ſint purus intellectus, & pura ſcientia: & ſic patet fundamentum prædictũ. Illud ratione probabili probauit, quia difficile eſt probare ratione demõſtratiua: vel quia accepit illud tanquã conſtans in libro de anima, & in Metaphy. Debes ſcire, quod hæc ratio poteſt deduci ad demonſtratiuã hoc modo: qm̃ declaratũ eſt in libro Meteororum ab Auer. in capit. de galaxia, qđ omnino diſpoſitio cõueniens pluribus per vnam cauſam, ei cõuenit magis, cui cauſa illius cõuenit magis. V.g. lucere competit toti cœlo propter aliquam denſitatem corporis cœleſtis, cũ igitur ſol ſit maxime denſus, et ideo ei plus conuenit lucere: ſic in propoſito, quia eſſe ſcientiam idem cum ſcibili, & ſciente competit naturæ propter eſſe abſtractum a materia, ideo, quia datur aliquid ſimpliciter, & ſumme abſtractum, ideo ei competit eſſe vnum, & idẽ cum ſcientia, ſcibili, & ſciente: & ſic hęc ratio poteſt hoc modo reduci ad vim demonſtratiuam. (Et quia rerum intelligibilia.) Vult nunc concludere definitionem intellectus noſtri, vt idem veniat ad propoſitũ de intellectu primi entis: vult ergo quod intellectus eſt rerum veritates, & ſyllogiſmus componitur ſic. intelligibilia ſunt rerum veritates: intellectus eſt intelligibilia: ergo intellectus eſt rerum veritates. huius primo ponit maiorem, dicens. & quia rerum intelligibilia eadem ſunt quod rerum veritates: eſt ergo maior, intelligibilia ſunt rerum

C veritates. Deinde ponit minorem, dicens, & intellectus non eſt aliud niſi comprehenſio intelligibilium, id eſt ipſa intelligibilia comprehenſiue. concluſionẽ propriam huic ſyllogiſmo non ponit: ſed illud, quod ſequitur ad illam, dicens, erit in nobis intellectus, & intelligibile vnum & idem, inquantum intelligibile eſt.

SED IN HOC ſyllogiſmo quæſtio eſt circa maiorem, & quæſtio circa minorem: videntur enim omnes falſæ: prima quidem, quoniam intelligibilia non ſunt veritates, cum veritas ſit vel conformitas intelligibilis ad intellectũ, vel econtra, vel in illa conformitate conſiſtens. Secunda eſt, quoniam intellectus nec eſt intelligibilia, nec comprehenſio intelligibilium, vt patet. Eſſet etiam quæſtio in concluſione, ſed ad proprium transferatur locum. Ad primam ergo debes ſcire, quod propoſitio continetur in terminis eius, ſicut effectus in ſuis cauſis: veritas autem in propoſitione, ſicut proprium in ſuo ſubiecto, vel ſicut ſignatum in ſigno: ergo a primo ad vltimum veritas continebitur in terminis, vt effectus in cauſa remota: &, ſic patet qualiter veritas eſt ipſum intelligibile: ſicut planta eſt ſol. non in prædicatione formali, ſed virtuali, ſicut communiter vtitur hic vir. Secundo debes ſcire, quod intellectus non eſt ſubiectũ intelligibiliũ inhæſionis, cum ſit ſubſtantia pura, quæ recipere nõ poteſt, vt declaraui in libro meo de intellectu, eſt tamen ſubiectum appropriatio-

Dubitatio literalis.

Secunda.

Solutio.

nis,pro quanto omnia intelligibilia in eſſe cognito continentur in intellectu, eo quia ab illo comprehenduntur,& habent eſſe abſtractum:& ſic poteſt dici ipſa intelligibilia,vel comprehenſio ipſorum intelligibilium, cum ſubiectum omne denominari poſſit a ſua forma:ex his apparet maior,& minor, & quomodo intelligantur,& qualiter,& patent ſol.quęſtionum.(Et nulla.)Nunc vult concludere qualiter intellectus diuinus eſt ſimpliciter idem cum intelligibili, & ſcientia eius:& primo proponit differentiam inter intellectum noſtrũ, & intelligibile.d.& nulla eſt ibi differentia,ſcilicet inter intellectũ noſtrũ, & intelligibile, niſi inquantũ intelligibilia ſunt rerum intelligibilia,quæ de rerum natura non ſunt intellectus,id eſt actu intellecta,immo ſunt intellectus,id eſt res actu intellectæ,prout intellectus ſeparat dictas formas a materijs ipſarum : ideo concludit,& propter hoc intellectus noſter , & intelligibile non ſunt vnum & idem omnimode:& litera,quæ ſequitur,eſt tranſpoſita,& debet legi ſic:quare intellectus,non eſt aliud,niſi comprehenſio entium ſecundum ordinem, & ipſarũ graduationem:& hæc eſt concluſio ſyllogiſmi prædicti. D

Prima quæſtio.

Sed hic eſt locus quęſtionis:primo,quare intellectus et intelligibilia multa nõ ſunt idẽ in intellectu noſtro. Secundo,cur intellectus non eſt comprehẽſio entium abſolute,ſed ſecundum eorum,ordinẽ, & graduationem. Ideo Duo debes ſcire.primo, ꝙ ſicut lumen eſt eſſentialiter,& formaliter viſibile, & per eſſentiam.& colores ſunt viſibiles ratione luminis,& participatiue: ſic intellectus eſt eſſentialiter & per ſe intelligibilis, & intelligibilia participatiue prout participant intellectiuo eſſe, vt d. Auer.in cõ.5.3.de Anima,in fine.Intelligibile ergo duplex habet eſſe.vnum ſimpliciter,& eſt eſſe in materia.aliud ſecundũ quid,& eſt eſſe comprehenſum,vel eſſe cognitũ. quia igitur intellectus noſter non eſt cauſa eſſe entis ſimpliciter,ideo non dicitur ſimpliciter idem cum intelligibili,quia vero eſt cauſa eius,prout habet eſſe ſecundum quid, ideo eſt idem ei ſecundum quid,prout habet eſſe comprehenſum.& ſic paret primum , ſcilicet qualiter intelligibile propter habere eſſe in materia incauſatum ab intellectu, differt aliquo modo ab intellectu noſtro,qui non eſt cauſa entis ſimpliciter,ſed intelligibilis eſſe. Secundo debes ſcire,ꝙ intellectus noſter , quia perficitur a rebus,& non res perficit,ideo a re nobiliori denominatur nobilior intellectus, & nobilioris intellectionis:vnde intellectus noſter nobilior eſt,ſi intelligat elementũ ꝙ̃ materiã:& nobilior,ſi intelligat mixtũ inanimatũ ꝙ̃ elementũ. et nobilior,ſi intelligat plantã ꝙ̃ lapidẽ:& breuiter,cũ nobilitetur a rebus, talẽ ordinẽ ſeruat in gradu perfectionis intellectus, qualẽ ſeruãt entia: qa vero intellectus Dei perficit res,cũ ipſas cauſet,& ꝓducat,ideo in eo omnes res ſunt ęqualis gradus pfectionis,& ęqualiter perfecta intellectione intelligit muſcã,& hominẽ,eo qa cauſat illas res,& nõ perficitur ab eis. Ex his patẽt duo,ſ.quare intellectus,& intelligibile ĩ nobis nõ ſunt vnũ,& idẽ ſimpliciter. Secũdo patet, qualiter intellectus noſter non eſt aliud niſi entiũ cõprehenſio ſecundũ ordinẽ, & ipſarũ graduationẽ.& ſic verificata ſunt dicta huius philoſophi. Vnde ſi aliquid.)ſicut dixi litera erat tranſpoſita:& hæc debet ſequi illam nunc expoſitã. dico ergo ꝙ Auer.nunc ex differẽtia intelligibilis,& intellectus in nobis infert propoſitũ.d.vnde,ſi aliquid fuerit ſine materia,id eſt aliquod intelligibile ſit ſeparatũ a materia,tunc intellectus ipſius idẽ eſt quod intelligibile omnino,id eſt intellectus,& intelligibilia ſint ſimpliciter ſine materia, tunc intellectus & intelligibile ſunt vnũ ſimpliciter.(Immo neceſſariũ.)hic admouet quęſtionẽ. põt enim quis dicere intelligibile a noſtro intellectu,& adeo eſt vnius rationis: lapis enim intellectus a nobis,& a Deo eſt vnius rationis,ergo in vtroque intellectu intelligibile differt ab intellectu. Reſpondet Auer.d.immo neceſſariũ eſt in eo,quod eſt ſeparatus intellectus,qd non dependeat in ſua intellectione rerũ, ſeu entium de illis,id eſt ab illis rebus:hoc probat,& intendit arguere in ſecunda figura hoc modo.intellectus depẽdens in ſui intellectione a rebus,ſequitur ordinem rerum, & perficitur a rebus,& deficit. ſed Deus non ſequitur ordinẽ rerũ,nec perficitur nec deficit.ergo nõ depẽdet in ſui intellectione a rebus. huius tangit maiorem,dicens,quilibet nanque intellectio ſic ſe habens,id eſt depẽdẽs

Duplex eſſe intelligibile habet.

E

F

A in ſui intellectione a rebus, ſequitur neceſſario ordinem entis in eo, quod perfi-
citur, & ideo deficit in eo, quod intelligit de eo. tacet minorem, quia patet. probat
maiorem exemplo. d. ſicut noſter intellectus deficit in comprehenſione natura-
rum rerum comprehenſione, videlicet in ordine earum, vt dictum eſt: & per hoc
patet ſolutio ad quæſtionem. Quoniam intelligibile in Deo, & in nobis diffe-
runt ratione quoniam modus intelligendi differt: quoniam noſter intellectus in-
telligit, prout mouetur a rebus. ille, prout mouet & cauſat res. ideo lapis intelle-
ctus a nobis, & a Deo ſunt ratione diuerſi. intelligitur enim a Deo, prout cauſa-
tur: a nobis vero, vt cauſa: ideo in nobis habet eſſe in materia, in Deo habet eſſe
ſimpliciter ſine materia: & hæc eſt optima ſolutio huius quæſtionis. (Vnde. ſi
rerum.) ex his concludit propoſitum, & arguit enthimematice, cuius antecedẽs
ſunt duę propoſitiones, & dicit. vnde, ſi rerum naturæ ordinem intellectus ſe-
quuntur: hęc eſt prima, & intellectus noſter deficit de, id eſt a comprehenſione
naturarum entium: ponit nunc conſequens, dicens, ſequitur neceſſario ꝙ hæc ſit
ſcientia ordinata, quæ eſt ſine dubio cauſa ordinis cuiuſcunq; entium, & ſequi-
tur ꝙ hic intellectus ſit ordo, ex quo cauſatur hic, id eſt in entibus ordo, & ſe-
quitur tertio, ꝙ ipſius ordinis comprehenſio non denominatur de vniuerſalita-
te, id eſt vniuerſalis maxime, nec de particularitate, id eſt particularitatis: & ſic
B patet enthimema, cuius antecedẽs ſunt duæ propoſitiones, & conſequens tres ꝓ-
poſitiones. (Vniuerſalia nanque.) probat conſequentiam, & primo quantum ad
tertiam partem conſequentis. d. vniuerſalia nanq; intelligibilium entium ſequũ-
tur entia, & ſunt eis poſteriora. & per hoc habetur ꝙ ſcientia Dei non eſt vni-
uerſalis, quia tunc eſt vniuerſalium comprehenſio, & ſic ſequitur ordinem en-
tium. tacet autem probationem quantum ad alias partes conſequentis, qm̃ patet.
ſi enim entia intelligibilia ſequuntur intellectum: non noſtrum, quia ille ſequitur
entia, vt pręmiſſum eſt. ergo diuinum: & per conſequens diuinus intellectus cau-
ſabit res in ſuo ordine, vt dictum eſt, propter quod dicit: & ille intellectus, quẽ
entia ſequuntur, intelligit neceſſario entia in eo, quod intelligit de ſeipſo ordi-
nem cuiuslibet entium, non quod intelligat aliquid extra ſe: cuius rationem di-
cit, tunc enim cauſatur ab illo ente quod intelligit, & non eſſet cauſa illius en-
tis intelligibilis. Patet ergo.) Nunc concludit fundamentum pręd ictum. d. patet
ergo, quod declaratio hęc ſit philoſophorum intentio, & cõcluditur ex ipſis pre-
miſsis ꝙ intellectus ſeparatus, id eſt primi non intelligit niſi ſeipſum, & intelli-
gendo ſeipſum intelligit omnia entia. (Quia intentio ſua.) Nunc dat cauſam,
quare intelligendo ſe omnia intelligit, & per conſequens nihil extra ſe intelli-
git. Et ſyllogiſmus ſic componitur. nullus intellectus intelligit extra ſe, cuius in-
C tellectio recipit omnium entium virtutes, & ordinem in cũctis rebus ſeruat, hęc
maior patet in ſuo contrario. videmus enim quod intellectus noſter intelligit
extra ſe, eo quia intellectio eius cõtinetur a virtutibus entium. ergo intellectus,
cuius intellectio continet virtutes entium, non intelligit extra ſe. Huic maiori
addo hanc minorem: ſed intellectio Dei eſt huiuſmodi, ſ. continens oẽs virtutes
omnium, & ſeruans ordinem in cunctis entibus, ergo intellectus Dei nihil intel-
ligit extra ſe. huius non ponit maiorem, neq; minorem, ſed probationem mino-
ris tm̃, & ſubijcitur eius probatio conſiſtere in ſyllogiſmo expoſitio, & ſic com-
ponitur. ordo intellectiuus Dei recipit virtutes omnium, & ordinem in cunctis
rebus ſeruat entium, id eſt continet virtutes omnium entium, intellectio Dei eſt
omnium entium ordo: ergo intellectio Dei continet virtutes omnium entium, et
ſeruat ordinem in cunctis: & hęc fuit minor. primo ergo proponit maiorem. d.
quia intellectio ſua non eſt aliud niſi omnium entium ordo, & iſte ordo actiuas
virtutes ręcipit, & ordines in cunctis entibus ſeruat: & hęc fuit maior. ſuppleas
concluſionem, quę fuit minor ſyllogiſmi principalis, & addit nomen ordinis, &
vocat apud philoſophos ſcientia, id eſt iſte ordo eſt ſcientia Dei, & intellectio
Dei, & breuiter eſſe Dei. (Quilibet.) Nunc probat minorem per ſyllogiſmũ, d.
quilibet nanq; põt inueſtigare, quod quodlibet ens habet virtutes actiuas ſequẽ-
tes ordinem intellectus. i. quodlibet ens factum dependet a virtute, quæ eſt ordo
ille Dei; & ens illud eſt tale, ſup. quod nullatenus per accidẽs poteſt prouenire.

Intelligibile in nobis, & ĩ Deo differũt ratiõe, quia modus intelligendi differt.

neque cauſari poteſt ab intellectu noſtro , vel ſimili noſtro intellectui ideſt an- D
gelico,immo ab intellectu ſupra omnibus entibus nominabilibus: & per hoc pa
tet minor. vnde ſyllogiſmus pōt eſſe entimematicus, cuius antecedens ſunt duæ
propoſitiones,videlicet,quodlibet ens factum depēdet a virtute, q̄ eſt ille ordo:
& omne ens ꝓuenit a virtute intellectus diuini per ſe:ergo intellectio Dei eſt
ordo contentus in mente Dei actiuas virtutes continens: & conſequentia patet
per ſe ex dictis,& addit Auer.& ſup.illa ſcientia non eſt vniuerſalis,nec parti-
cularis: & hoc declaratū eſt,quibus habitis concludit intentū.d. vnde,declaratis
iſtis pręambulis dictis nomine philoſophorū, huius hominis dubia interita ſunt
in huiuſmodi propoſito.(Quia poſito.) Aſſumpſit Auer.quod nullū ens ſit ab in
tellectu noſtro,vel ſimili noſtro. hoc probat & primo aſſumit quō fiunt dubia
Alga.contra philoſophos,& dicit:quia poſito,quod intellectus præfatus ſimilis
ſit intellectui noſtro,tunc ſurgunt Alg.dubia:quod declarat.d.intellectum enim
noſtrum ſequitur numeratio,& pluralitas: & hęc eſt quaſi maior:aſſumit mino-
rem.d.ſed dictus intellectus,ſ.qui eſt omnium cauſa,non ſic ſe habet,id eſt ei nō
accidit pluralitas,& numeratio : cuius probationem apponit.d.prout putus eſt,
& nudus ab omnibus entia conſequentibus intelligibilibus , ideſt ab omnibus
accidentibus, & entibus. ponit concluſionem.d.& ideo non eſt imaginandum,
quod in eo ſit aliqua differentia inter comprehendens & comprehenſum, & ad-
dit,ſed intellectus noſter non ſic ſe habet : quia, in eo dicta duo differunt aliquo E
modo.(Sed eſt quædam) quia dixit intellectū noſtrum, & diuinum omnino eſſe
diuerſos,oſtendit inter eos aliquam conuenientiā. vbi primo apponit ſimilitudi-
nem,ſecundo declarat illam,inquit,ſed eſt quædam ſimilitudo inter noſtrum in-
tellectum,& prædictum. Dicit quędam, qm̄ non eſt plenaria & totalis ſimilitu-
do:quod declarat.d.quia noſter intellectus ſumit illam ſimilitudinem ab illo prę
fato intellectu . Vbi debes ſcire, quod in intellectu noſtro eſt intelligibile, &
intellectus vnum,& idem aliquo modo.inquit modo Auer. quod hoc habet no-
ſter intellectus a primo intellectu. V.g.lignum eſt calidum imperfecte,& quaſi
per accidens,ideo habet illum ab eo,quod eſt tale per ſe , vt eſt ignis. (Et de-
claratio huius.)probat illud,& primo probat intellectum Dei habere illud.ſ.qđ
intellectus,& intelligibile ſunt idem per ſe, & ſecundum ſui eſſentiam. & ratio
ſic componitur. Intellectus habet intelligibile idem cum intellectu, cuius intel-
lecta ſunt pura,& nuda ab omnibus defectibus,qui noſtrum intellectum ſequun-
tur.hęc maior eſt nota.ponit minorem in litera,& dicit. & huius declaratio eſt,
quia intellecta dicti intellectus ſunt pura , & nuda ab omnibus defectibus , qui
noſtrum intellectum conſequuntur:quod exemplo exponit, Verbi gratia,intel-
lectus eſt intelligibilis,inquantum eſt intellectus: hic enim eſt intellectus , quia
eſt intelligibilis omnimode:tunc apponas concluſionem , ſcilicet ꝙ intellectus F
diuinus eſt per ſe, & per eſſentiam intelligibile , & intellectus. (Quicunque.)
Nunc probat propoſitum:& ratio ſic componitur:omne ens per accidens,& di-
minute tale,habet reduci ad aliquod tale per ſe,& per eſſentiam: ſed intellectus
noſter eſt intellectus , & intelligibile per accidens , & diminute: & intellectus
Dei,vt probatum eſt,tale per eſſentiam & per ſe : ergo intellectus noſter habet
reduci ad diuinum,& habet eſſe tale per illud : huius primo accipit maiorem.d.
quicquid enim quandam denominationem habet defectibilem,habet illam deno
minationem ſine dubio ratione cuiuſdam entis habentis illam denominationem
perfecte:hęc fuit maior:& hoc probat inductione.d.vt dicamus ꝙ quicquid ha-
bet calorem defectibilem,habet eum talem ſecundū cuiuſdam calidi perfecti de
nominationem habentis.ſimiliter,ſi aliquid diceretur viuens defectiue,dicitur ſi
ne dubio reſpectu cuiuſdam perfecte viuentis,vt intelligentis,quod viuens dici
tur perfectiſsime.12.Meta.com.39.tacet autem minorem, & infert concluſionē
d.& ideo quicunque actum intelligibilem habuerit,habet eum ſine dubio ratio-
ne perfecti intellectus:patet ergo,qualiter intellectus noſter ſi eſt idem intelligi
bili,non eſt niſi per accidēs idem,per ſe autem eſt intellectus Dei.(Vnde,ſi ope
ra.) Nunc apponit correlarium conſuetū dici apud philoſophos,& dicit:vnde,
ſi opera omnium entium intellectualiter,et cum prudentia fuerint,& ſup.nō fue

A rint ab habentibus intellectum,oportebit nos neceſſario ponere intellectum pu
rum,a quo d.cta opera ſunt intelligibilia:& hoc eſt,quod dicit Themiſtius, qđ
opus naturę eſt opus intelligentiæ,vt narrat Auer.12. Metaphy.com.18. (Et Opus naturę eſt opus intelligētię nō
eſt notandum.) Nunc vltimo apponit quid accidit ignorantibus hanc differen- errantis.
tiam inter noſtrum intellectum,& illum.d.& eſt notandum ꝙ quicunque ſapien-
tum hoc ignorat, conatus erit inueſtigare vtrum primum principium intelligat
ſeipſum tantum,aut aliud extra ſeipſum:ſi ſecundum iſtorum ſup.dicatur, opor-
tebit ꝙ perficiatur in aliud,id eſt,ab alio:ſi primo modo,ſup.dicatur,oportet di
cere,& concedere eum quod ignoret entia:ſed quia nos ſcimus differētiam,ideo
ſtat ꝙ intellectus Dei nihil intelligat extra ſe, & tamen non ignorat entia,vt
dictum eſt ſæpe:poſt apponit continuationem ad ſequentia, & patet. Sed,cir-
ca finem huius capituli oportet digreſsionem facere, licet in ſequentibus dicam
amplius. Et primo,quomodo omne intelligens extra ſe perficitur ab intelligi Queſtio.1.
bili. Secundo,quomodo intellectus noſter,& intelligibile ſunt vnum per acci Queſtio.2.
dens:& intelligibile,& intellectus in Deo vnum per ſe. Tertio,quomodo in- Queſtio.3.
tellectus diuinus intelligit omnia,eo quia intelligit ordinem omnium. Et quar- Queſtio.4.
to,quare intellectio Dei nec vniuerſalis,nec particularis: dixi de iſtis dubijs in
tertia diſputatione,& in lib.de intellectu, & in tertio de anima: attamen volo
B aliqua congregare,gratia maioris declarationis. Quinto,quomodo opus agen Queſtio.5.
tis naturalis ſit opus intellectus Dei, & per conſequens intelligentiæ, vt dicit
Themiſtius. Et.6.quō queſtio Alga.eſt ſoluta. Quantum ad hoc,videtur di Queſtio.6.
ctum Auer.eſſe falſum:quoniam oēs intelligētię intelligunt primam, & inferior
intelligit ſuperiorem,vt patet.12.Meta.com.36.&.44.& tamen non perficitur a
prima:cum prima nihil cauſet in intellectu ſecundę intelligentiæ, In contra-
rium eſt Auer. Dicendum,ꝙ ſemper intelligens oportet vt ſit quodammodo ſi
mile intelligibili, vt omnes antiqui teſtificati ſunt: eſt autem intelligens tribus
modis ſecundum Auer.aliquod,quod intelligit prout eſt cauſa tantum omniū,et
ſic primus intellectus omnia intelligit, eo quia eſt ordo & cā omnium,vt dicā:
aliquod,quod intelligit prout eſt cauſatum tm̄, & ſic intelligit intellectus noſter:
intellectus enim noſter,cum ſit infima intelligentiarū tertio de Anima. com.19.
ideo cauſatur ab omnibus intelligentijs,& illas intelligit prout eſt cauſata in eſ-
ſe ab illis, & ſic intelligendo ſe in ſui eſſentia intelligit omnes, cum ſit omnium
effectus,ſimiliter cauſatur & perficitur ab intelligibilibus omnibus, vt materia
a formis,& ſic cauſatur ab illis:ergo,vt cauſatum omnino intelligit:aliquod in
telligens intelligit prout eſt cauſa & cauſatum reſpectu diuerſorum, vt intelligē
tiæ mouentes ſtellas:intelligunt enim ſuperiores,vt ſunt cauſatę ab illis,& infe-
riora entia prout ſunt cauſę illorum.Recolligendo oīa dicam, ꝙ omne intelli-
C gens aliud perficitur, quoniam omne intelligens aliud cauſatur ab illo: & per
conſequens,cū omne cauſatum perficitur a ſua cauſa,hoc quidē in eſſe ſimplici-
ter,illud vero in eſſe ſecundum quid,patet qualiter omne intelligēs perficitur ab
intelligibili extra ſe:vnde intelligentia noſtra ab intelligentia ſuperiori perfi-
citur eſſentialiter in eſſe,ab intelligibilibus perficitur in eſſe operationis,& ſecū
dum quid:& ſic patet ſolutio queſtionis in principio adductę:& tu videas in lib.
de intellectu,quoniam plus declaraui iſtud, & in diſputatione tertia: pro nunc
autem ſit dictum intantum. Quantum ad iſtud, videtur ꝙ in noſtro intellectu
intelligibile,& intellectus ſint vnum per ſe:qm̄.8.Meta. prope finem dicitur ꝙ
ratio,quare aliqua ſunt vnum per ſe,eſt,quia hoc actus per ſe, & illud potentia: Dubitatio.
modo intellectus noſter eſt per ſe potentia intelligibilium, & intelligibilia per
ſe actus intellectus, ergo intellectus & intelligibile in noſtro ſunt per ſe vnum.
Præterea,tertio de Anima. com.5.ex intellectu & intelligibili ſit verius vnum
quam ex materia & forma, ſed ex materia & forma ſit per ſe vnum. In oppo
ſitum eſt Auer.in ſolutione quæſtionis. Debes ſcire,ꝙ hęc quæſtio poteſt ha-
bere plures intellectus:vno modo poteſt intelligi, an intellectus & intelligibi-
lia materialia ſint per ſe vnum. Verbi gratia intellectus noſter cum quiditati-
bus omnium intelligibilium fiat per ſe vnum. Secundo pōt intelligi, an intelle
ctus noſter,prout eſt intellectus,ſit intelligibile,id eſt, eſſe intelligibile competit

per ſe ipſi intellectui,an ratione alterius. Tertio,an intellectus noſter & intel D
ligibilia ſint vnum,id eſt,idem ſenſus: primus refertur ad vnitatem vnionis,ſe-
cundus ſenſus ad vnitatem identitatis. His ſenſibus habitis, dicendum q᷑ lo-
quendo primo modo,ex intellectu & intelligibili fit verius vnum, quam ex in-
tellectu & intelligibile in intellectu primi:qm̃ omnis vnio duo requirit.ſ.diuerſi
tatem vnibilium,& modũ vnibilium:modo in noſtro ſunt ambo hęc:intelligibi
le enim,& intellectus ſunt diuerſa omnino,vt patet,eo quia intellectus immate
rialis ſecundum ſe,& intelligibile per ſe in materia eſt,ſecundum modum extra
materiam:& dictum eſt tertio de anima ſæpe. Habet ẽt modum vnibilium.Sũt
enim aliqua,quę vniuntur inuicem per medium, vt materia & forma per diſpo
ſitiones qualitatiuas & quantitatiuas: intellectus aũt & intelligibile vniuntur
immediate,& ideo fiunt verius vnum q̃ materia & forma:dico ergo,q᷑ loquen
do de hoc modo vnionis, intellectus noſter & intelligibile ſunt verius vnũ quã
intellectus Dei & intelligibile:immo,in intellectu Dei & intelligibili non acci
dit vnio,niſi denominatione,ſicut columna dextra,vel ſiniſtra,ſic Deus:vnde,
ſicut in columna nihil eſt dextreitas, ſed reſpectus tantum in nobis, ſic in Deo
nihil eſt vnio,ſed reſpectus in noſtro intellectu. attributa enim attribuũtur Deo
ex nobis.12. Meta.com.39.& patet in fine quintę diſputationis Si vero loqua
mur de ſecundo intellectu quęſtionis: dicendum, quod intellectus noſter poteſt E
dupliciter accipi.vno modo,vt eſt vna intelligentiarum abſolute.alio modo,vt
eſt principium & forma corporis humani,vt eſt anima hominis.loquendo de eo
primo modo,ſic eſt per ſe intellectus & intelligibile, ita quod eſſe intelligibile
non accidit ei,immo de ſui eſſentia: qm̃,vt dicit Auer.tertio de Anima com:18.
&.15.eſſe intelligibile competit alicui,prout eſt ſeparatum a materia: quia,igi-
tur intellectus,vt vna intelligentiarum,eſt ſeparatus a materia, ideo per ſe com-
petit eſſe intelligibile.Si vero loquamur de intellectu,prout eſt anima hominis:
vt ſic,intellectus primo intelligit alia,& ſecundo ſe: non ſic intelligendo quod
diuerſis actibus intelligendi intelligit alia,& ſe,immo intellectus primo attingit
alia: &,quia illa ſunt in modo omnino ſimilia illi, ideo ſecundo eodem actu,&
& eadem attingentia attingit ſe. vnde, ſicut vnico actu fit forma compoſiti, &
omnia accidẽtia propria,licet primo forma,& ratione formę accidẽtia propria,
ſic vnica attingentia attingit intellectus primo alia, & ſecundo ſe. Sed dices,
quare intellectus,vt anima non primo intelligit ſe,& ſecundario res,ſicut,qñ cõ
ſideratur,vt intelligentia. Dicendum:quia,vt anima dicit ordinem ad corpus,
corpus aũt eſt ſenſitiuum,ideo oportet vt cognitio noſtra ortum habeat a ſenſu,
quia,vt anima colligatur corpori,ideo primo oportet vt incipiat a ſenſibilibus,
& ſecundo redeat ad ſe:vt intelligentia aũt, non dependet a corpore, ideo pri-
mo,& ſimpliciter intelligit ſe. His habitis,concludam q᷑ intellectus intelligi- F
bile eſt per accidens:qm̃ ipſe non eſt intelligibilis actu,niſi prout intelligit alia:
ergo intelligendo alia intelligit ſe. & hoc eſt per accidens eſſe intelligibile ad
intellectionem aliorum. intellectus aũt primi,cum nullius corporis ſit actus,nec
eius operatio intellectiua dependeat e corpore, ideo per ſe & primo ipſe eſt in-
tellectus, & intelligibile, adeo q᷑ eſſe intelligibile non erit accidens ei ratione
aliorum,ſed ipſe per ſe ratione ſui eſſe eſt intelligibilis. Patet ergo,qualiter ſe
cundo modo intelligendo intellectus noſter eſt intelligibilis per accidens,& in-
tellectus Dei per ſe.& hunc intellectum habuit Auer.hic,vt reputo. Si intel-
ligitur tertio modo,iterum patet,qualiter in Deo intellectus & intelligibile ſunt
vnum ſimpliciter vnitate identitatis:qm̃ Deus,vt dicam,intelligit ſe et alia, put
eſt quodammodo alia: ſed qualiter hoc ſit declarabitur. intellectus aũt noſter,
& intelligibile ſunt diuerſa,eo quia intelligibile, & intellectus ſunt diuerſarum
naturarum:&,cum ſit ita, patet ſolutio ad duo obiecta in principio quæſtionis
Dubitatio. adducta. Quantum ad hanc quęſtionem, videtur q᷑ Deus non intelligit oĩa,
quia intelligat ordinem:qm̃,tunc intellectio Dei non eſſet abſoluta, immo rela-
tiua:cuius contrarium dicunt philoſophi. In oppoſitum eſt Auer. hic. Ego dixi
multum in diſputatione tertia, & in in illo libro de intellectu, pro nunc dicam
aliquid. Dicendum,ſecundum philoſophos quod,ſicut eſſe metallum contine-

A tur in auro in ſua puritate,& in alijs participatiue, imperfecte , & quaſi obum-
brate. Similiter ſicut eſſe coloris continetur in luce formaliter, & in coloribus
obumbrate,eſt enim color lux obumbrata: ſic eſſe abſolute continetur in Deo,
in alijs autem participatiue,& imperfecte, & obumbrate. Dicendum ergo, ſi-
cut percipiens aurum,percipit omnia metalla:non quidem in propria forma,ſed
prout omnia ſunt aurum purum. & ſimiliter percipiens lucem , percipit omnes
colores:& ſic Deus percipiens eſſe eius,percipit omnia , prout omnia ſunt ipſe:
Deus ergo eſt ordo rerum eſſe rerum in ſua puritate:res aũt ſunt eſſe Dei in ſua
puritate,& in obumbratione quadam. & hæc fuit intentio Parme.& Melliſ.di
centium omnia eſſe vnum infinitum , & immobile . omnia enim entia ſunt ipſe
Deus,qui eſt infinitus,& immobilis:& hæc opinio eſt omniũ legum. Ad obie
ctum patet ſolutio:qm̃ Deus intelligit ordinẽ entium , prout intelligit eſſe eius,
quod eſt rerum ordo & ſeries:nec ille ordo eſt relatio, immo eſt purum eſſe,&
reliqua habent eſſe relatum,& ideo alia intelligunt ſe relatiue,vt dicam.melius
aũt videatur in lib.de intellectu, propoſitione dicente , Deus non intelligit niſi
ſe. Quantum ad hanc quęſtionem,videtur quod intellectio Dei eſt vniuerſalis: **Dubitatio.**
qm̃ intellectio Dei eſt eſſe Dei.eſſe Dei eſt vniuerſale per eſſentiam:ergo intel
lectio Dei eſt vniuerſalis. Ad oppoſitum eſt verbum Auer. Dicendum,quod
vniuerſale poteſt capi duobus modis. Vno modo pro natura materiali concepta
B ſine materia,vt homo,& animal,&c. Alio modo ꝑ eo,quod in ſui eſſentia ſim-
pliciter & per ſe abſtrahit a materia.primum dicitur vniuerſale per participatio
nem,ſecundum per eſſentiam:qm̃ eſt vniuerſale ſecũdum ſui naturam. ſed illud
dicitur vniuerſale per participationem,eo quia vniaerſalitas competit ei per in-
tellectum & participatiue. Dicendum ergo, quod intellectio Dei põt dici vni
uerſalis per eſſentiam. vt argumentum cogit , ſic arguendo. hoc eſt vniuerſale
per eſſentiam,demonſtrando eſſe Dei:hoc,intellectione Dei demõſtrando,idẽ:
ergo hæc intellectio Dei eſt vniuerſalis per eſſentiam: ſed capiendo primo mo
do,nec eſt vniuerſalis,nec particularis: qm̃ eſſe Dei , nec eſt vniuerſale per ab-
ſtractionem a materia,nec particulare per concretionem materię: ideo intelle-
ctio,quę eſt illud eſſe,non debet dici,nec vniuerſalis,nec particularis. Ex hoc
ſequitur vnum,ſecundum philoſophos,ꝙ Deus nec intelligit lapidem in vniuer
ſali,nec in particulari:non in vniuerſali,quia non intelligit illud per abſtractio
nem a materia,& conditionibus materiæ:non enim intelligit lapidem per hoc,
quod mens remouet lapidem a materia,& conditionibus materiæ,ſicut facit no-
ſter intellectus:nec intelligit illud particulariter,& ſignate,quia non poteſt fie-
ri illud niſi a ſenſu,vt docet Auer. in lib. de Somno & vigilia : dico ergo quod
intelligit illud æquiuoca intellectione,vt dicit Auer.12.Meta.comm.51.& tali
C modo,quali modo non eſt a nobis nominabilis. vnde, ſicut nos non ſcimus cæ-
lum niſi negatione,videlicet ipſum non eſſe graue, aut leue , ſic dicimus Deum
intelligere lapidem,non tamen vniuerſaliter,nec particulariter,ſed modo ęqui- **De' nec vl'r**
uoce dicto a modo noſtro:& iſtud volunt dicere omnes leges, licet multi non cu **nec particu-**
rant de philoſophis , & dicant illos male dicere . Ad oppoſitum patet ſolutio. **lariter intel-**
Quantum ad hanc quęſtionem, diuus Albertus in primo Phyſicorum . tractatu **ligit,ſed eius**
vltimo capitulo.18.ait.quod omne mobile mouetur a primo motore , vt a cauſa **modus intel**
prima,quæ per intellectum mouet:& intendit per motum moueri in aliquid, q3 **ligẽdi a no-**
eſt eſſe diuinum motum,per quem poteſt aliquo modo aſsimilari: & ideo appe- **bis ignorat.**
titus intelligibilis eſt,quo appetit materia aſsimilari primo in eſſe diuino:ſed ap **Põ Alb.**
petitus ille,cum dicitur eſſe materię,duplex eſt locutio.poteſt enim materiæ eſſe
ſicut ſubiecti,& hoc modo materia non habet appetitum:& poteſt eſſe ſicut mo-
ti a motore,qui habet appetitum , a quo procedens motus eſt actus mobilis , in
quem directe mouetur:& hoc modo dictum eſt ab Ariſt.quod opus naturę opus
eſt intelligentię.hęc Alb.Vult ergo Alb . ꝙ opus naturę eſt opus intelligentię,
prout natura dirigitur ab intelligentia.eſt enim opus ipſius intelligentæ, vt diri-
gentis,& ipſius naturæ, vt directę , huius exemplum poſuit Themiſtius de ho-
minibus,qui loquuntur futura,& nihil de eo,quod dicunt,intelligunt. Sed ego
improbaui hunc modum dicendi alibi:pro nunc autem dico quod, vt dicit Ariſt.

A rum vna comprehendit ſe, altera alia, ſunt vna & eadem. Debes ſcire, vt dicit Auer. tertio de Anima, comm. 38. ꝙ ſcientię diuiduntur ſecundum naturas ſcibilium, cum igitur eſſe Dei, & eſſe rerum ſint ſcibilia diuerſa diuerſorum generum, & rationum, ſcientiæ erunt omnino diuerſę ratione, & genere, & per conſequēs omnino incompoſsibiles, & non poſſunt dici vna & eadem ſcientia. & ſic patet conſequentia Algazelis. (Et hoc.) Apponit ſol. quandam, & eam confutat, inquit, & hoc non poteſt excuſari dicendo ꝙ hoc eſt ſecunda intentione. Debes ſcire, quod quis dicere poſſet, quod Deus vnica ſcientia ſcit ſe, & alia diuerſimode. ſe primaria intentione, alia ſecundaria intentione. V. g. ſicut viſus vnica viſione aſpicit album, & ſubiectum. album quidem primo, ſubiectum ſecundaria intentione, & tñ vna viſio numero eſt: ſic Deus vnica ſcientia aſpicit ſe, & res. ſe vt abſoluta ſubſtātia, & ꝑ ſe primo, & reliqua ſecundo vt cā eorū: quare, &c. Eſt ergo ſolutio, quod illorum ſcientia eſt vna modo diuerſo conſiderata. Contra Arg. d. non eſt hoc, niſi euaſio: & non declarat quomodo. Ideo debes ſcire, ꝙ euaſio eſt apparenter reſpondere, & nō reſolute: quia igitur hęc ſolutio eſt apparens, ideo euaſio dici pōt. Quod aūt appareat, & non exiſtat declaro: quoniā diuerſorum ſcibilium ſecundū rem, & modum diuerſę ſunt ſcientię ſecundum rē, & modum. bene enim ſtat eſſe diuerſa ſcibilia ſecundum rem, & eſſe vnam ſciētiam numero, vt patet in omnibus conſideratis in Phyſica, de quibus eſt vna

Diuiduntur ſcię̄tię ſecūdum naturā ſcibilium.

Euaſio.
Cōfutatio.

B ſcientia ſpecie, & forte numero. Sed ſcibilium ſecundum rem, & modum diuerſorum de neceſsitate ſunt ſcientię ſecundum rem, & modum diuerſę, vt patet. Cum igitur eſſe Dei, & eſſe rerum ſint ſcibilia ratione, & re diuerſa, ergo & ſcientię. illa ergo reſponſio fuit euaſio, & non exiſtens. (Rurſus.) Nunc vult impugnare quoddam aliud dictum, & duo facit. primo proponit illud. d. rurſus mirandum eſt de illo, qui opinatur quod Deus nulla ignorat, ſed putat ſe excuſare, dicendo quod ea ſcit vniuerſali modo: & hoc nihil valet. Eſt ergo dictum tertium, quod & ſi Deus non ſciat indiuidua, non ſequitur, ergo ignorat illa: qm̄ ſciet illa aliquo modo. ſ. in vniuerſali: & eſt ſolutio Auicen. (Vniuerſalia enim intelligit.) Nunc ſecundo declarat, qualiter hęc euaſio nihil ſit. d. vniuerſalia enim intelligit, & illa differunt ab indiuiduis, quę ſunt infinita multitudine. ergo ſcientia dependens de tali pluralitate rerum, id eſt ſingularium, & ſcientia vniuerſalium adinuicem differunt. componitur ergo ratio ſic. quarum cognitionum ſcibilia ſunt diuerſa, & ſcientię ſunt diuerſæ. ſed vniuerſalia, & ſingularia ſunt diuerſa, cum ſingularia ſint multitudine. i. ſucceſsiue infinita: ergo ſcientiæ ſingularium, & vniuerſalium ſunt diuerſæ. huius tangit minorem, & concluſionem, et tunc deſtruit ſolutio. d. ergo qualiter dici poteſt vna omnimode. quaſi dicat, non eſt poſsible. patet ergo, cum ſingularia ſunt diuerſa ſcibilia ab vniuerſalibus,

C quod, qui ſcit vniuerſalia, poteſt ignorare ſingularia. & hoc dicit Ariſt. 2. Priorum. ſtat ſciri in vniuerſali, & ignorari in particulari: quod non eſt verum, niſi per rationem poſitam.

Poteſt ſciri in vniuerſali, & ignorari in particulari.

AVEROES.

Dit Auer. Sermo eius hic conſiſtit in duabus quæſtionibus. Quarum vna eſt quomodo ſit ſcientia eius de ſe ſcientia eius de alio, & iam præceſsit reſponſio in hoc, ꝙ reperitur in intellectu humano ex hoc aliquid, quod facit nos peruenire ad neceſsitatē eſſe eius in intellectu primo. Et ſecunda quęſtio eſt, an plurificatur ſciētia eius ex plurificatione ſcitorum. nam ipſum comprehendit omnia ſcita finita, & infinita. Et reſponſio eius eſt, ꝙ non eſt impoſsibile ſcientiæ primæ vt reperiatur ei cum vnitate differentia in ſcitis. nā non eſt impoſſibile apud Philoſophos vt ſciat aliud, & ſeipſum ſcientia diſtincta, ex eo ꝙ ſunt ibi ſciētiæ multæ: ſed eſt impoſsibile apud eos vt intellectus

Queſtio q̄ ſo ſcientia Dei de ſe eſt ſciētia eius de alio.

perficiat ſeipſum per aliquod intellectum, & cauſatum eius. ſi enim in D telligeret aliud eo modo, quo intelligimus nos, erit intellectus eius cauſatus ab ente intellecto non habente cauſalitatem. & iam fuit demonſtratum quòd ipſum eſt cauſa entis. Pluralitas autem, quam negauerunt Philoſophi, eſt vt ſit ſciens non ex ſe, ſed ex ſcientia addita ſub ſtantiæ eius. & non ſequitur ex negatione huius pluralitatis de Deo glo. negatio pluralitatis ſcitorum, niſi topice. & permutatio quæſtionis de pluralitate prohibita apud eos ad pluralitatem, quæ eſt in ſcitis ipſis, eſt de operationibus ſophiſticis. quoniam inducit ad opinandum quòd ipſi, quemadmodum negant pluralitatem illam, quæ eſt ex ſubiecto, & prędicato, ſic negant pluralitatem, quę eſt ſcientię propter ſcita. Quare veritas in hoc eſt, quòd non eſt numeratio ſcitorum in ſcientia ęterna, ſicut eſt numeratio in ſcientia humana. nam euenit eis numeratio in ſcientia humana duobus modis, quorum vnus eſt ex parte imaginationum: & hęc aſsimilatur numerationi locali. numeratio vero ſecunda eſt numeratio in ſeipſis intellectu noſtro, ſcilicet numeratio, quę euenit primo generi, ac ſi diceres ipſi enti, cum diuiditur ad omnes ſpecies, quę ſunt ſub eo. nam intellectus, qui eſt in nobis, eſt vnus ex parte rei vniuerſalis, comprehendentis omnes ſpecies entium in mundo, & numeratur numeratione ſpecierum. & eſt manifeſtum quòd, cum abſtulerimus ſciens æternum a re vniuerſali, quòd auferetur ab hac numeratione, & remanet ibi numeratio, quam comprehendere non poteſt intellectus noſter, niſi eſſet intellectus noſter idem intellectus cum illo æterno, & hoc eſt falſum. Quare verũ eſt id, quod dixerunt Philoſophi, quòd intellectus habent terminum, in quo firmantur, & eum non tranſeunt: & eſt diminutio imaginationis, & comprehenſionis, quæ eſt in hac ſcientia. Vlterius, quoniam intellectus noſter eſt ſcientia entium in potentia, non autem ſcientia in actu: & ſcientia in potentia eſt diminuta a ſcientia in actu: & quanto magis erit ſcientia noſtra vniuerſalior, tanto magis ingreditur in capitulum F ſcientię in potentia, & magis ingreditur in capitulum diminutionis ſcientiæ: & non conuenit vt ſit ſcientia æterna diminuta aliquo modo & non reperitur in ea ſcientia in potentia, quoniam ſcientia in potentia eſt ſcientia in materia. & ideo tenent Philoſophi quòd neceſſe eſt vt ſcientia primi ſit in actu, & quòd non ſit ibi vniuerſalitas, nec pluralitas orta a potentia, ſicut eſt pluralitas ſpecierum, quæ oritur a genere. prohibetur autem apud nos comprehendere infinitum in actu: quoniam ſcita apud nos diſiunguntur abinuicem. ſi vero reperiatur hic ſcientia, in qua vniantur ſcita, tunc infinita, & finita apud eam ſunt æqualiter. Hoc totum eſt, quod exiſtimauerunt Philoſophi, quòd de eo fuerit demonſtratio apud eos. &, cum nos non intelligimus de pluralitate ſcientiæ, niſi hanc pluralitatem, quæ aufertur ab eo, tunc eſt ſcientia eius vna, & exiſtens in actu. Sed comprehendere hoc, & id vere imaginari eſt impoſsibile intellectui humano. nam, ſi homo comprehenderet

Quã pluralitatẽ ſciẽtię negarũt Philoſophi in Deo.

E (margin at "vero ſecunda")

prehenderet

A prehendere hoc,tunc eſſet intellectus eius intellectus Dei glo. & hoc
eſt falſum.Et,qm̄ ſcientia de indiuiduo apud nos eſt ſcientia in actu,
ſcimus ꝙ ſcientia eius eſt magis ſimilis ſcientiæ indiuiduali,quā ſcien
tiæ vniuerſali,licet non fuerit nec vniuerſalis,nec particularis. & qui
intelligit hoc,intelligit dictum ſuū,ꝙ non deficit ei pondus grani, nec
in cœlo,nec in terra;& alia ex ſermonibus, qui ſunt de hac re.

Suā de indiuiduo apud nos eſt ſuam in actu.

Nunc Auer.reſpondet ad dubium Algazelis,& primo reſumit quæſtiones di
cens. Dicimus nos ꝙ ſententia horum verborum in duabus conſtat quæſtioni-
bus,& explicat illas.d.quarum vna ſupple eſt,qualiter poteſt fieri quod ſcien-
tia Dei ſit in ſeipſo vna,& eadem cum ſua ſcientia in rebus extrinſecis ab eo:
eſt ergo prima quæſtio iſta.(Sed de iſta.)Nunc reſumit ſolutionem ſuperius fa-
ctam,dicens,ſed de iſta ſuperius reſponſum fuit ſcilicet,quod in humano intelle
ctu reperitur quoddam exemplar de hoc,ex quo poſſumus certificari quod in-
tellectus primi principij ſic ſe habeat neceſſario. Et debes ſcire quod illud exē Nota.
plar eſt,quoniā,ſicut intellectus noſter vna ſcientia intelligit alia primo,& ſe-
cundo ſe,ſic dicimus quod intellectus primi vna ſcientia intelligit ſe, & ſecun-
B do alia.(Secunda quæſtio.) Adducit ſecundam quęſtionem,dicens, ſecūdā quę-
ſtionem,dicens,ſecunda quæſtio eſt,vtrum ſcientia Dei multiplicari poſſit,mul
tiplicando ſcibilia,id eſt,ipſis ſcibilibus diuerſis entibus ſecundum rem,& ratio
nem:dat autē euidentiam quæſtionis.d.ipſe enim, ſcilicet Deus comprehendit
omnia ſubiecta finita,id eſt,vniuerſalia eodem modo,id eſt, eadem ſcientia nu-
mero,quo,id eſt,quia infinita indiuidua poſſunt,& ſciuntur ab eo,ergo vna ſciē
tia erit vtrorūq;:hæc ergo eſt quæſtio ſecunda.(Sed de hac.)Soluit hanc quæ-
ſtionem ſecundam,& primo ponit ſolutionem.d.ſed de hac quæſtione reſpondē-
dum eſt,quod non eſt impoſſibile in ſcientia Dei vna, & eadem exiſtente quod
retineat ſcibilium diuiſionem, id eſt, quod Deus vnica ſcientia ſciat multa, &
diuerſa ſcibilia:cuius rationem ait.d.nanque pro quia,non eſt impoſſibile apud
philoſophos quod ipſe Deus ſciat ſeipſum, & alia mobilia, id eſt , generabilia
præter eum. Debes ſcire,vt dictum eſt,quod Deum ſcire alia dupliciter intelli-
gi poteſt. Vno modo,prout eſſe ſuum eſt eſſe aliorū:& ſic ſcit alia,non quod il-
la percipiat in vniuerſali,vel particulari,ſed prout eſſe eius eſt eſſe aliorū.Alio
modo,prout illa intelligit ſub eſſe diuerſo a ſe,& eſſe eius,&, ſic intelligere eſt
perfici ab illis:vult ergo quod primo modo Deus vna ſcientia intelligit ſe, &
alia,prout alia ſunt ipſe. Ad formam argumenti negatur minor:quoniam eſſe
Dei,& eſſe aliorū non ſunt diuerſa ſcibilia,vt viſum eſt. (Diuiſio tamen.) de-
C clarat qualiter non poteſt ſecundo modo Deus intelligere alia,prout illa ſunt di
uerſa ab eſſe Dei,& prout perficitur ab illis,& dicit, diuiſio tamen illa, id eſt,
ſecundum membrū apud eos eſt impoſſibile, & exponit illud.d.dico eſſe im-
poſſibile,intelligendo quod intellectus Dei perficiatur ab intelligibili cauſato
ab eodem intellectu. Debes ſcire,quod ſi intellectus primi intelligit alia, prout
diuerſa ſunt ab eo,ſequitur omnino quod intellectus perficiatur ab illis , quod
declaro:quoniam,prout diuerſa ſunt,non continentur in eo, quia ſic, non eſſent
diuerſa.ſi non continerentur in eo,ergo aliquid deficit ab eo,ſ.alia:ergo, cū cō-
prehendit illa,efficitur illa,& per conſequens perficitur ab illis. Et huius ſimi-
le eſt:quoniam intellectus noſter non continet ſcibilia:ideo,cū intelligit illa,fit
illa aliquo modo,& prout fit illa,perficitur ab illis:& ſic in propoſito applica-
tur. Inquit ergo. Si.n.aliud præter eū intelligeret illo modo, quo nos intelligi-
mus,eſſet eius intellectus cauſatus ab intelligibili,& non ipſius cauſa:& totum
contrariū demonſtratiue probatur:hæc conſequentia patuit in tertia diſputatio-
ne.omne enim intelligens,vel intelligit prout eſt cauſa,vel prout eſt cauſatum:
prout eſt cauſa,ſic intellectus eſt idem intelligibili:ſemper enim cauſa continet
effectum,& per conſequens eſt idem effectus:ſi prout eſt cauſatum, ſic intelligi-
bile eſt diuerſum ab intelligente,& intellectus:diuerſus qm̄ effectus ſemper pri-
uat perfectionem cauſæ,& per cōſequens ponit eſſe diuerſum a cauſa. Si ergo

Dupliciter intelligitur Deum ſcire alia.

Pluralitas ſciētiarū in Deo negatur a philoſophis.

Deus intelligeret aliud, tunc eſſet diuerſum ab intelligibili, & per conſequens D
cauſatū: & ſic patet conſequentia. (Et notandū.) exponit quod dixit, & ait: &
eſt notandum quod pluralitas a philoſophis negatur, id eſt, quod pluralitas ſcien
tiarū in Deo non conceditur a philoſophis: non enim volunt quod vna ſcien-
tia Deus intelligat ſe, & alia diuerſa intelligat reliqua: & non eſt ſup. ſcientia
negata a philoſophis, quod ipſe de ſeipſo ſciat, immo hanc ponunt, ſed ſup. negāt
de ſcientia addita ſibi, id eſt, ſed dicunt quod non intelligit Deus alia per ſcien-
tiam additam ſcientiæ eius. Sed contradixi: huic Algazel dicendo, ergo igno
rat alia: cui reſpondet Auer. d. & non ſequitur ex talis pluralitatis remotione a
Deo benedicto remotio pluralitatis ſcibilium, id eſt, non valet: Deus non intelli
git diuerſis ſcientijs ſe, & alia, ergo non intelligit diuerſa: qm̄ ſtat intelligentia
plura per vnam ſcientiam, prout illa plura ſunt vnum in Deo, & plura a parte
eorum. argumentum ergo Algazel. ſuppoſuit reſponſionē Auicennæ falſam, &
contra illam valet. Auer. aūt non ſic intelligit, immo ſolutio patet hic alio mo-
do. Et debes ſcire, quod effectus & cauſa, V.g. Deus, & res cauſatæ poſſunt du

Cauſa, & effectus pñt dupliciter cōparari.

pliciter cōparari: vel a parte effectus, & ſic poſſunt dici diuerſa: vel a parte cau-
ſæ, & ſic poſſunt dici idem: a parte effectus dicuntur diuerſa, quoniā effectus non
continet cauſam, ſed potius cōtinetur, immo effectus deficit a perfectione cauſæ,
& ideo diuerſum eſt eſſe eius ab eſſe cauſæ. a parte cauſæ ſunt idem, qm̄ cauſa
continet effectum ſecundum totum eſſe, & ideo a parte cauſæ eſt identitas. dico B
ergo, quod Deus vno modo intelligit diuerſum, alio modo non intelligit diuer-
ſum. intelligit quidem diuerſum a parte effectus, intelligit idem a parte ſuijpſius.
non ergo valet hæc conſequentia. Deus vna ſcientia intelligit ſe, & alia, ergo
non ſcit diuerſa: quoniā illa a parte eius ſunt eadem, a parte illorū ſunt diuerſa:
& ſic apparet vnus intellectus verborū Auer. (Et dicimus.) Nūc remouet om-
nino dictū Alga. Alga. enim arguit ſic. non poſſunt eſſe plures ſcientiæ diuerſæ
in Deo, ergo Deus non poteſt intelligere diuerſa. Reſpondet Auer. d. & dici-
mus idcirco, quod quando Alga. tranſtulit de quæſtione de pluralitate impoſſi-
bili, id eſt, ſcientiarum, quæ Deo eſt impoſſibilis, ad ſcibilium pluralitatē, inferē
do, ergo non poteſt ſcire plura, eſt opus ſophiſticum, id eſt, argumentum appa-
rens, & non exiſtens: quod declarat. d. quia ſecundum veritatem numeratio ſci-
bilium in ſcientia Dei non eſt ſimilis numerationi eorum in ſcientia humana:
bene enim valet, in humana ſunt ſcibilia diuerſa, ergo & ſcientiæ: & hoc decla-
rat. d. namque pro quia, in humana poteſt accidere duplex, vna eſt ratione phā-
taſmatū, quæ ſupple quaſi redimunt naturam localis numerationis, id eſt, quæ
reddunt diuerſitatē quali in ſubiecto, per hoc enim, quod phantaſma lapidis in
me eſt aliud a phantaſmate Platonis, quaſi ſcientia mea lapidis, & tua differunt,
quaſi in ſubiecto, id eſt, ſecundum rem. accipit enim hic locum pro ſubiecto.
vnde localis numeratio idem eſt, quod realis diſtinctio, (Secunda vero.) Ponit F
ſecundam dicens, ſecunda vero eſt numeratio ipſarum in ſeipſis in intellectu no
ſtro, id eſt, ratione ſubiecti, in quo inhærent, videlicet in numerando, prout com
municant in primo genere: vt puta, quod eſt ens, inquantū diuiditur ad omnes
ſpecies ipſum ens ingredientes: vult ergo quod numeratio ſcibilium eſt ratione
ſubiecti, in quo habēt eſſe inquantū entia: & hanc diſtinctionem poſuit in tertio
de anima com. 5. vbi dixit, quod intelligibilia habent duplex ſubiectum. vnū,
prout ſunt entia vera, & ſic numerantur ratione phantaſmatum. aliud, prout ſunt

Intelligibilia duplex ſubiectū habent.

entia in mundo, & ſic eſt intellectus, & ſic ſunt vnum ens. hoc declarat, dicens,
intellectus. n. noſter vnus eſt ratione vnitatis in ſpeciebus animalis comprehen
dentibus numeralia, id eſt, entia mundi diuerſa, & numeratur ratione ſpecierū,
vult dicere quod, ſi intellectus comparatur ad quoddam genus animalis, Verbi
gratia, ad hominē, qui cōtinet plures ſpecies, id eſt, plures conditiones indiuiduo-
rum: vt græcos, & ruſcos, & latinos, &c. eſt vnus numero vnus & per ſe forma
manens totius ſpeciei: ſed, ſi comparetur ad ſpecies, id eſt, indiuidua, quæ ſpecie
differūt, per accidens eſt plures: quod intelligo ſecundū habitudines, vt dixi in
libro de intellectu, & in fine quartæ diſputationis. ſcibilia ergo noſtra, ſi compa
rentur ad ſubiectum, per quod ſunt, omnia ſunt vnum ens, ſi comparentur ad in-

A biecta, per quæ ſunt vera, ſic ſunt multa, vt patet in dicto commento. In Deo
autem ſcibilia non poſſunt comparari ad diuerſa, immo omnia ſunt vnum ratio-
ne eſſentiæ, quæ eſt cauſa illorum, & multa a parte effectus: & hæc eſt mens
Ariſt. & Auerro. Attamen ſecundũ fidem, quam nos chriſticolæ tenemus, hęc
ſunt temeraria, & falſiſsima: quoniam ſcibilia ſunt multa, & ratione phantaſma-
tũ, & ratione intellectuũ, qui realiter & per ſe multiplicantur, vt dixi in libro
de intellectu contra Auer. (Et eſt manifeſtũ.) declarat nunc propoſitum in ſciẽ-
tia Dei. d. & eſt manifeſtũ, quod quando remouemus ſcientiam Dei de vniuer-
ſali re, id eſt, dicimus ſcientiam Dei non eſſe vniuerſalem, quod ſine dubio re-
mouetur dicta numeratio, id eſt, ſine dubio ſciẽtia, & Deus nõ erunt diuerſa, ad-
dit, & remanebit numeratio talis, quã noſter intellectus nequit comprehendere
ſup. poſitiue, niſi noſtra ſcientia eſſet ſimilis ſciẽtiæ Dei benedicti: quod eſt im-
poſsibile. Debes ſcire, quod ſcientia Dei qualis eſt, negatiue poteſt intelligi.
poteſt enim intelligi a nobis qđ non eſt vniuerſalis, nec particularis, vt dictũ
eſt, attamen, quod ſit talis, vel talis naturæ, non poteſt intelligi a nobis, & hoc
voluit dicere Auer. (Et ideo dicimus) apponit quoddam corrolarium. d. & ideo
dicimus quod valde fuit manifeſtum dictum dicentis, quod intelligentiæ termi-
num habent limitatum, quẽ aliquo modo pertranſire nequeunt. Debes ſcire,
quod tribus modis cõtingit intelligere intelligens, ſ. vniuerſaliter, ſecundo parti
B cula iter, tertio modo, qui nec eſt vniuerſalis, nec particularis. Intelligentia
ergo in intelligendo habet certum terminum: quoniam, ita intelligit tertio mo-
do, quod non primo, vel ſecundo modo: & ſic patet dictum Auerro. vel forte in-
telligit, quod ideo patet intelligentias non intelligere vniuerſaliter, & particu
lariter: quia eſſe earum eſt finitum in vigore, & non continet omnibus modis
perfectionem rerum: & tu conſidera. (Præterea intellectus noſter.) Vult proba
re. quod Dei ſcientia ſit actualis, immo actualiſsima: & primo ponit vnũ. d. prę-
terea intellectus noſter eſt ſcientia entium potentialiter, non autem actualiter. eſt
enim potentialis, quoniã non eſt per eſſentiam eius, ſed per receptionem a rebus
& ſi deficit ſcientia actualis de actuali, quanto magis ſcientia noſtra vilior erit,
cum magis ingreditur potentialem ſcientiam, & per conſequens magis erit de-
fectibilis. Debes ſcire, quod intellectiones omnium intelligentiarũ ſunt actua-
les, cum ſint per eſſentias earum, attamen vna eſt altera actualior, & ſic vna eſt
altera vilior: vult ergo habere, quod ſi vna actualis ſit vilior altera actuali, vt
ſcientia ſecundæ intelligentiæ eſt vilior ſcientia primæ, & ſcientia tertiæ eſt vi
lior ſcientia ſecundæ: & ſic, quanto magis ſcientia noſtra, quæ non continetur
intra genus actualiſsimum, erit vilior ſcientia actuali. Vult ergo habere hanc
maiorẽ: omnis ſcientia potentialis eſt vilior ſciẽtia actuali: quam probauit per
locum a maiori: per hoc, quia actualis eſt vilior actuali, ergo a maiori potentia-
C lis erit vilior actuali. (Et abſit.) Nunc aſſumit ſecundam propoſitionem, quaſi
minorẽ. d. & abſit, quod Dei ſcientia deficiat aliquo modo, & quod ſibi attribua
tur ſcientia potentialis: potentialis enim ſcientia materialis id eſt, paſſiua, & re-
ceptiua eſt: vult ergo habere hanc minorem, ſcilicet, ſed ſcientia Dei non eſt de
fectibilis, ſeu vilis aliquo modo. (Et ideo.) concludit concluſionem, quæ partim
ſequitur ex ſyllogiſmo nũc facto, partim ex prædictis. d. & ideo opinati ſunt
philoſophi, quod ſcientia Dei ſemper neceſſaria eſt in actu, & quod in ea nulla
ſit vilitas: & hæc concluſio ſequitur ex ſyllogiſmo nũc facto, neq; pluralitas, i.
compoſitio ex potẽtia conducta ſeu conſtituta, ſicut multiplicatur, id eſt, compo
nitur ſpecies ex genere, & hoc ſequitur ad prædicta. eſt ergo virtus ſyllogiſmi
præſentis hoc modo: omnis ſcientia potentialis eſt vilis: ſcientia Dei non eſt vi-
lis: ergo in ſecunda figura ſcientia Dei non eſt potentialis ergo eſt actualis per
locũ ab oppoſito: immo actualiſsima, cũ ei nulla ſit annexa vilitas. (Et eſt notã-
dũ.) Soluit quęſtionẽ tacitã & pulchrã, quam Alg. mouit, an ſcilicet intellectus
Dei comprehendat ſingularia? & dictum eſt quod nõ quoniã ſingularia ſunt infi
nita: nullus intellectus comprehendit infinita: ergo intellectus Dei nõ cõprehẽ-
dit ſingularia, in ſcda figura. Reſpõdet, qđ infinitũ non põt cõprehendi ab intel
lectu noſtro, eo quia nõ comprehẽdit ſingularia ſimul, ſed ſucceſsiue, & impoſ-

Scibilia in Deo non cõparantur diuerſa.

Contra.

Sciẽtia Dei qualis ſit, nõ poteſt ſciri niſi negatiue.

Tripliciter cõtingit intelligere.

ſibile eſt infinitũ pertranſire:attamen,apud intelligentiam Dei,qui omnia com D
prehẽdit inſimul per eius eſſentiã,cõprehendit ſingularia & infinita:immo ſciẽ-
tia Dei nõ eſt finita differẽs ab infinita:maior ergo propoſitio.d.nullus intelle-
ctus cõprehendit infinitũ,falſa eſt de intellectu primi:dicit ergo,et eſt notandũ,
quod apud nos,i. quo ad intellectũ noſtrũ eſt impoſsibile cõprehẽdere infinitũ
in actu:cuius rationẽ dicit,quia ſcibilia,i.ea,quæ ſcimus, ſunt adinuicẽ ſeparabi
lia,i.non ſciuntur inſimul,ſed vnũ poſt alterũ,vt ſortẽ poſt Platonẽ. Sed, ſi po-
nendũ,i.concedendũ erit hic eſſe quandã ſcientiã,in qua oia ſcibilia vniri pote-
rint,vt eſt ſciẽtia primi,in qua omnia inſimul ponũtur,eſſet apud eũ ſcientia fi-
nita æqualis infinitæ,i.ſcientia finita,& infinita haberent eandẽ vim: & omnia
Qualiter Deus intelligit ſingularia. iſta demõſtratiue probata ſunt a philoſophis. Debes ſcire,qđ intellectus primi
non intelligit,vel ſcit ſingularia,niſi prout eſt cauſa illorũ ſub ratione entis &
eſſe,ideo intelligit illa ſub ratione eſſe,& entis:ens aũt,vel eſſe nec finitũ,neq;
infinitũ:ideo ſciẽtia Dei,prout eſt finita,nõ differt ab illa,vt eſt infinita : & qa
cognoſcit illa,prout eſt cauſa,& eſſe cãm eſt Dei eſſentiale,ideo inſimul omnia
ſingularia cõprehẽdit,prout eſt poſsibile ei,i.ſub forma entis,& eſſe eius: & ſic
maior propoſitio vniuerſaliter negãda eſt,licet de intellectu noſtro veritatẽ ha-
beat.(Et ideo.)Nunc apponit correlariũ,qđ quaſi dictũ eſt,& eſt, quod ſciẽtia
Dei eſt ſimplex,vna,& in actu:& ſyllogiſmus eius cõponitur ſic:quælibet plu
ralitas a Deo auferẽda eſt.ſed,qñ pluralitas ſciẽtię hoc modo intelligitur, ſicut E
dictũ eſt,eſt quædã pluralitas:qm̃,qñ intelligitur ſcientiã Dei eſſe ſingulariũ, vt
ſingularia,& potentialẽ,&c.vt ſic eſt pluralitas:concluditur in prima figura ꝙ
ipſius ſcientia ſit vna,& in actu id eſt ſimplex,& nõ potẽtialis:& huius primo
tangit minorẽ,ſecundo ibi, (Et quęlibet.)tangit maiorem,tertio cõcluſionẽ: &
verba eius ſunt manifeſta per ſe.(Sed de hoc.) oſtẽdit difficultatẽ quęſtionis di
cens,ſed de hoc,i. iſto modo ſcientia clare informari ab humano intellectu eſt
impoſsibile:cuius rationẽ dat dicẽs,ſi enim hoc perfecte ſup.homo intelligeret,
eſſet ſuus,id eſt hominis intellectus vnus,& idẽ,id eſt æqualis perfectionis cum
intellectu ipſius Dei benedicti:quod eſt impoſsibile: & conſequentia patet: qm̃
Dubitatio. opinio eſſet omnino æqualis vtriuſq;. Sed dices,Auer.ſecũdo Meta.cõ.1.vult
ꝙ ſit poſsibile intellectui noſtro cognoſcere Dei eſſentiã , & per cõſequẽs Dei
Solutio. ſcientiam. Dicendũ quod,ſicut ipſe gloſauit Ariſt.ita ego gloſo eũ,ꝙ.ſ.exem-
plũ iſtud notat difficultatẽ. q.d.ꝙ difficile eſt intellectũ noſtrũ intelligere Dei
ſcientiã,non tñ impoſsibile ſimpliciter.(Et,quia ſcire.) Soluit quęſtionẽ tacitã
poſſet enim quis dicere,licet ſcientia Dei nõ ſit vniuerſalis,nec particularis, an
ſit magis propinqua alteri iſtarum?dicit reſpondendo,& quia ſcire particularia,
id eſt ſpecies apud nos eſt ſcientia in actu: patet ergo ꝙ ſcientia Dei eſt magis
propinqua ſcientię particulari q̃ vniuerſali,licet nulla ſit iſtarũ per ſe, vt ſu- F
Dubitatio. perius dictum eſt. Sed contra:qm̃ ſcientia Dei eſt per eſſentiam eius, eſſentia
ſua eſt ens,adeo ꝙ ei reſpondet gradus entis:eſt.n.eſſentia Dei vniuerſalis per
Solutio. eſſentiam:ergo maxime eſt vniuerſalis,& vniuerſali ſcientiæ propinqua. Di-
cendũ,quod ſingulare duo habet,ſcilicet actualitatẽ, & determinationẽ, & ha-
bet materialitatẽ,eſt enim ſingulare actualiſsimũ reſpectu vniuerſalis,& deter-
minatiſsimũ,& nullo modo potẽtiale contrahibile,habet ẽt materialitatẽ, cũ ſin
gulare cõcernat materiã & appẽditia materiæ.Dicendũ ergo,ꝙ Auer.hic loqui
tur de ſingulari quo ad primũ modũ,non quo ad ſecundũ modũ:ratio aũt cõclu-
dit ſcientiam Dei eſſe vniuerſaliorem,quantum ad reſpectum ſecundi modi: &
ſic patet intentio Auer.hic.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et iam contradicit in hoc Auicen. aliis Philoſophis,qui opinantur quòd ipſe non ſcit niſi ſeipſum ad cautelam conſecutionis pluralitatis. quomodo ergo communica-

A municamus eis in negatione pluralitatis? Vlterius contradicit eis in conſtitutione ſcientiæ de alio. & quoniam pudet ipſum dicere quòd Deus non ſcit aliquid in hoc ſeculo,& in alio, ſed ſcit ſeipſum tãtum, & bene ſcit aliud,& ſcit etiam ſe,& aliud:ergo aliud eſt dignius eo in ſcientia.& dimiſit hoc tanquã verecũdus de hac opinione, & quaſi timens:deinde non puduit eum omnimode;& exiſtimauit ꝙ eius ſcientia de ſe,& alio etiam omnibus rebus eſt ſubſtantia eius abſque additione, & ſunt eædem diminutiones, quibus vituperati ſunt omnes Philoſophi,cum ſit manifeſta contradictio eius prima conſideratione:ergo non euaſit aliqua ſecta eorum à prauo eloquio de ſcientiis. Sic meritum reddat Deus glo.ei,qui declinat à viis eius, & exiſtimat ꝙ rebus diuinis dominatur cum conſideratione ſua.

In hoc dubio Algazel inducit motiuum Auicennæ,& opinionem eius,& dicit. Sed in prædictis obiecit Auicenna.in quibus aliqui philoſophi opinati erãt ꝙ Deus glorioſus nihil ſcit præter ſeipſum:& hoc dixerunt,ſup. vt non ſequeretur eos de neceſſitate ponere pluralitatem in Deo,id eſt vt euitarent compo-
B ſitionem in Deo,ideo tantum Deum ſcire ſeipſum dicunt. (Vnde miratur.) cũ reiterauit opinionem philoſophorum, ponit motiuum Auicennæ, dicens, vnde miratur ſup. Auicenna,qualiter nos cõcedimus eis,ſcilicet philoſophis remotionem pluralitatis a Deo,id eſt quod Deus nõ eſt compoſitus ex ſcientia & ſcibili, & poſtea concedimus quod ipſe ſciat alia entia præter eum, & quod ipſe Deus ignorat omnia entia, præter ſeipſum, & quod ſciat ipſa entia: hæc enim ſunt conceſſa. conceſſum eſt enim Deum tantum ſe ſcire, & quod ſciendo ſe, ſciat alia entia,& quod ipſe Deus ignorat alia, eo quia non ſcit illa in propria forma,& quod aliquo modo ſciat ipſa entia:& quomodocunque, arguit probando quod Deus non ſcit aliud.d.ſciens nanque perficitur ex ſuo ſcibili: ſed per te Deus ſcit aliud,ergo ſequitur quod perficitur a ſuo ſcibili; & tunc dedit incõueniens, dicens, & ſequeretur ex iſtis quod ſcibile Dei nobilius eſſet eo,id eſt ipſo Deo:quod falſum eſt:& conſequentia patet. quoniam omne perficiens eſt nobilius perfecto,vt patet.(Quare conatus eſt.)Nunc opponit opinionem Auicennæ, dicens, quare conatus fuit dictus Auicenna opinari quod Deum ſciret ſeipſum,& alia entia,ſit idem quod eſſe eius,id eſt quod ſcientia ſui, & aliorum ſit eſſe Dei,& ideo non accidit Deo pluralitas: & laudat hanc opinionem di-
C cens,& de iſta conuerſione Auicennæ ad philoſophiam ſtupefacti ſunt philoſophi,ſup.noſtri temporis,eo quia Auicenna erat extraneus a philoſophia : cũ igitur conuerſus ſit ad philoſophos, ſtupefacti ſunt philoſophi: vnde manifeſte aſſerere poſſumus qđ nulla ſecta philoſophorũ clare de pdicto propoſito inuenire potuit veritatẽ,niſi ſup.ſolus Auic.& ſic patet ſermo Auic.& opinio, &c.

AVEROES.

AIt Auer. Reſpõſio huic toti apparet ex eis,quę diximus.quoniam Philoſophi negant ꝙ ſciat aliud eo modo,quo hoc aliud eſt vilioris eſſe,ad hoc vt cauſatum non fiat cauſa, & nobilius eſſe vilius eſſe. ſcientia enim eſt ſcitum, & non negant id, ex eo ꝙ ſcit hoc aliud ſcientiã nobilioris eſſe,quã ſit ſciẽtia,qua nos ſcimus aliud, ſed neceſſe eſt vt ſciat illud hoc modo: qm̃ hic modus eſt modus, quò reperitur aliud ab eo. Attamẽ cõſideratio poſſibilitatis pluralitatis ſcitorũ de ſcientia æterna eſt diſputatio ſecunda.& iam recitauimus eã

& non fugiunt Philoſophi propter hanc quæſtionem ad id, ꝙ ipſe nõ ſcit, niſi ſeipſum, prout imaginatur iſte homo, ſed propter id, quod diximus. & eſt vniuerſaliter vt non aſsimiletur ſcientia eius ſcientiæ noſtræ, quæ eſt in vltimitate differentiæ cum ipſo. Auicenna autem conatus eſt congregare ſermonẽ, ꝙ ipſe non ſcit niſi ſeipſum, & ſcit alia entia ſcientia nobiliori, quã ſit illa, qua ſcit ea homo: nam iſta ſcientia eſt ſubſtantia eius. & hoc apparet ex eo, quod dixit, ꝙ ſcientia eius de ſe, & de alio etiam omnibus rebus eſt ſubſtantia eius, licet nõ expoſuerit hoc, vt expoſuimus nos. Quare hic ſermo eius non eſt eadẽ contradictio, qua vituperati fuerunt alii Philoſophi, ſed eſt ſermo omniũ, aut quod ſequitur ex ſermone omnium. &, cum hoc quieuerit in mente tua, apparebit tibi vilitas eius, quod infert iſte homo de intelle ctu contra ſapientes cum eo, quod apparet de conuenientia viri cum ęis in plurimis opinionum eorum. D

Nunc Auerro. vult accuſare Auicennam, quantum ad intellectum quæſtionis, ſecundo ibi, (Et per hoc philoſophi.) Vult accuſare Alga. quãtum ad illud, quod imponit philoſophis. Quantum ad primam partem, quaſi excuſando ſe a declaratione opinionis Auicen. dicit, dicimus nos, quod reſponſio horum verborum, id eſt, ad hæc verba clariſsime apparet in præcedentibus, vult dicere ſolutionibus prædictorũ dubiorum, ideo nolo immorari. (Videlicet, quod ſi philoſophi.) Nunc ponit verba Auicennæ, quibus dubitauit, videlicet quod ſi philoſophi opinati ſunt quod ipſe Deus ſciat entia modo, quo ſit vilior eis ſcibilibus, id eſt modo noſtro, ſcilicet prout perficitur a rebus, ſequitur vt cauſatum, id eſt entia cauſata non reducantur ad cauſam, immo potius cauſa reducitur ad cauſatum: & ſequitur, vt nobilius eſſet vilius, quia Deus optimus in natura eſſet vilior rebus hoc fuit motiuum Auicen. ergo, ſcilicet ꝙ ſi Deus intelligeret aliud, ergo vileſceret, qm̃ perficitur a rebus. (Sed non cauent.) Nũc reprehendit Auicennam, quantum ad duo. primo, quia non vtitur in ſolutione eius verbis philoſophorum, ſecundo, quia non reſpondet ad quæſtionẽ, prout mouit ipſe eam, dicens, ſed ſup. philoſophi non cauent ſibi, id eſt non euitant hoc inconueniens medo, quem dicit Auicenna, videlicet quod ideo non ſequitur; quia ſcire Deũ ſe, & alia ſit vnum & idem. ſed ſup. philoſophi vtuntur his verbis, quod ipſe Deus ſciat entia modo nobiliori, quo nos ſcimus ea, id eſt æquiuoce, prout ſcientia noſtra cauſata eſt a rebus, & Dei ſcientia cauſa eſt rerum, vt dictum eſt. 12. Metaphy. commen. 51. & adductum eſt in pręcedentibus. ergo ſolutio Auicennæ peccauit in verbis. (Sed, qualiter.) Nunc reprehendit ipſum quantum ad rem, quoniam quæſtio mota ab Auicen. fuit, quomodo Deus ſcit alia, & tamen ſcientia ſua non eſt cõpoſita, inquit, modo Auerro. ſed qualiter poſsibile fuerit multiplicare ſcibilia in Deo benedicto, quęſtio eſt per ſe, id eſt ſeorſum ab illa, quam ſoluit. Huic reſpondet, poteſt enim quæſtio intelligi, an Deus ſcit alia, & an Deus ſciat ſcientia compoſita. Huic mouit quæſtionẽ ſub ſecundo intellectu, ſcilicet an ſcientia Dei ſit compoſita, & ſoluit eam ad primum intellectum, declarando quod ſcit alia, non tamen ſequitur quod vileſcit: ergo peccauit Auicẽ. quantũ ad rem, cum ſoluit vnam, quam non mouit, & tacuit ſol. illius, quã mouit. (Et per hoc philoſophi.) Nunc vult accuſare Alga. dixit enim Alga. ad intellectum ſecundę quęſtionis, ꝙ ſcientia Dei non eſt compoſita: quoniam, ſecundum philoſphos, Deus non ſcit niſi ſe. Cui contradicit Auer. d. & per hoc philoſophi ſibi non cauent, id eſt non euitant quęſtionem illam, opinando ꝙ Deus non ſciat niſi ſeipſum, ſicut eis attribuit Alga. immo philoſophi, ſup. euitanț illam propter id, quod dictum eſt ſuperius, ꝙ ſcientia Dei eſt ſui, prouț eſt ens, & aliorum, vt eſt principium eorum. (Et Auic.) Declarat quomodo Auic. conatus erat mediare, d. & Aui. inſudauit ſe conuenire inter opinionem dicentis, ꝙ

K Deus non ſcit niſi ſe, vt fuit opinio Alga. & vt ſciat modo nobiliori illo, quo nos ſcimus ea, quę fuit opinio philoſophorũ, quod oſtendit eſſe ad eius mentẽ.d. & hoc ſatis patet ex dictis ſuis, videlicet, ſup. quę fuerũt, quod ſcire Deum bene dictum ſeipſum, & omnia alia entia mundi, eſt idem: licet iſtud ipſe non dicat ita clare, ergo quaſi mediat: cui contradicit: ergo cõſtat ex dictis, quõ acerrimus eſt errror huius hominis, & ſuum facinus, & peccatum eſt in eo.i. illo, quod doloſe philoſophis imponit: imponit enim ꝙ Deũ ſcire ſe eſt idẽ, quod Deum ſcire alia omnia: & hoc falſum eſt: ſed v detur ꝙ Auer. contradicat ſibi: qm̃, ſuperius dixit, quod Deum ſcire ſe & alia idem eſt, quod eſſe eius & eſſe aliorum. Dicendum, ꝙ differentia Auer. & Aui. in hoc conſiſtit: qm̃ Auer. voluit Deum vnico *Differentia* actu ſciendi ſcire ſe, & alia, prout illa alia ſunt eadem cum eſſe Dei: quia, vt di- *inter Auic.* xi, entia a parte Dei ſunt eadem ipſi, Auicenna opinatur quod Deum ſcire ſe, *& Auer.* & alia, prout alia ſunt diuerſa ab eo, eſt idem: & iſtud facinus eſt, & error acerrimus, vt viſum eſt ſuperius: & ſic amouetur contradictio.

ALGAZEL.

B Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit, cum affirmatum fuerit ꝙ ſcit ſe eſſe principium relatiue, tunc ſcientia de duobus relatiuis eſt eadem. nam qui ſcit filium, ſciet eũ vna ſcientia, qua etiam eſt ſcientia de patre. paternitas autem, & filiatio ſunt vniuerſalia, & plurificantur ſcita, & vnitur ſcientia. & ſic etiam ipſum ſcit ſeipſum eſſe principium alterius, & vnitur ſcientia, licet numerentur ſcita. deinde, cum intellexerit hoc in vno cauſato reſpectu eius, & hoc non faciet pluralitatem, additio quidẽ in eo, cuius genus non faciet pluralitatem. & ſic etiam qui ſcit rem, & ſcit ſcientiam ſuã de re, tunc ſcit eam hac ſciẽtia. & omnis ſcientia eſt ſciẽtia de ſeipſo, & de ſcito eius, & numeratur ſcitũ, & vnitur ſcientia. & inducat id etiã, quoniã vos tenetis ꝙ ſcita Dei glo. ſunt infinita, & ſciẽtia eius eſt vna, & non attribuitis ei ſciẽtias infinitas numero. ſi autem eſſet numeratio ſcientiæ, tunc in ſubſtãtia Dei glo. eſſent ſcientiæ infinitæ, &
C ſcientia eius vna. & hoc eſt falſum. Deinde dixit reſpondens eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dicimus quotienſcunque fuerit ſcientia vna omnimode, non imaginatur alligantia eius duobus ſcitis, ſed facit hoc pluralitatem, vt ponunt Philoſophi, & ſecundum deliberationem eorum in capitulo pluralitatis, ita ꝙ deuenerũt ad hoc, & dixerũt, ſi eſſet in primo quiditas copulata ipſi eſſe, eſſet in hoc pluralitas. nã non intelligũt rem habentẽ veritatẽ, & poſtea attribuitur eſſe: ſed exiſtimauerunt ꝙ eſſe copulatur verificationi, & eſt aliud ab ea, & determinat pluralitatẽ. Et ſecundũ hunc modũ impoſsibile eſt conſyderare ſcientiam alligari ſcitis multis, quin ſequatur ei aliqua pluralitas maior, & excelſior ea, quæ ſequiĩ ex eſſe ſuo copulato quiditati ſuæ. ſcientia autem de filio, & patre, & ſic aliis relatiuis, eſt in ea

pluralitas.nam impoſsibile eſt abſque ſcientia de ſubſtantia filii, & ſubſtantia patris:& ſunt duo ſcita, & ſcitum tertium,& eſt relatio:q̃q̃ hoc tertiũ includatur in duobus ſcitis præcedẽtibus,cũ fuerint ex cõdi tione eius,& neceſsitate eius.ſin aũt,qui nõ ſcit relatũ primo, nõ ſciet relatione.Igitur ſunt ſciẽtiæ numeratæ,quarũ aliqua eſt conditionata alteri.& ſic,cũ ſcit primũ ſeipſum relatũ aliis generibus, & ſpeciebus, tunc eſſe principiũ eorũ indiget vt ſciat ſeipſum,& vnitates generũ,& ſciat relationem ſui,quoad eſſe principium eorum, licet non intellexerit eſſe hanc relationem ſcitam ei. Cum vero dicunt,ꝙ qui ſcit ali quid, ſcit ſeipſum ſcire eadem ſcientia, & erit ſcitum numeratum, & ſcientia vna,non eſt verum:ſed ſcit ipſum ſcire alia ſcientia à ſcientia, & deueniet ad ſcientiam,quæ latet eum,& non ſciet eam. & non dicimus ꝙ emanatio procedat in infinitum, ſed ceſſat in ſcientia alligata ſcito,& latet in eſſe ſcientiæ:non autem eſſe ſciti.& qui ſcit nigrediné, & ipſe tempore ſuæ ſcientiæ eſt profundæ animæ in ſcito ſuo, quod eſt nigredo, & latet eum ſcientia eius de ſcientia nigredinis, & non reſpicit eam.ſi.n.reſpiceret eam,indigeret alia ſcientia, vſquequo ceſſat aſpectus eius. * Cum autem dicit ꝙ hoc conuertitur contra vos in ſcitis Dei glo.quæ ſunt infinita, & ſcientia apud vos eſt vna, nos quidem dicimus,non diſputamus in hoc libro diſputatione cõſtituentiũ, ſed diſputatione ruinantium, & dubitantium. & ideo appellauimus hunc librum Deſtructionem Philoſophorum,non conſtitutionem veritatis.& non eſt nobis hæc reſponſio. Si autem dixerit, verum eſt ꝙ non ſequitur vobis opinio alicuius ſectæ ſectarum, ſed id, quod cõ uertitur ſecundum curſum creationis, & ſunt æquales intelligentiæ in dubietate eius,impoſsibile eſt vobis id ponere, & hoc dubium conuertitur contra vos,& non eſt fuga ab eo,dicimus ꝙ non, ſed intentio noſtra eſt de diminutione veſtra in rationibus veſtris circa ſcire res veras demonſtrationibus inciſiuis. & induxit vobis dubium in rationibus veſtris. &, cum apparuerit diminutio veſtra, dicimus quòd ſunt aliqui, qui opinantur quòd verificatio rerum diuinarum non comprehenditur conſyderatione intellectus, & etiam non eſt impoſsibile homini comprehendere eas. & ideo dixit ſapiens Conſyderate in operationibus Dei, & non cogitetis in ſubſtantia Dei. Quare vos negatis contra ſectam credentem veritatem nuntii cùm euidentia miraculorum,quæ non habentur à propoſitionibus intelle ctus ſuper affirmationem mittentis, quæ magnificat conſyderationẽ attributorum,conſyderatione intellectus,quæ fit per habentem fidẽ, in eo quod eſt in ea de attributis Dei glo. quæ eſt poſt, cum profertur dictio ſcientis, volentis,& potentis, & viuentis, quæ cauſa eſt proferre id, quod non conceditur in eo ſciens in diminutione comprehendi veritatem. cum vero vos negatis ea imputando eis ignorantiam in viis demonſtrationum, & modo ordinis propoſitionum in figura ſyllogiſmorũ, & rationum, dicentes vos quòd nos ſciuimus

Sequẽtia in antiquori deſiderantur.

A. ea viis intellectualibus, iam profecto declarata eſt diminutio veſtra, & deſtructio viarum veſtrarum, & dedecoris veſtri in rationibus ſciẽtiæ veſtræ, & intentum huius declarationis eſt, vt qui ponit quòd demſtrationes Diuinæ ſunt inciſiuæ, vt demonſtrationes Geometriæ.

Debes ſcire ꝙ Alga. philoſophis imponit, quod Deus nihil ſciat niſi ſe, & quod omnino ignoret hęc; & hoc, quia ſi Deus ſcit ſe, & alia, in Deo accideret compoſitio, vt declaratum fuit iſtis diebus elapſis in noſtris ſcholis, vult Algazel primo narrare argumẽta quorundam philoſophorum, qui probant qđ Deus non modo ſcit ſe, immo, & alia, ſecundo ibi. (Sed ipſe.) reſpondet his argumẽtis, inquit ergo Auer. ait Alg. reſpondens pro philoſophis, ſup. primo adducendo argumenta aduerſariorum, quę ſunt infraſcripta: poteſt ergo argumentum componi ſic. ſcientia relatiuorum eſt vna. ſcientia Dei, & aliorum eſt ſcientia relatiuorum; ergo eſt vna. maior probatur exemplo, inquit ergo primo ponens minorẽ: & ſi aliquis diceret quod ipſe Deus ſcit ſe in eo, quod eſt principium aliorum, et ſup. alia, quorum eſt principium modo relationis; hæc eſt minor ſcilicet ſcientia Dei, & aliorum eſt relatiua. Deinde ponit maiorem. d. & ſcientia, relatiuorũ eſt vna, cuius exemplum ponit. d. paternitas enim, & filiatio ſimul & ſemel cognoſcuntur. Deinde ponit concluſionem. d. vnde, ſicut hic, id eſt, in relatiuis plures

B ſcientię vniuntur, id eſt, diuerſorum eſt vna ſcientia, eodem modo dici poteſt in Deo benedicto, videlicet, quod ipſe ſcit ſeipſum principium entium, & eſt vna & eadem ſcientia. licet pluralitatem aliquo modo retineat. Eſt ergo concluſio argumenti, quod Deus vna ſcientia numero ſcit, ſe & alia contra philoſophos, vel poſitionem, quam philoſophis imponit. (Rurſus.) Nunc ponit ſecundam rationem contra philoſophos, & ratio conſiſtit in hoc: qualiter poſsibile eſt intelligere cauſatum, taliter poteſt intelligi & cauſa: ſed poteſt cauſatum intelligi vnica ſcientia cum ſua cauſa: ergo poteſt cauſa intelligi vnica ſcientia cum cauſato: dicit ergo, rurſus quomodo hoc intelligitur in vno cauſato relatiuo ſibi, id eſt, quod refertur ad Deum, & tamen ſup. ſcientia illius cauſati ad cauſam primam non infert pluralitatem, ſuppleas, eodem modo poteſt intelligi cauſa in habitudine ad cauſatum, & tamen non erit intellectio compoſita; tacet minorem, et infert concluſionẽ. d. ergo multiplicatio ipſius, ſiue illius, quod eſt in genere ſuo. i. ergo intellectio cauſæ in relatione ad cauſatum, quæ cauſa eſt vnius generis cum cauſato, non infert pluralitatem: & ſic patet eſſe poſsibile Deum intelligere ſe, & alia vnica ſcientia, prout Deus dicitur relatiuum quoddam ad alia. (Præterea.) Ponit tertiam rationem contra philoſophos: & ratio componitur ſic; ſicut, ſe habet intellectus intelligens aliquam rem, & ſciens ſe ſcire illã rem, ſic Deus ſcirẽ

C alias res, per ſimilitudinem, quam exiſtimant eſſe bonam. Huic maiori ſubintelligendę apponit minorem. d. ſicut qui ſcit rem, & ſcit quod eam ipſe ſcit vna & eadem ſcientia: hæc eſt virtus minoris: apponit concluſionem. d. ſic vna & eadẽ ſcientia eſt cum iſtis multiplicationibus, id eſt, ſic ergo Deus ſcit ſe, & alia vna, & eadem ſcientia numero. (Maxime.) Confirmat argumentum. d. maxime ſup. errant philoſophi, quia loquentes, id eſt, theologi opinantur quod ſcibilia Dei ſunt infinita, & quod eius ſcientia eſt vna & eadem, non quod ei attribuant ſciẽtiam infinitam: arguo ergo ſic: ſi poſsibile eſt ſcire infinita ſcientia vna: ergo poſſibile eſt ſcire plura eadem ſcientia, & per conſequens Deus poteſt ſcire ſe, & alia vna, & eadem ſcientia, inquit Auer, vſque huc ſunt verba Alg. adducta contra philoſophos nomine philoſophorum aduerſariorum veris philoſophis. (Sed ipſe.) Nunc exponit pro philoſophis veris, & reprobat eorum opinionem. ſecũda ibi, (Similiter ad id.) Reſpondet ad argumenta per ordinem, inquit, ſed ipſe reſpondit pro eis ſic: ſi Dei ſcientia vna, et eadem eſt omnimode: non imaginandum eſt ꝙ ſcientia Dei dependeat a duobus ſcibilibus, ſcilicet ab ipſo Deo, & rebus generabilibus cauſatis: quia, vt philoſophi ponunt, hęc depẽdentia infert pluralitatem: eſt ergo ſolutio, quod Deus poteſt ſcire ſe, & alia, non ſcientia cauſata ab illis. (Et tamen.) Oſtendit qualiter eſt hęc intentio philoſophorum, ſcilicet in Deo non eſſe compoſitionem ſcientię, & ſcibilis ſeu ſcientiarum: probant

Prima rō.

Secunda.

Tertia.

Solutio.

enim philoſophi ꝙ, ſi Deus eſſet id, in quo eſſentia eſſet diſtincta ab eſſe, in eo D
eſſet compoſitio: & habent hoc pro maximo inconuenienti: arguo modo ſic: inconueniens eſt in Deo eſſe compoſitionem ex eſſe & eſſentia: ergo multomagis ex ſubſtantia & accidente: dicit ergo, & tamen ſolicitamur in hoc, ita ꝙ dicunt ꝙ, ſi Deus haberet quiditatē denominatā ab entitate, id eſt, quiditatiuā, vbi eſſe denominat illam tanquam realiter diuerſum eſſet hic pluralitas in Deo: quod maxime reputant inconueniens, ideo dicit, & ideo ſecundum philoſophorum radices: impoſsibile eſt ponere vnā & eandem ſcientiam a pluribus ſcibilibus depēdentem, ita ꝙ pluralitatem nō inferat: ideo magis infert hic, ſcilicet in eo, quod

Ad primū. quis diceret ſcientiam eſſe additam eſſentiæ, quam attribuere ipſi Deo eſſe ſuper quiditatem. ſup. additam. (Similiter.) Nunc ſoluit argumentū primum, & breuiter negat maiorē: dicit ergo ſimiliter ad id, quod dicebant, quod ſcientia relatiuorū eſt vna & eadem: dicimus quod eſt falſum, immo ſunt tres ſcientiæ, videlicet duę duorum relatiuorum, & tertia illa, quę eſt relationis: ergo ſunt ſcientiæ

Ad ſecundū diſtinctę. (Similiter.) Reſpondet ad ſecundam, & primo replicat vim eius. d. ſimiliter ad id argumentum ſup. quomodo Deus ſcit ſeipſum, & genera ſingularia, & quod ipſe eſt ipſorum principium, & addas, & quod poſsibile eſt cauſatū intelligere ſe, & cauſam vna ſcientia: dicimus quod in cauſato infert neceſſario

Ad tertiū. pluralitatē, eo quia cauſatū intelligit ſe, & cauſam diuerſis ſcientijs. (Amplius.) B
Soluit ad tertiam. d. amplius ad id, quod ipſi dicunt, videlicet quod, ſi aliquis ſcit rem, ſcit ſine dubio quod ipſe ſcit eam eadem ſcientia. dicimus quod non eſt ſic, id eſt, dicimus quod minor eſt falſa, immo ſunt duæ diſtinctę. concludit. d. patet ergo qualiter philoſophorum. ſup. aduerſariorum defectus eſt acerrimus in hoc propoſito: ſolutæ ergo ſunt rationes pro philoſophis.

AVEROES.

AIt Auer. Hic eſt ſermo prolixus: cuius concluſio eſt rhetorica, ſeu topica. Et ſumma eius, quod recitauit, eſt conſeruatio Philoſophorum, quòd ſcientia Dei glo. eſt vna ex duabus rationibus, quarum concluſio eſt ꝙ ipſi tenent, ex eo ꝙ in intellectis noſtris ſunt multa, ex quorum pluralitate non plurificantur ſubſtantiæ intellectorum, vt apparent in entibus quædam diſpoſitiones, & non multiplicantur ſubſtantiæ in multiplicatione earum, vt ꝙ res ſit ens, & vnum, & neceſſarium, aut poſsibile. & hoc, poſtquā fuerat ens, eſt F
ratio ꝙ ſit ſcientia vna, comprehendens ſcientias multas; & infinitas. Ratio autem prima, quam facit in hoc capitulo, eſt id, quod vr̃ de rebus intellectualibus, quæ eueniunt rei intellectæ in anima: & eſt ſimilis rebus in entibus apud conſyderationem relationum repertarum in eis ex negatione. nam relatio eueniens intellectis, apparet de ea ꝙ ſit aliquid, quo non plurificantur intellecta. & dant rationem in hoc: qm̃ relatio eueniens rebus relatis eſt huiuſmodi. Ipſe autem contradicit huic rationi, ꝙ relatio, & duo relatiua ſunt ſcientiæ multæ, & ſcientia noſtra de paternitate, exempli gratia, eſt alia a ſcientia noſtra de patre, & filio. veruntamen ꝙ relatio eſt attributum additum relatiuis extra animam in entibus, relatio vero, quæ eſt in intellectis, dignior eſt vt ſit res, quàm vt ſit attributum additum ambobus relatiuis. Attamen hoc totum eſt aſsimilatio ſcientiæ humanæ ſcientiæ æternæ; & eſt ſubſtantia erroris. & ideo omnis, qui adduxit dubium in ſcien-

A tia æterna, & conatur ſoluere id cum eo, quod apparet de ſcientia humana, ipſe quidem permutauit iudicium ab eo, quod apparet ad occultum in duobus entibus in vltimitate diſtantiæ, non in duobus communibus ſpecie, aut genere, ſed diuerſis in vltimitate diuerſitatis. Secunda vero ratio eſt. quoniam nos ſcimus rem eadem ſcientia, & ſcimus quòd ſcimus ſcientia, quæ eſt eadem cum ſcientia prima, non attributum ei. & ratio in hoc eſt, quoniam procederet in infinitum. & id, cum quo reſpondet ei, quòd hæc ſcientia eſt ſcientia ſecunda, & non procedit, nihil eſt. quoniam apparet de nobis quòd procedit, & non ſequitur ex eo quòd ſciens aliquid, & non ſcit quòd ipſe ſcit, vt, cum ſcit quòd ipſe ſcit, ſciat ſcientia addita ſcientiæ primæ, ſed ſcientia ſecunda eſt aliquid ex rebus ſcientiæ primæ. quare non eſt ei impoſsibile procedere in infinitum. ſi autem eſſet ſcientia exiſtens in ſubſtantia noſtra, addita primæ ſcientiæ, non eſſet verus in eo proceſſus in infinitum. * Ratio autem, quam fecerunt Philoſophi Loquentibus, ex eo quòd Loquentes omnes confitentur quòd ſcientiæ Dei glo. ſunt infinitæ, & ſcientia vna, eſt quæſtio ſecundum opinionem dicentis, non autem quæſtio ſecundum rem. & eſt contradictio, quam aduerſarii non poſſunt euadere, niſi cum ponunt quòd ſcientia Dei glo. non aſsimilatur in hoc ſcientiæ creatæ. nam ipſe non ignorat, magis quàm ille, qui credit quòd ſcientia Dei glo. non differt a ſcientia creata, niſi in quantitate tantum, ſcilicet quòd eſt multarum ſcientiarum tantum, & omnia iſta ſunt ſermones topici, & id, quo ſuſtentatur, eſt ꝙ ſcientia Dei eſt vna, & non eſt cauſatum ex cauſatis, ſed eſt cauſa eorum. & res profectò, cuius cauſæ ſunt multæ, eſt etiam multa. res vero, cuius cauſata ſunt multa, non eſt neceſſe vt ſit multa, eo modo, quo cauſata ſunt multa. & ſcientia prima, non eſt dubium quòd negatur ab ea pluralitas, quæ eſt in ſcientia creata, vt negatur ab ea mutatione ſciti. & Loquentes ponunt

Error eſt aſſimilare ſciẽtiam humanam ſciẽtiæ æternę.

B *Hic finit antiquus tex.*

C hoc vnam ex radicibus ſuis. Sed ſermones, qui hic dicuntur, ſunt ſermones topici. Cum autem dixit quòd intentio eius hic non eſt notificatio veritatis, ſed intentio eius eſt deſtruere ſermones eorum, & facere apparere rationes eorum falſas, non eſt intentio conueniens, niſi hominibus peſſimis. Et quomodo non erit hoc ſic, cum plurimum, quod adeptus eſt iſte homo ex virtutibus, & excellentia, & docuit ſapientiam homines in eo, quod tribuit eis in compendiis ſuis, non fuerat niſi ex eo, quod accepit ex libris, quos poſuerunt Philoſophi, & ex diſciplinis eorum. Et ponamus ꝙ ipſi errauerunt in vna re, non tamen ex hoc debemus negare excellentiam eorum in ſpeculatione, & in eo, quòd fecerunt exercere intellectum noſtrum. Et niſi fuiſſet eis nihil, niſi Logica, eſſet neceſſe ei, & omni, qui ſcit hanc artem, laudare eos in ea. & tamen ipſe ſcit hoc, & contradicit ei. & iam fecit in ea libellos, & dixit quòd nemini eſt via ad ſciendum veritatẽ, niſi ex hac ſcientia: & peruenit ei exaltatio in ea, ita ꝙ extraxit eam a

D A libris Dei glo. eſt ne conueniens ei, qui adeptus eſt ex libris, & doctrinis eorum illam vtilitatem, quam accepit ipſe? Ex eis itaque iudicauit homines ſuæ tempeſtatis, & magnificatum eſt nomen eius in Mauris, vt dicat hunc ſermonem, & narret vilitatem eorum ſimpliciter, & vilitatem ſcientiarum eorum. &, licet poſuerimus ꝙ ipſi errauerint in aliquibus ex rebus ſcientiarum diuinarum, nos tamen non ratiocinabimur de errore eorum, niſi ex canonibus, quos notificauerunt nobis in ſcientia Logicæ, & determinamus ꝙ ipſi non vilipenderent nos de eo, quòd ſumus in errore, ſi fuiſſet ſecundum opinionem eorum. quoniam intentio eorum eſt notificare veritatem. &, licet non fuerit eis niſi hoc intentum, ſufficit hoc in laudem eorum: quàmquàm nemo dicat in ſcientiis diuinis ſermonem, cui ſit fidelitas: & nemo euadit ab errore, niſi is, cui tribuit Deus glo. rem diuinam præter naturam hominis, ſicut ſunt Prophetæ. & neſcio quid lucratus eſt iſte vir in talibus rebus, peto a Deo veniam de vilipēſione ſermonis, & facti. Quod

Hic velit nolit fatetur neceſsitatē luminis ſuper naturalis.

B B autem recitauit de credulitate eius, qui ſequitur fidem in his rebus, eſt id, quod dicunt verificantes Philoſophorum. nam ſermo dicentis ꝙ ſcientia Dei, & attributa eius non conſyderantur, & non comparantur attributis creaturarum, ita ꝙ dicit ꝙ ſunt ſubſtantia, aut addita ſubſtantiæ, eſt ſermo verificantium ex Philoſophis, & verificantium aliorum ex hominibus ſcientiæ. & Deus dirigat ad veritatem.

Vult nunc Auer. redarguere quædam dicta Alg. & primo proponit ſummam intentionis eorum, & inquit, Dicimus nos quod huius hominis verba hic fuerūt longa, & vtplurimum, id eſt, quantum ad maiorem partem eorum dialecticalia, ſed ipſorum verborū ſententia duabus concluſionibus cōtinetur. (Et id, quod.) Nunc exequitur, & primo proponit quoddam neceſſarium ad ſuum propoſitum, ſecundo ibi, (Et primo duarum) ponit concluſiones ſummatim, inquit ergo in prima. Et id, quod conſtat ex his, eſt, ꝙ aſſerendo ſcientiam Dei vnam eſſe, dixit ꝙ in noſtris intelligibilibus prout intelligentia, id eſt, intellectus intelligit ea, non multiplicantur, id eſt, res intelligibiles ab intellectu noſtro vna ſcientia intelliguntur, vt relatiua, & multa alia: immo probauit hoc dicendo, ꝙ ſicut in entibus reperitur, videlicet ꝙ ſunt aliquę res in quibuſdam entibus, quę in illis F C rebus non multiplicantur, vt puta ꝙ res eſt vna, & ens eſt neceſſariū: ens enim, & vnum idem ſunt ſimpliciter: ſicut ergo ex natura rei vnum ſecundum rem poteſt eſſe multa ſecundum rationem, inquit propter hoc, vnde ex hoc ſecundū eū deprimitur ꝙ vna, & eadem ſcientia multa, & forte infinita continet, eo quia ſcientia eſt res in anima: modo, ſicut res extra animam poteſt eſſe vna in ſubiecto, & plures ſecundum modum, multofortius res in anima, ſicut eſt ſcientia, poteſt eſſe vna in ſubiecto, & plures in habitudine. iſtud eſt illud neceſſarium, qd' Auer. proponit. (Et prima duarum pędictarum.) Nunc ponit concluſiones ſummatim, & inquit, & prima duarum pędictarum ab Alg. dictarum eſt, ꝙ ipſe ſumit exemplar ab imaginabilibus rebus, quę contingunt intellectui in anima noſtra, & ſunt ſimilia entia comitantibus relationes entium adinuicem. i. & illa entia, a quibus ſumpſit exemplar, ſunt res relatiuę, & res comitantes eorum negationem. i. quibus nihil correſpondent in re, quibus potius reſpondet non eſſe, inquit modo Auer. apparet ꝙ relatio, quę contingit intelligibilibus, non infert multiplicationem intelligibilium: & allegatio. i. probatio ipſius eſt ſuper hoc, ꝙ relatio concomitans relatiuas res, ſic ſe habet, qm̄ vna eſt ſcientia duorum relatiuorum: dicit modo Auer. & ipſe Alg. obiecit dictæ auctoritati. i. exemplo dicēdo, ꝙ relatio & duo relatiua ſunt plura, & pluribus egent ſententijs, vt diffuſē

A meditatus eſt oſtendere.(Et nos.) Cum poſuit primam concluſionem, nunc reprobat eam, & dicit, & nos dicimus ꝙ hic error accidit, & aſsimilando ſcientiã humanam ad diuinam, bene dicimus ꝙ quicunq; mouet dubium in diuina ſcientia, & perpendit illud ſoluere per humanam ſcientiam, eſt manifeſtum ꝙ illud transfert indiuiduum præſens ad abſens, id eſt, indiuiduum generabile, & ſenſatum ad æternum inſenſatum. dico abſens in duobus entibus in maxime diſtantia diſtantibus, videlicet in ſpecie, & in genere. Sed dices, de inſenſibilibus nõ poſſumus loqui niſi per ſenſibilia: ergo non malefecit Alga. per ſimile in noſtro intellectu declarare in intellectu primi. Dicendum, quod error fuit Alga. credendo per hæc omnino ſcire illa, & credere hęc eſſe illis ſimilia omnino: ſed qualiter per hęc veniamus in illorum cognitionem, non eſt dubium, vt ſcitur ab Auer. tertio de Anima. com.36.(Secunda vero) ponit ſecundum. d. ſecunda vero prędictarum rerum fuit, ꝙ nos ſcimus rem eſſe, & ſcimus ꝙ nos ſcimus eam, & non denominatione, id eſt, ſcientia nona addita ſuper primam, quia procederetur in infinitum. inquit Auer. ſed nos dicimus quod hoc, id eſt, hęc ratio nihil eſt: quod oſtendit. d. quia ſatis patet ꝙ procederetur ad infinitum, ſi aliquis ſciret rem, & ignoraret ꝙ ipſe ſcit eam, & poſtea ſcit quod ipſe ſcit eam, adeo ꝙ ex hoc innouetur ſecunda ſcientia: vult ergo contra Alg. habere ꝙ homo ſcit rem, & ſcit ſe ſcire illam, & ibi ſtatur, per vnam regulam, quãdo aliquid eſt tale per aliud, illud, per quod eſt tale, eſt tale per ſe, vt dicit. 8. Phy. com. 46. ideo concludit. d. & ideo non eſt poſsibile procedere ad infinitum, ſicut putabat ipſe: & ſic patet qualiter Alga. in duabus concluſionibus peccauit aliqualiter. Dubitatio. Solutio.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc dubium ſequitur ſecundũ opinionem Auicennę, cum exiſtimauit ꝙ primum ſcit aliud: verificantes vero ex Philoſophis determinauerunt ꝙ ipſum nõ ſcit, niſi ſeipſum, & aufertur ab eis hoc dubium. Et dicimus labor videtur eſſe dedecus in hac opinione. & niſi eſſet in vltimitate mollitiei, & debilitatis, non dimiſiſſent poſteriores tenere eam. Nos autem oſtendemus modum dedecoris in ea. quoniam in ea eſt ꝙ cauſata eius eſſent digniora eo. nam Angelus, & homo, & vnaquęq; intelligentiarũ ſcit

C ſeipſam, & principium ſuum, & ſcit aliud: Primum vero non ſcit niſi ſeipſum: ergo eſt diminutum in comparatione ad quemlibet hominum, quanto magis Angelorum. immo etiam beſtię cum earum ſenſatione ſui ipſius ſciunt alia pręter ſe. & non eſt dubium ꝙ ſcientia eſt nobilis, & priuatio eius eſt diminutio. Quæro vbi eſt dictum eorum quod ipſum eſt deſyderatum, & deſyderans, & eſt ei gloria perfecta, & pulchritudo adimpleta? et quęro quę pulchritudo eſt enti ſimplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, neque ſcientiam de eo, quod currit in mundo, & de eo, quod ſequitur a ſubſtantia eius, et prouenit ab eo: et quę diminutio eſt maior iſta ſcientia Dei? O quàm maxime admirabitur intelligens eo, quod profunde ſpeculati ſunt de intellectis ſecundum exiſtimationem eorum: deinde finit ſpeculatio eorum ad hoc, ꝙ Deus Deorum, et cauſa cauſatorum non habet ſcientiam omnino de eo, quod currit in mundo. et quę eſt differentia inter eum, et mortuum, niſi ꝙ ſcit ſeipſum? et quę eſt perfectio in ſcientia ſui ipſius, cum ignorauerit aliud? et hęc opinio non indiget in ima-

ginatione dedecoris eius loquela cum Melodia, & Retorica. Deinde dixit eis ꝙ iſti non euadunt a pluralitate cum reductione eorum ad hoc dedecus. Nam nos dicimus, aut ſcientia eius eſt alia a ſeipſo, aut eadem. ſi dicitis ꝙ eſt alia, tunc eſt pluralitas. ſi vero dicitis quòd ſit eadem, quæ ergo eſt differentia inter vos, & dicentem ꝙ ſcientia hominis de ſeipſo eſt ipſemet? & eſt dementia, & ſtultitia, cũ intelligat eſſe ſui per aliquid exiſtens in eo, quod non apparet in ſubſtãtia eius, deinde aufertur illa occultatio, & excitatur, & reducitur ad ſe, & tunc erit conſyderatio eius de ſe ipſo alia a ſubſtantia eius abſque dubio. Si vero dicitis quòd homo eſt priuatus ſcientia de ſubſtantia ſua, & innouatur ei, & erit alia ab ea ſine dubio, dicimus ꝙ alietas non ſcitur in innouatione, & copulatione. nam idẽtitas rei impoſſibile eſt vt innouetur ſupra rem, & alietas rei, cum ſeparetur a re, non redit idem, & non exit quin ſit aliud. Si autem primum non defecit eſſe ſciens de ſe ipſo, non indicat ꝙ ſcĩa eius de ſe ipſo eſt ipſummet. & ampliata eſt cogitatiua in conſyderationem ſubſtantiæ, deinde in innouationem conſyderationis. &, ſi hoc eſſet, ipſamet ſubſtantia non potuiſſet imaginari hanc conſyderationem. Si vero dixerit ſubſtantia eius eſt intellectus, & ſcientia non habet ſubſtantiam, deinde ſcientia exiſtit in eo, dicimus deluſio eſt manifeſta in hoc ſermone. nam ſcientia eſt attributum: & attributum eſt accidens determinans rem, cui attribuitur. & ſermo dicentis eſt in ſeipſo intellectus, & ſcientia eſt ſicut dicere eſt poſſe, & voluntas, & ipſum exiſtit in ſe. Si autem hoc dicatur ei, eſt quidem ſicut ſermo dicentis de nigredine, & albedine ꝙ exiſtens in ſe, & quantitate, & quadratura, & trinitate exiſtit in ſe, & ſic in omnibus accidentibus. Attamen via, quæ facit falſitatem, vt ſint attributa corporibus in ſe abſque corpore, quod eſt præter attributa in alio, eſt via in ſcientia, ꝙ attributa viuentis ex ſcientiis, & vita, & poſſe, & voluntas etiam non exiſtunt in ſe, ſed exiſtunt in ſubſtantia. nam vita exiſtit in ſubſtantia, & ex ea erit vita eius. & ſic ſcientia exiſtit in ſubſtantia, & erit ſciens ex ea. & ſic alia attributa. ergo non ſolum proferunt primo negationem aliorum attributorum, & negationem verificationis, & quiditatis, ſed etiam negant ab eo exiſtentiam in ſeipſo: & id reducunt in veritatem accidentium, & attributorum, quæ non habent exiſtentiam in ſeipſis, ita quòd nos declarabimus poſtea diminutionem eorum a producendo rationem, ꝙ ſciat de ſe ipſo. & alia quæſtio eſt ſeparata.

Nunc Alg. in præſenti dubio vult reprobare philoſophos, & primo declarat qualiter prędictum dubium eſt contra Auicennam, & non contra peripatheticos. Deinde arguit contra peripatheticos, inquit, & ſi aliquis diceret quod hoc dubium, i. datum ſequitur tantum Auicen. i. eſt contra Auicẽnam tantũ: cuius rationem aſ. d. ipſe enim opinatus eſt quod Deus alia entia pręter eum ſciat, ergo ſup. dubium factum procedit contra Auic. & oſtendit qualiter non eſt contra peripatheticos. d. ſed aliqui veraces philoſophi conueniunt, quod ipſe Deus non ſcit niſi ſeipſum: ergo, ſecundum eos hoc dubium remouetur. i. non habet locum. (Nos dicimus) cum declarauit qualiter hoc dubiũ procedit contra Auic. & non

A contra philoſophos, nunc arguit contra philoſophos rationibus nouis, & primo vilipendit eos. d. nos dicimus quod remanens. i. ſoluens hoc argumentum illo modo, deberet merito tacere, & ſtupefieri de vilitate eius. i. ſuiipſius. (Quilibet. n. homo) nunc declarat ſolutionem illam eſſe falſam, & arguit entimematice: et ratio ſtat in hoc, ſi Deus non ſciret niſi ſe, eſſet defectibilis reſpectu hominis, & maxime reſpectu angeli, conſequentiam probat: quoniam minora intelligeret ipſo angelo, & ipſo homine: q̃m homo, & angeli non modo ſe, immo alia intelligunt, vt patet in tex. huius rationis: primo ponit probationẽ conſequentię. d. quilibet enim homo, vel angelus cognoſcit ſeipſum, & ſuum principium, & alia entia pręter eum. (Vnde ſi.) ponit nunc entimema dicens. vnde, ſi ipſe Deus non ſciret niſi ſe, ergo eſſet defectibilis reſpectu creaturarum humanarum, quanto maxime reſpectu angelorum: & ſic patet tota ratio. (Immo, quod plus eſt) hic ponit ſecundam rationem contra idem: & poteſt ratio ſic componi: illud, quod videtur cognoſcere ſeipſum, nouit aliud extra ſe. Sed ſuppleas, Deus cognoſcit ſeipſum: ergo Deus nouit aliud extra ſe. maior ponitur tantum, & non probatur, quia ibi infra. (Qualis ergo eſt differentia inter hoc, &c.) probatur, ideo vſq; ad illum dimittatur locum: minor autem eſt peripatheticorum, vt dictum eſt. (Et non.) Soluit dubium contra primam rationem: quoniam, ſicut dicitur. 12. Meta. com. 51. Scientia vilium non eſt digna apponi in re nobiliſsima, ſicut eſt Deus:
B exemplum eſt: ſicut videre turpia viſibilia non decet honeſta videntem videre: ergo, cum entia generabilia ſint vilia in comparatione ad Deum, nõ decet Deũ videre: & ſic ad primam rationem negatur conſequentia. & ad probationem patet ſolu. ex hoc, eo quia homo, & angelus non ſunt perfectiſsima, qualis eſt Deus, &c. Hanc ergo quæſtionem remouet. d. & non eſt dubium quod ſcientia eſt nobilitas, & perfectio: & ignorantia totum contrarium ſe habet. i. eſt vilitas, & imperfectio: vult ergo dicere quod licet ei congruit ſcire vilia, non propter hoc vileſcit, eo quia & ſi obiecta ſenſibilia vilia ſunt, attamen ſcientia eſt perfectio, & bonitas. (Rurſus.) Hic ponitur tertia ratio, et componitur ſic: omne diligens entia, habens mirabilem gloriam, intelligit dilecta: hanc maiorem ſupponit, & ſtatim apponit minorem. d. rurſus philoſophi ſunt conſueti dicere quod ipſe Deus eſt diligens ſup. entia, & quod habet mirabilem gloriam, id eſt in hoc eſt, quia miſericors eſt eorũ, quæ diligit, concluditur ergo concluſio, quod Deus intelligit dilecta, quorum eſt miſericors. (Vnde etiam.) adducit quartam rationem, & ſic componitur. nullum ſciens ſimpliciter ſine quiditate differente ab eſſe eſt ignorans ea, quę ſunt extra ipſum: ſed Deus eſt ſimpliciter ſciens ſine quiditate differente ab eſſe. ergo non eſt ignorans res extra ipſum. primo ergo proponit quod vult deſtruere. d. vnde etiam intrandum eſt qualiter poſſunt ei ta-
C lia attribuere. (Poſito enim.) Nunc arguit, & ponit minorem. d. poſito enim q̃d ipſe ſciat ſimpliciter ſine quiditate. i. differenter ab eſſe, ponit concluſionem ſub forma quæſtionis. d. quomodo poterit eſſe ignorãs omnia alia præter eum (quaſi dicat non. (Cum procedunt.) probatur maior, & componitur ſic: nullum ſciens ſimpliciter, a quo procedunt omnia, ignorat illa. ſciens ſine quiditate differenter ab eſſe eſt id, a quo procedunt omnia. ergo nullum ſciens ſimpliciter ſine quiditate, &c. ignorat omnia alia. huius tangit minorẽ. d. cum procedant ab eo. (Qualis igitur etiam.) Nunc ponit quintam rationem, & poteſt ſic cõponi: illud, quod eſt homini mortuo plus propinquum, eſt vilius eo, quod ab illo eſt remotius. ſed Deus intelligens tantum ſe eſt propinquior homini mortuo ipſo homine viuo: ergo Deus eſt vilior homine viuo. minor probatur, quoniam homo duo habet, ſcilicet, quod intelligat ſe, & intelligat alia: mortuus quod neque ſe, neque alia: Deus eſt in medio, caret enim ſcientia aliorum, & quantum ad hoc conuenit cũ homine mortuo, & habet ſcientiam ſui, & in hoc differt ab eo: ergo, cum ſit in medio, eſt plus propinquus homini mortuo. inquit ergo, igitur qualis etiam eſt differentia inter eundem Deum, & hominem mortuum, niſi quia iſ ſe Deus ſeipſum nouit, & mortuus minime: & per hoc habetur minoris declaratio. (Amplius dicimus.) Nunc arguit contra illud, quod philoſophi volunt fugere. d. amplius dicimus, quod poſſumus eos compellere, vt concedant pluralitatem in Deo bene-

dicto, quod intendunt fugere hoc modo: videlicet, aut ſcientia Dei eadem eſt, qđ D
ipſe Deus, aut differunt adinuicem. ſi differũt, ergo ſtatim eſt pluralitas in Deo.
ſi ſunt vnum & idem, ergo qualis differentia eſt in hoc, & dictum dicentis, quod
ſcire hoc ſeipſum idem eſt, quod ipſum .i. nulla: idem enim erit dicere ſcientia
Dei non differt a Deo, & quod ipſe non ſcit niſi ſe tantum. Deſtruit hoc. d. ſed
hoc eſt ſumma fatuitas: quod declarat per exemplum hoc modo. d. homo nanq;
multotiens eſſentiam ſuiipſius ignorat, & ſcit quod eſt poſtea .i. accidentia: &
tunc, quandoque remouetur illa ignorantia arguendo ab accidentibus ad eſſen-
tiam, inquit modo, & hęc .i. ſcientia ſui & accidentium differunt adinuicem ſine
dubio: & videtur mihi quod Alg. voluit per hoc innuere hanc rationem: quicun
que ſcit difficilius, ſcit facilius: ſed Deum ſcire eſſentiam eſt difficilius, quã ſcire
poſteriora, vt patet in exemplo de homine: ergo ſciens eſſentiam ſuam ſciet po-
ſteriora. (Et licet.) Nunc oſtendit reſponſionem philoſophorum eſſe extra
propoſitum: ipſi enim credebant euadere a compoſitione in Deo, dicendo quod
Deus ſcit ſe tantum, ideo ſcientia eius non eſt compoſita. contra arguit Alg. d.
& licet diceremus quod Deus ſciuit ſeipſum, non ſequitur ex hoc, quod ipſe cũ
eius ſcientia ſit vnum, & idem: vt poſito quod homo ſciat tantum ſe, non ſequi-
tur ſcientiam hominis eſſe idem, quod homo. (Et, ſi forte.) Adducit euaſionem
philoſophorum ab hac replica. d. &, ſi forte dicti philoſophi dicerent quod ipſe B
Deus purus eſt intellectus abſque alia ſubſtantia, & per conſequens ſimilitudo
hominis, & Dei nihil eſt, quoniam homo materialis eſt, & compoſitus. contra
arguit. d. dicimus nos, ꝙ hoc eſt impoſſibile: cuius rationem ponit. & poteſt ſic
componi. omnis denominatio, & accidens additum intellectui, facit compoſitio-
nem: hanc maiorem ſupponit: explicat minorem. d. ſcientia enim eſt quædam
denominatio intellectus, quæ ſubiecto ſine dubio indiget, vt in alijs accidẽtibus
eiuſdem rationis reperitur. concludit errorem eorum. d. vnde dicimus ꝙ ex hoc
apparet defectus philoſophorum in pręſenti propoſito, & ordinat ſe ad ſequen-
tia, & ſermo eius patet: hæc igitur ſunt, quę continentur in præſenti dubio.

AVEROES.

Quo pacto debeat tradi ſciẽtia vulgaribus, et quo ſapientibus.

Ait Auer. Sermo in ſcientia Dei glo. de ſe, & de alio eſt prohi-
bitus, cum ſit topice hora diſputationis, quanto magis ponere
eum in ſcriptis. nam non peruenit intelligentia vulgi ad tales
profunditates. &, cum diſputatur cum eis in hoc, deſtruitur diuinitas
apud eos. quare diſputatio cum eis in hac ſcientia prohibita eſt, cum F
ſufficiat in felicitate eorum vt intelligant in hoc id, quod poteſt perci-
pere intelligentia eorum. Quare lex, cuius intentio prima fuit docere
vulgus, non defecit circa intelligentiam harum rerum de Deo glo. ex
eo ꝙ ſunt in homine, ſicut dixit ipſe glo. Non erit tibi Deus alienus.
& dixit Qui non vident, nec audiunt. & dixit Oculos habent, & non
vident. ſed indiguit ad faciendum intelligere aliqua de Deo glo. aſſi-
milatione eius inſtrumentis humanis, vt dixit Manus eius fundauit
terram, & dextra eius menſurauit cœlum. Et hæc quidem quæſtio eſt
propria ſapientibus, quos dedicauit Deus veritati, vnde non debent
poni in ſcripturis, niſi in libris poſitis in via demonſtratiua: & ſunt
quorum mos eſt vt legantur ſecundum ordinem, & poſt acquiſitionẽ
ſcientiarum aliarum, quæ impediunt multos homines a ſpeculatione
in eis modo demonſtratiuo, cum fuerint perfectæ creationis conueniẽ
tis cum paucitate reperiendi hanc creationem perfectam in homine.

Sermo

A Sermo autem de his rebus cum vulgo eſt, ſicut qui dat potum veneno rum multis corporibus animaliũ, quibus ſunt venena. nã venena ſunt res appropriatæ: quia aliquod erit venenũ proprium alicui animali, quod erit nutrimentũ in alio animali. & ſic eſt diſpoſitio in opinionibus cum hominibus, ſ. ꝙ aliquãdo erit opinio, quæ erit venenum in aliquibus hominibus, & nutrimentum in aliis. & qui ponit ꝙ opiniones oẽs ſint cõuenientes omnibus hominibus eſt, ſicut qui ponit oĩa eſſe nutrimentũ omnibus hominibus. & qui prohibet ſpeculationem ab eo, cui debet tribui eſt, ſicut qui ponit cibos oẽs venena omnibus hominibus. & non eſt ſic, ſed eſt in eis aliquod, quod eſt venenũ aliquibus hominibus, & nutrimentũ aliis. & qui dat venenum ei, cui eſt conueniens, debet inculpari, licet fuerit aliis nutrimentũ. & qui prohibet venenum ab eo, cui eſt nutrimentũ, ita ꝙ moritur, debet ẽt ei inculpari. & ſecundũ hoc res debet intelligi hic. & ideo, cũ errãt praui, & ſtulti, & dant venenum ei, cui debet venenũ tribui, ita ꝙ ſit nutrimentũ,

B debet Medicus conari in arte ſua ad medendũ ei. Quare licitum eſt nobis loqui de hac quæſtione in huiuſmodi libro. & niſi eſſet hoc, nõ teneremus ꝙ liceret nobis. ſed eſt rebellio expreſſa, aut ex rebus maximi fletus in terris, & pœna exprimentium eſt ſcita in lege. Et, cum impoſsibile ſit quin loquamur in hac quæſtione, dicimus in ea, ſecundũ ꝙ requirit vis loquelæ de ea in hoc loco apud eum, qui non eſt aſſuefactus in rebus, in quibus debet ſe exercere ante conſyderationẽ in hac quæſtione. Et dicimus ꝙ, cũ Philoſophi conſyderauerunt in omnibus comprehenſibilibus, inuenerunt ꝙ ſunt dupliciter. aliquod. n. eſt comprehenſibile ſenſu, & corpora exiſtentia in ſe demonſtrata, & accidentia demonſtrata in corporibus illis: & aliquod comprehenſibile in intellectu, & ſunt quiditates rerum illarum ſenſibilium, & naturæ earũ, ſcilicet ſubſtantiæ, & accidentia. Et inuenerunt ꝙ ea, quæ habent quiditates, in rei veritate ſunt corpora. Et intelligimus per quiditates cor-

C porum attributa reperta in eis, quibus corpora illa ſunt in actu, & appropriata in aduentu alicuius actionis, & operationibus prouenientibus ex eis. Differunt autem hæc attributa ab accidẽtibus apud eos. qm̃ inuenerunt accidentia res additas ſubſtantiæ demonſtratæ exiſtenti in ſe, indigentia quidem ſubſtantiis, in quibus exiſtunt, & ſubſtantiæ quidem non indigent exiſtentia eorũ in eis, ſ. accidentium. Et inuenerunt hæc attributa, quæ non ſunt accidentia, non addita ſubſtantiæ, ſed ſunt ipſamet verificatio ſubſtantiæ demonſtratæ, exiſtentis per ſe: ita quòd, ſi imaginaretur ablatio illorum attributorum, auferetur ſubſtantia. Et ſciuerunt hæc attributa in entibus demonſtratis, ſcilicet corporibus ex operationibus vniuſcuiuſque corporis, ex corporibus illis eis propriis. exempli gratia quoniam ipſi comprehenderunt attributum, quo fuit planta, planta, ex operatione eius ſibi propria: & attributa, quibus viuens eſt viuens, ex operationibus viuentis ſibi propriis. & ſic comprehenderunt ꝙ ſunt in inanimatis formæ huiuſmodi

Via, q̃ Philoſophi conſyderauerũt, earũque q̃ditates ac accidẽtia inuenerunt. Vide ſupra diſpu. 3.

ſibi propriæ propter operationes inanimatorum ſibi proprias. Deinde, cum conſyderauerunt in his attributis, ſciuerunt ꝙ ſunt in ſubiecto huius ſubſtantiæ. & cognitum fuit eis hoc ſubiectum ex conuerſione entium demonſtratorum ex ſpecie ad ſpeciem, & ex genere ad genus cum conuerſione attributorum, & mutatione eorum. v. g. conuerſio naturæ ignis ad aerem, cum aufertur attributum, ex quo prouenit operatio ignis. & eſt id, quo ignis eſt ignis: ad attributum, ex quo prouenit operatio aeris ſibi propria: & eſt id, quo aer appellatur aer. Et adduxerunt rationē etiam, ꝙ reperiatur hoc ſubiectū, ex eo ꝙ ſubſtantia demonſtrata patitur ab alio: ſicut aſſumpſerunt rationem de operatione ex parte formæ. quoniam impoſsibile eſt vt imaginetur ꝙ ſit actio, & paſsio ex re, quæ ſit vnius naturæ. Et crediderunt ex hoc ꝙ omnia corpora agentia, & patientia ſunt compoſita ex duabus naturis, agente, & patiente: & appellauerunt agens formam, & quiditatem, & ſubſtantiam: & appellauerunt patiens ſubiectum, fundamentum, & materiam. & patuit eis ex hoc ꝙ iſta corpora ſenſibilia non ſunt corpora ſimplicia, ſicut apparet ſenſui, nec compoſita ex corporibus ſimplicibus: cum omne corpus habeat actionem, & paſsionem. Et opinati ſunt ꝙ ea, quæ apprehendit ſenſus ex iſtis, ſunt corpora demonſtrata, compoſita quidem ex duobus iſtis: quorum vnum appellauerunt formā, aliud vero materiam. & id, quod comprehēdit intellectus ex iſtis, ſunt formæ, quæ ſiunt intellecta, & intellectus, cum abſtraxerit ea intellectus ex rebus, quibus exiſtunt; ſcilicet eo, quod appellauerunt ſubiectum, & materiā. & eſſe accidentium diuiditur intellectu in has duas naturas: licet ſubiectū eorū in rei veritate, ſcilicet ſedes, in qua fuerint, ſint corpora compoſita ex his duobus. Et, cum diſtinctæ fuerunt apud eos res intellectuales à rebus ſenſibilibus, & declaratū fuit eis ꝙ ſunt in ſenſibilibus duæ naturæ, quarum vna eſt potentia, alia vero actus, conſyderauerunt quæ duarum naturarū præcedit aliam: & inuenerūt ꝙ actus præcedit potentiam, cum agens ſit prius acto. Et conſyderauerunt in cauſis, & cauſatis. & finitur proceſſus in eis ad cauſam primam, quæ eſt in actu, & eſt cauſa prima oīum cauſarum, & affirmauerunt ꝙ ſit actus purus, & ꝙ in ea nihil ſit potentiæ omnino. nam, ſi eſſet in ea potentia, eſſet cauſata aliquo modo, & cauſa aliquo modo, & non eſſet prima. Et, quoniam omne compoſitum ex attributo, & re, cui attribuitur, eſt in eo potentia, & actus, ſequitur apud eos vt non ſit Primum, compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur. &, cum fuerit apud eos omne, quod eſt immune à potentia, intellectus, ſequitur apud eos, vt Primum ſit intellectus. Hæc eſt via Philoſophorum concluſa breuiter. Si autem fueris ex hominibus perfectæ creationis, diſpoſitæ ad recipiendum ſcientias, & eris ex hominibus conſtantiæ, & ocij, iubeo profecto tibi vt incumbas libris Philoſophorum, & ſcientiis eorum, ad hoc vt habeas id, quod eſt in libris eorum ex veritate, aut contrario eius. Si vero fueris ex eis, qui-

Paſsio ratio fuit inueniē. di ſubiectū: opatio vero formam.

D

E

F

A bus deficit vnum horum trium, iubeo vt incumbas dictis ſimplici-
bus legis, & non conſyderes in his credulitatibus, quæ fiunt in Mau-
ris. nam, ſi tu eris ex eis, non eris quidem nec ex hominibus verita-
tis, nec ex hominibus legis. & hoc eſt, quod mouit iſtos homines ad
credendum quòd hæc ſubſtantia, quam inuenerunt, ſit principium
mundi, & quòd ſit ſimplex, & quòd ſit ſciētia, & intellectus. Et, quo-
niam viderunt quòd ordo hic repertus in mundo, & partibus eius pro
uenit ex ſcientia præcedenti, determinauerunt quòd hic intellectus,
& ſcientia ſit principium mundi: quod fuit cauſa vt reperiatur, &. vt
ſit intellectum. & hoc profecto eſt diſtans à primis noticiis, & rebus
famoſis, ita ꝙ impoſsibile eſt vt exponatur vulgo etiam, & multis ex
hominibus: & eſt prohibitum ei, cui eſt veritas patefacere hoc ei, cui
non eſt via ad habendum veritatem. nam eſſet, ac ſi interfeciſſet eum.
Appellant autem ſeparatum à materia ſubſtantiam: quoniam inue-
nerunt definitionem propriam ſubſtantiæ, quòd eſt id, quod exiſtit

Vnde ordo mundi.

Et plura & diuerſa hic habētur quā in antiquo. Quid ſeparatū a materia

B per ſe. &, cum primum ſit cauſa omnis eius, quod exiſtit per ſe ex
entibus, ideo eſt dignius nomine ſubſtantiæ, & nomine entis, & no-
mine ſcientis, & nomine viuentis, & omnium rerum, quas influxit
entibus, & præcipue, & quicquid eſt earum ex attributis perfe-
ctionis. Reliquum vero, in quo vituperauit iſte vir hanc opinio-
nem, eſt res cui non eſt inſpiciendum niſi à vulgo, & vilibus homi-
nibus, & ſunt quibus prohibitum eſt eis audire hunc ſermonem.
Et, cum dixit & quæ pulchritudo eſt enti ſimplici, non habenti
quiditatem, nec verificationem, nec ſcientiam eius quod fit in mun-
do? nec eius, quod ſequitur ex ſubſtantia eius, & prouenit ab ea?
vſque ad finem ſermonis, eſt ſermo corruptus totus. Nam, ſi ipſi po
nerent quiditatem remotam à ſubiecto, tunc profecto erit remota ab
attributis, & non erit ſubiectum attributis, niſi eſſet in ſubiecto, &
eſſet compoſita ex natura potentiæ, & natura actus. Et eſt habens

C quiditatem, quæ eſt ſimpliciter. & entia non erunt habentia qui-
ditatem, niſi mediante ea. Et eſt ens ſcientię de entibus ſimplici-
ter: quoniā entia ſunt intellecta, & reperta ex ſcientia eius de ſeipſo.
nam, cum fuerit ipſum cauſa quòd entia reperiantur, & ſint intelle-
cta, & ſunt entia in quiditatibus ſuis, & intellecta propter ſcien-
tiam eius, ergo ipſum eſt cauſa quòd quiditates eorum reperian-
tur, & ſint intellecta. Philoſophi autem negauerunt de eo quòd ſit
ſcientia eius de entibus, vt ſcientia hominis de eis, qui eſt cauſatus ab
eis. ergo ſciētia eius de entibus eſt in cōtrariū ſciētię hominis, cū fuerit
facta demōſtratio de hac ſpecie ſciētiæ. attā ſecundū opinionem ſectę
Aſſarię nō habet oīno quiditatē, nec ſubſtantiam. quoniam eſſe ſub-
ſtantię non habentis quiditatem, nec quòd ipſa ſit quiditas, non in-
telligitur: licet quędam pars Aſſarię ſectę opinetur quòd ſit quiditas
ei propria, qua diſcernitur ſubſtantia eius ab aliis entibus. & hęc qui-
ditas apud Sophios eſt quod ſignificatur per nomē Dei magni. Cum

Intellect' prim' habet q-ditatē ſimpliciter: reliqua vero entia habēt quiditatem ea mediante.

autem dixit, iterum dicatur iſtis non euadunt à pluralitate cũ reductione eorũ in hanc vilipenſionem. nam nos dicimus aut ſcientia eius eſt alia à ſubſtantia eius, aut eſt eadem. ſi dicitis ꝙ ſit alia, ecce ꝙ eſt pluralitas. ſi vero dicitis ꝙ ſit eadem, quæro quæ differentia eſt inter vos, & dicentem ꝙ ſcientia hominis de ſe ipſo eſt ipſemet, eſt profecto ſermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. & qui loquitur in eo eſt dignior hominibus verecundia, & vituperio: qm̃ eſt inconueniens vt perfectũ remotum ab attributis innouationis, & mutationis, & diminutionis ſit in denominatione diminuti, & mutabilis. nam homo, ex eo ꝙ eſt quid compoſitum ex ſubiecto, & ſcientia reperta in hoc ſubiecto, neceſſe eſt vt ſit ſcientia eius alia à ſubſtantia eius aliquo modo, vt dictum eſt, cum ſubiectum ſit cauſa mutationis ſcientiæ, & ſubſtãtiæ. Et, quoniam homo eſt homo, & dignior omnibus entibus ſenſibilibus, propter intellectum copulatum ſubſtantiæ ſuæ, non ex ſeipſo neceſſe eſt vt ille, qui eſt ex ſeipſo intellectus, ſit dignior omnibus entibus, & ſit remotus ab omni diminutione, quæ reperitur in intellectu hominis. Et, cum dixit, ſi autem dicatur ſubſtantia eius eſt intellectus, & ſcientia, nec habet ſubſtantiam, & poſtea ſcientiam exiſtentem in ea, dicimus ꝙ ſtultitia apparet in hoc ſermone. nam ſcientia eſt attributum, & accidens determinans rem, cui attribuitur. Et ſermo dicentis de nigredine, & albedine, & eo, quod exiſtit ex ſe, & quãtitate, & quadratura, & trinitate ꝙ conſiſtat in ſe, & ſic in omnibus accidẽtibus, vſque ad & ſic in aliis attributis, dicimus quòd malignitas, & fallacia magis videtur in ſermone eius. quoniam declaratũ eſt, ꝙ reperitur aliquod attributum, quod eſt dignius appellari ſubſtantia, quàm ſubſtantia exiſtens per ſe, & eſt attributum, quo hæc ſubſtantia, exiſtens per ſe, exiſtit per ſe. nam declaratum eſt ꝙ ſubiectũ huius attributi non eſt aliquid exiſtens per ſe, nec repertum in actu, ſed ineſt ei exiſtentia per ſe, & eſſe in actu ex hoc attributo, & eſt in ſuo eſſe modo, quo ſit recipiens accidẽtia, licet appareat in aliquo eius ꝙ indigeat ſubiecto in rebus, quæ mutantur. quia fundamentum in accidentibus eſt vt exiſtant in alio: & fundamentum in quiditatibus vt exiſtant in ſe, niſi id, quod euenit hic in rebus generabilibus, & corruptibilibus de indigentia quiditatum earum ſubiecto. & hoc profecto attributum eſt diſtantiſsimum omnium à natura accidentium: & aſsimilari apud eum ſcientiam, quæ eſt ibi accidentibus, quæ ſunt hic, eſt in vltimitate mollitiei: & eſt quid debilius, & leuius ſermone eius, qui dicit animam eſſe accidens, vt trinitatem, & quadraturam. Et hoc ſufficiat in deſtructione huius ſermonis totius, & debilitatis eius. Et appellatur hic liber Deſtructio ſimpliciter, non autem deſtructio Philoſophiæ. O quantum eſt diſtans natura ſcientiæ à natura accidentis, & præcipue ſcientia primi glo. & cum fuerit in vltimitate diſtantię à natura, accidens eſt in maxima remotione indigentiæ ſubiecti.

Homo eſt dignior ceteris ſubſtãtijs ſẽſibilibus.

D E F

A Nunc Auerro. vult reſpondere dictis Algazel. & primo proponit excuſationem eius. ſecunda ibi (Vnde redibimus.) incipit declarare veritatem de dictis ab illo, inquit ergo, Dicimus nos, quod loqui de ipſius Dei glorioſi ſcientia, videlicet tam de ſe, id eſt, ſcientia eius, quam de alijs ſcibilibus entibus, non licet, immo prohibetur manifeſte a legibus noſtris ſcilicet, non modo dialetico, ſeu topicali, ſed etiam ſophiſticali, & maxime ſup. prohibetur ponere in libris, qui ad manus cuiuslibet peruenient. (Et quia vulgus, vt manifeſtum eſt.) Nunc ponit quid iam ſequitur ex illo, dicens, & quia vulgus, vt manifeſtum eſt, nequit comprehendere veritatem talium ipſorum, ſcilicet, vulgarium, ruditateque pro &, rerum ſubtilitate, ideo inducit eos ad inſudandum, vt negligant pulchritudinem diuinitatis: concludit illud, dicens, & ideo non ſunt talia omnibus liberanda, multa enim incongrua poſſunt ex hoc oriri. Tunc dat differentiam inter vias legis, & philoſophiæ, dicens, & hæc eſt cauſa, quare via ponentium leges differt a via philoſophorum, ſcilicet quia via legis ſimplex, & narratiua ponitur: cuius rationem ait, namque pro quia, ſi forte demonſtratiue loqui inſudauerint ſe, & vulgares obijcerent eorum auctoritatibus, id eſt, rationibus, & excitarent dubia, & argumenta ſophiſticalia, igitur dicta verba legis eſſent in fine, id eſt, tandem in errore: vult ergo Auerro. quod lex debet poni ſine ratione: quoniam, ſi poneretur cum ratione, ita quod tantum credatur propter rationem, tunc vulgares, ſi reſponderēt illi rationi, forte crederent oppoſitum legis: & iſtud dictum Auerro. eſt etiam verum ſecundum legem noſtram: debēt enim theologi tantū rationibus cōtra legē ſoluere, & non rationes apponere pro lege. (Vnde valde.) & cū dixit hoc, cōmēdat dictū cōe, & dicit, vnde, valde ſunt laudanda verba dicentis, quod qui tradit vulgo, ſimilis eſt ei, qui dat venenum quibuſdam corporibus quorundā animalium, videlicet, quod illud venenum fit eis mortificabile: venena nāque ſunt res relatiuæ, quia aliqua ſunt venena alicui animali, alicui vero ſunt cibaria: vnde ſimile eſt de propoſitis dubijs cū vulgo: & ideo ſemper decet dare cuilibet id, quod ſuę naturę competit. Debes ſcire, quod hic homo fatuus fuit quantum ad hoc, credit enim omnes leges eſſe datas ab hominibus, vt Auicen. dicit 10. Metaphy. ſuæ cō. 2. & credit quod legislator debet aſpicere inclinationē populorū prouinciæ, & ſecundum eam ponere leges, ſicut fecit Mahumetus, qui vidēs ſaracenos maxime inclinatos ad ſcortum, conceſsit eis vxores innumerabiles, & multa mirabilia, quæ narrat in libro ſui noui ordinis, qui dicitur Alcoranus, & in hoc mentitur hic homo, immo apparet propter hoc legē noſtram non potuiſſe eſſe niſi ex Deo: in qua. n. lege pręcipitur paupertas, caſtitas, & obedientia pluſquā in noſtra, ſunt. n. contra inclinationē noſtram hæc tria: & ideo, cū auctor noſtræ legis vicit nos his, non potuit eſſe niſi Deus: immo videmus Auicen. in com. ſuæ Metaphy. c. 7. deridere Mahumet. ait enim, lex noſtra, quā dedit Mahumetus, oſtendit diſpoſitionē felicitatis, & miſerię, quæ ſunt ſecundū corpus, alia eſt promiſsio, quę attēditur ſecundū intellectum & argumentationē demonſtratiuam, vt prophetia approbat: & hęc eſt felicitas, & miſeria animarum, quæ probantur argumentationibus, quāuis noſtra eſtimatione debiles ſint ad imaginandum eas, nunc propter cauſas, quas ego oſtendam: ſapientibus vero theologis maior cupiditas fuit ad conſequendam hanc felicitatem, quā felicitatem argumentorum, quę quāuis daretur eis, iſi non attendunt eam, nec appreciati ſunt eam in cōparatione huius felicitatis, quæ eſt cōiunctio primę veritatis: hęc ille: vbi aperte dat intelligere illā legē eſſe poſitā ad populi inclinationē magis quā ad veritatem, & hominum ſalutē: ideo apparet aperte legem noſtram eſſe veram, & ex Deo poſitam immediate. (Et nos.) Nunc cōcludit cauſam, quare vult differre ab his alio modo, & inquit, Et nos idcirco, quia in hoc libro cū philoſophis veracibus intendimus licite loqui, igitur eſt nobis de prędictis tractare hic latenter, alio enim modo eſt cauēdum valde a nobis: & ſic vult loqui hic cum difficultate, quoniā nō vult intelligi a vulgaribus, ſed tātū a peripatheticis. (Vnde redibimus.) Cū propoſuit excuſationē, nunc exequitur, & primo accipit quædam fundamēta, & inquit, vnde redibimus ad propoſitū dicentes, qd peripathetici tractantes de omnibus cōpre-

Differētia inter viā philoſophorū, & legis.

B

Permiſsio legis Mahumeti.

C

henſibilibus, inuenerunt comprehenſibilia eſſe duobus modis, videlicet, poſ- D
ſibilia ſenſibiliter, vt corpora indicabilia, id eſt, demonſtrata indiuidua, & actualia exiſtentia in eodem genere: eſt ergo vnum genus comprehenſibilium ſenſibile, vt indiuidua demonſtrata (Et comprehenſibilia.) Nunc ponit ſecundum genus, & inquit, & comprehenſibilia ab intellectu, vt ſunt quiditates ſenſibilium eorum, & ipſarum naturæ, id eſt, formæ ſubſtantiarum ſenſibilium, & accidentium. Eſt ergo ſecundum genus comprehenſibile quiditas rei ſenſibilis, ſiue accidentis, ſiue ſubſtantiæ: hoc eſt ergo vnum fundamentum Auer. quod, ſcilicet, comprehenſibile eſt duobus modis, ſcilicet, ſenſu, & intellectu: ſenſu, vt indiuiduũ demonſtratũ: intelligẽtia, vt quiditas rei ſenſibilis. (Inuenerũt.) Nunc declarat quorũ eſt quiditas, quæ ab intellectu comprehenditur, & inquit, & inuenerunt dicti philoſophi quod res quiditatẽ habentes ſecundũ veritatem ſunt corpora id eſt compoſita ex materia & forma. (Et intẽdimus.) Poſſet quis ambigere, hæc diuiſio non eſt ſufficiens: quoniam ſunt quædam, quæ non ſunt ſubſtantiæ, nec accidens, vt ſunt propria ſubſtantiarum. Cui reſpondet. d. & intendimus ſub accidentis nomine de quibuſdam denominationibus in eiſdem corporibus exiſtẽtibus, ex quibus, id eſt propter quæ dicta corpora actualia reperiuntur, id eſt propter quæ corpora compoſita ſunt, & propter quæ præparantur, vt ab eis aliqua procedant corpora.

Elemẽta, & mixta habẽt duplex eſſe.

Debes ſcire, vt accipitur ſecũdo perigeneſeos, elementa, & mixta habere duplex eſſe, ſcilicet ſenſibile, & entitatiuũ ſeu quiditatiuũ. quantũ ad primum eſſe requiruntur qualitates primæ, ratione quarũ habent eſſe tale, & ratione quarum agunt & patiuntur. Secũdo modo B
non requiruntur, cum vt ſic, abſtrahant ab eis. vult ergo quod ſub genere accidentis cõtineantur talia propria corporibus ſenſibilibus. (Et differunt) quia poſſet quis dicere, an illa ſint abſolute accidentia: ſoluit, & differunt hæ denominationes ab accidentibus apud philoſophos, eo ꝙ accidentia ſunt res additæ ſuper ſubſtantiam indicatam, id eſt demonſtratã per ſe exiſtentem, id eſt indiuiduũ, & dictæ denominationes non ſic ſe habent, immo ipſæmet idem ſunt quod ſubſtantiæ rerũ indicatarũ, id eſt demonſtratarũ per ſe exiſtentium. Et, quia huiuſmodi diſpoſitiones nõ ſunt idẽ ſecundũ rẽ ipſis ſubſtantijs, ſtatim ſe limitat, & ait: itaq;, ſi imaginaremur remotionẽ dictarũ denominationum, ſubiectũ totaliter remouetur. eſt ergo ibi identitas inſeparabilis, & non identitas eſſentiæ: & in hoc errãt multi, qui credũt ſubiectũ, & propriũ eſſe vnã rẽ: & eſt error maximus & in Metaphy. deſtruitur: patet ergo qualiter nõ ſunt abſolute accidẽtia, ſed quodammodo. (Et inueniemus.) Nũc ponit artẽ, qua huiuſmodi denominationes inſunt, vel reperiuntur ineſſe ſubiectis, & inquit, & inueniemus veritatẽ harũ denominationũ, quæ rebus indicatis reperiuntur, id eſt quæ rebus demonſtratis inſunt ab operibus cuiuslibet corporis. Verbi gratia, repertũ eſt ab eis, quare plãta ſit vegetatiua: ratione, videlicet cuiuſdã operis ſibi proprij, vt eſt vegetare: F
ſimiliter, de animalibus ex quibuſdã proprijs operibus cuiuslibet eorũ reperitur ſup. proprium eius, & eodẽ comprehẽderunt formas brutorum, videlicet ex virtutibus, & actionibus proprijs ipſorum in eis: modus ergo eſt ex operationibus proprijs rebus: propria enim operatio arguit virtutẽ propriã: & hæc eſt denominatio, quæ competit ſubſtantiæ per ſe. (Amplius.) Nunc dat artẽ inueniẽdi, qualiter huiuſmodi diſpoſitiones ſint ſubſtantiæ rerũ, & inquit, amplius inueniemus, ꝙ hę denominationes ſunt in ſubiectis earũ ſubſtãtię: oſtẽdit. n. hoc. d. & hoc inuẽtũ fuit ab eis ex cõuerſione dictarũ denominationũ, vel permutatione entiũ de ſpecie ad ſpeciẽ, aut de genere ad genus: vt permutatio naturę ignis ad aquã, videlicet quia remota denominatione, i. proprio accidẽte, ex aqua fit ignis, & ab eodẽ accidente proprio poſt procedit opus igneum, qm̃ ignis genitus ignit lignum, &c. Patet ergo nunc ars inueniendi huiuſmodi propria accidentia eſſe ſubſtantias corporum.

Quæſtio.

SED IN HIS eſt locus quæſtionis: quoniam, vt dictum eſt primo Phyſicorum, Impoſſibile eſt accidens vnius eſſe ſubſtantiam alterius, ſic, quod vere eſt nulli accidit: quomodo ergo huiuſmodi propriæ qualitates poſſunt eſſe ſubſtantiæ elementorum, cum ſint accidentia in illis? Præterea, Auer. declarauit

A in 5.Phyſi.commen.10.huiuſmodi qualitates non eſſe ſubſtantias elementorũ: hic autem dicit totum oppoſitum. In iſta quæſtione fuit opinio Alexan. vt narrat Auer.5.Phyſi.commen.10.ſcilicet quod qualitates primæ in corporibus mixtis ſunt accidentia, in elementis ſunt ſubſtantiæ.huius autem rationem dixit Alex.quoniam Ariſto.in prædicamentis dixit, ꝙ ſubſtantiæ nihil eſt contrarium,in lib.autem de generatione,vt in 2.tex.commen.49.dicit ꝙ ignis eſt contrarius aquæ,& terra aeri:modo hoc non poteſt verificari, niſi ponendo ꝙ huiuſmodi qualitates ſunt ſubſtantiæ elementorum,& non ſubſtantiarum mixtarũ. Põt hęc opinio adhuc probari:quoniam,vt Auic.inquit in epiſtola de cauſa,& cauſato.cauſa eſt id,ad cuius eſſe ſequitur aliud:ſed ad eſſe harũ qualitatũ ſequitur elementum,& ad remotionem remouetur:ergo in prima figura qualitates illæ ſunt cauſa elementi:vel igitur agentes,vel formales,vel finales, vel materiales.non agentes, vt dictum eſt in diſputatione tertia:nec finales; cũ ſint deteriores:nec materiales,cũ ſubiectum ſit materia accidentium.4. Met.cõ.2.formales igitur,& per conſequens ſubſtantię:qm̃ forma,vt dicetur in hoc loco,dicitur ſubſtantia eius,cuius eſt forma. Præterea omne illud, per cuius variationẽ res variatur ĩ nomine & definitione,eſt ſubſtãtia illius, vt Auer.inquit.1.Phy. cõ.73.& in 1.cap.de ſubſtãtia orbis.ſed, per variationẽ qualitatũ primarũ elementa variantur in nomine,et definitione:ergo ſunt ſubſtãtię elementorũ.

B Pręterea,omne illud,per qđ res naturalis exit in ꝓpriã operationẽ, eſt forma eius: quia,vt dicetur ſtatim,actio facit ſcire formã,paſsio materiã: & hoc dictũ eſt.8. Meta.com.12.ſed per huiuſmodi qualitates elementa exeunt in ſuis ꝓprijs operationibus,vt dictum eſt in lib.de generatione, & de ſenſu & ſenſato: ergo, vt prius. Pręterea illud, per quod res definitur, eſt ſubſtantia rei definitę: ſed Ariſto.docet 2.perigeneſeos definire elemẽta per huiuſmodi qualitates primas: ergo hmõi qualitates ſunt ſubſtãtię elementorũ: iſtę ergo poſſunt eſſe rationes, quibus Alex forte credidit illã poſitionẽ,quã ſibi impoſuit Auer. ibi Auer. aũt 5.Phy.com.10.cõtradicit huic opinioni,vt inquit,impoſsibile eſt, vt aliquid in aliquo ſit de aliquo prędicamẽto,& in alio de alio,ita ꝙ calor ſit in hoĩe de qualitate,& in igne ſubſtantia. Impoſsibile ergo eſt vt calor ſit qualitas mixti, & ſubſtantia elemẽti. Pręterea, Ariſt.in lib. de ſenſu dixit. nullã ſubſtantiã eſſe principiũ immediatũ ſuæ operationis:ſed calor eſt principiũ immediatũ operationis ignis:ergo calor nõ eſt ſubſtantia ignis. Confirmatur,dicit.n.ꝙ ignis agit,inquantũ calidũ,& nõ inquãtũ ignis:modo qđ dicit ly ignis non materiã, vt dicit Ariſt. quia reduplicatio illa nihil eſſet.ergo formam. Propter hęc Io. Iand.5.Phy.opinatus eſt hãc non fuiſſe opinionẽ Alex. inquit.n.verecundum enim eſt tãto philoſopho,& ſic ſubtili,ſicut fuit Alexã, attribuere talẽ errorem

Quid ſenſit Ioã. de opinióe Alex.

C manifeſtũ,ꝙ qualitas ſit ſubſtãtia:hęc.n.propoſitio eſt immediata, nulla qualitas eſt ſubſtantia,vt dicitur primo poſte.ſed oĩs qualitas eſt qualitas: ergo nulla qualitas eſt ſubſtãtia:arguitur ergo ſic:nulla qualitas eſt ſubſtãtia.omnis forma ſubſtãtialis eſt ſubſtãtia:ergo in primo ſecũdę:nulla forma ſubſtãtialis eſt qualitas.ꝙ autem iſtam rationẽ ignorauit Alex.nõ credo,quãuis quaſi oẽs loquentes de hac materia vſque nunc, dixerint iſtam fuiſſe opinionẽ eius:ecce, quomodo Io.palam deteſtatur Auer.quem viſus eſt ſequi ſemper. Sed hic bonus homo nihil.d.ꝙ enim illa fuerit opinio Alex. apparet ab eo aperte in lib. de ſenſu. cap.de ſapore.particula illa.Si igitur aquę eſſe eſt in frigiditate,&c.vbi mouet quæſtionem, & ſoluit,& in ſolutione ponit opinionẽ eius, & Io. tantũ accipit verba quæſtionis,& tacuit verba ſolutionis,vel propter maliciam,vel quia accepit ab alio,qui non vidit Alex.& tu vide eũ:& noluit adducere verba eius, quoniam ego poſui illa in tractatu de ſubſtantia orbis, quem ſcripſi multis diebus. Pręterea,quid dicit iſte homo:nonne Themi. eſt maioris auctoritatis ꝙ̃ ipſe? attamen ait.5.Phyſi.ſic. huic occurrit Alex. conceditq; nonnullas ignis qualitates eſſe qualitatibus aquę contrarias,frigiditatem caliditati, & humiditatem ſiccitati:nec tamen, ex eis accipi vult, vniuerſum ignem eſſe aquę contrariũ:quippe quę nõ ex qualitatibus tantũ,ſed ex alijs quoq; corpuſculis conſtent ecce ꝙ Themiſtius refert quaſi verba formaliter Alex,in lib.de ſenſu,c.

Cõtra Io.

dicto. quomodo ergo Ioan. præſumpſit dicere illud? propter quod verecundetur D hic homo, qui parum, aut nihil ſciuit. licet præſumpſit ſcire: opinio ergo Alexan. eſt, vt dicit Auer. & The. ſine dubio. Et, poſtquam impugnata eſt opinio Alexan. ſupereſt modo declarare mentem Auerr. in huiuſmodi quæſtione.

Pō Auerr. Dupliciter elemētū pōt capi.

Vbi debes ſcire quod elementum poteſt dupliciter accipi: vno modo in ſe, & quo ad eſſe eius: alio modo, quo ad nos, prout ſcilicet a nobis cognoſcitur, & intelligitur: primo modo, adhuc elementum poteſt accipi vt habet eſſe quiditatiuum, & ſubſtantiale: alio modo, vt habet eſſe naturale, & tertio, vt habet eſſe operatiuum, videlicet vt agit & patitur: ſi ſecundo modo, vel intelligitur actu phyſicali, vel actu metaphyſicali. His habitis, dicendum ꝙ ſi elementum conſideratur quo ad eſſe quiditatiuum in ſe: vt ſic, qualitates non ſunt eſſentia, neque pars eſſentiæ elementi, immo tota eſſentia elemēti, vt ſic, erit forma, & deferens eſſentiā erit materia, vt declaraui ſuperius: & ſic verificatur dictum Auerro. 5. Phyſi. commen. 10. vbi contra Alexan. dixit qualitates non eſſe formas elementorum, & 8. Metaphyſi. commen. 5. vbi oſtendit huiuſmodi qualitates non eſſe ſubſtantias elementorum. Si autem conſideratur, quantum ad eſſe naturale, vt ſic, qualitates ſunt ſubſtantiæ ſeu eſſentiæ elementorum: quoniam, quantum ad eſſe philoſophicum & naturale qualitates ſunt principia eſſendi naturaliter eorum, eo quia ipſis ablatis aufertur ſubſtantia eorum, & ipſis poſitis ponuntur ſubſtantiæ elementorum: immo, ſic ſunt propria elementorum: & B elementa intenduntur & remittuntur ſecundum intentionem & remiſsionem harum qualitatum, vt 3. Cœli. dicit, commen. 67. & ſic poteſt verificari dictum eius hic. & 3. Cœli. commento. 30. 31. & 32. vbi ait. Deinde, poſt hæc perſcrutabitur de qualitatibus, & quantitatibus eorum, id eſt quæ eſt ſubſtantia elementi, & ſi ſunt corpora, & quæ corpora ſunt, & quorum ſunt elementa. Deinde perſcrutabitur de qualitatibus eorum, per quas ſunt elemeñta: ecce, quomodo ponit elementa eſſe per huiuſmodi qualitates, & illas eſſe ſubſtantias elementorū.

Nota.

Tertio dico, quod ſi conſiderentur elementa, quantum ad eſſe actiuum & paſsiuum, vt ſic, qualitates ſunt naturæ & formæ naturales elementorum, eo quia ſine huiuſmodi qualitatibus elementa non poſſunt operari nec actiue, neque paſsiue. quoniam, vt dicitur in lib. de ſenſu, ignis non agit inquātum ignis, ſed inquantum calidus: & ſic verificatur dictum Ariſto. 2. Perigeneſeos, vbi dixit elementorum differentias eſſe qualitates tangibiles: ſi vero conſideretur quo ad nos, vt ſic, dicendum quod qualitates ſunt quiditas, vel differentiæ elementorum, quoniā non poſſunt intelligi a nobis quo ad differentias proprias, ideo vtimur qualitatibus loco illarum, vt dicit Auer. 5. Phyſi. com. 10. & 8. Meta. com. 5. & in lib. de ſubſtātia orbis: ſi vero cōſiderentur conſideratione Metaphyſica. ſ. inquantū ſubſtātię ſunt: vt ſic, ſola forma & materia eſt principiū eſſentię & quiditatis, immo forma, vt dixi, ſolū. Dicendū ergo. ꝙ qualitates ſunt F vno modo formę, ſeu eſſentię elementorū, ſiue ſubſtātię, alio modo naturę elementorū, alio modo quiditates, ſeu differētię elementorū. ſunt quidem formę, ſeu ſubſtantię, ſeu eſſentię, prout habēt eſſe elementa per illas in eſſe naturali. ſunt quoque naturæ, prout elementa habent agere, vel pati propter illas. ſunt tertio quiditates, & differentiæ, prout definitur a nobis philoſophica, & naturali definitione: & ſic colligendo dicta Auer. quædam cum quibuſdam, verificabuntur illa, quæ inuicem repugnare videntur.

Solutio ad argumenta Alexan.

Ad argumenta pro Alex. ad primū dicendum, quod elementa ſunt contraria, non quo ad ſubſtantias pure quiditatiue ſumptas, ſed quo ad qualitates: & eſt ſolu. Auer. in 5. Phy. cō. 10. & in primo. c. de ſubſtantia orbis. Ad ſecundum, reſpondet Auer. 5. com. 8. Meta. d. & ignis aufertur mediante calore, non primo, neque per ſe, ſed mediante ablatione formę ignis: ſicut, qñ aufertur riſibilitas, aufertur homo, ſed nō primo, ſed mediante ablatione rationabilitatis: et ſic per idem patet ad tertium formaliter. Ad quartum ſolutio patet: ſunt, n. qualitates de eſſe elementorum prout agunt, vel patiuntur, vt dicebā. Ad quintū ſolutio Auer, fuit dicta, quod nō ponuntur tanquam differētię, ſed prout ſunt vicinę differētijs proprijs, & prout elementa conſiderātur conſideratione philoſophica, & naturali: & ſic patet ſolutio quęſtionum &

A opi. Auer. opus eſt ergo, vt ad ſermonem eius veniam, ipſum, vt prius exponendo. (Vnde patet quod ipſi) Habitis his, conducit modū, quo materia inuenitur, et modū, quo forma, & inquit. vnde patet quod ipſi ſumpſerunt ſignum ſubiecti, i. materię ex paſsionibus, ſicut ſignū formę reperiūtur ex actionibus. cuius rōnem apponit. d. impoſsibile eſt. n. quod actio, & paſsio ab vna & eadē re procedant. & ſic apparet illud dictum in. 8. Meta. com. 12. vbi poſitum eſt quod actio fecit ſcire formam, transmutatio materiam. Et debes ſcire, vt capitur. 9. Meta. com. 3. quod materia per ſe patitur corruptiue. i. eſt ſubiectum per ſe corruptionis, forma aūt per accidens rōne materię: dictum ergo Auer. intelligi debet de actione, & paſsione corruptiuis, qm̄ de actione & paſsione perfectiuis, & æquiuocis ſatis poſsibile eſt idē agere in ſeipſum, vt patet de forma materiali, quę prout eſt forma, agit, prout eſt in materia, recipit motum, vt patet. 3. cœ. cō. 28. & 4. cœli. cō. 22. & 8. Phy. com. 40. & ſic patet dictum hoc. (Quare deſinitiue.) Iterum ex hoc conducit aliud. d. quare deſinitiue poſuerunt ꝙ oīa corpora ex duabus naturis. ſ. ex agente, & patiente. ſ. ex materia, & forma componuntur, & ſtatim exponit terminos. d. nuncupatur. n. agens forma, et quiditas, & ſubſtantia; & patiēs appellatur ſubiectum, elementum, & materia. dr̄ quidem agens forma, prout eſt principium operationis. dr̄ quiditas, prout eſt principiū intelligendi rem. dr̄ ſubſtantia, ſeu eſſentia, prout eſt principium eſſendi. dr̄ quoq; patiens ſubiectū, ꝑut

materia p ſe eſt ſubiectū corruptionis forma vero p accidens.

B ſubeſt accidentibus, & diſpōnibus, & formis. dr̄ elementum, prout in ipſum reſoluitur compoſitum. dr̄ materia, prout manet in re compoſita. (Et apparuit eis.) Nunc probat illud correlarium, & primo proponit illud. d. & apparuit eis ꝙ corpora ſenſibilia. i. gñabilia & corruptibilia non ſunt ſimplicia, et ſpecialiter apparet ad ſenſum de illis, q̄ minus videntur, videlicet de corporibus ſimplicibus. i. elementis eſſe compoſita: & apponit rōnem. d. quodlibet nanq; corpus ſimplex actionem & paſsionem habet. & huic addo iſtam maiorem. & oē habēs actionē & paſsionē eſt corpus cōpoſitum, ergo quodlibet corpus ſenſibile eſt corpus cōpoſitum. (Præterea opinantur.) Nunc verificat illud, quod a principio accepit d. pręterea ſup. apparet ꝙ verum eſt id, quod opināntur. ſ. ꝙ id, quod de prędictis duabus naturis ad ſenſum comprehenſis ex materia & forma compoſitis tm̄ ab intellectu comprehenditur, eſt forma: cuius rōnem dat, d. quia formę ſunt intelligibiles ſemper, & intellectus. i. res intellectę, qn̄ ſeparantur a ſubiectis earū ab humano intellectu. i. qn̄ fiunt vniuerſales per remotionem conditionū materiæ. Et debes ſcire, ꝙ materia ēt intelligitur, ſed non per ſe primo. cum non intelligitur niſi in analogia ad formam, vt declaratum eſt in libro Phy. id ergo, quod per ſe, & proprie intelligitur, eſt forma; quoniam illa eſt proprie & per fundamentū vniuerſalitatis, vt. d. Auer. primo Meta. com. 27. & 17. & alibi. (Similiter.) Nūc

Materia nō intelligit̄ niſi per analogiam ad formam.

C vult loqui de accidentibus, & inquit, ſimiliter eſſe accidentium diuidit in intellectu ad has duas naturas, id eſt, ad materiam & formam. ponit tamen differentiā aliquam. d. licet ſubiectum verum, & proprium eorum ſit corpus compoſitum ex prędictis duabus naturis, ſcilicet materia & forma.

Secunda.

Sed, in hoc eſt locus quęſtionis non paruus. ait. n. Auer. accidens non habere materiam, niſi compoſitam, & per conſequens tm̄ materiam in qua, & non ex qua ſit. Hoc & dictis eius, & rationibus oppugnare vr̄. Dictis quidē, qm̄ 3. de Anima. cō. 5. & 14. ait. ꝙ nulla intelligentiarum eſt liberata a materia, pręter primam: cum igitur quodlibet accidens ſit quęlibet intelligentia compoſitus, quodlibet accidens erit in materia. & nullum eorum liberatum a materia. Prętęrea. 12. Meta. com. 17. & 25. vult ꝙ forma ſimplex, & liberata a materia ſubiectum non poſsit eſſe. cū igitur multa accidentia ſint ſubiecta; vt quantitas, & alia, ergo &c. Pręterea. 7. Meta. com. 35. voluit ꝙ ſi mathematicalia abſtrahāt a materia ſenſibili, non tñ a materia intelligibili: ergo, cum mathematicalia ſint accidentia, oportet accidentium concedere aliquam ſpeciem materię. Rationibus quoq; : qm̄ oīs forma educta de potentia materiæ habet materiam, ex qua ſit, vt manifeſtum eſt per ſe. 8. Meta. cō. 15. Sed accidentia ſunt formę, quę educuntur de potentia materię, cū non ex nihilo creentur, vt conſtat: ergo accidentia materiā habent ex qua fiunt. Pręterea omne generabile & corruptibile de-

bet eſſe compoſitum ex materia & forma, vt Auer. pluribus cōmē. octaui. ſ. 78. D
79. & 83. & 12. Meta. cō. 10. & primo cœli, cō. 20. & alibi demonſtrat. accidē-
tia maxime ſenſibilia ſunt gn̄abilia & corruptibilia, ergo ſunt cōpoſita ex mate
ria & forma. hoc ergo, quod hic. d. Auer. & dictis, & rōnibus opponere vr̄ qua-
re, &c. Oppugnat ēt eis, q̄ dicit Ariſt. 9. Meta. vbi voluit ꝙ oīs forma ſimplex
eſt tm̄ actus, & non potentia. cū igitur accidens eſt forma ſimplex, erit tm̄ actus.
In oppoſitum eſt, quod Ariſt. dicit. 8. Meta. vbi ait. nec quęcunq; itaq; natura
quidem, non ſubſtantia vero non eſt his materia, Sed quod ſubijcitur ſubſtāria.
puta quę cā eclypſis? quę materia non eſt, ſed luna, quę patitur: vbi Auer. com.
12. illius partis inquit, & accidentia, quę ſunt naturaliter iſtis corporibus, quæ
non habent materiam, quæ ſit in potentia, non indigent materia tali, ſed indigēt
materia, quę ſit ſubiectum tm̄. ſ. in actu: vt cā eclypſis materialis. eclypſis enim
non indiget vt fiat materia in potentia, ſed luna eſt cauſa materialis. videtur: ec-
Pō Ioā. ce, qūo ſnīa Auer. hęc eſt ſententia Ariſt. & qūo ſermones ſui reperiuntur inui-
cem concordes. Circa iſtam quęſtionem, Io. Iand. in quęſtionibus ſuis. 5. Meta.
maxime. q. 15. opinatus eſt vniuerſaliter in ſubiectis, & accidentibus realem cō
poſitionem ex natura generis, & natura differentię realiter, & ſecundum rē di-
ſtinctis: quorum vna eſt natura potentię paſſiuę, & altera natura actus. V. g. al-
bedo componitur ex natura coloris, tanquā ex potentia receptiua, & natura dif E
ferentię, quę eſt diſgregatio viſus, dico naturas diuerſas ſecundum rem. Hoc aūt
non verificat niſi in ſpeciebus generis vniuoci, quod dicit propter intelligen-
tias, & corpora cœleſtia, quæ apud ipſum, ſecundo & primo cœli. non componi-
tur ex natura gn̄is & differentię, quia non ſunt eiuſdem generis vniuoci, vt di-
cit Auer. ſecundo cœli. cō. 49. Ex his ſequitur, ꝙ quęlibet forma p̄dicamētalis
ſecundum opinionē huius hominis eſt cōpoſita ex duabus partibus realiter di-
ſtinctis: quarum vna eſt tāquam materia, & altera tanquā forma: vel vna tanꝗ̄
potentia, & altera velut actus. Pro hac opinione poſſunt induci rōnes eius, quæ
quia fere oēs tactę ſunt, ideo breuiati adhęrens ſub ſilentio tranſeo. vide tamen
illas loco prędicto. Sed hęc opinio, vt vides, & contra Ariſt. & contra Auer.
eſſe videtur: vt per dicta horū colligere ſatis potes. Et ēt rōnibus oppugnare vr̄
Impugnatio multum. Primo: qm̄, tunc accidens pure ſumptum poſſet per ſe generari, & cor-
rumpi contra Ariſt. 5. Phy. & primo de genera. & conſequentia ſatis patet: quo-
niam habet per ſe receptiuum aliud a ſubiecto, & per ſe formā & aliam a forma
ſubiecti: ergo ſibi reſpondet proprius terminus a quo, & proprius terminus ad
quem, & proprium ſubiectum, & per cōſequens oīa neceſſaria ad veram, & ſim
pliciter generationem. Secundo arguitur ſic. illud, quod eſt totale & immedia-
tum principium agendi, non poteſt eſſe cōpoſitum ex duabus partibus, quarum
vna ſit potentia, & altera actus: qm̄, tunc non primo ageret, ſed per partem, quæ F
eſſet in eo, vt actus: ſed declaratum eſt in lib. de ſenſu, ꝙ accidens eſt principium
immediatum agendi, & non ſubſtantia, vt ēt Auer. conſentit. 7. Meta. cō. 31. &
12. Meta. com. 18. ergo accidens non pōt eſſe compoſitum ex duabus partibus,
quarum vna eſt tanquam actus, & altera tanquam potentia. Ideo, apud Auer.
aliter dicendum: qm̄ eo modo accidentia habent materiam, quo modo generan-
tur: ſed generantur nō ſimpliciter vt principalia, ſed vt ſuppoſita, vt dicit Auer.
non enim generatur albedo, ſed albū, vel albus homo. & ideo. 12. Meta. cō. 26.
maxime vult Auer. exponendo magiſtrū eius, ꝙ principia. 10. Pręd icamentorū
ſunt eadē omniū ſecundū proportionē, & non ſecundū genus, vel ſpeciē. forma
enim, & priuatio, & materia, ita vt dicit, reperiuntur in. 9. Pręd icamentis, ſicut
in ſubſtantia: licet ſit differentia, qm̄ in ſubſtantia reperiuntur primo & per ſe,
in alijs pręd icamentis. 9. cum attributione & proportione. forma enim primo et
p ſe dicitur de ſubſtantia, attributione & ſecundo de accidente. ſimiliter priuatio
primo & per ſe dr̄ in ſubſtantia, ſecundo & attributione in priuatione acciden-
tis. ſimiliter materia primo & per ſe dr̄ in materia ſubſtantiæ, attributione, &
& ſecundo de materia accidentium: ergo, ſicut forma in ſubſtantia non genera-
tur, ſed compoſitum: ita, nec accidens ſupradictum in principali ſignificato, ſci-
licet vt albedo generatur, ſed album, vel homo albus: &, ſicut homo habet tria

A principia,ita proportionaliter album tria,ſcilicet forma, priuatio,& materia.ve
rum,ſicut generatio non dr̄ primo, niſi in ſubſtantia,ita principia primo ſunt in
ſubſtantia. Quod autem iſta ſit intentio Ariſt.patet,7.Meta.tex. com.26.22.&
27.vbi declarauit ꝙ non ſit forma,vt ſphęra,neq; æs, ſed ænea ſphæra. Prę-
terea.primo Phyſi. tex. com.50. inquit, & eſt vna quantitas in omni genere
vno,& per hoc probat in ſubſtantia eſſe vnam quantitatem, & cuiuslibet quan
titatis eſt vnum ſubiectum,vt poſt ſubdit,ergo cō.9 genera ſint genera entis,in
quolibet eſt vna quantitas,& vnum ſubiectum. Prętere a,poſtquam concluſit Solutio ar-
ibidem numerum principiorum,& illa eſſe in quolibet prędicamēto,ſtatim poſt gumentorū
tex,com.62.dicit,multipliciter aūt,cum dicatur fieri, & horum quidem non ſim principaliū.
pliciter fieri,ſed hoc aliquid fieri : ſimpliciter aūt fieri ſolum ſubſtantiarum eſt,
ſecundum quid aliorum,manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt ſubijci aliquid quod fit.et
enim quantū,aut quale,& ad alterum,& qñ, & vbi fiunt in ſubiecto aliquo.ec-
ce,quomodo Ariſt.plane ponit tria principia in accidentibus , licet non primo,
ſed ſecundario & conſequenter.& ſecundum quid,vt patet. Prętere a.5. Phyſi.
poſtquam diuiſit mutationem,inquit. ex non ſubiecto quidem igitur in ſubiectū
muta io ſecundum contradictionem generatio eſt , alia quidem ſimpliciter ſim-
plex,alia vero quędam cuiuſdam : vt ex non albo in album , generatio quidem
B huiuſmodi eſt. Idem poteſt accipere primo perigeneſeos pluribus textibus, ſci-
licet commen.11. commen.18. commen. 20. Prętere a , ſecundo perigeneſeos
ponit ęternorum,& omnium generabilium eſſe eadem principia numero.ſ.tria,
quę exponit Auer.ibidem.com.51.vide.cum igitur.10.prędicamenta ſint gene
rabilia & corruptibilia,oīum erunt tria principia numero , licet differunt modo
dicto.cū igitur ita ſit,apparet peccatū Io. Ian.& veritas Auer. hic. Ad argu-
menta ad oppoſitū.Ad primū dicendū, quod quodlibet accidens habet materiā.
qm̄,ſi ſumitur vt ſuppoſitū.i.in concreto,habet materiā tanꝙ partem eius, non
quidem per ſe,ſed p accidens,vt dictū eſt. Si capitur,vt principale,adhuc habet
materiā ex qua fit,& in qua inducitur.ex qua fit quidem nō tanquam ex parte,
ſed tanquā a principio,ex quo extrahitur:in qua inducitur vero,vt in ſubiecto.
modo nulla intelligentia habet materiam aliquo iſtorū modorum , ideo accidēs
quomodocunq; ſumptū eſt cōpoſitius intelligentia. Ad ſecundā pōt multiplici
ter dici.pro nunc dicendum,accidens eſſe ſubiectū accidentis non vltimum, ſed
proximū:& cū hoc habet materiā diuerſimode, prout diuerſimode intelligitur.
Ad tertiā dicendum,ꝙ per materiā intellectualē forte intelligit ſubſtantiā,vel
forte aliud:ſed qūocunq; , illud non obſtat nobis , vt manifeſtū eſt intelligenti.
Ad rōnes,ad oēs inſimul apparet ſol. qm̄ forma accidentalis non per ſe gn̄atur:
ſed,ſi gn̄atur,cōpoſitum gn̄atur.&.i.cōpoſitum, vt dixi, & habet principia tria
C numero proportione eadē cum tribus principijs ſubſtantię,vt patet.Etiam patet,
qūo huiuſmodi non ſunt formę ſimplices,habent enim materiam , & in qua,&
ex qua : non quidem ex qua fiunt tanquā ex aliquo ſui , niſi ſumant vt ſuppoſi-
ta,& concreta:& totum hoc viſum eſt. Venio ergo ad principium , vnde incoe-
pit ſermo. (Declaratis igitur.) Cum hęc dicta ſunt, inducit alia fundamenta,&
inquit,declaratis igitur iſtis , procedunt vlterius ſpeculari quæ dictarum duarū
naturarum alteram præcedit,& inuenerunt ꝙ actus pręcedit potentiam : cuius
rōnem dicit,prout agens pręcedit actū.i.effectum.quia,vt ſit,agens pręcedit paſ
ſum,vbi recipitur effectus. Et declaratū eſt loco eius, ꝙ actus pcedit potentia tē Actus præ-
pore,& natura,& definitione:ꝙ quidē pręcedit natura.i.perfectione,& defini- cedit poten-
tione.i.notitia manifeſtum eſt per ſe, Sed an pręcedit tēpore, eſt locus quęſtio- tiam.
nis:qm̄ actus primus,vt Deus,eſt prior actus quā potentia noua,ſed nō eſt prior Dubitatio.
tēpore potentia æterna . cum ęternū nihil pręcedat tempore , vt declaratum eſt
diſputatione prima. Dicendum ergo,quod aliqua propoſitio eſt vera per ſe,quę
alio modo eſt falſa p accidens. V.g.quocunq; motu dato poteſt dari velocior.eſt Solutio.
enim vera per ſe,vt dicit Auer.6.Phy.commen.15.quæ tamen eſt falſa de mo-
tu coeli , & alijs.ſic dico. capiendo ergo actum per ſe, & potentiam per ſe , ſub
rationibus vniuerſalibus,& prius , & poſterius. Similiter hæc eſt vera per ſe,
actus eſt prior potentia tempore, attamen deſcendendo ad potētiam ęternam,&

actum nouum, vel ęternū per accidens falſatur. V.g. hęc eſt vera, oē animal pōt videre, cū cuilibet inquantū animal cōpetat. attamen talpa animal non pōt videre & ſic ad formā dicendum ꝙ actus pręcedit potentiā tēpore per ſe, licet per accidens non ſit ita. hęc eſt ſolutio Auer. formaliter. com. 57. 8. Phy. vbi verificans qūo motus gñationis præcedit alterationem tempore, inquit, ſecundū igitur hunc modū dixit Ariſt. ꝙ motus gñationis pręcedit alios motus, & ꝙ motus alterationis pręcedit gñationem per accidens. econtra aūt vult gñationē pręcedere alterationē per ſe. vide. Sed dices, oē per ſe eſt de oī. ſi igitur hęc eſt per ſe actus pręcedit potentiā tēpore, ergo de oī potentia. Dicendū, ꝙ illud debet intelligi reſpectu inferiorū per ſe. hęc. n. eſt per ſe, oīs homo pōt eſſe muſicus, & tñ forte hęc eſt falſa, ſurdus pōt eſſe muſicus: qm̄ homo ſurdus non eſt ſuppoſitum per ſe hoīs, ſed per accidens. ſic in propoſito. hęc potētia eſt ſuppoſitū per ſe potentię, vt hęc, non tñ vt coniuncta ęternitati, qm̄, vt ſic abſtrahit a ſuppoſito per ſe: ſicut, licet hic hō ſit per ſe inferius ad hominem, non tñ homo albus. & ideo aliquid cōpetit per ſe homini, non tñ homini albo. competit. n. per ſe rōnale, non tñ homini albo, cum enti per accidens nihil per ſe competat, cum non dicat rationem in ſe vnam. 5. Meta. (Deinde conati.) Nunc accedit ad aliud fundamentum, & dicit. deinde conati ſunt ſpeculari de cauſis, & cauſatis, & induxit eos inueſtigatio ad cām primam actualem, quę cęteras oēs cauſas entium ſuperexcellit. Ex hoc conducit correlarium, & inquit, quare oportet ꝙ ſit purus actus, & nullatenus potentiam retineat. quod probat. d. ſi. n. aliquo modo potentiā retinet eſſet neceſſario cauſata quodāmodo, & cā alio modo, ergo non eſſet prima. conſequentia prima declaratur. qm̄ oē ens in potentia eſt duobus modis. ſ. per cōpoſitionem realem, ſicut compoſita gñabilia, vel per compoſitionē imperfectionis eo modo, quo quęlibet intelligentia excepta prima eſt compoſita, vt dicebā. modo compoſitum primo modo generatur gñatione phyſica, cōpoſitum primo modo ergo habet agens. Iterū compoſitum ſecundo modo eſt cauſatum, eo quia ab altero dependet, ratione cuius dependentię quandam imperfectionem habet. vnde dr̄ compoſitum ergo iterum habet cauſam, ergo, ſi prima cā haberet potētiam, non erit prima: qm̄, ſiue primo mō, ſiue ſecundo mō habet potentiam, ſemp. habebit cām priorē: ergo non erit prima. (Et quia.) Conducit, & aliud. d. & qa quodlibet purum, & nudum a potentia apud philoſophos eſt neceſſario intellectus, ergo oportet quod prima cā ſit intellectus, cum ſup. ſit purum & nudū a potentia. vt dicebatur. & ſylls componitur ſic oē purum & nudum ab ipſa potentia eſt intellectus, prima cā eſt pura & nuda a potentia, ergo prima cā eſt intellectus. inquit, mō hęc eſt ſummatim opinio philoſophorum, & addit ꝙ qui vult de iſtis clarius informari, concurrat ad abundantiam librorum peripatheticorum. (Prælibatis ergo) Adhuc conducit aliud theorema, & dicit. prçlibatis ergo his, q̄ mouerunt philoſophos ad opinandum ꝙ principium mundi. ſ. prima cā ſit ſimplex, & purus intellectus, coacti fuerunt dicti ſapiētes inueſtigare de ordine mūdi, & dixerunt ſup, ꝙ ordo huius mundi procedit ex parte ipſius primæ cauſæ a ſcīa, cum illa ſcīa ſit principium mundi, & dat ſibi. i. mundo eſſe. & dico ſup. ꝙ illa ſcīa eſt ordo intelligibilis, ad cuius inſtar factus eſt ordo mundi ſenſibilis, & dicit. & hoc, ſine dubio totaliter. i. hoc modo eſt difficilis comprehenſionis: propter quod, non eſt mirū ſi non ingreditur cor vulgarium, cū & ſubtiles. i. ſolertes viri vix poſſunt illud rariſsimum. i. tenuiſsimum lumen proſpicere, & quanto minus vulgares. (Amplius oīa.) Nunc finaliter concludit cauſam erroris eius. d. amplius oīa verba huius hoīs relicta, in quibus reprehendit philoſophos de prædicta opinione non ſunt niſi ambages, ad complacendum vulgaribus & rudibus hominibus, fingentibus legem ſeruare. Et tunc ſtatim ſoluit argumentū ſecundū. d. ergo, qñ ipſe dixit, qualis eſt gloria entis ſimplicis ſine quiditate, & abſque ſcīa eius quod ab eo procedit, & c. iſtud fuit ſecundum argumentum. Cui reſpondet. d, dicimus quod ſunt verba erronea, & abſurda. cuius rōnem ait. ſi. n. philoſophi poſuerunt quiditatem eius eſſe nudam a ſubiecto. i. a materia, ergo eſt neceſſario denudata a denominationibus. i. ab accidentibus. cuius rationem dicit, non, n. pōt eſſe ſubiectum denominationum niſi eſſentia eius fuerit compoſita

Margin: D (line 1); Dubitatio. Solutio. (beside "Sed dices"); E (beside "cellit"); F (beside "Prælibatis ergo").

A ex natura potentiæ, et natura actus. concludit ergo propoſitum. d. ergo prima cā
eſt quiditas abſoluta, & oīa alia a prædicta quiditate habent quiditatem. i. com-
poſita ſunt ex quiditate, & habēte quiditatem. Tunc, hoc habito oſtendit q̄ño
intelligit. d. & dicta prima cā eſt ens ſciens oīa entia abſolute. cuius rationē ap-
ponit. d. entia nanq; eſſe habent ſup. in ea, & ſunt intelligibilia ꝑut ipſe ſeipſum
ſcit. i. eodem modo, quo ipſe intelligit ſe: q̄m Deus intelligendo ſe, & eſſe eius in
telligit alia, & eſſe aliorum: cum eſſe ens primo ſit eius, ſecundario aliorum, vt
dixi ſæpe. & tunc concludit. d, poſtquā igitur vltima cā eſt, igitur entia habent
eſſe in ea, & ſunt intelligibiles res ab eo, & ab ipſius ſcientia ſup. cauſata. ergo
eſt cā dupliciter. ſ. eſſe prædictorum, & quod illa ſint intelligibilia, ergo cā eſſen
di & intelligendi illa. Ad probationem rationis inquit, & philoſophi negant
quod ſcientia Dei in entibus ſit ſimul ſcientię humanę in eſſe. cuius rationem di-
cit. ſcientia enim humana cauſatur ab entibus, ergo ſcientia Dei in entibus oppo
nitur humanæ ſcientiæ, prout eſt cauſa entium, vt dictum eſt ſępe. (Rurſus id.)
Nunc accedit ad ſoluendum aliud, & primo recapitulat vim argumenti. Et ſer-
mo eius manifeſtus per ſe. (Dicimus nos.) Soluit argumentum, & primo ait, dici
mus nos ꝙ in iſtis verbis oſtendit, aut ſuam fatuitatem, aut prauitatem: quod de-
clarat. d. declaratum eſt enim quod quædam denominationes ſunt digniores de
nominari a ſubſtantialitate. i. dignius dicuntur ſubſtantia, quam accidens: q̄ñ
B ſup. ſubſtantia denominata eſt per ſe exiſtens, & in actu, id eſt purus actus, im-
mo in hoc caſu denominationem tm̄ exiſtentiam habent in ſeipſis, vnde modus
eſſendi huius denominationis totum contrarium ſe habet ad modum accidentiū:
licet de quibuſdam denominationibus videtur quod indigent ſubiecto, V. g. in
rebus permutabilibus, i. generabilibus & corruptibilibus. & dat rationem. d. ra-
dix nanq; accidentium eſt, quod ab alijs habeant ſuſtentationem et quiditatem.
natura. n. accidentis eſt ineſſe, ſuſtentantur autem per ſe, id eſt ſunt autem ſub-
ſtantię niſi id, quod interdū rebus generabilibus & corruptibilibus accidat, qua-
rum quiditates indigeant ſubiecto, i. materia accidentis: ergo accidens ſubſtan-
tiæ compoſitæ eſt alteri inhęrens, ſed ſubſtantiæ ſimplici eſt ſubſtantia: & tunc
ait, & ideo hæc denominatio valde differt, & diſtat a natura accidentium, cum
ſit æquiuoce dicta. ergo qui ſcientiam Dei ſpernit, quia aſsimilatur naturis acci-
dentium, ſumme excęcatus eſt, aut prauiter homines intendit deuiare a via veri
tatis. Sed dices, quod vere eſt nulli accidit, & econtra quod alicui accidit nulli
eſt ſubſtantia: ſed ſcire eſt accidens homini, ergo non poteſt eſſe ſubſtantia in Dubitatio.
Deo. Dicendum, ꝙ ſcire, cum eſt homini accidens, illud idem numero, vel ſpe Solutio.
cie, vel genere nulli eſt ſubſtantia, attamen illudmet æquiuoce, vel analogice
pōt eſſe in Deo ſubſtantia: quoniam ſcientia non dr̄ vniuoce de ſcientia noſtra
C & ipſius Dei, vt bene dicit Auer. immo noſtra cauſatur a rebus, ideo eſt acci-
dēs. illa eſt cauſa rerum, & ideo eſt ſubſtantia. Sed dices, ſaltem habet modum
accidentis. Dicendum, quod accidens ſecundo habet eſſe. eſt enim non de in- Replica.
tellectu eius, cuius ponitur, & aduenticium & ſuper addens aliquam perfectionē Solutio.
illi. primum habet, prout non eſt prædicatum eſſentiale & quiditatiuum. ſecun-
dum habet, prout ſubiectū eſt imperfectum, & limitati generis. ſubſtantia enim,
cum ſit limitati generis, id eſt non continet accidentis perfectionem totaliter ſe-
cundum omnem modum, vt ſic accidens aduenit ei. dico ergo quod accidens. ſ.
ſcientia, prout eſt accidens in Deo habet primum modum: quoniam, non eſt de
formali intellectu eſſentiæ & quiditatis primi, cum non ſit prædicatum primi
modi de Deo, vt etiam concedit Auer. 12. Meta. com. 39. vide ibidem. Vt vero
ſecundo modo conſideratur, ſic tranſit in eſſentiam Dei, cum eſſentia illa ſit ve-
lut pelagus omnem perfectionem continens, vt perfectio eſt: ideo ibi accidens
non habet rationem aduenticij. & ſic patet qualiter aliquo modo habet modum
accidētis, & alio modo nō. Et ſic cōſummata eſt expoſitio ſextę diſputationis.

DE DESTRVCTIONE SERMONIS EORVM, QVOD PRIMVM IMPOSSIBILE EST VT COMMVNICET CVM ALIO IN GEnere, & ſeparetur ab eo differentia aliqua: & quod non dirigitur ad id verificatione intellectus diuiſio in genus, & differentiam.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et determinauerunt in hoc, & ędificaue E
runt ſupra id, ꝙ cum non communicetur cum alio
in re generica, non ſeparatur ab ea in re differentia-
li, ergo non erit ei definitio. nam definitio fit a gene
re, & differen.ia, & quicquid non habet compoſitio
nem, non habet definitionem, & hæc quidem eſt ſpe
cies compoſitionis. Et exiſtimauerunt ꝙ ſermo di-
centis ꝙ in eo, ꝙ ęquatur cauſato primo, cũ ſit ens,
& ſubſtantia, & cauſa alterius, & ſeparatur ab eo in alio, abſq; dubio
non eſt cõicatio in genere, ſed eſt comunicatio in conſequenti vniuer
ſali. Et eſt quidem differentia inter genus, & conſequens in rei verita-
te, licet non differant in vniuerſalitate, vt ſcitum eſt in Logicis. nã ge-
nus ſubſtantiale eſt vniuerſale dictum cum reſponſione quid eſt, & in
greditur in quiditatem rei definitę, & notificat ſubſtãtiam eius. eſſe.n.
hominem animal, ingreditur in quiditatem hominis, ſ. vitã, & eſt ge- F
nus: eſſe vero genitum, ſeu creatum eſt quid conſequens ei, a quo non
ſeparatur omnino, ſed non ingreditur in quiditatem, licet fuerit con-
ſequens vniuerſale. & ſcitur hoc in Logicis ſcientia vera, quę non la-
tet. Et exiſtimauerunt ꝙ eſſe non ingreditur omnino in quiditatem re
rum, ſed eſt relatum quiditati, aut copulatum, quod non ſeparatur, vt
cœlum, aut quid ſuperueniens, poſtquam non fuerat, vt res innouatę.
ergo communicatio in eſſe non eſt cõicatio in genere, ſed communica
tio eius, ex eo ꝙ eſt cã alterius, ſicut ſunt alię cauſę, eſt cõicatio relati-
ue, & conſecutiue. & non ingreditur etiam in quiditatem. nam princi-
pium, & eſſe non facit vnumquodq; eorum conſiſtere ſubſtãtiam, ſed
conſequuntur ſubſtantiam poſt conſtitutionem ſubſtantię per partes
quiditatis eius. & non eſt communicatio in eo, niſi communicatio in
conſequenti vniuerſali, quod ſequitur ſubſtantiam cõſecutionis eius,
non autem in genere. quare non definimus res, niſi per conſtituentes

A eas. ſi vero definimus per conſequentes, erit deſcriptio ad diſcernendum, non ad formandum veritatem rei. nam non dicitur in definitione trianguli ꝙ eſt is, qui habet tres angulos ęquales duobus rectis, licet hoc fuerit conſequens vniuerſale omnibus triangulis, ſed dicitur ꝙ eſt figura, quam circundant tria latera. Et ſic eſt cõmunicatio in eo ꝙ ſit ſubſtantia. nam eſſe ſubſtantiam eſt ꝙ ſit ens non in ſubiecto: ens autem non eſt genus. cum. n. copuletur ei aliquid negatiuum, & eſt ꝙ non ſit in ſubiecto, non ſit genus conſtitutiuum; ſed, ſi copulentur ei conſequentia eius, & dicitur ens in ſubiecto, non numeratur quidem genus per accidens. nã qui ſcit ſubſtantiam ꝑ definitionem eius, q̃ eſt quaſi deſcriptio eius, & ꝙ eſt ens non in ſubiecto, non ſcit ꝙ ſit ens, quanto magis vt ſciat ꝙ ſit in ſubiecto, aut non in ſubiecto. ſed, cum dicimus in deſcriptione ſubſtantię ꝙ eſt ens nõ in ſubiecto, intelligimus ꝙ ſit verum ꝙ reperitur ens non in ſubiecto, & non intelligimus ꝙ ſit

B ens actu diſpoſitione abſtractionis: ergo non eſt communicatio cum eo commũcatio in genere, ſed communicatio per conſtituentes quiditatem eſt communicatio in genere, ducens ſeparationem poſtea cum differentia. Primum vero non habet quiditatem, niſi eſſe neceſſarium. nam eſſe neceſſarium eſt natura verificationis eius, & quiditas eius in ſe eſt ei, & non alteri. &, cum neceſsitas in eſſe non fuerit natura vera, & quiditas in ſe, niſi communicet cum alio, et non ſeparatur ab eo differentia ſpecifica, ergo non habet definitionem.

1. Hęc eſt ſeptima diſputatio: & vr̃ mihi quod problema iſtud hic inducitur per ſe, adeo ꝙ nullã continuationẽ habet ad pręcedentes, niſi in materia. qm̃ oẽs diſputationes dictę de Deo loquuntur, & cum iſta de Deo loquatur, intantũ hæc illis continuatur, inquantũ circa idẽ ſubiectũ, vel materiã eandẽ dirigitur, cõtinuatio aũt penes formã non apparet: ſed, quia problema iſtud eſt vtile ꝓpter ſe, ideo & ſi continuatione careat, ipſum exponã continuatum ad pręcedentia. Primo ergo inducit, vt ſolet, verba Alg. deinde dicta abſcindenda abſcindit, & cõſeruanda conſeruat, inquit ergo, ait Alg. manifeſtum eſt quod philoſophi cõueniunt in hoc, & ſuper hoc, qđ dicunt, fundant ſe dicẽtes, ꝙ poſtq̃ ipſe Deus nõ

C cõicat cũ aliquo in genere, neq; differt ab eo. i. ab aliquo in differentia, ergo nullã habet definitionẽ. & dat rõnem. d. definitio namq; ex his conſtituitur: cõponitur ergo ratio hoc modo. oẽ definibile cõmunicat cũ aliquo in genere, & differt ab aliquo in differentia. ſed Deus non cõmunicat cũ aliquo in genere, neq; differt ab aliquo in differentia. ſunc apponit concluſionẽ. d. ergo id, quod nequit definiri aliquo modo, eſt Deus benedictus. (Et, ſi forte.) Nũc inducit obiecta cõtra hoc, & inquit, & ſi forte aliquis arguit eis, d. quod prima cã cõmunicat cũ primo cauſato, inquantũ eſt ens, & inquantum eſt ſubſtantia, & inquantum ambo ſunt cã alterius, puta generabilium & corruptibilium. hęc enim eſt vera, prima cauſa eſt ens, ſicut iſta primũ cauſatũ. ſ. intelligentia prima eſt ens. itẽ hęc eſt ẽt vera, prima cauſa eſt ſubſtantia, ſicut hęc primum cauſatum eſt ſubſtantia. & hęc prima cauſa eſt cauſa alicuius, et primũ cauſatum eſt cã alicuius, quia tertij cauſati, vel quarti, vt patet. ergo ens, ſubſtantia, & cã ſunt vniuerſalia illis. vel igitur genus, vel differentia, vel proprium, vel accidens, vel ſpecies. & dici non poſſunt ſpecies, nec aliquod aliorum niſi genus, relinquitur ꝙ quodlibet eorũ genus eſt illorum. & hoc volunt contra philoſophos. Similiter addit, & differt ab eo in aliquo ſine dubio: quod, pro tanto dicit, quoniam ſi apparet conuenientia manifeſta eſt differentia, ergo habent genus, & differentiam, ergo primus motor eſt definibilis. (Ipſi reſpondent.) Inducit ſol. philoſophorum, vbi debes ſcire,

ꝙ differentia eſt inter genus,& conſequens: qm̃ genus prædicatur per ſe primo de eo,cuius ponitur genus: vt aial de hoie , & equo : ſed conſequens,i.accidens eſſentiale p̃dicatur per ſe ſecundo mõ de eo , cuius eſt: vt riſibile de homine.dicunt ergo ꝙ illa diuiſio verificatur pro proprio,qm̃ ens,cã,& ſubſtantia nõ ſunt genus,neq; ſpecies,neq; differentia, neq; accidens , ſed conueniens,i.accidens ꝓprium,& eſſentiale.& hoc primo dicit,ſecundo probat, ibi ſecunda. (Opinati enim.)Inquit ergo.ipſi reſpondent ꝙ hęc communicatio non eſt in genere,immo eſt in quodam conſequenti vniuerſali,& inquit,& maxima differentia eſt inter conſequens,& genus:qm̃ proprium,& genus ſunt duę ſpecies vniuerſalis diſtinctę,licet iuxta vniuerſalitate non differant , vt in logicalibus dictum eſt:qm̃ vniuerſale dr̃ de quinq; vniuerſalibus, velut genus de ſuis ſpeciebus , ergo proprium,& genus non differunt in ratione vniuerſalis,cũ in illa cõicent. Ad formã ergo dicendum.ꝙ neq; ſunt genus, neq; ſpecies , ueque ponitur differentia, neq: accidens,ſed quintũ vniuerſale, quod eſt proprium, ſeu conſequens, quod idem eſt.(Opinati enim.)Nunc probat ſolu.& tria facit prout de illis tribus approbat ſolu , inquit.n.pro qm̃ philoſophi , vt Auic.opinati ſunt quod entitas eſt quid relatum ad quiditatẽ modo cuiuſdam conſequentis inſeparabilis,aut ſeparabilis. Et debes ſcire, vt ſuperius diſputaui, ꝙ Auic.opinatur,quod eſſe diſtinguitur ſecundum rẽ ab eſſentia,immo ſit accidens ei,ſiue ſeparabile, ſiue inſeparabile,pro nunc non curo:quod accidens non eſt formaliter & intrinſecum quiditati & eſſentiæ,ſed tm̃ aduenìens ei,& ideo inquit, hic Alg. ꝙ philoſophi opinati ſunt ꝙ entitas eſt quid relatum ad quiditatem,i.eſſentiam.i.quoddã adueniens eſſentię modo cuiuſdam conſequentis ſeparabilis , vel inſeparabilis. ergo illa,quę in entitate ſui in eſſe cõmunicant,in genere non cõmunicant,ſed in accidente proprio vel ſeparabili , vt vides . (Similiter dici.) Nunc approbat ſolu. quantum ad ſecundum di. ſimiliter dici poteſt de communicatione cauſali , vult dicere ꝙ cã non eſt genus,ſed conſequens vniuerſale vtriq; commune.cuius rationem dicit, cã enim quid relatum eſt,& conſequens, id eſt accidens attributũ, quod non ingreditur quiditatẽ.i.eſſentiam in primo modo dicendi per ſe, ꝓpter inquit,& ideo n ſunt duę res,quę in cauſalitate communicarent, autem pro ſed, non propter hoc in genere communicarent, cum cã non ſit genus, ſed accidens proprium.(Et ſic ſimiliter.) Nunc approbat ſolu.quantum ad tertium,& ait, & ſic ſimiliter dici poteſt de ſubſtantia vult dicere ꝙ non ſit aliquinq;,ſed tantum accidens proprium,quod declarat di.eſſe enim quoddam ens per ſe ſubſtantia intelligitur,quia habet eſſe non in ſubiecto.modo habere eſſe non in ſubiecto,& eſſe ens per ſe non eſt genus . ergo duæ res communicantes in nomine ſubſtantiæ,non communicant in genere,immo in quodam conſequente inſeparabili.et tunc concludit propoſitum.d.patet patet ergo ex præmiſsis,ꝙ ipſe Deus defini ri nequit:& hęc eſt opinio philoſophorum.

Eſſe diſtinguitur ſcd̃m rẽ ab eſſentia ſecũdum Auicen.

D

B

F

AVEROES.

AIt Auer. Hęc eſt ſumma eius, quod recitauit nomine Philoſophorum in hoc ſermone, & in eo eſt veritas, & falſitas. Cum autem dicunt quod Primum impoſsibile eſt vt communicet cũ alio in genere, & ſeparetur ab eo differentia , ſi intelligunt per genus, quod dicitur vniuoce,eſt verum. & ſic differentia, quę dicitur vniuoce,quoniam omne , quod eſt huiuſmodi , eſt compoſitum ex forma vniuerſali, & particulari.& hoc eſt id, cui reperitur definitio . Si vero intelligunt per genus genus dictum per prius, & poſterius, reperitur ei genus,et eſt ens exempli gratia,aut res,aut eſſe,aut ſubſtantia . & iam erit ei definitio ex hac ſpecie definitionis , nam talibus definitionibus

vtimur

A vtimur in ſcientiis, vt dicitur in definitione animæ quòd ſit perfectio corporis naturalis, organici. & ſicut dicitur in definitione ſubſtantiæ ꝙ eſt ens non in ſubiecto. Attamen iſtæ definitiones non ſufficiunt in notificatione rei, ſed faciunt ad dirigendum ex hoc ad vnũquodq; eorum, quæ ingrediuntur ſub talibus definitionibus, & ad imaginationem eius cum eo, quod eſt ei proprium. Cum vero dixit nomine Philoſophorum ꝙ nomen entis ſignificat de ſubſtantiis rerum conſequens vniuerſale, eius eſt ſermo falſus. nam declarauimus hoc in multis locis, & nemo eorum dixit hoc, niſi Auicenna tantum, quoniam, cum eſt inconueniens apud eum vt ſit genus dictũ vniuoce, & eſt inconueniens quoque apud eum vt ſit nomen æquiuocum, exiſtimauit ꝙ ſit nomen ſignificans conſequens vniuerſale rebus. & quicquid dixerint de ſubſtantia, ſequitur de conſequenti, licet conſequens non dicitur de eo cum reſponſione quid eſt. Vlterius, ſi ſignificaret conſequens rerum, aut ſignificaret hoc conſequens vniuoce, aut æquiuoce,

Ens nō pōt eſſe dictum vniuoce vt putauit Auiçen.

B aut conſecutiuo alio. Si ſignificaret vniuoce, quæro quomodo reperitur accidens, dictum vniuoce de rebus diuerſis in ſubſtantia. & puto ꝙ Auicenna concedit hoc. & eſt falſum, quoniam erit rerum diuerſarum aliquid, quod eſt vniuocum, & vnum, non ex eo quòd res illæ diuerſæ conueniunt in vna natura. nam ſequitur neceſſario vt ſit conſequens vnũ naturæ vnius, ſicut actio vna prouenit etiam à natura vna. &, cum hoc fuerit falſum, ergo nomen entis ſignificat de rebus ſubſtantias propinquas adinuicē, & aliqua in hoc perfectior eſt alia. quare res, quarũ eſſe eſt tale, eſſe in eis eſt primum, quod eſt cauſa aliorum, quæ recipiuntur in hoc genere. ver. g. cum dicimus calidum dicitur ſecundum prius de igne, & poſterius de rebus calidis, & quod dicitur ſecũdum prius de eis, & eſt ignis, eſt cauſa vt alia ſint calida. & ſic eſt in intellectu, & principio, & ſubſtantia, & ſimilibus nominibus. & plurimæ naturarum eius, quod comprehendit ſcientia Diuina, ſunt huius generis, & nomina talia reperiuntur in ſubſtantiis, & reperiun

C tur in accidentibus. Quod autem dixit de deſcriptione ſubſtantiæ nihil eſt. ſed ens eſt genus ſubſtantiæ, aſſumptum in definitione eius eo modo, quo aſſumuntur genera harum rerum in definitionibus earũ. etiam declarauit hoc Alpharabius in libro ſuo de demõſtratione. & id, quod eſt apud Philoſophos, eſt dignius hoc. Auicenna autem errauit, quoniam, cum ipſe vidit ꝙ nomē entis ſignificat verum idiomate Arabico, & quod ſignificat verũ ſignificat accidens proculdubio, ſed in rei veritate ſignificat verificationem intellectorum ſecundorum, ſ. rationabilium, exiſtimauit ꝙ, cum vtuntur eo translatores, ſignificat hoc idem. & non eſt ſic, ſed intelligunt per id translatores ſignificare id, quod ſignificat nomen ſubſtantiæ, & rei. * Etiã declarauit hoc Auiyeſa in libro nominum, & notificauit ꝙ vna cauſarum errorum euenientium in hoc eſt, quoniam nomen entis eſt in figura deriuati, & deriuatum ſignificat accidens. Attamen in rei veritate eſt in radicē

Error Auic. de ente.

Hucuſq; antiquus tex.

Arabes non habẽt nomẽ ꝙ diuidatur in ſubſtãtiã & accidẽs.

idiomatis deriuatum. ſed quoniam tranſlatores non inuenerunt in D idiomate Arabico vocabulum ſignificans id, quod diuidunt Antiqui in ſubſtantiam & accidens, & potentiam & actum, ſcilicet vocabulum, quod ſit prima radix, & non deriuatum, ideo protulerunt aliqui eorum per nomen entis, non quod intelligatur de eo deriuatum, quod ſignificat accidens, ſed id, quod ſignificat nomen ſubſtantiæ, & eſt nomen artificiale, non autem idiomaticum. Et aliquis eorum propter dubium, quod euenit in hoc, decreuit vt proferat rem, quam intelligit idioma Græcum dicere de eo, proferens per dictionem entis id, quod ſignificat copulam prædicati cum ſubiecto. quoniam vidit quòd hoc eſt propinquius ſignificationi huius rei. & vſus eſt loco nominis entis nomine eſſe. ſed ipſum etiam eſt diuerſum ab hac dictione aliquo regimine, quod non reperitur in Arabico. quare inclinauit alia ſecta ad nomen entis. ens vero, quod eſt verum, eſt cuius intelligentia eſt diuerſa ab intelligentia quiditatis. & propter hoc aliquis poteſt ſcire quiditatem, & non ſciet eſſe. & hoc E eſt aliud à quiditate in compoſito de neceſsitate. Attamen ipſum, & quiditas in ſimplici eſt idem, non autem id, quod ſignificauerunt tranſlatores per nomen entis. nam eſt ipſamet quiditas. Et, cum dicimus quòd entis aliquod eſt ſubſtantia, & aliquod accidens, debet intelligi per ens, id, quod ſignificant tranſlatores. & eſt ſignificatio dicta per prius & poſterius de ſubſtantiis rerum diuerſarum. Et,

Quid intelligamus p ens et quõ dicatur de entibus.

cum dicimus ꝙ ſubſtantia eſt ens, debet intelligi id, quod intelligitur de vero. & ſic etiam, cũ intelligimus de interrogatione famoſa apud Antiquos. & eſt an ens eſt vnum, aut plura. & eſt de qua loquitur Ariſt. cum Parmenide, & Meliſſo ex Antiquis Primo Phyſicorum. & non debet intelligi de hoc, niſi id, quod ſignificat ſubſtantiã. ſi enim ens ſignificaret accidens in ſubiecto, erit ſermo dicentis quòd ens eſt vnũ contradicens ſibi ipſi. & hoc totum eſt manifeſtum ei, qui aſſuetus eſt in libris Philoſophorũ. Et, cum compleuit adaptare ſermonem eorum, incœpit dubitare eis. F

Nunc Auerroes reſpondet, & proponit intentum, dicens, dicimus nos quod hæc ſunt verba Algazel, nomine philoſophorũ narrata, ſed quædã ſunt vera, & quædã erronea. (Id enim, quod dicit.) Propoſito intento oſtendit illud, dicens: id enim, quod dicit, ſcilicet, quod Deus nequit communicare cũ aliquo in genere, & in differentia differre: ſi intelligũt de genere id, quod dicitur vniuoce, dicimus quod eſt verũ, & ſimiliter ſi intelligunt de differentia vniuoca: cuius rationẽ apponit. d. quodlibet nanq;, quod ſic ſe habet, cõpoſitum ex vniuerſali forma & particulari, & tale definitur certiſsime: poteſt igitur ratio ſic cõponi. omne compoſitum ex forma vniuerſali, & forma particulari põt definiri: ſed omne exiſtens in genere vniuoco, & differens differentia vniuoca eſt cõpoſitũ ex forma vniuerſali, & forma particulari: ergo omne exiſtẽs in genere vniuoco, &c. eſt definibile. (Sed ſi.) oſtẽdit quõ eſt verũ aliquo modo. d. ſed, ſi intendit de genere genus dictũ analogice, tunc habet genus vt ens, aut res, aut ſubſtantia, & tunc concludit: ergo hoc modo, ideſt, analogice poteſt definiri, & multotiens tales definitiones ſunt in artibus ſpeculatiuis, vt dicitur in definitione animæ, quæ eſt perfectio corporis phyſici organici. Ponit tamen differentiam inter huiuſmodi definitiones, d. veruntamen tales definitiones, ſeu denominationes,

A id eſt, deſcriptiones ſecundum veritatem non ſufficiunt ad cognitionem veritatis, ſed deſeruiunt valde ad cognitionem rerum ignotarum: eo quod proprior, id eſt, propinquior eſt eis: & ſic patet differentia inter definitionem analogicã, & vniuocam, eo quod vniuoca totam eſſentiam rei declarat, & perfecte, analogica non patet. (Sed id, quod.) Nunc oſtendit aliud, in quo peccat. d. ſed id, quod narrat nomine philoſophorũ, videlicet, quod iſtud nomen ens ſignificat cõſequens vniuerſale in ſubiectis rerũ. id eſt, accidẽs eſſentiæ, dicimus quod ſunt verba erronea, vt declarauimus in pluribus locis, immo quod plus eſt, hæc opinio tantum ab Auicen. reperitur, non autem ab alio philoſopho, ergo ſup. non debet induci nomine peripatheticorum. (Amplius.) Nunc tranſit ad reprobandum aliud, dicens. Amplius id, quod dixit de deſcriptione ſubſtantiæ, nihil eſt: quod declarat. d. quia eſſe genus ſubſtantiæ ſup. analogum, & ſumitur in ſua definitione illo modo, quo rerum genera analoga ſumuntur in ipſarum definitionibus, vt habetur ab Alpharabio in ſuo libro de demonſtratione: ergo eſſe non eſt accidens ſubſtantiæ, & per conſequens illa fuit ſatis bona definitio. Adducit tamen opinionem Auicen. d. ſed Auicen. in hoc errauit, prout opinatus eſt quod hoc nomen, ſcilicet, ens in arabica lingua in eo, quod eſt verum, id eſt, prout conuertitur cum vero, ſignificat accidens ſine dubio ſecundum veritatem, ſcilicet tunc cum hoc ſit vniuerſale. Cõcludit igitur non eſt de eo vlterius mirãdum, ſup. cum ipſe ſolus id dicat, & ideo redeamus ad propoſitũ, dimittentes ipſum tanquã non dignum reprobari a nobis.

B Quomodo quidẽ differat eſſe ab eſſentia, ſuperius determinatũ eſt: quomodo autem omne cõpoſitum ex genere, & differentia vniuocis cõpoſitum ſit ex forma vniuerſali & particulari, licet ſit dictum a me in libro de ſubſtantia orbis, & in expoſitione mea. 12. Metaphy. attamen poſterius in dubijs, & ſolutionibus ſequentibus dicam. Pro nũc aũt volo declarare quid ſit genus vniuocũ, & quid genus analogũ: vbi debes ſcire, vt dicit Auer. ſecundo Cœli com. 49. quod ſicut ſpecies eſt duplex vniuoca, & æquiuoca, ita genus duplex, vniuocum, & æquiuocum, genus vniuocũ eſt nomen prædicãs de pluribus ordine quodam notando ſuppoſitũ ab vna forma ſeu natura, ſed vna ratione mentali omnibus illis cõe: & hoc inquit Ariſt. 7. Phyſ. cum dicit, ſunt quædã æquiuocationum, aliæ quidem multum diſtantes: vt gratia exẽpli, canis cœleſtis, & canis marinus, & canis latrans, quæ adeo diſtant, quod ſolum in nomine ſunt conuenientia. Aliæ vero habentes quandam ſimilitudinẽ: vt ſubſtantia, & accidẽs, quæ habẽt nomen cõmune, & ordinẽ eſſentialem depẽdentiæ vnius ad alterũ. Aliæ vero proximæ aut genere, aut ſimilitudine. V.g. vt homo, & leo, quæ habẽt nomẽ vnũ, & rationem ſeu conceptũ vnũ, a quo ſumitur illud nomen, & habent habitudinem perfectionis, & imperfectionis inuicẽ; quia homo perfectior eſt leone. Ex hoc ſequitur quid eſt genus vniuocũ, quid æquiuocũ: eſt enim genus vniuocum nomẽ conueniens pluribus ſecundum vnam rationem formalem, cui nulla forma correſpondet in re ordinatis ſecundũ perfectionẽ & imperfectionem: genus analogum, ſeu æquiuocum eſt nomen cõe pluribus ordinatis ſecundũ cauſam & cauſatum eſſentialiter, cuius nec forma, nec ratio illis eſt communis, vt patet in æquiuocis ſecundo modo dictis. Quod aũt genus ſit hoc modo, vt dixi, lucidus vir Themiſtius in primo de anima ca. 4. pulchre explanauit: & tu vide verba eius, quia multũ loquitur. Sed dices, Auer. 12. Metaphy. cõ. 14. ponit differentiã inter vnitatẽ materiæ, & generis: & vult quod vnitas generis ſumitur ab vnitate formæ: vnitas materiæ ab vnitate priuationis. Præterea, dicit Auer. primo Meta. cõ. 27. circa finẽ, quod intentiones vniuerſales, quas intus cõprehendit, ſunt formæ, ergo generi correſpõdet aliqua forma. Idẽ ibidẽ cõ. 18. inquit, genus eſt aliud a materia: genus. n. eſt forma vniuerſalis, &c. ecce, quo opponitur dictis. Ita ponit. 5. Metaphy. commen. 3. in fine vide. & tã dixit hic definitionem componi ex forma vniuerſali & particulari, ideo dictum iſtud videtur remotum ab intentione Auer. propter hęc Ioan. Iandonus, genere dixit correſpondere vnam formã diuerſam a formis ſpecificis: ſed de hoc ego locutus ſum in quæſtionibus meis de anima, & in libro de ſubſtantia orbis, & in expoſitione. 12. Metaphy. vbi cõtradixi Ioãni in par-

Quid genus vniuocum, & analogũ.

C

Dubitatio.

Ioan. Iand.

te:& quia de hoc faciam quæſtionem forte in fine huius diſputationis, vel vbi melius locus occuret, non amplius immorari volo, ſat ſit mihi, aperuiſſe, locũq; monſtraſſe pro nunc. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Hæc eſt intelligentia opinionis eorum. & ſermo contra eam eſt dupliciter interrogatio, & deſtructio. interrogatio autẽ eſt vt dicatur eis hæc eſt narratio opinionis, quæro vnde ſciuiſtis hoc eſſe falſum in Primo? adeo ꝙ ædificaſtis ſuper illud remotionem ſecundationis, quoniam dixiſtis quòd Deus non debet communicare cum alio, & ſeparari ab eo in aliquo: & id, in quo eſt aliquid, quo communicat cum alio ſeparatur ab eo, eſt compoſitum, & compoſitio in eo eſt falſa.

Nunc Algazel vult inducere deductionem apud illos philoſophos, qualiter Deum eſſe compoſitũ eſt impoſsibile, & inquit, ait Algazel, ad hoc, id eſt, illud, quod nomine philoſophorũ diximus. i. ergo Auer. narraui: & ſic dicimus quod petendum eſt ab eis qualiter ſcitis, quod hoc ſit impoſsibile in ipſo Deo glorioſo, ſ. ipſum eſſe in genere; quod exponit. d. ita quod poſsitis dicere quod Deum non decet, vt communicet cum aliqua re in aliquo, & differat ab ea in alio: hoc ergo petit cur, ſcilicet, iſtud ſit impoſsibile. (Hoc tamen probatum.) Cui reſpondet modo nomine philoſophorum dicens, poſſetis tamen dicere hoc eſſe probatum a nobis hoc modo, ſcilicet, quia ſequitur ex hoc Deum eſſe compoſitum. Cuius rationem ponit. d. illud namque, quod duo talia habet, ſcilicet quod communicat cum aliquo, & quod differt ab eo, eſt compoſitum: huic maiori addatur minor: ſed per te Deus communicat cum aliquo in genere, & differt ab eo in differentia: ergo Deus eſt compoſitus ad minus compoſitione aliqua, quæ Deo omnino repugnat, & eſt incompoſsibilis. E

AVEROES.

AIt Auer. Iam dixi ꝙ hoc ſequitur propter communicationẽ, quæ reperitur ex parte generis dicti vniuoce nõ autem ex parte generis dicti ſecundum prius & poſterius. &, cum ponitur cum Deo Deus in gradu Primi in Deitate, tunc erit nomen Dei dictum de eis vniuoce. ergo eſt genus, & oportet vt diuidantur abinuicem aliqua differentia, & erit quilibet eorum compoſitus ex genere, & differentia. Philoſophi autem non concedunt de ente antiquo aliquam communicationem in genere omnino. Si vero dicitur de eo ſecundum prius, & poſterius, neceſſe eſt vt prius ſit cauſa poſterioris. F

Deus nullo pacto cõmunicat in gñe cũ aliquo.

Auerroes limitet dictum eius, dicens, dicimus nos quod hoc. i. Deum eſſe compoſitum, ſequitur communicationẽ neceſſario ratione generis vniuocè prædicatis, non autem analogice, vt ſuperius dictum fuit: quare, non oportet amplius iterare, nec replicare. Vnde bene valet, hoc communicat cũ aliquo in genere vniuoco, & differt ab eo differentia vniuoca, ergo eſt compoſitum: ſed non valet de genere & differentia analogice dictis, vt dixi. Ad propoſitum, modo Deus, & entia mundi communicant in genere, & differentia æquiuoce dictis: & ideo non ſequitur Deum eſſe compoſitum.

A

ALGAZEL.

Ait Alga.contradicens eis.Et dicimus hæc ſpecies compoſitio-
nis vnde ſcitis ꝙ ſit falſa?& non eſt ratio de hoc, niſi ſermo re
citatus nomine eorum de ablatione attributorũ, & eſt ꝙ cõ-
poſitum ex genere,& differentia aggregatur ex partibus. & , ſi poſſi-
bile eſſet alicui partium,aut omnibus eſſe abſque alia, erit ipſa neceſ-
ſarium in eſſe,alia vero non erit neceſſarium.&, ſi non eſt verum eſſe
partium præter aggregatum,& aggregati præter partes,erit totũ cau-
ſatum,indigens alio.& iam locuti ſumus de eo in attributis, ꝙ hoc nõ
eſt falſum in ceſſatione emanationis.& demonſtratio non infert niſi
ceſſationem emanationis.Magnificationes autem, quas falſo inuene-
runt de neceſsitate attributi neceſſarii in eſſe, hoc quidem non demõ-
ſtrat,ratio. &, ſi eſſet neceſſarium in eſſe id, quod dixerunt ipſi, & eſt
B ꝙ non ſit in eo pluralitas,tunc non indigeret inconſiſtentia eius alio:
igitur non eſt probatio de affirmatione neceſſarii in eſſe, ſed probatio
de ceſſatione emanationis cauſarum. & hoc eſt, cui reſpondemus in
attributis.& eſt in hac ſpecie magis manifeſtum. nam diuidi aliquid
in genus,& differentiam non eſt ſicut diuidi aliquid in attributum, &
id,cui attribuitur.nam attributum eſt aliud à ſubſtantia, & ſubſtan-
tia alia ab attributo.& ſpecies vero nõ eſt alia à genere omnimode.&,
quotienſcunque nominamus ſpeciem,nominamus genus cum addi-
tione &,cum nominamus hominem non nominamus niſi animal
cum additione rationis. Igitur ſermo dicentis an humanitas ſuffice-
ret abſque animalitate eſt,ſicut ſermo dicentis an humanitas ſufficiat
in ſeipſa,cum includitur cum ea aliquid aliud. & hoc remotius eſt à
pluralitate,quàm ſit attributum,& id,cui attribuitur. Et quæro quo-
modo erit falſum,vt ceſſet emanatio cauſatorum ad duas cauſas,qua-
rum vna eſt cauſa cœli,& alia cauſa elementorum, aũt vna eſt cauſa
C intelligentiarum,& alia cauſa corporum omnium,& erit inter ea dif-
ferentia in re,vt eſt differentia rubedinis,& calidi in eodem ſubiecto,
quæ differunt re, abſque eo quòd ponatur in rubedine compoſitio ge
neris,& differentiæ,modo, quo recipit ſeparationem, ſed, ſi fuerit ei
pluralitas,eſt ſpecies pluralitatis,quæ non ingreditur in eſſe ſubſtan-
tiæ:quæro quomodo hoc erit falſum in cauſis? & cum hoc declarabi-
tur eos non poſſe remouere duos Deos agentes.

Nunc Alga.proponit loqui de compoſitione Dei, & primo proponit hoc, d. Ait Alga.dicens philoſophis,qualis eſt apud vos demonſtratio ad remouendã compoſitionem ab ipſo Deo.eſt ergo interrogatio, qua poſſunt via philoſophi auferre a Deo compoſitionem.(Niſi id,quod.)Ponit viam, vel opinionem pro philoſophis.d.niſi id,quod aſſeritis de remotione denominationum a Deo,quaſi dicat,quod via philoſophorum non eſt valida, niſi tantum quando probant in Deo non eſſe compoſitionem ex ſubſtantiæ denominationibus, ideſt accidentibus attributis, & ſic argumentum illud de genere, & differentia non valet. (Quodlibet.n.compoſitũ.) Attamen licet ita ſit,adducit viã de cõpoſitione ex genere,& differentia,& dicit,quodlibet enim compoſitum ex genere, & diffe-

rentia conſtituitur ex partibus illis: tunc arguit. ſi enim nulla partiũ vel aggregatum ipſarũ haberet ſine altera eſſe. igitur, vel primũ eſſet neceſſe eſſe: aut non, i. ſtante compoſitione in primo ex genere & differentia quæritur, vel eſt compoſitũ ex neceſſe eſſe, vel non. Si non, ergo totum illud eſt cauſatum, & per conſequens indigeret cauſa. conſequentia patet: eo quia, ſi non eſt neceſſe eſſe, erit generabile, vel erit æternum. ſi generabile, ergo indiget cauſa. ſi æternum, cũ non ſit æternum a ſe, ergo ab alio, ergo adhuc cauſa indiget. Si vero dicatur ꝙ ſic, hoc non tangit: quoniam iam tactum eſt eo, quia omne compoſitum eſt nouum. (Et nos.) Nunc Alga. debilitat hanc viam: quoniam hęc via eſt via per impoſſibile. ducit enim ad hoc impoſſibile. quoniam, ſi ponitur cauſatum ab aliqua cauſa, & eadem ratione illa cauſabitur, & ſic procedetur in infinitum. inquit reſpondẽdo, & nos iam tractauimus de denominationibus, id eſt attributis, & oſtẽdimus ꝙ hoc non eſt impoſſibile procedere ad infinitum. & demonſtratio illa non ſignificat niſi ꝙ proceſſus in infinitum eſt falſus. ergo non ducit ad impoſſibile ſimpliciter, qm̃ illa demonſtratio reputat ducere ad impoſſibile, quod tamẽ non eſt impoſſibile: ergo, cũ iſta. ſol. ſit data in capitulo de attributis, dabitur & nunc: quoniam hæc demonſtratio de compoſitione ex genere & differentia ducet ad proceſſum infinitum: quod non eſt impoſſibile. Ad formam argumenti dicendum, inconueniens illud non eſſe inconueniens. (Sed ad id, quod.) Nunc tangit vnũ aliud, quod etiam vult debilitare. d. Sed ad id, quod inſudauerunt deponere, id eſt annullare, ſcilicet quod in Deo nulla ſit pluralitas. & eſt, quia in ſuo eſſe non indiget alio: dicimus quod nullam habet auctoritatẽ, id eſt rationem manifeſtam. ergo nullam habet demonſtrationem ad aſſerendum neceſſe eſſe, eſt ergo debilitatio quod demonſtratio illa nihil eſt, quæ probat eſſe vnũ neceſſe eſſe, & ſimplex. & noluit explicare illud, quoniam ſuperius diſputauit prolixe. (Illud vero.) Nunc apponit id, in quo bene dixerunt. d. illud vero, quod probauerunt clare eſt, quod cauſæ non procedunt ad infinitum, & remittit ſe. d. & de iſtis nos in præcedentibus ſatis late diſputabimus. Debes ſcire, quod tria ſunt, quæ Alga. tetigit, quorum primum eſt. primum non eſſe compoſitum, neque ex denominatione & denominato, neque ex genere & differentia, per hanc rationem: quia tunc eſſet proceſſus infinitus in illis. Secundum eſt, ꝙ Deus non ſit cõpoſitus alio in ſui eſſe indigens: cuius rationem, & reſpõſionem tacuit in propria forma. Tertiũ eſt, ꝙ in cauſis eſſentialiter ordinatis non eſt proceſſus infinitus. Circa quæ dixit primum non valere, eo quia incõueniens non eſt inconueniens. Secundum etiam dixit non valere, eo quia ratio videtur demonſtratiua, & non eſt, licet nec rationem, nec reſponſionem expreſſerit, ſed remittit ſe. Tertium ſolum approbat, ꝙ debet intelligi in cauſis per ſe eſſentialiter ordinatis. aliter primo opponeret, vt ſatis patet. (Vnde dicimus.) Quia philoſophi credebant compoſitionem ex denominatione, & denominato eſſe conſimilem compoſitioni ex genere, & differentia, vult remouere hoc, & primo proponit illud. d. vnde dicimus quod in hoc propoſito clarius patent ſup. peccatum philoſophorum: vel vt habet alia tranſlatio, clarius patefit eorum debilitas. (Diuiſio nanq;.) Exequitur, & ait: nanque pro quia, diuiſio rei, id eſt ſpeciei ad genus, & ad differentiam non eſt ſimilis diuiſioni rei ad denominationẽ, id eſt attributum, & ad denominatum, id eſt ſubiectum eius. huius rationem aſſignat. d. denominatio, & ſubſtantia, id eſt ſubiectum differunt abinuicem, & ſpecies non differt a genere omnino, id eſt tanta differentia. cuius rationem adhuc ponit. d. quando enim facimus mentionem de ſpecie, non includimus genus. vt, quando dicimus hominem, nos facimus mentionem de animali, cum additione rationis, id eſt differentiæ, vel definitionis: & ſic apponit concluſionem. d. vnde patet ꝙ hoc magis diſtat a pluralitate. ſup. compoſitio ex genere, & differentia q̃ꝫ denominatio, & denominatum. vult dicere, patet compoſitionẽ ex genere, et ſpecie eſſe minorẽ, q̃ꝫ cõpoſitio ex ipſo ſubiecto, & accidẽte. Debes ſcire, ꝙ in intellectu ſpeciei includitur genus, vel differẽtia, vel definitio, & ideo nullus põt intelligere ſpeciẽ niſi intelligat denominatũ genus, vel differẽtiã, vel vtrũq;, & ideo ibi eſt idẽtitas rõnis formalis, vt dicũt viri huius tp̃is. Quia vero ſtat intel-

A ligi ſubiectũ non intelligẽdo accidẽs, & ecõtra: ideo ibi eſt diuerſitas rationis formalis, & ſic maior eſt idẽtitas generis cũ ſpecie, q̃ accidẽtis, ſiue cõis, ſiue proprij cũ ſubiecto, vt dicit hic Alga. & in hoc verificatur dictum Auerr. primo Meta. com. 31. ſcilicet ꝙ mixtio intentionis vniuerſalis ſubſtantialis cũ particularibus eſt fortior mixtione accidentium cum ſuis ſubiectis, quod pro tanto dicit, qm̃ prima eſt formalis, ſecunda eſt ſecundũ ſubiectũ tantum. (Rurſus qualiter.) Ex dictis Alga. vult debilitare quoddam dictum philoſophorum ſuperius poſitum. probant enim philoſophi vnum primum motorem hoc modo, qm̃, ſi eſſent plures, ergo conuenirent genere, & ſic darentur duo mundi, ſicut ſuperius declarabatur. hoc oſtendit. d. qualiter eſt impoſsibile finire proceſſus cauſatorũ ad duas cauſas in vno gradu, i. in vno genere quaſi dicat, non eſt impoſsibile, qđ declarat. d. quarũ prima ſit cauſa orbiũ, & altera elementorũ, id eſt põt ergo fingi, ꝙ ſint duo dij, quorũ vnus eſt Deus cauſa orbiũ, id eſt æternorũ, alter cauſa elementorũ, id eſt ſphæræ actiuorũ & paſsiuorũ, vt poſuit forte Auicẽ. vel vna illarũ ſit ſup. cauſa intelligibiliũ rerũ cauſatarũ, & altera ſit cauſa ſenſibilium, ſcilicet omnium corporũ caducorũ. Ex hoc vult habere primum inconueniens non ſequi, qñ intulit, ergo dantur plures mundi: immo ambo erunt eiuſdẽ mundi cauſæ ſecundũ partem, vt viſum eſt. Dixerunt etiam philoſophi, ꝙ tunc eſſent in vno genere, & per conſequens hi eſſent cõpoſiti, propter quod reſpõdet

B ad hoc. d. & illæ duæ cauſæ differunt inter ſe realiter, ſicut rubedo, & caliditas, quod declarat. d. quæ in vno, & eodẽ ſubiecto reperiuntur, & differũt adinuicem realiter, ſcilicet in forma. ſic illæ duæ primæ cauſæ differunt, ſ. quia ſunt in vno quaſi ſubiecto, ſcilicet vniuerſo, & differunt quaſi forma, & ſecundũ rem. Tunc applicat. d. & ſup. licet rubedo, & caliditas differunt, non oportet rubedini attribuere cõpoſitionẽ generalẽ, id eſt generis, neque differentialẽ, id eſt generis & differentiæ, ergo a pari, & ſi illæ duæ cauſæ differũt, & conueniunt, non oportet illas eſſe compoſitas. & per hoc patet ſol. ad ſecundũ inconueniens, & ideo concludit. vnde patet ex hoc ẽt ꝙ philoſophi deficiunt in oſtenſione, ꝙ eſt impoſsibile peruenire ad duos Deos, & dixit, patet ex hoc etiam, qm̃ cum tribus enarratis patet peccatum quartum. vt ergo colligeret quartum cum tribus dixit etiam. Et quaſi. d. & cum patent illa tria, patet etiam ex hoc quartam viam ducentem ad vnitatem primi non eſſe firmam.

AVEROES.

AIt Auer Compoſitio autẽ, quæ eſt inter genus, & differentiã, eſt eadẽ cõpoſitio, quæ eſt rei, quæ eſt in potentia, & rei, quæ erit in actu. quoniam natura, quam ſignificat genus non repe- *Quæ ſit cõpoſitio generis cũ ſpetie.*

C ritur in actu aliquo tempore, niſi ex natura, quæ appellatur differentia, & forma. & omne id, quod eſt apud homines compoſitum ex duabus iſtis naturis, eſt generabile, & corruptibile, & habet agens. nã differentia eſt ex conditione eſſe generis, in eo quòd eſt in potentia, & non reperitur nudum differentia. & copulatio vniuſcuiuſque eorum alteri eſt aliquo modo conditio in eſſe alterius. & idem impoſſibile eſt vt ſit cauſa conditionis eſſe ſui ipſius, ergo eſt ei de neceſsitate cauſa, & eſt illa, quæ tribuit ei eſſe, cum copulauerit conditionem conditionato. Et apud eos etiam eſt vt recipiens in rei veritate ſit id, quod eſt potentia tantum. nam, ſi eſſet actus, eſt per accidens: receptum vero eſt id, quod eſt actus. &, ſi eſſet actus, eſt per accidens. nam non diſcernitur, & cognoſcitur receptum in eo à recipiente, niſi ex eo quòd vnum eorũ eſt in potentia alterius rei, & eſt in actu res recepta: & omne, quod eſt in potentia alterius, neceſſario

recipit illud aliud, & ſpoliatur à re, quæ eſt in actu. & ideo, ſi reperitur D hic recipiens in actu, & receptum in actu, ambo quidem exiſtũt in ſe: ſed recipiens eſt corpus neceſſario: nam receptio reperitur prius corpori, aut ei, quod eſt in corpore. accidentia.n.non attribuitur eis receptio, nec forma, nec ſuperficies, nec linea, nec punctus, nec vniuerſaliter id, quod non diuiditur. agens autem non in corpore iam declaratum eſt demonſtratiue: recipiens vero non corpus, nec in corpore eſt falſum. Sed id, de quo dubitauerunt circa intellectum, qui eſt in potentia, eſt, quoniam, cum compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur, non additur ſubſtantię, erit generabile, & corruptibile, & erit corpus neceſſario. ſi autẽ eſſet compoſitũ ex eo, cui attribuitur, & attributo additis ſubſtantiæ, abſque eo ꝙ ſit in eo potentia in ſubſtantia, nec potentia ad attributum illud, vt dicunt Antiqui de corpore cœleſti, neceſſe eſt vt ſit habens quantitatem, & vt ſit corpus. nam, ſi auferetur corporeitas à ſubſtantia illa ſubiecta attributo, auferetur ab E eo ꝙ ſit recipiens ſenſibile: & ſic auferetur comprehenſio ſenſus illius attributi, & fient attributum, & id, cui attribuitur ambo intellectus, & fient idem ſimplex: quoniam intellectus, & intellectum iam apparet de eis, ꝙ ſunt idem, cum pluralitas ſit eis per accidens, ſ. ex parte ſubiecti. Demum homines ponere ſubſtantiam, & attributa addita ſubſtãtiæ nihil aliud eſt niſi ponere corpus antiquum, & accidẽtia poſita in eo. Et ipſi non conſyderant ꝙ, cum ipſi auferunt quantitatem, quæ eſt corporeitas aufertur ꝙ ſit in eo aliquid ſenſibile, non aũt ꝙ nõ ſit ibi nec ſubiectũ, nec prædicatum. ſi vero ponerent ſubiectũ, & prędicatũ ſeparata à materia, & corpore, ſequeretur vt ſit intelligens, & intellectum. & id eſt vnũ, ſimplex, & verum. Cũ aũt dixit ꝙ fallacia eorũ tota eſt: qm̃ eſt ex appellatione eorum neceſſariũ in eſſe: &, cum fecerit loco huius id, quod non habet cauſam, non ſequitur primo id, quod intulerunt ex attributis ſequentibus neceſſario in eſſe, non eſt verum. quoniam, cum poſitum fuerit ens non habens cauſam, F neceſſe eſt vt ſit neceſſarium ex ſe: ſicut compoſitum, cum fuerit neceſſarium ex ſe, neceſſe eſt vt non ſit ei cauſa: &, cum non fuerit ei cauſa, multo dignius eſt vt non diuidatur in duo, ſcilicet cauſam, & cauſatum. Poſitio autem Loquentium ꝙ Primum ſit compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur, determinat ꝙ ſit ei cauſa agẽs. ergo nõ erit cauſa prima, nec neceſſarium in eſſe, et eſt contrarium eius, quod poſuerunt, ꝙ ſit ex entibus, in quibus fiunt attributũ, et id, cui attribuitur idem ſimplex. et hic non debemus reiterare quod dictũ eſt de eo ſuperius, et protelare ſermonem in eo. Ad id autem, quod dixerunt quòd Deus glo. ſi non eſt falſum dicere de eo ꝙ ſit compoſitus ex eo, cui attribuitur, et attributo addito ei, multo dignius eſt vt non ſit falſum dicere ꝙ ſit compoſitum ex eo, cui attribuitur, et attributo, quod eſt idẽ, quod id, cui attribuitur, iam profecto diximus quomodo eſt falſum, et qũo non eſt falſum, et eſt, quia ſunt ſeparata à mate-

A ria. Cum autem dixit quòd demonſtratio eorum de ablatione ſecundationis prohibet quin ſint hic duo Dii, quorum Vnus eſt cauſa cœli, exempli gratia, & alius cauſa terræ: aut vnus eorum cauſa intellecti, & alius cauſa ſenſibilis ex corporibus: & erit inter eos differentia non determinans contrarietatem, ſicut differentia, quæ eſt inter rubedinem, & caliditatem, quæ reperiuntur in vno, & eodem ſubiecto. Et eſt ſermo non verus. nam, cum tribuitur innouatio entis, & principium eius naturæ vni, & ſubſtantiæ vni, non diuerſis naturis, neceſſe eſt vt, cum ponitur aliquid illius naturæ, æquale in natura, & intellectu naturæ primi, vt ſint communicantes in attributo, & differentes in attributo. & id, quo differunt, aut erit ex ſpecie differentiæ hominum, aut ſpecie differentiæ ſpecierum. ſi ex ſpecie differentiæ ſpecierum, dicitur de eis nomen Dei æquiuocè. & hoc eſt aliud ab eo, quod poſitum eſt. nam ſpecies communes in vno genere ſunt aut
B contraria, aut ea, quæ ſunt inter contraria. & hoc totum eſt falſum. ſi vero fuerit differentia eorum in indiuiduo. ergo ambo ſunt in materia. & hoc eſt contra id, ad quod conuenerunt. Attamen, ſi poſitum fuerit quòd hæc natura fuerit nobilior alia, & dicitur de eis ſecundum prius, & poſterius, ergo natura primi erit nobilior ſecundo, & ſecundum eſt cauſatum ab eo neceſſario, adeo quòd erit, exempli gratia, innouans cœlum innouans cauſam, quæ innouauit elementa. & hæc eſt poſitio Philoſophorum. & ambæ poſitiones reducuntur ad poſitionem cauſæ primæ, ſcilicet eius, qui ponit ꝙ Primum eſt cauſa ex ſe omnium rerum diuerſarum immediate. Veruntamen hoc non eſt poſſibile apud Philoſophos. quoniam eſt notum per ſe quòd mundi conſiſtunt ex cauſa, & conſyderatio de his cauſis finit apud nos ad cauſam primam omnium. &, ſi non eſſent omnia iſta principia diuerſa, aliquod eorum proueniens ex aliquo, ſcilicet quòd aliquod non eſſet cauſa alicuius, non eſſet in mundo ali-
C quid vnum, & copulatum. & quod ſignificauit illud eſſe falſum, eſt, cum dixit Deus glo. Videte nunc quòd ego ſum, & non ſunt Dei mecum. ego autem facio mori, & viuifico. ideſt ſignificat proceſſus entitatis deſtructionem communicationis. nam, ſi eſſet ibi alius Deus, tunc corrumperetur totum, & eſſet ibi deſtructio, & non reparatio.

De natur. Analogatorum.

In ſolutione propoſiti dubij primò proponit quædam, quæ ſub dubio tangebātur. ſecundo venit ad propoſitum, vt patebit, inquit in prima parte. Dicimus ꝙ actio, & pro. i. compoſitio, quę fit ex genere, & differentia eſt eadem cum compoſitione, quę fit ex re potentiali, & re actuali. eſt ergo concluſio. compoſitio ex genere, & differentia eadem eſt cum compoſitione ex actu, & potentia. Probatur hęc concluſio in litera, &. d. natura nanque generis nunquam in actu reperitur, videlicet nuda de natura differentiæ, ſeu formę. & hæc ratio ſic componitur. omnis compoſitio, cuius vnum componentium nunquam ſeparatur a natura formę, eſt compoſitio ex actu & potentia: tunc apponitur minor: ſed compoſitio ex genere & differentia eſt compoſitio, cuius vnum componentium nunquam ſecluditur a natura actus: ergo compoſitio ex genere & differentia eſt cōpoſitio ex actu & potentia. huius ſyllogiſmi tetigit tantum minorem in litera:

vt patet propoſitio.d.omnis compoſitio, cuius vnum componentium nunquam ſeparatur a natura formę,eſt compoſitio ex actu & potẽtia,eſt manifeſta per ſe. & declaratur in Meta. dictum eſt enim in.8.illius prope finem, ꝙ potentia per ſe fit cum actu per ſe vnum, adeo quod nunquam potentiã poteſt eſſe ſine actu. minor autem dicta in Porphyrio.dixit enim ꝙ genus ſemper reperitur cum aliqua differentia,licet actu non ſit ita cum vna,quin poſsit eſſe cum alia, & ideo. &.4.Topi.&.7.Meta.dixit Ariſt.genus non eſſe pręter generis ſpecies,eo quia nunquam eſt pręter generis differentias, vt manifeſtum eſt. D

Dubitatio. Sed dubitatur:quoniam,vt dictum eſt.8.Phy.quęcunque reperiuntur vnita inſimul,ſi vnum reperitur ſeparatum ſine altero,& reliquum. & per hoc probat eſſe vnum primũ motorem, ita mouentem ꝙ nullo modo mouetur:vt perſpicuũ ſit per demonſtrationem ibidem poſitam.Cũ igitur neq; genus, neq; differentia reperiantur ſeparatim,quare potius dixit gñis naturã eſſe non poſſe ſine natura differentię,quã econtra:vel igitur ambo poterunt eſſe ſeorſum, vt ratio concludit:vel non debuit dicere magis vnum,quam alterum. Dicendum primo,ꝙ regulam Ariſt.interpretatur Auer.12.Meta.com.35.duobus modis:attamen vnus eſt auctoritate Alex.ſ.ꝙ illud compoſitũ ſit cõpoſitum ex duobus extremis oppoſitis,quorũ neutrum eſt accidens alteri.Dixit extremis, qm̃,ſi vnum componitur ex medijs,non oportet vt media per ſe conſtent.dixit oppoſitis,qm̃ materia non reperitur ſine forma,cũ ſit extrema in ambitu potentię. Dixit, quorum neutrum ſit accidens alteri,qm̃ ſubſtantia põt eſſe ſine accidente, & non econtra:& tñ ſunt oppoſita ſaltem diſperate, & extrema. iſtis tribus conditionibus vſus eſt Auer.etiam.8.Phy. cõ.37.ſi bene verba eius inſpiciantur. B

Replica. Sed dices, qũo ex hac regula propoſitũ habetur de primo motore? ſecundo videtur adhuc argumentum ſtare.ſ.qũo cum genus neq; poſsit eſſe ſine differentia, neq; econtra,magis attribuit illud generi quam differentię.

Reſponſio. Et dicendum, ꝙ primus motor,& primum mobile ſunt extrema:hoc quidem in ratione motorũ,illud quoq; in ratione mobilium,vt conſtat.Sunt ẽt oppoſita per ſe,& ſi per accidens cõiungantur:quod facile dignoſcitur,cum mouere ſit agere,et moueri pati.conſtat vero agere & pati oppoſita eſſe pluſquam diſperata. Quod aũt neq; primus motor ſit accidens primo mobili,neq; econtra,perſpicuum eſt per ſe. põt ergo problema Ariſto.ſic componi.quęcunq; oppoſita,vel inuicem vnita extrema oppoſita,quorum neutrum neutro accidit,poſſunt ſeparatim reperiri ſimpliciter. ſed primus motor,& primum mobile ſunt vnita extrema oppoſita, quorum neutrum neutro accidit:ergo in prima figura primus motor,& primum mobile poſſunt ſeparatim reperiri,Intelligo ſeparatim hoc modo, ꝙ primum mobile ita mouetur ꝙ nullo modo moueat,primus motor ita moueat, ꝙ nullo modo mouetur.ecce, quomodo expoſitio illa Alex.& Auer.eſt conueniens, Ad ſecundum dicendum, ꝙ neque genus,neque differentia ſunt extrema, neque oppoſita, neque eis regula illa poteſt applicari.attamen Ariſt.accepit genus,cum habeat rationẽ potentiæ,& plus ſit propinquum materię,vt dicitur primo Meta. comm.18.& ideo minus repugnat differentiam eſſe ſine genere,quam econtra, cum differentia rationem actus habeat,ideo accepit genus,& non curat de differentia,vt cõſtat.(Et quodcunq;.)Nunc vult ex illo concludere quoddam problema ad propoſitum,& inquit,& quodcunq; compoſitum ex iſtis duabus naturis apud philoſophos eſt generabile & corruptibile, & habet agens: eſt ergo maior: omne compoſitum ex potentia,& actu eſt generabile,et corruptibile,& habens agẽs. tunc,non ponit minorem in propria forma,quę eſt,ſed omne exiſtens in genere eſt compoſitum ex actu, & potentia, ſed vim illius hoc modo.d. cum igitur ita ſit, ꝙ genus, cum ſit de potentiali natura, nequit aliquo modo de natura differentię denudari:tunc ponit concluſionem huius ſyllogiſmi.d.ergo adhęrentia ipſorum adinuicem indiget in eſſe alterius,id eſt,habet aliquod agens.ergo indiget cauſa coniungente,& faciente acquirere eorum eſſe, ſcilicet ipſius cauſa,id eſt,agente.eſt ergo concluſio ꝙ compoſitum ex genere, & differentia eſt generabile & corruptibile habens agens. F

Dubitatio. Sed, in hoc eſt quęſtio.primo maiori Auer, appono hanc minorem: ſed

A accidens, videlicet albedo eſt in genere, ergo eſt generabilis & corruptibilis, et
habebit agens. concluſio falſa: accidens enim, cum non ſit per ſe ens niſi entis,
ideo non per ſe generatur, neque habet agens. ergo aliqua propoſitionum, &
non minor, ergo maior: & ita propoſitio dicens omne compoſitum ex potentia,
& actu habet agens, & eſt generabile & corruptibile, eſt impoſsibilis. Prete-
rea, ſi illi compoſitioni ex genere & differentia reſpondet agens. vel eſt idem
cum agente compoſitionẽ ex vera materia & vera forma, vel aliud. ſi idẽ, ergo
vnum & idem genus ageret per ſe duas compoſitiones vnica actione: quod eſt
contra Auer. 8. Phy. com. 32. Si aliud: vel eſt indiuiduũ, vel vniuerſale: & quic-
quid dicatur ſequitur inconueniens. Dicendum, ꝙ in hoc diu ſteti, & in magno
dubio, & vidi Io. in pluribus locis tangere hoc, & nihil dicit. plura enim, quæ
ille vir dicit, potius tradunt ignorantiam quam ſcientiam largiantur. Dicendũ
ergo, cum licentia dicendi aliter, ſi aliquando aliter occurrit, ꝙ in generatione
Platonis plures compoſitiones occurrunt. quando enim Plato accipit eſſe, pri-
ma & propinqua compoſitio eſt ex materia & forma. ſecunda ex actu & po-
tentia, quam Auer. hic gloſat ex genere & differentia. tertia ex eſſe & eſſentia,
quam Auer. ſecundo Meta. tetigit. com. 4. &. 12. Meta. com. 51. & hanc appel-
lant ex participante & participato, quam declaraui diffuſe in expoſitione mea.
B 3. de Anima in expoſitione com. 10. &. 9. vide. & hanc dixit Auer. cõ. 5. &. 14.
illius tertij. quando dixit, ꝙ nulla intelligentia eſt liberata a potentia præter
primam. & tu vide. Vltima compoſitio illis tribus aduenticia eſt ex ſubſtantia
& accidente. omne enim nouum eſt recipiens aliquod accidens, & per conſe-
quens ibi aliqua compoſitio aderit: &, quia iſtę quatuor compoſitiones attribuũ-
tur rei genitę, ideo quatuor alia attribuuntur a parte agentis. prima, quæ eſt ex
eſſe & eſſentia reſpondet primę cauſæ: omne enim cauſatum eſt compoſitum ex
eſſe & eſſentia, & prima cauſa illius cõpoſitionis eſt prima cauſa, ſcilicet Deus.
Deus enim eſt ens per eſſentiam; & per conſequens cauſa cuiuslibet entis per
participationem. compoſitioni vero ex materia & forma reſpondet genus par-
ticulare, quod primo generat compoſitum ex materia & forma. compoſitioni
quoq; ex ſubſtantia & accidente non correſpondet agens determinatum: qm̃
ea, quæ ſunt per accidens, reducuntur ad per ſe, illud idem agens, quod eſt per ſe
compoſiti ex materia & forma, erit per accidens agens compoſitionis ex ſubſtã-
tia & accidente, vt patet: compoſitioni vero ex genere & differentia, quę dici-
tur ex actu & potentia, non reſpondet agens aliud apud philoſophos ab illo par
ticulari ſecundum ſubiectum, ſed bene ſecundum modum. vnde Sor. generans,
& eſt Sortes, & eſt in genere animalis. i. & eſt animal. prout eſt Sor. generat in-
diuiduum compoſitum ex materia & forma. prout eſt in genere animalis, habet
C generare ſibi ſimile in genere: ideo, vt ſic habet vnire genus cum differẽtia. vni-
co. n. actu, quo Sortes, vt Sor. vnit materiam cum forma, Sortes, vt animal vnit
genus cũ differentia. Et cum hoc ſit ita, declaratum erit ꝙ oẽ exiſtens in genere
eſt generabile & corruptibile, & habet agens: hoc modo, ſ. omne compoſitũ ex
materia & forma habet agens, & eſt gñabile & corruptibile. omne cõpoſitũ ex
genere & differentia eſt cõpoſitum ex materia & forma, vt manifeſtũ eſt: ergo
omne cõpoſitum ex genere & differentia eſt generabile & corruptibile, & ha-
bet agens. Ad argumenta. Ad primum dicendũ, ꝙ accidens eſt in genere, & ha- Solutio.
bet agens, vt patet: qm̃ eo modo, quo eſt cõpoſitum, eodem modo eſt generabile,
& habet agens. modo dictum eſt, ꝙ illud compoſitum eſt valde per accidens,
ideo oportet, vt reducatur ad per ſe, eo modo, quo dixi. Ad ſecundum dicendũ,
ꝙ illi compoſitioni reſpondet idem agens in ſubiecto, diuerſum ſecundum de-
finitionem, vt dictum eſt, & ideo diuerſis rationibus æque primo illud eſt cau-
ſa diuerſarum compoſitionum. Sed adhuc animal formidat. primo, quo- Dubitatio.
niam prima cauſa reſpondet primæ compoſitioni, &. vltima cauſa vltimæ
compoſitioni, ſcilicet ex materia & forma: ergo intermediæ cauſæ, vt intel-
ligentiæ, concurrunt ſecundum rationes, & gradus medios. qui ſunt ergo iſti?
Præterea ſecundo, quoniam albedo eſt per ſe in genere, ergo albedo eſt per
ſe compoſita ex genere & differentia, ergo habet agens per ſe, licet enim homo

albus, non habeat agens per ſa, attamen albedo debet habere: quoniam albedo D
eſt vere ens per ſe compoſitum ex genere per ſe, & differentia per ſe.

Solutio.

Effectus vniuerſales ad cauſas vniuerſales reducuntur.

Ad hęc dicendum, vt mihi videtur pro nunc, ꝙ ſemper effectus vniuerſales oportet in cauſas vniuerſales reducere, & ad hunc intellectum in lib. de cauſis dicitur propoſitione quinta. prima creaturarum eſt eſſe. dico ergo ꝙ in effectu illo plures conſiderandi ſunt gradus eſſendi, quorum nomina non habemus, ſecundum quos cauſæ intermediæ concurrit. effectus enim ſcilicet Plato genitus, quando generatur, fit ens, ſubſtantia, corpus, animal, homo. prout eſt ens, reducitur ad primam cauſam, quæ eſt cauſa eſſe: eſſe enim proprius eſt effectus Dei. Prout eſt ſubſtantia, reducitur ad ſaturnum. vnde ſaturnus cauſa eſt rei ſtabilitatis, & permanet ſecundum aſtronomos. Iuppiter autem cauſa eſt bonę habitudinis. vnde Plato, vt ſubſtantia reducitur ad ſaturnum, vt bene ſe habens, & perfectus ad iouem, prout contra nociua tuetur, & illa propellit correſpondet marti: ergo ſecundus effectus eſt ſubſtantia bene ſe habens nociua propellens, ad quã ſecundum diuerſos gradus concurrunt planetæ ſecundum aſtronomos. Si conſideretur Plato genitus, vt corpus, adhuc concurrunt tres alij, ſcilicet ſol, venus, & mercurius diuerſis gradibus: quoniam Plato vt corpus motum, reducitur ad ſolem. & ideo dicunt aſtronomi ꝙ oppoſitio ſolis in inferioribus maxime apparet. Eſt enim motus, quaſi vita omnium, vt dicitur in principio. 8. Phyſi. & ideo B
aſtronomi dicunt ſolem eſſe dominum vitæ. 12. Metaphyſic. commen. 34. Plato vero, vt corpus motum motu generationis, reducitur ad venerem. Venus enim, vt dicunt aſtronomi, proprium effectum habet, prout eſt cauſa rei generationis, per quam aliquid conſequitur in ſpecie. Pla. vero, vt corpus motum genitum multiplicatum in ſpecie, reducitur ad mercurium. mercurius enim videtur proprium effectum habere in multiplicatione indiuiduorum in vna ſpecie. Si vero conſideratur, vt animal, ſic concurrit luna. lunę enim proprius effectus eſt mutatio materiæ, & diſpoſitio ipſius ad recipiendum. nihil autem mutat, & mutatur plus in genere ſubſtantiæ quam animal, cum poſsit per quinque ſenſus variari, & ratione corporis, & ratione formæ, & per conſequens lunæ debet attribui. Si autem conſideratur, vt homo, ſic attribuitur homini generanti: homo enim hominem generat. patet ergo iam, quomodo cauſæ intermediæ concurrũt ſecundum gradus occultos & diuinos, quos aſtronomi explanant in libris eorum. Poteſt etiam aliunde accipi ordo concurſus illorum, quem declarat Ptolemeus in quatripartito. inquit enim effectus ſaturni ad vniuerſalia loca, & tempora, Iouis ad annos, martis, ſolis, veneris, & mercurij ad menſes, lunæ ad dies. ecce, quomodo alio modo poteſt accipi ordo. Et, cum corpora cœleſtia ſint quaſi inſtrumenta ſubſtantiarum ſeparatarum, ſequitur ꝙ ſubſtantia, quæ mouet ſuperiorem orbem, ſit vniuerſalioris conceptionis & virtutis: & ſic conſequentur F
ſunt aliæ. Ad primum ergo argumentum patet ſol. quoniam prima cauſa concurrit ſecundum propriam rationem, & proprium effectum, ſ. eſſe, cauſæ intermediæ ſecundum gradus intermedios, quos explicaui.

Dubitatio.

Sed, adhuc eſt locus quęſtionis: quoniam, vt dicit auctor de cauſis, propoſitione prima. omnis cauſa primaria plus eſt influens, quam cauſa vniuerſalis ſecunda. Et illud, quod plus influit, explicat propoſitione ſecunda. d. & cauſa prima adiuuat ſecundam cauſam ſuper operationem ſuam: quoniam omnem operationem, quam cauſa efficit ſecunda, prima etiam efficit: ergo, ad quemcunq; gradum concurrit cauſa inferior, concurrit cauſa ſuperior, & vltra. & per conſequens homo, vt homo, fit etiam ſecundum concurſum omnium cauſarum mediarum. Præterea, ſor. generans eſt ens, ſubſtantia, corpus, animal, & homo. ergo ſor. vt ens, poteſt cauſare Platonem vt ens, vt ſubſtantia, iterum illum vt ſubſtantia, & ſic de alijs: ergo ſuperfluunt cauſalitates mediæ.

Solutio.

Dicendum, ꝙ dictum illud debet intelligi hoc modo, ſcilicet de cauſato, & non de modo cauſati, vel cauſandi. omne enim cauſatum, quod cauſatur a cauſa ſecunda, cauſatur a prima. V. g. ſor. cauſat Plato. & prima cauſa cauſat eundem. non conuertitur tamen, quoniam prima poteſt cauſare alium effectum, quem non poteſt ſecunda: et ideo ſubdit auctor ibidem, veruntamen efficit eum per modum alium altiorem,

A & ſublimiorem. vnde dicitur in lib. Proculi, a quo fuit extractus ille liber de cauſis, propoſitione prima. omne, quod producitur in ſecũdis cauſis a prioribus, & cauſabilioribus, producitur eminentius. ecce, quomodo idem eſt cauſatum vtriuſque, licet modus non ſit idem. Ad ſecundum dicendum, quod illa ſunt in ſorte. vt in inſtrumento; tamen ſunt in corporibus cœleſtibus, vt in agente principali. & hoc dixit elegantiſsimus philoſophus Auer. 8. Phyſi. com. 47. inquit enim, homo non dat in generatione hominis niſi illud, quod eſt quaſi inſtrumentum, & corpora cœleſtia quaſi artifex: & vide reliqua; modo inſtrumentum non agit, niſi conſeruatur a principali agente: & ideo patet qualiter corpora cœleſtia principaliter concurrunt ſecundum illos gradus, licet homo poſsit ſecundum omnes illos concurrere prout eſt inſtrumentum omnium illorum. Ad ſecundam rationem principalem dicendum, ꝙ ſi albedo ſecundum philoſophos haberet genus per ſe, & differentiam per ſe, eſſet vere ens per ſe exiſtens, cum omnis differentia ſit actus ſecundum Auer. hic; & omnis actus principium eſt eſſendi & exiſtendi: ideo, ſi albedo haberet proprium genus & propriam differẽtiam, eſſet completa in ſpecie; & per conſequens eſſet vere exiſtens ſeorſum ſecundum philoſophos: ideo oportet dicere opinionem, quam diu celaui ſcholaribus meis, ꝙ ſecundum doctrinam Auer. accidentia bene habent genus per ſe, non tamen differentiam per ſe: immo differentia accidentium ſecundum ipſum

B eſt ſubiectum. ſicut enim eſſentia hominis conſtituitur ex animali & rationali, ita eſſentia albedinis, eo modo, quo ei competit eſſentia, conſtituitur ex genere, ſcilicet colore & ſubiecto. Verum debes ſcire, quod accidens eſt duplex: quoddam proprium notans proprium ſubiectum, & ſic differentia eius eſt ſubiectum proprium, & ſemper debet poni proprium ſubiectum. Quoddam commune, & quia eſt indifferens ſecundum ſubgenerationem, ideo non expedit ponere proprium ſubiectum: ſed, quandoq; apponimus propriam paſsionem illius accidentis, per quod notatur ſubiectum; vt patet in definitione albedinis. Sed dices, hæc opinio noua eſt, & ficta, nec Auer. eam ponit in aliquo loco. Præterea, eſt contra rationem: quoniam, tunc non differret albedo, & album: cum vtrunq; notet ſubiectum per ſe, tanquam differentiam. Præterea, omne prædicamentum habet proprium genus, & propriam differentiam; quoniam omne generaliſſimum diuiditur per differentias proprias eiuſdem generis. Præterea, potius ſubiectum videtur eſſe vt materia accidentis: quoniam, vt dicitur. 4. Meta. cõm. ſecundo, accidentia habent materiam in qua, & genus puta color, habet potius rationem formę reſpectu ſubſtantię, vt patet. 2. de Anima. com. 4. plures alias rationes adduxi contra hoc in trac. de accidente, quem feci paucis diebus: & declaraui qualiter hęc opinio adeo euitatur a quibuſdam, quod eis videtur vene-

Accidẽs duplex.

C num: & non eſt mirum: quoniam, non viderunt dicta domini philoſophi Auer. & Ariſt. Ad primam dicendum, ꝙ hęc opinio patet per verba, & fundamenta eius in diuerſis locis. per verba quidem inquit. 7. Meta. commen. 14. cum declarauit quod definitio ſimpliciter non inuenitur niſi in ſubſtantijs, non in accidentibus, quia ſunt compoſita ex ſubſtantia & accidente, &c. ecce, quomodo ponit accidentium naturam eſſe compoſitam ex ſubſtantia & accidente. Preterea ibidem commen. 4. inquit, & diximus quod ſubſtantia eſt prior definitione cuiuslibet accidentium: quoniam neceſſe eſt, vt ſubſtantia accipiatur in definitione cuiuslibet accidentium, quoniam partes definitionis ſunt illa, per quæ conſtituitur res: & quia accidentia conſtituuntur per ſubſtantias, neceſſe fuit vt accipiantur in definitionibus eorum: ecce quam plane Auer. illud oſtendit. alia verba collegi in tractatu dicto. Contra fundamentum vero: quoniam Auer. 4. Phyſic. commen. 60. intulit, quod ſi prædicamentum eſſet ſeparatum, tunc quantitas eſſet ſubſtantia ſeparata. hæc autem conſequentia non tenet, niſi quia variatur eius ſubſtantialis differentia, ſcilicet ſubiectum, ergo variatur ſpecies: & immorari in hoc eſt ſuperfluum, patet ſolutio ad primum. Ad ſecundum dicendum quod differunt: quoniam album notat ſubiectum in actu, albedo in potentia, vt dicit Auer. 7. Meta. com. 18. attamen eſſentia eſt vna, ſcilicet albedinis, albi, & hominis albi, vnde, ſicut idem eſt humanitas homo, & homo rationalis, diffe-

Albũ notat ſubiectũ in actu, albedo in potentia.

runt tamen in modo: ita idem eſt albedo, album, & homo albus ſecundum philoſophos ſimpliciter, & differunt in modo. Ad tertium dicendum, ꝙ maior eſt falſa de generibus accidentium: quoniam ſicut generaliſsimum non eſt ens per ſe, ita non debet habere differentias per ſe, neq; conſtitutiuas. Ad quartum dicẽdum, quod ſubiectum eſt materia in qua, & genus forma in qua: eſt tamen ſubiectum differentia per quam, & genus materia ex qua fit accidens, &c. ergo accidens eſt tantum ſecundum quid, & in relatione ad ſubſtantiam: ſed hic oporteret amplius immorari, & nolo, quoniam dixi ibidem, & nullus bonus vir debet condemnare abſentem, id eſt me non intelligentem, vt primo cœli dicitur. ideo qui non vidit dicta mea, vbi diffuſe locutus ſum, non debet me condemnare in hoc breui, & tranſitorio ſermone. D

Dubitatio. ET POSTQVAM ſcripſi hoc, occurrerunt quæſtiones, quas tetigerunt ſcholares mei. Quarum prima eſt, per id, quod eſt forma, & eſſentia alicuius cõtingit agere id, cuius eſt forma & eſſentia: ſed eſſentia & eſſe eſt forma ſortis: & ſubſtantia, & corpus, & animal ſunt eſſentia & forma ſortis: cum hæc ſit per ſe vera. ſor. eſt ens, ſor. eſt ſubſtantia, ſor. eſt corpus, ſor. eſt animal. ergo ſor. per ſe poteſt agere ens, ſubſtantiam, corpus, & animal, & hominem: ergo omnino ſuperfluunt corpora cœleſtia.

Dubita. Secunda queſtio. ſi ſortes, vt inſtrumentum, Saturni producit animal, vt inſtrumentum ſolis corpus, vt inſtrumentũ lunæ animal. propter quid, vt inſtrumentum primæ cauſę non producit eſſe? E

Solutio ad primam. Ad primã dicendum, quod ſor. eſt animal, corpus, ſubſtantia, & ens poteſt intelligi duobus modis. vno modo formaliter p eſſentiam. alio modo formaliter per participationẽ. primo modo non, qm̃ ſolus Deus eſt ens formaliter per eſſentiam, qm̃ eſt ens, & in ratione eſſendi excluditur ab omni alio in ratione cauſæ alio modo. & ſecundo verificatur. eſt enim ſortes ens, non tamen per eſſentiam, cum in ratione eſſendi dependeat a prima cauſa. ſimiliter ſor. eſt ſubſtantia formaliter & per ſe, ſed non per eſſentiam, cum dependet a ſaturno in eſſe, cum, vt ſic ſit illius inſtrumentũ, & ſic de alijs. maior debet intelligi de per ſe primo modo, non ſecundo modo.

Ad ſecundã Ad ſecundũ dicendum, quod eſſe eſt effectus primus, qui nullũ aliũ pręſupponit, & ideo non põt ibi concurrere vt inſtrumentum: qm̃, vt inſtrumentum ageret diſpoſitiue. hęc ſolutio eſt primi expoſitoris inter latinos in loco eius.

Replica. Sed, adhuc arguitur: qm̃ inſtrumentum adęquatur virtuti ſuę cauſæ: ergo, quãtũ põt prima cauſa producere, vt principalis cauſa, cauſabit ſor. vt inſtrumentum. Pręterea, eſſe ſubſtantiale etiam ſimplex eſt, & ad eius fieri non diſponit ſortes: ergo, nec ad illud ſecundum hoc concurret. Pręterea, ipſe dixit in Meta. & in pluribus locis quod aliquod inſtrumentum põt attingere virtutem principalis agentis, propter quid ergo ſor. vt inſtrumentum illud non poteſt?

Solutio. Ideo videtur eſſe dicendum, quod ſor. vt inſtrumentum primę cauſę, poteſt producere Platonem in eſſe. i. inquantum ens, vt argumentũ concludit: neq; ſequitur ꝙ ſor. aliquid creet, qm̃ creatio eſt productio ipſius rei ex nihilo per ſe, & ſeorſum. modo ſortes non facit eſſe per ſe, ſed eſſe prout continetur in homine, vt patet. & tu conſidera, quia eſt multum difficile. F

Correlariũ. Cum hęc omnia verificata ſint, Apparet aperte primum motorem non eſſe in genere, ipſumq; non eſſe compoſitũ ex actu & potentia, vt manifeſtum eſt. poteſt enim ſermo hic ſic componi. omne cõpoſitum ex genere & differentia eſt generabile et corruptibile, & habet agens. ſed primus motor non eſt generabilis & corruptibilis, neq; habet agens. ergo in ſecunda figura, non eſt cõpoſitus ex genere & differentia, & ita neq; ex actu & potentia propoſitio. d. oẽ compoſitum ex genere & differentia eſt generabile & corruptibile, et habet agens, verificata eſt iam. Minor autem eſt per ſe nota, & perſpicua. & ſic habetur primum.

Rationes. Aui. probãtes primum motorẽ non eẽ i genere. Debes ſcire quod Auic. 9. Meta. ca. 4. probauit alijs rationibus primum motorem non eſſe in genere quarum prima eſt. genus eſt pars, Deus autem ſimplex eſt non habens partem & partem, ergo Deus non eſt in genere. poteſt ergo ratio Auic. ſic componi. omne, quod eſt in genere, habet partem & partem: Deus non habet partem & partem, cum ſit ſimplex: ergo Deus non eſt in genere. maior patet, quoniam genus eſt pars. Secunda ratio ponitur ibidem ſic, ſi neceſſe eſſe habet genus, ergo intentio generis vel

A erit ex ſe neceſſe eſſe, vel non ſi primo modo, non ceſſabit quouſque ſit ibi differentia. vult dicere, tunc genus in actu includeret differentiam. modo hoc falſum eſſe. 3. Metaphy. declaratum eſt. Si dicatur, ꝙ intentio generis non erit neceſſe eſſe erit conſtitutum ex eo, quod non eſt neceſſe eſſe, quia ex illa intentione, quæ non eſt neceſſe eſſe. Poſteriores autem theologantes adducunt tertiam rationem, quæ poteſt hoc modo componi. omne exiſtens in genere eſt limitatum, ſed primus motor non eſt limitatus, igitur primus motor non eſt in genere. maior eſt perſpicua. minor patet etiam. eſt enim primus motor perfectionis infinitę. Primus expoſitor adduxit quartam viam, quę ſic componitur. nullum cō tinens perfectiones omnium generum in ſe eſt in genere. primus motor continet perfectiones omnium generum: ergo primus motor non eſt in genere. Circa has rationes quidam dicunt rationem primam Auic. eſſe demonſtratiuam, ſi exponitur bono modo: ideo, ſecundum eos debes ſcire, quod in aliquibus rebus genus, & differentia accipiuntur ab alia, & alia re: ſicut ponendo plures formas in homine: animal, quod eſt genus, accipitur a ſenſitiua, & rationale ab intellectiua, vel cogitatiua pro nunc, aliquando ibi non ſunt res, & res ſicut in accidentibus, ſed oportet vt ſint realitas & realitas: quædam, ſcilicet a qua ſumitur genus, altera vero, a qua ſumitur differentia: ergo eſt duplex compoſitio, vna ex re, & re diuerſis omnino, altera ex realitate, & realitate. ſecunda eſt minima compoſitio, & ſufficit ad rationem generis. Ex his volunt primam rationem Auic. habere vim hoc modo. omne, quod eſt in genere, eſt compoſitum prima, vel ſecunda compoſitione. ſeu Deus non eſt compoſitus aliqua illarum: ergo Deus non eſt in genere. maior patet. minor, quantum ad primam partem, eſt perſpicua, quā tum ad ſecundam probatur: quoniam omnis realitas in Deo eſt formaliter infinita, & qualitercunq; ſumpta, per ſe non eſſet in potentia ad alterā: ergo, cum Deo quęcunque realitas eſſentialis ſit formaliter infinita, nulla eſt, a qua poſſit accipi ratio generis. Secundam rationem Auic. dicunt abſolute valere, nec aliter eam exponunt. Contra rationem primi expoſitoris arguunt, & illi maiori adde iſtā minorem: ſed homo continet perfectiones omnium generum, quoniam homo continet perfectiones omnium exiſtentium in genere ſubſtantię eminenter, ponendo intelligentias non in genere, & omnium nouem prædicamentorum accidentium, ergo homo non eſſet in genere. Sed mihi videtur, ꝙ ea, quæ hi dicunt, nihil ſunt, & non ſunt digna recitatione. prima quidem expoſitio primæ rationis patitur calumniam manifeſtam, quoniam petit, quod eſt in principio. ſecundum. n. philoſophos primus motor non eſt infinitæ perfectionis, licet ſecundum nos chriſticolas ſic: ergo illa ratio ſupponit Deum eſſe infinitum, & quodlibet illius eſſe infinitum, & ſic realitas nulla eſt ibi potentialis ad alteram: & hoc non tranſcē

Ratio primi expoſitoris.

Poſitio quorundam.

B

Contra primum expoſitorem.

Impugnatio cōtra illos.

C dit ordinem credulitatis. Præterea quæro ab his, propter quid omnis realitas in Deo eſſentialis eſt infinita, & non omnis conceptus realis in Deo eſſentialis, & intrinſecus. æque enim eſt eſſentialis hęc, immo plus, Deus eſt ens, vbi ens eſſet genus, & modo vbi non ponitur genus. propter quid ergo, modo ſecundū hos ens in Deo eſſentialiter, & formaliter exiſtens, non eſt formaliter infinitū, cum prędicetur eſſentialiter, & vniuoce de Deo, & alijs: & tunc ſic, ſcilicet vbi ponitur genus. Et ſi dicant: quia, vbi ponitur genus ſit realitas, & omnis realitas in Deo eſt formaliter infinita, & modo non eſt realitas. ideo non oportet. Et hoc admiror, quoniam vtrunque eſt eſſentialis, & formalis prædicatio. ideo, propter quid vno modo erit infinitum, & alio modo nō. & iam reducti ſunt ad voluntatem. Pręterea, apud iſtos quodlibet attributum in Deo eſt formaliter infinitum, & tamen hæc prędicatio, Deus eſt ſapiens, eſt denominatiua & non eſſentialis: hęc autem prędicatio, Deus eſt ens, eſt eſſentialis & quiditatiua, ergo eſt ens intimius ipſi Deo quam ſapiens. ſed eſſentia habet vim infinitandi ſapientiam, ergo multo plus habet vim infinitandi ens, cum ſit ſibi eſſentialius. Quod ſi tu dicas hoc eſſe, quia ens non eſt capax infinitatis, eo quia eſt indifferens Deo, & decem prædicamentis, ſcilicet finito, & infinito, ſic dicam de ſapientia: ſapiens enim apud eos prædicatur vniuoce de Deo, & homine, vt conſtat ipſis. Et per hoc patet, qualiter ratio illa, quæ procedit ex illimitatione

Ratio pro illis.

Idē eſt cōti-
nere pfectio
nes,et eſſe il
limitatū ſe-
cūdū ſanctū
Tho.

Dei,nihil eſt:tum primo,quia petit principium . tum,quia coincidit cum ratione D
Thomę.idem enim intelligit Thomas per continere perfectiones omnium ge-
nerum,& eſſe illimitatum:quoniam continere, apud Thomam eſt virtute pro-
pria,quodlibet iſtorum poſſe producere:& ſic maior eſt vera, nullum continēs
virtute propria perfectiones omnium generum eſt in genere : ſed primus motor
continet illas virtute propria;ergo primus motor non eſt in genere : & ſic ratio
eſt forte efficacior,quam ſit ſua. Inſtantia nihil eſt, quoniam homo nō continet
omnium perfectiones virtute propria,cum contineat in virtute primi continen-
tis;ſic ratio Thomę vel reducitur ad illam tertiā eius, vel eſt efficacior:cur ergo

Ad ſecundā
rationē Aui
cen.

ſtudent in reprobando illum bonum virum. Iterum,ſecunda ratio Auic.debi-
litatur,& retorqueo eam contra illos,qui tenent illam,hoc modo:intentio entis,
quæ prædicatur vniuoce de Deo,& alijs,vel eſt formaliter neceſſe eſſe,vel nō:
ſi non,ergo neceſſe ex non neceſſe eſſe:ſi ſic,ergo ens includeret formaliter ne-
ceſſe eſſe: quod eſt inconueniens:immo poteſt argui , quod nullum attributum
competit Deo,& alijs vniuoce contra eos , hoc modo : ſapientia vel eſt neceſſe
eſſe,vel non neceſſe eſſe:ſi neceſſe eſſe , ergo formaliter includeret illud , & ſic
non competeret niſi Deo:ſi non , ergo,vt prius neceſſe eſſe eſſet ex non neceſſe
eſſe,& breuiter nulla iſtarum rationum,quas iſti approbant,mihi valet: ſola er-
go ratio Auer.quam hic poſuit,videtur apud me habere efficaciam. Et , cum E
amor dicendi veritatem coegit me ad digreſsionem, redeo ad expoſitionem te-
xtus Auer.(Præterea id,quod recipit.) Cum remouit a Deo compoſitionem ex
genere,& differentia, vult nunc ponere aliud fundamentum , per quod vult re-
mouere compoſitionem ab eo ex denominatione,& denominato,& inquit,præ-
terea id,quod recipit ſecundum veritatem apud philoſophos,eſt pura potentia.
(Et ſi.) Solutio obiectionem contra hoc,quoniam anima recipit, & tamen non
eſt pura potentia,& inquit:&,ſi forte eſſet actus , eſſet per accidens:vult dicere
quod anima recipit,& actus:recipit quidem, prout eſt potentia , & eſt actus per
accidens ſibi,prout recipit : & hoc dicit ad notandum quod de ratione recipien-

Dubitatio.

tis formaliter non eſt eſſe in actu. Sed obijcietur,quoniam Auer . ſecundo de
Anima commento,4.& primo Phyſi.commen.63.& in primo capite de ſubſtan
tia orbis,vult,quod accidentia recipiantur in ente actu,prout eſt in actu: ſubſtā

Solutio.

tia in ente in potentia,prout eſt in potentia . Ad hoc Auerro.5.Phyſi.com. 8.
dicit hęc verba.Et cauſa in hoc,quod generatio in ſubſtantia non eſt,motus eſt:
quoniam generatum in ea non eſt ens ſimpliciter, & eſt ens in potentia,quando
tranſmutatur,& exit de potentia ad actum, quod non eſt ita in generatione acci
dentium:tranſmutatum enim in ea eſt in actu,licet tranſmutetur ſecundum quod
eſt in potentia in quibus verbis Auer. innuit ſolutionem quęſtionis ; vult enim
dicere, quod eſſe in actu non ſit ratio ipſi mobili recipiendi motum , ſed magis, F
vt eſt ens in potentia , & tamen concomitans eſt neceſſario requiſitum ad hoc,
quod aliquod recipiat motum:& ideo ait , quod non eſt ita in generatione acci-
dentium:tranſmutatum enim in ea eſt in actu,licet tranſmutetur ſecundum quod
eſt in potentia:eſt ergo in receptione accidentali ratio formalis tranſmutationis
eſſe in potentia , licet concomitetur eſſe actu in tranſmutatione ſubſtantiali , &
formaliter & concomitatiue eſſe in potentia eſt requiſitum , vt innuit in primis
verbis : & ſic patet ſolu . (Et id, quod) definit actum.d.& id,quod aduenit, eſt
actus:& iterum ſoluit quęſtionem conſimilem.d.&,ſi forte eſſet potentia, eſſet p
accidens. Colligantur ergo duæ definitiones , quarum prima eſt ; potentia eſt
principium recipiendi per ſe,actus eſt ens alteri aduenięns per ſe: & hę duę de-
finitiones ſunt quaſi conſimiles illis,quas dixit Ariſtoteles in Metaphyſica: ait
enim potentia actiua eſt principium tranſmutandi aliud , inquantum aliud : &
paſsiua eſt principium tranſmutandi ab alio,inquantum alio . Et forte quod hic
definit actum receptum,& potentiam recipientem,& non actum dantem, & ſic
definitiones ſunt diuerſæ:ſed hoc nihil refert:& nunc colligit horum differentiā,
dicens,& hoc modo diſtinguitur adinuicem , ſcilicet recipiens : & hoc patet ex
dictis,quoniam recipiens habet rationem perfectibilis, receptum rationem per
ficientis. (Et quodcunque.) Nunc accipit ſecundam propoſitionem,& inquit,et
quodcunq;

A quodcunque eſt potẽtialiter ſcilicet, receptum, aliquid recipiet illud neceſſario,
& dimittit illud, quod actualiter retinet. Verbi gratia, ſi homo eſt potentia cali-
dum, quandoque recipit illud, & diminit frigus: et hoc dicitur. 9. Metaphy. tex.
commen. 17. & 19. omnis potentia paſsiua eſt contradictionis: vide ibidẽ Ariſt.
(Et ſi.) Ponitur tertia propoſitio, & inquit, & ſi poterit aliquid recipere in actu
cum aliquo recepto in actu, id eſt, quando recipiens eſt ens in actu, & receptũ
ens in actu, quodlibet ipſorum eſt per ſe exiſtens: & hoc eſt per ſe manifeſtũ.
(Et etiam recipiens) Apponit quartam, & inquit, & etiam recipiens eſt corpus
neceſſario: cuius rationem dicit: namque pro quia, receptio principaliter reperi-
tur in corpore, vel in eo, quod eſt in corpore: poteſt ergo ſermo componi hoc
modo: omne corpus, vel in corpore exiſtens, eſt corpus: omne recipiens eſt cor
pus, vel in corpore exiſtens: ergo omne recipiens eſt corpus: & hic ſermo alibi
fuit expoſitus. Debes autẽ ſcire pro nunc, quod corpus capitur hic pro mate-
ria: & hoc eſt ita, qm̃ omne corpus, vel eſt corpus, id eſt, materia, vel in corpo-
re, id eſt, cõpoſito exiſtens pars: quod autẽ omne recipiens ſit corpus, id eſt, ma-
teria vel in materia exiſtẽs, eſt manifeſtũ nunc: & ſic patet ratio eius hic. Sed
poſſet dici contra, qm̃ aliqua accidentia recipiunt, vt ſuperficies: cui reſpondet,
dicens, namque pro quia, accidentia nõ denominãtur, id eſt, denominantur a re-
B ceptione, id eſt, receptiua principaliter, neq; formæ, quæ ſunt ſuperficies, neq; li-
neæ, neque puncta: quod intelligo principaliter, quia poſſunt immediate recipe-
re, ſed non virtute propria & principaliter, ſed virtute ſubſtantiæ. (Tandem.)
Vltimo apponit ex dictis propoſitionem ſimilem maiori. d. tandem id, quod nõ
diuiditur in aliquid, non recipit: eſt ergo propoſitio ex dictis conducta: nullum
indiuiſibile ſubiectum eſſe poteſt denominationum, & accidentium. (Sed quod
extra.) Nunc apponit minorem. d. ſed quod extra compoſitum ſit agens primũ,
probatum eſt demonſtratiue: eſt ergo minor: ſed primum agens eſt indiuiſibile,
cum ſit probatum demonſtratiue ipſum eſſe extra compoſitionem: ergo primum
agens non poteſt eſſe ſubiectum denominationum, & accidentium: tota ergo ra
tio poteſt componi duobus modis: vno modo, vt eam format Auer. in litera, ſci-
licet, in prima figura ſic. Nullum indiuiſibile poteſt eſſe ſubiectũ denominatio-
num, & accidentium: primus motor eſt indiuiſibilis, omni compoſitione carens:
ergo non poteſt eſſe ſubiectũ accidentiũ, & denominationũ: & ſic patet, quali-
ter remouetur compoſitio ex ſubiecto, & denominatione. Vel poteſt componi
ſermo ſic: omne recipiẽs eſt corpus, vel virtus in corpore, vt quarta inquit pro-
poſitio: ſed primus motor non eſt corpus, neque virtus in corpore: ergo primus
motor non eſt recipiens accidentia, & denominationes: & ſic ſermo eſt in figu-
ra ſecunda. Poteſt ẽt ratio formari iuxta tertiã propoſitionem, hoc modo, omne
C recipiens in actu eſt per ſe exiſtens ſine recepto, vt dicit tertia propoſitio: ſed
primus motor non eſt in actu ſine attributis: ergo in ſecunda figura non recipit
illa: & ſic, vt prius. Poteſt & quarto, ratio componi iuxta ſecundam propoſi-
tionem, hoc modo: omne recipiens aliquid, quandoq; acquirit illud, & quandoq;
perdit illud; ſed primus motor non quãdoq; acquirit attributa, & quandoq; per-
dit: ergo primus motor nõ recipit: & ſic, vt prius: illæ ergo quatuor propoſitio-
nes poſſunt eſſe propoſitiones ad ſyllogiſmos hos, licet prima ponatur, vt termi-
norum declaratio. (Sed quod ſit.) Nunc vult concluſionem dictam difficultare,
& primo quaſi epilogando ponit eam: ſecundo ponit. q. circa illam: inquit ergo,
ſed quod ſit recipiens incorporeum ſiue per ſe, ſiue per aliud, hoc eſt impoſsibi-
le: hæc eſt concluſio: niſi in aliquo, quia dubium eſt, ſcilicet de intellectu in po-
tentia, id eſt, materiali: eſt ergo quæſtio: acceptis illis quatuor maioribus, addi-
tur iſta minor: ſed intellectus in potẽtia eſt indiuiſibilis, & a materia abſtractus:
ergo nõ recipit: concluſio eſt falſa, & non pro minori, ergo omnes quatuor ma-
iores ſunt impoſsibiles. (Et quomodo) Hic reſpondet Auer. & vult concluſionẽ
eſſe verã, ſcilicet, qđ intellectus in potẽtia nõ recipit: qđ intelligo ſic, quod non
ſit ſubiectũ recipiẽs: & hoc probat. d. & qũo aliquid componitur ex denomina-
tione, id eſt, accidente, & denominato, i. ſubiecto, & illa denominatio nõ eſt ad-
dita ſuper ſubſtantiã, id eſt, aduẽticia ab extrinſeco, quaſi dicat, impoſsibile eſt.

Secundo arguit, & ſup. quomodo eſt poſsibile quin ſubiectũ recipiens ſit gene- D
rabile & corruptibile, & corpus neceſſario, quaſi dicat, quia oportet vt ſubiectũ
recipiens ſit corpus generabile & corruptibile. Ex his poſſunt ordiri duæ cõ-
poſitiones. Quarum prima eſt: omne accidens adueniens alteri, cum eo faciens
compoſitionem, eſt extrinſecũ, & illi aduenticium: ſed denominatio intellectui
in potentia adueniens, eſt accidens adueniens alteri, cum eo faciens compoſitio
nem: ergo eſt accidens aduenticium ei: hoc conſequens reputat pro impoſsibili,
non propter figurã ſyllogiſmi, & modũ, ergo propter propoſitiones, & nõ pro-
pter maiorẽ, ergo propter minorem. Secũda eſt, omne ſubiectũ recipiẽs acci-
dẽs nouũ aduẽticiũ ab extrinſeco eſt corpus generabile & corruptibile: ſed per
te intellectus in potentia eſt recipiens accidens nouũ aduenticiũ ab extrinſeco:
ergo intellectus in potẽtia eſt corpus generabile & corruptibile, & econuerſo,
vt prius: eſt falſa ergo maior, quoniam minorem vult eſſe manifeſtam. Sed
obijciet quis contra has in hunc modum: acceptis maioribus, accipio hanc, ſed
corpus cœleſte recipit accidentia, & multas denominationes vt lumen, motum,
& dimẽſionem, ergo eſt corpus generabile & corruptibile. Cui reſpõdet Auer.
quod, & ſi dicta ratio non concludat recipiens eſſe corpus generabile & corru-
ptibile, ſaltem concludit ipſum eſſe corpus quantũ, cuiuſmodi eſt corpus cœle-
ſte: vnde eſt regula apud Auerro. omne recipiens eſt duobus modis; vel acci-
dens nouũ, & ſic eſt corpus generabile & corruptibile: vel accidens æternum, E
& ſic eſt corpus æternum quantum: modo huic addo minorem, ſed intellectus
nec eſt corpus nouum, nec æternum, ergo non recipit: & ratio fuit aliqualiter
fortis. Inquit ergo ſed, ſi illa denominatio dicti compoſiti, i. dicti intellectus cõ-
poſiti ex ſubiecto & accidẽte addita fuerit ſuper ſubſtantiam, id eſt, recepta fue
rit in ſubſtãtia intellectus in potẽtia, & nõ ſit ſup. ille intellectus ſubſtãtia in po
tentia, ſcilicet noua in illa denominatione, ſed potentia antiqua, vt opinati ſunt
antiqui de corpore cœleſti, quod ponitur ſubiectum in potentia antiqua acciden-
tiũ. Hoc remouet, d. oportet neceſſario, quod intellectus impotentia ad minus ſit
quantitabile, & quod ſit corpus. Huius rationẽ aſsignat. d. ſi. n. remoueretur cor-
poreitas ab illa ſubſtantia intellectus materialis, gerẽs illam denominationem,
remoueretur ab ea receptio ſenſibilis, id eſt, indiuidualis & ſubiectiua, & ſimi-
liter remoueretur ab eadem ſubſtãtia intellectus denominatio comprehenſionis
ſenſibilis, id eſt, rei indiuidualis.

Dubitatio. SED, HIC EST locus quæſtionis: qm̃, ſecundum Auer. in tertio de Ani-
ma commen. 5. & 14. & 28. duplex eſt receptio, ſcilicet trãſmutabilis, & ſimpli
citer ſeu vniuerſalis, dicerẽ ergo, quod ſi intellectus non recipit intellecta rece-
ptione tranſmutabili indiuiſibili, recipit illa receptione vniuerſali: & ſic argu-
mentũ non concludit vniuerſaliter, ſed in parte. Ad hoc debes ſcire, vt diffuſe
Solutio. dixi in libro de intellectu, quod omnis receptio tranſmutabilis eſt indiuidualis F
& ſubiectiua, & omnis ſubiectiua eſt indiuidualis trãſmutabilis ſecundũ Auer.
Item omnis receptio vniuerſalis, ſeu ſimpliciter eſt receptio obiectiua, id eſt, co
gnitiua eo modo, quo color eſt in oculo, & nõ ſpecies coloris. Tunc, ad formã
dicendũ, quod intellectus recipit illa receptione vniuerſali & ſimpliciter, ſed il-
lud non eſt recipere ſubiectiue, ſed obiectiue. Et quod receptio vniuerſalis non
ſit receptio ſubiectiua, ſed perfectiua, id eſt, obiectiua, patet tertio de Anima cõ-
men. 14. inquit enim, vnde non eſt opinandũ quod prima materia eſt cauſa re-
ceptionis, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis, & eſt receptio huius ſingularis:
cauſa aũt receptionis ſimpliciter, id eſt, vniuerſalis & perfectiue eſt iſta natura,
id eſt, intellectus in potentia: & ſtatim verificat per hoc quoddam antiquum di-
ctũ. d. & ex hoc modo fuit poſsibile, quod corpora cœleſtia reciperent formas
abſtractas, & intelligerent eas: & fuit poſsibile, vt intelligentiæ abſtractæ per-
ficeret per ſe adinuicẽ. Cuius rationẽ di, & ſi non eſſet poſsibile, vt illic intelli-
gatur recipiẽs, neq; receptibile: hæc ſunt verba illius. Arguo modo, & quæro:
qua ſpecie receptionis intelligentiæ perficiunt ſe, ſcilicet, inferior perficitur a ſu-
periori ſcdm ipſum, vel ſubiectiue per inhærentiã ſuperioris ſibi, vel perfectiue
& obiectiue: nõ primo modo, vt cõſtat apud ipſum: ergo ſecũdo modo: & iã de-

A cit quod eodẽ modo intellectus in potentia recipit intellecta, ergo illa non recipit ſubiectiue, ſed obiectiue. (Ergo illa.) Cũ remouit modũ falſum, quo intellecta intelligũtur recipere intellectũ, inducit modũ verũ, & inquit, ergo illa denominatio & illud denominatũ, id eſt, intellectus, & intelligibile reducũtur in ſummo intellectu, id eſt, poſsibili, & ſunt vnũ & idem, & dixit. (In ſummo intellectu.) Quoniã intellectus, quãdoq; capitur pro cogitatiua, vt patet tertio de Anima cõmen. 36. & 20. & 5. dixit, ergo in ſummo intellectu, id eſt, intellectu poſsibili, qui eſt ſuperioris gradus ad cogitatiuam: huius ratione aſsignat. d. ſimplex enim intellectus, & intelligibile vnum, & idem ſunt realiter, plura reſpectiue, & per accidens, videlicet, ratione ſubiecti.

SED QVAESTIO accidit nõ parua, quã tetigi in libro de intellectu prolixe, quõ intellectus, & intelligibile apud Auer. ſunt vnũ & idẽ ſecundũ rẽ, & differũt per accidẽs. Prima q̃. Videtur. n. ꝙ hoc cõtra dicat ſibi ſibi in 3. cõ. 8. vbi vult ꝙ intellectus, & intelligibile ſunt diuerſa eſſentialiter, & ſint idem per accidẽs: ꝙ exponit ibidẽ. d. i. ſcdm ꝙ accidit intellectis rerũ, quod fuerint ipſe, id eſt eſſentia eius, & hoc eſt ecõtrario diſpoſitioni in formis abſtractis, id eſt intelligẽtijs. ille enim, cũ intellecto earũ, non eſt aliud ab eis in intẽtione, per quã ſunt intellecta iſtius intellectus, ideo intelligunt ſe eſſentialiter, & nõ accidẽtaliter. ecce, quõ vult ꝙ intellectus, & intelligibile in nobis vniũtur per accidens, & differunt ſecundũ rem, econtra in intelligentijs ſeparatis. B Præterea ibidem cõ. 15. inquit, & neceſſe eſt vt intellectum ſit per intentionem in eo, quia formare per intellectũ, id eſt intelligere, & formatum id eſt intellectum idem ſunt in rebus immaterialibus. & ſi iſte intellectus eſſet intellectum per ſe, contingeret vt ſciẽtia ſpeculatiua, & ſcitũ eſſent idem: quod eſt impoſsibile. Præterea, tunc non differret ab opinione Themiſtij: qm̃, vt dixi in lib. de intellectu, Themiſtius æſtimat intellectum, & intelligibile eſſe idẽ ſecũdum rem, & differre in modo. quomodo ergo differt hæc poſitio ab illa? Dicendum, ꝙ & ſi de his dixi ibi, Solutio. quantum potui, nunc dicendum reputo, quãtum ſufficit. ideo debes ſcire, primo, ꝙ intelligibile, dum accipitur in ſe, & non comparatur intellectui, eſt indiuiduũ ſenſibile apud Auer. dum autem comparatur intellectui, eſt vniuerſale actu ſeparatum ab hic, & nunc, & loco, & alijs appenditijs, adeo ꝙ nihil additur intelligibili in ſe, ſed tm̃ modus quidã, per quẽ cognoſcitur ab intellectu noſtro. & hoc pulchre di. Auerro, tertio de Anima. com. 5. quaſi in fine. vbi ait, debes ſcire ꝙ reſpectus intellectus agentis ad iſtum intellectũ, eſt reſpectus lucis ad diaphanũ, & reſpectus formatum materialium ad ipſum, eſt reſpectus coloris ad diaphanum: quod declarat. d. quemadmodum enim lux eſt perfectio diaphani, ſic intellectus agens eſt perfectio intellectus materialis: &, quemadmodum C diaphanum non mouetur a calore, neque recipit eum niſi quando lucet; ita iſte intellectus non recipit intellecta, quæ ſunt hic niſi ſecundum, quod perficitur per illum intellectum, & illuminatur per ipſum: & quemadmodum lux facit colorem in potentia eſſe in actu, ita ꝙ poſsit mouere diaphanum, ita intellectu agens facit intellectiones in potentia intellectas in actu, ita quod recipit eas intellectus materialis. ſecundum hoc igitur eſt intelligendum de intellectu materiali, & agente. Ecce, quomodo intelligibilia nihil recipiunt, ſicut nec color a luce: ſed, ſicut color, quando lucet, fit actu mouens, ita intelligibile, quãdo intelligitur actu, mouetur intellectum. ergo tantum variatur ſecundum modum abſtractionis. Ex his eligitur ꝙ intellectus poſsibilis, & intelligibile ſunt vnũ ſecundũ formã; qm̃ forma eſt principiũ mouendi. Cum igitur intelligibile non moueat, niſi dum fit abſtractũ, eſſe ergo abſtractũ, eſt forma intelligibilis. & hęc eadẽ eſt forma intellectus, qm̃ intellectus ſecundum rem eſt abſtractus: ergo intelligibile & intellectũ ſunt vnum ſecundum formã, differunt autẽ ſecundũ materiã. qm̃ materia intelligibilis ſunt indiuidua, quibus adiungitur modus abſtractionis, materia vero abſtractionis, intellectus eſt eſſentia pura eius. Secũdo debes ſcire, vt Themiſtius voluit, ꝙ intellectus agẽs ſit cauſa oium formarũ, vt patet in primo ſuę abbreuiationis de aĩa. & ſic habet dicere, ꝙ intellectus agẽs continet oẽs formas ſenſibiles in potẽtia, ergo habet dicere ꝙ intellectus ma-

terialis intelligens intellectũ agentẽ intelligit oĩa entia materialia, quorum eſt D
cauſa,& ſic fit intellectio apud Themiſtiũ.qñ,enim intellectus materialis conuertitur ad agentem,tunc comprehendit illum,& omnia ſenſibilia per illum: ſicut intellectus Dei,qñ comprehendit eſſentiã,comprehendit illam,& oĩa entia hic,quorũ eſt cauſa.Quia vero,ſecundũ Auer.intellectus agẽs nõ eſt cauſa formarũ ſenſibiliũ,vt patet.7.Meta.cõ.31.& 12.Meta.cõmen.13.& 18. ideo opinatur ꝙ intellectus materialis nõ intelligit entia materialia, qñ intelligit agentẽ,ſed,qñ entia fiunt abſtracta. & ſic patet differẽtia Themiſtij, & Auer.

Aliqua eſſe eadẽ ĩ re dupliciter põt intelligi.

His viſis,dicendum puto hic,ꝙ aliqua eſſe idẽ in re põt intelligi duobus modis. vno modo,in re,quæ eſt materia.alio modo in re,quæ eſt forma. Primo modo,intellectus & intelligibile differũt:qm̃ materia illius abſtractionis ſunt indiuidua, q̃ differũt ſecundũ eſſe,& eſſentialiter,& ſubiectiue ab intellectu. & ſic loquitur Auer.3.de Anima,vt apparet in verbis eius ibidẽ.& ſic verificatur dictũ eius, qñ dicit qđ intellectus per accidẽs eſt idẽ intellectus prout illis,quę ſunt materia, accidit forma abſtractionis: vnde, prout intelligibilibus accidit forma abſtractionis,vt ſic,accidit eis fieri eſſentiã intellectus.Secũdo modo ſunt idẽ, qm̃ intellectus & intelligibile,qñ actu intelligitur,ſunt vnius modi abſtractionis. ergo ſunt idẽ eſſentialiter,& realiter,id eſt in forma,quę eſt vna eſſentia, & vna res eis cõis.& ſic loquitur hic. vult enim,ꝙ ſint idẽ in forma,& differũt per accidens,ſ.in materia.econtrario eſt in ſubſtãtijs abſtractis,vbi intellectus & intellecta vnũ ſunt in materia & forma:qm̃ materia abſtractionis in illis eſt eſſentia & illa eſt materia intellectus.& ideo ibi per ſe ſunt idẽ,& fere omnibus modis. & ſic patet ad verba cõmẽti octaui ſed quid ſit iſta forma abſtractionis,ſ. an accidens rei intellectæ,an accidens intellectui,et quomodo fiat. E

Quid ſenſit Auic. de forma abſtractionis.

Auic.quẽ ſequitur Ioan.Iand.opinatur,ꝙ ſit accidẽs intellectui poſsibili. opinatur.n.ꝙ intellectu multiplicatur quędã qualitas,quę eſt ſimilitudo obiecti, & quia iſta qualitas recipitur in ſubiecto,quod eſt abſtractũ ab hic,& nunc,ideo intellectui præſentatur obiectũ abſtractũ ab hic,& nunc,licet,in ſe non ſit ſine loco tempore : ergo intellectus poſsibilis,& obiectũ extra conueniunt in forma abſtractionis, quia in illa ſpecie.eſt.n.ſpecies forma obiecti,prout eſt eius ſpecies, & figura ab eo deriuata eſt,& intellectus forma,prout ei inhæret ſubiectiue, vt accidẽs in ſubiecto.

Põ Auẽpa.

Auẽpace aũt, quem ſequuntur alij moderni,opinatus eſt ꝙ ab intellectu agente emittitur quædã qualitas ſpiritualis in indiuiduis præſentatis per phantaſmata,quæ eſt accidẽs illis,& forma eis:qm̃,ſicut lux eſt forma, & actualitas coloris apud ipſum,prout ille color mouet viſum,ita illa qualitas eſt forma indiuiduorum illorũ,prout indiuiduali actuata illa qualitate,mouẽt intellectũ poſsibilẽ.eſt enim intellectus agens apud ipſum ſimilis ſoli,& qualitas illa ſimilis luci,& indiuidua in phantaſmatibus exiſtentia ſimilia coloribus. hæc Auẽpa. in F
epiſtola ſua de luce,& lumine intellectus. Auẽpa.ergo vult, ꝙ intellectus materialis,qui eſt virtus imaginatiua,& obiectũ ſunt in forma abſtractionis conuenientia. illa qualitas eſt forma inhærens obiectis, & eſt diſpoſitio intellectus, ſicut lux eſt diſpoſitio viſus,& coloribus inhærens.

Põ Auerro.

Auerroes aũt opinatur,in verbis nũc poſitis,tertio de Anima,cõ.5.quod illa forma abſtractionis eſt ſubſtãtia,ſ.intellectus agẽs: qm̃, quemadmodũ apud ipſum lux eſt forma diaphani inhærẽs,& forma coloris nõ inhærens,ſed appropriata,qua colores mouẽt diaphanũ.ſic intellectus agens eſt forma intellectus poſsibilis intrinſeca,qua intellectus agẽs ponitur in tali ſpecie,& qua diſponitur ad hoc, vt attingat obiecta, & eſt forma intelligibiliũ extrinſeca appropriata tñ, qua intelligibilia poſſunt mouere illũ intellectũ.omne.n.id,quo intelligibile põt mouere intellectũ, põt dici forma intelligibilis,eſt ergo forma intellectus, & intelligibilis alio modo, & alio.vnde lux eſt forma coloris,non qua ſunt colores,ſed qua ſunt motiui. & anima intellectiua eſt forma hominis,non qua homo eſt,ſed qua homo eſt operans. ſic intellectus agẽs eſt forma intelligibiliũ,non qua ſunt in rerum natura, ſed qua poſſunt perficere intellectum poſsibilem perfectione obiectiua: & hoc dicit Auer.2.de Anima. commen.67. quando inquit, vnde aſsimilat lucem intelligentiæ agenti, & colores phantaſmatibus. Sed quid ſit iſta vnio,& quo

A modo ſiat, & quare nunc ſit,& non tunc, non eſt locus hic, ſed dixi in libro de intellectu.& tu vide ibidem, quia omnia declaraui. & impoſsibile eſt, vt ali quis intelligat opinionem meam, niſi vel audiuerit me, vel viderit omnia mea,niſi fuerit intellectus mirabilis, huiuſmodi enim ſecreta non ſunt omnibus propalanda.diſperſim enim tradidi opiniones meas.& ideo, qui vult illas, colligat illa ſcripta, & ſic remouebitur omnis locus quæſtionis. Dixi hæc, quia ſcio ꝙ multi præſumptuoſi carentes,& arte docendi,& materia ſcribendi meis quæſtionibus vtentes, & meis opinionibus ſe magnos præſeferentes, amant ſolum ſophiſticam artem, ſcilicet ſtilum contradicendi, & ideo,ſi volunt contradicere,compenſent bene,quia iam adſunt mei ſingulares auditores, qui longo tempore audiuerunt me, qui poterunt me defendere poſt mortem, & poterunt iudicare quod ſi aliquid edunt, iam omnia ex meis ſcriptis, quæ dixi in cœlo,& in lib.de anima,& 12.Metaphy.& in libro de ſubſtantia orbis, & in poſterioribus,& prioribus,& Perihermenias,& in lib.de intellectu,& in infinitis ſcriptis acceperunt, & illud mali, quod dixerunt in ſuis editionibus, eſt ex ipſorum ruditia, & ex eorum inſtantia.quare,&c. Ad verba.15.commen.dicendũ ꝙ ipſe vult ibi intellectũ & intelligibile non eſſe vnũ, & idem omnibus modis ſecundum materiam,ſcilicet & formam:quia,tunc ſequitur illud inconueniens,ſed ſecundũ formã non eſt inconueniens,vt dixi. Ad Themiſtiũ ſol.eſt perſpicua ex ſecundo ſermone notato,& ſic apparet hoc. Et cum totum hoc ſit Error Ioã. Iand.

B ita,apparet peccatum Ioan. Iand. in lib.de Anima, vbi poſuit intellectum poſſibilẽ recipere, & eſſe ſubiectũ omniũ ſpecierum,et poſuit tot,quot nec ipſe,nec alter adhuc intellexit. paucitas.n.exercitij huius hominis in libris Auer. fecit iſtum hominẽ errare.(Tandem id.)Cum dicta ſunt hæc,conuertit ſermonem ad corpus cœleſte,& inquit. Tandem illud, quod poſuerunt philoſophi, videlicet ſubſtantiã cœleſtẽ cũ denominationibus,id eſt accidentibus additis ſuper ipſam ſubſtantiã,non eſt aliud,niſi quia poſuerunt antiquũ corpus,id eſt æternum corpus,& adhærentia,id eſt lumen,motum,& qualitatem,& figurã eſſe accidentia in eodem:ergo vult dicere,qñ ponunt cœlũ recipere,ponunt ipſum eſſe corpus: &,quando ponunt ipſum recipere receptione æterna,ponunt ipſum eſſe corpus æternum.(Et ipſi.) Ponit cauſam erroris.d.& ipſi non æſtimant,ꝙ quando ipſi remouent quantitatẽ,quę eſt corporeitas,remouẽt ab eo totam ſenſibilẽ naturã, id eſt materiam,& per conſequens eſſe indiuiſibile ſenſibile.& tũc infert, ergo non erit ibi gerẽs,neque geſtum.(Et ſi forte.)Remouet.q.ad hoc.d.Et, ſi forte ponerent gerens, & geſtum ſeparata a materia, ſequitur quod eſſet intellectus & intellectuale, ergo erit vnus intellectus ſimplex. & ſic ſequitur, vt prius, quod ſint idem ſecundum rem,& differunt relatiue ratione ſubiecti,id eſt ratione materię vt dixi. Dubitatio.

C SED DVBITATVR, quoniam corpus cœleſte ſecũdum Auer. primo Cœli.com.20.& 45.& in lib.de ſubſtãtia orbis,& in infinitis locis eſt abſtractum a materia:ergo,per ipſum erit abſtractum a natura ſenſibili ergo erit intellectus ſeu ſubſtãtia ſeparata,& per conſequens erit non recipiens. Dicendum,quod materia poteſt capi tripliciter. Vno modo,pro materia trãſmutabili corruptiue, & hanc materiã in primo Phyſi, inueſtigauit, & de hac dicit in 9.Meta.quod ens ſeparatum ab ea, non eſt tranſmutabile. vide commen.2. Alio modo capitur materia,pro ſubiecto receptiuo indiuidualiter,& ſignate.& ſic eſt cõmunis corporis cœleſti,& materię primę: materia enim prima eſt ſubiectũ omnium formarum ſenſibilium,vt dicitur in libr.de ſubſtantia orbis, & dicitur de corpore cœleſti,& verius, vt dicitur in ſecundo capite libri de ſubſtantia orbis, & 8. Meta.cõ.12. Tertio modo capitur materia pro ſubiecto formarum vniuerſaliũ, & ſic dicitur materia æquiuoce, & valde remote, &, ſic conceditur materia in ſubiectis ſeparatis:eſt enim gradus imperfectionis,quo res propinqua ſit priuationẽ entis,& ſic dicitur.3.de Anima.commen.5.& 14. quod nulla intelligentia eſt liberata a materia, niſi prima. Ad formã argumenti dicendũ, quod corpus cœleſte eſt abſtractũ a materia,primo modo:non,propter hoc ſequitur quod ſit abſtractũ a materia,ſecũdo modo,ideo non eſt intellectus. & ſic poteſt con- Tripliciter capitur materia.

An materia Cœli, & generabiliũ ſit eiuſdem rationis.

cedi corpus cœleſte eſſe compoſitum ex materia ſenſibili, & forma, quæ mate- D
ria ſenſibilis eſt ſubiectum, & forma eſt anima cœli, i, motor eius. Sed dices,
an materia corporis cœleſtis, & materia generabilis ſint vnius rationis? Dicẽ-
dum, quod in ratione Metaphyſica conueniant: quæ ratio Metaphyſicæ eſt ra
tio potentiæ ſubiectiuę, prout ambæ ſunt ſubiectum formę propriæ, non tamen
in ratione Phyſica, quæ eſt potẽtia tranſmutabilis, materia.n.corporis cœle-
ſtis eſt abſtracta a ratione potentiæ tranſmutabilis, ergo materia cœli, & mate-
ria generabilium ſunt vnius rationis, & vnius ſpeciei in ratione, & ſpecie me-
taphy. non tamen in ratione, & ſpecie Phyſica: nec hoc repugnat fundamentis,
& verbis Auerro. vt alibi declaraui, ſcilicet in epiſtola felicitatis, quã expoſuit:
patet ergo qualiter corpus cœleſte eſt natura ſenſibilis, & tamen eſt abſtractum
a prima materia: & tu conſidera bene (ſi ad, id, quod) Cũ declarata ſunt duo fun
damenta Peripatheticorum, quibus abſciſſæ ſunt duæ propoſitiones falſæ, nunc
ponit, & accedit ad abſcindendum aliud peccatum. & primo reperit illud, et in-
quit, ſed id, quod dixerat ſup. Alga. videlicet quod nõ eſt impoſsibile ꝙ res re-
ducatur ad duos Deos, quorum vnus erit cauſa orbium. i. omniũ ſenſibilium, &
alter nõ, ſed cauſa omniũ intelligibiliũ, &c. dicimus quod ſunt verba erronea.
Deinde arguit contra illud ratione fortiſsima, & inquit, quia poſito qđ produ-
ctio entis ſenſibilis ſit ab vna & eadem natura, & vna & eadẽ ſubſtantia, non
aũt a naturis diuerſis, & ſuppoſito, quod eſſet productio entis intelligibilis ab B
altera ſubſtantia prima, ſequitur neceſſario ꝙ ſi aliquid in illa natura, quæ eſt
cauſa ſenſibilium æqualiter fuerit, & in natura, quæ eſt cauſa rerũ intelligibi-
liũ ad primã cauſam reductarum, ſequuntur duo neceſſario ꝙ communicent in
quadam denominatione, id eſt, natura, & differunt in altera. eſt ergo propoſitio,
quando ſunt duæ res, in quibus eſt aliquid æqualiter, oportet ꝙ illæ res conue-
niant in vno, & differant in altero. & hoc poteſt probari virtute inductionis,
vt conſtat. eſt enim maxima Metaphyſica. Tunc arguit, & inquit, & id, in quo
differunt, non euadet quin ſit de natura, in qua indiuidua differunt, aut ſup. de na
tura, in qua differunt ſpecies, id eſt, quin ſit differentia indiuidualis, vel differen
tia ſpecifica. Tunc deſtruit ſecundum membrum, & inquit, ſi ſecundo modo di-
cetur. ſ. ꝙ differunt differentia ſpecifica, ergo nomen Dei dicetur æquiuoce de
illis: quod eſt contra poſitum. poſitum enim erat illos eſſe æquales in aliqua na
tura. conſequentiam probat, & poteſt ſermo ſic componi: quæcunque contraria,
aut media in vno genere non poſſunt vniuocari, ſed ſpecies, quæ communicãt
in genere, ſunt contraria, aut media, ergo ſpecies alicuius generis non vniuocan
tur in aliquo. Tunc aſſumatur concluſio hæc pro maiori, & aſſumatur ſecum
hæc minor: ſed illi duo dij ſunt ſpecies alicuius generis, ergo illi duo dij nõ poſ-
ſunt vniuocari in aliqua natura, huius ſyllogiſmi accepit tm̃ minorem primi, & F
inquit, nanq; pro quia, ſpecies, quæ communicant in vno genere, ſunt aut con-
traria, aut intermedia. quod, id eſt, quæ concluſio ſecundi ſyllogiſmi eſt falſa, &
contra poſitum. Debes ſcire, ꝙ quæ cõueniunt in genere, æquiuoca ſunt Phy-
ſice: quia, nõ ſunt vnius naturæ, cũ genus multas dicat naturas, vt ſuperius ex-
planaui: ergo, ſi illi dij differunt differentia eſſentiali, non conueniunt in vna na
tura ſpecifica, & hoc accipitur. dicebatur enim quod illi ſunt æquales. æquales
autem ſunt indiuidua in ſpecie, & non ſpecies in genere, vt dicitur. 12. Meta. cõ
men. 2. ideo dictum iſtud cõtradicit poſito. quomodo autem ſpecies generis ſunt
contrariæ extremæ, vel mediæ non eſt opus hic declarari. ſatis ſit pro nunc, ꝙ
ſint omnino naturis diſperatis oppoſitæ, & hoc rationi ſufficit pro poſsibilitate.
(Si primo modo.) Nunc remouet primum modum, & inquit, ſi primo modo, er-
go ſunt ambo in materia, quod eſt contra hoc, quod conceſſum eſt ab omnibus.
eſt enim conceſſum ab omnibus ipſum eſſe virtutem ſeparatam, & ſine mate-
ria. (Sed ſi ponerent.) Hic remouet dubiũ: poteſt enim quis dicere, ꝙ illi duo
dij differunt naturis ſpecificis, & generibus, ſed tantum analogice conueniunt
eo modo, quo Deus, & opera eius conueniunt, & quo modo ſubſtantia conue-
nit accidenti. hoc ergo inquit, ſed, ſi ponerent ꝙ pars ipſius naturæ eſt nobilior
alia, V. g. natura vnius ſit prior eſſentialiter, & nobilitate natura alterius, & ꝙ

A hoc ſup.nomẽ Deus pdicatur de eis analogice.hæc eſt ſol.(Erit ergo natura.) Confutat illam.d.ergo erit hæc natura vna prima,quæ erit nobilior altera, quę erit ſecunda.Tũc dedit illud,quod ſequitur ex hoc.d.& ſic ſecunda cauſatur ab ea,id eſt,prima neceſſario:quod exponit.d.ita ꝙ producentes orbes,id eſt,cauſa intelligibilium erit producens,id eſt,cauſans cauſam,quæ elementa producit. & tunc.d.& hæc met eſt poſitio philoſophorum.& poteſt intelligi dupliciter: vel arabum,qui opinantur colcodeam,quæ eſt dea actiuorum & paſsiuorum,& hi ſequũtur Platonem in Thimeo,& Themiſtium.Vel Peripatheticorum, qui ponunt intelligentiam,quæ mouet lunã appropriate ad gubernandum hæc actiua & paſsiua, vt declarauit in expoſitione.com. 18. 12. & hæc eſt plus dilecta apud me. Debes ſcire, ꝙ tribus modis poſſunt eſtimari duos eſſe Deos: vel vnius generis,& differre ſpecie eſſentialiter.Vel vnius ſpeciei, & differre materia.Vel differre genere & ſpecie,& eſſe conuenientia in analogo. primum modum remouit Auer.per hoc,quia,tunc nõ eſſent æquales in perfectione. ſpecies enim generis ſunt ſemper inęqualis perfectionis,qm̃ ſunt ſicut numeri, vt dicitur in Metaphy.Si igitur illi dij eſſent differentes ſpecie,vnus eſſet altero prior in perfectione,& ſic ille ſolus eſſet Deus.ſecundũ remouet per confeſſium commune omnibus,ſcilicet quia tunc quilibet illorum eſſet in materia. tertium põt remouere per primum:attamen remouet per hoc, quia ordo analogiæ eſt ordo

Triplicitet põt exiſtimari plures eſſe Deos.

B cauſę ad cauſatum,vt nunc debet homo ſupponere:ergo primum in illo ordine erit cauſa ſecundi,& hęc eſt poſitio omnium philoſophorum: hęc igitur eſt ſumma eorum,quę Auer.attulit hic.(Et ambo.)Debes ſcire, ꝙ loquentes ſaraceni ponunt Deum omnia agere ſine medio,& ſic negant intelligentias intermedias eſſe cauſas ſecundas.Peripathetici autem ponunt numerum intelligentiarum ſecundum numerũ orbium,& illas eſſe ſecundas cauſas,vt ſuperius viſum eſt.has ergo duas opiniones tãgit Auer.vt d.& ambo,id eſt, ille duę opiniones ponũt, ſiue coguntur ponere primã cauſam, videlicet ꝙ ponunt primum agens agere mediantibus pluribus cauſis,& qui ponunt primam cauſam per ſe agentẽ oppoſitã ſine aliquo medio.Apponit tamen differentiam.d.ſed hoc,id eſt, primũ agere ſine medio eſt impoſsibile apud philoſophos,vt diffuſe, & clare oſtenſum eſt ab eis in diuerſis locis.

Dubitatio.

Sed, hic est quęſtio:qm̃ Auer.primo Cœli.cõ.33.& 8.Phy.cõ.15.& fere locis infinitis,voluit ꝙ loquentes ſuę legis non poſſunt ponere primam cauſam eſſe,ſed bene philoſophi.ait rationem,qm̃ illi ponunt cauſam primam agere nouum immediate:ergo habent ponere illam eſſe corpus, & per conſequens non primam cauſam.philoſophi igitur bene cum ponant illã agere motu ęterno.

Solutio.

Dicendũ,Auer.vult ꝙ ambo cogũtur ponere primam cauſam.Sed non expreſ-

C ſit quomodo,ſed in locis illis expreſsit quomodo, quia loquẽtes ſuę legis habẽt ponere illam eſſe corpus,philoſophi motorẽ ſeparatũ, & ſic non eſt contradictio.Vel,forte ponderanda ſunt verba eius.hic inquit.n.ꝙ ambo coguntur ponere primam cauſam,licet diuerſimode:qm̃ illi coguntur ponere,vt euitent proceſſum in infinitum:quę tamen ratio non eſt demonſtratiua , ergo illi coguntur ratione probabili,philoſophi ratione efficaci.& ideo dixit poſt, ꝙ hoc eſt impoſsibile,vt patuit:& ſic amouetur contradictio.

Dubitatio.

Sed in iam dictis eſt qõ mirabilis, quam mouit Simplicius, & Auer. primo Cœli.cõ.90.& Auer.pro quęſtione ſumit ꝓpoſitionẽ cõfeſſam a philoſophis,& dicit,& poteſt aliquis dicere,cũ declaratũ eſt ꝙ mouens.i. motor Cœli non mouet Cœlũ niſi deſiderio.i.volũtate exiſtente in Cœlo ꝓpter intellectũ eius.i.eo quia intellectus eſt in Cœlo.eſt ergo propoſitio ꝙ motor cœleſtis corporis non mouet illud,niſi voluntate et intellectu,qui exiſtunt in corpore cœleſti.Tunc arguit.d.quid prohibebit ergo,ꝙ non ſint plures Cœli:immo de facto erunt plures Cœli.i.plures mundi,& per conſequens plures primi mouẽtes , vt vnũ quodq; cœlorũ deſiderat hoc primũ mouẽs eiuſdẽ modi intellectus. eſt ergo virtus rationis ꝙ fingi poteſt, vt ſit vnus primus motor, vt finis:&,quia finis poteſt appeti a pluribus intelligentibus , ergo poſſunt eſſe plures dij mouentes,& vnus finis communis,qui non mouet, ideo dicit, & vnumquodque eorum

deſiderat hoc primũ mouẽs,i.hunc primũ finem,qui eſt eiuſdẽ modi intellectus D
omnibus illis duobus,id eſt,qui intelligitur ab eis eodem modo. Hoc confirmat
exemplo:ſicut in nobis vnũ intellectũ mouet plura imaginantia, V.g.cibũ eſſe
vtilẽ mouet omnẽ famelicum ad cibũ:& forte ſic erit de cœlis,ideſt,primis mo
toribus cœlorũ.ergo eſt forma.q.ꝙ põt eſſe vnus finis primus, & duo agentia
Solutio Simplicij. prima,quę poſſunt eſſe dij.& ſic adhuc erit aliquo modo pluralitas Deorũ. Huic
quęſtioni Simplicius dedit ſol.& vult qõnem fundari in hoc,ꝙ primus finis, &
primũ agens ſunt diuerſa ſecundum ſubiectũ:ſed non eſt ita,qm̃,vt dicit,primus
finis,primũ agens,& prima forma ſunt vnum in ſubiecto, & differunt defini-
tione,id eſt,ratione,& modo. Ad formã ergo quęſtionis negatur ſuppoſitum,
ſcilicet ꝙ ſit vnus cõis finis diuerſis,& duo agentia prima:qm̃ primus finis, &
primus motor ſunt vna res ſimpliciter. Et hanc ſol.dedit Auer. d. dicamus er-
go,quod declaratum eſt iam,quod imaginatũ,id eſt, primus finis intellectus eſt
illis,id eſt,in abſtractis idem imaginanti,i.primo intelligenti:& cũ ita ſit,imagi
natio,id eſt,finis primus intellectus eſt eadẽ,id eſt,eſt vnus, ſicut imaginans eſt
idem,id eſt,vnũ.tũc vltra inquit.& cũ imaginatio,id eſt,finis ſit vnus, & eadẽ
non intenditur niſi in eodẽ imaginato,i.vno intelligente.Ex his ſequitur, quod
ſuppoſitum iam falſum eſt.ſupponitur.n.primum finem eſſe diuerſum a primo
agente.quod falſum eſt. Poſt reſpondet ad exemplum.d.in hominibus autẽ ima
ginatio,id eſt,finis non eſt imaginanti eadẽ omnibus modis. Ideo cõcludit, qua- E
propter poſsibile eſt idẽ imaginatũ pluribus imaginãtibus imaginari, & pluri-
bus imaginationibus. Tũc ait.ſecundum hoc ergo debemus intelligere imagina
tiones corporũ cœleſtiũ:& iã declarauimus hoc in eo, qđ ſcripſimus in ea ſcię-
tia,id eſt,in Metaphy.ſ.12.com.36.& 55.& alibi.patet ergo ſolu. ad formã &
Error Io. ad exemplũ, refert ẽt Simplicius hoc voluiſſe Ammoniũ eius magiſtrũ. Et in
hoc apparet peccatũ Io.qui ponit primũ motorem mouere vt finis tm̃: &, quo-
niã ille homo poteſt ſaluare dictum Auer. ibi.& dictũ Simplicij.& ego dixi de
Dubitatio. hoc alibi. Sed dices,adhuc eſt quęſtio,qm̃ Auer.12.Meta.com.44. voluit qđ
vnum primũ intelligibile mouet plures intelligentias:& tamẽ hic dicit,quod in
hominibus bene poteſt vnum mouere plura imaginantia, quia imaginatio,i. fi-
Solutio. nis,& imaginans ſunt quodammodo diuerſa. Dicendũ,vt ibidem capitur, qđ
vnum intelligibile,& vnũ appetibile mouet plures intelligẽtias ordine quodã.
in hominibus vnum appetibile põt plura appetentia, & imaginantia mouere
ęque primo,& ſic eſt aliqua diuerſitas, & tu comple iſtud.

ALGAZEL.

F Ait Alga. Si autem dixerit hoc eſt falſum, qm̃ id,quo eſt differentia inter duas ſubſtantias, ſi eſſet conditio in neceſsitate in eſſe,neceſſe eſt vt reperiatur vnicuiq; neceſſario in eſſe, ergo non differunt. Si vero hoc non eſt conditio, nec aliud conditio: ergo omne id,quod non conditionatur, in neceſſario in eſſe eius eſſe ſufficit abſque illo,& perficietur neceſſarium in eſſe per aliud. Dicimus hoc,quod dixiſtis de attributis,iam locuti ſumus de eo. Et facit inuolutionem in hoc toto dictio neceſſarii in eſſe, & proiiciamus eã. quoniam nos non concedimus ꝙ ratio ſignificat neceſſarium in eſſe, niſi intelligimus per id, ens non habens agens antiquum. Si vero hoc intelligimus,omittemus dictionẽ neceſſarii in eſſe,& declarabimus ꝙ ens Antiquũ, non habens cauſam,eſt falſa in eo numeratio, & differentia:& non erit de hoc probatio, & remanebit ꝙ dictũ eorũ eſt, an hoc ſit conditio,cum non habuerit cãm. Et eſt error manifeſtus.pã nõ G

A habens cauſam declarauimus quòd non dicitur non habere cauſam, vſquequo perquiratur conditio eius, & eſt ſicut ſermo dicentis an nigredo ſit conditio vt ſit color. &, ſi erit conditio, tunc rubedo non erit color. Et dicitur in rei veritate quòd non conditionatur aliquod eorum, ſcilicet in affirmatione verificationis coloreitas in intellectu. in eſſe vero eius erit conditio vnius eorum, non autem demonſtrati, cum impoſsibile eſt vt ſit genus entis, quod non habeat differentiam. & ſic etiam qui conſtituit duas cauſas, & ceſſat emanatio in eis, dicit quòd differunt in differentia. & quælibet differentiarum quidem eſt conditio conſecutionis abſque dubio, attamen non in demonſtrato.

Inducit hic Alga. argumentum contra ſe: quoniam ipſe opinabatur ꝙ in primo eſt compoſitio ex denominatione, & denominato, vt viſum eſt. inquit modo, & ſi aliquis diceret ꝙ hoc eſt impoſsibile, ſcilicet impoſsibile eſt dicere ibi eſſe duo componentia, ſcilicet denominationem, & ſubiectum illius. (Quia ſi.) **B** Inducit modo argumentum, & poteſt ſic ordiri. ſi in Deo ſunt duo. ſ. denominatio & denominatum, vel ambo ſunt neceſſe eſſe, vel neutrum, vel alterum ſic, et alterum non. ſi ambo. ergo non differunt, quoniam ambo ſunt neceſſe eſſe, & neceſſe eſſe vnum numero eſt ſimpliciter, ergo illa non differunt. ſi vero neutrum, ergo totum compoſitum eſt ens poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe, & ſic primus motor indigeret aliquo priori, quo perpetuetur, quod eſt falſum. Si vero detur tertium. tunc vna natura ſimplex eſſet duę naturę, ſcilicet contingens & neceſſaria. horum membrorum tacuit tertium, quia manifeſtum erit per ſe. inquit ergo. Quod ſi id, in quo eſt differentia inter duas ſubſtantias. i. ſi ambo illa differentia, puta denominatio, & ſubiectum indigent neceſſe eſſe. i. ſunt ſimpliciter neceſſe eſſe, oportet ꝙ quodlibet ipſorum habeat vnum eſſe neceſſarium, ergo non differunt. & ſi nullum ipſorum indiget, id eſt ſit neceſſe eſſe: ergo eſſe ipſius ſcilicet compoſiti eo non indiget, id eſt ergo eſſe totius non eſt neceſſe eſſe, & neceſſe eſſe perficietur ab altero. i. conſeruabitur ab altero priori, quod eſt inconueniens. Translatio autem hębrea eſt multum facilis, & ſic reperitur: &, ſi aliquis fingit hoc eſſe remotum, quoniam non euadet, quin illa duo, ſcilicet denominatio, & ſubiectum ſint neceſſe eſſe, vel non. & ſi ſic, quomodo ergo ibi ſignabitur differentia, ergo non differunt. & ſi non, totum in ſui eſſe dependebit ad aliud prius, & ſic contrapoſitum. hæc eſt aperta translatio: & eſt quaſi explanatio illius. **C** (Nos vero.) Hic tangit quaſi ſol. argumenti præſentis, & inquit, Nos vero dicimus ꝙ hoc non conuenit cum illo, quod diximus in denominationibus. i. quã tractauimus de denominationibus: tunc remittit ſe. d. & iam tractauimus de hoc in pręcedentibus: & apponit locum latentiæ. d. & locus ſophiſticationis hic ſumitur in vocabulo neceſſe eſſe: quare dimittendum eſt, quia neceſſe eſſe probatum eſt. (Niſi intendamus) quia propoſuit locum ſophiſticationis eſſe in illo vocabulo neceſſe eſſe, hoc declarat. Ideo debes ſcire, ꝙ neceſſe eſſe poteſt capi poſitiue, prout addit naturam aliquam ei, cui apponitur: alio modo priuatiue pro eo, quod caret cauſis contingentiæ & poſsibilitatis: ergo neceſſe eſſe ęquiuoce accipitur, & per conſequens dicendum, ꝙ ſi neceſſe eſſe capitur poſitiue, verũ eſt, ꝙ ſi aliqua conueniunt in neceſſe eſſe, illa ſunt eadem: ſed, ſi capitur priuatiue, non oportet. cęcitas enim, & ſurditas conueniunt in carentia cauſarum viſionis, & auditus, & tamen non ſunt eadem in propoſito: ergo illa, ſcilicet denominatio, & ſubiectum conueniunt in carentia cauſę contingentiæ, non tamen ſequitur ꝙ ſint idem inter ſe. dicit ergo, niſi intendamus per id. i. dico argumentum valere niſi intendamus per illud. i. per neceſſe eſſe cauſam carentem agente. i. niſi neceſſe eſſe capitur priuatiue: ergo, ſic accipiendo, non eſt impoſsibile ponere numerationem in eo, licet poſitiue ſit impoſsibile: & ſic forte intelligitur iſte locus: & habet aliam expoſitionem, & tu perliſte.

Neceſſe eſſe poteſt capi poſitiue, & priuatiue.

AVEROES.

Ait Auer. Summa huius eſt id,quod recitauit, inferens quidem rationes contra Philoſophos. quoniam ipſi dicunt non euadit differentia, qua eſt ſecundario in neceſſario in eſſe,quin ſit conditio neceſſarii eſſe, aut ſit differentia, quæ non erit conditio neceſſarii eſſe. &, ſi differentia,qua differunt, fuerit conditio neceſſarii eſſe in definitione vniuſcuiuſque eorum, & non differunt in neceſſario, eſſe igitur neceſſarium in eſſe eſt vnum neceſſario. quemadmodum ſi eſſet nigredo conditio in eſſe coloris,& albedo conditio in eſſe coloreitatis,non differunt quidem in coloreitate.ſi vero differentia, qua differunt,non ingredietur in neceſſarium eſſe,erit neceſſitas eſſe vnicuiq; eorum per accidens, & ſunt duo, non ex eo ꝙ vnumquodque eorum eſt neceſſarium in eſſe. Attamen hic ſermo non eſt verus. nam ſpecies ſunt conditio in eſſe generis. & vnaquęq; earum eſt conditio in eſſe generis, non autem quo ad indiuiduitatem, & demonſtrationem talem. nam, ſi hoc eſſet, non aggregarentur in eſſe coloris. Ipſe autem contradicit huic ſermoni duabus contradictionibus,quarum Vna eſt, quòd hoc accidit ex eo quòd exiſtimatur quòd neceſſarium in eſſe ſignificat naturam ex naturis. Attamen non eſt ſic apud nos: ſed intelligitur per neceſſarium in eſſe quid negatiuum, & eſt quòd non habet cauſam, negatio autem non eſt cauſarum. Et quomodo ſit hoc in negatione eius,quod non habet cauſam? adeo quòd dicitur aut erit id, quo differt non habens cauſam a non habente cauſam,conditio eius,quòd non ſit cauſa, aut non erit conditio.ſi erit conditio,non erit ibi numeratio, nec differentia. ſi vero non erit conditio, non erit numeratio in non habente cauſam, & tamen non habens cauſam eſt vnum. Et modus corruptionis huius ſermonis eſt in eo, quod exiſtimauit,quòd id,quod non habet cauſam, eſt ablatio abſoluta:& ablatio quidem non habet cauſam. & quomodo erit ei conditio quæ eſt cauſa eſſe eius?& hæc eſt fallacia: quoniam negatio proueniens, quæ currit curſu nominum imperfectorum,& eſt negatio,quæ ſit in diſcernendo entia abinuicem,habet cauſas, & conditiones,quæ determinauerunt ei hanc negationem, ſicut habet cauſas, & conditiones, quæ determinauerunt ei hæc attributa affirmatiua,& negatiua.& affirmatio neceſſarii in eſſe eſt attributum non ſeparabile a non habente cauſam.& non eſt differentia,ſiue dicatur neceſſarium in eſſe, ſiue non habens cauſam.& error eſt Loquentis hoc ſermone,non autem aduerſarii eius. Contradictio vero ſecunda eſt ꝙ,cum dicunt aut erit differentia,qua differt neceſſarium in eſſe,conditio,aut non erit conditio.ſi eſt conditio,non differt vnum eorum ab alio,ex eo ꝙ eſt neceſſarium in eſſe,ergo neceſſarium in eſſe eſt vnum. ſi vero non erit conditio, ergo ſermo dicentis neceſſarium in eſſe non habet differentiam,qua differt,

Species ſunt conditio in eſſe generis.

B

F

A eſt ſicut ſermo dicentis color ſi repetitur de eo pluſquam vnum, aut erit id, quo differt color a colore conditio in eſſe coloris, aut non erit. ſi eſt conditio in eſſe coloris, non differt vnus eorum ab alio, in eo quod eſt color, & erit color vna natura. ſi vero nullus eorum fuerit conditio in eſſe coloreitatis, color non haberet differentiam, qua differret ab alio. & hoc eſt falſum. Deinde dixit pro Philoſophis huic quandam reſponſionem.

Nunc Auer. examinando dubium dictum, proponit expoſitionem quęſtionis factę, & inquit, dicimus nos quod ſententia illius rationis, quam allegauit cõtra philoſophos. ſ. arabes eſt, quę ſic dicit, non euadet, quin differentia, ex qua prouenit dualitas. i. compoſitio in neceſſe eſſe, indigeat neceſſe eſſe. i. ſit neceſſe eſſe, vt habet alia tranſlatio, aut non. Si illa differentia, in qua differunt, indiget neceſſe eſſe. i. ſit neceſſe eſſe, ita quod in definitione cuiuslibet ipſorum ſit neceſſe eſſe, id eſt ſi quodlibet illorum ſit neceſſe eſſe definitiue, & per ſe primo modo, ergo non differunt in neceſſe eſſe, ergo oportet quod neceſſe eſſe vnum ſit tantũ. quod exẽplo oſtendit. d. vt ſi nigredo indiget, indiget in ſui neceſsitate colore, & albedo ſimiliter in ſui neceſsitate indiget colore, tunc ambo non differunt in neceſsitate coloris. Sed, ſi differentia, in qua differunt, nullũ introitum habent in neceſſe eſſe. i. ſi nullũ illorum ſit neceſſe eſſe, ergo neceſsitas eſt cuiuslibet illorũ per accidens, id eſt erunt neceſſe eſſe ab altero, & in ſuis naturis poſsibilia, vt dictum eſt: hæc eſt ſñia verborũ huius hominis. (Quę nobis.) Nũc examinat hoc dubiũ, & primo proponit intentionẽ eius. d. quę nobis error apparet. Et hoc oſtẽdit. Vbi debes ſcire, quod Alg. fecit entimema hoc. illa duo ſunt neceſſe eſſe, ita quod conueniunt in neceſſe eſſe, ergo non differunt. modo oſtendit Auer. conſequẽtiã hanc non tenere per ſimile, quoniam ſpecies conueniunt in neceſſe eſſe earũ generis, & tamen differunt inter ſe: immo quęlibet ipſarum vniuerſaliter ſumpta eſt neceſſe eſſe, licet non particulariter ſumpta: ergo dictum illud eſt debile. dicit ergo, ſpecies enim neceſſe ſunt in eſſe generis, &c. i. immo & quęlibet ipſarũ non particulariter tenta, ſed vniuerſaliter ſic ſe habet. i. eſt neceſſe eſſe. (Si enim.) Poteſt intelligi dupliciter. vno modo, vt aſsignet cauſam, quare differunt inter ſe, & ſi conueniant. d. ſi enim ita eſſet ſup. quod omnibus modis eſſent eadem, non copularentur in eſſe coloris: quoniam copulari præſupponit diuiſionem, idem enim non copulatur ſibi. Vel poteſt intelligi, vt det cauſam, quare quælibet ſpecies vniuerſaliter tenta ſit neceſſe eſſe, & inquit. Si enim ita eſſet, ſcilicet quod quælibet omni modo ſuppoſita, eſſet contingens eſſe, tunc non copularentur in eſſe coloris, quia neceſſe eſſe non fit ex non neceſſe eſſe. Sed prima eſt C melior: quoniam, ſic ſpecies non copulatur ex indiuiduis, cum illorum nullum ſit neceſſe eſſe, vt conſtat. (Et hic obijcit.) Nunc cœpit quaſi ſolutio argumenti, quã dedit Alga. vult colligere vnum errorem ibidem. d. & hic obijcit homo. d. quod hoc accidit. ſ. illa eſſe eadem, prout quis imaginatur illud neceſſe eſſe ſignificare quandam cauſam, aut naturam. (Sed apud) ponit ſolutio. Alga. dicens: ſed apud nos non eſt ſic, immo per id. i. neceſſe eſſe intendimus quid negatiuum. ſ. non habens cauſam: quoniam negationes non habent cauſam, cuius rationẽ dicit. cauſæ nanq;, quomodo poſſunt ſumi in remotione cuiuſdã incauſati. (Ita quod) ſummatim reſumit vim. d. ita quod dicatur, quod non euadet, quin ſit illud, in quo differunt incauſatum. ſ. neceſſe eſſe, aut non. i. non euadet quin illa duo ſint neceſſe eſſe, aut non. Si primo modo, nulla erit ibi numeratio, neq; differentia, vt ſupra dictum eſt. Si ſecundo modo, ſimiliter id, quod non habet cauſam, eſt vnum: & forte litera eſt corrupta, & ſuperfluit negatio, & debet legi hoc modo. & ſimiliter ei, quod non habet cauſam, eſt vnum. i. ſimplex, ergo ibi non eſt multitudo. vel ſic debet legi, & ſimiliter ei, quod non habet cauſam, eſt vnum. i. ſimiliter illi, quod eſt incauſatum, hoc, quod eſt cauſatum, debet eſſe vnum. i. ſimplex: & quomodocunque, ſuperfluit negatio. (Et nos.) Nunc oſtendit errorem eius. d. & nos diſtinximus quod ipſe errauit in eo, quod mediatus eſt, videlicet, quod quid incauſatum ſit pura

priuatio,quia remotio.i.priuatio non habet cauſam. Contra arguit, & inquit, D
qualiter ergo erit cauſa ſui eſſe.q.d.eſt impoſsibile. modo omne neceſſe eſſe eſt cauſa ſui.(Et hic.)Oſtendit alio modo errorem eius.d.& hic eſt error, quia negationes currentes curſu priuatorum nominum.ſ.negationes, quæ ſumuntur in definitione entium habent adinuicem ſine dubio cauſas,dico cauſas inferentes dictis entibus neceſſarijs illam negationem,& addit:& ſi affirmationes.i.habitus haberent cauſas inferentes affirmatiuas denominationes, ergo nulla differentia eſt in hoc inter denominationes affirmatiuas.i.habitus,& negatiuas.i.priuatio-

Negatio duplex. nes. Debes ſcire,quod negatio capitur dupliciter. vno modo,prout eſt propria vni,& non alteri. V.g.cęcitas eſt ita propria animali, quod non competit lapidi,& ſic negatio vocatur currens curſu priuati.i.ſubiecti,eo quia propria eſt illi, non dico quarto modo:alio modo eſt negatio ſimpliciter, vt non homo, non album:& ſic dicitur de ente,& non ente,vt dicitur in lib.Periher. eſt ergo differētia,vt.d.hic Auer.quoniam negationes primo modo habent cauſam in ſubiecto, ſed ſecundo modo non habent cauſam, & ſic eſt in Deo: quoniam neceſſe eſſe

Dubitatio. habet cauſam in Deo,cum ſit negatio primo modo. Sed accidit quæſtio, quoniam dictum eſt in lib.de ſubſtantia orbis,in fine,ꝙ æternum dicitur per priua-

Solutio. tiōnem cauſę corruptibilitatis, ergo non habet cauſam. Dicendum, ꝙ cauſa poteſt capi dupliciter.vno modo pro re addita ſubiecto,cuius eſt: & ſic primum B
non habet cauſam ſuæ neceſsitatis,nec aliquod ęternum,& ſic loquitur ibi.alio modo poteſt capi pro cauſa,vel addita,vel pro ſeipſo, ad quod ſequitur neceſſe eſſe,quæ potius dicitur concauſa, vt notatur in illo verbo cauſa inferens: & ſic conceditur ꝙ neceſſe eſſe habet cauſam, quia eius eſſentia poſita ponitur neceſſe eſſe: ergo cauſa eſt eius eſſentia,& eius nota:& ſic patet hoc.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc poſsibile eſt colori, quoniam habet eſſe relatum quiditati,additum quiditati.& hoc impoſſibile eſt neceſſario in eſſe. nam non habet niſi neceſsitatem eſſe,& non habet quiditatem,cui referatur ipſum eſſe. & nos bene ſcimus quòd differentia nigredinis,& differentia albedinis non conditionatur in coloreitate, in eo quòd eſt coloreitas: conditionatur vero eſſe earum,in eo quòd ſunt prouenientes a cauſauſa. ſic etiam non debet conditionari eſſe in neceſſario. nam eſſe neceſſarium Primo eſt ſicut coloreitas colori, non autem ſicut eſſe relatum coloreitati. Dicimus ꝙ non concedimus hoc:ſed habet verificationem eius,cui attribuitur eſſe,vt declarabimus in diſputatione ſubſequenti. Cum vero dicunt quòd eſt ens abſque quiditate, eſt exiens ab intelligibili, & erit ſumma ſermonis, quòd ipſi ædificauerunt ablationem ſecundationis ſupra ablationem compoſitionis generi,& differentiæ:deinde ædificauerunt hoc ſupra ablationem quiditatis poſt ipſum eſſe. & quotienſcũ que deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamentorum, deſtruitur & non totum. & eſt ædificium debilis ſtabilitatis prope ędificium araneæ. F

AVEROES.

AIt Auer. Reſponſio eius pro Philoſophis ædificauit eam hic ſuper ſermonem,quòd eſſe eſt accidens enti, ſcilicet quiditas.& con-

A tradicit eis ipſe, ex eo quòd eſſe in omnibus eſt aliud a quiditate, & exiſtimauit quòd ſermo eorum ædificauerunt eum ſuper hoc. Attamen differentia, quam adduxit in hoc, nõ ſequitur ex ea reſponſio ei, quod intulerunt ex rebus coloreitatis, & differentiis, quæ ſunt in ea, quomodocunque id poſuerint. nam nemo dubitat quòd differentiæ generis ſunt cauſa generis, ſiue ponatur generi eſſe aliud a quiditate, aut quiditas eius ipſummet eſſe. nam, ſi eſſent differentiæ ipſi eſſe, & eſſe coloris aliud a quiditate coloris, ſequeretur vt non ſint differentiæ, quibus diuiditur color differentiæ quiditatis coloris, ſed differentiæ alicuius accidentis accidentium eius. & hęc eſt poſitio falſa. Quare veritas eſt quòd, cum nos diuidimus colorem in differentias ſuas, & dicimus quòd eſſe coloris, in eo quòd eſt color, erit in actu, aut quia eſt albus, aut niger, aut alius color, non diuidimus quidem accidens in colorem, ſed diuidimus ſubſtantiam coloris. igitur ſermo, quòd eſſe eſt accidens enti, eſt inconueniens in hoc, & quę-
B ſtio, ac reſponſio eius quæſtioni ſermo cadens. Cum autem dixit ꝙ ipſi ædificauerunt ablationem ſecundationis ſuper ablationem compoſitionis ex genere, & differentia, deinde ædificauerunt hoc ſuper ablationem quiditatis poſt eſſe: &, cum deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamentorum, deſtruitur & totum, eſt ſermo non verus. nam ædificium eorum eſt ablatio ſecundationis numero in duabus rebus ſimplicibus, de quibus dicitur vniuoce. & eſt notum per ſe ꝙ, cum ponimus ſecundationem, & communicationem in duobus ſimplicibus ꝙ ſimplex fit compoſitum. Et concluſio ſermonis eſt ꝙ natura appellata neceſſarium in eſſe, quod non habet cauſam, & ipſum non habens eſt cauſa alterius, aut erit vnum numero, aut plus. Deinde, ſi fuerit plus, aut erunt plures forma vnum genere dicto vniuoce, aut vnum proportione, aut vnum nomine tantum. Si erunt diuerſa numero, vt Socrates, & Plato, & vnum ſpecie, tunc erunt animalia ne-
C ceſſario. & hoc eſt falſum. Si vero erunt diuerſa in forma, & vnum in genere, dicto de eis vniuoce, tunc erunt cõpoſita neceſſario. ſed, ſi erunt vnum in genere, dicto ſecundum proportionem ad aliquid, nihil ꝓhibet quin ſit hoc, & aliquod erit cauſa alicuius, & deueniunt ad primũ. & hæc eſt diſpoſitio formarum abſtractarum materiis apud Philoſophos. attamen, ſi communicant nomine, nihil prohibet quin reperiatur ex eis pluſquam vnum. quoniam hæc eſt diſpoſitio cauſarum primarum quatuor, ſ. agens primum, & forma vltima, & materia vltima. & propterea non prouenit ex hoc modo ſpeculationis quid completũ, & non finit ad primũ principiũ, vt putauit Auic. nec ꝙ vnũ ſine dubio. Iſta deſunt in antiquo.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via conſecutionis eſt vt nos dicimus quòd non erit eſſe, & ſubſtantia, & principalitas genus. quia nos

reſpondemus per quid eſt. Primum vero apud vos eſt intellectus abſtractus, quemadmodum alii intellectus, qui ſunt principia ipſius eſſe, quæ appellantur Angeli apud eos, & quæ ſunt cauſata Primi ſunt intellectus abſtracti a materiis. Hæc quidem verificatio includit primum, & eius cauſatum, Primum, quoniam ens primum eſt ſimplex, et nullam habens compoſitionem in ſubſtantia ſua, niſi ex parte conſequentium, & ſunt communicantes in eo, ꝙ vnumquodq; eorum eſt intellectus abſtractus a materia. & hoc eſt verificatio generica. igitur intellectio abſtracta in ſubſtantia non eſt ex conſequentibus, ſed eſt quiditas. & hæc quiditas eſt communis inter primum, & alios intellectus. & ſi non erit differentia in alio, tunc intelligitis ſecundationem abſq; differentia, ſi vero differt, id quidem, quo eſt differentia, eſt aliud ab eo, quo eſt communicatio, & intellectio communis eis eſt communis in rei veritate. nam Primum intelligit ſeipſum, & intelligit aliud apud tenentem hoc, ex eo quod eſt ex ſe intellectus abſtractus a materia. & ſic definitio cauſati primi ꝙ eſt intellectus primus, quem fecit Deus glo. immediate eſt communis in hoc. & ratio huius eſt. quoniã intellectus, qui ſunt cauſata, habent ſpecies diuerſas, ſed communicãt in intellectione, & differunt aliis differentiis. & ſic primum cõmunicat cum omnibus in intellectione. igitur apparet contradictio opinionis: & id, quod inducit ad intellectionem, non conſtituit ſubſtantiam. & ambo ſunt falſa apud eos. D E

Hic Alga. inducit quoddam argumentum contra peripatheticos, & primo ꝓponit opinionem illam. d. Adhuc eſt alia via ad reprobandum philoſophorum opinionem in preſenti propoſito, ſcilicet ꝙ ipſe Deus non cõicat cum aliquo in genere, neq; differt ab eo in differentia. hec eſt opinio ergo philoſophorum, ſcilicet ꝙ Deus non eſt in genere, neq; ab aliquo differentia differt. (Nos enim.) Nunc facit motiuum, & primo accepit vnam propoſitionem. d. Nos enim dicemus ſic eis, neq; ſubſtantia, neq; principiatio, id eſt principiũ nequit eſſe genus, quia nullum iſtorum dr̃, id eſt datur in reſponſione quid eſt Deus: & hec propoſitio fuit poſita, & declarata ſuperius. Tunc infert vnã ſecundã. d. & ſup. cũ Deus non ſit ſubſtantia, neq; principium tanquã genus, ergo prima cã apud nos eſt intellectus, ſicut ſunt aliæ intelligentiæ, quæ ſunt entis principia ſup. in eo, quod ens, vt dicitur, 12. Meta. cõ. 1. & dicuntur angeli ſecundũ leges, & cauſantur a prima cã, & ſunt ſine dubio ſeparatæ a materiis. eſt ergo conſequẽs, ꝙ Deus eſt intellectus purus a materia ſeparatus, ſicut & quælibet intelligentia mouens ſtellam. F

Dubitatio. Sed dubitares forte, vnde habet euidentiã hec conſequentia. Deus non eſt ſubſtantia, ergo Deus eſt intellectus purus. ex negatiua. n. non ſequitur affirmatiua, vt dr̃ in ſecundo periher. non. n. ſequitur, chimera non eſt homo, ergo chimera eſt non homo, & quãto magis non ſequitur, ergo chimera eſt leo, cum ſint diſperata. Debes ergo ſcire, ꝙ qñ preſupponitur cõſtantia ſubiecti, & diuiſio eſt duorũ membrorũ tm̃, bene valet ex negatiua affirmatiua. V. g. ſupponitur, ꝙ lumen ſit ens, & ꝙ ens diuiditur tm̃ in ſubſtantiam, & accidẽs. Tunc bene ſequitur, lumen non eſt ſubſtantia, ergo lumen eſt accidẽs: qm̃, iam ſuppoſitum eſt lumen eſſe ens: & cũ ens oẽ vel ſit ſubſtantia, vel accidens, ideo infertur, ergo accidens. ſic in in ꝓpoſito Alg. p ſubſtantiã intelligit ſubſtantiã corporeã. modo ens bene diuiditur in ſubſtãtiã corporeã, & intellectualẽ: & ſupponit Deũ eſſe, ideo ſequitur. Deus non eſt ſubſtantia. ſ. corpus, & ſup. eſt, ergo Deus eſt intellectus. qm̃, vt dr̃. 1. Meta. cõ. 31. inter materiale, & abſtractum a materia non datur mediũ. Quo habito, concludit ergo hec veritas ſeu natura, ſ. quæ eſt intellectus, in-

A cludit, id eſt continet cauſam primã.ſ. Deum, & primum cauſatum.ſ.intelligentias. ex hoc quaſi infert vim rationis.d.primũ ergo ens.i. Deus ſimplex eſt abſq; alia cõpoſitione in ſe, & ex parte ſuorũ conſequentium, id eſt accidentiũ, id eſt Deus eſt ſimplex ſimplicitate oppoſita cõpoſitioni ex materia & forma, & ſimplicitate oppoſita compoſitioni ex ſubiecto & accidente, & cõicant in eo, id eſt in ſimplicitate illa omnes intelligentię, quia quęlibet ipſarum eſt intellectus ſeparatus a materia. & hęc, id eſt ergo hęc eſt natura generalis.ſ.quę ponitur genus cõis illis. patet ergo perſpicue ꝙ Deus, & intelligentię conueniunt in genere. (Et intellectus.) Abſcindit quęſtionem tacitã. poſſet enim quis dicere, ꝙ intellectus non eſt quiditas Dei, ſed accidens commune illis, & ſic non eſt genus. Reſpondet, & intellectus ſeparatus non eſt de conſequentibus, id eſt accidentibus, immo eſt ipſa quiditas, quę ſine dubio communis eſt Deo, & alijs intelligẽtijs. (Vnde, ſi modo.) Recolligit quod ibi differentia etiam reperitur, & inquit, vnde, ſi modo differunt, vt conſtat per ſe, ergo id, in quo differunt, id eſt ergo differentia differt ab eo, quo cõicantur, ſ. intellectu. vult ergo habere ꝙ aliud eſt, quo differunt, & aliud, quo conueniunt: & per conſequens Deus eſt in genere, & differentia, & ita compoſitus, vt ſupra viſum eſt. Quod autem conueniunt, probat. d. Deus nanq; intelligit ſeipſum, & alia entia: ergo conueniunt in intellectu, vt in ratione generis: & ſic primum cauſatum ſic ſe habet ſcilicet quod eſt

B intellectus, & addit præterea intelligentię differunt adinuicem ſpecie., & communicant genere, vt dictum eſt, ſcilicet in intellectu, ideo concludit concluſionẽ d. patet ergo, quomodo prima cauſa communicat cum omnibus intelligentijs in intellectione, & differt ab eiſdem in alijs. Et debes ſcire, quod tota rationis virtus poteſt in hunc modum componi; omne id, quod conuenit in aliquo quiditatiue prędicato cum alijs, & differt ab eis in alio, eſt in genere: ſed Deus, vt declaratum eſt, conuenit quiditatiue cum intelligentijs in eſſe intus, & differt ab eis in alio; ergo Deus eſt in genere: & hęc eſt virtus rationis Algazel.

AVEROES,

AIt Auer. Si intellexiſti id, quod diximus antea de eo, quòd ſunt hic aliqua, quæ includuntur vno nomine, non incluſione rerum vniuocarum, nec incluſione rerum æquiuocarum, ſed incluſione rerum relatarum ad aliud, quæ dicuntur ſecundũ prius, & poſterius, & ꝙ proprietas harum rerum vt deueniant ad primum

C in illo genere, quod eſt cauſa prima omnibus, quibus imponitur hoc nomen, vt eſt nomen calidi, quod dicitur de igne, & aliis rebus calidis, & ſicut eſt nomen entis, quod dicitur de ſubſtantia, & aliis accidentibus, & ſicut nomen motus, quod dicitur de motu locali, & aliis motibus, non deficies ſcire inane, quod ingreditur in hoc ſermone. nam nomen intellectus dicitur de intellectibus ſeparatis apud Philoſophos ſecundum prius, & poſterius, quorum eſt intellectus primus, qui eſt cauſa aliorum, & ſic eſt in ſubſtantia. Et ratio, quæ demonſtrat quòd non habent vnam naturam communem, eſt quoniam aliquis eorum eſt cauſa alterius. & id, quod eſt cauſa rei, eſt prius cauſato. & impoſſibile eſt vt ſit natura cauſæ, & cauſati vna genere, niſi in cauſis indiuidualibus. & hæc quidem ſpecies communicationis eſt contradicens cõmunicationi genericæ vere, quoniam communia genere, non eſt in eis primum, quod eſt cauſa aliorum, ſed omnia ſunt in eodem gradu. & non reperitur in eis aliquid ſimplex, ſed communia in re, qua di-

Quare oĩa non habent vnã naturã communẽ.

cuntur ſecundum prius, & poſterius, neceſſe eſt vt ſit in eis primum, D
& ſimplex. & hoc primum impoſsibile eſt vt imaginetur ei ſecunda-
tio. nam quotienſcuuque ponatur ei ſecundum, neceſſe eſt vt ſit in gra
du eius, quo ad eſſe, & naturam: & erit ibi natura communis eis, qua
communicant communicatione generis veri: & neceſſe eſt vt differant
differentiis additis generi: ergo erit vnumquodq; eorum compoſitum
ex genere, & differentia. & omne, quod eſt huiuſmodi, eſt innouatum.
Quod eſt pfectū neceſſe eſt q̃ ſit vnū Demum id, quod eſt in vltimitate perfectionis in eſſe, neceſſe eſt vt
ſit vnum. nam, niſi eſſet vnum, impoſsibile eſt vt ſit ei vltimitas eſſe.
id enim, quod eſt in vltimitate, non communicat ei aliud. nam, ſicut
linea vna non habet ex vno latere duos fines, ſic res, quæ ſuccedunt in
eſſe, diuerſæ quidem in additione, & diminutione, non habent duos fi
nes ex vno latere. Auicenna autem neſciuit in eſſe hanc naturam me-
Auic. ignorauit Analoga, diam inter naturam, quam ſignificat nomen vniuocum, & naturas,
quæ non communicant niſi nominibus tantum, aut accidenti remo- E
to, & euenit ei hæc dubitatio.

Hic vult ſoluere argu. Alga. & primo dicit, dicimos nos quod qui bene intel.
ligit id, quod ſuperius diximus, euaſus eſt ab iſtis erroribus. Tunc ad formam
quæſtionis inquit, videlicet, quia hęc id eſt, Deus, & intelligentiæ ſunt res, quæ
continentur ſub vno nomine, non modo continentię vniuocorum nominum, vi.
delicet, equiuocorum: immo modo continentię nominum vni rei attributorum
ſecundum dubitationem, id eſt, indifferentiam modi cōcipiendi, & declarat quę
natura ſit talium nominum. d. ei proprietas talium eſt, quod ſignificata aſcendāt,
id eſt, ordinentur ad primum illius generis, quod eſt cauſa prima omnium appel
latorum, id eſt, omnium illorum ſignificatorum illo nomine. (Verbi graria,) hoc
oſtendit exemplo Ari. in Met. d. vt nomen caliditatis producitur ab igne, &
ab alijs rebus calidis: & forte litera eſt corrupta, & debet dicere, vt nomen cali.
ditatis, quæ attribuitur, & igni & alijs rebus calidis: vel nomen entis, q̃d de ſub.
ſtantia dicitur, & de alijs nominibus, id eſt, alijs ſignificatis aliorum nominū: ap.
plicat modo ad propoſitum. d. ſimiliter dicimus quod nomen intellectus dicitur
de ſeparatis intelligentijs analogice apud philoſophos, ita quod, id eſt, tali modo
quod primus intellectus eſt cauſa aliorum, id eſt, analogia cauſæ ad cauſatum,
& ſic ſimiliter dicimus de ſubſtantia: & forte vult dicere reſpectu accidentium: F
dicitur enim ens analogice de ſubſtantia, & accidente. Et forte vult dicere, &
ſic dicimus de ſubſtantia quantum ad hoc, quod pręd icatur de Deo, & alijs intel
ligentijs pręd icatur enim analogice. Ex hoc reſpondetur ad formam, negatur
minor: quoniam intellectus non competit quiditatiue illis, cum non dicitur vni.
uoce, ſed analogice; & ſic eſt ſolum nomen commune illis, & non natura, nec
quiditas, nec aliquid aliud niſi nomen tantum, & ſic ratio non concludit: intelle
ctus enim dicitur de Deo, & de alijs attributione, vt patet. Debes ſcire, quod
Auer. vbiq;, vt dixi, appellat nomen analogum, nomen ambiguum, vel ſecun.
dum attributionem, vt facit hic, & hoc artificioſe. Quoniam Aui. primo Meta.
ca. 6. videtur opinari quod ens ſit vniuocum, licet ſecundum aliquam prioritatē
& argumentum eius eſt, quia intellectus eſt certus de intentione entis, & dubita
bit de intentionibus ſubſtantiæ, & accidentis, ergo ens dicit intentionem tertiā:
& ſyllogiſmus eius componitur ſecundum ipſum: omne nomen, de cuius inten.
tione intellectus eſt certus, dubitans de contentis ſub illo nomine, dicit intentio.
nem tertiam, & per conſequens eſt vniuocum; ſed ens eſt nomen, de cuius inten
tione intellectus eſt certus, dubitans de intentionibus accidentis, & ſubſtantiæ:
hanc minorem probat Auicen. ibi in exemplo de reſurrectione, an erit, an non:
& vide, quia nolui ponere verba eius hic. Hoc argumentum intantum magni.
ficatur

A ſicatur a quibuſdam, quod eis videtur Achilles Zenonis, quibuſdam alijs Vli-
xes Empedoclis, quibuſdã alijs Hector Parmenidis, & Melliſsi. Ego autẽ repu
to ipſum nihil eſſe, vt dicam: ideo debes ſcire, quod argumentum ſupponit fal-
ſum, ſcilicet quod intẽtio entis ſit id, de quo intellectus eſt certus, immo dico q̃d
ens eſt nomen iñ ſignificans æqualiter immediate ſubſtantiã & accidens, licet
ſit ibi ordo cauſæ, ideo intellectus eſt certus de diſiuncto, dubius autẽ de alteru-
tro illorũ: quilibet enim ſcit quod lumen eſt ſubſtãtia, vel accidens, licet dubius
ſit, an ſit ſubſtantia determinate, vel accidens, ſicut quilibet ſcit principem ſede-
re, vel non ſedere, nullus niſi aſtantes ſciunt illum ſedere determinate, vel non
ſedere determinate: & hoc attendens Auer. appellat nomen entis ambiguum,
vel ſecundum attributionẽ, ad notandum quod ens nihil commune dicit niſi di-
ſiunctionẽ: quando ergo capitur determinate, accidit dubitatio: quando vero ſub
dubitatione & diſiunctione accidit certitudo: ergo certitudo non eſt de intentio-
ne tertia, ſed ſignificatis alio modo ſuppoſitis. Contra hoc iterum inſtat quidã,
& reputat argumentum demonſtrare. d. iſta certitudo præcedit omnẽ apprehen-
ſionẽ quorũcũq; diuidentiũ ipſum ens, ergo præcedit certitudinẽ de toto diſiun-
cto. Ad hoc dicendum quod illa certitudo præcedit oẽm apprehenſionẽ deter-
minatã, non autẽ confuſam de ipſius entis diuidentibus: &, ſic apparet qualiter
argumentũ hoc nõ tranſcendit metam ſermonis ſophiſtici. (Et probatio.) Quia
B in ſolutione data ſupponit ens non dicere naturã tertiã, ideo hoc intendit proba-
re, & apponit ad hoc rationes duas: ſecunda ibi ponitur. (Tandẽ quod.) Et pri-
mo proponit cõcluſionẽ. d. & probatio q̃d ens ideo habeat vnã, & eandẽ natu-
ram cõem, id eſt, vniuocam eſt. Deinde apponit rationẽ, & debet ſic cõponi: nul
la cauſa eſſentialis, & per ſe alicuius effectus communicat cum eo in vna natura
vniuoca, quã dat illi effectui. Sed prima cauſa eſt cauſa eſſentialis, & per ſe in-
telligentiarum in ente, q̃m dat eſſe illis, quod habet in ſe formaliter, & per eſſen
tiam, ergo non cõicat cum eis in eſſe vniuoce: ponit ergo minorẽ. d. quia quidã
ipſorũ cauſa eſt aliorũ: deinde ponit vim minoris. d. & id, q̃d cauſa eſt alterius,
præcedit cauſatũ ſine dubio: quia impoſsibile eſt quod natura cauſæ, & cauſati
ſit vna, & eadẽ in genere niſi in particularibus cauſis, id eſt, nõ eſſentialibus eſ-
ſentialiter ordinatis: & opponatur ergo concluſio ſuperius poſita, ſcilicet quod
ens non dicatur vniuoce de Deo & alijs. Debes ſcire, quod quidã rudes nõ in-
telligunt hanc rationem, & ideo derident eam: vnde expoſitores latini, quia il-
lam olfaciunt, ideo eam appreciant: propter quod mihi videtur, quod ſit propin-
qua primis principijs: conſiſtit enim in propoſitionibus per ſe notis, quarũ vna
eſt: quod id, in quo aliquid antecedit eſſentialiter aliud, non conuenit ei vniuo-
ce, dico eſſentialiter, quoniã Sortes pater antecedit Plato, filiũ in humanitate,
C tamẽ quia antecedit accidentaliter & non eſſentialiter, ideo humanitas cum eis
communis & vniuoca: ergo, quando aliquid antecedit aliud eſſentialiter & per
ſe in a, non poteſt æqualiter & vniuoce conuenire in a, ideo hanc maiorem vo-
luit intelligere Auerro. cum dicit, & id, quod cauſa eſt alterius præcedit cauſa-
tum ſine dubio: intendit enim id, in quo cauſa antecedit cauſatum eſſentialiter
& per ſe: impoſsibile eſt vt ſit commune vtrique vniuoce, quilibet enim conce
dit hanc terminis intellectis. Tunc accipitur ſecunda propoſitio: ſed prima cau-
ſa antecedit omnia alia entia eſſentialiter & per ſe in eſſe tali: & hanc dedit
Auer. cum dicit, quia quidam ipſorum eſt cauſa aliorum: prima enim cauſa eſt
cauſa entis in eo quod ens, ideo dicitur in libro de cauſis: prima creaturarum eſt
eſſe, vt dicebam; & hoc declarauit Ariſto. 2. Metaphy. & Auerro. ibidem cõ. 4.
vide. Ex his concluſio ſequitur demonſtratiue, ergo ens non poteſt eſſe commu-
ne vniuocum primæ cauſæ, & primo cauſato: & hæc ratio non poteſt ſolui, ſi
bene intelligitur: poſſunt enim fingi ſolutiones ſed ſolutiones non ſunt niſi ver-
ba, ſi poſt conſiderentur. (Et ideo.) Hic conducit ex dictis theorema ad propo-
ſitum, & inquit, & ideo hęc ſpecies cõicationis oppoſita eſt communicationi ge
nerali, id eſt, generis vniuoci, & huius dedit rationẽ, & ait, res. n. quæ in genere
communicant, non habentẽ rem primam, quæ cauſa ſit aliorũ, ſcilicet, eſſentia-
lis, & antecedens illa in natura generis, immo omnes ſunt in vno gradu eſſe, &

in vna & eadem natura. (Ergo, ſi haberent.) Ex hoc oſtendit intelligentias non conuenire cum prima in genere, & inquit, ergo, ſi ſup. intelligentię haberẽt naturam cõem, videlicet, naturam veri generis, id eſt, vniuoci generis, ſequitur & quod differẽt in quibuſdam differentijs ſuper genus additis, & tunc infert, ergo quælibet ipſarum ex genere & differentia cõponitur, & addit illud, quod ſuperius addebatur. d. & quodcunque ſic ſe habet, nouum eſt ſine dubio: & virtus rationis componitur, vt prius: patet ergo prima ratio, & theoremata conducta ex illa. D

Dubitatio. Sed dubitatur forte: quoniã, ſicut declarat Auer. 10. Metaph. cõ. 7. ex verbis Ariſt. in omni genere eſt dare vnum quod eſt metrũ, & menſura aliorũ in illo genere: ergo, in ſpeciebus omnis generis eſt ordo: vel igitur eſſentialis, vel accidentalis. Si eſſentialis, ergo vna eſt cauſa alterius, & per conſequens genus non erit vniuocũ. Si accidentalis, ſpecies non differunt niſi per accidens. Et dicendum forte, quod ordo eſſentialis eſt duplex ſcilicet, ſecundũ cauſalitatem, & ſecundum perfectionem eſſentialẽ: dico ergo, quod ibi eſt ordo eſſentialis perfectionis, non tñ cauſę ad cauſatũ, & hoc ponit Auer. in ſecundo Meta. cõ. 2. & alibi. (Tandẽ.) Nunc ſecundã apponit rationẽ, & põt in hunc modũ cõponi: illud, qđ eſt in fine cuiuſdã naturæ, id eſt, per eſſentiã aliqua natura, non cõicat cum aliquo in illa: ſed prima cauſa eſt per eſſentiã ens, & in fine, i. ſummum ens: ergo nõ cõmunicat cũ alijs in ente: huius ponit tm̃ maioris vim. d. tandem, quod eſt in ſumma perfectione, oportet neceſſario quod ſit vnũ: nã, ſi vnũ non eſſet, nõ eſſet in ſummo gradu, & ſic quaſi reſumit maiorẽ. d. id, quod eſt in fine cuiuſdã naturæ, non cõicat cum alia in illa ſup. & ſic patet vis rationis. (Et quia.) Hic ponit cauſam erroris Aui. d. & quia Auicen. non eſtimauit iſtam naturam mediã inter naturã ſignificatam cum nominibus vniuocis, & naturã rerum, quæ tantum nomine communicãt, i. quia nõ reputat mediũ inter vniuocũ, & æquiuocũ, ideo ſequitur eum dictum argumentum, ſcilicet quod quia non eſt æquiuocũ, ergo vniuocũ. Debes ſcire, quod illa ratio ſecũda eſt multum fortis, ſi conſideratur, & etiã in duabus conſiſtit propoſitionibus: quarũ prima eſt qđ id, quod eſt in ſummo gradu alicuius rationis, vel naturæ, vel intentionis adeo quod per eſſentiam capit totum ambitum eius, non poteſt cõmunicare in eo vniuoce cum alio: & hæc propoſitio eſt manifeſta per ſe, quia enim humanitas non eſt in ſummo, & per eſſentiam in Sor. ideo Sor. & Plato participatiue ſunt homo: ſimiliter, ſi homo in ſummo, & per eſſentiã eſſet animal, leo non eſſet animal, niſi participatiue, & non formaliter: eo quia, ſi formaliter eſſet animal, ſicut & homo, animal formaliter acceptũ, non plus eſſet in homine, quam in animali: ergo propoſitio dicens quod id, quod eſt in ſummo gradu alicuius rationis, vel naturę, vel intentionis, adeo quod per eſſentiam capit totum ambitum eius, non poteſt communicare cum alio in eo vniuoce, eſt manifeſta per ſe. Secunda propoſitio erit, quod Deus eſt in ſummo gradu entis, & per eſſentiam capit totam perfectionem entis: & hoc eſt certũ cuilibet: ergo ſequitur ex his duabus propoſitionibus concluſio. ſ. d. quod Deus non poteſt communicare in ente cum aliquo vniuoce: & tu conſidera bene has vias quoniam, ſi recte inſpicis, ſunt multum ſubtiles, & fortiſsimæ argumenta autem, quæ fiunt contra hanc poſitionem Auer. ſunt ſophiſtica, & adeo Metaphyſicam extraneant ꝙ ad ſophiſticam reduxerunt fingunt enim quoſdam terminos, quos illi ſolum magnificant, & nec ſunt dicti ab Ariſto. nec ab aliquo ſapiente. Et ſic conſummata ſit expoſitio ſeptimæ diſputationis.

Solutio, duplex ordo eſſentialis.

E

F

DE DESTRVCTIONE DICTI EORVM, QVOD ESSE PRIMI SIT SIMPLEX, SCILICET ESSE ABSOLVTVM, & non eſt quiditas, nec verificatio, ad quas referatur eſſe, ſed eſſe conueniens ei eſt ſicut quiditas alteri.

ALGAZEL.

B AIT Alga. Sermo autē de hoc eſt duobus modis.
quorum Primus eſt interrogatio de probatione, &
dicatur qūo ſciuiſtis hoc, an neceſsitate intellectus,
aut ſpeculatione eius: & non eſt ex neceſsitate: ergo
impoſsibile eſt, abſque eo ꝙ recitemus viam ſpecu
lationis. Si aūt dixerit, quoniā ſi eſſet ei quiditas,
eſſe quidē ipſum eſſet relatum ei, aut conſequēs eā,
& proueniēs poſt eā: &, cum conſequens ſit cauſa-
tum, ergo neceſſarium in eſſe erit cauſatum: & contradicit ſibi ipſi.
Dicimus quòd hoc reuerſio erroris eſt, cum proferimus dictionem
eſſe neceſſarii. Nos vero dicimus ei verificationem, & quiditatem.
& illa verificatio reperitur, id eſt non deperditur, & aufertur. & eſſe
eius refertur ad eam.* Si vero dilexerint appellare eam cōſequens, &
proueniens, non eſt cura de nominibus, poſtquā ſcit ꝙ non eſt agens
C eſſe eius aliud, ſed non defecit hoc eſſe antiquū eſſe abſq; cauſa agenti.
Et, ſi intelligūt per conſequens, & cauſatum, quod habet cauſam agen
tem, non eſt ſic. Si vero intelligunt aliud, profecto conceditur, & non
eſt in eo falſitas, cum probatio non inferat niſi ceſſationem emana-
tionis a cauſis, & tamen ceſſatio eius in verificatione reperitur, &
quiditas cōſequens eſt poſsibilis, & nō oportet ponere negationē qui-
ditatis. Si vero dixerit quiditas erit cauſa ipſius eſſe, quod ſequitur ei,
ergo eſſe erit cauſatum, aut actum, Dicimus ꝙ quiditas in rebus ca-
lidis nō erit cā eſſe, quāto magis in antiquo, ſi intelligunt per cauſam
agēs eius. Si vero intelligūt per eā aliud, & eſt ꝙ nō ſufficit abſq; eo,
tunc erit hoc, & nō eſt in eo falſitas, ſed falſitas eſt in emanatione cau
ſatū. &, cū ceſſauerit, tūc remouetur falſitas, & aliud ab hoc, non ſcitur
falſitas eius. & impoſsibile eſt quin adducatur demonſtratio de falſi-
tate eius. & oēs quidē opiniones eorū ſunt induſtriæ, quæ ædificantur
ſupra definitionem dictionis neceſſarii in eſſe, in eo quòd habet con-

Huc vſq; cō ueniunt antiquus & hic tex. in ſequētibus vero nihil.

ſequentia.& concedendo ꝙ ratio inferat neceſſarium in eſſe eo modo, D quo attribuerunt ei, & tamen non eſt ſic,ſicut diximus. Demum hæc probatio eorum reducitur ad probationem ablationis attributorum, & ablationis diuiſionis genericæ,& differentialis,niſi ꝙ eſt quid magis profundum,& occultum,& debilius:quoniam hæc pluralitas non reducitur niſi in abſtractū dictionis.ſin autem,tunc intellectus dilatatur ad conſiderandum eſſe vnam quiditatem. ipſi vero dicunt omnem quiditatē repertam an eſſe pluralitatem, cum in ea ſit quiditas,& eſſe. & hæc eſt vltimitas obſcuritatis.nam ens vnum eſt intelligibile ſemper, & non eſt ens,quod non habet verificationem, & eſſe verificationis non aufert vnitatem.

Quid ē eſſe, & quid q̄ditas.

Circa introductionē huius diſputationis,primo declarabo titulū diſputationis deinde ad expoſitionē illius veniā. Debes ergo ſcire quid ſit eſſe, quidq; quiditas.& dico,quod eſſe quandoq; accipitur pro quiditate ſeu eſſentia,& ſic dicitur.6.Topico.ꝙ definitio eſt ſermo.d.eſſe,& ſic ēt Auer.8.Met.cō.15.ꝙ formę habent eſſe in materia tot,quot ſunt in effectu,& 12. Meta. cō.36.& 18.formæ B habent duplex eſſe,ſ.in materia,& in primo motore.et ſic conceditur ꝙ roſa in hyeme habet eſſe,capiendo eſſe hoc modo.quandoque capitur,id eſt eſſe pro cōpoſitione ſubiecti,& prædicati,vt dicit Ariſt.in 1. Perihermenias, quod verbū ſignificat eſſe,quod ſine extremis non eſt intelligere.illam.n. compoſitio dicitur eſſe,quoniam eſſe eſt,quo agens educit compoſitum in actu, & quia intellectus educit propoſitionē compoſitam ex ſubiecto & prædicato in actu mediante illa vnione,ideo vnio illa eſſe propoſitionis dici poteſt,vt declaraui in primo poſteriorum,in verbo Ariſt.dum dixit definitionē non dicere eſſe, neque non eſſe. vide.Quandoque capitur eſſe pro forma,& ſic capitur ſecundo Phyſicorū commen.30.vbi dicitur quod forma eſt cauſa materiæ,pro quanto eſt eſſe eius. Quandoque capitur eſſe pro indiuiduo,vt dicit,& exponit Auer. tertio de Anima commen. 9. illud verbum aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe. vbi vult Auer.in commento,ꝙ eſſe poteſt capi pro indiuiduo. Vltimo capitur eſſe pro modo quodā eſſentiæ,quo eſſentia ponitur in eſſe extra cauſas ſuas. &, ſic eſſe non eſt aliud,niſi proprietas quædā,qua res ponitur extra ſuas cauſas,& recipit abſolute prædicationem entis:& ſic loquitur Ariſto.ſecundo Metaphyſi. & Auerro.commento illo 4.& 12.Metaphy.commen.51.vbi voluit quód primus eſt eſſe per eſſentiam,& reliqua per primū. Et, cum conſiderabuntur omnes iſti modi accipiendi eſſe, abſcindentur innumeræ obiectiones, quæ primo F

Multipliciter capitur q̄ditas.

aſpectu imaginantur in dictis ſapientum. Dicendum,quod quiditas capitur ēt apud Peripateticos multipharіam:vno quidem modo,pro eſſentia contenta in potentijs cauſarum. Quandoque capitur quiditas pro definitione, vt dicitur.7. Meta.commentis.72.& 43. Quandoque pro vniuerſali, vt dicebam tertio de Anima commen.9.Quandoque pro forma ſola,vt dicitur. 7. Metaphyſi. commen.21.& alibi.eſt enim forma quiditas,prout eſt principium definiendi. eſt ēt forma eſſentia,prout eſt principium eſſendi.eſt etiam quandoque forma natura, prout eſt principium operandi.2.Phyſi.& ſic quiditas capitur pro natura etiā.

Intellect' diſputationis.

His viſis dico,quod intellectus diſputationis eſt,vtrum Deus ſit compoſitus ex quiditate,capiendo quiditatē pro vniuerſali, & eſſentia, & eſſe: capiendo eſſe pro indiuiduo,& modo eſſentię,quo eſſentia ponitur in effectu: &, tunc quęſtio poteſt eſſe duplex, an in Deo compoſitio ſit ex vniuerſali & indiuiduo,ſicut in ſorte.&,ſecundo an in Deo ſit compoſitio eſſentię & eſſe: & licet de hoc dictū ſit in tertia diſputatione,attamen vult dicere ſermone ſeparato,& ſic dico quęſtio eſt partita,& tamen magis vergit ad ſecundum ſenſum.Et,quia eſſentia eſt quodammodo potentia ad eſſe,& eſſe quodammodo actus eſſentię,ideo eſſentia poteſt capi pro materia,& eſſe pro forma:& hoc modo dicit Auerro.3.de Anima com.14.& 15.quod nulla intelligentiarum liberata eſt a materia pręter pri-

A mam:& ſic poteſt eſſe tertius ſenſus, an in Deo ſit compoſitio ex materia &
forma, hoc modo capiendo nomina. hęc quidem quęſtio eſt continua ſeptimę:
quoniam, cum ibi quęſitum ſit an Deus ſit in genere, quęſitum eſt etiam lateter,
an in eo ſit compoſitio ex vniuerſali & particulari, ideo conſequens erit per-
ſcrutari modo, an ibi ſit compoſitio ex eſſe & eſſentia. poſſumus itaque in Deo
rationaliter quinque compoſitiones intelligere, ſcilicet in numero, videlicet q͛d
ſint plures dij, & plura neceſſe eſſe: propter quod ordinata fuit quinta diſputa-
tio, an ſcilicet ſit vnum neceſſe eſſe, an plura. Poſſumus etiam fingere in Deo
compoſitionem ex denominatione, id eſt accidente & ſubiecto, propter quod
ordinata fuit ſexta diſputatio declarans ſcientiam Dei non eſt quid additum eſ-
ſentię. Poſſumus etiam ipſum imaginari eſſe in genere, & differre differentia,
& ſic compoſitionem ex vniuerſali & particulari: & hunc remouens errorem
ordinauit diſputationem ſeptimam. Poſſumus etiam imaginari in Deo compoſi-
tionem ex eſſentia & eſſe, & propter hoc fuit hęc diſputatio. Poſſumus etiam
fingere in Deo eſſe compoſitionem ex materia & forma, & ſic ordinata fuit
nona diſputatio, declarans Deum non eſſe corpus, neque corporeum. per hanc
enim nonam abſcindere poſſumus errorem poſsibilem credi Deum eſſe compo-
ſitum ex partibus quantitatiuis, & ex materia & forma. Cum enim declarauit
B quod non eſt corpus, habebitur quod non ſit compoſitus ex partibus quantitati-
uis. Cum vero declarabitur ꝙ non eſt corporeus, ſcietur quod non ſit compoſi-
tus ex materia & forma. Poterit autem eſſe quęſtio, an ipſe veniat cum alijs
in compoſitionem, multi enim theologizãtes dicũt ens eſſe ſimplex illis quinq;
compoſitionibus, attamen dicunt ipſum eſſe alteri componibile. Etiam multi
antiqui dixerunt Deum venire in compoſitione omnium rerum. dixit enim
Centonas vnum ſolum eſſe omnia, & illud eſſe Deum. ait enim eſſe ſcriptum in
templo Palladis, quod Pallas eſt quicquid fuit, quicquid erit, & quicquid eſt:
nec aliquis hominum detexit peplum, quo facies eius velabatur: & inquit Plu-
tarchus philoſophus, quod vetuſtiſsimi philoſophi interpretati ſunt illud eſſe di-
ctum de Deo, qui peplo tectus eſt, quia omnes eum ignorant, & omnes nihil
aliud quam eum vident. peplum enim, quo ipſe tectus eſt, videtur eſſe ſenſus,
qui eſt in anima, & forma, quę eſt in corpore, quibus duobus circunſcriptis ab
anima, & corpore, tunc quod remanet, apparet ipſe Deus in propria ſui natura:
propter quod verificatur Orphei dictum, mũdum eſſe dijs plenum, & illud poe-
tę, Iouis omnia plena. vnde, & Lucanus, habemus cunctis ſuperis, temploque
carente, nihil agimus niſi ſponte Deo, & poſt pauca, eſt ne Dei ſedes niſi terra,
niſi ponthus, & aer. Iupiter eſt quodcunque vides, quocunque moueris. Et in-
quit etiam Seneca, quid eſt Deus? mens vniuerſi, quod eſt quod vides totum, et
C quod non vides totom vbiq; eſt opus ſuum intra, & extra replet: cui deinde ma-
gnitudo ſua redditur, quo nihil magis excogitatur. Hoc etiam Virgilius, ſpiri-
tus intus alit, &c. vnde, & Parme. & Meliſſus primi, et vetuſtiſsimi philoſophã-
tes dixerunt omnia eſſe vnum infinitum, & immobile, & hoc idem intelligunt,
quoniam Deus omnia eſt, qui eſt infinitus, & immobilis. cum igitur hęc ſit anti-
quorum opinio, veritas eſt quod apud eos Deus in compoſitionem venit rerum,
ideo mirum eſt cum Auerro. quinque, immo ſex illos intellectus perſcrutetur,
ipſum prętermiſiſſe hunc longe difficiliorem alijs. Et forte excuſandus eſt pri-
mo, quia poteſt ex dictis eius quęſtio, & opinio hęc admoueri. Vel forte, quia
ipſe non intendit loqui de huiuſmodi niſi ſecundum illa, quę Alga. tractauit, &
eo ordine, vt in procemio propoſuit dicere. & dico notanter eo ordine, quoniam
forte quęſtiones hę poſſunt in alium modum ordinari. Declaratus eſt igitur
diſputationis titulus, quęſtionum ſeries, & quęſtionis introductio. Alga. ergo
primo introducit argumentum quoddam philoſophorum, ſecundo debilitat il-
lud. Quantum ad primum, adhuc primo diuiſionem facit, & poſt membrum
eligit, in quo inſiſtere vult. inquit ergo in hoc tractandũ, id eſt procedendũ eſt
dupliciter. primo, ſcilicet modo petitionis, videlicet quia petemus ab eis, ſcilicet
philoſophis, qualiter ſcitis vel aſſeritis hoc, id eſt Deũ eſſe ſimplex ens, vel per
neceſsitatẽ intellectus, aut a cõcluſione ſpeculata, id eſt vel ſcitis hoc, eo q̃a ſit,

propoſitio nota terminis ſolo intellectu nota, vel demõſtratione. deinde deſtruit D membrum falſum, & colligit verũ dicens, primum eſt impoſsibile, id eſt dicere propoſitionem illam eſſe notam ex terminis ſolo intellectu eſt impoſsibile. cuius rationem dedit, quia notum eſſet omnibus, ſicut ſunt aliæ primæ cognitiones, id eſt aliæ primæ dignitates, & tunc colligit membrum verum. d. ergo oportet vos, quod aſſeratis hoc ex aliqua ſpeculata concluſione. i. hoc eſſe per demonſtrationem euidens. Hic oportet aliquam digreſsionem facere, ideo oportet videre quid ſit prima propoſitio, & per conſequens quæ ſit concluſio, quæ ex prima oritur propoſitione. ſecundo an ſcientia, quæ cognoſcitur prima propoſitio, ſit vnius rationis cum ſcientia, qua dignoſcitur concluſio. Quantum ad primũ dicendum, quod prima propoſitio ſit idem quod principium demonſtrationis. reperitur autem ab Ariſtote. duobus modis definitio principij. vno modo inquit, eſt autem principium demonſtrationis propoſitio immediata, & vt definitio ſit verior, & expreſsior ſubdit, immediata autem eſt, qua non eſt altera prior: ergo principium demonſtrationis eſt propoſitio, qua non eſt altera prior. Nunc quidem patet illa definitio apertius. Capitulo vero. 3. primi poſte. dicit, ſed & principiũ ſcientiæ quoddam eſſe dicimus, inquantum terminos cognoſcimus. Capitulo autem 9. inquit, dico aũt principia, quæ cũ ſint, non contingit demonſtrare. Et illomet cap. inquit. nõ aũt ſuppoſitio, neque petitio, quod neceſſe eſt, & propter ſeipſam videri neceſſe eſt, non enim ad exterius dignitas rationem eſt. hęc E verba Ariſt. in veteri translatione reperiuntur, in quibus colligere volo intellectum definitionis principij. Et dico, quod inſtrumentum cognoſcendi propoſitionẽ eſt duplex: demonſtratio, & lumen intellectus. demonſtratio. fit ex propoſitionibus eo, quia eſt ſyllogiſmus. Lumen non fit ex propoſitionibus, neque eſt propoſitio aliquo modo, cũ ſit ipſemet intellectus agens. & cum hoc ſit ita, apparet veritas dictorum Ariſto. & concordia. veritas quidẽ, q̃m eſt principium demonſtrationis propoſitio, qua in notitia non eſt alera prior, eo quia non demonſtratione dignoſcitur, ſed lumine intellectus, quod non eſt propoſitio, neque demonſtratio. ergo principium demonſtrationis eſt propoſitio, quoniã propoſitio eſt enunciationis altera pars, & per conſequens ſyllogiſmi pars, qua non eſt altera prior, cũ non poſsit demonſtratione declarari, neque poſitione, neque petitione, neque definitione, neque aliqua propoſitione, ſed ſolo intellectu, qui non eſt propoſitio aliqua, Concordia vero: q̃m, q̃n dicit principiũ demonſtrationis eſt propoſitio immediata, qua non eſt altera prior, oportuit declarare, an ſit aliquid prius, quo dignoſcatur, ideo ſubdit ca. 3. ſed & principium ſcientiæ. i. cognoſcendi primam propoſitionem eſſe, dicimus quoddam, quo terminos cognoſcimus. i. lumen intellectus, quo terminos. i. partes eius cognoſcimus: eo ergo, quo partes eius cognoſcuntur, & totum principium cognoſcitur, cognoſcuntur autem partes intellectu, & ſolo eius lumine, ergo totum principiũ intellectu ſolo cognoſcitur, & in hunc modum lucidus The. interpretatus fuit locũ illũ. Vnde ibi ca. 7. ait. iam principia demonſtrationis demonſtrationes eſſe nõ poſſunt, ſed propoſitiones indubitabiles, immediatęq; & luce ſua perſpicuæ. His perfecta mens eſt, F quæ terminos comprehendit, quorum complexu dignitates, & præfata concipimus: ecce, q̃o vult eo propoſitiones cognoſci primas, quo terminos cognoſcimus, & illud eſſe lucem intellectus. Hoc & modo locum hunc perſpicuum fecit & Auer. d. enim ſic. & eſt nobis, vt concordemus ſophiſticis, quia principia demonſtrationis non ſunt nota per alia, ſed dicamus ꝙ ſunt nota per intellectum, & ipſe eſt, qui comprehendit partes enunciationis notæ per ſeipſam, id eſt, primi principij. Et cum hoc ſit ita, apparet error translationis veteris, quæ. d. (Inquantum terminos cognoſcimus.) Eſt enim falſa, & ideo illa fuit cauſa errandi apud latinos, propter quod in græco ſic reperitur. Et principium ſcientiæ quoddam eſſe aſſerimus, quo terminos ipſos cognoſcimus. Et ideo Ioan. Grammaticus, qui cũ ſtudioſus erat, philoponus dictus eſt, in hunc modũ expoſitionem huius loci cõtextui. Huic admodũ concors eſt illud capituli. 9. dico autem principia in vnoquoq; genere, quę cũ ſint, non contingit demõſtrare: quod verbũ expoſitor vnus nouus in hũc modum textũ interpretatus eſt; dicit, quod cũ Ariſt.

Quæ prima propoſitio.

Inſtrũmẽtũ cognoſcendi propoſitionẽ eſt duplex.

A neceſsitatẽ capituli prępoſuit, nũc definitionẽ ſubiecti in demonſtratione propo nit in illo verbo, videlicet, Dico aũt principia, &c. eo quia demõſtrationis principia ſunt ſubiectũ, paſsio, et dignitas. vult ergo ibi in illo verbo ſubiectũ Ariſt. definiſſe hoc modo. dico aũt principia ſubiecti in vnoquoque genere ſcientiæ, quæ, cum ſint, non contingit demonſtrare. i. quæ non poſſunt demonſtrari eſſet & hæc expoſitio cõſona apparet textui ſuperiori, qñ dixit, oportet præſuppo nere de ſubiecto quia eſt, & quid eſt. Them. autẽ Auer. & Linconienſis groſſa teſta. & Ioã. Philoponus de principio cõplexo textũ inducunt, & ideo, cũ textu nũc lecto, concors ſic eſſe poteſt, dico aũt principia, i. propoſitiones primas; quæ cũ ſint veræ non contingit demõſtrare. ergo vult ꝙ principiũ ſit vera propoſitio, & indemonſtrabiles: & ſic hic textus nũc concors erit præcedenti. Hęc expoſitio eſt ſine dubio mens Ariſto. eo quia dixit in principio capituli, ſcire eſſe ex propoſitionibus primis, ideo quaſi rememorãdo opus fuit inducere quid ſit principium, & ideo verus intellectus. Ariſt. eſt hic. Poteſt & tertio, tertia ſeries textus ibidem inducta concors ẽt fieri. primo tamẽ inducemr expoſitio extranea illius, quam latini finguni ob carentiam græcarum literarum, & bonorũ expoſitorum: dicũt itaque ꝙ concluſio textus eſt, ꝙ dignitas non eſt petitio, neque ſuppoſitio, inquit ergo, quod, i. id, quod neceſſe eſt in ſe, & id, quod propter ſeipſum videri, neceſſe eſt. i. dignitas, quæ ex natura ſua eſt neceſſaria, & quo ad nos apparet neceſſaria, non eſt ſuppoſitio, neque petitio: eſt ergo ſenſus ſecundũ Expoſitio latinorum.

B hos hic. dignitas non eſt ſuppoſitio, neque petitio, & Ariſt. ſecundũ eos ratiocinatur hac rõne. omnis ſuppoſitio, & omnis petitio eſt ad rationẽ extra. ſed nulla dignitas eſt ad rationẽ extra, ſed ad rationẽ intra. ergo nulla dignitas eſt ſuppoſitio, neq; petitio. huius rationis accepit minorẽ tñ, & dixit, non. n. dignitas eſt ad exterius rationẽ, ſed ad eã, quæ eſt in anima. Sed hæc expoſitio, & textui contradicit, & expoſitoribus. textui quidẽ, qm dicit petitionẽ, & ſuppoſitionẽ ratione exteriori dignoſci. modo ratio exterior, vt ibidẽ ſubdit, eſt ſyllogiſmus, modo conſtat apud Ariſt. cõ. 2. primi illius petitionẽ, & ſuppoſitionẽ eſſe immediatas ꝓpoſitiones, quę nõ ſyllogiſmo dignoſci, perſpicueq; fieri poſſunt. Expoſitoribus vero, qm & illũ textũ inducũt, ſicut in græco habetur. ſic. n. habetur, & in græco, vt in trãſlatione. Biſantij apparet. Non eſt aũt id ſuppoſitio, neque petitio ſane quo neceſſe eſt per ſeipſum eſſe, atq; videri, & reliqua. ergo ſenſus concluſionis eſt. id quod per ſe vr̃, & eſt in ſui natura neceſſarium nõ dignoſcitur ſuppoſitione, neq; petitione, ſed per conſequens intellectu tantũ. & ſic verbum illud conſonum eſſe perſpicuum eſt verbo prædicto: ratio autem, quam ponit in textu hoc, vide in tranſlatione Biſantij. & cum res ſit ita, apparet intellectus vero definitionis principij. eſt enim principium propoſitio, qua non eſt Impugnatio Definitio principij.

C altera priori, ad hoc vt ſit verum: dico propoſitio loco generis, & ſit notetur officium principij intantum enim principium eſt principium, inquantum exercet officium propoſitionis, id eſt, inquantum eſt id, quo propoſitiones, & concluſiones fiunt notæ: dicitur qua non eſt altera prior, quoniam omni concluſione eſt petitio, vel ſuppoſitio, vel dignitas prior: hoc autem, cum nihil ſit prius, niſi intellectus lumen, quod non eſt propoſitio, ideo propoſitio eſt prima, qua non eſt altera prior dicitur ad hoc vt ſit vera: quoniam poſſunt eſſe multæ propoſitiones priores principio negatiuo ſed nõ præexactiæ ad illud vt ſit verum: & ſic ex omnibus illis verbis lucet definitio primi principij, qm illa verba diſperſim poſita, ſi in vnũ colligãtur, faciũt acquirere intellectũ definitionis principij. Ex hoc ſequitur, ꝙ de ratione primi principij non eſt, vt actu omnibus ſit notũ, ſed bene eſſe id, quod eſt aptũ natũ omnibus eſſe notũ: & debet intelligi dictũ Alg. hic, qñ dicit, quia tũc eſſet omnibus notũ. i. quia eſſet aptũ natũ eſſe omnibus notum. vel ſi hoc nõ eſt eſſentia principij, ſaltẽ erit propriũ conſequens eſſentiam eius. & dico ꝙ principiũ definitũ eſt negatione: qm omne primũ debet definiri illo modo: vnde, & Deus per negationẽ rerum definitur, vt patet. quid ſit igitur prima ꝓpoſitio patet. Quid ſi aũt cõcluſio: ex his modo perſpicuũ eſt: eſt enim concluſio propoſitio, qua eſt altera prior ad hoc vt ſit, & appareat vera, & neceſſaria: & ſenſus huius definitionis ex ſermone prædicto patet. Et

hac declaratione pręmiſſa, verificabitur dictũ Alg. hic, cum. d. hæc propoſitio, D
Deus eſt ſimplex, vel eſt principiũ, vel concluſio ſpeculata: omnis. n. propoſitio
Opinio latinorum. eſt principiũ, vel cõcluſio, vt ex his manifeſtũ eſt palã. Quantum ad ſecundũ,
latinorum turba fere tota dicũt ꝙ ſcientia principiorũ, & concluſionũ omnino
diuerſarũ rationum eſſe debet, & ideo ſcientia principiorũ non ſcientia, ſed potius intellectus dicitur, cognitio cõcluſionũ ſcientia vera. Horũ rationes poſſunt
eſſe: quĩ, ſi eſſent vnius rationis, ab eiſdem fierent & principia, & concluſiones.
ergo principia ex principijs innoteſcerent, ſicut cõcluſiones ex principijs. Pręterea, ſi vnius rationis eſſent, ergo eſſent vniuoca. conſequens falſum, quoniam
principia ſunt cauſa concluſionis per ſe, & eſſentialiter, & non econtra. ergo tollitur vniuocatio per declarata in fine ſeptimæ diſputationis. Præterea, ſi eſſent vnius rationis, ergo eſſent vnius definitionis: quĩ ratio definitio eſt, vt patet primo Topic. & 8. Meta. modo patet qualiter definitiones ſunt ad modum
Solutio. magnum diuerſæ. In contrarium videtur ſententia The. qui in propoſitione
dicente, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ſic probat illam: omne
competens per ſe pluribus, & vni per alterum, id per quod competit, eſt magis
tale: ſed ſciri competit præmiſsis, & concluſioni, & præmiſsis per ſe, & concluſionibus per præmiſſas: ergo magis præmiſsis. modo, ſi ſciri eſſet alterius rationis, ergo eſſet æquiuocum: & ſic argumentum The. eſſet ſophiſticum. Præterea, in quo fit contradictio eſt vniuocum. modo Ariſto. com. 3. loquens de ſciẽtia principiorum, & concluſionum inducit contradictionẽ antiquorum, & ponit B
ſuam poſitionem: ergo ſcire eſt propoſitionibus & concluſionibus vniuocum,
& ſic patet ratio. Præterea, Ariſt. cõparationẽ facit. d. ꝓpter quod vnũquodq;
tale, & illud magis. Modo declaratũ eſt in phyſicis comparationẽ fieri in vniuoco. Ideo dicendũ ſecundũ expoſitores gręcos, ſcientiã principiorũ & concluſionum eſſe vnius rationis. attamen, pro ſolutione argumentorum, debes ſcire ꝙ vna ratio dicitur quandoq; vnitate ſpeciei, qñq; vnitate generis analogici, vt dicit Auer. in 2. de Anima de definitione Animę. cõ. 12. dico ergo ꝙ ſciẽtia cõcluſionũ, & propoſitionũ ſunt vnius rationis genericæ, quia conueniunt
in ratione cognitionis. eſt enim cognoſcere genus ſcire: ergo in ratione cognitionis cõparens ſunt, differunt autem in rationibus ſpecificis: cũ ſcire principiorũ
lumine ſolũ ſit, ſcire vero concluſionũ demõſtratione, vt viſum eſt: & ſic argumẽta vndiq; poſſunt concordari, & ſic cõpleta ſit digreſsio, & ad propoſitũ redeo. (Et ſi forte.) Cum induxit propoſitionẽ illam non eſſe de primis principijs,
ſed de concluſionibus, & omnis concluſio ſyllogiſmo aliquo, vt dictum eſt, inducenda ſit. ideo inducit ſyllogiſmum philoſophorum ad illam, & inquit, & ſi
forte diceretur ꝙ auctoritas. i. ſyllogiſmus ipſorum hæc eſt, videlicet & dedit
illum d. ſi ipſe Deus haberet quiditatem, id eſt, ſi Deus eſſet compoſitus ex eſſentia & eſſe, oporteret ꝙ ipſius eſſe eſſet relatum ſibi. i. cauſatum a ſe, vel cauſa F
conſequens. i. non cauſa per eſſentiam, ſed per accidens. Debes ſcire, quod
omne ens compoſitum ex eſſe & eſſentia eſt cauſa per participationem, & per
conſequens non per eſſentiam. cauſa ergo per additionem, & ſic quaſi per aliud
& ideo bene ſequitur. ſi Deus eſſet compoſitus ex eſſentia & eſſe, vel eſſet cauſatum a ſe, vel cauſa per accidens, & per conſequens dependens ab alio priori,
quod eſt cauſa per eſſentiam, ideo addit, ſed quodlibet conſequens, id eſt ens
participatiue eſt cauſatum, ergo neceſſe eſſe eſſet cauſatum, quod eſt falſum. eſt
ergo vis rationis, ſi primus motor eſt compoſitus ex eſſe & eſſentia, ergo cauſatus a ſe, vel ab altero. Vel forte vis rationis eſt, quoniam, ſi ibi eſſet compoſitio ex eſſentia & eſſe, ergo eſſe eſſet relatum ad quiditatem. i. accidens quiditati, vel pro & cauſa per accidẽs, & non per eſſentiam: & vtroque modo eſt ratio
efficax. Reſpondet ergo ad ſecundam vim, & inquit, nos vero dicimus quod
hæc ſophiſticatio oritur a vocabulo neceſſe eſſe, quod declarat. d, nos namque
dicimus quod ipſe Deus habet veritatẽ, & quiditatem, & dicimus ꝙ illa veritas
eſt ens ſine priuatione. i. ens poſitiuum. & forte eſt error ſcriptoris, & debet dicere, & illa veritas eſt ens ſine principiatione. i. carens principio, & fine. Tunc
ad formam dicit, & eius eſſe eſt relatum dictæ quiditatis, vel pro. i. eius conſe-

A quens.i.eius accidens eſſentiale. ratio ergo formaliter eſt ſoluta.ſ.ꝙ eſſe eſt accidens eſſentiale eſſentię in Deo, nec hoc eſt impoſsibile. Et cum dicebatur, omne accidens conſequens eſſentiam eſt cauſatum. Reſpondet, ꝙ duplex eſt cõſequens. vno modo nouum, alio modo ęternum. primo modo bene eſt cauſatum, ſecundo modo non. inquit ergo, Sed ſi intenderemus de conſequente cauſato, quod habet efficientem cauſam, dicimus ꝙ non eſt ſic, ſicut de alijs cauſatis. recolligit vim ſol.d. tandem de intentionibus non eſt curandum, id eſt, tandem dicimus non eſſe inconueniens in eſſentia eſſe additas intentiones, & ponit illud, quod demonſtratiue probauerunt.d. ipſi enim aliud non probauerunt ſup. demõſtratiue, niſi quod proceſſus cauſarum ad infinitum eſt impoſsibile. Debes ſcire, ꝙ ſophiſticatio, quandoque eſt in termino medio, vt ſi dicatur. ſidus cœleſte canis, omnis canis currit, ſi pus cœleſte currit. Quandoque in conſequente, vel in aliqua propoſitione, qñ putatur conſequens.ſ. eſſe impoſsibile quod in rei natura eſt neceſſarium, vel aliqua propoſitio eſſe impoſsibilis, quæ non eſt. V.g. terra corpus naturale. omne corpus naturale mobile, terra mobilis: conſequens putatur falſum ſecundum apparentiam, attamen ſecundum exiſtentiam, & in rei veritate conſequens eſt neceſſarium. Similiter, terra mobilis ſecundum locum, omne mobile ſecundum locum poteſt recedere a loco, & accedere, ergo terra poteſt accedere & recedere a loco: hic enim videtur minor impoſsibilis, et non eſt:
B ſic in propoſito argumentum philoſophorum erat. Deus compoſitus eſt ex eſſentia & eſſe. Et omne compoſitum ex eſſentia & eſſe contingens, & non neceſſe eſſe. ergo Deus non neceſſe eſſe. hic igitur videtur ꝙ minor ſit vera, propter verbum neceſſe eſſe, quod putatur eſſe dictum de ſimplicibus rñ, & non cõpoſitis. ecce igitur, quomodo recte dixit Alga. ꝙ ſophiſticatio eſt in illo vocabulo neceſſe eſſe, qm̃ apparentia eſt locus, vnde ſumitur ſophiſticatio: & quia ab illo vocabulo ſumitur apparentia, ergo & ab eo ſumitur ſophiſticatio.

AVEROES.

AIt Auer. Non tranſtulit Alga. opinionem Auicennæ debite, prout eſt, vt fecit in libro intentionum. nam vir, quoniam credidit ꝙ eſſe rei ſignificat attributum, additum ſubſtantię eius, impoſsibile quidem eſt apud eum vt ſubſtantia eius ſit agens eſſe eius in rebus poſsibilibus. nam, ſi hoc eſſet, erit res cauſa eſſe ſui, & non erit ei agens. & ſequitur apud eum ex hoc, quòd omne, cuius eſſe eſt *Auic. putauit ꝙ eſſe ſignificet attributũ additum rei.*
C additum ſubſtantiæ ſuæ, habet cauſam agentem. &, quia Primum apud eum non habet agens, concluſit ex hoc vt ſit eſſe eius ſubſtantia ſui ipſius. & ideo id, quo contradixit Alga. cum aſsimilauit ipſum eſſe conſequens ex conſequentibus ſubſtantiæ, non eſt verum. quoniã ſubſtantia rei eſt cauſa, ex qua aliquid conſequitur, & non poteſt eſſe res cauſa ſui eſſe. nam eſſe rei eſt prius quiditate eius: &, cum ponit quiditatem eſſe eius, non eſt ablatio quiditatis, vt dixit, ſed vnio quiditatis, & eſſe. Et, cum ponimus quòd eſſe eſt paſsio ex paſsionibus entis. & id, quod præbet eſſe rerum in rebus poſsibilibus, eſt agens, neceſſe eſt vt ſit id, quod non habet agens, aut non habebit eſſe: & hoc eſt falſum, aut eſſe eius erit quiditas eius. Attamen hoc totum ædificium eius eſt ſupra falſitatem, & eſt quòd eſſe rei eſt aliquod conſequens ex conſequentibus eius: nam eſſe, quod pręcedit in ſcientia noſtra ſcientiam de quiditate rei, eſt id, quod ſignificat verum. quare idẽ eſt, ac ſi diceremus an aliquid ſit, ſed in eo, quod habet cauſam, do- *Quid ſignificet qđ An ſ.*

Ex his poteſ colligere ꝙ Deus nō habet eſſe ſecūdū Auer. ſed eſt ipſū eſſe vel cā eſſendi.

terminat eſſe eius.& vis eius eſt vis dicti noſtri,an aliquid habeat cau- D A
ſam,aut non habeat cauſam . ſic dicit Ariſ. in principio Secundi Po-
ſteriorum.ſed,cum non habuerit cauſam, erit vis eius an aliquid ha-
beat conſequens ex conſequentibus,quod determinat eſſe eius.cum ve
ro intelligitur de ente id , quod intelligitur de re, & ſubſtantia, currit
quidem curſu generis,dicti ſcđm prius, & poſterius.& quicquid fuerit
non differt in hoc hñs cām,& non hñs cauſam , & non ſignificat rem
additam de eſſe.& eſt id,quod intelligimus ꝑ verum. ſed,ſi ſignificaue
rit quid additum ſubſtantiæ , ex eo quidem ꝙ eſt quid intellectuale,
non habet eſſe extra animam, niſi in potentia , prout eſt vniuerſale.
Hic profecto eſt modus. quo conſyderauerunt Antiqui de Primo prin
cipio , & id conſtituerunt ens purum . Sapientes vero Maurorum po-
ſteriorum putant , ex eo ꝙ conſyderauerunt de natura entis , in eo ꝙ
eſt ens ꝙ conſecutum eſt apud eos ad ens purum huiuſmodi.Attamen
via,qua poſsibile eſt procedere apud me,adeo ꝙ appropinquetur natu B B
ræ demonſtrationis,eſt quoniam entia poſsibilia in eſſe ex ſe , exitus
eorum a potentia ad actum erit neceſſario ex extrahente , quod eſt in
actu,ſ.agente mouente ea, & extrahente ea a potentia ad actum . &, ſi
extrahens eſſet etiam de natura poſsibilis , neceſſe eſt vt ſit ēē ei extra-
hens.& ,ſi hoc etiam eſſet de natura poſsibilis,ſ.poſsibilis ex ſe,neceſſe
eſſet vt ſit hic extrahens neceſſarium ex ſe,non poſsibile . & hoc qui-
dem ad conſeruandum ea,quæ ſunt hic . & permanebit ſemper natu-
ra cauſarum poſsibilium , procedentium quidem in infinitum . nam,
cum ipſæ fuerint infinitæ,vt apparet ex natura earum, & vnaquæque
earum ſit poſsibilis,neceſſe eſt vt cauſans in ens hoc,ſ.tribuens eis con
tinuitatem,ſit quid neceſſarium ex ſe , cum appareat de eis neceſsitas
proceſſus in infinitum,ſ.rerum poſsibilium ex ſe. qm̄,ſi reperiretur tē
pus,quo non moueretur aliquid omnino,non eſſet via ad innouatio-
nem motus:ſed neceſſe eſt vt continuetur eſſe innouatum eſſe æterno,
abſque eo ꝙ eueniat Primo mutatio mediāte motu,qui eſt aliquo mō F C
antiquus . & aliquo modo innouatus . & motum hoc motu eſt id, de
quo dicit Auic.ꝙ ſit neceſſarium in eſſe ex alio. & hoc quidem neceſſa
rium in eſſe ex alio , impoſsibile eſt quin ſit corpus mobile continue.
nam hoc modo poſsibile eſt vt ſit innouatum ex ſe, & corruptibile ab
æterno: & hoc appropinquatione rei aliquando, & remotione ab ea ali
quando, vt videtur ꝙ hoc euenit entibus generabilibus, & corruptibi
libus cum corporibus cœleſtibus. Et,quoniam hoc mouens eſt neceſſa
rium ex ſe,poſsibile vero ex motu innouato,neceſſe eſt vt deueniat ad
neceſſarium in eſſe abſolute,ſ.quod nō habet poſsibilitatem omnino,
non eſſentialiter,nec in loco,nec in aliis motibus , & ꝙ ſit huiuſmodi
ſimplex neceſſario.nam,ſi eſſet compoſitū,eſſet poſsibile, non aūt ne-
ceſſariū.& illatio probationis de neceſſario in eſſe hoc modo probatio-
nis ſufficit apud me hac via,& eſt veritas.Id vero,quod intelligit Aui.
in hac via , dicens ꝙ neceſſarium in eſſe neceſſe eſt vt finiatur aut in

A neceſſarium in eſſe ex alio, aut in neceſſarium in eſſe ex ſe. &, ſi ad neceſſarium in eſſe ex alio, neceſſe eſt vt neceſſarium in eſſe ex alio conſequatur ex neceſſario in eſſe ex ſe. nam ipſe exiſtimauit quòd neceſſarium in eſſe ex alio eſt poſsibile in eſſe ex ſe: poſsibile enim indiget neceſſario. hæc quidem additio apud me eſt ſuperflua, & error. quoniam neceſſarium, quomodocunque poſitum fuerit, in eo quidem non eſt poſsibilitas omnino, & non reperitur aliquid habens vnam naturam, vt dicatur de hac natura quòd ſit poſsibilis aliquo modo, & neceſſaria aliquo modo. quoniam declarauerunt homines quòd neceſſarium nihil eſt poſsibile omnino. poſsibile enim contradicit neceſſario. id vero, quod poteſt eſſe, eſt vt aliquid ſit neceſſarium ex parte vnius naturæ, & poſsibile ex parte alterius naturæ, vt exiſtimatur de corporibus cœleſtibus, aut eo, quod eſt ſupra ea, ſcilicet quòd eſt neceſſarium eſſentialiter, poſsibile tamen quo ad motum ad vbi. Induxit tamen eum ad hanc diuiſionem: quoniam ipſe credidit quòd cœli B ſunt eſſentialiter neceſſarii ex alio, poſsibiles tamen ex ſe. & iam diximus in multis locis quòd hoc non verificatur. & demonſtratio, quam conſtituit Auicenna de neceſſario in eſſe, cum non diſtinguatur hac diſtinctione, & conſyderetur hac conſyderatione, eſt de natura ſermonum communium topicorum: cum vero diſtinguitur, eſt de natura ſermonum demonſtratiuorum. * Et debes ſcire quòd innouatio, quã lex declarauit de hoc mundo, eſt eiuſdem ſpeciei cum innouatione, quæ apparet hic: & eſt illa, quæ eſt in formis entium, quas appellat ſecta Aſſaria attributa animalia, & eas appellant Philoſophi formas. & & hæc quidem innouatio eſt ex alia re, & in tempore. Quomodo autem ſit diſpoſitio naturæ entis poſsibilis cum ente neceſſario, tacuit de hoc lex propter remotionem eius ab intelligentia vulgi: & etiam, quia non eſt neceſſaria ſcientia eius, quo ad vulgi felicitatem. Quod vero exiſtimat ſecta Aſſaria quòd natura poſsibilis ſit innouata, & C creata a nihilo, eſt id, in quo certant cum eis Philoſophi, tam qui dicit innouationem mundi, quàm qui non dicit eam. & quod dixerunt, cum inſpexeris id, in rei veritate non eſt ex lege Maurorum, & non cõſtituitur de eo demonſtratio. quod vero eſt ex lege, eſt iuſſus vt remoueatur a ſpeculationibus, quas lex tacuit. & ideo dicitur in Talmud De eo, quod conceſſum eſt tibi, inquire, & non debes incumbere rebus occultis. & ſcias ꝙ vulgus deuenire ad quæſitum huiuſmodi eſt ex inuolutionibus, & erroribus.

In neceſſario quocunque poſito, non eſt poſſibilitas omnino.

Hucuſq; vetuſtior.

Cum induxit ſolu. quam dedit ad argumentum philoſophorum Alga, intendit modo examinare ſermonem Alg. & primo oſtendit ipſum non recte induxiſſe opinionem Auicen. & inquit, Dicimus nos ꝙ Alg. non tranſtulit Auic. opinionem perfecte, ſicut fecit in quodam lib. qui vocatur liber intentionum philoſophorum, eſt ergo primum peccatũ, ꝙ nõ cõplete narrauit eius opinionẽ. (Poſtquã enim.) Nunc oſtendit ipſum ſibi contrariari, & ponit ea, quę ſibi conceſsit, & inquit, poſtquã enim iſte homo opinatus eſt quod eſſe rei ſignificat denominationẽ additã ſuper ſubſtãtiam. eſt ergo prima propoſitio eius, quod eſſe eſt accidẽs eſſentiæ. (Et putat) Apponit ſecundam, d, & putat quod impoſsibile ſit, quod

ipſa ſubſtantia.i.eſſentia agat ſuum eſſe in rebus poſsibilibus.i.generabilibus & D A
corruptibilibus , per hoc fundamentum.ſ.quia ſequitur quod res eſſet cauſa ſui
eſſe.& ſi ſic,ergo ſequitur quod non haberet agens,immo ipſa a ſeipſa ageretur.
eſt ergo ſecunda propoſitio , ꝙ vna res non poteſt eſſe cauſa ſui eſſe . (Sequitur
eum.) Tunc infert tertiam propoſitionem ex ratione ſecundæ propoſitionis.ha
bet enim ipſe ꝙ omne habens eſſe,oportet vt eius eſſe cauſetur a ſeipſo,vel ab
altero : ideo concludit quaſi correlarie hanc.ſ.ꝙ omne habens eſſe ſit habens
cauſam agentem,dicit ergo,ſequitur ergo eum ex hoc,ꝙ quodcunque habet eſſe
additum ſuper ſuam ſubſtantiam,habet ſine dubio agentem cauſam aſſumitur er
go hæc propoſitio loco maioris in hunc.ſ.modum omne habens eſſe additū ſuæ
eſſentię,habet cauſam agentem:hęc patet,& eſt conducta ex verbis illius. Tūc
addatur minor.ſ.Et cum prima cauſa apud eum agens non habeat. eſt ergo mi-
nor,ſed prima cauſa non habet agens. ſequitur in ſecunda figura , quod prima
cauſa non habeat eſſe additum eſſentiæ. poſuit ergo minorem, & maiorem,&
non concluſionem,quæ formaliter ſequitur,ſed quę poteſtate ſequitur, & dici-
tur,igitur oportet ꝙ eius eſſe idem ſit,quod eius ſubſtantia.i.eſſentia. Hęc quidē
concluſio non eſt illa,quæ ſequitur ex propoſitionibus formaliter , ſed poteſta-
te:& conſuetudo Ariſt.& Auer.eſt iſta , quandoq; ponere concluſionem, quæ
formaliter ſequitur,quandoque quę ſequitur potentia propinqua , vt hic.vtrum E B
autem omne compoſitum ex eſſe,& eſſentia de neceſsitate indigeat cauſa , vel
non,eſt quæſtio perſcrutabilis multum, & nolo nunc, ſed forte in fine huius du-
bij immorabor.(Vnde ex hoc.) Vult nunc colligere errorem eius ex dictis , &
inquit,vnde,ex hoc ſequitur ꝙ id,in quo Alga.obiecit Auicen. videlicet, quia
poſuit quoddam conſequens ſubſtantię.i.eſſentię eſt falſum , & reddidit cauſam
d.ſubſtantia.i.eſſentia enim rei non eſt cauſa conſequentis.i.eſſe, quod ſequitur
ipſam,quia impoſsibile eſt quod res ſit ſuiipſius cauſa.Reddidit & ſecundā cau
ſam.d.& quia eſſe rei præcedit ſuam quiditatem , ergo quiditas non poteſt eſſe
cauſa eſſendi.hoc modo poteſt argumentum hoc componi,omnis cauſa naturali
ter præcedit effectum,ſed quiditas non præcedit eſſe,immo naturaliter ſequitur
ergo quiditas non poteſt eſſe cauſa eſſe. Debes ſcire pro intellectu minoris,
quod comparatio quiditatis ad eſſe eſt comparatio potentiæ paſsiuę ad actū for-
malem,eo quia potentia paſsiua eſt quaſi ſubiectum recipiens . modo apud illos
eſſentia eſt ſubiectum recipiens eſſe:ergo comparatio quiditatis ad eſſe eſt com-
paratio materiæ ad formam,& econtra.ſ.comparatio eſſe ad eſſentiam eſt com
paratio formæ ad materiam:ſed,quia materia pręcedit formam ſecundū quid,for
ma precedit materiam ſimpliciter, vt dictum eſt in.9.Metaphyſi.& in.8. Phy.
locis proprijs,relinquitur ꝙ ſimpliciter eſſe præcedit eſſentiam:et per conſequēs
habetur declaratio minoris.ſ.quod eſſe pręcedit eſſentiam naturaliter & ſimpli- F C
citer,& ſic ſequitur concluſio.ſ.d.ꝙ eſſentia non poteſt eſſe cauſa naturalis acti
ua ipſius eſſe : & ſic patet hic locus. (Vnde poſito.) Conducit quod dictum eſt
quaſi capitulando.d.vnde poſito,quod eſſe ſit vnum entis.i.eſſentiæ conſequēs,
& poſito quod id,quod dat eſſe rerum poſsibilium ſit agens, ſequitur quod id,qđ
non habet agens,aut non habet eſſe , quod falſum eſt , aut quod eſſe eius ſit ſua
quiditas.eſt ergo ſyllogiſmus hypotheticus, cuius antecedens eſt vna propoſitio
copulatiua,& conſequens vna hypothetica diſiunctiua . Et conſequentia poteſt
ſic componi:omne,quod habet eſſe diuerſum ab eſſentia , habet agens: ſed pri-
ma cauſa non habet agens , ergo vel non habet eſſe , vel eſſe eſt idem eſſentiæ
omnibus modis.& ſic patet ſermo eius.(Sed omnia iſta.) Cum deſtruxit ſermo
nem Alg.in parte, vult complere illud,& in primis apponit cauſam erroris eius
& inquit,ſed omnia iſta fundantur ſuper vnum errorem,videlicet,quod eſſe rei
eſt vnum ſuorum conſequentium.i.accidens eſſentię. (Id nanq;:) oſtendit illud
fundamentum Alg.eſſe falſum.& inquit,id nanq;,quod præcedit in ſcientia no
ſtra quiditatem rei.i.definitionem rei,eſſe verū:quęſtio enim an res ſit, eſt prior
quęſtione quid rei eſſentia ſit,ergo eſſe pręcedit naturaliter definitionem,& per
conſequens eſſe prius eſt eſſentia , ergo non eſt ſibi accidens. (Et ideo, quando
petimus.) Debes ſcire , quod res habentes eſſe ſunt duobus modis diuerſis , vna

A enim res habet eſſe cauſatum a cauſa, vt res poſsibiles eſſe, vel non eſſe. Alia habet eſſe ſimpliciter idem eſſentię, vt prima cauſa: & quia ita eſt, conducit quaſi correlarie quęſtionem, an eſt, diuerſimode ordiri in re primo modo, & in re ſecundo modo, Et inquit, & ideo quando petimus, ſi res eſt ens, vel ſi habet eſſe. i. ideo, quando quæritur quęſtio an res ſit, vel habeat eſſe, & illa res, de qua quæſtio an eſt inducitur, habet cauſam inferentem ſuum eſſe. i. agentem eius eſſe, dico ꝙ quæſtio illa tantum valet, quantum dicere, vtrum habeat cauſam, vel nō, vt patefecit Ariſtot. in principio ſecundi poſteriorum. in rebus ergo habētibus eſſe cauſatum cum quęritur quęſtio an res ſit, ſenſus eſt, an res habet cauſam ſui eſſe. (Sed ſi illa) Oſtendit ſenſum quæſtionis an eſt in rebus, quarum eſſe eſt in cauſatum. d. ſed ſi illa res non habet cauſam, tantum valet quęſtio ſup. an eſt illa res, quantū dicere, vtrum res habet conſequēs inferens ſuum eſſe. i. vtrum habet eſſe, quod eſt idem, quod ſua quiditas, aut diuerſum a ſua quiditate.

Sed, hic eſt locus quęſtionis: quoniam quęſtio an res eſt differt a quęſtione propter quid: quod declaratur ſecundo poſterio. Si ergo quæſtio an res ſit, ſit quęſtio de eſſe relato ad cauſas, quæſtio an res eſt, non differret a quęſtione propter quid. Dicendum, quod iſtum locum omnes fere latini ignorant, & non vidi aliquem, qui poterit ponere ſecundum ſua fundamenta differentias quatuor B quęſtionum ſecundo poſterio. inſcriptarum. Ideo, vt argumentum intelligatur, debes ſcire quod quidam dixerunt, quod ſenſus quęſtionis an res eſt, eſt an res in effectu ſit: ergo ſenſus quęſtionis, ſi res eſt, eſt de eſſe exiſtentię. Sēſus quęſtionis quid res ſit, eſt de eſſe eſſentię. Alij dicunt ꝙ ſenſus quęſtionis ſi res ſit, eſt de eſſe ſeorſum ſenſus quęſtionis quid res ſit, eſt de quiditate ſeorſum: ſed hęc parum, aut nihil differunt inter ſe. ego in ſecūdo poſterio. ſcripſi opiniones has, & eis contradixi argumentis firmis. pro nunc dico, ꝙ omnis quęſtio eſt quęſtio eſſentię, eo quia eſſe eſt ſingularis, & indiuidui, vt dictum eſt tertio de Anima commen. 9. ergo eſſe non intrat ſcientiam, & per conſequens non debet intrare quęſtionem ſcibilem. omnis ergo quęſtio eſt eſſentię. & hoc dixit Ariſto. omnis quęſtio eſt quęſtio medij. eſſentia autem rei poteſt ad quatuor comparari, vel ad cauſam ponentem illam extra nihil, vel ad principia formalia incluſa in eſſentia, quę dicuntur genus & differentia, vel ad conſequentia eſſentialia illi, vel ad principia illorum conſequentium. ſi eſſentia illa refertur ad cauſam agētem, vel ponentem ipſam extra nihil, erit quęſtio an res ſit. Vel principia intrinſeca eius, & ſic erit quęſtio quid res ſit. Vel ad accidentia eſſentialia, & ſic erit quęſtio ipſius, quia eſt. Vel ad cauſas accidentium, & ſic erit quęſtio propter quid: ergo vna eſt natura omnium quęſtionum, licet modi referendi illius naturę ſint diuerſi, & ſic verificatur ſermo Auer. hic. Hęc eſt intentio Io. grammatici. 2. poſterio. aperte. & Themiſtius non videtur eſſe contrarius huic, ſi bene conſiderētur verba eius. (Sed quando intelligitur.) Cum induxit cauſam erroris Alga. & conduxit modum, quomodo quęſtiones verificentur, ſecundi poſterio. ponit multiplicem modum capiendi eſſe, et vult quod vno modo capitur eſſe pro ente ſimplici, & quiditate, & ſic eſt analogum genus commune decem prædicamentis. capitur ergo eſſe pro ente indifferente omnibus rebus, & hoc inquit, ſed quando intelligitur de ente id, quod intelligitur de re, vel quiditate, id eſt vt eſt tranſcendens ad habens quiditatem, vel ad ipſam quiditatem, tunc ſumitur modo generis analogice dicti, id eſt tunc eſt commune. 10. prędicamentis tanquam genus. (Sed ſi.) apponit ſecundum modum capiendi eſſe, & vult quod ſecundo modo capitur eſſe pro quodam addito eſſentiæ, quę eſſentia eſt quid in potentia, & nō extra animam, ſicut eſt vniuerſale, & ſic eſſe eſt modus eſſentię, quo eſſentia ponitur in effectu: & hoc dicit, ſed ſi ſignificaret rem additam ſuper ſubſtantiam, et ſit quid imaginabile: & forte litera eſt corrupta, & debet legi. ſuper ſubſtantiā, quę eſt quid imaginabile, videlicet non habens rem, id eſt exiſtentiam extra intellectum, niſi in potentia, vt vniuerſalia, dicimus ꝙ hoc modo capiendo eſſe ꝓ modo eſſentię eſt illud, de quo ſpeculati ſunt antiqui in prima cauſa, de qua ſup. aſſerunt ipſam eſſe ens ſimplex. eſt ergo vis diſtinctionis ꝙ eſſe poteſt capi pro ſynonymo enti, & poteſt ſecundo capi pro modo eſſentiæ, primo modo non erat

Dubitatio.

Oīs quęſtio eſt medij.

quæſtio apud antiquos.ſecundo modo bene eſt quæſtio,an Deus ſit ſimplex,vel D A
compoſitus ex eſſentia & eſſe:& ſic patet quomodo eſſentia,ablato eſſe,eſt tan
tum ens in anima,et non extra animam,vt vniuerſale,vt dicit hic Auer.& hoc
dicam poſt aperte.(Sed moderni.) Apponit breuiter viam modernorum ſui tēpo
ris,qua peruenerunt ad ſimplicitatem primi entis,& dicit, ſed moderni ſapiētes
ſaracenorum ſpeculati ſunt in natura entis,inquantum ens,& duxit eos inueſti-
gatio ad ens ſimplex modo ſupradicto, id eſt cuius quidditas eſt ſuum eſſe. duæ
ergo fuerunt viæ, quibus probatum eſt primum motorem eſſe ens ſimplex ſine
compoſitione eſſentiæ, & eſſe:quarum prima eſt antiquorum hoc modo: omne
ens compoſitum ex eſſentia & eſſe eſt cauſatum,habens agens: ſed primus mo-
tor non eſt cauſatus, cauſam habens: ergo primus motor non eſt compoſitus ex
eſſentia,& eſſe:hanc viam declarauit. Via ſecunda ſaracenorum modernorum
eſt, quam hic ſub breuitate tetigit,quoniam omne ens,vel eſt compoſitum ,vel
ſimplex, & cum non ſit proceſſus in infinitum in compoſitis, oportet tandem
venire ad ens ſummè ſimplex omni compoſitione, & componibilitate carens.
(Sed via demonſtratiua apud nos.) Viſis duabus vijs,quæ forte poſſunt eſſe for-
tes,vult inducere propriam viā peripatheticorum, & primo accepit vnam pro-
poſitionē,quę eſt.ſ. quod entia poſsibilia, & contingentia de neceſsitate habent
agens æternum conſeruans illa in continua tranſmutatione. Ad hoc probandū E B
accepit propoſitiones, & inquit,ſed via demonſtratiua apud nos in hoc propoſi-
to eſt,quod entia, quę ſunt poſsibilia in eorum ſubſtantijs,i.ad hoc vt ſint actu,
oportet vt egrediantur de potentia ad actū: hęc propoſitio declarari pōt per ea,
quę dicta ſunt ab eo primo cœli com.124.(Quare illud.) Ex illa conducit iſtam
propoſitionē,& inquit,quare illud,quod extrahit ea ad actum, eſt agens in actu
neceſſario:declaratum eſt.n.in naturali philoſophia,quod ſemper eſtimatur for-
ma mouens,& quod omne,quod agit,agit vt eſt ens in actu:habetur ergo hęc ꝓ
poſitio.ſ.quod extrahens entia poſsibilia de potentia ad actum, conſeruans il
la in tali continua tranſmutatione,eſt agens in actu.(Sed ſi.) Hoc ſtante arguit,
& intendit hanc rationem diuiſiuam.ſ. ſi eſt agens illud in actu, vel eſt agens il-
lud ens poſsibile, vel æternum:non ens poſsibile, quia iterum haberet agens,
vel igitur eſſet proceſſus in infinitum, vel oportet venire tandem ad agens æter
num,vt dixi primo,ergo remouet primum membrum: ſecundo conducit ſecun-
dum ex deſtructione primi, inquit ergo, ſed ſi illud, quod eis actum daret de na-
tura fuerit poſsibilitatis,indiget ſimiliter extrahēte ipſum:& iterum, ſi illudmet
poſsibile fuerit,indiget extrahente donec perueniet ad vnum neceſſarium in ſua
ſubſtantia,ſcilicet,in ſeipſo:dico tali modo, vt conſeruetur continue:nam poſsi
bilium cauſarum ad infinitum procedētium,quoniam infinitę reperiuntur, ſicut
de ipſarum natura apparet, cum quęlibet ipſarum ſit potentia, id eſt, poſsibilis F C
eſſe,vel non eſſe. (Oportet ergo neceſſario.) Cum deſtruxit membrum falſum,
nunc conducit membrum verū, & inquit, ergo oportet neceſſario vt id, quod
dat eis eſſe continuum,id eſt,ſempiternum,ſit neceſſarium in ſeipſo,poſtquam pa
tefactum eſt quod res poſsibiles in ſeipſis procedunt ad infinitum.(Si enim.) Ad
hoc argumentum dixerunt loquentes ſuę legis,quod bene neceſſarium eſt veni
re ad agens æternum: ſed oportet ponere tempus,in quo nullus motus fuit,neq;
aliqua res mundi fuit:immo Deus ſtetit ab æterno, & poſt incœpit mouere mo-
tu nouo. Contra hoc loquitur Auerro.& inquit, ſi enim eſſet quoddam tēpus,
in quo nullum mobile fuerit,nulla eſſet via,vt innouaretur motus: conſequentia
fuit inducta diſputatione prima.(Immo oporteret.) dicit immo oporteret,vt re-
quireretur eſſe innouati.i.immo eſſet neceſſarium pro eſſe motus aliquod mediū
aliquo modo nouum vnitum,id eſt,ligatum cum æternali eſſe, dico mediū,quod
ſit,& mobile,quod hoc motu mouetur,quod vocatur ab Auic. neceſſarium per
aliud,quod eſt corruptibile mobile neceſſario continue:& hęc omnia dicta ſunt
diſputatione prima,& primo cœli commen.22.&.33. & nolo modo immorari.
(Quare hoc.) Dicit quaſi tertiam rationem prædictam in prima diſputatione,
& in.8.commentis.46.&.47. & ſecundo Perigeneſeos, & inquit, quia hoc mo-
do poſsibile eſt reperire,vt fiat innouatio & corruptio ab æternali ente, videli-

Primavia ſaracenorū ꝓbans primū motorē non eſſe cōpoſitū ex eſſe et eſſentia.

Secūda via.

A cet, appropinquando & diſtando, vt in entibus generabilibus & corruptibilibus communioribus reperitur: motus enim ſolis in obliquo circulo cauſa eſt generationis & corruptionis continue: & hoc totum millies verificatum eſt in Metaphyſica, & Perigeneſeos. (Et quia.) Ex hoc conducit propoſitionem propoſitam, & inquit, & quia hoc mouens neceſſarium eſt a ſe, & poſsibile in motu generabili, id eſt, quia cœlum eſt ęternum ſecundum ſubſtantiam, & generabile & corruptibile ſecundum motum, oportet neceſſario quod perueniat ad vnum neceſſarium abſolute, videlicet, hoc modo quod nullam habeat poſsibilitatem. (Quare oportet.) Cum conduxit propoſitionem principalem, ſcilicet, dicentem quod in natura eſt vnus primus motor æternus cauſa omnium rerum poſsibiliū conduxit propoſitionem intentam, & inquit, quare oportet ꝙ ſit ſimplex, & dedit rationem. d. ſi enim cōpoſitum fuerit, eſſet poſsibile & non neceſſariū: & ſermo pōt in hunc modum componi: omne compoſitum eſt poſsibile, primus motor eſt compoſitus per te, ergo eſt poſsibilis: concluſio eſt falſa, & non propter figuram, vel modum, ergo propter propoſitionem, & non propter maiorem, ergo propter minorem, ergo primus motor eſt ſimplex. Dicit, hæc via apud me eſt ſufficiens, & veriſsima ad aſſerendum neceſſe eſſe. (Illud autem.) Cum induxit propriam viam, vult abſcindere viā Auicē. & ideo ait, illud autem, quod dixit Auic. in hac propoſitione, ſunt ambages, & narrat opinionem eius. d. ipſe enim

B ait ꝙ poſsibile eſſe oportet, quod perueniat aut ad neceſſarium eſſe per aliud, aut ad neceſſarium eſſe per ſe. Si primo modo, oportebit ꝙ illud neceſſarium ꝑ aliud ſit conſequens, id eſt, depēdens cuiuſdam neceſſarij per ſe, id eſt, ab aliquo, quod eſt neceſſe eſſe per ſe ipſe nanque opinatus fuit, quod neceſſarium per aliud ſit poſsibile per ſe, & opinatus eſt quod quodlibet poſsibile indiget neceſſario dāte ſibi eſſe: hæc eſt ſententia Auicen. eſt ergo via Aui. hæc, omne neceſſarium per aliud reducitur ad neceſſarium per ſe, ſed corpus mobile motu æterno eſt neceſſarium ab alio, ergo reducitur ad neceſſarium per ſe: quare, ſi neceſſarium eſt in rerū natura ab alio, erit neceſſariū per ſe in rerū natura: & hoc voluit eſſe ſimplex omni compoſitione carens. (Vnde dicimus.) Nunc vult deſtruere hanc viā, & primo oſtendit minorē eſſe falſam. d. vnde dicimus quod additio ſua hic eſt ſuperfluitas, & error: fingit. n. quod aliquod eſt neceſſariū per aliud in ſe poſſibile: cuius rōnem dedit & dixit, neceſſariū nanq;, qualitercunq; ſit, nullā habet poſsibilitatem. i. oē neceſſarium eſt ſimpliciter ęternū, & nullo modo poſsibile, & dicit, neq; vlla eſt natura poſsibilis aliquo modo, & neceſſaria alio modo: declaratum eſt. n. a philoſophis ꝙ nullum neceſſariā poteſtatē habet. (Sed id, quod) Cū induxit errorem, dat locum erroris, & inquit, ſed id, quod duxit eum ad hoc, eſt quod ipſe opinatus eſt, quod orbes poſsibiles ſunt de ſeipſis. i. in natu

C ris ſuis, neceſſarij per aliud. i. a motoribus. (Sed nos.) Remittit ſe, & inquit, ſed nos declarauimus in pluribus locis, quod demonſtratio Aui. eſt valde defectibilis, & ideo de iſtis non oportet diffuſius tractare.

Sed, in fine huius ſolutionis ſunt quęſtiones non paruę. Et prima quidem quęſtio difficilis multum eſt, vtrum omne compoſitum ex eſſe, & eſſentia indigeat agente, vel non. Cui auget quęſtionem verbum Auer. cū dicit, quod oē compoſitum eſt poſsibile, & ideo quęſtio vna integra poteſt fieri. vtrum omne cōpoſitum ex eſſe & eſſentia ſit poſsibile habens agens. Secunda quęſtio erit, vtrum ponendo entia oīa eſſe de nouo facta, poteſt eſſe via firma probandi impartibilitatem primi motoris. Tertia quęſtio eſt, vtrum poſsit eſſe aliquod neceſſarium per aliud, & poſsibile in ſui natura. Et habet argumenta pro vtraq; parte: qm̄ quęlibet intelligentia ſecundum Auer. eſt compoſita ex materia, & tamen nulla eſt natura poſsibilis in ſe, & antecedens eſt dictum palam. 3. de Anima & in com. 5. & in commen. 14. Pro oppoſita vero parte ſunt concluſiones non paruę, quoniam omnis compoſitio eſt poſsibilium componi, & quęcunq; ſunt poſsibilia componi ſunt poſsibilia diſſolui, eadem enim ſunt ſubſtātia cōpoſitionis & diſſolutionis, & quādo compoſsibilia ſunt poſsibilia diſſolui, compoſitū ex eis eſt poſsibile in ſui natura, & hanc viā dixit Ari. 13. Meta. firmiſsime. Et pręterea, omne compoſitum eſt nouum, 12. Meta. cō. 39. cum igitur omne cō- Quęſtio. 1.

poſitum ex eſſentia & eſſe ſit compoſitum:ergo erit notum, & per conſequens D
in ſui natura ens poſsibile,ergo quęſtio prima eſt multum ambigua.

Qęſtio.2. SECVNDA QVAESTIO etiam eſt difficilis propter duo. primo,quia vi
detur quod rationes,quas dedit Ari. in.8.Phyſi. ſunt rationes debiles, ſecundo,
poſſunt poni vię firmę,immo potiores vijs prędictis. Fuerunt autem vię Ariſt.
in.8.vt dicit Auerro.8.Phyſic.commen.27.33.45.&.7.Phyſi.commen.primo,
&.9.fundatę in duabus propoſitionibus: quarum prima eſt, quod omne motum
habet motorem: ſecunda eſt, quod omnia,quę mouentur in loco,reducuntur ad pri-
mum motum, & ad primum mouens: & has duas perſcrutatus eſt in.7.quibus
viſis,ex his probat illud primum mouens non eſſe corpus in hunc modum:nul-
lum mouens immobile ſimpliciter eſt corpus, ſeu virtus in corpore: ſed primus
motor eſt mouens immobilis ſimpliciter:ergo non eſt corpus,neq; virtus in cor
pore:maior eſt manifeſta per ſe, minor declaratur in.8.quod enim ſit mouens et
primum,dictum eſt in.7.quod autem non mouetur,probatur in.8.hoc modo:quo
niam vel mouetur per ſe, vel per accidens:non per ſe, quia tunc non eſſet pri-
mum,quia mouetur ab alio corpore priori, ſi per accidens, adhuc ſtare non po-
teſt,quoniam omne per accidens contingit non eſſe,ergo primum motorem mo-
ueri per accidens poteſt non eſſe, & ſic poſito in eſſe nullum ſequitur inconue-
niens, &c. Secunda ratio probans eandem minorem eſt, aliquod eſt motum E
non mouens,vt primum mobile.aliquod mouens motum: ergo, ſi datur motum
non mouens,dabitur mouens immobile,per regulam Ari.quando ſunt duo con-
iuncta,ſi vnum poteſt eſſe ſine altero, & alterum ſine altero. Tertia ratio ad
idem,ſequitur quod ferens ferretur,& docens addiſceret, & calefaciens calefie-
ret,& multa talia,quę omnia ſunt ſimpliciter inconuenientia. Vltima via octa-
ui ad idem eſt, quoniam omne corpus,vel virtus in corpore mouet per tempus
finitum, ſed primus motor non mouet per tempus finitum,immo tempore infini-
to,ergo primus motor non eſt corpus,neq; virtus in corpore:maior declarata eſt
ibidem per hoc,quia nulla virtus finita mouet mobile finitum tempore infinito:
ſed corpus, vel virtus in corpore eſt mouens finitum,ergo non mouet mobile fi
nitum tempore infinito. Iſtę igitur ſunt omnes vię, quę ſunt enumeratę in.8.&
propter quas fuit ordo totius philoſophię naturalis, vt patet eis, qui viderunt
Solutio. ipſum. Sed,ſicut dixi,vię iſtę ſunt debiles:& prima quidem multis modis an-
nihilari poteſt,primo modo dicendo quod per accidens eſt duobus modis: con-
tingens,& neceſſarium:& hoc dicit Auer.1.Phy. commen.66.&.4.Phy.com-
men,2.&.5.Metaphy.commen. vltimo.& albi: dicerem ergo quod primus mo
tor mouetur per accidens neceſſarió, & ideo tunc non contingeret non eſſe.
Secundo annihilari poteſt dicendo, quod primus motor poteſt non moueri, &
hoc a ſe,nec eſt inconueniens,vt patet in multis. Poteſt etiam hęc via alijs mo- F
dis impediri,ſed non curo:ſecunda etiam non confert, & inuenitur inſtantia in
terminis hoc modo:in rerum natura eſt intelligibile intelligens,vt intellectus
noſter,& intelligibile non intelligens, vt res materiales, ergo dabitur intelli-
gens non intelligibile:concluſio eſt falſa, ergo regula illa, ſupra quā fundatur:
tertia etiam nihil eſt,quoniam illa non ſunt inconuenientia, ſed neceſſaria:quo-
niam.3.cœli commen.28.&.4.cœli commen.22.& alibi, lapis ratione materię
fertur,& ratione formæ ſe fert.ſecundum enim Auer. idem poteſt ſe mouere,ſci
licet,ratione formę ſe mouet, & ratione materię, ſcilicet, mouetur, vt dixit.4.
Phy.commen.71.& etiam neceſſarium eſt vt docens addiſcat, quoniam ratione intel
lectus poſsibilis addiſcit,ratione intellectus agentis docet ſe. dicit enim Linco-
nienſis groſſateſta primo poſteriorum, quod agens intellectus eſt verus doctor,
qui mentem illuminat,&c.Et etiam neceſſarium eſt tertium, aqua enim frigefa-
cta reducit ſe,vt dicit Aui.ſecundo ſuę ſufficientię. Iſtę ergo rationes ſunt mul
tum debiles, & nihil concludunt quantum ad probationem illius propoſitionis:
vltima etiam nihil valet, & videtur peccare in duobus: primo,quoniam minor falſa
eſt,quoniam non eſt primus motor mouens tempore æterno, cum motus cœli, vt dicit
Plato,incœpit. Et pręterea id, quod videtur eſſe neceſſarium motum eſſe ęter
num,ęque bene poteſt concludi impartibilitas primi,cum ęternitate motus præ-
ſuppoſita,

A ſuppoſita, ſicut non præſuppoſita: & hoc dicit Egidius expoſitor. 8. Phyſi. circa principium: ſi.n. motus incœpit, poteſt declarari primũ eſſe impartibile, & ſi eſt æternus, etiam poteſt declarari: cur ergo dicit Auer. quod non poteſt ſciri impartibilitas primi, niſi ex æternitate motus? vide. Secũdo principaliter videtur, quod poſſunt induci viæ firmiores ad probãdum impartibilitatẽ primi, & tñ nõ ſunt philoſophicæ viæ: & prima ratio eſt Platonis in Thymeo, quæ ſic cõponitur: omne agens ad excẽplar ideæ abſtractæ eſt agens abſtractum a materia: ſed Deus egit tẽpus ad exemplar eui, & mundũ ad excẽplar ſui idoli: ergo Deus eſt virtus abſtracta: hæc eſt ratio demonſtratiua, & tñ non eſt naturalis, ſed Metaphyſica. Secũda via eſſe poteſt: omne agens per intellectũ, & voluntatem ſine pena, & labore, eſt virtus abſtracta a corpore: ſed primus motor eſt agens per intellectum, & voluntatem, & ſine pena & labore: ergo eſt virtus abſtracta a corpore: aliç rationes tangentur in quæſtionis corpore.

Viç firmiores ad probandũ impartibilitatẽ primi motoris.

Tertia quæstio, ſcilicet, dicens ꝙ nõ poſsit eſſe aliqua natura in ſe poſsibilis, & æterna per aliud, eſt ẽt difficilis: & videtur ꝙ ſic. primo, quoniã partes cẽtrales terræ ſunt in ſuis naturis poſsibiles, & tñ ſunt çterne per aliud, i. quia eis nõ põt applicari agens corrũpens: ſimiliter partes ignis, quæ concauũ tangunt Lunæ, ſunt æternæ ratione cœli, & generabiles in ſuis naturis. Præterea videtur, ꝙ omne cauſatũ habeat naturam poſsibilẽ: aliquod ſempiternum

Tertia q3.

B eſt cauſatum: ergo aliquod ſempiternum habet naturam poſsibilem: maior propoſitio declaratur: quoniam, ꝙ habet eſſe ab alio, non habet eſſe a ſe: ergo habet de ſe non eſſe: tenet cõſequẽtia ex negatiua de prædicato finito ad affirmatiuã de prædicato infinito, ſecũdo Perihermenias: ergo, cũ omne cauſatum habet eſſe ab alio, omne cauſatũ habebit de ſe non eſſe, & per conſequens in ſui natura erit ens poſsibile, minor aũt manifeſta eſt per ſe, & poſt declarabitur. Circa iſtas quæſtiones per ordinẽ ſic procedam: qm̃, primo ſoluã prima, deinde alias. Debes ergo primo ſcire, ꝙ in omni cauſato, immo in omni re, excepto Deo, eſt aſsignare duos gradus. vnum, quo res appropinquat optimo, & perfectiſsimo, & quo recedit ab imperfectiſsimo. alium, quo res appropinquat nõ gradui perfectionis, qui forte eſt materia, & quo recedit ab optimo. V.g. pro iunioribus. in muſca eſt vnus gradus, quo propinqua eſt primo & optimo, & quo recedit a materia, & a nõ gradu perfectionis. & eſt alter gradus, quo vicinatur materiæ, & recedit a primo & optimo: iſti quidẽ gradus in aliquibus rebus ſunt diſtincti, & modo, & re: in muſca.n. eſt dare materiam, qua vicinatur non gradui perfectionis, & contingit dare formã, qua propinqua eſt Deo, & remouetur ab illo non gradu perfectionis: in aliquibus aũt ſunt in ſubiecto, & re idẽ, & differunt in modo tantũ, vt in natura ſuperiori. V.g. in genere ſubſtantiarum abſtra

In oĩ cauſato eſt duplex gradus.

C ctarum. huius diuerſitatis ratio eſſe poteſt: qm̃ in rebus generabilibus gradus illi aliqñ fuerũt diſtantes, & inuicem ſeparati, in natura ſuperiori ſemper fuerunt inſimul. Etiã eſſe poteſt altera ratio: qm̃ quæ diſperſa ſunt in natura inferiori, ſemper colliguntur in natura ſuperiori. adeo ꝙ, quæ ſunt re & ſubiecto diuerſa in generabilibus, tantummodo reperiuntur diſtincta in natura ſuperiori. Secũdo debes ſcire, ꝙ ratio, & cauſa vera, quare huiuſmodi gradus reperiuntur in omni re, excepto Deo, eſt, qm̃ citra illam rem eſt dare extremum perfectiſsimũ, quod eſt cauſa illius, & extremũ imperfectiſsimũ nullam rationẽ cauſæ habẽs: & quia Deus eſt tantum cauſa, & nullo modo cauſatus, ideo eſt omnino ſimplex, & ſumme ſimplex: non.n. habet extremum perfectius eo, cui poſsit appropinquari, & aliud, a quo poſsit recedere, ideo omnino ſimplex eſt, & omni compoſitione carens, vt dixi. Et cum hoc ſit ita, poteſt hoc theorema conduci, ſcilicet ꝙ omne cauſatum eſt compoſitum ex his duobus gradibus: qm̃ omne cauſatũ deficit a cauſa ſua, & ſic habet gradum imperfectionis, & ſimilatur illi, & ſic habet gradum perfectionis. ergo omne cauſatum compoſitum eſt ex illis. Et etiã conducitur conuerſum, ſcilicet ꝙ omne habens illos gradus eſt cauſatum: & huius ratio eſt, vt dixi, quoniam res reperitur imperfecta intantum, inquantum habet cauſam perfectiorem, & reperitur perfecta prout cauſæ perfectiſsimç appropinquat, & hoc modo verificatur dictum Auer. 12. Metaphy. commen. 39. &

Cauſa quare dãtur gradus illi in omni cauſato.

ctum eius ſupra, ꝙ omne compoſitum eſt nouum: quod intelligo omne compo- D
ſitum, quacunque ſpecies compoſitionis, eſt nouũ, id eſt cauſatum propter ratio-
Diuerſis nominibus nominãtur gradus illi. nem dictam. Tertio debes ſcire, ꝙ iſti gradus diuerſimode ſolẽt a philoſophis nuncupari. dicitur enim gradus imperfectionis quandoq; eſſentia, quandoq; materia, quandoque intellectus poſsibilis, quandoque priuatio, quandoque gradus imperfectionis. Dicitur quidem eſſentia, quoniam ſicut eſſentia eſt potentia, quę perficitur ab eſſe, ſic ille perficitur a gradu perfectionis. Dicitur intellectus poſſibilis, quoniam in anima intellectiua, cum ipſa ſit imperfecta propter illum gradum, ideo eſt nata perfici per illum, & per conſequens dicitur potentia intelligibilium, ergo, vt ſic, dicitur intellectus poſsibilis, & hoc nomen habet ſolum in noſtra anima. ratio autem, quare non ſic dicitur in alijs, dicta eſt in lib. de intellectu. Dicitur & quãdoque materia, q̃m ſicut materia eſt cauſa rei imperfectionis, ita & ille gradus eſt cauſa rei imperfectionis. Dicitur & etiã priuatio, quoniam ſicut priuatio eſt carẽtia formæ in ſubiecto apto nato recipere illam, ita ille gradus eſt carentia perfectionis, quæ reperitur in cauſa illius, per quam res eſt apta nata perfici ſub ratione generis, vel ſpeciei ab illa. Dicitur gradus, q̃m eo deſcẽdit a ſummo, & vicinatur vili, vt vides. Per contrarium gradus perfectionis dicitur gradus, eo quia eo, vicinatur ſupremo. Dicitur eſſe, quoniam eo ille gradus imperfectionis perfectione & eſſe tali participat. Dicitur forma ſeu actus, prout eo perficitur ille gradus imperfectionis inquantũ materia dicebatur. Dicitur ẽt intellectus agens, q̃m in anima noſtra eſt cauſa, qua intelligibilia ſunt nobis pręſentia in ratione intelligibilis, vt intelligibile actu. Dicitur & habitus, prout eo recedit a priuatione, & ab ipſo non eſſe, vt vides. Et hoc modo verificatur dictũ Auer. tertio de Anima, commen. 5. & 14. q̃n dicit, ꝙ omnis intelligẽtia eſt cõpoſita ex materia præter primã, & 2. Meta. commen. 4. & 12. Meta. cõ. 51. ꝙ prima intelligentia eſt ſimplex, & oẽs aliæ ſunt compoſitæ ex participato, id eſt
Sol. ad primã q̃onem. ex eſſentia & eſſe. His viſis patet ſolu. quæſtionis: quoniam vel compoſitũ ex eſſe & eſſentia eſt cõpoſitum, in quo illa ſunt re, & modo diſperſa, & ſic quæſtio verificatur, ſcilicet ꝙ ſic. omne enim compoſitum ex eſſentia & eſſe diuerſis ſecundum rem, eſt generabile, & per conſequens ens poſsibile. Si compoſitũ fuerit ex illis non ſecundum rem, ſed ſecundum modum intelligẽdi diuerſis, quęſtio non verificatur niſi hoc modo, ſcilicet ꝙ omne compoſitum, quomodocũq;, habet cauſam, vt viſum eſt. Ad argumenta pro vtraque parte patet ſolu. primũ quidem nihil eſt, q̃m intelligentia eſt natura cauſata, & hoc ſufficit. ſecundo vero continet de eis, quæ fuerunt aliqua hora diſtantia, vt patet in generabilibus: ſed, vbi ſunt ſimpliciter idem, & diſtinguitur tantum ratione, non valet. tertio ẽt non valet, quoniã verificatum eſt in vno ſenſu, vt patet in corpore quæſtionis, & cum hoc ſit ita, apparet qualiter dictum Auerr. debet intelligi hoc modo, ſcilicet quod omne compoſitum ex illis diuerſis ſecundum rem eſt poſsibile aliter non, vt conſtat. Circa quæſtionis ſolu. primo debes ſcire, ꝙ quæſtio an primus motor ſit, poteſt duobus modis intelligi. Vno modo, vt pars ſubiectiua entis abſtracti, & a Metaphyſica conſiderati. Alio modo abſolute. ſi conſideratur, vt pars ſubiectiua entis Metaphyſice conſiderati, vt ſic accipitur primus motor, vt abſtractus a materia & motu: quoniam, vt ſic, eſt ad rationem Metaphyſicam aſtrictus, quæ conſiſtit in modo abſtractionis a materia & motu, vt dictum eſt 6. Meta. & hoc modo illa quæſtio eſt problema dubium, & difficile diſſolui. Si vero conſideratur vt primus motor abſolute, vt ſic non limitatur ad aliquam rationẽ conſiderandi, nec ſcilicet ad abſtractum eſſe, neq; ad eſſe in materia: & ſic quæſtio illa nihil eſt, quoniam illa, primus motor eſt, propoſitio eſt per ſe nota. Et cum hoc ſit ita, manifeſtum eſt ꝙ primum principium eſſe abſolute conſideratum, nõ eſt quæſtio, nec dubitabilis propoſitio: quoniam, vt ſic, non cadit ſub conſideratione alicuius artis: ſed primum principium abſtractum eſſe, intrat rationem conſiderandi in Metaphyſica, & intrat genus propoſitionum dubitabilium. Quod autem hoc ſit ita, declaratur: quoniam. in antiquis multæ inuentæ ſunt opiniones. caldei quidem, in quibus aliquando philoſophia fuit perfecta, primoq; Cœl. commen. 22. & 12. Metaphy. commen. 58. & ſecundo Cœli com-

A men.63.opinati ſunt corpora Cœleſtia eſſe Deos, & ſic opinati ſunt primũ prin cipium eſſe corpus, ſine dubio, & hoc idem opinatur Empedo. vt Auer. dicit 8.Phyſicorum commen. 2.opinati ſunt enim Deum eſſe corpus in materia con ſiſtens, licet non ex elementis mixtum. Alij quoque philoſophi, de quorum numero fuit Speuſippus,Plato.nepos,opinati ſunt primum principium eſſe cor pus imperfectum,vel materiã.dicunt enim perfectionem conſiſtere in fine, & non in principio.& hoc narrant Ariſto.& Auer.12.Meta.commẽ.40. Alij au- tem,vt Plato,vt dixerunt Ariſto.& Auer.3.Phy.com.20.opinati ſunt primum principiũ eſſe ſubſtantiã abſtractã,& infinitã:& cum hoc ſit ita,verificatur ſer- mo prædictus.patet.n.quomodo omnes concordes ſunt ꝙ primus motor ſit, & ꝙ primum princ pium ſit. Sed,an ſit corpus,vel forma abſtracta, & ꝙ corpus, reperitur quæſtio, vt vides. omnes ergo conueniunt in eſſe eius abſolute, licet differant in modo eſſendi, vt patet.

E T,poſtꝙ declarata eſt vis quæſtionis,ſupereſt modo videre opiniones cõ- trarias veritati,eo quia veritas nõ eluceſcit niſi per contraria,vt Auer. dicit pri- mo Cœli com.10.Et poſt dicam opinionem Peripatheticorum ſecundum poſſe meum,& abſcindam quæſtiones,quę inducuntur contra eam. Alex. & Porphy rius itaque, vt Simplicius narrat in procemij Phyſicorum cõmentario,argumen tati ſunt in prima figura in hunc modũ. omnia principia ſcientiæ ſubalternatæ Queſtio.4.

B debent declarari in ſcientia ſubalternante,ſed ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt princi- pia ſubiecti philoſophiæ naturalis,& Metaphyſica eſt ſubalternans ſibi phy- ſicam,& mathematicã,vt Ariſt.dicere videtur poſteriorũ primo.ergo in prima figura principia illa debent conſtare in Metaphyſica.inquit itaque Simplicius de Porphy. Porphyrius aũt neq; naturalis,inquit,eſſe quærere, ſi ſint principia rerũ naturalium,ſed ſuperioris artificis.naturalis enim,vt conceſsis vtitur. Am- plius aũt magis vtiq; diceret,quærere qualia ſunt prima ſuperioris eſſe artificis: neq;.n.geometer,aut medicus ſuijpſius principia demonſtrãt,ſed tanꝙ exiſten- tibus,& talibus exiſtentibus vtitur, poſt mouet quæſtionem quandã, quã vide, ſi placet,& ſi conſiderabis hæc verba:ex eis intelligentur tria, primum erit,qđ principia huius ſcientiæ,ſcilicet motores ſeparati an ſint, debent in Metaphy- ſica declarari ſecundum,ꝙ nõ modo an ſint,ſed qualia ſint, id eſt quæ ſunt pro- priæ paſsiones illorũ,& qualitates eorum.tertium intelligitur motiuum eius.ſu- ſtentatur enim in hoc,quod Metaphyſica ſubalternat ſibi omnes alias ſcientias. Hæc autem poſitio poteſt declarari vijs Auicen.& Alga. in Metaphyſica, & alijs plurimis, quæ quæſtiones faciunt nobis, vt videbitur.& prima quidem via Aui.eſt in octauo ſuæ Meta.cap.primo.& poteſt in hunc modum ordiri. omne ens mundi aut eſt cauſa, aut cauſatum. ſed non omne eſt cauſa, neque omne cau- Prima via.

C ſatum.ergo quoddam eſt cauſa, & quoddam cauſatum:&, tunc quæro de eo, qđ ſtabilitur eſſe cauſa,an ſit cauſatũ,vel non.ſi ſic,ergo erit, vt prius, quæſtio de cauſa illius,vel oportet venire ad primam cauſam,vel erit prima cauſa, & illa erit primus motor,& ſi detur alterum membrum, ſequitur concluſio ſine labo- re. Secunda via ſuppoſita per diuiſionem neceſſe eſſe & contingentis, tangi- tur ibidem cap.4.quæ poteſt, vt prius,ordinari. Tertia via tangitur ibidem,et Auerro.poſuit eam hic,& in tertio cap.de ſubſtantia orbis, ſcilicet hoc modo, aliquod æternũ eſt corruptibile ex ſe,ergo oportet vt detur aliquod neceſſe eſſe ex ſe:& hoc modo declarata eſt hæc via. Iterum poteſt argui quarto,via com poſitionis & ſimplicitatis. Et quinto, via dependentiæ & independẽtie.Et ſex to,per viam ſtatus in cauſis:& omnes iſtæ viæ ſunt enumeratæ ab Aui. in pri- ma ſua philoſophia, & per conſequens ſequitur quod probare primũ motorem eſſe,opus eſt philoſophiæ primæ, & non naturalis philoſophiæ. Poſteriores etiã noſtri temporis,quorum totum ſtudium retractum eſt in Metaphyſica, adducũt ad hoc alias rationes,& dicũt,ſi naturalis poteſt probare primũ ens eſſe vel pri mũ principium eſſe.hoc eſt,quia primũ principium eſſe vel primũ ens eſſe con- tinetur formaliter vel virtualiter in motu vel principijs motus,nõ formaliter,vt conſtat,neque virtual iter, quoniã conceptus entis phyſici non conuenit illi in cauſalitate, ergo nec virtualiter in cognoſcibilitate. ſecundo dicunt, ſi princi- Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta.

pia Metaphyſica declarantur in naturali. ergo Metaphyſica eſſe poſterior & D
ſubalternata ſcientiæ naturali,contra Auer.6.Meta.commen.3.& 7.Meta.cõ.
39.conſequentiam in hunc modum probant,quoniam illa ſcientia eſt ſimplici-
ter prior,quæ dat omnẽ euidentiam principijs alterius. cum igitur Phyſica dat
omnem euidentiã principijs Metaphyſicæ,vt patet per Auer. ergo Metaphyſi
ca ſubalterna eſſet Phyſicæ:& cũ verificatæ ſunt iſtæ rationes, ſequeretur om-
nino ꝙ huiuſmodi primũ motorem non poteſt declarari niſi in Metaphyſica.
Opinio peripatheticor. Supereſt modo dicere opinionem Peripatheticorum.& primo. propter hoc de-
bes ſcire,quod duplex eſt ens abſtractum a materia.ſ.vno modo per excluſionẽ
a materia eſſentialiter & per ſe. & ſic Deus, & intelligentiæ ſunt abſtractæ a
materia.ſecundo modo per indifferentiam,& non incluſionem materiæ, cuiuſ-
modi ſunt hæc, videlicet,ens,principium,cauſa,actus, potẽtia, vnũ bonũ, &c.
quæ poſſunt ineſſe enti,inquantum ens,dicuntur enim hęc abſtracta per indiffe
rentiã,qm̃ materialibus & immaterialibus ſunt cõia,vt conſtat intelligenti be-
ne,vt patet.6.Met.cõ.2. Secundo debes ſcire,qđ licet iſti duo modi entis ab-
ſtracti ſint diuerſi,attamẽ inuicẽ ſunt pertinentes:qm̃ non poteſt eſſe ens abſtra
ctũ a materia per indifferentiã,& non incluſionem materiæ, niſi ſit ens abſtra-
ctum a materia per eſſentiam,& per ſe.& hoc inquit Ariſto.6.Met. vbi intulit
ꝙ ſi nõ eſſet aliud genus entiũ ſeparatorum, Phyſica eſſet prima philoſophia. B
vbi vide verba Auer.cõ.3.quã conſequentiã declarat Auer. primo Met. com.
18.& ponit etiã commento vltimo primi Phy.Huius itaq; conſequẽtię deductio
eſſe poteſt:qm̃, vbi non ponitur ens immateriale per eſſentiam, omnia erunt cõ-
cepta regulariter cũ materia,& per conſequens idem erit ens ſimpliciter,& ens
materiale,& per conſequẽs ens abſtractum a materia per eſſentiã amouebitur,
& per cõſeqnens amouebitur ens abſtractũ per indifferentiam enti materiali,
& immateriali:nihil.n.eſt indifferens & cõe ei,qđ nõ eſt iſtæ itaque duæ entis
abſtracti ſpecies ſunt inuicẽ pertinẽtes,& ꝓpinquę,vt vides. & cũ hæc ſint di-
cta,ſtatim relinquitur opinio Peripatheticorũ.ſ.ꝙ primũ motorẽ eſſe,prout ca-
dit ſub rõne cõſiderãdi Metaphyſica.ſ.primũ principiũ eſſe, & primũ ens eſſe,
prout ſunt cadẽtia ſub ratione cõſiderãdi Metaphyſica.ſ.vel vt ſunt abſtracta, ꝑ
indifferẽtiã,vel per eſſentiã tm̃ in naturali philoſophia debẽt declarari,an ſint:
Prima rõ. immo ſolũ via motus ęterni,vt dicã. Iſta opinio põt probari tribus rationibus.
primo ſic,ſi hęc propoſitio,primus motor abſtractus eſt,probatur alia via quam
philoſophicã,& alio medio q̃ naturali:vel erit illud mediũ naturale,vel abſtra
ctũ a materia.ſi primũ,ergo nõ in Metaphyſica,neq; ſecundũ: qm̃ tunc, vt in-
fert Simplicius in philoſophicis, idem eſſet conceſſum & quęſitum, quod non
vult Ariſt.in poſterioribus.& ego induco hanc conſequentiam: qm̃, ſi medium
probans illam propoſitionem eſt abſtractum a materia, vel eſt abſtractũ per eſ- F
ſentiã,& ſic idẽ erit cõceſſum & quęſitũ.hoc.n.genus entium quęrebamus : vel
idẽ eſt abſtractũ per indifferentiã,& hoc iterũ, vt prius:quia,vt dictum eſt, hęc
ſpecies entis abſtracti pręſupponit primã ſpeciẽ entis abſtracti. ergo , vt prius,
Secunda. idẽ erit cõceſſum & quęſitũ:& hanc viam accepit forte Simplicius primo Me-
taphyſi.ab Ariſto.tex.commen.47. Secũda ratio, quã tangit Auerro. primo
Phyſi.cõmẽ.vltimo.& 2.Phyſi,commẽ.22.& 26.& 12.Meta.cõ.5. conſiſtit in
hac forma.nulla ſcientia probat ſuũ ſubiectũ eſſe, ſed ſubſtantię abſtractę ſunt
Tertia. ſubiecta Metaphyſicę.ergo Metaphyſica nõ probat illas eſſe. Tertia ratio
fere tangitur.2.Phyſi.cõ.22.& poteſt hoc modo ordiri.accipiatur medium pro-
bans illam,& quęratur. vel illud medium eſt ſubſtantia,vel accidens. Si ſub-
ſtantia,vel generabilis,vel ęterna.Si generabilis , illa non ducit niſi ad agens
generabile immediate,mediate aũt ad agens ęternũ , quod agit mediante motu
ęterno, vt dicit Auer.8.Phy.commen.46.& 47.Si ęterna,cum non poſſit inue-
niri niſi operatione ęterna:ergo, adhuc medium proximũ erit motus ęternus.
Nec accidens poteſt poni illud mediũ, qm̃ illud accidens erit generabile , vel
ęternum vt Auer.dicit ibidem.non nouũ,qm̃, vt prius, non ducitur immediate,
niſi ad agẽs corporeum generabile.oportet ergo ꝙ ſit accidens ęternum. & tũc
vel permanens,vel ſucceſsiuum: non permanens, quoniam illud erit vel acci-

A dens Cœli, vel dimenſio materię: & quodlibet iſtorum inuenitur motu: ergo relinquitur quod ſolum erit motus ęternus circularis. vt d. Auer. 12. Me. com. 41. ergo ex his vijs duo relinquuntur ſcilicet ꝙ primum motorem eſſe, vel genus ſubſtantiarum abſtractarum eſſe, non poteſt probari niſi medio naturali: & ꝙ illud medium eſt ſolum motus ęternus, & ideo inuenitur Ariſto. 12. Met. tex. cō. 41. & in vltimo octaui, vti hac via, quę poteſt ſic componi. omnis virtus in materia eſt finita in tēpore. ſed primus motor non eſt finitus in tempore: ergo non eſt virtus in materia, minor proſyllogizatur ſic. omne mouens motu ęterno non finitur in tempore. primus motor mouet motu ęterno: ergo primus motor non finitur in tempore. hęc igitur eſt via, qua probatur immediate primum motorem abſtractum eſſe, & dico immediate, qm̄ mediate poteſt probari alijs vijs quas poſuit Ariſt. in 8. contra quas argutum eſt in principio quęſtionis, Et dedit Auer. ſignum, ꝙ ſola via naturali poteſt id probari. 12. Meta. commē. 5. inquit enim, ſi enim eſſent alię vię, eſſent numeratę in prima philoſophia, modo Ariſto. non enumerauit niſi hanc ibidem. Et dedit ſecundum ſignum, quoniam omnes alię vię, quas dedit Auicen. ſunt debiles, & non tranſcendunt ordinem ſermonum probabilium, vt declarabitur: hęc igitur eſt opinio Auer. & Ariſt. et illa eſt via firma, & demonſtratio immediate probans propoſitionem dictam. Et debes ſcire, ꝙ in motu cœli eſt duo conſiderare. ſ. innouationē ſeu poſsibilitatem, & contingentiā, corruptionē, & generationem. Et conſiderare ſecundo ęternā ſucceſſionem. continue enim motus cœli innouatur, & per conſequens aliquid eius corrumpitur, & aliquid generatur, & illa ſucceſsio eſt perpetua, ergo duo ſunt in eo. Inquantum quidē innouatur per generationē eius ſecundum partem, & per corruptionem eius ſecundū partē, dat intelligere ꝙ agens cum eſt mouens, & ſit ſub hoc reſpectu, ducit in cognitionem agentis, vt agens eſt: qm̄, vt dicit Auer. primo cœli. com. 20. & 3. de Anima. com. 5. ratio agentis intelligitur cum difficultate ex effectu ęterno. & ideo dicit, trāſmutatio fecit ſcire materiā, & operatio formam. i. agens. 8. Met. cō. 12. Inquantum vero huiuſmodi motus eſt continuus, & ſempiternus ducit in cognitionē agentis ſeparati a materia: qm̄ nulla forma corporalis virtute ꝓpria poteſt tranſmutare aliquod corpus tranſmutatione ęterna. ergo motus cœli ducit in duo, in cognitionem corporis cœleſtis, & in cognitionem agentis ſeparati, qui mouet illud corpus: quoniā inquantum effectus ſecundum partem & partē nouus, oportet vt proueniat a corpore aliquo modo vel principaliter, vel inſtrumentaliter, vel partialiter. Inquantum ęternus prouenit in natura ab agente extra corpus, & ſic ducit in cognitionem illarū duarum rationum, & hoc plane innuit Auer. 12. Met. com. 41. & in pluribus locis octaui Phyſi. Et cū hoc ſit ita, apparet differentia octaui a. 7. Phyſi. ſeptimus enim liber ducit in cognitionem primi abſtracti quia procedit per rationem motus ſiue ſit ęternus, ſiue nouus. octauus aūt ducit in cognitionē primi agentis ſub ratione abſtracti a materia, eo quia ꝓcedit per rationē motus ſub forma ęterni. Et huius ſignū eſt, qm̄ in principio ſeptimi non propoſuit quęſtionem an motus ſit aliquando factus an non, quemadmodū propoſuit in principio octaui, eo quia in ſeptimo non procedit per viam, in qua medium ſit motus ęternus, In octauo autem ſic. Et cum hoc ſit, ita apparet peccatū The. ipſe enim in 7. Phyſi. non abbreuiat demonſtrationē ſeptimi, eo quia dicit illā transferri in octauo, & perfectius. Patet. n. qualiter Themiſtius errauit, vt Auer. dicit in 7. commen. primo & 9. & in 8. commen. 33. 27. & 45. & 4. Cœli. tangit hoc commen. 25. Verificatur etiam quod medium immediatum dicens in agens ſeparatum eſt motus ęternus, quoniam omnia alia inducunt ad agens illud virtute motus ęterni. Quod igitur primum motorem eſſe ſit per ſe notum, & qood primus motor ſit abſtractus, probatur via naturali. & hoc ſolum per viam cuius medium eſt motus ęternus, manifeſtum eſt.

In motu cœli duo cōſiderantur.

B

Differentia.

C

Error The.

Sed, in ſolutione hac accidūt quęſtiones, quę faciunt multos errare. Quarū prima eſt, cuius eſt conſiderare quęſitū, eius eſt cōſiderare terminum quęſtionis, ſed Metaphyſicę eſt conſiderare hanc propoſitionem, Deus eſt, ergo eius eſt conſiderare terminum huius problematis. Secunda eſt, nulla ſcientia probat

Dubitatio.

partes ſubiectiuas eſſe ſui ſubiecti proprij, vt d. Auer. 2. de Anima. c. 27. ſed ſub- D
ſtantiæ abſtractę ſunt partes ſubiectiuæ entis mobilis, quod eſt ſubiectũ in na-
turali ſciẽtia, vt d. Auer. 12. Meta. cõ. 5. ergo probare illas eſſe eſt alterius ſcien
tię. Tertia, omnis ſciẽtia põt probare principia ſui ſubiecti, vt d. Auer. 2. Phy.
com. 22. & 26. & 12. Meta. cõ. 5. ſed ſubſtãtię abſtractę ſunt principia entis, in-
quantũ ens, quod eſt ſubiectũ in Meta. vt dicit Auer. 12. Meta. com. 1. ergo Me-
ta. põt probare illas eſſe. iſtę igitur ſunt tres q̃ones, quæ faciunt ambiguitatẽ in
ꝓpoſito, & poſſunt eſſe alię plurimæ, quas enumeraui diſperſim in multis meis
æditionibus. Sed quõodocunque, quęſtiones hæ nihil ſunt: ad primam. n. dicen-
dũ, ꝙ propoſitio illa abſolute conſideratur in Met. attamen medium, quo cõclu-
ditur illa, propriũ eſt naturali ſcientiæ: quemadmodũ hęc propoſitio, continuum
eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, eſt propoſitio immo principiũ in geometria,
& tñ mediũ eius declaratur in 6. Phy. & hoc d. Auer. 3. Phy. cõ. 31. & ideo to-
ta hęc propoſitio ſimpliciter in ſe, & in relatione ad mediũ cõſideratur ab habi-
tu mixto. ſ. geometriæ, & naturalis. Ad ſecundã dicendũ, ꝙ dictũ illud intelli-
gitur de partibus principalibus: modo ſubſtantię ſeparatę non ſunt partes princi
pales entis mobilis: q̃m intantũ participant motũ, inquantũ agũt illũ: & hoc eſt
parũ participare. Ad tertiã dicendũ, ꝙ maior debet intelligi de principijs, quæ
non incidũt in partes ſubiectiuas principales: modo ſubſtãtię abſtractę ſunt prin
cipia entis, & partes ſubiectiuę entis principales, vt ſcis. Et ſic abſciſę ſunt quę- E
ſtiones, quę inducuntur contra Ariſto. & Auer. & quia quęſtiones, quæ mouet
Alex. Por. Auicen. & Alga. ſunt multũ apparentes, ideo oportet ſoluere illas.
Ad quas ergo dicendũ, ꝙ oẽs illę vię ſunt tenues, & nõ excedũt ordinẽ ſermo-
nũ probabiliũ, vt d. Auer. 2. & primo Phy. quod declaro, q̃m vel ſupponũt pro-
ceſſum in infinitũ in cauſis eſſe poſsibilẽ, vel illũ eſſe impoſsibilẽ. Si ſupponũt
poſsibilitatẽ illius, ergo rationes illę ſunt ſophiſticę, cũ ſuſtentãtur in principio
falſo contrario principio vero. Si impoſsibilitatẽ eius, & non poteſt declarari
illud in Meta. ſcilicet per mediũ Metaphyſicũ, q̃m non oſtẽditur id niſi primo
Cœ. et 2. Perigene. per viã motus: ergo oẽs ſuſtentantur in vno ꝓbabili, non tñ
in vno ſimpliciter probato: ergo ſtando pręciſe in limitibus Metaphyſicę, pro-
teruus diceret ꝙ nõ incõueniẽt procedere in infinitũ in cauſis eiuſdẽ, vel alterius
rationis. Et ſic Metaphyſicus ſtãs ad intra limites ſuę rationis conſiderãdi, nõ
haberet viã contradicendi illi, niſi deſcenderet a limite ſuę ſcientię in rationẽ na
turalis cõſiderationis. Et cũ hoc ſit ita, verificabitur verbũ Auer. d. ꝙ omnes vię
Auicen. ſunt tenues, & nõ demonſtratiuę, & ꝙ ſemper inuenitur medius inter
loquentes & Peripatheticos: q̃m vnum accipit tanquam creditũ in Meta. ſ. ſta-
tũ eſſe in cauſis, aliud accipit tanquam probatum in Meta. ſ. ꝙ primus motor ſit
cauſa, & non cauſatũ: & quod non omne ens eſt cauſa, vel omne eſt cauſatum:
ergo ſermo hic, ſtando pręciſe in limitibus Metaphyſicę, eſt ſermo medius, par F
tim creditus in Metaphyſica, partim confeſſus. & hoc iam declaraui in quarta
diſputatione, & expoſitione mea. 8. Phy. Ad ſextam d. Auer. 2. Meta. cõ. 6.
& conſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis in eo, ꝙ ſunt cauſę, eſt huius ſciẽ-
tię. Et Ariſt. quamuis vtatur hic demonſtrationibus ſcientię naturalis, tamẽ in-
ducit eas vniuerſalius: quoniam, quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior, tanto
magis erit proprior huic ſcientię, & Ariſt. obſeruat ſe in hac intentione. ſ. indu-
cendo demonſtrationes vniuerſales alio modo, quam in ſcientia naturali. Et
hęc eſt cauſa in iteratione illarũ demonſtrationũ in hac ſcientia, vt feci in trac.
primo. Et ſi inſpiciantur hęc verba Auer. multa nobis vtilia traduntur: primo
enim dat intelligere differentiam inter conſiderationem naturalem de cauſis,
& Metaphyſicalem, & inquit, & conſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis. i.
in ſingulo gęnere cauſę, in eo ꝙ ſunt cauſę, eſt huius ſcientię. i. Meta. & ſup. cõ-
ſideratio cauſarum, prout ſunt cauſæ, ſubſtantię tranſmutabilis proprie ſunt con
ſiderationi naturali. & hoc d. etiam Auer. 7. Meta. com. 7. & 9. Secundo in-
nuit ſol. cuiuſdam quęſtionis. poſſet enim quęrere quis. cum ſtatus in cauſis non
probetur niſi via naturali, cur Ariſto. reiterat has in Meta. & ſolu. innuere vi-
detur, ꝙ ſicut aliquod conſideratur a naturali per modum mathematicum, V. g.

Solutio rõ-
nũ Auic. &
aliorum.

A in infinitum poteſt velocitari motus, vt Auer.inquit 6. Phyſi. commen. 15. ita
aliqua demonſtratio eſt naturalis per ſe: poteſt tamen tradi ſub modo & forma
Metaphyſicali, videlicet ſub ratione vniuerſali abſtracta ab indiuiduis motus,
licet non a genere motus.& ſic talis demonſtratio ſecundum rem erit natura-
lis, licet ſecundum modum erit Metaphyſica. hoc inquit.& Ariſt. quamuis vta-
tur hic demonſtrationibus ſcientię naturalis.i. quę ſunt ſecundum rem Phyſicę
tamen inducit eas vniuerſalius.i. per modum vicinum Metaphyſice: quoniam,
quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior, tanto magis erit proprior.i. propin-
quior huic ſcientię, & Ariſt. obſeruat ſe in hac intentione.ſ. inducendo demon-
ſtrationes vniuerſales alio modo, quã in ſcientia naturali: qm̃, in ſcientia natura-
li inducuntur Phyſicę ſecundum rem & modum, hic inducuntur ſecundum rem
Phyſice, licet per modum Metaphyſici. Et tũc ſoluit ad formã d.& hęc eſt cau
ſa in iteratione illarum demonſtrationũ in hac ſcientia, i. & quia hę demonſtra
tiones ſaltem ſecundũ modũ differũt ab ipſis, vt ponuntur a naturali, ideo non
ſuperfluit eas reiterari in Metaphyſica.& per hoc apparet ſol. ad ſextã ratio-
nẽ Auic. ad ſeptimã dicendũ, ꝙ primũ ens eſſe, vel primũ principiũ eſſe nõ po
teſt probari, immo eſt per ſe notũ: quia, vt ſic nec limitatur ad rationẽ conſide-
randi Phyſica, nec Metaphyſicam: ſed oſtenſo ꝙ primus motor ſit ſubſtãtia ſe-
parata, oſtendit ꝙ ſit primũ principiũ ſubſtantię, vt d. Auer. Ad octauã dicen-
B dum, ꝙ maior intelligitur, vbi daret omnẽ euidentiã a priori, & nõ in gñe demõ
ſtrationis ſigni.& iterũ minor falſa eſt. non.n. dat oẽm euidentiã, ſed tm̃ termi-
nat quęſtionẽ ſi eſt. qõnes aũt tres alię terminãtur in Metaphyſica. Ad ratio-
nẽ Alex.& Porph. dicendũ illã ſuſtẽtari in ꝓpoſitione falſa, qm̃ Metaphyſica
nõ ſubalternat ſibi alias ſcientias ſubalternatione cõpleta, vt latius expoſui in
poſterioribus. Supereſt modo ſoluere rõnes in principio qõnis inductas: pro Solutio cõtra Alex.
quarũ ſol. oportet ſupponere tria fundamẽta declarata in ſciẽtia naturali.& pri Primum fundamentum.
mũ quidẽ eſt ꝙ omne, qđ mouetur, ab alio mouetur. ꝓpoſitionem.n. hãc decla-
rat in 7.& 8. in 7. quidẽ a principio, in 8. aũt declarata eſt perfectius, vt d. Auer.
4. Cœ. cõ. 25.& maxime declarat, a tex. cõ. 28. vſq; ad 33.& ẽt tex. cõ. 40. vide.

Secundũ quoq; fundamentũ eſt, corpus cœleſte ablata intelligentia eſt ſim- Secundum.
plex, non cõpoſitũ ex materia & forma, ſed eſt materia tm̃ ad vbi: & hãc pro-
poſitionem nolo declarare eſſe Ariſt. nunc, qm̃ pluries tetigi ipſam in hoc lib. Tertium.
Tertiũ vero fundamentũ eſt, ꝙ vnũ & idẽ eſſe in actu & in potentia poteſt tri-
bus modis intelligi. vno modo in mixtis, & hoc modo vnum mixtũ eſſe in actu
mouendi, & in potentia receptiua motus nullus negat. habet enim mixtum vt
ſic reſiſtentiam intrinſecam, ratione cuius poteſt moueri in vacuo, vt Auer. di-
cere videtur. 4. Cœ.& mundi. com. 22.& 4. Phy. cõ. 71. ergo in actu ratione for-
C mę, & in potentia ratione materię ſub miſcibilibus refractis exiſtentis. Secũ-
do intelligi poteſt in compoſitis ſimplicibus, verbi gratia, elementis, quę tamen
componitur ex materia & forma: & iterum hoc eſt poſsibile, qm̃ forma grauis
vt forma mouet, & ratione materię mouetur, vt Auer. d. 3. Cœ. cõ. 28.& 4. Cœ.
com. 25.& 22.& alibi pluries. Tertio poteſt intelligi in corpore ſimplici carẽ-
te materia eſſentiali, & carẽte cõpoſitione eſſentiali.& hoc modo eſt impoſsibi-
le ſimpliciter, quoniam agere & pati ſunt conditiones, & diſpoſitiones valde
oppoſitę. & agere attribuitur formę, & pati materię: quando, ergo res eſt totali-
ter forma, tunc totaliter agit, vt patet in intelligentijs ſeparatis, vt d. Auer. 9.
Met. com. 2. quando totaliter materia, tunc totaliter eſt ſubiectum, quoniam nõ
habet quo agat. & cum corpus cœleſte ſit totaliter materia, ideo totaliter eſt
ſubiectum motus, & hoc. d. Auer. 8. Meta. com. 12.& in 2. cap. de ſubſtantia or-
bis. His viſis erigeretur demonſtratio Ariſt. in 8. quoniam ex prima propoſi-
tione Ariſto. in 7. procedit ad primum motum, quod eſt corpus cœleſte. & quia
illud primum motum, vt declaratur in 8. mouetur motu ęterno, cõcluditur in 8.
quod vel mouetur a ſe, ita quod ſit corpus mouẽs & motum, vel ab alio, ſi a ſe,
ergo contra tertiũ fundamentum. ſi ab altero, & cũ illud alterum non poſsit eſ-
ſe corpus, neq; virtus ĩ corpore, qa tũc nõ moueret motu ęterno, relinquitur ꝙ
ſit forma ſeparata. Et ex hoc apparet peccatũ expoſitorũ latinorũ. fingũt.n. ſe-

cundum fundamenta Ariſto.corpus cœleſte ſublata intelligentia per intellectũ D
eſſe cõpoſitũ ex materia & forma,& qũo eſt poſsibile ſaluare demonſtrationẽ Ariſto.ſemper enim dicam corpus cœleſte moueri a ſua forma, quę mouet immediate ſuũ corpus ęterno tẽpore,eo quia eſt alterius rationis a forma generabili,& ſic tolleretur demonſtratio Ariſt.qua demonſtrat numerum motorum per numerum mobilium in 12.Meta.& multa alia horribilia, & quia fundamenta Auer.ſunt conuenientia principijs Ariſto.ideo conſuetus ſum dicere meis ſcholaribus,quod Auer.eſt Ariſt.tranſpoſitus. qñ enim homo conſiderat fundamenta Auer. & colligauerit ea perfecte cum verbis Ariſt. non inueniet diſcrepantia niſi phantaſtice. Ad primam itaq; dicendũ, quod omne per accidẽs poteſt non eſſe,licet nõ inhęrere.ſi enim primus motor mouetur per accidens,conſequitur, ergo põt non eſſe:qm̃,vbi mouetur per accidens, ergo eſſet forma in materia,& omne tale poteſt corrumpi.ergo primus motor poteſt deſtrui,& per conſequens non moueri.argumentũ ergo Ariſto. valet ſtantibus fundamentis ſuis: nec hoc obſtat diſtinctioni prędictę, qm̃ aliquod eſt per accidens neceſſario.ſ. dum ſubiectũ durat,aliquod cõtinẽs dũ ſubiectum durat,attamẽ omne eſt continẽs ſecundũ eſſe,quia ſubiectũ poteſt nõ eſſe. Ad ſecundã, dictũ eſt in hoc libro ꝙ ratio illa fundatur in ꝓpoſitione vera tribus cõditionibus.ſ.declaratis in 12.Meta.cõ.35.& in 8.Phy.cõ.37.& ſi opus eſt, vide. Ad tertiũ dicendum, ꝙ loquẽdo in motu locali eſt impoſsibile totũ mouere totum ratione totius,ſed ratione diuerſarũ partium non eſt inconueniens.Sed ad illud de alteratione, dicendũ ſecundũ doctrinã Auer.ꝙ ſi aqua caleſit,ipſa non reducit ſe:qm̃, vt dicit ipſe.2.Phyſi.cõ.1.nihil poteſt ſe alterare,& hoc in ſimplicibus. Sed dices,oppoſitũ ſenſu dignoſcitur.videmus.n.aquã calefactã ſuę naturę relictam, reducere ſe ad priſtinam frigiditatẽ. Ad hoc reſpondet Auer. ſecundo de Anima.cõ. 115.& inquit,& propter hoc,quod diximus, nõ eſt opinandũ aquã calefieri, dum fuerit aqua pura,neq; quod aer infrigidatur dum eſt aer purus:ſed hoc accidit propter corpora admixta cum eis calida,aut frigida. & ponit alia multa, quę declaraui in expoſitione mea de Anima.eſt ergo ſolutio, quod aqua, quę a ſenſu calefacta putatur,non eſt aqua pura,ſed admixta cum corpuſculis multis, quę caleſiunt. & ideo aqua pura non alterat ſe, ſed mixtum, quod conceſſum eſt poſſe ſe alterare.& huius rationem ait, quia aqua pura non poteſt alterari, neque aer purus, &c. Sed obijcit Alber. in illo loco, quoniam aqua poteſt corrumpi:ergo alterari, quoniã omnem generationem præceſsit alteratio, vt dictum eſt in phyſicis.& expoſitor etiam adducit hoc argumentum. Et pręterea,ponitur quod ſit aqua pura,& calefiat,a quo reducetur. & propter quid nõ poteſt ſe reducere? Ad hoc dicendum quod Auer.ſuſtentatur in hac ratione, quod frigiditas eſt accidens proprium aquę, quemadmodum calor ignis, & humor aeris,& ſiccum terrę,vt dictum.3.Cœli commen. 67. & nullum ſubiectum remittitur,cuius proprium accidens non remittitur.ergo, cum aqua ſit ſubiectũ frigiditatis,ſequitur ꝙ quãdo frigiditas remittitur,forma ſubſtãtialis aquę remittitur,forma ſubſtãtialis aquę remittitur.ſimiliter,qñ calor remittitur,& ignis ẽt, & ſic de alijs.ideo reputat Auer.ꝙ elemẽtũ purũ.i.ſtans ſub eſſe ꝓprio, & inteſo nõ põt alterari alteratione.ſ.quę exiſtat ſubiectiue in ipſo. ſi ergo alteratur, nõ remanet in ſua puritate,ſed corrũpitur aliqualiter:ergo alteratio eius non eſt pura alteratio,ſed admixta generationi. Ad ſecundã dicendũ, ꝙ ſi elementũ reduceret ſe ad propriũ accidẽs,tũc poſſet generare ſe:qđ declaro,qm̃ accidẽs pro priũ datur ab agẽte mediãte forma.dãs enim formã dat cõſequentia, nec aliter poſſunt dari cõſequẽtia formã ſecundũ Auer.8.Phyſi.cõ.4.& 32.& 3.Cœli cõ. 28. & 4.Cœli cõ.22.& 23.& 25.ſi igitur aqua poſſet dare ſibi frigiditatẽ: ergo prius oporteret dare ſibi formã,quã cõſequitur illa frigiditas. & vbi prius daret ſibi formã,cũ generatio nihil aliud ſit niſi exitus formę de potẽtia ad actũ.ergo idẽ poſſet generare ſe.& hac de cauſa inquit ſubtilis Auer. elementum purum nõ poteſt alterare ſe. A quo aũt reducetur dicendum,quod vbi daretur aqua pura mediũ reduceret illam viam in virtute omnium conſtellationũ frigidarũ. & argumẽta calculatorũ nihil ſunt.& ſolutio illorũ oſtendit alibi.principia enim

Marginal notes: Dubitatio. Solutio. — Obiectio alber. Solutio. — B — F

A illorum, vt plurimum, ſunt mathematica. & ideo valde diſperata a principijs naturalibus. Ad aliam rationem principalem patet ſolu. quoniam enim præſupponitur omnem motum incipere, & nullum eſſe ęternum, & tunc demonſtratio non ducit ad agens ſeparatum, ſed agens corporeum, vt in corpore quęſtionis declaraui, Ideo quęſtio illa eſt valde neceſſaria, & maxime vt terminatur ad partem negatiuam. Ad rationes Plato. patet infimul ſolu. omnes enim ſunt probabiles tantum, ſuppoſitis creditis procedentes, vt vides. Et ſic patet ſolu. huius arduę quęſtionis, in qua laboraui longo tempore, & de ea multa diſperſim congregaui: quę, ſi in vno reducantur capite, veritas erit palam. Supereſt modo ad quęſtionem tertiam motam dicere. vbi debes ſcire, ꝙ iſta quęſtio habere poteſt duos intellectus. Vnus eſt, vtrum vnum & idem poſsit eſſe poſsibile ſeu cõtingens & neceſſarium. Secundus intellectus eſſe poteſt, an neceſſaria poſſunt eſſe cauſata, ita ꝙ eis vt neceſſaria non repugnat habere agens. Quantum ergo ad primum intellectum, primo debes ſcire, ꝙ vnum & idem dicitur quatuor modis. d. ſcilicet vnum numero, vnum ſpecie, vnum genere, & vnum proportione & analogia, vt. 5. Meta. tex. commen. 12. d. Ariſto. & primo Topi. capitulo. 5. Inquit ergo Auicẽ. quod vna met natura numero poteſt eſſe neceſſaria reſpectu vnius, & poſsibilis ſeu contingens reſpectu alterius. Huius ratio forte fuit, quoniam modi entis poſſunt ineſſe vni & eidem eſſentiæ ſtanti ſub forma eius, quoniam modus rei non variat rem. Sed contingentia & neceſsitas ſunt differentię modales entis. ergo in eſſe poſſunt vni rei ſtanti ſub eadem forma. Poſteriores latinorum dicunt quod vna natura ſpecie poteſt eſſe ęterna, & corruptibilis. Verbi gratia. partes centrales terrę ſunt ęternę, & partes concauum tangentes ignis, & tamen illę ſunt vnius ſpeciei cum ſuis totis corruptibilibus. Alij dicunt ꝙ vna natura generis poteſt eſſe ęterna, & generabilis. Verbi gratia, corpus cœleſte, & corpus generabile. ſunt enim vnius generis prędicamenti, & tamen ſunt huiuſmodi, vt vides. Sed quomodocunq; primę opinioni cõtradicit Auer. 2. Phy. com. 48. vbi intulit. & ſi hoc fuerit, non erit contingens naturaliter: quã conſequentiam declarat Auer. 3. cœli com. 9. vbi ponit quod omne, quod dicitur tale per comparationem, non dicitur tale naturaliter neque ſimpliciter. Contra ſecundam dicit Ariſto. expreſſe in lib. de iuuentute & ſenectute. vbi oſtendit, quod illę partes ſunt vno modo corruptibiles, quia non æternę. alio modo incorruptibiles, eo quia ſunt difficilis corruptionis. attamen abſolute ponit illas corruptibiles. vide capitul. 3. Item, ſi illę partes eſſent ęternę, tunc natura contingens verteretur in naturam neceſſariam, vt dicit Auer. primo cœli. comm. 138. Contra tertiam opponit Auer. 10. Metaphy. comm. vltimo, & hic in diſputatione. 7. vbi declaratum eſt: quod omne, quod eſt in genere, eſt corruptibile, & in

B

C tertio ca. de ſubſtantia orbis. Dicendum itaq; , vt dictum eſt, quod nulla vna natura, nec numero, nec ſpecie, neq; genere, ſed tantum ſecundum proportionẽ poteſt eſſe ęterna. huius ratio eſt, vt dixit, quoniam cauſę contingentię & poſsibilitatis ſunt materia, & contrarium, vt dictum eſt. cauſę neceſsitatis ſunt priuatio materiæ, & contrarij. & ideo æternum intantum ęternum dicitur, inquantum caret cauſis contingentię & poſsibilitatis, ergo inquantum æternum eſt abſtractũ a materia. & econtrario modo impoſsibile eſt vnam naturam ſiue numero, ſiue ſpecie, ſiue genere habere materiam, & contrarium, & carere his. & hoc dictum eſt ſuperius. hęc igitur eſt poſitio Ariſto. & Auer. Ad argumenta dicendum. Ad primum, quod differentiæ modales ſecundum Peripatheticos ſunt duobus modis. vno modo fundatę in principijs oppoſitis: vt neceſſarium, & contingens, & ſic variant eſſentiam & formam. alio modo ſunt fundatę in eiſdẽ principijs, & ſic non variant: ſicut eſſe intenſum, vel remiſſum, vt dicit Auer. 5. Phy. ſaluantur in eadem natura numero & ſpecie: & ſic patet ſolu. Ad ſecundum ſecundę opinionis dicendum, ꝙ partes centrales terræ quandoq; fiunt circunferẽtiales hoc modo: quoniam aſtra conſumunt terram ex vno latere, & terra mouetur inſequendo conſumptionem, adeo ꝙ centrales fient circunferentiales, licet hoc fiat in magno tempore. Sic etiam partes ignis concauales fiunt aliquando ſuperficiales in hunc modum: quoniam aliqua conſtellatio frigefactiua graue-

Margin notes: Solutio tertiæ qõnis. — Quadrupliciter dr̃ vnũ. — Cã poſsibilitatis, & neceſsitatis.

facit illás,& ſic deſcendunt,& tandem veniunt ad locum ſuæ corruptionis. Ad D
tertium ſolu.eſt manifeſta , quoniam huiuſmodi corpora differunt genere . non eſt enim ſubſtantia genus corporis cœleſtis,& generabilis: ſed generaliſsimum eſt corpus generabile, vt dicit auctor in abbreuiatione ſua ſuper Porphyrio . Supereſt modo videre de ſecundo intellectu.vbi debes ſcire,ꝙ finis dat eſſe effectui,forma etiam,agens etiam. & oẽs dant eſſe modis & rationibus diuerſis in rebus poſsibilibus:quia vero ea,quæ ſunt diſperſa in inferioribus,colliguntur in ſuperiori,ideo in Deo tres modi cauſæ vniuntur , adeo ꝙ eſt cauſa agens,finis, & forma,vt Auer.dicit.xij.Meta.com.6.Iſti igitur tres modi ſunt vnus in Deo & propterea negant quidam illum eſſe agens,eo quia nõ poſſunt inſpicere iſtos tres modos cauſæ:in eo:poſſunt ergo neceſſaria habere cauſam agẽtem ſui eſſe, & finalem,& formalem non intrinſecam,ſed extrinſecam. Et hoc videtur dicere Auer.ſecundo Meta.com.4.&.5.Metaphyſi. tex.com.6. ait, neceſſariorum eſſe alterã cauſam. Pręterea Auer.12.Meta.com.44.plane ponit hoc, & in ſecundo de ſubſtantia orbis.vide. Ad rationes . ad primã patet ſol. Ad ſecundã negatur maior.ad probationem dicendum,ꝙ prima cõſequentia non valet:quoniam, licet aliquod habeat eſſe ab alio, non ſequitur , ergo habet de ſe non eſſe: quoniam,non infinitatur prędicatum:ſed debet ſic argui. non habet de ſe eſſe,ergo eſt non habens de ſe eſſe,& ſic conceditur,nec eſt cõtra me,& vide de hac quę- E
ſtione in.8.in fine expoſitionis commenti.15.

ALGAZEL.

AIt Alga.Secunda autem via eſt, vt dicamus eſſe abſque quiditate, nec verificatione non eſt intelligibile ,& quemadmodum non intelligitur priuatio abſoluta , niſi in relatione ad eſſe,cuius priuationem conſyderat , ſic nõ intelligitur eſſe abſolutum, niſi relatione ad verificationem demonſtratam tale: quanto magis,cũ demonſtratur vna ſubſtantia. & quomodo poteſt demonſtrari vnum ſeparatum ab alio in re. Et non eſt ei verificatio . nam remotio quiditatis eſt remotio verificationis . & , cum aufertur verificatio entis non intelligitur ens.& quaſi ipſi dixerint eſſe, & non eſſe , & contradicit ſibi ipſi . & id apparet . quoniam , ſi hoc eſſet intelligibile, tunc
eſſet poſsibile vt in cauſatis ſit ens, cui non eſt verificatio , quod com- F
municaret Primo , cui non eſt verificatio,nec quiditas , & diſtingueretur ab eo , in eo quòd habet cauſam : Primum vero non habet cauſam. Et quare hoc nõ imaginatur in cauſatis,& an ſit ei cauſa? ſed hoc non eſt intelligibile ex ſe.& id, quod non eſt intelligibile ex ſe, niſi auferatur cauſa eius, non erit intelligibile. & id , quod eſt intelligibile, cum non conſyderatur cauſa eius,non exit ab eo , ꝙ ſit intelligibile.& peruenire ad finem huiùs termini, eſt obſcuritas eis.poſtquã exiſtimauerunt ꝙ ipſi declarant per viam demonſtrationis id, quod dixerunt, & peruenit ſermo eorum ad ablátionem abſolutam.nam ablatio quiditatis eſt ablatio verificationis , & non remanet cum ablatione verificationis niſi dictio ipſius eſſe, & non habet nomen omnino , cum non refeiatur ad quiditatem . Si vero dixerit verificatio eius eſt ꝙ ſit neceſſarium,& eſt quiditas ipſa, Dicimus nihil aliud eſt neceſſarium, niſi ablatio cauſæ , & eſt negatio , qua non conſtituitur verificatio

A ſubſtantiæ: & ablatio cauſæ a verificatione eſt quid copulatum verificationi: igitur verificatio intelligitur, ita quòd attribuitur ei, quod non habet cauſam, & non conſyderatur priuatio eiús. nam nihil eſt neceſsitas, niſi hoc: ita quòd, ſi neceſsitas eſt quid additum eſſe, tunc eſt pluralitas. ſi vero non eſt quid additum, quomodo erit ipſa quiditas? eſſe enim non eſt quiditas. ſic igitur erit id, quod non eſt additum ei.

Quia Peripathetici dixerunt Deum habere eſſe, & carere quiditate, ideo hoc in loco Alga. contradicit eis. & primo proponit intentionem eius. d. ait Alga. ſecunda via reprobationis philoſophorum in præſenti trac. hęc eſt ergo intentio Alg. inducere ſecundam viã contradicendi Peripatheticis, (videlicet quia.) Cũ poſuit eius intentionem, nunc exequitur: & poteſt ratio eius in hunc modum cõponi ita. oẽ intelligibile eſt ſine quiditate, ſicut priuatio ſine forma, & habitu ſenſibili: ſed priuatio ſine forma non eſt intelligibilis, qm̃ priuatio intelligitur per reſpectum ſui habitus, vt ſcis: ergo eſſe nõ intelligibile eſſe ſine quiditate. Huius itaq; apponit maiorem. d. videlicet, quia nos dicemus quod eſſe ſine quiditate ſic
B intelligibile eſt, ſicut eſt priuatio abſtracta reſpectu cuiuſdã eſſentię ſenſibilis. i. formę ſenſibilis. Debes ſcire, quod forma ſeu ſpecies rei eſt duorum, vt dicitur. 7. Meta. tex. com. 23. & 9. Meta. tex. commen. 31. primo & per ſe, ſui oſtenſiua, ſecundo & per accidens ſuæ priuationis demonſtratiua: ideo, ſi eſt aliqua priuatio omnino abſoluta a forma, & ſecundum eſſe, & ſecũdum relationem, iſta vix intelligibilis eſt, & ideo dixit Auer. ſicut eſt priuatio abſoluta a reſpectu formę ſenſibilis: quoniam, ſi eſt priuatio aliqua abſtracta actu a forma, non tamen abſtracta ſecundum reſpectum, adhuc concipi poteſt per formę reſpectum. In propoſito ita eſt de eſſe carente quiditate: quod. n. caret quiditate, caret vniuerſalis ratione, quod caret rõne vniuerſalis, caret principio intelligendi, oĩa enim intelliguntur a nobis, prout vniuerſalia ſunt: ergo, ſi eſſe caret quiditate, & intelligibilitate etiam carere vr̃: & ſic apparet dictum Alga. (Maxime quia.) Adducit ſecundam rationem, & forte poteſt in hanc vim componi, omne verũ habet quiditatem, ſed eſſe primi eſt verũ, immo veriſsimũ: ergo eſſe primi habet quiditatẽ: huius tangit tm̃ vim minoris ſub forma dubitationis, dicens, maxime quia poſita aliqua vna ſubſtantia realiter. i. poſito quod eſſe Dei ſit ens reale: qualiter diſtinguitur ab aliqua re non habente veritatẽ? vult dicere maxima. d. diſtinguitur: ergo ens reale eſt verum, cũ non diſtinguitur ab eo. (Remotio nanq;.) Forte hic probat maiorem dicti ſyllogiſmi nunc, & poteſt in hunc modũ componi: ca-
C rens veritate, caret quiditate: ergo per contrarium habens veritatem, habet quiditatem: & ſic verũ habet quiditatem. Et forte eſt ratio principalis, & debet in hunc modum componi: omne carens veritatę eſt intelligibile, vel nullũ carens veritate eſt intelligibile: ſed oẽ carens quiditate caret veritate: ergo nullũ carẽs quiditate eſt intelligibile. Et tunc aſſumitur cõcluſio hęc ꝓ maiori: & ſuppleas hanc minorem, ſed ꝑ Peripatheticos eſſe Dei caret quiditate: ergo eſſe Dei caret intelligibilitate, & ſic nõ eſt intelligibile: primo ergo tãgit minorẽ primi. d. remotio nanq; quiditatis remotio veritatis eſt: eſt ergo minor, oẽ carens quiditate caret veritate. deinde accipit maiorẽ. d, & remota veritate ens deinde intelligibile nõ eſt: eſt ergo maior, nullũ carens veritate eſt intelligibile. Et tunc apponit cõcluſionẽ, vel eius vim, d. ergo tm̃ valet id, quod dicunt, quantũ dicere eſſe non in ente. i. eſſe non ens, vel non intelligibile ſimpl'r: & per conſequens nihil eſſe: quod eſt contradictio: & tunc tu apponas reliquũ ſyllogiſmi. (Et declaratio huius eſt.) Apponit aliã rõnem, & põt in hũc modũ induci: ſicut hõ cauſatus a Deo eſt ſine veritate, ita Deus erit ſine veritate: ſed homo ſine veritate, & quiditate eſt non ens: ergo Deus ſine quiditate & veritate eſt non ens: huius primo oſtendit qualiter eſt poſsibile intelligere hoĩem, & Deum in aliquo cõi conuenire, & in aliquo proprio differre. deinde ponit vim concluſionis, dicit ergo, & declaratio huius eſt: quia, ſi homo eſſet intelligibilis, i. ens, poſſet eſſe ſimiliter cauſatus, ſcilicet

a Deo ſine veritate: quoniam effectus gerit, vel gerere pōt ſui cauſę ſimilitudi- D
nem, et ſic cōicaret cum primo, inquantum non habet veritatem neq; quiditatē,
& differret ab eo in eo, ꝙ cauſatum eſt a primo, & primum minime.i. nullo mō
eſſet cauſatum: patet ergo ꝙ id, quod dr̄ de primo, dr̄ de cauſato. Et tunc appo-
nit concluſionis vim.d. concluditur ergo ꝙ ipſorum error eſt finis.i. vltimus, &
maximus: quia ponit puram ſeparationē ſeu remotionem, ergo ambo erunt non
entia: cuius cauſam dicit, quia remotio quiditatis ſup. ab aliquo eſt totalis remo-
tio.i. eſt remotio ſimpliciter ab ente, & ſic nihil: ergo in Deo non remanet niſi
nomen eſſe, & non in re. ſicut Sor. mortuus habet tm̄ nomen Sortis, licet in re
non ſit ille. (Et ſi forte.) Inducit ſolutionem philoſophorum dicens, &, ſi forte
aliquis diceret quod veritas ipſius Dei eſt quod ipſe eſt neceſſarius, et hęc eſt ſua
quiditas.i. neceſsitas eſt Dei quiditas. (Nos vero,) Obijcit ſolutioni propoſitę.d.
nos vero dicimus quod neceſsitas non eſt aliud niſi remotio cauſę ſup. facientis
contingentiam, vt dictū eſt: & remotio cuiuſdā cauſę, ſ. materię eſt conſequēs.i.
accidens ipſius veritatis: ergo oportet quod illa veritas præintelligatur ante, &
poſtea denominetur quod non habeat cauſam: ſicut homo prius eſt, quam ſibi ac
cidens adueniat: ita eſſe Dei prius debet intelligi eſſe, quā carentia cauſę adue-
niat ei: & addit, & quia ipſum, ſ. veritatem priuari ſimpliciter.i. eſſe non ens non
eſt imaginandum, ideo ſup. non caret quiditate. Reddit aūt cauſam, quare neceſ-
ſitas eſt priuatio cauſę, & inquit, neceſsitas nanq; non eſt aliud niſi hoc.i. niſi pri B
uatio: quia, ſi neceſsitas addita fuerit ſup eſſe.i. ſi fuerit quid accidentis poſitiuū,
ergo hic.i. in Deo eſt pluralitas.i. compoſitio. (Et ſi non,) quaſi dat ſecundā ra-
tionem.d. & ſi non ſup. neceſsitas eſt priuatio, qūo, & qualiter erit idem cum qui
ditate? quaſi dicat, eſt impoſsibile: accidens.n. poſitiuum non poteſt identificari
quiditati: bene aūt priuatio poteſt identificari habitui: hęc igitur eſt ſecunda via
contra philoſophos, his rationibus comprobata: vt vides.

AVEROES.

Res nō pōt primo habere eē poſtea quidditatē.

AIt Auer. Hoc capitulum totum eſt ſophiſticum. nam homines non ponunt primo eſſe abſque quiditate, nec quiditatem abſq; eſſe, ſed crediderunt ꝙ eſſe in compoſito eſt attributū, additum ſubſtantiæ eius, & ꝙ adeptum eſt hoc attributum ab agente, & crediderunt in eo, quod eſt ſimplex, non habens agens, ꝙ hoc attributum ei non eſt additum quiditati, & ꝙ ipſum non habet quiditatem diuerſam ab eſſe, non autem ꝙ non habet quiditatem omnino, vt fundauit ipſe in hoc ſermonem ſuum, contradicendo eis. Et qm̄ poſuit ꝙ ipſi auferunt quiditatem, & eſt falſum, incœpit vituperare eos, & dixit, nam, ſi hoc eſſet intelligibile, poſsibile eſſet vt in cauſatis ſit ens, non habens verificationem, quod communicaret Primo, cui non eſt verificatio. nam homines non ponunt ens non habens quiditatem abſolute, ſed poſuerunt non habens quiditatem in modo quiditatū aliorum entium. Et hic quidem locus eſt ex locis ſophiſticis. nam nomen quiditatis eſt æquiuocum. Et hæc quidem poſitio, & oē compoſitum ſecundum eam eſt ſermo ſophiſticus. nam id, quod non eſt, non attribuitur ei, ꝙ negetur aliquid ab eo, aut quòd affirmetur. Iſte igitur vir in huiuſmodi locis in hoc libro non euadit a prauitate, & ignorantia. & magis propinquum eſt prauitati, quàm ignorantiæ: niſi dixerimus quòd neceſsitas induxit eum ad hoc. Cum autem dixit quòd neceſſarium in eſſe eſt, quod non habeat cauſam agentem, non eſt verū.

A ſed,cum dicimus de eo quòd ſit neceſſarium in eſſe,eſt attributum affirmatiuum, quod ſequitur ex natura non habentis cauſam omnino, non agentem ab extra,nec partem eius. Cum autem dixit quòd neceſsitas,ſi addita fuerit ipſi eſſe,tunc eſt pluralitas. ſi vero non eſt addita,quomodo erit ipſa quiditas? eſſe enim non eſt quiditas, & ſic id, quod non additur ei. Dicendum quòd neceſsitas in eſſe non eſt attributum additum apud eos ſubſtantiæ, ſed eſt ſicut dicimus de eo,quod eſt neceſſarium, & æternum. & ſic, cum intellexerimus de neceſsitate in eſſe attributum intellectuale,non erit quid additum ſubſtantiæ. ſi vero intellexerimus de ea accidens,ſicut dicit Auicen.de ente compoſito,difficile quidem eſt vt dicatur quomodo erit eſſe ſimplex ipſamet quiditas.niſi dicatur,ſicut fit ſcientia in ſimplici ipſummet ſciens. Cũ vero intelligitur de eſſe id,quod intelligitur de vero,hæc dubia nihil ſunt. & ſic, ſi intelligitur de eſſe id, quod intelligitur de ſubſtantia.& B ſecundum hoc verificabitur ſermo quòd eſſe in ſimplici eſt ipſamet quiditas. *Eſſe in ſimplici e ipſamet qditas.*

Cum poſuit vltimam viã Algazel contra Peripatheticos, hoc in loco vult redarguere illum:& primo ponit peccatum eius quantũ ad id,in quo ſuſtentatur,et inquit. Dicimus nos ꝙ oĩa iſta verba ſunt ſophiſticalia,quia philoſophi non dicunt quod primũ principiũ habeat eſſe ſine quiditate,neq; quiditatem ſine eſſe: immo opinati ſunt,quod eſſe compoſiti eſt denominatio addita.i.accidens additum ſuper ſubſtantiam,& quod hęc denominatio accidit ei ab agente : ergo id, quod ſupponit Algazel in eius via contra Peripatheticos,error eſt.(Et putãt.) Quia dixit partem opinionis Peripatheticorum,in qua errauit Alg.bonitate doctrinę inducit alia,quę Peripathetici dicunt ad cõplendum opinionem illorum, & dicit:& etiam putant quod id,quod eſt ſimpliciter, & abſque agente,nõ habet dictã denominationem additam ſuper quiditatem, & ꝙ quiditas eius nõ differat a ſuo eſſe:quia,igitur ſolus Deus eſt ſimplex.i.a ſe,& caret agente:& ideo ſolum ibi eſſe,& quiditas ſunt vnum oĩbus modis:& addit,nõ quod habeat quiditatem,immo eſt ipſa quiditas:cuius contrarium dicit hic homo , qui fundauit ſe nomine philoſophorum in ſuis verbis , non videndo verba philoſophorum. Debes ſcire,quod quiditas põt duobus modis conſiderari. vno modo, vt quidi- C tas eſt,alio modo, vt quiditas diuerſa ab eſſe: ſtat ergo eſſe priuari quiditate, vt diſtincta,quod tñ non priuatur quiditate:Deus ergo non priuatur quiditate abſolute,ſed quiditate diſtincta a ſuo eſſe, eo quia quiditas ſua non eſt diuerſa ab eſſe ſuo:& quia Alg.ignorauit hanc diſtinctionem, ideo opinio philoſophorum latuit eum. Secundo debes ſcire,quod differt multum quiditas ab habente quiditatem,ſicut definitio,& habẽs deffinitionem differunt: dicit.n. Auer.7.Meta. com.40. deffinitio eſt vnum cum definito ſecundum prędicationem , non quia ipſa deffinitio quę eſt forma,eſt ipſum definitum, quod eſt habens formam:hoc dicit.8.Meta.com.9.bene ergo dicit Auer. ꝙ Deus non habet quiditatem , qm̃ eſt ipſa quiditas: eſſe enim in eo oĩbus modis eſt ipſa quiditas : ideo verificatur dictũ eius hic:ſed qũo ſit hoc com.39.12. Met.habet declarari: & ego dixi ibi in expoſitione mea . (Vnde poſito ꝙ ipſi.) Cum in parte opinionem philoſophorum prędixerit,vult ex hoc inferre peccatum Alga . & inquit, vnde poſito quod ipſi remoueant quiditatem,quod eſt ſup. verum , vt modo diximus.ſ. non quod abſolute remoueant,ſed ſub ratione diſtinctionis:falſo,id eſt,male incœpit redarguere eos.d.hoc verbum,videlicet, & ſi hoc eſſet intelligibile,ſ.ꝙ ſit eſſe ſine quiditate,poterit ēt dici de cauſatis,quod communicent cum primo, inquãtum non habent veritatem : hoc remouet.d.& philoſophi non ponunt ens ſine quiditate abſolute,ſed dicunt quod prima cã non habet quiditatem ſimilem qui-

Dupliciter quiditas cõſideratur.

Differt quiditas ab habente quiditatem.

diratibus aliorum entium, ergo vult quod quiditas Dei non ſit ſimilis quidita- D
tibus rerum: cum quiditas Dei non ſit diuerſa ab eſſe, quemadmodum eſt in reli-
quis entibus. (Vnde error.) Conducit modo locum ſophiſticationis.d.vnde er-
ror huius loci ſumitur a vocabulo quiditatis, quod eſt nomen ęquiuocum, dicitur
enim quiditas æquiuoce de quiditatibus generabilium, & Dei, vt ſatis declaraui
in expoſitione commen.9.tertij de Anima. Patet ergo.) Cum dixit locum erran
di, oſtendit quomodo propter illud errauit Algazel.d. patet ergo quod verba
huius hominis, & omnia, quę ſuper ea fundantur, ſophiſticalia ſunt, eo quia ra-
dix eorum mendoſa eſt: & apponit ratione, & quaſi dicat, quod philoſophi non
poſſunt dicere abſolute eſſe Dei eſſe ſine quiditate: id enim, quod eſſet priuatū,
id eſt, omnino quiditate carens, nequit, id eſt, non poteſt denominari a priuatio-
ne alicuius ab eo. Verbi gratia, chimera non poteſt dici lapis, neque non lapis,
neq; ab affirmatione cuiuſdam in eo, id eſt, de puro priuatiuo non prædicatur,
neq; affirmatiue, neq; negatiue: quod intelligo prędicatione ex natura rei. (Sed
id, quod,) Cum hęc dixit, nunc accedit ad ſecundum, ſcilicet ad reprobandum
aliud eius dictum: & primo narrat eius peccatum, et inquit, ſed id, quod dixerat,
videlicet, quod id, quod neceſſarium eſt idem eſt quod non habens cauſam agen
tem: voluit enim Alga. quod neceſſarium dicitur per carentiam cauſę cuiuſcun-
que generis cauſę. (Dicimus quod non.) Reſpondet illi, dicens, dicimus quod E
non eſt verum: immo, quando dicimus neceſſarium eſſe, eſt denominatio affir-
matiua conſequens naturam, nullam habens cauſam agentem de ſe, neq; extra
ſe: vult ergo Auer. quod neceſſarium non eſt pura priuatio omnium cauſarum, et
pura negatio, vt dicit Algazel, ſed ſit poſitiuum quoddam ſequens naturam il-
lam, cuius eſt: non tamen habens cauſam ſuę conſecutionis: & hoc declaraui ſu
pra in diſputatione tertia, neque opus eſt ſemper reiterare idem, quando intelli-
gitur per ſe. (Hoc etiam quod.) Nunc ad tertium tranſit dictum, & proponit id
in ſumma, & inquit, hoc etiam, quod dixerat, videlicet quod ſi neceſsitas addita
fuerit ſuper eſſe, ergo hic, id eſt, in Deo eſſet pluralitas: & ſi non, qualiter er-
go, &c. id eſt, qualiter erit idem cum quiditate. (Dicimus nos.) Hoc in loco ſol-
uit, & inquit, dicimus quod eſſe non eſt denominatio addita ſuper ſubſtantiam
apud philoſophos; & exponit quid intelligit per eſſe, dicens, & tantum valet
eſſe apud eos in Deo, quantum dicere quod eſt neceſſarium & ab ęterno: eſt, ſ.
eſſe neceſſarium, & æternum. Tunc tranſit ad formam, & inquit, vnde, ſi quan-
do nos dicimus neceſsitatem, diceremus, & intenderemus pro eo denominatio-
nem mentalem, id eſt, accidens non diuerſum re, ſed ratione ab eſſentia, non erit
quid additum ſuper ſubſtantiam: ſed, ſi intenderemus pro eo accidens, ſcilicet di
uerſum ſecundum rem ab eſſentia Dei, ſicut ait Auicen. de ente compoſito, in
quo dicit neceſſe eſſe additum eſſe illi ab extrinſeco, & in ſui natura eſſe contin F
gens, vere eſſet difficile dicere qualiter ſimplex ſit idem cum quiditate, & neceſ
ſitas eadem ſup. cum eſſentia: niſi dicatur, ſicut ſcientia in ſimplici eadem eſt cū
quiditate ſcientis, vbi eſt identitas non ſimpliciter, ſed in ſubiecto. ſed quando
intelligitur de eſſe id, quod intelligitur de ſubſtantia, id eſt quando per ipſum
eſſe intelligitur idem, quod quiditas ſimpliciter, tunc ſine aliqua ambiguitate re-
mouentur prædicta dubia, vt viſum eſt. & tunc, quaſi recapitulando inquit, pa-
tet ergo ꝙ hoc modo verificatur ꝙ eſſe ſimplex idem eſt, quod quiditas, ſcilicet
in Deo, & quomodo eſſentia, & eſſe idem ſint in Deo, & quomodo neceſsitas
eſt quid poſitiuum conſequens eſſentiam, dicta ſunt in diſputatione tertia, & con
tinue in alijs diſputationibus: & tu inſpice ibi.

DE DIMINVTIONE EORVM CIRCA CONSTITVTIONEM PROBATIONIS, QVOD PRIMVM NON SIT CORPVS.

ALGAZEL.

AIT Alga. & dicimus quòd hoc dirigitur ad eum, qui tenet ꝙ corpus eſt innouatum, ex eo ꝙ non euadit ab innouationibus, & omne innouatum indiget
B innouante. Vos autem, cum intelligitis per corpus antiquum id, quod non habet principium entitatis, cum hoc, ꝙ ipſum non euadit ab innouationibus, quid prohibet quin ſit primum corpus, aut Sol, aut orbis exterior, aut alius? Si autem dixerit, quoniam corpus non erit niſi compoſitum diuiſibile in partes quantitatiuas, & ad materiam, & formam diuiſione eſſentiali, & ad attributa, quibus appropriatur abſque dubio, ita ꝙ diuerſificatur ab aliis corporibus. ſin autem, eſſent corpora æqualia, in eo ꝙ ſunt corpora. neceſſarium vero in eſſe eſt vnum, non recipiens quidem diuiſionem aliquo horum modorum omnium: Dicimus quòd iam deſtruximus hoc vobis, & declarauimus quòd vos non habetis probationem in hoc, niſi quòd aggregatum, cum indiget aliqua pars eius aliã, eſt cauſatum. Et iam locuti ſumus de eo, & declarauimus ꝙ, cum non ſit abſurdum conſyderare
C compoſitum abſque compoſitore, & conſyderare entia abſque inuentore. nam ablatio numerationis, & ſecundationis, fundaſtis eam ſuper ablationem quiditatis diuerſæ ab eſſe. & quod eſt fundamentum vltimum, iam id ruinauimus & declarauimus induſtriam veſtram in eo. Si vero dixerit, corpus, ſi non habuerit animam, non erit ei agens: &, ſi habuerit animam, tunc anima eius eſt cauſa eius: igitur nō erit primum: Dicimus anima noſtra non eſt cauſa eſſe corporis noſtri, nec anima orbis tantum eſt cauſa eſſe corporis eius apud vos, ſed ipſi inuenerunt cauſam aliam: &, cum poſſibile ſit eſſe eorum antiquum, poſſibile eſt vt non ſit eis cauſa. Si autem dixerit quomodo euenit congregatio animæ, & corporis, dicimus quòd hoc eſt ſicut ſermo dicentis, quomodo euenit eſſe Primi. & dicitur ꝙ hæc eſt interrogatio de innouato. id vero, quod nunquam defecit eſſe, non dicitur de eo quõ euenit. & ſic corpus, & anima eius, cum nõ defecerit eſſe vnumquodq; eorum, non eſt abſurdum quin ſit agens.

SIcut dixit vobis, Auer. multas compoſitionis ſpecies a primo propoſuit remo D
uere. tranſit ergo ad remouendum compoſitionem corporalem a primo: & ſicut dixi, compoſitio corporalis poteſt duobus modis intelligi. vno modo ex partibus continuis facta, ſiue eiuſdem, ſiue alterius rationis. & hanc tangit, cum dicit, quod ipſe Deus non ſit corpus. ſecundo modo ex partibus qualitatiuis, ſcilicet eſſentialibus, Verbi gratia, ex materia & forma. & hanc tangit, cum dicit, neq; corporeus. hos duos modos compoſitionis intendit Auer. hoc in loco ſcrutari. primo ergo inducit Alg. vim argumenti philoſophorum, & poteſt in hunc modum componi. omne corpus eſt nouum. primus motor non eſt nouus. ergo primus motor non eſt corpus. maior probatur in litera, & componitur in hunc modum. omne indigens nouitatibus, eſt nouum. omne corpus indiget nouitatibus: ergo omne corpus nouum. maior ſyllogiſmi principalis, ſcilicet di. primus motor non eſt nouus, hoc modo declarari poteſt ex litera. omne nouum exigit innouans. primus motor non exigit innouans: ergo primus motor non eſt nouus. inquit ergo, ait Alg. hęc opinio ſup. quæ apparet in diſputationis titulo, bene poteſt, & optime affirmari iuxta opinionem. d. ꝙ omne corpus eſt nouum. & hæc fuit maior ſyllogiſmi principalis. minor ſuppleri debet in modum, quem feci. Deinde accepit probationem huius, & tantum minorem illius, & inquit, prout illud corpus non euadet continue a nouitatibus, & iterum huic pręponas maiorem. Deinde accepit probationem minoris, & huius tantū iterum accepit maiorem, & inquit, & quodlibet innouatum exigit innouantem. & iterum perficias hunc, vt reliquum. (Sed ꝙ ſit.) Cum propoſuit opinionem Peripatheticorum, & fundamentū eorū narrauit, hoc in loco incœpit debilitare ipſum, & vult qd corpus pōt intelligi duobus modis. vno mō pro generabili & corruptibili. alio mō pro ęterno, alterius rōnis ab illo poſſet itaq; dici fundamentū pdictū cogere primū motorē nō eſſe corpus nouū generabile. ipſum tñ eſſe corpus antiquū alterius rationis non cogeret. inquit ergo, ſed ꝙ ſit corpus antiquum ab æterno, licet continue recipiat innouationes, hęc opinio non affirmat. cuius rationē inquit, quare enim eſt negatum ꝙ primum entium ſit firmamentum, vel ſol, vel alius orbiū? quaſi dicat, ratio non demonſtrat. ex vi ergo rationis tantum habetur, primū non eſſe corpus generabile. ipſum tamen eſſe corpus antiquum alterius rationis non habetur. (Et ſi.) Hoc in loco inducit adhuc aliam philoſophorum argumenti dicti confirmationem, & poteſt in hunc modum componi. omne corpus eſt cōpoſitum diuiſibile in partes quantitatiuas in materiam & formam realiter, & in accidentia propria, quibus differt ab alio ſui generis. Tunc ſuppleas minorem, ſed primus motor non eſt corpus diuiſibile, &c. ergo primus motor non eſt corpus. huius accepit maiorem tantum, & inquit, & ſi aliquis diceret forte, ꝙ prima cauſa non eſt corpus. hęc eſt concluſio. et accepit maiorem. d. quia omne corpus F
eſt compoſitum, & diuiſibile ad partes quantitabiles intellectualiter, id eſt ſecundum deſignationem ſaltem, & ad materiam & formam realiter, & ad denominationes, id eſt accidentia, in quibus appropriatur, id eſt quę ſunt propria, per quę differt ab alijs corporibus. (Dicimus nos.) Remouet hanc confirmationem, & inquit. Dicimus nos, ꝙ omnia iſta caſſauimus, & oſtendimus in præcedentibus, ꝙ nullam habent auctoritatem ſuper hoc. vult dicere, ſicut dictum eſt, ꝙ philoſophi nullam habent probationem ad probādum neceſſe eſſe non eſſe corpus: quoniam neceſſe eſſe, vt dictum eſt, nihil aliud eſt niſi ens carens cauſis agētibus: modo hoc poteſt verificari de corpore, & non corporeo. corpus enim cœleſte, ſi eſt neceſſe eſſe, caret agente, & motor eius etiam caret agente. ergo argumentum hoc fuit optime ſolutum. Ad formam ergo poteſt negari minor, ſcilicet dicens ꝙ primus motor non ſit corpus compoſitum, &c. (Etiam declarauimus.) Illa minor non probatur hic, ſed ſuperius fuit in hunc modum probata. omne corpus compoſitum diuiſibile ſecundum quantum, & materiam & formā, habens accidentia propria, habet agēs: ſed primus motor non habet agens, &c. ideo hoc in loco perſoluit probationem illam factam ſuperius, & inquit. Et iam declarauimus, ꝙ ſicut non eſt negandum ponere ens non habens dans ſibi eſſe, id eſt ens carens agente, Verbi gratia, apud Peripatheticos Deus enim eſt ens

carens

A carens agente. ſimiliter, non eſt negandum ponere compoſitam nō indigens cõponente, id eſt ita poteſt fingi aliquod primum compoſitum a ſe ſine componente illud. quoniam, ſicut in entibus datur primum ens a ſe, ita in componentibus & compoſitis debet dari primum compoſitum a ſe. aliter in compoſitis eſſet pro ceſſus in infinitum. tandē concludit. d. tandem ſup. diximus ꝙ omnia veſtra ędificia irruimus. (Et ſi.) Iterū ſecūdo inducit alteram, & ſecundam confirmationē Peripatheticorum, & inquit, et ſi aliquis veſtrū diceret, ꝙ illud corpus, quod primū ponitur, aut eſt animatū, aut nō. ſi non: contra arguit. d. eſt impoſsibile ꝙ ſit agens. quod intelligo ſimpliciter, quoniam omne agens, vel eſt naturale, vel rationale: & non pōt poni agens naturale: quoniam, tunc daretur agens altius eo quia agens naturale dirigitur ab agente rationali, opus. n. naturæ opus eſt intelligentiæ. 12. Me. com. 18. ſi rationale, ergo eſt animatum. ſi eſt animatum, ergo vna pars eius, ſcilicet anima, cauſa erit alterius partis. &, ſi ſic: ergo illud corpus non erit primū, ſ. quia habet aliud prius, a quo dependet, ſcilicet animam eius. (Dicimus.) Soluit hoc. d. dicimus ꝙ anima non eſt noſtri corporis cauſa, & per conſequens, nec anima orbis ſimiliter cauſa eſt ſui corporis apud nos, immo ambo habent eſſe ab extrinſeca cauſa, id eſt immo compoſitum noſtrum habet eſſe ab extrinſeca cauſa. inquit modo, & poſtquam poſsibile eſt ꝙ anima orbis, & orbis ſint ab æterno, ergo poſsibile eſt vt ambo ſint incauſata. Breuiter ergo di- Tertia q̃ō.

B cendum, ꝙ anima Cœli non eſt cauſa Cœli, neque totum conſtitutum ex anima & corpore Cœleſti eſt cauſatum, cum ſit æternum. ergo Cœlū eſt primū cõpoſitum carens componente. Debes ſcire, ꝙ Alga. in hoc dubio debilitauit viā Ariſt. in 8. & 12. Metaphyſi. erat enim via Ariſto. hæc, ſcilicet omne corpus, vel virtus in corpore eſt finitū in tempore. primus motor non eſt finitus in tēpore, mouet. n. per infinitū tēpus: ergo primus motor nō eſt corpus, neque virtus in corpore. Obijcit ergo Alg. ſubtiliſsima obiectione: dicendum maiorem tantum veram eſſe de corpore generabili & corruptibili, & non de cordore æterno alterius rationis. hoc enim corpus eſt infinitū in tempore, cum ſit antiquum, & alterius rationis a caduco. Et hęc quidē obiectio eſt fortiſsima: & Ioan. Grammaticus adduxit ſecundam obiectionem huic, & eſt multum diffi cilis, vt confitetur Auer. in 8. & ego in hac diſputatione apertam ambas has obiectiones ſecundū poſſe meum loco eius in ſequentibus.

AVEROES.

C AIt Auer. Qui autem non habet probationē, ꝙ primum non ſit corpus, niſi ex eo ꝙ verificatum eſt ei, ꝙ omne corpus eſt innouatum. O quā debilis eſt probatio eius, & quā eſt remota à natura probãtis ea, ex eo ꝙ præceſsit ꝙ probationes eorum, ſuper quibus ædificauerūt ꝙ omne corpus eſt innouatū, ſunt probationes diuerſæ. & quāto magis eſt dignius, quā cõceſsio cõpoſiti antiqui, vt recitaui tibi de ſecta Aſſaria, quæ concedit eſſe corpus antiquū. q̄m aliqđ erit accidens antiquū, quod eſt compoſitio exēpli gratia. & nō verificatur demonſtratio eorū, ꝙ omne corpus ſit innouatū. nam ędificauerūt hoc ſuper innouationē accidentiū. Philoſophi aūt Antiqui nō admittūt eſſe corpus antiquum ex ſe, ſed ex alio. quare impoſsibile eſt apud eos, quin ſit ens antiquum ex ſe, quo eſt corpus antiquius antiquum. ſed, ſi tranſtulerimus hic ſermones eorum, eſſent topici, & declarabūtur in loco proprio. Cum autem dixit in dubitatione, contra hoc dicimus, ꝙ nos deſtruximus hoc contra vos, & declarauimus quòd nō eſt vobis probatio de hoc, niſi quòd aggregatum, cum indiget aliqua

Probatio q̄đ Deus non ſit corp' eo q̄m omne corp' eſt innouatū apud philoſophos ē debilis.

-ars eius alia, eſt cauſatum.i.ꝙ iam dixit ſuperius ꝙ non habent probationem, ꝙ neceſſarium in eſſe ex ſe non ſit corpus. quoniam eſſe neceſſarium in eſſe ex ſe, eſt ꝙ non habet cauſam agẽtem. Et quæro vnde prohibuerunt eſſe corpus non habens cauſam agentem? & magis inconuenienſ eſt, cum ponitur corpus ſimplex, non diuiſibile, nec in quantitate, nec in qualitate, demum compoſitum antiquum abſque compoſitore, & eſt contradictio vera, à qua non poteſt ſe ſaluare, niſi ſermonibus topicis. & totum, quod eſt Alga. in hoc libro contra Philoſophos, & Auicennæ, ſunt ſermones topici, ex æquiuocatione nominum, quibus vtuntur: quare non eſt protelandum in hoc. Cum autem dixit, reſpondens pro ſecta Aſlaria, antiquum ex ſe non indiget cauſa qua erit antiquum: &, cum ponimus antiquum ex ſe, & ponimus ꝙ ſubſtantia ſit cauſa attributorum, tunc ſubſtantia nõ erit antiqua ex alio. Dixi ꝙ ſequitur ei vt antiquum ſit compoſitum ex cauſa, & cauſato, & ꝙ attributa ſint antiqua ex parte cauſæ, & eſt ſubſtãtia. &, cum cauſatum non eſt conditio in eſſe ſui, ergo antiquum eſt cauſa. & dicimus ꝙ ſubſtantia exiſtens ex ſe eſt Deus glo. & attributa ſunt cauſata. & ſequitur eis vt ponant cauſam antiquam ex ſe, & res antiquas ex alio: & hoc aggregatũ eſt Deus. & hoc idem eſt, quod ipſi negauerunt contra dicentem ꝙ Deus eſt antiquus ex ſe, & mundus eſt antiquus ex alio, ſ.à Deo. ipſi vero dicũt ꝙ antiquum eſt vnũ. ergo hoc totum eſt in vltimitate contradictionis. Cũ aũt dixit, ſi ponimus ens abſq; inuentore, eſt ſicut ſi ponimus compoſitum abſque cõponente: & ponere vnũ ens huiuſmodi, aut plura, non eſt falſum in conſyderatione intellectum, eſt totũ ſermo inuolutus. Nam compoſitio non determinat componẽtem, qui ſit etiã compoſitus, adeo ꝙ deueniat ad cõpoſitum ex ſe: ſicut cauſa, cũ fuerit cauſata, deuenit ad cauſam non cauſatam. nec etiã, cũ inducit demonſtratio ad ens abſque inuentore, poteſt declarari demonſtratiue ex hoc ꝙ ſit vnum. Cũ autẽ dixit ꝙ, cum aufertur quiditas, aufertur compoſitio, & ꝙ hoc facit affirmare compoſitionem in primo, non eſt verum. quoniam Philoſophi non auferunt quiditatẽ à primo, ſed auferunt ꝙ ſit ibi quiditas mo do quiditatis cauſatorum. & hoc totũ eſt ſermo topicus fallax. Et iam recitauimus in ſermonibus noſtris ſermones rhetoricos, qui dicuntur in hoc libro, ſecundũ radices Philoſophorũ, in declaratione ꝙ primũ non ſit corpus: & ſunt ꝙ poſsibile inducit ad ens neceſſarium: & quòd non emanat poſsibile à neceſſario, niſi mediante ente, quod eſt aliquò modo neceſſarium, & aliquo modo poſsibile: & eſt corpus cœleſte, & motus eius circularis. Et eſt ſufficientius id, quod dicitur ſecundum radices eorũ, ꝙ omne corpus potẽtia eius eſt finita: & hoc corpus adeptũ eſt potentiam infinitam in motu ab ente, quod non eſt corpus.

Quõ philoſophi negãt quiditatẽ à primo.

Poſitio arabum.

Debes ſcire quod philoſophi arabes, vt Aui. Auempa. & Alpha. & multi ex græcis, vt Ioan. Philopo. Simplicius, & Themi. credũt quod corpus, & corpus nouũ cõuertantur, eo quia omne corpus nouũ, et omne nouũ corpus, eſt corpus, & hi expoſitores, cũ remouerũt a primo rationẽ corporis noui, credũt ab eo re-

A motã eſſe rationẽ cuiuſcũq; corporis,& per cõſequens primũ credũt eſſe peni-
tus ſeparatũ a materia,& a corporeitate. Inquit modo Auer. dicimus nos, quod
qui non habet demonſtrationem, quod prima cauſa non ſit corpus, alio medio
ſup. firmatam,niſi quod quodlibet corpus eſt innouatum, ſicut philoſophi præ-
dicti dixerunt, valde diſtant a veritate,& a demonſtrationis natura: &, qua ſi
velit, quod contra eos valet obiecto Alg. cum in vno fundentur impoſsibilia.
(Quia in præcedentibus.) aſsignat cauſam,& inquit. Quia in præcedẽtibus de-
claratum fuit,quod ſuppoſitiones iſtorum, in quibus fundant ſe ad concludendũ,
quod omne corpus eſt innouatum,ſunt debiles, & erroneæ: maxime, quia ipſi
fundant ſe ſuper innouationem accidentium.arguerent enim, omne corpus eſſe
nouũ:propterea,quia ei accidentia innouantur, vt viſum eſt. (Sed philoſophi.)
apponit ergo veram ſolutio. vbi debes ſcire, vt dictum eſt in lib. de ſubſtantia
orbis,quod corpus æternum,& generabile habent aliquod commune, & habẽt
differentiam: commune quidem eſt habere agens, nullum enim corpus eſt a ſe,
& ideo omne corpus habet agens,& cauſam ſui eſſe.differunt autem, quoniam
corpus generabile habet agens naturale, per tranſmutationem & alterationem Cõuenictia,
agens. Corpus æternum habet agens, quaſi æquiuocum: eo quia de ratione agẽ- & differẽtia
tis Cœleſtis non eſt niſi, vt ab eo dependeat corpus, vt dictum eſt primo Cœ. corpis æter-
commen. 20. & alibi. hoc autem non probat Auer. ſed ſupponit eſſe declaratũ: ni, et gñalis.
B poteſt ergo demonſtratio Ariſto. in hunc modum cõponi: omne corpus, vel vir-
tus in corpore eſt ab alio: primus motor non eſt ab alio: ergo primus motor non
eſt corpus; inquit ergo, ſed philoſophi antiqui non concedunt eſſe corpus anti-
quum per ſe, id eſt, a ſe ſine agente, ſed per aliud, id eſt, ab alio, vt diffuſe decla-
ratum eſt in ipſorum libris. (Sed id, quod.) Cum aliqualiter rationem Ariſto.
expoſuit, vult tranſire ad dicta Alga. & inquit, ſed id, quod dixerat quod ipſe
caſſauit omnia iſta in præcedentibus,&c. intendit dicere, ꝙ philoſophi nullam
habent probationem, quod neceſſe eſſe non ſit corpus. & hoc oſtendit ſecundũ
Alga. d. intentio namque neceſſe eſſe de ſe eſt ꝙ non habeat cauſam agentem.
modo hoc, ſ. carere cauſa poteſt eſſe commune corpori, & enti primo. qualiter
ergo eſt impoſsibile ponere corpus non habens agentem cauſam, maxime poſi-
to corpore ſimplici indiuiſibili ſecundũ rem in quantitate,& indiuiſibile ſecun-
dum rem in qualitate. tandem dici poteſt, quod antiquum cõponitur non habẽs
componens. & ſup. quia ſi haberet componens, ergo eſſet aliud corpus ſupra
illud,& iterũ illud haberet componens,& ſic in infinitũ. Hanc obiectionẽ ſol-
uit Auer. d. & nos dicimus quod hæc obiectio acerrima eſt,& difficilis ad ſoluẽ-
dũ. & non poteſt ſolui niſi cum dictis topicalibus. (Amplius.) Et ſi obiectio ſit
difficilis, ſoluit tamẽ, & negat illud, ſ. quod detur cõpoſitum a ſe, & inquit, am-
C plius id, quod dixit, videlicet ꝙ quando ponimus ens ſine dante eſſe ſibi, tm̃ va-
let, quantũ dicere cõpoſitũ cõponens nõ habens,&c. dicimus ꝙ ſunt verba er-
ronea. & rationẽ inquit. d. quia compoſitio nõ infert cõponens eſſe cõpoſitum,
immo peruenit ad aliquod incõpoſitũ, i. agens ſeparatũ de ſe. vt, ſi. i. ſicut aliqua
cauſa cauſata peruenit ſine dubio ad cauſam incauſatam. (Et licet.) Tunc tran-
ſit ad formã, arguebatur. n. hoc modo. ſicut datur primũ ens a ſe, ita primũ cõpo-
ſitũ a ſe. ſoluit. d. & licet probatũ fuerit per demonſtrationem, quod ſit ens ſine
dante ſibi eſſe, i. ꝙ detur ens primum a ſe. ſequitur quod ſi daretur, ex hoc ſup.
agens compoſitionem, quod ſit vnum, id eſt ſimplex. Et forte litera errata eſt a
tranſlatore, vel ſcriptore. & debet dicere, non ſequitur ex hoc quod ſi daretur
componens, vt non ſit vnum. i. ſimplex: qm̃ primus motor eſt primum cõponẽs,
id eſt, primum agens compoſitionem, & primum ens.

SED, hoc in loco ſunt qõnes. Prima quæſtio eſt, qm̃ non videtur ſolu. Auer.
cõueniẽs argumento Alga. Secunda quæſtio, videtur ꝙ quæſtio Ioã. Grãmati-
ci nõ ſoluatur ex his. Tertia qõ eſt, quia vr̃ ꝙ debeat dari primũ compoſitum
a ſe, ſine agente. Quod ſolu. Auer. nõ ſit cõuentẽs, oſtenditur: qm̃ demõſtratio
Ariſt. erat. omne corpus, vel virtus in corpore eſt finitũ in tpe. vel igitur Ariſt.
intelligit ſimplr̃ de omni corpore, & tũc huic maiori addo minorem. ſed corpus
Cœleſte eſt corpus: ergo corpus Cœleſte eſt finitũ in tpe; & hæc fuit obiectio

Ioan. Grammatici, quam, vt dicit Auer. 8. Phy. com. 79. & tertio ca. de ſubſtan- D
tia orbis, & 12. Me. cõ. 41. & 2. Cœ. com. 71. relinquit pro inſoluta. Si vero ma-
ior Ariſt. intelligitur de corpore compoſito tantum: tunc Ariſt. committit falla-
ciam conſequentis, arguendo, primus motor non eſt corpus compoſitum. vt con-
cluſio ſit ſui argumẽti, ergo eſt forma ſeparata: quoniam, vt dicit Alga. poſsibi-
le eſt intelligi primum eſſe ſimplex corpus, & alterius rationis a caduco. & hęc
fuit obiectio Alga. & difficilis. Sol. quam affert Auer. duobus modis peccat. pri
mo, quia commutat demonſtrationem Ariſt. ad aliam formam, quam non poſuit
Ariſto. ſecundo vero, quia nondum probauit Auer. quomodo omne corpus pen-
det ab alio, & quod nullum eſt a ſe: quæſtiones ergo Alga. & Ioan. Grammati-
ci nondum ſolutę apparent, neque ſolu. Auer. conueniens videtur. Quod autem
debeat dari cõpoſitum primum a ſe, probatur: quoniam in omni ordine oportet
venire ad primum, quia, vt ſecundo Meta. traditũ eſt, vbi non ponitur primũ,
& vltimum dici non poteſt, & vbi non eſt primum, neque vltimum, oĩa erunt
media: in omni ergo ordine oportet dari primum, igitur in ordine corporũ com
poſitorum oportet dari primum corpus compoſitum, & per conſequens a ſe, vt
Alga. dicit. Ad quæſtionem harum ſolutiones multa dixi in lib. de intelle-
ctu, & in lib. de ſubſtantia orbis, & 12. Meta. & in 8. & qui vult copioſe ſcire
mentem Auer. videat illic. Pro nunc autem, quantum in propoſito deſeruit. Pri- B
mo debes ſcire, quod Deũ eſſe corpus duobus modis intelligi poteſt. vno modo
eſſe corpus compoſitum, ſicut eſt elementũ, vel mixtum, quæ componuntur ex
materia & forma. ſecundo modo poteſt intelligi eſſe corpus ſimplex, ſicut Cœ-
lum: eſt enim Cœlum natura corporalis ſimplex, compoſitione carens ex mate
ria & forma, habet tamen compoſitionem ex partibus quantitatiuis. Ideo coe-
git Ariſto. facere duos proceſſus in octauo. vnum, quo probauit primum nõ eſſe
corpus ſimplex: alterumque, vbi probat ipſum non eſſe corpus compoſitum ex
materia & forma, neque mixtum. Prima via fuit in hunc modum compoſita:
omne, quod mouetur, ab alio mouetur: corpus Cœleſte mouetur, vt ſenſu pa-
tet, ergo ab alio mouetur. maior apparet ſaltem in natura ſimplici. dictum eſt
enim in calce diſputationis octauæ, quod corpus ſimplex vel totaliter agit, vel
totaliter recipit. Et ex hoc relinquitur, quod primus motor non ſit corpus Cœ-
leſte, vel ſibi ſimile, hoc modo. corpus Cœleſte mouetur ab alio. primus motor
non mouetur ab alio, immo nec a ſe: ergo primus motor nõ eſt corpus Cœleſte.
Secunda fuit poſita in vltimo octaui, & in hunc modum compoſita. omne cor-
pus compoſitum, vel virtus in corpore compoſito, eſt finitum in tempore. pri-
mus motor non eſt finitus in tempore: ergo primus motor non eſt corpus compo
ſitum. neutra ergo demonſtratio ſufficit ad probandum Dei impartibilitatẽ, ideo
poteſt ex vtraque fieri vna demonſtratio completa in hunc modum: omne cor- I
pus dependet ab alio, patet hoc in corpore ſimplici, dependet enim ab alio ſal-
tem in ſui operatione propria, ſcilicet motum, compoſitum autem dependet in
eſſe ab alio: eſt ergo vera maior, quod omne corpus dependet ab alio tanquam
ab agente. Sed primus motor non dependet ab alio: ergo primus motor nõ eſt
corpus. His viſis ad obiecta facile poteſt reſponderi. Ad primam dicendũ, ꝙ
in illa demonſtratione octaui, ſcilicet vltimi textus, de corpore compoſito in-
telligit: &, quando dicit, quod tunc committeretur fallacia conſequentis: dicen
dum, quod concluſio vltima octaui non eſt concluſio illius ſyllogiſmi tantum,
ſed talis concluſio eſt ſyllogiſmi, facti ex ambobus illis, quem Ariſto. ſubintel-
ligit in illo textu, quem Auerro. formauit in hoc loco. dico ergo quod conclu-
ſio ſyllogiſmi vltimi eſt, ꝙ primus motor non ſit corpus compoſitum: attamen
id, quod infert Ariſto. ex illo, eſt concluſio vtriuſque ſyllogiſmi: quando, ſcili-
cet dicit, quare primus motor neque eſt corpus, neque virtus in corpore, ſed ſub-
ſtantia impartibilis, & indiuiſibilis, & inalterabilis. Ad ſecundam patet ſo-
lu. ille enim non commutauit demonſtrationem, ſed expoſuit ſyllogiſmũ ſub-
intellectum Ariſto. vt patuit. Præterea, quomodo omne corpus dicitur ab alio,
manifeſta eſt. omne corpus vel eſt ſimplex, vel compoſitum. & ſi ſimplex, con-
ſtat illud dependere in operatione a ſua forma, vt dictum eſt in libris Ariſto. &

A ſi compoſitum, conſtat ipſum dependere a generante extrahente formam eius de potentia ad actum: & hoc Auer. ſuppoſuit. Ad tertiam dicendum, quod in omni ordine oportet dare vnum primum: ſed non oportet illud ſemper eſſe eiuſdem rationis cum medijs: & ſic in propoſito in ordine compoſitorum, quod eſt primum compoſitorum, quo nullum compoſitum eſt prius, licet ſit prius eo aliquod ſimplex. Verbi gratia primus motor, attamen primus motor eſt alterius rationis a compoſitis. & ſic intellecta ſunt dicta Auer. & ego abbreuiaui illa, quæ prolixe explanaui alibi.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens dubitationi, qua intulit ꝙ non erit agẽs apud Philoſophos, niſi orbis, qui eſt compoſitus ex anima, & corpore. Si autem dicitur, quoniã corpus, in eo quòd eſt corpus, non creat aliud, & anima copulata corpori non agit, niſi mediãte corpore, & non erit corpus medium animę in creatione corporum, B nec in productione animarum, & rerum, quæ non habent relationẽ ad corpora. Dicimus quare non erit poſsibile vt ſit in animabus anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conueniat vt reperiantur corpora, & alia præter corpora ex ea. & falſitas huius non habetur neceſſario. & non eſt demonſtratio, quæ probat eam, niſi quòd ipſe non videt hoc in iſtis corporibus nobis apparentibus. & non videre non ſignificat falſitatem. Igitur dedicauerunt enti primo id, quod non dedicatur alicui enti omnino. & non teſtificantur de eo alia. & non videre hoc in alio non ſignificat falſitatem eius. & ſic eſt de anima corporis, & corpore exteriori, aut eo, quod conſyderatur.

Cum inducit viam Ariſt. & contradictionem illius, & defenſionem, hoc in loco inducit defenſionem Alg. & primo proponit intentionem, & inquit, ait Alg. reſpondens pro philoſophis in eo, in quo cogit philoſophos concedere, quod nõ ſit aliud primũ agens, niſi corpus ſupercœleſte, quod ex anima & corpore componitur. eſt ergo inducere verba, quibus defenditur opinio philoſophorũ de primo principio, an corpus, an forma ſit ſeparata. (Et ſi.) Cum induxit intentionẽ C Alga. ponit verba eius, & inquit, & ſi aliquis diceret ꝙ impoſsibile eſt, primũ eſſe corpus: hæc eſt concluſio, quam probat tribus medijs, & primum poteſt cõponi in hunc modum, Nullum corpus creat. primum principium creat: ergo primum principium non eſt corpus. huius apponit maiorem, & inquit, corpus enim, inquantum corpus, nulla creat. & addidit inquantum corpus, quoniam ſatis eſt poſsibile ſub ratione, qua animatũ, vel viuens, vt dicetur in ſolu. dubij. (Et anima.) Inducitur ſecunda ratio, & inquit, anima non agit corpora, niſi corpore mediante, & corpus nequit eſſe mediũ ad animam in creatione, id eſt, productione corporum, immo nequit eſſe medium in attribuendo aliquid ſpeciebus animarum, vel rebus corporalibus. Poteſt ergo ex his virtus huius rationis ordiri, nulla anima agens per corpus poteſt creare corpora, vel aliud attribuere ſpeciebus animarũ. ſed primum principium poteſt creare corpora, & aliquid attribuere ſpeciebus animarum. ergo primum principium nõ agit per corpus. & ſic vult habere ipſum eſſe omnino extra corpus, vt patet. (Nos dicimus.) Inducit tertiã rationem, & primo proponit id, quod vult reprobare, ſub forma admirantis, & inquit, nos dicimus ꝙ hoc magis mirũ eſt eſſe poſsibile, ꝙ in animalibus ſit aliqua anima appropriata, in quadã proprietate. i. ſecundum quãdam naturam, ex qua talẽ habet aptitudinẽ, ꝙ ab ea reperiantur corpora, & incorpora. Debes

ſcire, ꝙ opinio, quam Alga. approbauit. ſ. d. primum principium eſſe corpus animal æternum, ſ. Cœlum, habet ponere animal tale agere corporea, & incorporea: corporea quidem, vt inanimata. in corporea, vt animas animatorum. inquit modo Alg. hoc eſſe admiratione dignũ, & affert cauſam. d. contra hoc enim nequit aliqua demonſtratio duci, licet ad ſenſum vſque modo viſum non ſit. & id, quod viſum non eſt, nequit prędicari de poſsibilitate. Debes ſcire ꝙ Alga. duo hic tangit de illo, primo id eſſe admirabile. ſecundo id eſſe impoſsibile. Quod quidẽ ſit impoſsibile, oſtendit per hoc, quia nondum viſum eſt. ſi enim fuiſſet poſsibile in tanto magno tempore egreſſum eſſet ad actũ, & per conſequens ab aliquo patrum inſcriptũ. Quod vero ſit mirũ, hoc modo oſtendit: quoniam quod eſt impoſsibile caret cauſis ſui eſſe, & quando caret cauſis ſui eſſe, non põt eſſe, & per conſequens, ſi ponitur in eſſe, admirationem cauſat. ergo opinio, quam Algaz. probauit, in tribus peccare videtur. Primo, quia primum principiũ non ageret corpora. Secundo, quia primũ principium ageret per inſtrumentũ. Et tertio, quia tũc animal aliquod eſſet duarũ ſpecierũ cauſa oppoſitarũ. ſ. corporeorũ, & incorporeorum, & ſic opinio hæc erroribus plena eſſe videtur. D

AVEROES.

A quibus eſt generatio.

AIt Auer. Dicere autem quòd corpora non creant corpora, cum intelligitur de creatione generatio erit veritas contrarium eius. nam non generatur corpus in eo, quod videmus, niſi ex corpore, nec corpus habens animam, niſi ex corpore habenti animam. quoniam non generatur corpus ſimpliciter. nam, ſi generaretur corpus ſimpliciter, erit generatio ex priuatione, non autem poſt priuationem. ſed generantur corpora demonſtrata ex corporibus demonſtratis, & cum corporibus demonſtratis. & hoc quidem, cum permutatur corpus ex nomine ad nomen, & ex definitione ad definitionem. permutatur enim corpus aquæ, exempli gratia, ad corpus ignis, cum permutatur ex corpore aquæ ad attributum. in cuius permutatione permutatur quidem nomen aquæ, & definitio eius ad nomen ignis, & definitionem eius. & hoc erit neceſſario ex corpore agenti communicante cum generato, aut ſpecie, aut genere dicto vniuoce, aut ſecundum prius, & poſterius. Attamen an permutetur indiuiduum corporeitatis appropriatum aquæ ad indiuiduum corporeitatis appropriatum indiuiduo, eſt in eo conſydera-tio. Cum autem dixit nec erit corpus medium animæ in creatione corporum, nec in creatione animarum, eſt ſermo fundatus ex opinionibus Philoſophorum ſecundum opinionem tenentis quòd tribuens formas corporum, quæ non ſunt animata, & animas, eſt ſubſtantia ſeparata, aut intellectus, aut anima ſeparata, & quòd impoſsibile eſt vt tribuat hoc corpus animatum, nec non animatum. nam, cũ ponitur hoc, & ponitur quòd cœli ſunt corpus habens animam, impoſsibile eſt eis vt tribuant formas ex iſtis formis generabilibus, & corruptibilibus, nec animam, nec aliud. nam anima exiſtens in corpore agit mediante corpore: & id, quod agit mediante corpore, non reperitur de eo nec forma, nec anima, cum non ſit de natura corporis vt agat formam ſubſtantialem, nec animam, nec aliud. & eſt ſimilis ſer-

A moni Platonis de formis abſtractis à materia, de quibus dicitur. & hęc eſt opinio Auicennæ, & aliorum ex Philoſophis Maurorum. Et ratio eorum etiam eſt, quoniā corpus agit in corpore caliditatem, aut frigiditatem, aut humiditatem, aut ſiccitatem: & hæ ſunt operationes corporum cœleſtium apud eos tantum. id vero, quod agit formas eſſentiales, & præcipuæ animales, eſt ens ſeparatum: & eſt id, quod appellant tribuens formas. Aliqui tamen Philoſophorum tenent contrarium huius, & eſt ꝙ id, quod agit formas in corporibus, ſunt corpora habentia formas ſimiles eis, aut ſpecie, aut genere. ſpecie autem ſicut corpora viuentia, quoniam agunt corpora viuentia, vt videmus in animali, quòd vnum generat alterum: genere vero in his, quæ non generātur ex mare, & fœmina. corpora autem cœleſtia apud eos ſunt, quæ tribuunt eis vitam, quoniā ſunt viuentia. & iſti habent rationes præter famoſas, quarū narratio hic non eſt locus. Et ideo dubitauit Alga. contra eos in hoc, & dixit & quare impoſsibile eſt animabus

B quin ſit eis anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conuenit vt ſint ex ea corpora, & alia à corporibus? ideſt & quare impoſsibile eſt quin ſint animabus exiſtentibus in corporibus animæ, quæ appropriātur generationi aliarū formarū habentium aīam, & nō habentiū animā. O quā eſt extranea cōceſsio Alg. ꝙ nō ſit teſtificatio de generatione corporis ex corpore, & nō eſt profectò teſtificatio præter hoc. Tu aūt debes ſcire ꝙ, cū extrahuntur ſermones Philoſophorum ab artibus demonſtratiuis, fiunt ſermones topici abſque dubio, ſi fuerint famoſi: aut inconuenientes, & extranei, ſi nō fuerint famoſi. * Et cauſa in hoc eſt, quoniam ſermones demonſtratiui diſcernuntur a ſermonibus non demonſtratiuis, cum conſyderantur in genere artis, in qua eſt ſpeculatio. & ille ex eis, qui ingreditur in definitionem generis, aut genus ingreditur in definitionem eius, eſt ſermo demonſtratiuus. & ille, in quo hoc non videtur, eſt ſermo non demonſtratiuus. & hoc impoſsibile eſt, niſi poſtquā definieris naturam huius

Hic definit antiquior.

C generis, de quo conſyderatur, & abſtrahatur modus, propter quem reperiuntur prædicata eſſentialia huic generi, à modo, propter quē non reperiuntur ei. & debet conſyderari hic modus, vt quilibet ſermo ſermonum poſitorum in illa arte, cum fuerint continue apud oculos eius. &, cum habitum fuerit in anima quòd ſermo eſt eſſentialis huic generi, aut conſequens ex conſequentibus ſubſtantiæ eius, verificatur ſermo. cum vero non conſyderatur hæc proportio intellectu conſyderantis, aut conſyderatur conſyderatione debili, tunc ſermo eſt imaginatio, non autem veritas. Quare erit differentia inter demonſtrationē, & exiſtimationem prædominantem intellectui ſubtilior conſyderatione capilli ad viſum: & occultior fine exiſtenti inter vmbram & lucē, & præcipue in rebus materialibus apud homines debiles viſu, quia miſcet in eis id, quod eſt per ſe, ei quod eſt per accidens. Quare vr quòd id, quod fecit Alga. de translatione opinionum Philoſopho-

rum in hoc libro, & aliis ſuis libris, & eam tribuit ei, qui non conſyderat in libris hominum cum conditionibus poſitis ab eis, profecto mutat naturam eius, quod eſt veritas in ſermonibus eorum, aut deuiat plurimos homines ex ſumma ſermonum eorum. & qui facit hoc, malignitas in eo prędominatur, magiſquã bonitas circa veritatem. Quare Deus glo. bene ſcit ꝙ non tranſtuliſſem in his rebus aliquem ſermonum eorum, nec permiſiſſem hoc, niſi eſſet malum eueniens ſcientiæ. & intelligo per ſcientiam conſyderationem in rebus, vt expoſtulat natura demonſtrationis. D

Quæ ſit ꝑ prie ſciẽtia.

Cum induxit defenſionem philoſophorum ſecundum Alga. hoc in loco vult videre circa illam ea, quæ bene dicta ſunt, & quæ male. Debes ergo ſcire, ꝙ creatio poteſt capi dupliciter. Vno modo, pro productione alicuius ex ente pręſuppoſito, & ſic dicitur generatio. Alio modo, productione alicuius ex nihilo ſimpliciter, & ſic dicitur creatio vero nomine. Creatio enim poteſt reſpicere terminũ a quo, & ad quẽ. ſiquidem enim reſpiciat terminum ad quem, ſic generatio dici poteſt creatio, pro quanto terminatur ad formã, quæ creatura dicitur: ſicut dicitur generatio naturalis, quia eſt via ad naturã. Si vero reſpiciat terminũ a quo, ſic ſola productio ex nihilo creatio dicitur. Oſtendit ergo Auer. in propoſito, in quo ſenſu verificatur dictũ Alga. & in quo nõ, & inquit, Dicimus nos quod id, quod non creat corpora. ſi intenderent per hanc creationem, non eſt dubium quod non eſt verum. i. dictum Alga. falſum eſt. immo totum contrariũ eſt. Cuius rationem ſubdit, & inquit, quia vt ſenſibiliter patet, corpus non generatur niſi ex corpore, & corpus animatũ niſi ex corpore animato. Et debes ſcire quod ly, ex, hic capitur, vt dicit dupliciter habitudinem. ſ. materiæ, & agentis. corpus enim indiuiduum terminatum fit ex corpore tanquam ab agente, qm̃ nihil poteſt materiam tranſmutare niſi corpus, vt dictum eſt primo Cœli cõ. 22. & 33. 7. Meta. com. 31. & in 2. capitulo de ſubſtantia orbis. ſimpliciter non fit niſi ex corpore, quoniam fit ex materia ſuppoſita forma corporis, & de genere ſubſtantię, & de genere quantitatis, vt declaraui alibi. Similiter corpus animatum, & terminatum, vt homo fit ex corpore animato tanquam ex materia, & tanquã ex agente. Tanquam ex agente quidem, quoniam homo hominem generat. 2. Phy. Tanquã ex materia vero, quoniam non ceſſant partes ſpermatis corrumpi, niſi poſtquã genitus eſt homo. primo Phyſi. commen. 62. conſtat aũt ſperma eſſe animatum, ſaltẽ in potentia, vt Auer. declarat. 7. Metaphy. com. 31. & octauo Phyſi. commen. 46. & 12. Meta. commen. 13. & 18. Si itaque creatio capitur pro generatione, ſic dictum Alga. falſum eſt, & eius oppoſitum eſt totaliter verum. (Corpus namque.) Oſtendit qualiter, ſi capitur generatio pro creatione corporis abſolute ex nihilo, dictum Alga. eſt verum. attamen minor falſa eſt. & inquit, corpus nanque abſolute non generatur. i. nõ creatur ex nihilo, qa eſſet neceſſario ex priuatione. i. ex nõ corpore ſimpliciter, & ex nihilo: eſt ergo maior vera, videlicet, nullũ corpus creat corpus ex nõ corpore. minor tamen eſt falſa, qm̃ primũ principiũ nõ creat corpus, neque aliud quicquã: qm̃, ſi creat corpus, tunc corpus fieret ex priuatione. i. nihilo. (immo corpora.) Reddit ad primũ membrũ, & inquit, immo corpora indicata, ſeu propria. i. corpora indiuidua demõſtrata, ſeu propria. i. ſignata fiunt a corporibus indicatis. i. indiuiduis demonſtratis. & oſtẽdit quomodo hoc fiat d. ex eis vi ſequentium. i. tranſmutatione accidentium permutantur: vt aqua, quæ primo in aere conuertitur, deinde in ignem: quãdoque immediate in quodlibet trãſmutatur. Debes ſcire, vt ſumitur in primo capitulo de ſubſtantia orbis, qd quando dimenſiones aquæ extenduntur, incipiunt vicinari dimẽſionibus aeris, adeo ꝙ aliquãdo fiunt nõ proprie aqua. & tũc ex aqua fit aer, & ſic iterum quãdoq; fit ignis. Similiter, quãdo frigiditas aquę remouetur, & inducitur calor, tunc fit aer ſecundum Auer. E F

Sed in hoc loco eſſe poteſt quęſtio: quoniã priuatio capi ſimpliciter,

A & poteſt capi in genere. V.g. non homo eſt priuatio, ſed non ſimpliciter, cum competat lapidi, boui, & alijs. Non ens eſt priuatio ſimpliciter, quoniam priuat totum eſſe. dico ergo ꝙ non corpus eſt priuatio in genere. quoniam, adhuc competit entia: albedo enim non corpus eſt: non propter hoc dicitur albedo non ens: ergo non corpus eſt priuatio in genere. Tunc eſt quęſtio, & quęro, ſi corpus fieri ex priuatione eſt inconueniens: vel eſt inconueniens, capiendo priuationem ſimpliciter, vel in genere. non primo modo, quoniam priuatio corporis non eſt priuatio ſimpliciter, vt dictum eſt nunc: ſi in genere, hoc non eſt impoſsibile, immo neceſſarium. quoniam omne, quod fit, fit ex ſuo oppoſito priuatiuo: vt homo ex non homine, vt primo Phyſicorum viſum eſt. Dubitatio. Debes ſcire, quod expoſitores latini fingunt materiam ſecundum nudam eſſentiam recipere formā ſpecificam: ponunt enim, quod quando materia eſt diſpoſita pro forma ignis, ſiue hominis, tunc omnes diſpoſitiones præuię corrumpuntur, & tunc in nuda eſſentia materię recipitur forma, quæ ſecundum rem eſt omnes formę. arguunt enim, quod materia prius intelligitur perfici ſecūdum formam vniuerſalem, quam ſpecialem: ſicut prius intelligitur aliquid ens, quam viuum, & viuum quā animal, et animal quam homo. &, quia quodlibet eſſe generis, vel ſpeciei conſequuntur ꝓpria accidentia illius generis, vel ſpeciei: ideo, quando materia intelligitur perfecta ſecundum rationem huius generis, quod eſt corpus, poſſunt in ea intelligi dimenſiones, quæ ſunt propria accidentia huius generis. &, quando materia intelligitur perfecta forma viui, iterū accidentia propria illi intelliguntur ei in eſſe, & ſic vſque ad formam vltimam. volunt itaq; ꝙ in vno, & eodem temporis inſtanti ſiant reſolutio diſpoſitionum pręcedentium, & inductio formæ ſpecificę, quę licet in vno inſtanti temporis inducatur, cum illa forma contineat gradus formarum ſuperiorum ſecundum ordinem rationis, poteſt intelligi formam generis pręcedere ſpeciei formam, & accidens generis ſimiliter præcedere accidentia propria formę ſpeciei. Et tunc, apud hos expoſitores oportet concedere dimenſiones quantitatiuas generari nouiter in generatione formæ ſpeciei. Et ſecundo oportet concedere ꝙ ſpecifica forma ſupponit materiam dimenſionatam ſecundum rationem, non ſecundum rem, & in hūc modum Thomas aquinas verificat dictum Auer. primo Meta. commen. 17. Et tertio oportet concedere, ꝙ nulla eſt dimenſio vna numero coeterna materiæ, & videtur ꝙ Auer. 3. cœ. cō men. 17. in fine, aſsignet rationem huius: inquit enim, & etiam contingeret huic opinioni vt ſuperficies ſint ſubſtantiæ: quoniam, quod prius eſt ſubſtantia eſt. ſ. ꝙ ſi forma corporis eſt ſuperficies, & corpus eſt ſubſtantia, digniores ſunt ſuperficies, vt ſint ſubſtantię. Ex quibus verbis aperte accipitur, ꝙ dimenſio non eſt recepta in materia prius ꝗ̄ forma ſubſtantialis. Rationes autem Thomæ ſunt

Poſitio latinorum.

B

Contra poſitionem latinorum.

C poſitæ, & ſolutę in ſecundo de Anima, in expoſitione commen. 4. & in lib. de ſubſtantia orbis. Pro nunc autem Auer. in lib. de ſubſtantia orbis remouit poſitionem hanc, & dicit: quoniam ſi denudaretur, tunc corpus eſſet ex non corpore, & dimenſio ex non dimenſione. & vult dicere quod, ſi dimenſio non eſſet materiæ coęterna, ſed de nouo fieret in materia, tunc corpus, ideſt dimenſio, vel forma dimenſionata fieret ex non corpore, id eſt ex materia nuda tanquam ex ſubiecto, in quo recipitur. Quomodo autem conſequens hoc ſit inconueniens, adduxi opiniones inuicem repugnantes in lib. de ſubſtantia orbis. & vna opinio erat: quoniam, ſi dimenſio fieret in materia ſola, ſic quod prius in ea non pręfuiſſet, tunc indiuiſibile fieret diuiſibile: quod falſum eſt: quoniam albedo nō fit nigredo, materia quidem ens indiuiſibilis diuiſibilis fieret. Pręterea, indiuiſibile non poteſt fieri diuiſibile, niſi imaginando illud indiuiſibile extendi, & fieri diuiſibile. hoc autem eſt impoſsibile, ſicut impoſsibile eſt diuiſibile fieri indiuiſibile. Præterea, diuiſibile, & indiuiſibile opponuntur. & vnum oppoſitorū non eſt ſubiectum ſui oppoſiti, vt dicit Auer. primo Phyſi. loco eius. Sed hic modus oſtendendi impoſsibilitatem conſequentis, non eſt conſonus: quoniā nulla iſtarum rationum neceſsitatem habet. Prima quidem non: quoniam, & ſi materia, quando intelligitur recipere dimenſiones, actu indiuiſibilis, ſit tamē potentia eſt diuiſibilis: & modo diuiſibile recipi in ſubiecto actu indiuiſo potētia

diuiſibili non eſt inconueniẽs,immo neceſſarium:qm̃ omne recipiens debet eſſe D
denudatum a natura recepti,ſecundo de Anima.com.67.&.3.de Anima.cõm.4.
Præterea,nec ſecunda ratio neceſsitatem habet,qm̃ indiuiſum actu,potentia ta-
men diuiſibile põt extendi.ergo põt intelligi fieri diuiſibile, non tñ econtra:qm̃
diuiſibile non poteſt eſſe ſubiectum indiuiſibilis, ſecundum fundamẽtum Auer.
Et tertia minime neceſsitatem habere videtur,qm̃ indiuiſibile ſimpliciter,& di
uiſibile ſimpliciter proportionem habere videntur:ſed indiuiſibile actu, & po-
tentia diuiſibile non opponuntur, niſi quemadmodũ priuatio opponitur habitui:
& hoc modo vnum oppoſitorũ põt recipere alterum,vt materia priuata recipit
formam. Ideo dicendum,vt dixi in lib.illo, ꝙ virtus argumenti Auer. eſt vir-
tus entimematis vnius poſt alterum.arguit enim ſic:qm̃,ſi denudaretur,tunc cor
pus eſſet ex non corpore, & dimenſio ex non dimenſione. eſt ergo primum
entimema,ſi dimenſio fieret in ſubiecto modo, ergo tunc corpus fieret ex non
corpore,& dimenſio ex non dimenſione:& tunc non ſiſtit hic,ſed apponit ſecũ-
dum entimema,& dedit inconueniens vltimum,& inquit: & tunc formę corpo-
rales eſſent contrarię,& ſuccedentes ſibi in hoc ſubiecto, ſicut eſt diſpoſitio in
formis ſubſtantialibus. Eſt ergo ſecundum entimema, ſcilicet ſi dimenſio fieret
ex non dimenſione,ergo dimenſio corrupta, & genita eſſent contrarię contra-
rietate propria,& per ſe. hoc aũt non eſt ita, qm̃ dictum eſt in prędicamentis,
commune eſſe quantitati,& ſubſtantię non habere contrarium. Põt aũt & hæc E
conſequentia vltima in hunc modum componi.omne accidens, quod corrumpi-
tur in aduentu formę poſterioris,non proprium illi,nec priori formę, contraria-
tur accidentibus ſequentibus formam poſteriorem.hęc maior patet in lib.de lõ-
gitudine,& breuitate vitę, quoniam accidens duobus modis corrumpi põt:vno
modo per viã ſequelę.V.g.vt inquit ipſe,qñ eſt accidens propriũ,ſicut corrumpi
tur riſibile ad hoĩs corruptionẽ.alio modo corrumpi põt per ſe, qñ non eſt pro-
prium accidens formę nec pręcedentis, nec ſequentis, ſed corrumpitur tũ per
ſucceſſum accidentis contrarij ſequentis formam genitam nouiter in materia.eſt
ergo maior illa vera. Tunc accipitur hęc minor, ſed dimenſio pręcedens eſt
accidens non propriũ formę priori,nec poſteriori:& per ſe corrumpitur,& ge-
neratur noua. ergo dimenſiones illę ſunt inuicem contrarię per ſe ſuccedentes
ſe in eodẽ ſubiecto,eo modo, quo ſe ſuccedunt formę ſubſtantiales: & ſic patet
conſequentia Auer. Dicendum itaq;,ꝙ corpus fieri ex non corpore eſt impoſ-
ſibile:nõ quia,tunc indiuiſibile fieret diuiſibile,ſed quia, tunc dimẽſiones eſſent
contrarię ꝓprię & per ſe,vt viſum eſt. Ad formam dicendum,ꝙ ens in genere
eſt duobus modis.vno modo cõpoſsibile cũ quolibet cuiuſcunq; gñis, vt forma
corporis.põt enim ſtare cũ quolibet cuiuſcunq; generis, vt vides. Aliud eſt ens
in genere,quod cum aliquo ſtare põt, & cum aliquo non:vt forma ignis,põt.n. F
ſtare cũ generatione,& forma leonis,& non põt ſtare cum generatione,& for-
ma aquę:tunc dicendũ,quod loquẽdo de ente primo modo,impoſsibile eſt ipſum
fieri ex priuatione ſui generis,nec in genere,nec ſimpliciter. Loquendo ſecũdo
modo, bene eſt poſsibile:qm̃,de facto homo fit ex non homine:ideo patet,cor-
pus fieri ex non corpore eſſe impoſsibile, hominẽ aũt fieri ex non hoĩe eſt ne-
ceſſariũ. Illud aũt,quod inducebatur ex tertio cœli, nihil eſt: qm̃ Auer. ibidem
poſt com.61,ſe exponit,& vult quod dimenſio non inſit corpori, ſeu materiæ
niſi pręcedat forma ſubſtantię,& in eodẽ cõ. inquit, & cã quod ſuperficies exi-
ſtat in materia eſt,quia prima forma ſubſtantialis exiſtit in ea,ſ.grauitas, & le-
uitas.i.forma corporis,quę nomine grauitatis,& leuitatis appellatur, vt clarius
intelligitur:ſed perſcrutatio de hoc,vt ſubdit, pertinet ad alium locum, ſcilicet,
limitatum de ſubſtantia orbis. & ibidem com.61.poſſet etiam in hoc loco vide-
ri quid ſit iſta interminata dimenſio, & quid terminus eius,& quomodo intelli-
gitur in materia,an actu,an potentia, & an qualitates primę tranſmutantur, qñ
formę elementorum tranſmutantur:& multa alia,quę non oportet vt hic dicã-
tur,qm̃ viſa ſunt in lib.de ſubſtantia orbis,& alibi in multis meis apologijs,vi-
de. (Sed id quod,)Cum verificauit quodammodo opinionẽ illam,& quodãmo-
do falſauit,hoc in loco tranſit ad examen ſecundi ſui dicti, &,primo repetit il-

A lud, & inquit, ſed id, quod dixit, videlicet, quod corpus non eſt mediũ ad animã,
neq; in creatione corporũ, neq; in ſpeciebus aĩarum, Subdit examen, &.d.dici
mus ꝙ hoc eſt iuxta opinionẽ quorundã philoſophorũ, qui opinati ſunt, qđ dans
formas corporũ inanimatorũ, & animatorũ eſt ſubſtantia ſeparata, vel intelle-
ctus, vel aĩa ſeparata: dans rationẽ eorũ inquit, quia impoſsibile eſt apud iſtos,
ꝙ corpus aĩatũ, vel inaĩatum poſsit dare formas. eſt ergo vna propoſitio eorũ,
nullũ corpus dat formas. deinde accepit quaſi minorẽ, & inquit, poſito ꝙ cœlum
eſt corpus aĩatum. eſt ergo minor, ſed cœlũ eſt corpus aĩatum. dedit concluſionẽ
& inquit, ergo impoſſe eſt quod illud corpus poſsit dare aliquã formã generabilẽ
& corruptibilẽ, aut aĩam, aut quãcunq; aliam formam. (Nanq;.) Hoc in loco
proſyllogizat maiorẽ, & põt in hunc modũ cõponi: nullũ agens mediante cor-
pore põt agere formas, ſeu aĩas: ſed corpus agit mediante corpore: ergo corpus
non põt agere formas, ſeu aĩas. accepit minorem, & dicit, nanq; corpus agit ſine
dubio corpore mediante. deinde accepit maiorẽ, & inquit, & quod ſic ſe habet,
impoſſe eſt quod ab eo procedat forma, neq; aĩa. cuius rationẽ replicauit. d. non
enim eſt de natura corporis, inquantũ corpus, agere ſubſtantialẽ formam, neq;
animam. Debes ſcire, quod Auer. vr̃ ſecundum illos cõmittere circulũ: qm̃ vo-
luit probare animam non agere mediante corpore, & probauit per hoc, quia nul
lũ corpus dat formas, deinde probans hanc, accepit, nullum agens mediante cor
B pore agit formas. modo hęc probatio maioris eſt concluſio, quã intendit, ergo in
opinione illorum cõmittit circulum: poteſt dici, quod hęc propoſitio eſt vniuer-
ſalior, quã concluſio declaranda. concluſio enim declaranda erat, nulla anima
agit mediante corpore. Sed probatio hęc eſt, nullũ agens mediante corpore agit
formas, &c. modo quę ſunt vniuerſaliora, ſunt notiora. ergo hic non vr̃ circulus
committi, vt patet. (Et hoc.) Comparat opinionem illam opinioni Platonis, et
inquit, & hoc eſt ſimile opinioni Pla. in formis ſeparatis a materia. Debes ſci-
re, quod ſimiliter hoc alterum, eſt quodãmodo idem, & quodãmodo alterũ. Idẽ
quidem, qm̃ quemadmodum Pla. d. formas rerum non a corporibus efflui in ma-
terijs, ſic, & hęc enunciat opinio: diuerſum quidem, qm̃ Plato conceſsit numerũ
formarum ſeparatarum ſecundũ numerũ ſpecierũ generandorum. opinio autem
hęc, vnum tñ agens omnibus ſufficere dicit: & forte opinio iſta eſt omnino opi
nio Platonis, vt Themiſtius dicit, ſed quomodo ſit hoc, forte dicam & poſt. (Et
hęc.) Cum dixit hoc inducit opinionis auctorem, & inquit, & hęc eſt expreſſe
opinio Auicen. & philoſophorum ſaracenorum ſequacium eius, qui aſſerunt id
eſt, manifeſtant ipſorum opiniones, dicentes quod corpus agit in corpus caliditã
tẽ, ſeu frigiditatẽ, ſ. illud corpus agens, quod apud eos eſt corpus cœleſte: eſt ergo
propoſitio vna, quod corpus non agit niſi qualitates, vt dicit Auer. de mente ho-
C rum. 7. Meta. com. 31. & com. 18. ſed illud, quod dat formas ſubſtantiales maxi-
me animas, eſt ſine dubio ens ſeparatũ, quod apud eos nuncupatur dans formas,
arabice tñ colcodea. (Alij vero.) Inducit opinionem veram omnino illi oppoſi
tam, & inquit, totũ contrarium iſtorũ opinantur, videlicet, quod illud, quod dat
formas corporum eſt corpus habens ſimiles formas in ſpecie, vel in genere for-
mis recipientium, id eſt, generatorũ, ideo intulit: ergo apud eos viua corpora effi
ciunt, vt aperte declaratur in aĩalibus, & in ſimilibus generabilibus eis. ſ. ex ma
ſculis & fœminis procreatis, V. g. plantis: animal enim animal genuit, & planta
plantam. (Sed illa.) Cũ dixit opinionem prędictã, ſoluit motiuum illius fortiſsi-
mum: erat. n. argumentum eius de animalibus ex putrefactione genitis, vbi non
eſt mas neq; fœmina, & tamen fiunt. Reſpondet Auer. ſed illa animalia, quæ
ex putredine fiunt, generantur ex corporibus orbium, id eſt, ſtellis: & ipſa cor-
pora, ſcilicet ſtellę dant eis vitã, quia viua ſunt: inquit enim Auer. 12. Meta. cõ.
18. quod calor cœleſtis in aere, vel aqua diffuſus animalia generat ex putredine
facta: ecce, quomodo non oportet recurrere ad formam ſeparatam. Redit ad id,
quod dixit, & inquit, & ad aſſerendũ hanc opinionẽ, ſ. de formis habent ſarra-
ceni multas auctoritates, id eſt, rationes, quas nos quantum ad præſens, dimitti-
mus pp nimiam prolixitatem verborũ. (Et huiuſmodi.) Inducit argumẽtũ Alg.
cõtra ſaracenos, & dicit, & huiuſmodi ratione arguit Alg. d. ſuper eos, ſic, quod

non eſt impoſsibile, quod in animalibus ſit quædam anima: intendit dicere, q̄ D
ſint in animalibus corporum animę appropriatę ad generandum alias formas, videlicet, animatorum, vel inanimatorum: eſt ergo vis, quod non inconuenit eſſe formas naturales, quę immediate agunt quandoque animas, vt formę animalium: quandoq; formas, vt formæ elementorum. Et adducit confirmationem ex ſenſu, & dicit, vnde mirandum eſt de hominibus dimittentibus opus ſenſibile, et apparentia phantaſmatis ſummi ſequentibus: ipſi enim appodiantes ſe ſuper probabilia verba, deſtruunt demonſtrabilia. ideo concludit eſſe horum hominum, & dicit: quare decet, immo potius debet homo talis, cum ſequacibus ſuis reputari in maxima prauitate: & maxime, quando hoc, id eſt, opinio contradicens ſenſui reperitur, id eſt, eſt dicta ab excellentibus prudentibus, qui in arduo intellectu ſunt prouiſi a Deo glorioſo. id eſt, quibus Deus glorioſus dedit arduum intellectum, id eſt, ſummam prudentiam: iſti quidem viri ſunt certe maxime deteſtandi, vilipendendiq;.

De colcodea.

ET CVM HOC ſit ita, propter bonum, oportet aliqua dicere de illa colcodea, quæ latine dator formarum exponitur, dicta intellectus, anima, & ſubſtantia ſeu forma ſeparata: & in primis quæ Platonis ſententia, ſecundo, quæ arabū, & aliorum, tertio, & vltimo quę Ariſt. in hoc quæſito exiſtat intentio. Et licet de hoc ſit dictum aliquid in hoc libro, ſemper repetendo, aliquid noui, addā, quod & vtile, & dignum legentibus apparebit. Inquit ergo Plato in Thimeo. E

Poſitio Platonis.

Quocirca, ſicut ratio hæc nobis probabilis perſuadet; dictum eſt hunc mundum animal eſſe, idq; intelligens, reuera diuina prouidentia conſtitutum: &, cum dixiſſet animal hoc, quod mundus dicitur, ad cuius ſimilitudinem ſit productum, tranſit ad animam, & inquit: animam autem in eius medio collocauit, quæ per totum tendit, atque ea corpus ipſum extrinſecus circūtexit. Vt ergo Platonis ſententia intelligatur, primo debes ſcire ipſum poſuiſſe prius informem molem mundi, quam formatam, & formatam quodammodo prius, quam animatam: ordo enim naturæ ex imperfecto ad perfectum procedit, non quia informitas ante formationem fuerit ſecundum tempus, vel formatio corporalis ante animam, ſed hic ordo rationis eſt: & vt cognoſcitur tam formalem naturam formationis corporeæ gratia, quam corpoream formationem gratia animę, tanquam finis, eſſe diuinitus inſtitutam: ordinem illum Plato expreſsit verbis fere ſentibilibus, attamen ad rationis ordinem ipſum adaptare opus eſt. Secundo debes etiam ſcire, ſecundum Platonis ſententiam, quatuor pertinere ad mundi animam, ſeu ſpiritum. Primum quidem, intellectus in ſe manens, immobilis orbium, ſphærarumq; motor, ab auctore rerum inſtitutus. Secundum, ſphęrę anima, motor, mobilis quidem, ſed mobilis per ſeipſum. Tertium, intelligentia quædam huic animæ a Deo diuinitus inſita. Quartum, natura, id eſt, ſeminaria, vitaliſq; virtus ab anima paſsim infuſa materiæ. Eſt ergo Platonis ſententia, quantum ad hunc mundi ſpiritum, & eſſe intellectum, animam, intelligentiam, & naturam. intellectus quidem. prout rector orbium dicitur, & motor tantum immobilis: anima vero, prout & motor dicitur orbium, & a ſeipſo moueri & poteſt, & mouetur. Dicitur intelligentia, prout omnium rerum eſt prouidentia: dicitur & natura, prout ab ea res omnes & procreantur, & in eſſe ſublimi ſuſtinentur. Et licet omnia hęc animæ ſecundum rei veritatem aſcribantur, intellectus quidem, & anima ſubſtantiæ ſunt ſpiritus, vt ſpiritus eſt: intelligentia autem, & de natura qualitates ſunt ab illa effluentes: tamen animali, qui mundus dicitur, ratione materiæ inſunt magis, vt dicit Plato. Tertio, debes ſcire omnia elementa ad horū quatuor imagines eſſe: ignis enim intellectum huius ſpiritus refert, terra illius naturā, intelligentiam aer, aqua deniq; animam: ſunt autem intellectui tria propria: eſt enim indiuiduus, vniformis, & æternus: natura diuidua, multiformis, & temporalis: anima vero inter hęc media per intelligētiam quidem magis intellectus ipſius particeps euadit, Per animalem vero potentiam cum natura potius quā cum intellectu conſentit quamobrem, partim indiuidua dicitur, partim quoque diuidua: item vniformis ſimiliter, & multiformis, rurſus æterna, & partim & tēporalia: quia igitur ignis inter elementa indiuiduus eſt magis, vniformis, & ęter-

Quatuor ad animam mūdi pertinēt.

Nota.

A nus magis, ideo in intellectum refert: quia vero terra diuidua, difformis, & tem-
poralis plus aliis reperitur, ideo naturam refert: quia vero anima media eſt, ideo
quantum ad intelligentiam aeri attribuitur, quantum ad animationem aquę: qua
tuor itaque elementa illorum quatuor imagines referunt. Præterea, quatuor
vitæ ſtellarum horum imagines etiam declarant: ſaturnia, iouialis, venerea, dio-
nyſiaca. Saturnia quidem intellectum refert, Iouialis autem intelligentiam, ad
actionem iam mobilem declinantem, Venerea etiam animalem refert virtutē,
iam materiam amantem, Dionyſiaca naturam, & materiam refert. Præterea,
ſenſus quatuor in vniuerſo connumerantur. Primus quidem imaginarius, intel
lectum repręſentat: hic enim vnus exiſtit formas rerum particulares attingens,
vt ille vniuerſales: attingens, inquam intrinſecus, ideo nullis eget inſtrumentis,
quemadmodum & intus, neque extra procedit vſque, neque patitur, ideo intelle
ctum refert. Secundus vero, ſenſus communis eſt in animalibus, & hic intelli-
gentiam refert: eſt enim communis, & extra procedens. Tertius exterior ſen-
ſus in animalibus particularibus, vltra vim rationalem iam per inſtrumenta ſin
gula diſtributus: hic quidem vim animalem refert, eo quia extra ſe porrigit, atq;
a paſsione exoriens mutatur. Quartus deniq; ſenſus, a pythagoricis plantis cō
ceditur: & id quidem ſtupidum, nullum iam habens iudicium qualitatis, ſed in
B ſola poſitum paſsione voluptatis cuiuſdam, atq; doloris. Et hic quidem ſenſus
naturam illius tenet ſpiritus. Declaratum itaque habetur, illorum quatuor fere
totum mundum hunc formam. Iſtorum etiam habetur ordo in hunc modum:
quoniam mundi quidem materia, neque aliter ſuſcipit animam, quam per natu-
ram, neque aliter intelligentiam, quam per animam, neque aliter intellectū, quā
per intelligentiam: ſic quoque per terram accipit aquam, per hanc aerem, per
hunc ignem. Quarto debes ſcire, quod duplex eſt ad Deum ordo rerum: vnus Duplex or-
quidem, quo ab eo proceditur, alter, quo procedentes conuertuntur ad ipſum. do rerum ad
Cum igitur hæc ex Platonis ſententia colligantur, in hunc modum verba Pla- Deum.
tonis interpretemur. Dicit enim animam in eius medio collocauit, quæ per to-
tum tendit, atque ea corpus ipſum extrinſecus circūtexit: hoc quidem igitur il-
los duos ordines ſignat. Cum enim dicit animam in medio eius collocauit, quæ
per totum tendit, &c. ordinem procedendi rerum ex Deo ſignat. Cum vero in-
quit, atq; ea corpus ipſum extrinſecus circumtexit, ordinem rerum procedentiū
in Deum declarat: quando enim mundus in Deum redit, extra molem, & ſui na
turam extenditur, cum conuertatur in id, quod ſupra modum reperitur. His ēt
verbis comparationem animæ ad totum corpus, & omnes partes perſcribit: ad
corpus quidem, cum dicit eam medio collocaſſe: ad partes etiam omnes, cū ait,
quæ per totum tendit, hæc enim anima totum tenet, & ſingulas partes replet: ſe
C cundum enim illa quatuor, omnes fere mundi partes tenet: quia per intellectum
ignem, ſaturnum, & imaginarium ſenſum. per intelligentiam iouialem, aerem, et
communem ſenſum. per animam veneream, aquam exteriorem ſenſus partem.
per naturam dionyſiacam, terram, naturalem ſenſum continet. iſta itaque anima
totum eſt, & omne: totum quidem, prout in medio ſita eſt, omne, prout ſingulas
tenet partes ſingulis eis gradibus. Hęc ſunt, quę formaliter ex Proculo, &
Porphyrio excipiuntur in huius loci commentatione: quid igitur ſit mundi ani
ma, & quomodo ad ipſum, & ſingulas partes ſe habeat ſecundum Platonis ſen-
tentiam, dictum ſit in tantum. Supereſt modo dicere quomodo has formas re-
rum, & maxime animas procreat, & quomodo illas format. dicendum itaque,
quod cum Deus omnia poſsit, cum anima hęc in ſui reditu in illum, illuſtretur,
appetitu accenſo illi inhęreat, inhęrendo formetur, omnia in mente ſibi inhęrēt,
naturas rerum creandarum effingit, in eaq; ſpiritali natura quodam modo, vt ita
loquar depinguntur omnia, quæ in corporibus iſtis ſentimus: huiuſmodi igitur
rerum, ſpecierum Dei fomento quodammodo, in illius animæ mente conceptas,
depictaſque non dubitamus ideas eſſe ſecundum Platonis ſententiam. Cum igi-
tur anima hęc omnium ſpecies teneat, merito omnium formatrix, & artifex re-
rum dici debet. hęc vtique anima omnium rerum formas conducit in materia,
prout earum ſimulachra pręconcipit. Modus autem formationis hic eſt: cum

materia digna ſit recipere formam, & meritū expectat ab hac ipſa propria idea D
præconcepta, formam dat ſecūdum meritum materię. hanc aūt opinionē Them. in. 3. de Anima. cō. 27. quodammodo prędicat: inquit enim, ſolus intellectus agēs proprie, & maxime cenſendus eſt forma, immo vero forma formarum. inferiora enim cętera, modo ſubiectorum loco, modo formarum habentur. Hanc, pręterea idem Themiſtius in de anima primo. com. 23. declarauit exemplo, quod videas. quomodo quidem igitur hęc anima procreat entium formas, & quæ ſint ideæ, & vbi ſint, ſit dictum modo. hæc itaq; Platonis opinio pro nunc credatur, licet complura ſint neceſſaria ad illius expoſitionem: vt, de auctore eius, an Deus eam creauit, & an ipſa creata vim habeat in animas rationales: & quædam alia, quę non ſunt huius loci, ſed in libro de intellectu ſermonem prolixum

Pō arabū. inquire. Supereſt modo, arabum ſententiam & adducere, & declarare ammodo. debes ergo ſcire, ꝙ ſphęra actiuorum, & paſsiuorum gubernatione indiget, forte non minori, quam ſingulus orbis. &, quia omnis orbis indiget motore, ideo dicunt totam hanc ſphęram motore indigere. Eſt autem motor duobus modis: quidam partibilis per totam quantitatem mobilis, quidam in indiuiſibili conſiſtens. motor enim, qui tempore finito mouet, ab eis ponitur partibilis, & diuiſibilis. qui vero tempore mouet ęterno, & impartibilis, & indiuiſibilis exiſtit. hic igitur motor, cum habeat ſphæram, & gubernet, & tempore moueat ęterno, hac de re ęternus, impartibilis exiſtit ſimpliciter. Dicitur quidem hic motor forma B
ſphęrę, dator formarum, intelligentia ſeparata, intellectus, & anima, prout diuerſis habitudinibus ſphęram hanc reſpicit. reſpicit enim primo hanc ſphęram, prout iſtam conſeruat in eſſe, & in operatione ſua, & quia forma principium eſt eſſendi & operandi abſolute, ideo reſpectu huiuſmodi forma dicitur totius ſphęræ. Dicitur ſecundo, dator formarum latine, arabice vero colcodea, ab operatione particularium rerū. eſt enim agens omnes formas in materijs ab extrinſeco, ponens eas ibi ex nihilo ſecundum arabum principia. ergo hoc reſpectu, dator formarum, vel agens formas dici mereretur. Dicitur tertio, intelligentia: quoniam omne agens per cognitionem prouidentia aliqua effectus agit. &, quia nulla eſt prouidentia maior hac iſtius, ideo merito dicitur intelligentia ab excellentia operationis intellectiuę: quemadmodum dicimus margaritam eſſe albedinē, pro quanto albiſsima reperitur. Dicitur quarto, intellectus: quoniam, quemadmodum intellectus non organo, ſed occulte operatur intelligendo, & diſcurrendo, ſic & hęc forma ſine inſtrumentis operatur, & ſine omni manifeſtatione, & ideo intellectus dici pōt. Dicitur et aīa: qm̄ animatum ab inanimato differt in viuendo, in lib. de Anima primo, & ſecundo. viuere aūt multipliciter dicto, quod mouetur a ſe, & creſcit a ſe, viuere dicimus: quia igitur oīa, quę mouentur hic, ratione illius mouentur, et creſcunt, ideo aīa dici non dubitatur. poteſt ergo colligi C
ex his, quid quidem ſit anima, vel forma iſta, & quot habitudinibus ſphęrā hāc reſpicit. & hæc ſunt, quę ex. 9. Meta. Auic. extrahuntur. & dubia huic contingentia tetigi in lib. de intellectu in propoſitione. d. ab ęterno immobili non prouenit nouum. hæc itaq; arabum exiſtit opinio: quę forte parum, aut nihil ab opinione Platonis differre videtur, niſi ꝙ Platonis opinio altiora tangit. attamen

Poſitio Peripatheticorum. ſiquis voluerit ampliare, hanc in illam reducet, & facile. Supereſt modo Peripatheticorum ſententiam in breui explicare. latius enim in. 7. Meta. com. 31. & in. 12. Meta. com. 18. Auer. expoſuit. & per totum librum de generatione animalium, &c. Debes ergo ſcire, vt Auer. dicit comm. 36. 11. & 12. eiuſdem, omnes contineri actu in primo motore, & potentia in prima materia. & non intelligo actu formali, ſicut ignis continet calorem actu formali, prout & ipſe actu calidus exiſtit. ſed intelligo actu productiuo, eo quod nihil exiſtit productum, quin a virtute primi in materia ponatur. & hic actus perfectiſsimus eſt. Ita, nec intelligo potentiam, ſcilicet ita ꝙ nihil exiſtat in materia ante formę extractionem. eſſet enim formę creatio non generatio, quando res fieret. oportet ergo, vt aliquo modo formę exiſtant in materia, & impoſsibile eſt vt exiſtant ſecundū partem, & ſecundum partem non: qm̄, tunc generatio tantum formę intenſio eſſet, & corruptio formę remiſsio, nec exiſtunt formę ſecundum eſſentiam in ma-

A teria:qm̄,tunc in generatione res non acquireret nomen, nec definitionem,nec in corruptione deperderet id:ergo oportet,vt quodammodo exiſtant ibi,& quodā modo fiant.Ideo debes ſcire,ꝙ vniuerſale eſt potentia particulare,actu vero nullum.aduenientibus enim differentijs proprijs,vniuerſale efficitur, & particulare.ergo vniuerſale mediū eſt inter nihil,& eſſe actu. Exiſtimādum eſt igitur in materia eſſe aliquam formā vniuerſalem, quę oēs poſsibiles eſſe contineat, q̄ ſit velut inchoatio quędam vniuerſalis, & velut forma materię propria, & ab ea exiſtens inſeparabilis:hęc,ſi detur licentia dicendi,forma corporis exiſtit de genere ſubſtantię.hęc enim forma vniuerſalis exiſtit, potentia ergo continet,& oēs poſsibiles fieri potentia.& ſecundum ꝙ formę fiunt proprie,hęc forma ſpeciē propriā accipit. generatio itaq; nihil aliud eſt niſi formę ſpecificę ab huiuſmodi generabili extractio. intelligo ergo oēs formas contineri in materia in potentia,id eſt in forma corporali,quę potentia formalis eſt omnium, vt Albertus dicit.quomodo ergo formę ſint in primo motore, quomodoq; in potentia in prima materia, ſit dictum. Dicendum vlterius,ꝙ omnes res naturales potentias, & virtutes habent.hoc enim ſenſu, & ratione manifeſtatur in hunc modum. videmus enim calorem virtutem eſſe ignis, & frigus virtutem eſſe aquę. &,quia omne ignobile continetur in re nobili, & imperfectum in re perfecta, vt ſenſu fere comprehenſibile eſt. oportet virtutem caloris ab ignis eſſentia emanare &

B fluere,& vniuerſaliter poſterioris virtus ſemper in altioris potentia continetur: ergo oportet dicere omnes res virtutes habere actiuas. His viſis Ariſto. opinio eſt.vnum eſſe agens,ꝙ prima forma,primus finis,primum efficiens omnium rerum exiſtit,& hic primus exiſtit motor.eſt enim prima forma,prout omnes res in eſſe conſeruat.primus finis,prout in ipſum redeunt entia,& gratia huius exiſtunt.& primum efficiens,quoniam vel omnia fecit, vel in virtute eius agentia agunt.ſunt enim agentia particularia velut inſtrumenta illius, ſicut Ariſt.de generatione ſecundo.& Auer.8.Phy.com.46.&.47.videtur dicere.Quid igitur ſit prima forma apud Ariſto.& quomodo ab ea res fiant. & quomodo arabum,& Platonis opinio cum Ariſt.conueniat,et differat,ſit dictum intantum.Rationes, & fundamenta harum opinionum,vſque in alium transferantur locum.

ALGAZEL.

C AIt Alga.reſpondens pro Philoſophis.Si autem dixerit corpus exterius,aut Sol,aut id,quod conſyderatur ex corporibus,eſt menſuratum menſura quadam, cui poteſt addi, aut ab ea diminui,& opus eſt vt ſit in hac menſura approprians, igitur nō erit primum. Dicimus quare negatis dicenti ꝙ hoc corpus erit in menſura quadam,q̄ neceſſe eſt vt ſit finis ordinis vniuerſi.&,ſi eſſet minor ea, aut maior, non eſſet poſsibilis, ſicut vos dicitis ꝙ cauſatum primum determinat vt ſit corpus exterius eo, menſuratum mēſura quadam:& aliæ menſuræ in cōparatione ad ſubſtantiam cauſati primi ſunt ęquales. Attamen demonſtrant aliquę menſurę tales,ex eo ꝙ ordo eſt alligatus eis.igit̄ neceſſe eſt vt ſit menſura,q̄ euenit ei:& non aliter.& ſic, cum conſyderat̄ non cauſatum. Sed,ſi iſti conſtituunt in cauſato primo,quod eſt cā corporis exterioris apud eos, ꝙ ſit principium appropriationis,ſicut voluntas exempli gratia, non ceſſat interrogatio. Nā dicitur quare voluit hanc menſurā, & non aliam? vt fecerunt Loquenties, cum referant res ad voluntatem antiquam. & nos induximus hoc contra eos in conſyderando partem motus cœli, & conſyderando

duo puncta poli. &, cum declarabitur quòd opus eſt eis concedere co- D
gnitionem rei a ſimili,& peruenire ad cauſam, concedunt etiam illud abſque cauſa,ſicut amittunt cum cauſa, cum non ſit differentia, ſiue conuertatur interrogatio inter in ipſammet rem, & dicitur quare appropriatum fuit in hac menſura? ſiue conuertatur in cauſam, & dici-
Huc vſq; cõueniunt antiquus et iſte tex. tur quare appropriatum fuit in hac menſura, potiuſquã alia? * Et poſſibile fuerit expellere interrogationem a cauſa, quòd illa menſura nó eſt ſimilis huic,quoniam ordo connectitur ei, & non alteri, tunc poſſibile eſt expellere interrogationem ab ipſamet re,& non indiget cauſa. Et ab hoc non poteſt euadi .quoniam hæc menſura demonſtrata, quæ eſt ei,ſi eſſet ſicut menſura,quæ non erit, tunc conueniret interrogatio, quomodo cognoſcitur res a ſimili in appropriatione ſecundum radices eorum. ipſi autem negant voluntatem diſcernentem. Si vero non fuerit ſimilis ei,tunc non conſtituitur poſsibilitas, ſed dicitur hoc ſic eſſe eſt quid antiquum: quoniam fuit cauſa antiqua ſecundum exiſtimationem eorum. & ſequitur quæſtio ex hoc ſermone in E
eo, quo nos dubitauimus contra eos de conuerſione interrogationis ad voluntatem antiquam, & conuertimus hoc contra eos in duobus punctis poli,& parte motus orbis: & declaratur ex hoc quòd, qui non verificat innouationem corporum, non poterit conſtituere rationem de eo,ꝙ primum non ſit corpus omnino.

Adducit Alga.hic argumentum pro Peripatheticis,poſtmodum ibi,(Nos vero.) Reſpondet ad illud,& ratio ſic componitur. nullum corpus habens numerum,& menſuram ſuę magnitudinis ab aliquo appropriante illam ſibi, eſt primum ens,ſeu primum principium:ſed corpus cœleſte habet menſuram ſuę magnitudinis,& terminum eius ab aliquo appropriante: ergo corpus cœlèſte non poteſt eſſe primum principium,nec primum ens:minor probatur,& componitur ſic probatio.omne corpus,quod poteſt eſſe maius, & minus mẽſuram ſuę magnitudinis,& terminum ab aliquo extrinſeco appropriante habet. ſed cœlum poteſt eſſe maius,vel minus ꝙ̃ modo ſit: ergo menſuram ſuę magnitudinis ab appropriante habet extrinſeco. huius primo tangit minorem proſyllogiſmi, & inquit, Ait Alg.reſpondens pro philoſophis:&,ſi aliquis diceret,ꝙ licet ſupremũ F
cœlum,vel ſol, vel aliud corpus cœleſte terminatum ſit in ſua menſura magnitudinis, non eſt impoſsibile quin poſsit eſſe maius, vel minus. hęc fuit minor. deinde accepit concluſionem proſyllogiſmi, quæ eſt minor ſyllogiſmi principalis,& inquit:ergo oportet ꝙ illam menſuram terminatam,quam modo habet,ab aliquo appropriante habeat. & hęc fuit minor principalis ſyllogiſmi, & tunc dat concluſionem principalis ſyllogiſmi,& inquit,ergo nullum corpus cœleſte eſt primum ens.hęc igitur eſt argumentario Peripathericorum, vt.d.Alg.(Nos vero.)Cum adduxit fortiſsimum arg.vult modo ſoluere illud. Et ad formam dicendum,ꝙ minor ſyllogiſmi principalis falſa eſt. qui enim dicit corpus cœleſte habere eſſe primum entium, & eſſe primum principium, diceret ꝙ non habet appropriians ſibi magnitudinem,& terminum. Ad proſyllogiſmum dicendum formaliter, ꝙ iterum minor falſa eſt,non poteſt corpus cœleſte maius eſſe, vel minus. huius ſolu. tantum tangit ſecundam partem.ſ.ſolu.ad proſyllogiſmum, & per illam vult habere ſolu.ad ſyllogiſmum:inquit ergo, nos vero reſpondemus eis,qua ratione negatis quod illud corpus in vltimo fine magnitudinis, quę reperiri poteſt.i.qua ratione negatis maximum corpus,quod eſt ita maius,ꝙ eſt in vltimo magnitudinis, quia habet magnitudinem, qua maior reperiri non poteſt in natura,ſit ita,ꝙ impoſsibile ſit ꝙ ſit maius illo ? eſt ergo ſenſus ſolu. cum

Peripathetici

A Peripathetici negatis eſſe impoſsibile corpore maximo dari maius. hoc enim
diciſtis,quoniam,ex quo maximum eſt,impoſsibile eſt eo dari maius,& per hoc
vult habere quod minor.d.corpore Cœleſti poſſe dari maius, eſſe propoſitio-
nem falſam, cum corpus Cœleſte ſit maximum , quod reperiri poteſt in rerum
natura.(Et illud.)Dat cauſam ſuæ ſolu.ſ. cur non poteſt maius illo reperiri. &
illa ratio poteſt ſic componi: corpus, quod continet omnia entia præſentia, &
poſsibilia eſt maximũ,quod poteſt reperiri, ſed primum cauſatum ſcilicet pri-
mum Cœlum,quod eſt octauus orbis,continet omnia entia præſentia: ergo eo
non poteſt dari maius.huius tangit minorem,& inquit, & illud continet omnia
entia.i.præſentia,& infert concluſionem.d,ergo dicitur primum cauſatum eſſe
ſupremum Cœlorum menſuratum ab illa menſura ſua propria,i. ergo octauus
orbis ita menſuratur a ſua menſura propria , ꝙ non poteſt eſſe maius, vel mi-
nus.(Et aliæ menſuræ.)Hoc in loco perſoluit quandam obiectionem. dixit.n.
Alga. ideo non poſſe dari corpus maius corpore Cœleſti, quia illud eſt maxi-
mum.& quia eſt maximum,ideo non poteſt ſuſcipere maius, nec minus. modo
ex hac cauſa poſſet fieri obiectio hoc modo. omne corpus non maximum po-
teſt eſſe minus,vel maius:ſed quilibet orbis,excepto octauo.eſt non maximus.
ergo quilibet orbis,excepto octauo,poteſt ſuſcipere maius, & minus. Reſpon-
det Auer.,& forma ſolu.conſiſtit in hoc,quod licet corpus maximum non poſ-
B ſit ſuſcipere maius,nec minus,non propter hoc ſequitur,quod omne corpus non
maximum poſsit ſuſcipere maius,aut minus:quia orbes inferiores,& ſi ſint non
maximi,habent tamen menſuras proprias,& inſeparabiles. ideo illa maior ha-
bet intelligi de non maximis carentibus menſuris proprijs, cuiuſmodi ſunt ele-
menta,& alia generabilia.inquit ergo , & aliæ menſuræ.ſ.orbium inferiorum
reſpectu ſubſtantiæ ſui primi cauſati,i. reſpectu octaui orbis ſunt inæquales.i.
minores,vel æquales,vt habet alia tranſlatio.i. eodem modo inſeparabiles ab
eis.&,ſi ſtat inæquales,debet dicere poſt ; ſed appropriant,i.illas habent tan-
quam proprias in quadam menſura,quæ ordine entium dependet a Deo,& tũc
concludit.d. & ideo dicitur impoſsibile eſſe ꝙ aliam habeant menſuram. De-
bes ſcire,quod orbes ſunt inæquales magnitudinibus proprijs propter intelligẽ
tias,vt dicit Auer.12.Meta,commen.44.quia enim intelligentia lunæ fuit mino
ris virtutis,ideo magnitudo lunæ debet eſſe minor. & quia virtus primi moto-
ris eſt maxima,ideo magnitudo primi orbis eſt maxima: propter igitur ordinẽ
entium,id eſt intelligentiarum mouentium,gratia entium, orbes ſunt inæquales
in magnitudinibus.&,quia ille ordo eſt eſſentialis, ideo menſuræ ſunt propriæ,
& eſſentiales illis. (Amplius)adhuc adducit ſecundam obiectionem, & inquit.
amplius,ſi dicerent quod primum cauſatum eſt cauſa primi orbis.i.ſi dicerẽt pri
C mam intelligentiam eſſe cauſam primi orbis,& habet primum approprians,vt
puta voluntatem,quæ ſup.eſt continens ad vtranque partem.ergo orbis octauus
poteſt eſſe maius,vel minus quid, quam modo ſit. poteſt ergo in hunc modum
ex his verbis ratio componi.omne corpus cauſatum ab agente libero, volunta
tem habente, poteſt eſſe maius, vel minus: ſed corpus octauum eſt corpus cau-
ſatum ab agente libero,voluntatem habente.ergo in prima figura octauus or-
bis poteſt eſſe maior,vel minor. Debes ſcire, ꝙ Alg.vſus eſt ly, primum cau
ſatum,vno modo pro orbe toto animato,vt in illo loco, (ergo dicitur quod pri-
mum cauſatum &c.)Nunc vero vtitur pro intelligentia illius primi cauſati.i.
illius primi orbis.& forte litera ſuperior errata fuit vitio ſcriptoris,& debet ſta
re:ergo dicitur primum cauſatum inferre ſupremum Cœlorum menſuratum ab
illa menſura ſua propria,& tunc concluſio illa intelligitur ſic:ergo prima intel-
ligentia debet inferre, id eſt,cauſare primum orbem in illa menſura, in qua mo
do eſt inſeparabiliter,& proprie.& ſic ſermones concordantur inuicem . (Ad-
huc.)Obijcit iterum contra hanc ſolu.& inquit. poſito ſup. ꝙ ita ſit, adhuc eſt
petendum,quare voluit ſibi dare hanc menſuram,& non aliam? & poteſt argui
hoc modo,ab indifferenti non prouenit actio : ſed voluntas primi cauſati , per
vos,eſt indifferens ſimpliciter.ergo ab ea non prouenit actio. (Et eſt.) ſecun-
do arguit contra eos, inducendo eos ad contradictionem, & inquit. & eſt ma-

Propter intelligentias orbes ſunt inæquales.

niſeſtum, quod ipſi negant voluntatem diſtinguentem, id eſt, potentē diſtincta, & oppoſita cauſare, & per conſequens nunc contradicunt ſibi. & tunc recolligit ſolu.d. patet ergo quod iſti.i. peripathetici nequeunt, id eſt, non poſſunt aſſerere corpus orbium, id eſt, octauum orbem habere approprians extra ſe, id eſt, agens dans ſibi menſuram, quam habet. D

AVEROES.

AIt Auer. Quàm multum eſt extraneus ſermo huius viri in hoc loco. nam ipſe oſtendit dubitationem cōtra Philoſophos, ꝙ ipſi non poſſunt conſtituere efficiens præter corpus cœleſte, cum indigeant reſponſione fundamento rei, quā non credunt, ſed eam credunt Loquentes. & eſt ſermo eorum ꝙ eſſe cœlum in menſura terminata præter alias menſuras, quibus poſſet eſſe cœlum, eſt ex cauſa appropriante, & approprians eſt antiquum. Attamen iſte vir errauit in hoc, aut fecit errare. nam appropriatio, quam affirmauerūt Philoſophi, eſt alia ab appropriatione, quam voluit ſecta Aſſaria. nā appropriatio, quam voluit ſecta Aſſaria, eſt cognitio rei, aut à ſimili, aut à contrario abſque eo ꝙ hoc determinet ſcientiam in ſubſtantia rei, indigentem quidem appropriatione vnius duorum oppoſitorū. Philoſophi vero intellexerunt in hoc loco per approprians id, quod determinat ſcientia de re facta, & eſt cauſa finalis. nam apud Philoſophos non eſt quantitas in ente ex entibus, nec qualitas, quin ſit finis in ſcientia. quæ non euadit ab vno duorum. aut enim hoc erit neceſſarium in natura operationis huius entis, aut erit ei ad melius. nam, ſi eſſet apud eos in creatis quantitas, aut qualitas, quam non determinat ſcientia, tunc attribuerēt operationem Dei glo. primi in hoc ei, quod impoſsibile eſt attribui artifici creato, niſi modo vituperii eius. nam non eſt macula fortior, quā dicere cōſyderauit in re aliqua facta quātitatem, aut qualitatem: & non elegit efficiens hoc factum, hanc quantitatem, & hanc qualitatem, præter alias quantitates, & alias qualitates poſsibiles ei: & dicere ꝙ ipſe voluit hoc non ex ſcientia, & alia de re facta. & omnia ſunt æqualia in fine huius facti, quem fecit efficiens propter eum, ſ. propter operationem eius, quæ eſt finis. nam omne factum fit propter aliquid. & hoc non reperitur ordinatum ad hoc factū, niſi hoc factum eſſet menſuratum in quantitate terminata: licet fuerit ei latitudo in quibuſdam factis, & qualitas terminata, & natura terminata. & ſi eſſet quodcunque factum fuerit, terminans quancunque operationem non eſſet hic ſcientia omnino de facto ex factis, & non eſſet hic cauſa omnino: & erūt quantitates operatorum, & qualitates eorum redeuntes ad appetitum efficientis: & erit quilibet homo efficiens, aut dicimus quòd ſcientia ſit in operatione creati, non in operatione creatoris. Deus glo. ſaluet nos ab hoc errore in primo efficiente. ſed credimus quòd omne id, quod eſt in mundo, eſt ex ſcientia, licet deficiant vires noſtri ingenii in multis eorum. nam ſcientia artificia- B E

In ſuperioribus antiquus conuenit in ſequentibus nihil. & plura ſatis hic.

A Iis intelligitur ab intellectu ex parte ſcientiæ naturalis.&, ſi mundus eſt quid factum in vltimitate ſapientiæ,neceſſe eſt vt ſit hic vnum ſapiens, cuius eſſe indigent cœlum,& terra, & quicquid eſt in eis. nam nemo poteſt ponere factum a ſcientia mirabili cauſam ſui ipſius. Homines autem,quia voluerunt exaltare Deum glo. abſtulerunt ſcientiam ab eo,& negauerunt de eo excellentiſsimum attributorum eius.

Cum induxit Algaz.ſententiam,vult hoc in loco eam examinare. & primo proponit quoddam, & inquit,dicimus nos ꝙ verba huius hominis in hoc loco valde ſunt admirãda.i.admiratione digna.(Ipſe enim.)Narrat dictũ Alg.deinde ibi.(Vnde Alga.)Ponit eius errorem,inquit ergo,ipſe.n.obijcit philoſophis quodã argumento.d. ꝙ ipſi nequeunt.i.non poſſunt aſſerere efficientẽ, præter corpus cœleſte.i.quia habent dicere corpus cœleſte eſſe primũ agens.cuius rationẽ inquit,quia indigerẽt reſpõſione cuiuſdã radicis.i.cuiuſdam argumẽti fundati in quodã principio, quã radicem ipſi negãt:& explicat illã. d. videlicet ꝙ Cœli appropriantur in proprijs mẽſuris ratione cauſæ appropriãtis , licet alias mẽſuras habere poſſunt,& dicta cauſa approprians oportet ꝙ ſit antiqua. Debes ſcire,ꝙ argumentũ Alga.fundatur in hoc.Philoſophi cõcedũt qd corpora cœ-
B leſtia.habent ſecundas mẽſuras ab extrinſeco, ſic ꝙ alias ab eodẽ habere poſſunt:dicebat modo Alg.hęc cauſa approprians,oportet vt ſit antiqua.i.æterna,et agat per voluntatẽ,quare ergo plus egit hãc magnitudinẽ, quã illã: hæc igitur vis fuit argumenti Alg.contra philoſophos.(Vnde Alga.)hoc in loco apponit Alga.errorẽ. Debes ſcire,ꝙ approprians apud Auer.idẽ eſt quod agens volẽs. hoc aũt duobus modis inuenitur. vno modo,qñ põt per voluntatem eius agere effectum indifferentem a parte vtriuſq;, ſui.ſ.& effectus. qñ ex parte ſui agere Quid ſit approprians.
põt vtrũq;,& qñ a parte effectus põt eſſe receptio indifferens ad vtrunq; , ſicut V.g.põt diues dare tibi pecunias,& non poteſt.& tu recipere & non. aliud eſt agens per voluntatem & intellectum,prout agit id,quod eſt natũ effectus recipere,& non aliter.Et dr̃ hoc agens voluntate,pro quãto agit effectũ. & intelligit, & vult ipſum,& ab illo nõ expectat aliquid remunerationis , & hoc reſpectu dicitur agẽs volẽs.primo modo leges ponũt Deũ eſſe rerũ auctorẽ, ſecundo modo philoſophi,vt viſum eſt in loco hoc.inquit modo Auer.vnde Alg.errauit in hoc loco in intentione nominis approprians id eſt,propter ęquiuocationẽ huius nominis approprĩãt.i.agẽs volens: qa appropriatio, de qua locuti ſunt philoſophi,diſsimilis eſt appropriationi loquẽtiũ.i.quia aliter capiũt agẽs appropriãs theologi,aliter philoſophi. & hoc declarat.d.loquentes nãq; intendũt per
C hoc,qd diſtingũtur res a ſuo ſimili,vel a ſuo cõtrario.i. intelligũt approprias ꝓ agẽte cõcipiente duo oppoſita ſimilia poſsibilia indifferẽter fieri,nõ qd ſapiẽtia inclinet vnum ipſorũ ſimiliũ,vel contrariorũ magis, quã alterũ.i. intelligo indifferentiã rerũ,prout ęqualiter poſsibilia ſunt fieri,ad quorũ neutrũ plus inclinatur intellectus agentis,magis quã ad alterũ. eſt ergo approprians vno modo agens potẽs agere oppoſita ſimilia poſsibilia fieri æqualiter, ad quorũ neutrum plus inclinatur,quã ad alterũ.(Sed philoſophi.)Ponit ſecũdũ modũ, & inquit, ſed philoſophi in hoc loco intendũt per dictã appropriationẽ,ꝙ ſapiẽtia inferat in effectu id,qd habet de ſua natura,& addit.& hęc.i.ſapiẽtia talis,nõ modo eſt agẽs;verũ cauſa finalis:cuius rationẽ dicit:apud.n.philoſophos nulla eſt quãtitas.i.magnitudo,neque qualitas.i.forma in aliquo entium, quæ non ſit propter ſuã ſupremã.i.gratia primæ ſapientiæ,tãquam gratia finis, & ꝓpter illã tanquã propter agẽs:ergo illa ſapiẽtia eſt finalis,& agẽs cauſa.(Quare non.) Quia dixit ſapientiã primã dare id,quod naturæ rei cõpetit quoddã cõducit,& inquit. quare,non euadet quin ſit vnum duorum,id eſt quin recipiens non recipiat propter vnum duorum , videlicet aut quia hoc eſt neceſſarium ſimpliciter de natura actus,id eſt effectus, vel oppoſitionis illius entis,aut quia eſt ſecundum bene eſſe,i.ſecundum melius. verificatur ergo ſecundus modus ſic , approprians eſt agens intelligens,& volens id,quod naturæ rei conuenit,aut ſecundũ neceſ-

ſitatem ſimpliciter, aut ſecundum melius nullam expectans retributionem ab effectu. conueniunt ergo, & differunt. conueniunt quidem primo, quoniam tam agens primo modo, quam ſecundo modo ſunt volentia, & intelligentia. differunt primo, quia agens primo modo eſt indifferens ex parte vtriuſque, ſed ſecũdo modo eſt determinatum ad vnum. ſ. ad id, ad quod natura expetit, aut neceſſario, aut propter melius; & harum conditiones tetigit Auer. aliquas in litera, vt patet. (Si enim.) Declarat quod dixit. dixit enim quod omnis qualitas, & omnis quãtitas producta eſt a ſapientia illa. hoc oſtendit dicens: ſi. n. in creatis eſſet aliqua quantitas, vel qualitas non producta ab illa ſapientia, ſequitur attribuere primo creatori id vile, quod non deberet attribui alicui viliſsimo artifici materiali, quoniam agenti materiali competit agere ſine ſapientia, & hoc competeret Deo. ergo id, quod competit viliſsimo, competit Deo. (Nam.) adducit exemplum quaſi conueniens. & inquit, nam nullum eſt dubium ꝙ quilibet effectus ab aliquo artifice factus diligatur, & cum prouiſione ab eodem magiſtro fiat. ſi igitur hoc competit rebus hic, quanto magis rebus ibi. (Et ideo.) Hic conducit correlarium, & inquit, & ideo ſeparata, ſeu remota ſapientia primi ab operibus naturæ etiam remouetur cauſa ab omnibus effectibus naturæ, quod eſt contra omnium philoſophorum radices. i. principia, & concluſiones. & tunc cõcludit propoſitum quoddam. d. patet ergo ꝙ oportet, ꝙ mundus habeat vnum efficiens ſagaciſsimum, & ſapientiſsimũ, à quo entia cuncta ſeriatim miniſtrentur. Et cũ hęc ſint ita, põt ad formã argumẽti dici, ſ. ꝙ corpus Cœleſte nõ eſt primũ agẽs, quia depẽdet ab aliquo agẽte appropriãte ſibi quantitatẽ, & qualitatẽ ab ęterno. & qñ arguitur contra. qm̃, tũc illud agens poſſet agere vtrũque, &c. nego cõſequẽtiam: qm̃ illud approprians nõ eſt vniuoce dictũ cũ agẽte, de quo loquuntur theologi: agit enim per voluntatem, et intellectum ſecundum neceſsitatem rei paſsiuæ, vt dictum eſt, & ideo corpus Cœleſte non poteſt recipere quantitatem maiorem, nec minorem, quoniam non habuit illam tantum propter agentis deſiderium, ſed ex determinatione ſuæ naturæ, vt dictum eſt primus ergo motor incorporeus eſt, vtrum vero Cœleſte corpus poſsit eſſe ſub maiori, vel minori magnitudine, & vtrum ſapientia primi ſit ad omnes res, & quomodo ſit, & quid volũtas primi, et quomodo concurrit, dicta ſunt in alijs diſputationibus ideo nõ expedit hoc in loco tere.

*

DISPVTATIO DECIMA.

IN DECLARANDO DIMINVTIONEM DECLARATIONIS EORVM QVOD MVNDO SIT EFFICIENS, ET quod ſermo hæretici ſequitur eis.

Obſerua candide lector quod Antiquior tex nec minimum habet de hac Deum a diſputatione verbum ſed eam quæ in tranſlatione iſta Calos. eſt in vndecima in vetuſtiori pro decima ponunt.

ALGAZEL.

B AIT Alga. Et dicimus ꝙ qui confitetur omne corpus eſſe innouatum, quoniam nõ euadit ab innouationibus, bene intelligit opinionem eorum, cum dicunt ꝙ indiget agente, & cauſa. Vos vero quæro quid prohibet vobis ab opinione Hæreticorũ, & eſt ꝙ mundus eſt antiquus, & ſic non eſt ei cauſa, nec efficiens? cauſa autem eſt innouationibus, & non innouatur in mundo corpus, & non corrũpitur corpus, ſed innouãtur formæ, & accidẽtia. nam corpora ſunt cœli, & ſunt antiqui, & elementa quatuor, quæ ſunt ſub orbe Lunæ, corpora eorum, & materiæ eorum ſunt antiqua, ſed permutantur in eis formæ ex mistionibus, & mutationibus, & innouantur animæ humanæ, & animales, & vegetatiuæ his innouationibus, quarum cauſæ deueniunt ad motum circularem. & motus circularis eſt antiquus, & facit eum anima antiqua. orbis ergo non eſt cauſa mundo, nec efficiens
C in corporibus eius. ſed ipſe, prout eſt, non defecit eſſe antiquus abſq; cauſa, ſcilicet corpora. quæro quid eſt, quod dicunt, ꝙ hæc corpora eſſe eorom eſt ex cauſa, & tamen ſunt antiqua?

AVEROES.

AIt Auer. Philoſophi dicũt ꝙ qui dicit omne corpus eſſe innouatum, & intelligit per innouationem creationem ex nõ ente, ſcilicet ex priuatione, ponit aliquid de innouatione, quod non tenent omnino. & hoc indiget de neceſsitate demonſtratione. In eo autẽ, ꝙ adduxit dubitationes contra eos in hoc capitulo, adeo ꝙ induxit eos ad ſermonem Hæreticorum, iam ſpeculati ſumus de hoc ſuperius, & non eſt reiterandum. Et ſumma huius rei eſt ꝙ corpus apud eos. ſiue fuerit innouatum, ſeu antiquum, non eſt ſufficiens in eſſe ex

ſeipſo:& eſt apud eos in corpore antiquo de neceſsitate, eo modo, quo eſt in corpore innouato, niſi ꝙ ſimilitudo non valet circa eſſe eius in corpore antiquo, vt valet in corpore innouato.& ideo quia Ariſt. voluit declarare eſſe terram circularem ſecundum naturã ſuã, poſuit eã innouatam, vt conſyderet intellectus cauſam huius:& poſtea tranſtulit eam ad æternitatem.& hoc quidem Secundo de Cœlo. Et, quoniã adduxit inconuenientia, quæ euenerunt Philoſophis, incœpit reſpondere eis, contradicens reſponſionibus eorum,& dixit. D

Quõ Ariſ. declarauit terrã eſſe circularẽ 2. Cœ.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dicitur, omne non habens cauſam, eſt neceſſarium in eſſe:& iam diximus de attributis neceſſarii in eſſe id, quod declaratum fuit ꝙ corpus non erit neceſſarium in eſſe, dicimus ꝙ iam declarauimus corruptionem eius, quod poſuiſtis de attributis neceſſarii in eſſe.& demonſtratio non declarat niſi ceſſationem emanationis.& iã ceſſata eſt apud Hæreticos in principio rei, cum dicatur ꝙ non ſit cauſa cœlo.formæ vero, & accidẽtia aliqua ſunt cauſa alterius, quouſque deueniant ad motum circularem,& ipſemet eſt cauſa alicuius alterius, vt eſt opinio Philoſophorum, & ceſſat emanatio eorum in eo.& qui bene conſyderat id, quod diximus, ſcit diminutionem eius, qui credit antiquitatem corporum, cum ratiocinatus fuerit de cauſa eorum, vt cogitauit Hæreticus. E

AVEROES.

AIt Auer. Huic iam data eſt reſponſio, & notificatus fuit gradus eius in ſermonibus veris,& non eſt hic reiteranda. Hæretici autem adhæſerunt ſenſui.& hoc, qm̃ reducti ſunt motus apud eos ad corpus cœleſte, & ceſſata eſt emanatio, exiſtimauerunt ꝙ iam ceſſatum eſt ratione id, quod ceſſatum eſt ſenſu.& nõ eſt ſic. Philoſophi vero conſyderauerunt cauſas, adeo ꝙ deuenerunt ad corpus cœleſte, deinde conſyderauerunt cauſas intellectas, & res finitur apud eos ad ens non ſenſibile, quod eſt cauſa,& principium entis ſenſibilis.& eſt ſermo Abraæ, faciens cœlum, & terram. Sed ſecta Aſſaria negauit cauſas ſenſibiles, ſ. non dicit ꝙ aliqua ſit cauſa alterius, & poſuit cauſam entitatis ſenſibilis ens non ſenſibile ſpecie generationis, non apparentis,& non ſenſibilis in cauſis,& cauſatis, ꝙ eſt ſpeculatio exiens à natura hominis, in eo ꝙ eſt homo. F

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens Philoſophis. Cum dicunt ꝙ probatio, quã probatur corpus non ſit neceſſarium in eſſe, eſt quoniam, ſi eſſet

A neceſſarium in eſſe, non eſſet ei cauſa, non extra, nec intus. &, ſi haberet cauſam, quia eſt compoſitum, eſt conſyderatione ſui ipſius poſsibile. & omne poſsibile indiget quidem neceſſario, dicimus ꝙ non intelligitur dictio neceſſarii in eſſe, & poſsibilis in eſſe. & tota inuolutio eorum eſt in his duabus dictionibus. Et reuertamur ad id, quod intelligitur de ea, & eſt ablatio cauſæ, & affirmatio eius. & quaſi dicant an iſta corpora habent cauſam, aut non habent cauſam. & dicit Hæreticus ꝙ non habent cauſam, quæro quid eſt inconueniens, cum intelligit per poſsibile, & neceſſarium hoc? & dicimus ꝙ eſt neceſſarium, & non eſt poſsibile. &, cum dicunt corpus non eſt neceſſarium, eſt imaginatio quædam, non habens quidem nec radicem, nec ramum.

AVEROES.

B AIt Auer. Iam dictum eſt ſuperius in ſermonibus eius ꝙ, cum intelligitur per neceſſarium in eſſe id, quod nõ habet cauſam, & intelligitur per poſsibile in eſſe, id, quod habet cauſam, nõ erit diuiſio entis in has duas res quid notum. quoniam aduerſarius poterit contradicere ꝙ non eſt, ſicut ipſe dicit, ſed omne ens non habet cauſam. Attamẽ, cũ intelligitur per neceſſarium in eſſe ens neceſſariũ, & per poſsibile poſsibile verum, finitur res ipſa proculdubio ad ens, non habens cauſam. & eſt vt dicatur omne ens aut erit poſsibile, aut neceſſarium ſi poſsibile, habet cauſam. &, ſi illa cauſa fuerit de natura poſsibilis procedit res ipſa, & ceſſat emanatio ad cauſam neceſſariam. iterum interrogatur illa cauſa neceſſaria, cum fuerit poſsibile ẽt vt neceſſarii aliquod ſit habens cauſam, & aliquod non habens cauſam. &, ſi quidem ponitur cauſa de natura neceſſarii habentis cauſam, ſequeretur proceſſus, & deueniet res ad cauſam neceſſariam, non habentem cauſam. C Auicenna autem voluit conuenire in hac diuiſione opinioni Philoſophorum in entibus. nam corpus cœleſte apud Philoſophos eſt neceſſarium per aliud: ſed an neceſſarium per aliud habeat poſsibilitatem reſpectu ſui ipſius eſt in hoc conſyderatio. quare hæc via eſt tortuoſa, cum inceſſerint in ea hoc proceſſu. Attamen via eius eſt falſa neceſſario. quoniã ipſe non diuidit ens primo ad poſsibile verum, & neceſſarium. & eſt diuiſio nota naturaliter de entibus.

Quid per neceſſarium in eſſe ĩtelligamus.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens Philoſophis dicentibus corpus non eſſe neceſſarium in eſſe ex ſe, cũ ſint ei partes, quæ ſunt cauſa eius. Si autem dixerit non eſt incõueniẽs, qm̃ corpus habet partes, & partes ſunt priores eſſentialiter toto, Dicimus, licet ſic fuerit, tamẽ

totum,conſtitutum ex partibus,in earum aggregatione non eſt quidem cauſa partium,nec aggregationis eorũ, ſed ſunt antiquæ ſic abſq; cauſa agenti.& impoſsibile eſt eis dubitare cum hoc, niſi cum eo, qđ dixerunt de affirmatione ablationis pluralitatis ab ente Primo.& iam deſtruximus illud contra eos,& non habent aliam viam. igitur manifeſtum eſt ꝙ qui non credit iunouationem corporum, nõ peruenit ad credẽdum agens omnino. D

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermo ſequitur conſequentia, cui nemo dubitat apud procedentem per viam neceſſarii in eſſe in conſtituendo ens, quod non eſt corpus:& hæc via, non procedunt per eam Antiqui. Primus tamen,qui proceſsit per eam ex eis,qui peruenerunt ad nos, eſt Auicenna.& dicit ꝙ ſit excellens viarum Antiquorum. Nam Antiqui proceſſerunt ad conſtituendum ens, quod non eſt corpus, quod ſit principium omnium,ex rebus poſterioribus, & ſunt motus,& tempus:& exiſtimauit ipſe ꝙ hæc via peruenit ad id,ſ.ad conſtitutionem principii eo modo,quo conſtituerunt Antiqui ex conſyderatione in natura entis,in eo ꝙ eſt ens. Et, ſi perueniret ad id, tunc eſſet id, quod dixerunt, verum.ſed ipſa non peruenit ad hoc.nam neceſſariũ in eſſe ex ſe, cum ponitur in eſſe, erit quod magis aufertur ab eo,quod ſit compoſitum ex materia,& forma:demum ꝙ ſit ei definitio.cum vero ponitur eſſe compoſitum ex partibus Antiquis, quarũ natura eſt vt copulentur adinuicem, vt eſt in mundo,& partibus eius, tunc verũ eſt dicere de mundo, aut partibus eius, ꝙ ſit neceſſarium in eſſe.& hoc totum,cum conceſſerimus ꝙ ſit hic ens, quod eſt neceſſarium in eſſe.& iam diximus nos ꝙ via,per quam proceſsit in conſtitutione entis huiuſmodi, non eſt demonſtratiua, & nõ deuenit naturaliter ad eam, niſi eo modo,quem diximus.Et plurimũ, quod ſequitur ex hoc ſermone, ſcilicet debilitatis huius viæ,eſt apud ponentem hic corpus ſimplex,non cõpoſitum ex materia & forma.& eſt opinio Peripateticorũ.qm̃,qui ponit compoſitum ex partibus in actu Antiquũ, impoſsibile eſt ei,quin ſit vnũ eſſentialiter. & omne vnum in re cõpoſita eſt propter vnum, quod eſt vnum in ſe, ſcilicet ſimplex, & propter hoc vnum mundus eſt vnus. Et ideo dicit Alexander quòd impoſsibile eſt quin ſit hic potentia ſpiritualis, tranſiens per omnes partes mundi,ſicut reperitur in omnibus partibus animalis potentia copulans partes adinuicem.Differunt tamẽ.quoniã copulatio in mundo eſt antiqua,ex eo ꝙ copulans eſt antiquum : copulatio vero inter partes aĩalis eſt generabilis & corruptibilis in indiuiduo, & non generabilis & non corruptibilis ſpecie, propter copulationẽ antiquã : qm̃ impoſsibile eſt ei vt ſit non generabile & non corruptibile in indiuiduo,ſicut eſt in mundo.Et euenit Deo glo.hæc diminutio in hac ſua E F

De vnione et copulationes partium mundi.

A ſpecie perfectionis,ad quam peruenire aliud non poteſt, vt dicit Ariſtote.in libro de Animalibus. Et iam vidimus noſtra tempeſtate multos, & ex ſociis Auicennæ propter hoc dubium expoſuiſſe Auicennam eſſe huius opinionis: & dixerunt quòd ipſe non tenet quòd ſit hic ſeparatum: & dixerunt hoc apparet ex ſermone eius de neceſſario in eſſe in multis locis: & eſt id, quod poſuit in Philoſophia ſua orientali: & dixerunt quòd ideo appellauit illam orientalem, quoniam eſt ex opinione orientalium, tenentium quòd Deus ſit corpus cœleſte, vt ipſe opinatur. & ipſi quidem cum hoc debilitant viam Ariſtote. circa conſtitutionem primi principii per viam motus. Nos verò iam locuti ſumus de hac via multis vicibus: & declarauimus modum, quo eſt in ea veritas: & ſoluimus omnes quæſtiones factas contra eam: & locuti ſumus etiam de via Alexandri in hoc, ſcilicet quam eligit in libro ſuo nominato de principiis.nam videtur quòd declinauit a via Ariſto. ad

De via orientali q̃ tenuit Deũ eẽ corpus cęleſte.

B aliam viam: licet fuerit aſſumpta a principiis, quæ declarauit Ariſto: & ambæ viæ ſunt veræ. ſed magis naturalis eſt via Ariſto.quare, cum verificabitur via probationis neceſſarii in eſſe, vt recitabimus, erit vera apud me: licet fuerit in ea communitas, indigens diſtinctione: & eſt vt præcedat ei ſcientia ſpecierum poſsibilium in ſubſtantia, & ſcientia ſpecierum neceſſariorum in ſubſtantia: Et hæc via eſt vt dicamus poſsibile in eſſe in ſubſtantia corporea, neceſſe eſt vt præcedat id neceſſarium in eſſe in ſubſtantia corporea, neceſſe eſt vt præcedat id neceſſarium in eſſe in ſubſtantia abſoluta: & eſt id, in quo non eſt potentia omnino, nec in ſubſtantia, nec in alia ſpecierum motuum. & quod eſt huiuſmodi non eſt corpus: verbi gratia, corpus cœleſte, apparet de eo quòd eſt neceſſarium in eſſe in ſubſtantia corporea: ſin autem ſequeretur vt ſit corpus antiquius eo: & tamen apparet de eo quòd eſt poſsibile in eſſe, quo ad motum localem: ergo neceſſe eſt vt motor eius ſit neceſſarius in eſſe in ſubſtantia, & quòd non ſit in eo potentia omnino, nec ad motum, nec ad aliud. & non attribuitur ei nec

C motus, nec quies, nec alia ſpecies mutationum: & quod eſt huiuſmodi non eſt corpus omnino, nec potentia in corpore: partes verò mundi æternæ ſunt neceſſariæ in eſſe in ſubſtantia, aut vniuerſaliter, ſicut eſt in quatuor elementis, aut indiuidualiter, ſicut eſt in corpore cęleſti.

Õẽs partes mundi ſunt antique ſecũdum Peripatheticos aut indiuidualiter aut vniuerſaliter.

DE DIMINVTIONE TENENTIS QVOD PRIMVM SCIT ALIVD AB EO, ET SCIT GENERA, ET SPECIES MODO VNIVERSALI.

ALGAZEL.

AIT Alga. Perfecti autem quoniam eſſe eſt incluſum apud eos in innouato & antiquo, & non erit apud eos antiquum niſi Deus glo. & attributa eius, & quicquid eſt vlterius eſt innouatum ex voluntate eius, ideo peruenit ad eos propoſitio neceſſaria de E
ſcientia eius: quoniam volitum neceſſario impoſsibile eſt quin ſit ſcitum volenti. & ædificauerunt ſuper hoc ꝙ totum eſt ſcitum ei, ex eo ꝙ totum eſt volitum ei, & innouatum ex voluntate eius, & nihil ſit quin innouatum ex voluntate eius. & quotienſcunque affirmabitur ꝙ vult, ſciens quidē id, quod velit, eſt viuens neceſſario: & omne viuens ſcit aliud, quanto magis ſcit ſeipſum: ergo totum ſit ſcitum Deo glo. & id ſcit hac via, cum notum eſt eis ꝙ vult creare mundum.

CVm expedita ſit diſputatio nona, hoc in loco decimam aggreditur, quæ eſt quodammodo ad ſcientiam Dei pertinens, & ad eius compoſitionem: quia, vt dixi, quæſtio de ſcientia, eſt quęſtio de compoſitione Dei, ex denominatione & ſubiecto, vt viſum eſt. ergo dicendum eſt de ſcientia primi, licet ſit in parte dictum, & quaſi vniuerſalius: hæc autem ad particulariora condeſcendit. primo ergo Alga. concludit propoſitionem vnam, in qua erit vis quęſtionis. accepit ergo antecedens, quaſi compoſitum, &c. d. quia apud concedentes hanc opi- F
nionem concluditur, id eſt, diuiditur ens in duobus, videlicet in antiquo, id eſt ęterno, & innouato, id eſt nouo. eſt ergo prima pars, omne ens eſt æternum, vel nouum. Et nihil eſt apud eos antiquum niſi Deus, & ſuę denominationes, id eſt ſua attributa, & omnia pręter eum innouata ſunt propria voluntate. eſt ergo ſecunda pars, ꝙ omne ens pręter Deum nouum eſt, & ſolus Deus æternus, omnia noua agens ſua voluntate. hoc eſt totum antecedens. tunc dedit concluſionem, quaſi conſequens. d. concluditur igitur ab iſtis ſuppoſitis vna propoſitio neceſſaria in ſcientia Dei, videlicet ꝙ omnia ſciuntur ab eo: cuius rationem. d. quia omnia vult, & ſua propria voluntate innouantur. (ſuppoſito ergo.) Cum concludit illam propoſitionem, adhuc procedit. & primo accepit illammet, & poſt infert alteram, & inquit. ſuppoſito ergo quod ipſe vult, & ꝙ ſciat id, quod vult, ergo ipſe Deus eſt vnus neceſſario. hęc conſequentia tenet quoniam vna eſt prima voluntas, & vna eſt prima ſcientia, tunc accepit maiorem, & quodlibet vnū ſup. intelligens & ſciens, & volens ſcit alia pręter ſeipſum, & apponitur minor accepta, ſ. ꝙ Deus ſit Deus ſciens, &c. concludit tunc concluſionem. d. quare apud iſtos omnia ſciuntur ab eodem Deo benedicto habentur ergo duæ propoſitiones. prima Deus ſcit omnia. ſecunda Deus ſcit omnia extra ſeipſum. (Et hoc.) Confirmat hoc auctoritate eorum, dicens, & hoc patefactum eſt eis

A ſuppoſito quod vellet innouationem mundi.i.hoc maxime patet ſuppoſita mun di nouitate ſecundum theologos. hoc igitur eſt intentum huius loci.

AVEROES.

AIt Auer. Hic ſermò, fecit eum procemium ad hoc vt faciaẽ comparationem inter eum, & ſermonem Philoſophorum dé ſcientia antiqua. Attamen hic ſermo eſt magis ſatisfaciens pri mo aſpectu, quàm ſermo Philoſophorum. nam Loquentes, cum verificatus fuerit ſermo eorum, & apparuerit apud quem debet apparere, videtur ꝙ ipſi poſuerunt Deum glo. hominem æternum. ipſi enim aſſimilauerunt mundum operatis, quæ ſunt ex voluntate humana, & ſcientia, & poſterius. Et, cum dicitur eis ꝙ neceſſe eſt vt ſit corpus, dicunt ꝙ eſt æternus: & omne corpus eſt innouatum: & neceſſe eſt ei po nere hominem abſq; materia agentem omnium entium. & ſit hic ſer-
B mo ſermo ſimilitudinalis rhetoricus: & ſermones ſimilitudinales ſunt nimium ſatisfacientes, niſi ꝙ, cum procedimus poſt eos, apparebit inuolutiò eorum. nam nihil eſt diſtantius a natura entis generabilis & corruptibilis, quam natura entis æterni. Et, cum hoc ſic fuerit, impoſſibile eſt vt reperiatur aliqua ſpecies, diuiſa in æternitatem, & priuationem æternitatis, ſicut diuiditur vnum genus in differentias id diui dentes. nam diſtantiá æterni ab innouato eſt maior, quam diſtãtia ſpe cierum abinuicem, communicantium quidem in innouatione: &, cum fuerit diſtantia æterni a non ęterno maior, quã diſtantia ſpecierũ abin uicem, qũo ergo poſſibile eſt vt permutetur iudicium ab apparenti ad occultum? & tamen ſunt contraria: &, cum intelliguntur attributa reper ta in apparẽti, & occulto, apparet ꝙ ſunt ęquiuoca ęquiuocatione tali, quæ impoſſibile eſt permutari ab apparẽti ad occultum. nam, vita addita intellectui in homine non dicitur, niſi de potentia motiua in loco

Nihil eſt diſtantius a natura entis generabilis & corruptibilis ꝙ natura entis ęterni.

C ex voluntate, & apprehenſione proueniente ex ſenſibus: ſenſus autem auferuntur a Deo, & multo magis motus localis. Loquentes vero ponunt in Deo glo. ſenſus abſque inſtrumentis, et auferunt ab eo motũ abſolute: igitur aut non affirmant in Deo vitam repertam viuo, quæ eſt conditio in eſſe ſcientiæ homini, aut ponunt eam eſſe ipſammet ap prehenſionem: vt dicunt Philoſophi ꝙ apprehenſio, et ſcientia in primo eſt ipſamet vita. et etiam, qm̃ voluntas in viuo eſt appetitus mandans ad motum, et viuo, et homini euenit ad perficiendum id, quod ei deficit in eſſe ſuo. Deus vero glo. abſit ꝙ ſit ei appetitus, ex eo ꝙ deficit ei, et ſubſtantiæ eius aliquid, adeo ꝙ ſit cauſa motus, et actionis, aut ex ſe, aut ex alio. Et quomodo poteſt imaginari voluntas æterna, quæ ſit cauſa operationis innouatæ, abſque eo quòd additus ſit appetitus hora operationis? aut quomodo imaginetur voluntas, et appetitus, quorum diſpoſitiones ſint ante operationem, et hora operationis? et poſt operationem eædem, abſque eo ꝙ eueniat mutatio? Vlterius,

Quomodo in Deo appetitus.

Appetitus ē cā motus.

quia appetitus eſt cauſa motus: & motus non reperitur niſi in corpo- D
re: igitur appetitus non reperitur niſi in corpore animato. &,cum non
ſit voluntas in Primo apud Philoſophos, niſi quòd operatio eius ſit
operatio proueniens a ſcientia, & ſcientia in eo quòd eſt ſcientia, in
duobus contrariis poſsibile eſt vt proueniat ab ea vnumquodq; eorū,
& prouenit excellentius contrariorum,& nō vilius ex ſciente ea, ideo

Tria attributa de Deo ſcdm Philoſophos.

appellatur Sciens, Excellens. & propter hoc dicunt de Deo glo.quòd
approprianturei tria attributa, & eſt quòd ſit Sciens, Excellens, &
Potens. & dicunt quòd voluntas eius prouenit in entibus ſecundum
ſcientiam eius, & poſſe eius non deficit a voluntate eius, ſicut deficit
in homine. Hoc totum eſt ſermo Philoſophorum in hoc capitulo. &,
cum poſitum fuerit, vt poſuimus, in his quidem rationibus eſt ſermo
ſatisfaciens,non autem demonſtratiuus. Et tibi eſt conſyderare hæc,

Sequētia in vetuſtiori deſiderātur.

ſi fueris ex hominibus felicitatis completæ in locis propriis libri * Po
ſteriorum,ſi ſciueris artes, quas operatur demonſtratio. artes enim de- E
monſtratiuæ aſsimilantur in omnibus artibus factiuis.nam quemad-
modum impoſsibile eſt ei, qui non eſt illius artis, vt faciat aliquam
operationem illius artis,ſic etiam impoſsibile eſt ei, qui non ſcit artes
demonſtrationis, vt faciat aliquam operationem artis demonſtrati-
uæ:& eſt ipſamet demonſtratio. ſed hæc ars dignior eſt in hoc cæteris
artibus. differt tamen ſermo in hoc ab operatione. nam operatio eſt

Species ſermonū multę ſunt.

actio vna,& non proueniet neceſſario,niſi ex habentibus artem. ſpe-
cies vero ſermonum multæ ſunt. nam aliquæ ſunt demonſtratiuæ, ali
quæ vero non demonſtratiuæ. ſed ſermones non demonſtratiui, quia
proueniunt abſque arte, ideo exiſtimatur in demonſtratiuis ꝙ pro-
ueniant abſque arte. & hic eſt error magnus.& ideo quæcunque mate
riæ fuerint materierum artium demonſtratiuarum,in quibus impoſ-
ſibile eſt vt ſit in eis ſermo abſque ſermone artificiali,impoſsibilis eſt
ſermo in eis, niſi habenti illam artem, ſicut eſt in arte Geometriæ.
Quare totum id, quod poſuimus in hoc libro, non eſt ſermo artifi- F
cialis demonſtratiuus,ſed ſunt ſermones non artificiales:quorum al-
ter eſt magis ſatisfaciens altero.& ſecundum hoc oportet vt intelliga-
tur id,quod nos hic ſcripſimus.& ideo nomen debitum,& conueniens
huius libri eſt, Deſtructio ambarum ſectarum ſimul. Et hoc totum
eſt apud me excedere legem,& ſpeculare de eo,quod non præcipit lex.
quoniā vires hominis deficiunt in hoc. impoſsibile eſt enim de omni
eo, quod tacuit lex ex ſcientiis, vt ſpeculetur, & declaretur vulgo ex
eo,id,ad quod peruenit ſpeculatio, quod ſit de eſſentialibus legis.nam

Quo pacto doceri debeat vulgus res diuinas.

ſit ex hoc magna inuolutio. & debet homo tacere in iſtis rebus, ſicut
tacuit in eis lex,& notificare vulgo ꝙ intellectus humani deficiunt in
diſputatione de his rebus, & non excedant doctrinam legis declara-
tam in lege:cum fuerit doctrina communis omnibus ſufficiens ad ac-
quirendum felicitatem ſuam. Quoniam, quemadmodum Medicus
ſpeculatur de rebus ſanitatis in menſura,quæ conuenit ſanis, ad con-

A ſeruandum ſanitatem, & ægris ad remouendum ægritudinem: ſic ẽt eſt in conſtituente legem. nam ipſe notificat vulgo ex rebus menſurã, qua perueniunt ad felicitatem. Et ſic eſt in factibilibus. nam id, quod tacuit lex, eſt perfectius, & præcipue in locis, in quibus vidẽt ꝙ ſint de genere rerum factibilium, in quibus eſt iudicium legale. Quare Legiſtæ differunt in hoc genere, ſunt enim aliqui, qui negant ratiocinationem, & ſunt ſequentes ſimplicitates rerum: & aliqui, qui eam affirmant, & ſunt homines ratiocinationis. & hoc idem euenit rebus ſcientificis. & ſimplices aũt, & ſcientifici, magis proficiunt ſimplices in rebus factibilibus. Interrogatio aũt aduerſarii in his rebus aut erit ex hoĩbus demonſtrationis, aut nõ. Si fuerit ex hoĩbus demonſtrationis, loquendum eſt cum eo demonſtratiue, & notificabitur ei ꝙ hic modus loquendi eſt proprius hominibus demonſtrationis, & ſciet in locis, in quibus lex innuit hoc, ꝙ hoc genus ſcientiæ prouenit ex demõ ſtratione. Si vero non fuerit ex hominibus demonſtrationis, aut erit

B ex hominibus, qui credunt legi, aut ex Hæreticis, & non credentibus. ſi credit ei, notificabitur ei ꝙ loqui de his rebus eſt prohibitũ in lege. ſi vero non credit ei, non eſt inconueniens hominibus demonſtrationis contradicere ei rationibus inciſiuis. Sic pſofecto debet eſſe diſpoſitio habentis demonſtrationem in omni lege, & præcipue in lege Moſayca diuina, quę non tacuit de rebus diuinis, ſed innuit id, ad quod peruenit demonſtratio, & tacuit de eis, dimittens hoc ad doctrinam communem. His autem habitis, reuertamur ad id, in quo fuimus, cum ad hoc nos induxit neceſsitas. & niſi eſſet hoc, Deus ſcit, & bene intelligit ꝙ nos non licite loqueremur de his rebus hoc modo loquelę. Et, cum expreſſerit Alga. viam, qua affirmauerunt Loquentes attributum ſcientię, & alia, adeo quòd eſt in vltimitate declarationis, ex eo ꝙ eſt in vltimitate famoſitatis, & vltimitate facilitatis verificationis, incœpit facere comparationem inter eam, & viam Philoſophorum in

C his attributis. & hæc eſt operatio rhetorica. & dixit.

Hoc in loco propoſitiones Alga. examinare intendit, & primo narrat qua de cauſa accepit propoſitiones has, & inquit, dicimus nos quod Alga. præſupponit hęc verba, modo pręambuli, vt poſsit comparari inter dicta ſuipſius in Dei ſciẽtia, & verba philoſophorum. vult dicere quod ideo præpoſuit illas propoſitiones, vt poſsit recte comparatio ſuę opinionis, & Peripatheticorum intelligi, & perfecte perpendi. (Et eſt notandum.) Hoc in loco intendit declarare quomodo differunt verba, ſeu opinio eius a verbis, ſeu opinione philoſophorum, & inquit. & eſt notandum quod hæc verba ſufficientiora apparent ex improuiſo, quam verba philoſophorũ. eſt ergo differentia, quod opinio Alg. eſt famoſior, & apparentior opinione Peripatheticorum, & dixit, (Et improuiſo.) Quoniam perſpectis rationibus vtriuſq; partis, opinio Alg. certior habetur, vbi in immorabitur, & rationes conſiderabuntur, opinio Peripatheticorum reperietur verior. (Qui enim bene.) Quia dixit ꝙ opinio Alg. eſt apparentior ex improuiſo, hoc declarat, & ideo debes ſcire, quod illud eſt notius, quod plus eſt famoſum: illud eſt famoſius, quod magis conſueuit dici: illud magis conſueuit dici, quod in aliqua ſecta ponitur: & hoc totum dicitur. 2. Meta. com. 14. cum igitur Deum intelligere extra ſe, & omnia facta ponatur in ſecta aliqua, ideo hoc eſt notius, & apparẽtius, Quod autem Deum intelligere omnia extra ſe ſit poſitum in lege Auer. hoc

in loco declarat,& inquit,qui enim bene reſpicit dicta loquentium, patet quod D
ipſi ponunt Deum hominem æternalem: quod apparet, prout Dei ſcientiam in creaturis aſsimilant ſcientię effectuum,qui ſunt humana voluntate: dicunt enim, ꝙ quẽadmodum homo ſuo voluntate facta ſua ſcientia cognoſcit, ſic Deus,qui eſt homo ęternus,ſua voluntate facta per ſuam ſcientiam cognoſcit,& per conſequens extra ſe noſcit omnia. Ergo argumentum poteſt ſic componi:omnis homo cognoſcit ſua opera extra:ſed Deus eſt homo:ergo Deus cognoſcit ſua opera extra ſe.ecce,q̃ꝺ opinio Alga.famoſior eſt ſecundum leges. (Et ſi aliquis.) Obijcit contra leges, & inquit,et ſi aliquis eis dicat,quod,ſi Deus eſt homo ęternus,ex hoc ſequitur,quod Deus ſit corpus. Reſpondet ꝓ eis,dicens,dicẽt quod eſt ęternale.i.dicent non eſſe inconueniens Deũ eſſe corpus ęternale.(Et ſi iterum.)Obijcit ſecundo contra leges,dicens,& ſi iterum eis dicatur,quod corpus ſup.omne eſt innouatum.i.nouum. Reſpondet dicens,oportebit eos ponere hominem ſine materia agentem omnia entia,& tunc concludit fere falſitatẽ huius

Nota. opinionis,&.d.ergo erunt hęc verba poeticalia, id eſt,ficta, & ſimilitudinaria. Debes ſcire,quod opinio dicens,Deum eſſe hominem ęternum forte poteſt verificari de lege noſtra.ponimus enim Chriſtum fuiſſe Deum et hominem,qui poſt reſurrectionem homo adhuc exiſtit & ęternus : & hęc eſt fides noſtra ſine dubio firma & certiſsima:& hęc non poteſt rationibus impugnari,neque rationibus approbari,ſed ſolum ex teſtimonio prophetię,& eorum,qui tempore ſuo vixerunt,qui ſcripſerunt acta eius , quę non poſſunt reduci niſi ad virtutem Dei. E
Vel forte poteſt verificari de lege eius. ponit enim lex eius ꝙ Deus brachia,et pedes,& reliqua membra habeat:erat enim populus ille, cui mahomet prędicauit adeo groſſus & rudis,quod oportebat illi hęc talia apponere,& ideo hęc opinio ad eos poteſt torqueri : & forte quod hęc opinio ducitur de lege communi, quã poetę coluerunt:hi enim multos ponunt Deos, & vnum Iouem : & dicunt ipſum eſſe hominem ęternum, & hęc forte eſt intẽtio Auer. hic.dicit enim quod hęc opinio eſt poetica , & metaphorica . Sed quomodocunq; hoc ſit dictum.ſ. quod Deus intelligit extra ſe entia facta, quia aſsimilatur homini : vel quia eſt homo perfecte.(Sed,ſi diligenter.) Hoc in loco arguit contra opinionem hanc. & primo arguit quod homo generabilis non poteſt eſſe vnius naturę cum homine ęterno,& ratio ſic componitur . quęcunq; maxime diſtant , non poſſunt eſſe vnius et eiuſdem naturę:ſed homo æternus,et homo generabilis maxime diſtãt, æternũ enim,& generabile differunt pluſquã genere,ergo nõ poſſunt eſſe vnius naturę.huius primo accepit maioris vim,et inquit,ſed, ſi diligenter reſpiciamus, apparebit clare locus erroris:nihil enim magis diſtat a natura generabiliũ et corruptibilium entium , quam ęternalis natura . ex hoc vult habere maioris vim: deinde accepit concluſionem,& inquit.& ſi ſic,ergo non poteſt verificari quod F
reperiatur vna & eadem ſpecies differens in æternitate,& non ęternitate.i.corruptibilitate. (Sicut vnum genus.) Hic poteſt ſignari ſecunda ratio,& poteſt cõponi in hunc modum . duę ſpecies non poſſunt eſſe vnius naturę. & hanc apponit.d.ſicut vnum genus differt , ſeu variat ſe ſuis diuidentibus differentijs.i.ſic quod vna ſpecies nõ eſt altera propterea variationem differentiarum: &, ſic habetur maioris virtus:deinde accepit minorem,& inquit,diſtantia enim ęternalis ab innouato,id eſt corruptibili,maior eſt diſtantia ſpecierum adinuicẽ.ergo vis minoris eſt,ſed natura ęterna,& natura generabilis differũt ſpecie,immo pluſꝙ ſpecie,ergo non poſſunt eſſe vnius naturę . & ſic habetur vis rationis ſecundę. (Vnde mirandum.) Hic poteſt ſignari tertia ratio,quę ſic componitur.nullum indiuiduum ſenſibile poteſt transferri ad indiuiduum inſenſibile . indiuiduum generabile eſt indiuiduum ſenſibile,& indiuiduum ęternum eſt indiuiduum inſenſibile . ergo indiuiduum generabile non poteſt fieri indiuiduum ęternum . Dicit ergo,vnde mirandum eſt qualiter poteſt indiuiduum ſenſibile ad occultum , ſeu ignotum,id eſt inſenſibile transferri: hęc eſt maioris vis.cuius probationẽ apponit,dicens,cũ ipſa adinuicẽ ſint in gradu contrarietatis,id eſt cũ gradualiter contrarientur,& addit,& ſi forte cõmunicarent aliquo modo eſt tantum ęquiuocę.i. analogicę. & tunc apponit concluſionem,d.quapropter non debet transferri in-

A diuiduum vnius eorum ad alterum, ſcilicet de noto ad ignotum. Debes ſcire, qđ quędam lex antiqua vt paganorum, ponebat quoſdam homines fieri ęternos, & Deos. dicunt enim ꝙ qui potant aquam in quodam loco diuino, & recipiunt cibum ab eodem loco fiunt æterni, & dij. Contra hos arguit Auer. 3. Meta. com. 15. & inquit, & ſi accipiunt potum ab illo loco, & cibum ab alio, vt non moriantur: mirum quid eſt, quomodo qui indiget cibo, & potu remaneat in ęternum. cibus enim & potus non ſunt neceſſarij, niſi vt reſtaurent corruptum: quomodo igitur remanet æternum illud, quod eſt innatum corrumpi? Sed debes ſcire, ꝙ forte Auer. hic refert fabulam illam poetarum, qui dicunt eſſe quendam cibum, quem ambroſiam appellant: & quendam potum, quem nectar eſſe dicunt, quibus abſumptis homines fiunt æterni, & incorruptibiles virtute illorum. modo contra hoc inſterit Auer. in tertio Meta. & hoc in loco. & forte illud poetarum metaphorice eſt dictū, & nobis pronunciat aliquid moris. dat enim intelligere nobis, ꝙ ſi quis noſtrum virtutem proſequitur, & vitium aufugiat: hic, quando morietur, non ſimpliciter morietur, quoniam virtus eius viuet, & poſt. & hoc eſt, quod Auer. retulit in procemio octaui, & primi Phyſi. vbi dicit, quod perfectio in ſcientijs ſpeculatiuis eſt vita ęterna ſecundum fatuos, id eſt poetas, quos fatuos appellat propter latentiam verborum. & hoc etiam Solon dixit, neminem laudari in vita, & laus ſua vita eſt eius, vt Ariſtot. dicit primo Ethi. (Et viſio.)

Fabula.

Perfectio in ſcientijs ſpeculatiuis eſt vita.

B Hoc in loco quarta poteſt ordiri ratio, & in hunc modum componitur. omnis homo mouetur, & ſentit: ſed Deus non mouetur, neq; ſentit: ergo Deus non eſt homo. huius apponit quędam verba, ex quibus poteſt colligi maior, & inquit, & viſio, quę addita eſt ſuper humanum intellectum in homine, id eſt & viſio, quæ homini cōpetit, non obſtante ꝙ ei competit intellectus, non pōt prędicare de re, id eſt non ineſt alicui rei niſi de potentia mouente localiter ex voluntate, id eſt non poteſt ineſſe alicui rei, niſi illa res exiſtat motiua ſuijplius, & etiam prędicatur de comprehenſione pręſenti, id eſt temporali ex ſenſibilibus, id eſt & in eo ineſt, quod cōprehēdit cum tempore. Et per hoc erigitur hęc maior, ꝙ oīs homo duo debet, ſ. ſenſum, & motum, qm̄ vnum iſtorū non inuenitur ſine altero. Deinde accepit minorem, & inquit, & ſenſus non ſunt dicto Deo attribuendi, & maxime neq; motus localis. eſt ergo minor, ſed Deus nō ſentit, neq; mouetur: ergo Deus non eſt homo: & hęc eſt huius loci quarta ratio. (Loquentes tamen.) Hoc in loco ſolutionē quandā inducit cuiuſdā ſectę, & inquit, loquentes tn̄ ipſi attribuunt Deo tres ſenſus: & remouent ab eo motū abſolute. Debes ſcire, qđ duo ſunt ſenſus propter neceſſarium ſimpliciter: vt guſtus, & tactus: hi. n. inſunt animali propter neceſsitatem, qm̄ priuatio horū corruptio eſt quędā: ſed viſus odoratus, & auditus ſunt propter melius, & honorabile: inſunt. n. animalibus perfectis propter excellentiā, & perfectionem eorum ſuper alia animalia. Vult ergo

C ſecta illa Deū eſſe hominem æternū, & habere tres ſenſus tantum: qm̄ enim ęternus, ideo caret guſtu, & tactu: guſtu quidem, qm̄ æterno non competit cibari, ergo per conſequens nec guſtus: tactu vero, qm̄ ſeparatus eſt a potentijs, & qualitatibus elementorum, ergo caret illis: quia vero homo eſt, qui animal eſt diuinū, & perfectiſsimū, & ideo competunt ei ſenſus, qui non denegantur a perfectiſſimo animaliū, ſcilicet, viſus, auditus, & odoratus, & ſic patet opinio hęc. (Vnde aut.) Hoc in loco reprobat hāc ſolutionē, & inquit, vnde, aut ipſi attribuūt vitā ſimilem vitæ animalium, quam dat neceſſario humana ſcientia, id eſt, aut vita Dei erit ſimilis vitę animalium, quę conſiſtit in ſcire humano: aut dicent, quod vita Dei erit eadem cum comprehenſione, vt dicunt philoſophi, ſcilicet, quod ſcientia, vel comprehenſio Dei idem eſt, quod vita in ipſo Deo, id eſt, aut vita eius erit alterius rationis ſolum conſiſtens in ſpeculatione: primum non deſtruit Auer. neque ſecundum approbat: attamen poteſt hoc modo compleri ratio, ſcilicet, ſed primo modo dici non poteſt: quoniam vita animalis conſiſtit in participatione animę nutritiuę a calore naturali, vt dicitur in libro de morte & vita, ergo non poteſt viuere vita vniuoce dicta cum vita animalis generabilis: ergo viuet vita ęquiuoce, ſ. ſolum in ſpeculatione cōſiſtens: ſed vita ſpeculatiua eſt cū carentia oīum ſenſuum, vt dicit Auer. 12. Meta. com. 39. ergo Deus nō viuit ni-

ſi ſpeculatione per carentiam quinque ſenſuũ: nullum ergo ſenſum habet Deus, D cuius contrarium dixit lex illa. (Rurſus voluntas.) Quia opinio legis ſuę po- ſuit in Deo, vel in illo homine æterno voluntatem, ideo inducit quintam ratio- nem contra eos quantum ad hoc, & poteſt ſic componi: omnis voluntas in ho- mine eſt ducens ad motum, in alijs animalibus eſt data vt prouiſio perficiendi id, quod imperfectum eſt: ſed per eos Deus habet voluntatem: ergo habet motũ, & quendam defectum, qui perficitur ſua voluntate: concluſio falſa, & non pro- pter figuram, ergo propter propoſitiones: & non propter maiorem, vt dicã, ergo propter minorem: ergo Deus caret voluntate, & appetitu: huius apponit primo maiorem. d. rurſus voluntas animalium eſt appetitus ducens ad motum, & tam in homine, quam in alijs animalibus, ſine dubio eſt prouiſio vt perficiat id, qđ deficit a ſeipſo: hæc vis maioris: ergo ſecundum hoc, id eſt, ergo ſi conceditur Deum habere voluntatem, oportet quod ipſe Deus habeat quẽdam defectum, ita quod ille appetitus ſit cauſa motus in ſe, ſcilicet ſuipſius, quam in alijs, id eſt, quam in mouendo omnia entia, quæ ſunt in mundo. Debes ſcire, quod volun- tas compoſita eſt animali propter duo, ſcilicet, propter motum, & propter eius imperfectionem: propter motum quidem, quoniam cum animal mouetur niſi mo tum velit, & deſideret ipſum, non continuaret, & ſic nunquam ad finem veni- ret, immo, non inciperet ipſum, Propter imperfectionem vero eſt, primo, quia, ſi animal eſſet quid ſummum, cui nulla deeſſet perfectio, ſine dubio non appete- ret aliquid extra ſe, ſed appetitus ſuus eſſet ſuipſius: ſecundo, quia voluntas eſt B in acquirendo. vbi ergo animal totum eſſe ret haberet, & eſſet quid ſummum, non appeteret: & cum hoc ita ſit, apparet vis rationis Auer. in hoc loco. (Vnde mirandum.) Hoc in loco confirmat rationem quintam, & poteſt ſic componi: nulla voluntas æterna eſt cauſa noui effectus, ſiue noui operis, ſiue nouę actio- nis. Sed voluntas primi eſt cauſa noui operis, &c. ergo non eſt æterna: maior declarata eſt in prima diſputatione; minor patet ſecundum ſuam ſectam: dicit itaque, vnde mirandum eſt qualiter ſit voluntas ęternalis cauſa noui operis, ſiue adiutor voluntatis, & ipſius actionis, ſcilicet, nouę: & per hęc vult habere maio rem (vel qualiter.) Iterum confirmat illam rationem, & poteſt ſic componi: oĩs voluntas manens in opere, ante opus, & poſt opus permutatur: ſed voluntas pri- mi non permutatur: ergo, non manet ante opus, neque in opere, neque poſt opus: dicit ergo, vel qualiter poteſt imaginari quę voluntas, & appetitus ante opus: & in tempore operis, & poſt, quod ſit vna & eadem, & non contingat ei permuta tio: & ex hoc vult vim maioris: quomodo quidem hęc ratio vim habeat, in pri- ma tactum eſt diſputatione. (Amplius.) Confirmat iterum rationem illam, & poteſt ſic componi: omne, quod mouetur corpus, omne appetens mouetur: ergo omne appetens corpus: huius tangit minoris vim. d. amplius, cum appetitus cauſa C ſit motus: & per hoc habere vult, quod omne appetens mouetur: quę fuit minor: deinde tangit maioris vim. d. & motus non reperiatur niſi in corpore, id eſt, & omne, quod mouetur, eſt corpus: tunc apponit cõcluſionem. d. ergo appetitus nõ reperitur niſi in corpore animato, id eſt, ergo omne appetens eſt corpus, & ani- matum, (Et quia philoſophi cauent.) Nunc ex dictis opinionem philoſophorũ de hoc vult colligere, dicit ergo, & quia philoſophi cauent ſibi talia abſurda, ideo appetens eos voluntas, videlicet, diuina eſt actus procedens a ſcientia, id eſt, eſt operatio ſubordinata ſcientiæ. Sed obijcit contra ſtatim. d. ſed ſcientia, inquantum ſcientia, eſt de duobus contrarijs, ſequitur neceſſario quod quodlibet ipſorum contrariorum procedit ab ea. Reſpondet bene, & dicit: ſed dicent, quod nobilior ipſorum actuum procedit potius quam vilior, ſcilicet, ab illo ſciente, id eſt, Deo: eſt ergo ſolutio quod, & ſi ſcientia ſit duorum, tamen voluntas in no- biliorem ſe transfert. (Et ideo.) Ex hoc conduxit correlarium Auer. d. & ideo dicunt, quod tres ſunt denominationes in Deo, ſcilicet, quod ſcit, id eſt, ſcientia, & quod eſt nobilis, id eſt, nobilitas, & ꝙ eſt potẽs, id eſt, potentia: ſcientia ergo, & voluntas, & potentia ſunt tria Dei attributa. Et dicunt, quod eius voluntas currit in entibus iuxta ſuam ſcientiam, id eſt tantum currit, quantũ ſcientia pri mi ſibi demonſtrat, & dicunt quod poſſe ipſius non variat ſuam voluntatẽ: hæc

eſt opinio

A eſt opinio philoſophorũ in præſenti propoſito. Et tunc addit, & dicit: vnde, qui de ſecta diligentiũ veritatẽ cupit eſſe, & in amenis demonſtrationibus delectatur, poteſt clariſsime diſtinguere ambages loquentium a vigore philoſophorũ: vnde dicimus quod beatus eſt, cui Deus præuidit veritatis dilectum: & cum Auer. dixiſſet hoc ordinem dicendorũ adiungit in libro Algazel. & ſermo eius patet. Debes ſcire quod Auer. in duobus principaliter contradicit legibus. Primo in eo, quod reputat legem noſtram ponere Deũ hominem æternũ. Secundo in eo, quod nos, & alij ponunt in Deo voluntatem: illud, quod dicit in ſecundo, nihil eſt, & rationes ſuæ hic nullius ſunt valoris, vt in prima declaraui diſputatione: ideo opus eſt, vt recurras in illum locum. Sed in primo poteſt eſſe difficultas, & adhuc ipſe non intelligit legem noſtram, forte enim audiuit ſic dicere: lex enim noſtra Deum non ponit eſſe hominem quidditatiue, ſed ponit naturam diuinam vniri naturæ humanæ, ſicut natura hominis vnitur ſuppoſito Sortis, & Platonis: & hæc natura, quali coniuncta eſt Chriſtus: & ideo, non concedimus Deum eſſe hominem formaliter æternum, ſicut hanc, homo eſt animal, hæc. n. prædicatio eſt per ſe, & formalis: illa autem, Deus eſt homo, eſt denominatiua, ſicut dicunt noſtri theologi: & ideo rationes Auer. vadunt ad cœcum: arguunt enim cõtra illud, quod nos nõ dicimus: & fingunt illud, quod nulla lex ponit.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. loquens cum Philoſophis. Vos autem, cum exiſtimauiſtis ꝙ mundus ſit antiquus, non innouatus quidem à voluntate, quæro vnde vos ſciuiſtis ꝙ ipſe ſcit ſeipſum? & impoſsibile eſt hoc abſque ratione in eo. Deinde dixit, & id, quod dixit Auicenna circa verificationem huius in graduatione ſermonis eius, tendit ad duo, quorum vnũ eſt ꝙ Primum eſt ens non in materia: & omne ens non in materia eſt intellectus abſolutus: & omnia intellecta ſunt manifeſta ei, nam prohibens ab acquiſitione omnium rerum eſt alligantia cum materia, & occupatio in ea, nam anima hominis eſt occupata in regimine materię, ſ. corpore. &, cum ceſſauerit occupatio eius, ſcilicet corpore, &, cum ceſſauerit occupatio eius, & non ſummergitur in appetitibus corporalibus, & conditionibus vilibus, procedentibus de rebus naturalibus, patefit ei veritas intellectorum. * & ideo apparet ꝙ Angeli omnes ſciunt omnia intellecta, & nõ deficit eis aliquid: quoniam ſunt etiam intellectus abſtracti non in materia. Poſtea, cũ recitauerat ſermonem eorum, dubitans eis, dixit.

C — Plura habet hic antiqus tex.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dicamus, cũ dicimus ꝙ Primũ ſit ens non in materia, ſi intelligitis ꝙ non ſit in corpore nec innatum corpori, ſed eſt exiſtens in ſe, abſq; apprehenſione termini, & appropriatione in aliqua parte, conceditur. Et circa id, quod dicitis, & hmôi eſt intellectus abſtractus, quæro quid intelligitis per intellectũ? ſi intelligitis eũ, qui intelligit alias res, hoc eſt ipſummet queſitũ, & locus quæſitionis. & qũo id accipitis in propoſitionibus ſyllogiſmi in quæſito? ſi vero intelligitis aliud, & eſt ꝙ ipſe intelligit ſeipſum, forte cõcedẽt tibi hoc tui fratres Philoſophi, & nõ puenit ad hoc, ex eo ꝙ intel-

ligit ſeipſum, vt intelligat aliud.& diciturei quare ponis hoc, quod D
non eſt neceſſarium? igitur differt Auicenna ab aliis Philoſophis. & quomodo ponit id neceſſarium?&, ſi eſt ſpeculatiuum, quæro quæ eſt demonſtratio in hoc? ſi vero dicit, quoniã prohibens ab acquiſitione rerum, eſt materia: & ibi non eſt materia: igitur non eſt prohibens. Nõs dicimus non concedimus ꝙ ſit prohibens: & non concedimus ꝙ ipſa ſit prohibens tantum. Et fundatur ſyllogiſmus eorum in figura ſyllogiſmi hypotetici:& eſt vt dicatur, ſi hoc eſt in materia, non intelligit res:ſed non eſt in materia:ergo intelligit res. & in hoc ponitur cõtradictio antecedentis.& poſitio contradictionis antecedentis non cõcludit conuenienter:& eſt ſicut ſermo dicentis, ſi hoc, quod videtur, eſt homo, eſt animal:ſed non eſt homo:ergo non eſt animal.hoc enim non ſequitur, cum multotiens non erit homo, & tamen erit equus, & erit animal. Verum eſt quòd poſitio contradictionis antecedentis cõcludit contradictionem conſequentis, ſicut dixerũt in Logicis cum cõditione:& eſt conuerſio conſequentis cum antecedẽte. & hoc vniuerſaliter, & eſt ſicut dicunt ſi Sol oritur, dies eſt:ſed Sol non oritur:ergo E
dies non eſt. quoniã eſſe diei non habet cauſam, niſi ortum Solis: & alterum eorum conuertitur cum altero.& declaratio harum poſitionum, & dictionum intelligitur in libro Apprehenſionis intellectus, quem ordinauimus ad hunc librum.ſi vero dicit, nos autem ponimus conuerſionem, & eſt ꝙ prohibens eſt materia tantum,&c.

Hoc in loco Alga.primo arguit cõtra philoſophos,& dicit.Sed poſſumus dicere philoſophis ſic, vos opinamini quod mundus ſit ab æterno, non innouatus voluntate:qualiter ergo vos ſcitis, quod ipſe ſciat ſeipſum, niſi rationẽ claram
Nota. ſuper hoc duceris? Debes ſcire, quod quia mundus eſt æternus, ideo poteſt ſuſpicare ipſum non ſcire mundũ, quoniam ſcientia Dei eſt propter gubernationẽ mundi. Si igitur mundus gubernatione caret, videtur quod Deus non ſciat ipſum:ſi autem æternus ponitur, eo ipſo gubernatione carere videtur, cum æternũ cadere non poſsit in caducum:ergo ex eo ipſo quod mundus ponitur a ſapientibus æternus, eo ipſo videntur philoſophi dicere Deũ non ſcire res ipſius mũdi: & ideo, cũ philoſophi ponãt mundũ æternũ, ſi dicunt Deum ſcire ipſum, habent hoc ratione fortiſsima probare:& hęc eſt ſententia huius partis.(Rurſus ſentẽtia.)Cũ induxit vnũ argumentum, probans Deũ non ſcire mundũ, hoc in loco F
arguit in contrariũ:& poteſt vis rationis ſic cõponi:omnis intellectus purus habet intelligibilia omnia ſibi manifeſta:ſed intellectus diuinus eſt purus intellectus:ergo intellectus diuinus habet manifeſta ſibi oĩa intelligibilia: maior probatur ex hoc, quod materia & appenditiæ eius impediũt comprehenſionẽ:ergo ceſſantibus his, intellectus remanet ſumme purus, & capax comprehenſionis omniũ intelligibiliũ:minor proſyllogizatur ſic:omne ens ſine materia eſt purus intellectus.primũ eſt ens ſine materia:ergo primũ eſt purus intellectus:primo ergo apponit probationẽ minoris, & inquit, rurſus ſentẽtia verborũ Auicen. ſuper hoc reducitur ad primũ,i. principiũ:et accepit minorẽ, dicẽs, quia primum eſt ſine dubio ens ſine materia:deinde accepit maiorẽ, dicens, & qđ ſic ſe habet eſt purus intellectus. Tunc ſuppoſitis maiori, & minori ſyllogiſmi principalis, accepit cõcluſionẽ, dicens, ergo omnia intelligibilia manifeſta ſunt ſibi. Deinde dedit rationẽ maioris, & inquit:quia id, quod nobis eſt magnũ obſtaculũ in rerũ cõprehenſione, eſt ſine dubio materia, ſeu impedimẽta, quæ ab ea oriuntur:& explicat illa, dicẽs, vt regimina tẽporalia:& ideo ceſſato impedimẽto, & diuiſis carnalibus voluptatibus;& turpibus moribus, tũc nobis apparent intelligi

A liū veritates lucide:nā,ob hoc,i.propter ceſſationem, & ſedationē voluptatum intellectus reducitur de potentia ad actum:& hoc eſt,quod Plato ait, quod cum in pueris ſedantur motus,& humiditates ſcientia in eis incipit oriri.& 7.Phyſi. com.20.dicitur,ſedendo & reſidendo fit anima ſciens,& prudens: inquit Auer. quod hucuſq; ſunt verba Alga.inducta nomine philoſophorum.

Sed dubitāt quidā,an materia prohibeat cōprehēſionē: & vr̄ quod nō, qm̄ ſubſtātię ſeparatę maxime cōprehēderētur a nobis,cū ſint ſimplr̄ ſine materia: cuius oppoſitū perſpicuū eſt. Hoc in dubio dixerūt quidā, qđ materia nō prohibet cōprehēſionē: primo, qm̄ qđ eſt pars quiditatis excitat ad cōprehēſionē, oīs.n.cōprehēſio quiditate pficitur,mō,vt dicūt,materia eſt pars qditatis , quēadmodū & forma:ergo. Secūdo,qm̄ qđ addit ad eſſe,nō ꝓhibet cōprehēſionē, immo addit ad cognoſci:ſed materia,& forma ſunt cauſę eſſendi cōpoſitis, ergo nō prohibēt cōprehēſionē.Sūt & alij,q dicūt materiā, & eius appēdicias ꝓhibere cōprehēſionē:& hęc eſt opinio Auic.in 8.ſue Met. cap.6. vt narraui: hic Alg.eſt et opinio exponētis,ſ.Thomę in qōnibus ſuis de Aīa. q.2.in ſolutione argumēti quinti. & ſicut declarabitur,erit & opinio Auer.Sed,qa primi,qui primā aſſecuti ſunt opinionē horū,ignorāt ſn̄iam, ideo debes ſcire, ꝙ ꝓhibitio pōt eſſe ex parte agētis,& pōt eſſe ex parte receptiui ſeu patiētis. Si igitur materia ꝓhibet:oportet videre ex qua nā parte: ideo dicendū ꝙ ex parte vtriuſq;. Ex Prima qō. Opinio Auicen. Opinio ſancti Tho. Prohibitio duplex.

B parte paſſi quidē.Cū.n.paſſum fuerit in materia,ꝓhibetur a cōprehēſione.& iō Ariſt.in lib.de Aīa, conatus eſt cōducere intellectū eſſe in ſe abſtractū a materia:et ideo illi,qui in materia intellectū immerſum habēt,inepti ſunt ad cōprehēſionē. Ex parte agentis vero, qm̄ cū intelligibilia in materia ſint, intelligi non poſſunt,eo qa intelligibile intantū intelligitur,inquātū mouet aīam, mouere impeditur a materia:forma,n.inquantū forma mouet, vt Auer.dicit 3.Phy. cō.17. Propter qđ fuit neceſſariū eſſe intellectū agentē,vt Auer.teſtatus eſt 3. de Aīa. com.18.eo quia remoueat materię cōditiones. Sed debes ſcire, quod aliqđ pōt impedire vnū per ſe,quod pōt iuuare illud per accidens. V.g. materia ſimpliciter impedit per ſe agēs in agendo,quæ tn̄ adiuuat in agendo particularē actionem.materia.n.eſt id,quo agens eſt hoc,& indiuiduum:pro quāto, ergo reddit agens in eſſe idoneo actiuitati:vt ſic,agēs adiuuare dicitur.Simpliciter autē,& per ſe impedit. Et per hoc ad obiecta. Ad primū dicendū ,quod ſimpliciter priuatio materię in formis abſtractis reddit illas ſimpliciter intelligibiles, per accidens autem impedit eas intelligi a nobis. ſunt enim ſubſtantiæ ſeparatæ ſummæ intelligibiles, & per ſe ſimpliciter propter carentiam materiæ , vt Auerro. dicit ſecundo Metaphyſi.commen.primo. attamen per accidens, cum ſint improportionatæ noſtro intellectui, vt continuus homini, vt ſic per accidens priuatio materię cauſa eſt impedimenti. Ad ſecundum dicendum ſimiliter , quod Nota. Solutio quæſtionis.

C materia per ſe eſt cauſa non eſſendi.per accidens autē cauſa eſſendi,pro quanto eſt ſuſtentans formam:inquit enim Auerro.7. Metaphyſi. commen. 37.forma enim eſt pars,quæ cum fuerit,eſt res.materia vero eſt illud,quod cum fuerit,nō erit res.Dicendum itaque,ꝙ materia eſſendi cauſa eſt per accidens, & ideo per accidens eſt iuuans ad comprehenſionem,vt dicebatur. Eſt autē per ſe cauſa nō eſſendi,& ideo per ſe impedit cognitionem.(Poſtea redarguit ipſos.) Cū induxit Alga.verba nomine philoſophorum:hoc in loco inducit obiectiones eius cōtra illa, & primo proponit hoc d. poſtea vero redarguit ipſos.d. vos dicitis ꝙ primū eſt ſine materia:eſt ergo verbū ſapientū, ꝙ Deus ſit ſine materia. Circa hoc petit, vnde ſi per hoc intēditis quod ipſe nō ſit corpus,neq; fundatus in corpore,immo eſt per ſe exiſtēs abſq; locali appropriatione,i.immo eſt ita ſolutus ꝙ neq; eſt corpus,neq; virtus ī corpore,neq; in ſitu,vel loco. Verificat hoc.d. dicimus,qđ hoc eſt cōcedēdū.(Amplius.)Cū induxit dictū ſapiētū,& verificauit ipſum vno mō,inducit aliud philoſophorū verbū,& inquit, amplius dicitis ꝙ id,qđ ſic ſe habet,eſt ſeparatus itellectus:ex qbus duobus pōt ratio cōponi in hunc modū, omne ens ſine materia,corpore,& loco eſt ſeparatus intellectus, primus motor eſt ens ſine materia,corpore, & loco:ergo eſt purus intellectus. minor ſimplr̄ verificata eſt p Alg. inſiſtit ergo circa maiorē, & inqt, vnde petēdū

eſt a vobis, ſi intenditis pro illo intellectu illud, quod intelligit alia, ita ꝙ ſit D
ſenſus, vnus itellectus ſepararus, & intellectus intelligẽs oĩa alia entia extra ſe.
contra hoc inſiſtit, & ait: dicimus ꝙ hoc ꝓprie eſt noſtra quæſtio: qualiter ergo
ponitis eũ de propoſitionibus ſyllogiſmi noſtræ quæſtionis, i. qualiter formatur
de eo propoſitio noſtrę quęſtionis. q. d. eſt impoſsibile: qm̃ hoc petimus, ergo
non debet ſupponi. (Si forte. Ponit & aliud membrũ. d. ſi forte intẽditis pro eo-
dem intellectu, ꝙ ipſe Deus intelligit ſeipſum, ita ꝙ intellectus ſeparatus, & in-
tellectus intelligens ſeipſum ſit idẽ, tunc dicit: forte conceduni hoc aliqui philo-
ſophorũ, & forte non. & addit ꝙ, & ſi ſapientes id cõcedãt, nõ ideo concedũt, ꝙ
quia intelligit ſeipſum, ꝙ omnia alia intelligat: maxime, quia hoc nõ eſt a phi-
loſophis conceſſum, niſi ab Aui. tñ. Aui. enim cõcedit primũ intelligere ſe tan-
tum, & per conſequens ipſum alia intelligere: & ideo cõcludit vnũ documẽtũ.
d. & ideo, poſtquã ſpeculandũ eſt, oportet ꝙ cõcludatur per demonſtrarionem.
(Et ſi.) Adhuc inducit vim argumenti, & dicit. & ſi forte diceretis, ꝙ reſiſtens
comprehẽſioni ſit materia, id eſt ꝙ impedimentũ eius eſt materia: ſed ibi, id eſt
in primo non eſt ponẽda materia: ergo ibi eſt maxima cognitio, & per conſe-
quens intelligit ſe, & oĩa. Reſpondet. d. Nos vero dicimus ꝙ forte dictæ com-
prehenſioni non tamen materia reſiſtit: & non declarat quid aliud reſiſtit, ſed
remittit ſe in alium locũ, dicens: ſed id, quod intelligi debet per vocabula harũ
propoſitionũ, id eſt quõ aliud reſiſtat, declarabimus in libro quodã a nobis fien- E
do poſt hunc librum: cuius nomen erit liber comprehenſionum intellectus: ibi
enim exponitur quid aliud reſiſtat. quod ergo relinquit nobis manifeſtum eſt, ꝙ
non tantũ materia reſiſtit. Quod vero tranſtulit ad tempus eſt, quod id declara-
bitur in libro de comprehenſionibus intellectus inſcripto. Sed ne ſub ſilentio
id pertranſeamus oportet ſcire id, quod in illo excipitur libro, ſcilicet ꝙ intelli-
gens tribus modis poteſt, intellectum intelligere. Vno modo, prout mouetur ab
intelligibili, ſicut materia mouetur, & perficitur per formam, & ſic intellectus
noſter intelligit res materiales generabile. Alio modo, vt cauſatur ab intelligi-
bili, & ſic ſecundæ intelligentiæ intelligũt primam, a qua cauſantur, quælibet
enim intelligentia intelligit primã, prout ab illa cauſatur. Tertio modo intelli-
gens intelligit intelligibilia, prout cauſat illa. primus modus intelligendi perfi-
citur per abſtractionẽ a materia: nunꝙ̃ enim põt noſter intellectus intelligere
intelligibilia, ſcilicet niſi ipſa eſſent ſeparata a materia ſaltẽ ſecundum modum.
Et ex hoc apparet ꝙ non tm̃ reſiſtit materia: qm̃, & ſi primũ ſit ſine materia, nõ
ſequitur ꝙ debeat intelligero intelligibilia: qm̃ illud eſſet verũ, vbi intelligeret
illa modo, quo perficeretur ab eis, ſcilicet primo modo. Sed, quia primus motor
intelligit, prout eſt cauſa intelligibiliũ & a philoſophis non ponitur cauſa om-
niũ entiũ ſaltẽ ſecundũ opinionẽ Auicen. ideo ſecundũ impedimentum eſt, quia F
non eſt cauſa omniũ entiũ: oportet ergo addere, eſt ſine materia, & cũ hoc cau-
ſa illorũ omnium, ergo intelligit illa, modo deficit ſecundũ, & ideo Aui. ponit
quod colcodea intelligat omnia: quoniã eſt ſine materia & cauſa omnium for-
marũ materialiũ. Hæc itaque ſunt ea, quæ ex illo excipiuntur loco.

A V E R O E S.

Ait Auer. Primũ, quod eſt in hoc ſermone ex inuolutionibus,
eſt recitatio opinionis, & ratiocinatio cõtra eã. Nam id, quod
poſuit in eo ex propoſitionibus, ꝙ ſint tanquã principia, ſunt
apud eos cõcluſiones multarũ propoſitionũ. Quoniã declaratum eſt
apud eos ꝙ omne ens ſenſibile ſit cõpoſitum ex materia, & forma: &
forma eſt id, quo ens eſt ens, & eſt id, quod ſignificatur per nomen, &
definitionem, & ex ea prouenit operatio propria in quolibet ente, &
eſt ea, quæ ſignificat eſſe formarum in ente. Et hoc, quoniam ipſi in-

Quomõ deuenerũt Philoſophi i cognitionẽ ipſius Dei.

A uenerunt ꝙ ſunt in ſubſtantiis potentiæ agentes, propriæ cuilibet enti, & potentiæ patientes, aut propriæ, aut cõmunes. & impoſsibile eſt vt res patiatur re, qua agit. nam actio contradicit paſsioni: & contraria non recipiunt alterum alterum, ſed recipit ea ſubiectum eorũ, modo, quo vnum aduenit, poſtquã receſsit aliud. verbi gratia calidũ nõ recipit frigidum: id vero, quod recipit frigidum, eſt corpus calidũ, cum receſſerit ab eo calidum, & recipit frigidũ, & econtra. Et, quoniã inuenerunt actionẽ, & paſsionem eſſe huiuſmodi, ſciuerũt quòd omnia entia talia ſunt compoſita ex duabus ſubſtantiis, ſubſtantia quidẽ, quæ eſt actus, & ſubſtantia, quæ eſt potentia: & inuenerunt quòd ſubſtantia, quæ eſt in actu eſt perfectio ſubſtantiæ, quæ eſt in potentia, & eſt ei in fine in generatione, cum non fuerit diſtincta ab ea in actu. Deinde, cum ſpeculati fuerunt formas entium, declaratum fuit eis ꝙ neceſſe eſt quòd deueniat res in iſtis ſubſtantiis ad ſubſtantiam in actu, ſpoliatam à materia: & neceſſe eſt vt ſit hæc ſubſtantia agens,

B non patiens omnino: & vt nõ eueniat ei debilitas, nec feſsitas, nec corruptio: cum hoc eueniat ſubſtãtiæ, quæ eſt in actu, ex eo quòd eſt perfectio ſubſtantiæ, quæ eſt in potentia, non ex eo quòd eſt actus abſolute. quoniã, cum ſubſtantia, quæ eſt in potentia, exeat in actum ex parte ſubſtantię, quæ eſt in actu, neceſſe eſt vt deueniat res in entibus agentibus, & patientibus ad ſubſtantiam, quæ eſt actus abſolute, & quòd ceſſet emanatio, & proceſſus ad hanc ſubſtantiã. et declaratio ꝙ reperiatur hæc ſubſtãtia, ex eo quòd eſt mouens, et agens propoſitionibus eſſentialibus, & propriis, eſt in libro Octauo Phyſicorum. Et, qm̃ conſtituerunt hanc ſubſtãtiam via propria, et cõmuni, vt eſt notum in libris eorũ, conſyderauerunt in natura formarum mouentium materialiũ, et inuenerunt aliquas earũ magis propinquas actui, et magis remotas à potentia: qm̃ ſunt remotę à paſsionibus magis quã alię, quod eſt ſignum materiæ ſibi propriæ: et inuenerunt animam ex iſtis formis immunẽ prę ceteris à materia, et pręcipue intellectum, adeo ꝙ

Formam aliqua magis ꝓpinquę actus aliquę remotiores.

C dubitauerunt de eo an ſit ex formis materialibus, aut non ex materialibus. Et, qm̃ viderunt formas apprehenſiuas eſſe ex formis animę, et inuenerunt eas remotas à materia, ſciuerunt quòd cauſa apprehẽſionis ſit remotio à materia. Et, qm̃ inuenerunt intellectum nõ eſſe paſſibilem, ſciuerunt quòd cauſa, qua ſit forma non animata, aut apprehenſiua, nihil aliud eſt, niſi ex eo ꝙ, cum fuerit perfectio eius, quod eſt in potentia, erit inanimata, aut non apprehenſiua. &, cum fuerit perfectio abſoluta, cui non admiſcetur potentia, erit intellectus. & hoc totum iam ordinatum eſt ordinatione demonſtratiua, & ſyllogiſmis naturalibus. & impoſsibile eſt vt ordinetur in hoc loco ordinatione demõſtratiua, niſi aggregetur id, cuius natura eſt vt ſcribatur in multis libris diuerſis in vnum locum. & hoc bene ſcit, qui eſt aſſuetus in libris Logicę pauca aſſuefactione, quod impoſsibile eſt hic. Et ex hoc modo vię ſciuerunt ꝙ id, quod non patitur omnino, eſt actus, & non

Cauſa apprehẽſionis eſt remotio a materia.

eſt corpus:quoniam omne corpus paſsibile apud eos eſt in materia. D
Modus aũt quæſtionis contra Philoſophos in his rebus debet fieri cũ principiis,quæ adduxerunt in declarationem harum rerum, non aũt cum his met rebus,quibus dubitauit iſte vir:& cũ hoc ſciuerunt quòd hic ſit ens,quod eſt intellectus abſolutus. Et,quoniã viderunt etiam ordinẽ hic in natura, & operationibus eius ſequi ordinẽ intellectualem, ſimilem ordini artificiali,ſciuerunt ꝙ hic ſit intellectus, qui influit has potentias naturales,quarum operationes currunt modo operationis intellectus:& determinauerũt ex his duabus rebus quòd hoc ens,quod eſt intellectus abſolutus,eſt ille,qui influit entibus ordinẽ, & proportionem repertam in operationibus eorum: & ſciuerunt ex hoc toto ꝙ ipſum intelligere ſeipſum eſt intelligere omnia entia. Et huiuſmodi ens non eſt id,quod intelligit de ſe aliud ab eo, quod intelligit de alio, ſicut eſt in intellectu humano.& ei non conuenit diuiſio prædicta.& eſt vt dicatur omnis intellectus aut intelligit ſeipſum, aut aliud,aut intelligit vtrunque ſimul.deinde dicit,ſi intelligit aliud, patet ꝙ intelligit ſeipſum.ſi intelligit ſeipſum,non oportet vt intelligat aliud.& iam locuti ſumus de hoc ſuperius. Et totum, de quo locutus eſt in ſyllogiſmo hypotetico,quo vſus eſt,vt dixit,non eſt verum.nã ſyllogiſmus hypoteticus non verificatur,niſi declaretur id,quod reiteratur in eo,& conſequens per ſyllogiſmum categoricum, aut vnum, aut plus vno. Syllogiſmus vero hypoteticus verus in hac quæſtione talis eſt. Si id,quod eſt in materia,non intelligit,id quidem,quod nõ eſt in materia,intelligit.& hoc quidem, cum declarabitur verificatio huius conſequentiæ,& verificatio eius,quod reiteretur, & ſunt propoſitiones,quas diximus eſſe apud eos concluſiones.& iſte vir attribuit eis ꝙ ſint prima,aut propinqua primis. &, cũ declarabuntur ſecundũ ꝙ diximus,erit ſyllogiſmus veræ figuræ, & verarũ propoſitionũ. Verificatio aũt figure,qm̃ id,quod reiteratur,eſt oppoſitum conſequẽtis, & cõcludit oppoſitum antecedentis,non eſt ſicut ipſe putauit, ꝙ ipſi reiterant oppoſitũ antecedentis, & concluditur oppoſitum conſequentis.Attamẽ,quia non ſunt primæ,nec famoſæ, nec cadit earũ in primo aſpectu veritas,ideo ſunt in vltimitate inconueniẽtiæ, præcipue apud illũ,qui nihil audiuit de his rebus.Igitur inuoluit iſte vir ſciẽtias inuolutione magna,& extraxit ſcientiam à radice,& ſemita eius.

E (beside "aliud,aut intelligit vtrunque ſimul")

F (beside "reiterant oppoſitũ antecedentis")

Quo pacto Intellect' primus,ĩtelligẽdo ſe, intelligat alia.

De ſyllogiſmo Hypotetico.

Hoc in loco proponit illud,in quo errauit Alga.& inquit, dicimus nos quod primus error verborum huius hominis eſt in eo,quod narauit verba Peripatheticorum,& exponit eũ.d.& eſt in eo,quod poſuit quaſdam propoſitiones, quas tanquam primas reputauit.& non eſt ſic, immo ſunt concluſiones multarũ propoſitionum.Eſt ergo primus error,prout putauit concluſiones propoſitiones eſſe primas:ſunt enim quidam, vt inquit Auerro.2.Metaphy.commen.15.qui contriſtantur propter ſermonem valde perſcrutabilem,quia intellectus eorum non poteſt retinere,& comprehendere ipſum:& forte huius generis eſt Alga.poſuit enim propoſitiones,vltra quas non potuit procedere propter debilitatem intellectus,& ideo eas reputat primas.(Eo quod.)Cũ propoſuit errorem Alg.oſtendit hoc in loco eum,& proponit propoſitionẽ vbi errauit.& dicit, eo quod declaratum fuit a philoſophis,ꝙ omne ens ſenſibile eſt cõpoſitum ex materia &

A formæ:eſt ergo error in hoc,quia Alga. reputat hanc propoſitionem primam: ſenſibile ens eſt compoſitum ex materia & forma: & philoſophi declarant illam,quod oſtendit, & dicit.dico ſup.eam eſſe declaratam, quando declaratum fuit eis ꝙ forma eſt illud,ex quo ens eſt ens,id eſt,exiſtens, & quod ab ea procedit propria operatio cuiuslibet entis, ex qua operatione ſumitur eſſe formæ in quolibet ente. Et addit tertiam.d.& quando inuenerunt, quod ſubſtantiæ habent actiuas virtutes proprias, & virtutes paſsiuas proprias, & communes multis:ex his tribus ſciuerunt entia ſenſibilia habere formas in hunc modum: omne ens ſenſibile habens propriam operationem, & virtutem habet propriã formam:hæc maior eſt propoſita quantum ad hoc, quia forma eſt principiũ operationis & virtutis.Minor:ſed omne ens ſenſibile habet actiuas virtutes, vel paſsiuas,& operationes,vt patet ſenſu:ergo omne ens ſenſibile habet formam: huius primo tetigit concluſionem ibi.(Quando declaratum fuit eis.) Ibi quoq; (Et ab ea.) Propoſuit maioris probationem, ibi & tertio. (Et quando inuenerunt.)Propoſuit minorem,& ſic patet primus ſyllogiſmus,quo probauit omne ens ſenſibile habere formam.(Et quando inuenit.)Hoc in loco conducit ſecundũ ſyllogiſmũ,quo probat omne ens ſenſibile habere materiã, & poteſt ſyllogiſmus cõponi in hunc modum:omne,quod continet aliquod ſubiectum, in quo viciſsim contraria recipiuntur, componitur ex materia ſed omne ens ſenſibile

B continet ſubiectum huiuſmodi:ergo omne ens ſenſibile continet materiam. huius non accepit maiorem,neque minorem,ſed tantum probationem maioris, & inquit,& quando inuenerunt quod eſt impoſsibile rem pati ab illa re,in quam agit,quia actio & paſsio ſunt contraria, & nullum contrariorum aliud recipit, immo ſubiectũ recipit ea ſucceſsiue & viciſsim:eſt ergo maioris expoſitio, qđ materia eſt ſubiectũ receptiuũ cõtrariorũ viciſsim:& ſic relinquitur maioris probatio.(Tũc conati.) Hoc in loco cõducit declarationẽ propoſitionis propoſitæ in principio.ſ.ꝙ omne ens ſenſibile eſt cõpoſitũ ex materia & forma. & poteſt ſyllogiſmus cõponi hoc modo:omne ens habẽs propriã operationẽ,et ſubiectũ, in quo viciſsim inducuntur contraria,cõpoſitum eſt ex materia, & forma, hoc patet ex dictis:ſed omne ens ſenſibile habet propriã operationem, & ſubiectũ, in quo viciſsim inducuntur cõtraria.ergo omne ens ſenſibile cõponitur ex materia,& forma.minor patet ad ſenſum ex dictis. Huius ponit modo cõcluſionẽ, dicens: quare, vel tunc,vt habet alia tranſlatio, conati fuerunt ponere quod omnia entia ſic ſe habentia,id eſt,quæ habent propriam operationem,& ſubiectum illius modi componuntur neceſſario ex duobus ſubiectis, ſcilicet ex vno actu,& vna potentia & ſic apparet qualiter propoſitio, quæ æſtimatur prima, eſt concluſio conducta ſyllogiſmo. Debes ſcire, vt Simplicius narrat in primo

C Phyſicorum, Theophraſtus ſecundum alium modum probauit ens naturale cõponi,inquit enim Theophraſtus:omne corpus, vel habens corpus compoſitum eſt ex materia:& forma:omne autem,quod natura conſtat, corpus, vel habens corpus: & ideo concludit omnem rem natura conſtantem compoſitam eſſe ex materia & forma:& hæc probatio eſt phyſica aliqualiter,& quaſi in Metaphyſicã rediens:& minor illius declarata eſt in ſecundo phyſici auditus,in eo ꝙ poſuit Ariſt.ens natura conſtans aliud eſſe ab ente ſecundum naturam, & a natura ipſa:& ſic apparet vis rationis Theophraſti.(Etiam inuenerunt.)Cum declarauit propoſitionem, dicens: ens ſenſibile componitur ex materia & formã non eſſe primam propoſitionem,hoc in loco oſtendit modum, quomodo peruenitur ad primam ſubſtantiã ſeparatam, quæ eſt forma agens tm̃. & duas tangit vias.ſecunda ibi,(Et ad talia prædicta.) Prima poteſt in hunc modum ordiri: in omni ordine eſſentiali formarum differentium ſecundũ perfectum, & imperfectum oportet venire ad ſubſtantiam primam,quæ ſit forma perfectiſsima, & agens tantum,& nullo modo patiens. Sed in ſubſtãtijs,quæ ſunt formæ,eſt ordo eſſentialis illiuſmodi, ergo ibi oportet venire ad primã formã perfectiſsimam, quæ eſt agens tantum & non paſsibilis. minor continet tres partes. prima, ꝙ in omni ordine ſit venire ad primũ,& hoc dimittatur ex Metaphyſica. ſcdm quod illud primum ſit perfectiſsimum, iterum in 10. primæ philoſophiæ relinquitur

com. 7. quare, ſi ordo formarum erit primum in illo ordine erit perfectiſsima for D
ma. & quia illud primum eſt ſeparatum a materia, ideo debet eſſe tertio actus
tantum: hæc itaque tria tangit in maiori obtemperatione ſecundi.d. etiam, in-
uenerunt quod ſubſtantia actualis eſt perfectior potentiali: & per hoc vult habe
re illud primum eſſe actualem ſubſtantiam & formam: actus enim eſt perfectior
potentia, & tanquam finis in generatione. Deinde tangit primum, & inquit.
deinde ipſi inueſtigantes entium formas, declarauerunt oportere neceſſario
quod ſubſtantiæ, id eſt, formæ illæ gradatim aſcendant ad actualem ſubſtan-
tiam nudam ab omni materia. deinde tangit tertium. d. quare oportet ꝙ hęc ſub-
ſtantia ſit tantum agens, videlicet nullatenus paſsibilis, & addit ꝙ nulla contin
gat ei fatiga neque corruptio, quia purus actus eſt. ex his habetur perfecte
ſumma maioris, ſcilicet in ordine eſſentiali formarum, oportet venire ad vnam
primam, quæ eſt forma perfectiſsima, purus actus, nullo modo paſsibilis, æter-
na, & infatigabilis. hæc itaque eſt maior, & in hunc modum expoſita. mino-
rem vero relinquit manifeſtam, & concluſionem tranſtulit ad tempus. ſ. in fine
ſecundę vię. (Et ad talia.) Nunc ſecundam tangit viam, & videtur mihi ꝙ ſit
in forma ſyllogiſmi hypothetici, vel entimematis, & inquit. & ad talia prædicta
non peruenitur niſi ex parte potentiæ hoc modo: quia, poſtquam ſubſtantia,
quæ eſt in potentia, exit ad actum ex parte ſubſtantiæ actualis: hoc eſt antece- B
dens. ſequitur neceſſario ꝙ perueniat ſucceſsio agẽtium, & poſsibilium ad vnã
ſubſtantiam, quæ eſt purus actus, i & ibi eſt finis ſubſtantiatum. & addit quo-
dammodo tertiam viam. d. ꝙ ſubſtantia hæc oſtenditur manifeſte, prout agens,
& mouens eſt. dico oſtenditur in 8. Phyſicorum. & ſic quaſi dedit intelligere
tertiam viam, quæ ſumitur in fine octaui a motu æterno, vt ſæpe dixi in hoc li-
bro. & ſic propoſitio illa declarata eſt hic fere tribus vijs duabus, ſcilicet ex-
preſsis, & tertia quodammodo occulte. poteſt autem & ſecunda via componi
in forma cathegorica hoc modo. in omni multitudine agentium in generabiliũ
ſecundum ſe æternorum, tamen quæ extrahunt continue formas de potẽtia ad
actum, oportet venire ad vnum agens æternum primum per ſe, quod eſt cauſa
illius multitudinis, & cõtinuationis perpetuæ: ſed agẽtia hic ſunt agentia corru-
ptibilia, & generabilia æterna tamen extrahentia formas de potentia ad actũ
continue. ergo erit in eis vnum extra multitudinem illam æternum, &c. & hæc
via exponitur etiã ab Auer. 8. Phyſi. commen. 46. & 47. vide bene ibidem ex-
poſitionẽ meã: & ſic declaratę ſunt duę vię palã, tertia autem ſolum tacta eſt.
(Deinde proceſſerunt.) Cum concluſit duo ſcilicet cõpoſitionem ex materia, &
forma in ſenſibilibus rebus, & primũ principium in eis abſtractum, & æternũ
redit ad formas materiales, & declarans ordinem earum inquit. deinde proceſſe
runt Peripathetici vlterius ſpeculati in formis materialibus, & inuenerunt. ꝙ F
quædam ipſarum formarum propinquior eſt ad actum, quam alia, prout magis
purificatur ab omni paſsione, quæ eſt ſignum, id eſt, veſtigium, & proprium ma
teriæ: & inuenerunt ꝙ inter cęteras formas purior reperitur anima, & inter ani
mæ partes maxime intellectus, qui non eſt in materia niſi ſecundum appropria
tionem. & exponit quid intelligit per intellectum dicens, videlicet anima intel-
lectiua. propter quod ſcito intellectum, & animam intellectiuam non differre
niſi ratione. (Ita ꝙ.) Cum concluſit intellectum eſſe in ſummo formarum ma
terialium, inducit locum quæſtionis, & inquit, ita ꝙ, id eſt, quia intellectus in-
uenitur ſic in ſummo, ſurrexit inter eos maximum dubium, videlicet vtrum in-
tellectus ſit de materialibus formis: eſt ergo locus quæſtionis, an intellectus ſit
materialium formarũ: videtur enim ꝙ non, cum ſit in ſummo formarum mate-
rialium. Et videtur quod ſic, cum finis rei non videtur eſſe aliud ab ordine
eius, cuius eſt finis. (Vnde iſti.) Soluit q. & inquit. vnde iſti inſpicientes com-
prehenſiones formarum animæ, id eſt, partium animæ, repertentes quidem
eas comprehenſiones a materia nudas, concluſerunt quod comprehenſionis cau-
ſa eſt ſine dubio denudata a materia: & hoc dictum eſt primo de anima text.
commen. 13. ibi, Si aliquod operum eſt proprium, &c. poteſt itaque ſyllogiſmus
componi in hunc modum, omnis forma, cuius propria operatio eſt abſtracta

A a materia, eſt immaterialis & abſoluta a materia: ſed intellectus eſt forma, cuius
propria operatio eſt abſtracta a materia: ergo intellectus eſt forma immateria-
lis, & abſoluta materia. hęc enim eſt Peripatheticorum demonſtratio. (Et quia
inuenerũt.) Cum dixit hęc conducit theorema, ſcilicet quod forma brutorum nõ
ſit intellectus, & per conſequens forma brutorum caret comprehenſione, id eſt,
intellectione. & poteſt ſyllogizari in hunc modum: nullus intellectus eſt paſsi-
bilis, omnis perfectio brutorum eſt paſsibilis, id eſt, generabilis & corruptibilis.
ergo, in ſecunda figura nulla brutorum perfectio eſt intellectus: ponit maiorem,
& inquit, & quia inuenerunt quod intellectus non ſit paſsibilis, id eſt, tranſmu-
tabilis: deinde dedit vltimum conſequens, & inquit, concluſerunt ex hoc ꝙ for-
ma brutorum caret comprehenſione, id eſt, intellectione. & apponit minorem
d. quia habet perfectionem paſsibilem, ergo forma brutorum nõ eſt intellectus.
(Et ideo.) Conduxit aliud, & inquit, & ideo quando perfectio, id eſt, forma re-
peritur actualis omnino, id eſt, purus actus, ita quod nullo modo ſit tranſmutabi
lis, neque per ſe, neque per accidens: tunc, ſine dubio illa forma eſt purus intelle
ctus: & tunc quaſi excuſando ſe dicit, & omnia iſta patefacta ſunt demonſtrati-
ue in diuerſis locis librorum philoſophorum. (Patet ergo ex iſtis.) Hoc in loco
quodammodo recapitulat, & inquit, patet ergo ex iſtis præmiſsis qualiter ſapiẽ-
tes inuenerunt quod id, quod nullo modo eſt paſsibile eſt actus purus, & nudus
B ab omni corpore: propter quod ait, vnde qui vellet philoſophis obijcere in iſtis,
oporteret eum primo obijcere principijs ab eiſdem ſuppoſitis in prædictis pro-
poſitis: & huius ratio manifeſta eſt in poſterioribus: quoniam concluſiones ſe-
quuntur ex principijs, & ideo non poteſt quis concluſionibus contradicere, niſi
primo principijs obijciat. Recapitulat ſecundum. d. etiam patet ex iſtis, qualiter
inuenerunt quod hic, id eſt, in entibus eſt vnus intellectus purus, ſcilicet primi
principij, qui intellectus eſt primi motoris: & ſic patet recapitulatio dictorum.
(Et quia viderunt.) Cum conduxit illa, hoc in loco tranſit ad modum, quo mo-
do intelligit Deus hęc: & videtur ſermo ſuus ordinari in hũc modum: eo modo,
quo currunt res artificiales, currunt & naturales: ſed artificiales currunt ab in-
tellectu, ergo res naturales currunt ab intellectu. maior patet, quoniam res arti-
ficiales currunt ordine quodam, vt patet, & ſic res naturales: minor autem con-
ſtat per ſe: huius accepit maiorem, & dicit, & quia viderunt opera naturalia mo
do artificialium operum currentia, id eſt, eodem modo currere, quemadmodum
& artificialia. apponit concluſionem. d. iudicauerunt quod ab eodem intellectu
virtutes naturales procedunt, & eſt ille, qui dat ordinem omnibus entibus. Et
addit quomodo intellectus intelligit illa. d. & concluſerunt quod ipſe intellectus
intelligendo ſeipſum, intelligit omnia alia entia, videlicet quod ipſum ſeipſum
C intelligere idem eſt quod ipſum intelligere entia: cuius rationem dat. d. quia in
tali intellectu nõ decet quod differant ſicut in humano intellectu differunt. vult
dicere quę in natura inferiori diſperſa inueniuntur, in natura ſuperiori inueniun
tur vnita: quare, ſi in intellectu noſtro intelligibilia reperiuntur diuerſa ab intel-
lectu in Deo, erunt vnum omnibus modis. (Neque tali.) Hoc in loco ſoluit quę-
ſtionem quandam, quę poteſt ſic cõponi: omnis intellectus aut intelligit ſeipſum
tantum, aut alia tantum, aut alia tantum, aut ſeipſum & alia ſimul. ordinantur
autem hęc iſto modo: quia, ſi aliquis intellectus intelligeret alia, bene ſequitur
quod intelligit ſeipſum, ſed non econtra, videlicet ſeipſum intelligit, ergo debet
alia intelligere. huic autem maiori addatur hęc minor. ſed intellectus primus eſt
intellectus, ergo intelligit aliud tantum, vel ſe tantum, vel ambo: modo conſe-
quens eſt falſum, vt conſtat. Reſpondet Auer. ꝙ illa vniuerſalis non eſt vera:
quoniam datur inſtantia in intellectu Dei. inquit ergo, neq; talis intellectus prę-
dicari debet de ſupradicta demonſtratione. ſ. ꝙ quilibet intellectus, aut intelligit
ſeipſum tantum, aut aliud tantum, aut ambo ſimul: ponit autem ordinem illorum
d. & ideo, ſi intelligeret alia, non eſt dubium ꝙ intelligeret ſeipſum, ſed nõ ecõ-
tra, videlicet ꝙ ſi ſeipſum intelligat, ꝙ debeat alia intelligere. eſt ergo ſolu. ꝙ
maior eſt falſa vniuerſaliter, & maxime de intellectu Dei: ille enim non intelli
git ſe tantum, neque aliud, neque ambo, ſed intelligendo ſe intelligit alia, prout

ipſe eſt omnia, vt dictum eſt loco eius. (Tandem.) Redit ad illud, quod a principio ſumpſit. d. tandem valde miramur de iſto homine, eo quod ea poſuit tanquã principia, quę pluribus medijs, & diuerſis ſyllogiſmis vehementer probata fuerunt per philoſophos: propter quod concludit, vnde dicimus quod huius libri fructus non eſt niſi errores excitare, vel phantaſias multiplicare, ſicut in prologo diffuſe oſtendimus. Debes ſcire, vt plane dixi in diſputatione tertia, quod intellectus intelligens ſe tantum eſt ille, qui intelligit ſe, & nullam dicit habitudinem ad aliud tanquam ad ſui cauſam, vel ad aliud tanquam ad cauſatum ab eo: & hunc intellectum huius diſputationis impoſsibile eſt reperiri in natura. intellectus intelligens aliud eſt ille, qui intelligit per habitudinem ad aliud tanquam ad ſui cauſam, vel agentem, vt intelligentiæ intelligunt primum: vel formalem, vt intellectus noſter intelligit res materiales, a quibus perficitur tanquam a formis: cum igitur intellectus primi dicat habitudinem ad res tãquam ad cauſata ab eo, & non dicat habitudinem ad aliud extra ipſum tanquam ad cauſam: diximus tunc quod intellectus primi nec intelligit ſe tm̃, nec aliud: & propterea dicitur intelligens alia intelligendo ſe, et tenet fere diſpoſitionem mediã: iſtud autem declaratum fuit perfecte in tertia diſputatione. & theologi noſtræ legis perfecte indagati ſunt iſtud: & tu conſidera libros vtriuſq; partis. D

Nota.

B

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus eſt, cum dicunt ꝙ licet nos non dixerimus ꝙ Primum vult innouationem, nec ꝙ totum ſit innouatum innouatione permanenti, nos tamen dicimus ꝙ ipſum id fecit, & eſt conſtitutum ab eo, niſi ꝙ non defecit attribuere ei operationes, & nunquàm defecit eſſe agens: & non diſtinguitur apud nos niſi hac imaginatione, in fundamento vero agentis non. &, cum neceſſe eſt vt agens ſciat deliberatiue, ergo totum eſt apud nos ẽt ex operatione eius. Reſponſio autem huic eſt duobus modis quorum Vnus eſt quòd operatio eſt dupliciter, aut voluntaria, ſicut operatio animalis, & hominis: aut naturalis, ſicut operatio Solis illuminatione, & ignis calefactione, & aquæ infrigidatione. eſt autem neceſſe vt ſit ſcientia in operatione voluntaria, vt eſt in artibus hominis: in operatione vero naturali non. & apud vos eſt quòd Deus glo. fecit mundum via conſecutionis ab eo naturaliter, & neceſsitate, non autem via voluntatis, & eleuationis: ſed conſecutum eſt totum a ſubſtantia eius, vt conſequitur lumen a Sole. &, quemadmodum Sol non poteſt euitare lumen, nec ignis euitare calefactionem, ſic non põt Primum euitare operationes ſuas. quod abſ✠. & hæc ſpecies, licet admiſerimus appellare eam operationem, non determinat tñ agenti ſcientiam omnino. Si vero dicatur differunt, quoniam prouenire totum a ſubſtantia eius eſt propter ſcientiam eius de toto. & imaginatio ordinis vniuerſalis eſt cauſa influxus totius: & non eſt ei cauſa præter ſcientiam de toto, ſcientia autem de toto eſt ipſamet ſubſtantia eius: &, niſi eſſet ei ſcientia de toto, non proueniret ex eo totum, & non eſt ſic lumen proueniens a Sole: dicimus, & in hoc cõtradicunt tibi fratres tui. nam ipſi dixerunt ꝙ ſubſtantia eius eſt ſubſtantia, ex qua conſequitur eſſe totius ſecundum ordinem ſuum naturaliter, & ex neceſsitate, non autẽ F

A ex eo ꝙ ſcit de ſe. quæro quid eſt quod facit hanc opinionem eſſe falſam, quotienſcunq; conueniat eis circa ablationem voluntatis? ſi autem non conditionatur ſcientia Solis de illuminatione in conſecutione luminis, ſed quòd ſequitur ei ex neceſsitate, tunc poteſt conſyderari hoc de primo, & nihil prohiberet.

A V E R O E S.

Ait Auer. Incœpit in hoc capitulo recitare de Philoſophis quid abſurdum: & eſt ꝙ Deus glo. non habet voluntatem, nec in innouatis, nec in toto: quĩ operatio eius prouenit a ſubſtantia eius ex neceſsitate, ſicut prouenit lumen a Sole. Deinde recitauit de eis quòd ipſi dixerunt, ex eo ꝙ eſt agens, neceſſe eſt vt ſit ſciens. Attamen Philoſophi non negant voluntatem a Deo glo. & nõ affirmãt ei voluntatem humanam. quoniam illa, quæ eſt in humanis, eſt quia B reperitur diminutio in volente, & paſsio rei volitæ. &, cum reperitur ei volitum, ceſſat diminutio, & aufertur paſsio, quæ appellatur voluntas. ſed id, quod affirmant ei de voluntate, eſt ꝙ operationes, prouenientes ab eo, proueniunt a ſcientia: & omne id, quod prouenit a ſcientia, & ſapientia, prouenit ex voluntate agentis, non autem ex neceſsitate naturali: cum non ſequitur ex natura ſcientiæ aduentus operationis ab eo, vt ipſe recitauit de Philoſophis. quoniam, cum dicimus ꝙ ipſe ſcit duo contraria, ſequeretur ꝙ proueniant ab eo duo cõtraria ſimul: & hoc eſt falſum, & prouenire vnum duorum contrariorum ab eo indicat attributum additum ſcientiæ, & eſt voluntas ipſa. ſic debet intelligi affirmatio voluntatis in Primo apud Philoſophos: & tamen eſt apud eos ſciens, & volens. Cum autem dixit ꝙ operatio eſt duplex, aut naturalis, aut voluntaria, ex falſum. quoniam operatio eius apud Philoſophos non eſt naturalis multis modis, nec voluntaria abC ſolute: ſed voluntaria, quæ abeſt ab omni diminutione reperta in voluntate humana. quare nomen voluntatis dicitur de eis æquiuoce, ſicut nomen ſcientiæ dicitur ſic de ambabus ſcientiis, antiqua, & innouata. nam voluntas in animali, & homine eſt paſsio proueniens a volito, & eſt cauſata ab eo. Hoc eſt, quod intelligitur de voluntate hominis, & Dei glo. abſit ꝙ ſit ei attributum cauſatum. Et non intelligitur per voluntatem, niſi ordinatio operationis, copulata ſcientiæ. & ſcientia, vt diximus, eſt duorum contrariorum. in ſcientia vero Primi eſt aliquo modo ſcientia duorum cõtrariorum. & operatio eius vnius duorum contrariorum eſt probatio ꝙ ſit hic aliud attributum, quod appellatur voluntas.

Marginal notes: Philoſophi non negant voluntatẽ a Deo. — Obſerua Auer. appellat voluntatẽ paſsionẽ. — Deus ẽ ſciẽs & volens. — Quõ actio Dei eſt voluntaria. — Quid p voluntatem.

A L G A Z E L.

Ait Alga. Secundus autem modus eſt, vt nos cõfiteamur quòd prouentus rei ab agente determinat ſcientiam in operatione, quæ

emanat: & tamen apud eos operatio Dei glo. eſt vna, & eſt cauſatũ, quod eſt intellectus ſimplex, & non debet ſcire niſi eum. cauſatum vero primum erit ſciens id, quod prouenit ab eo tantum. nam totum non prouenit a Deo glo. ſtatim, ſed mediis,& prouentione,& conſecutione.& id,quod emanauit ab eo, quod emanauit ab eo,non oportet vt ſit ſcitum ei. & non emanat ab eo niſi vnum.& hoc, cum non eſt neceſſe vt ſit in operatione voluntaria, quomodo erit in naturali? nam motus lapidis a ſummitate montis erit motu voluntario, quẽ faciet ſcientia in ſubſtantia motus, & non faciet ſcientia id, quod fit ex eo de contactu, & eruptione alterius rei. hoc etiam non poſſunt reſpondere ei. D

AVEROES.

Ait Auer. Reſponſio noſtra, quòd agens, cuius ſcientia eſt in vltimitate perfectionis, ſcit quod emanat ab eo, & id, quod emanat ab eo, quod emanat ab eo, & quod emanat ab hoc, quod emanat, vſque ad finem eius,quod emanat. Et, ſi primum fuerit in vltimitate ſcientiæ, oportet vt ſit ſciens totum id, quod emanat ab eo mediate, vel immediate. & non ſequitur vt ſit ſcientia eius de genere ſcientiæ noſtræ: quoniam ſcientia noſtra eſt diminuta, & poſterior ſcito. Deinde dixit, reſpondens quæſtioni, quam fecit Philoſophis. E

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dicatur,ſi definimus ꝙ ipſum non ſcit, niſi ſeipſum,hoc erit in vltimitate inconuenientiæ. nam aliud ſcit ſeipſum,& aliud, & erit excelſus eo in gradu.& quomodo cauſatum erit excellentius cauſa? F

AVEROES.

Ait Auer. Hæc reſponſio eſt diminuta. nam in ea induxit rem intellectam ad inconueniens. Deinde reſpondit ipſe,& dixit dicimus ꝙ hoc inconueniens ſequitur Philoſophis circa ablationem voluntatis,& ablationem innouationis mundi: & debent contradici,ſicut cõtradicunt eis cæteri Philoſophi. & impoſsibile eſt quin derelinquatur Philoſophia,& confiteatur ꝙ mundus ſit innouatus voluntate.i.ꝙ ſequitur eis, ſi fuerint ex eis, qui intulerint quòd ipſum ſcit operatum ſuum propter inconuenientiam, vt ipſi tollerent hoc inconueniens, quemadmodum deuenerunt in aliud inconueniens de antiquitate mundi,& ablatione voluntatis. & ipſi tamen non auferũt voluntatem,ſed auferunt partem diminutam ab eo. Deinde.

Hęc deſiderantur in antiquo.

A

ALGAZEL.

AIt Alga. Quare negatis dicenti ex Philoſophis quòd hoc non eſt additio dignitatis, quoniam ſcientia indiget ea aliud ad recipiendum vtilitatem aliquam: nam ipſum in ſe ea indiget. Homo autem exaltatur intellectis, aut vt perueniat ad felicitatē in fine huius ſeculi, & alterius, aut ad perficiendum ſe, tanquam obſcurum, & diminutum: & ſic aliæ creaturæ. Subſtantia vero Dei glo. non indiget perfectione. &, ſi conſyderetur de eo ſcientia, qua perficeretur, hoc erit, quoniam ſubſtantia eius eſſet diminuta. & ſic aliæ creaturæ. & hoc eſt, ſicut ſi tu attribueres ei auditum, & viſum, & ſcientiam particularium ingredientium ſub tempore. Tu autem conuenis cum fratribus tuis Philoſophis quòd Deus glo. abeſt ab eis: & quòd mutationes ingredientes in tempore, diuiſæ ad id, quod fuit, & erit, non ſcit

B eas Primum: quoniam hoc faceret mutationem in ſubſtantia eius, & impreſsionem. & non ſequitur in negatione huius ab eo diminutio, ſed eſt perfectio: immo diminutio eſt habere ſenſus, & indigere eis. &, niſi eſſet diminutio in homine, non indigeret ſenſibus ad præſeruandum ſe ab eo, quod ei euenit ex eius mutatione. & ſic ſcientia innouationum particularium vos putatis quòd ſit diminutio. Et quemadmodum, cum nos ſcimus innouationes omnes, & apprehendimus ſenſibilia omnia, & Primum non ſcit aliquid de particularibus, & non apprehendit aliquid ex ſenſibilibus, non erit hoc diminutio, ſic ſcientia de vniuerſalibus intellectualibus etiam poſsibile eſt vt affirmetur alteri, & non affirmatur ei: & non erit hoc diminutio etiam. & ab hoc non poteſt euadi.

1. Proponit Algaz. ſermonem fere rhetoricum, quo perſuadet ſapientes ad dicendum Deum non habere ſcientiam rerum extra ſe, & dicit, adhuc poſſumus dicere philoſophis ſic. quare cauetis vobis opinionem quorundam veſtrorum

C philoſophorum, qui dicunt, videlicet, quod ſcientia in ipſo Deo non eſt multiplicatio perfectionis. i. qui dicunt ſcientiam rerum extra ſe non multiplicare in Deo gradum perfectionis. (Et homo eam.) Cum propoſuit hoc, probat illud ſermone rhetorico. & primo proponit cauſas, quibus ſcientia rerum eſt homini perfectio. ſecundo ibi, (Sed Deus.) Arguit eam non debere poni in Deo propter cauſas oppoſitas. d. ergo. & homo eam forte cupit duabus rationibus, videlicet, vt comprehendat rerum veritates iuxta humanum poſſe, & dixit. (Iuxta humanum poſſe.) Quia forte intellectus hominis apud ipſum non poteſt comprehēdere res ſicuti ſunt in ſetpſis. deinde apponit ſecundam cauſam, & dicit, & qđ poſsit prouidere cognitionem ſalutis vię poſt carnalem mortem, id eſt, & vt poſsit per ſcientiam perpendere mediam, quibus ad beatitudinem nitatur peruenire poſt carnalem mortem. & dixit: (Poſt carnalē mortē.) Quoniā, & ſi ſapiēs moriatur in obitu ſecundum corpus, reſtat ſecundū animam apud Alg. quę, ſi in gloriā producetur, viuet. & ſi in ignē ęternum, morietur. & hoc ēt nos chriſticolę tenemus, & eſt ita ſine dubio, vt declarabitur in vltimis diſputationibus huius libri. Sunt ergo duę cauſę neceſsitatis, quibus homo naturaliter ſcire deſiderat. prima quidem vt rerum veritates indagetur, & hoc eſt propter eius abſolutam perfectionem. ſecunda, media in vitam æternam ſibi oſtendentur per rerum comprehenſionem, & hęc ſecunda eſt potiſsima cauſa.

Secũda qõ.

Sᴇᴅ circa hęc ambiget quis. quo deſiderio homo concupiſcit ſcientiam. ſecundo & fortius an illę duę rationes Alga. ſint ſufficientes ad illud, an ponendę ſint & alię. D

Poſitio quorundam.

Ad primam ſoluunt quidam fratres, qui eorum ſtudium totum in Metaphyſicam reducunt, quod homo appetit ſcire, & nõn appetitu rationali. Tum primo, quia appetitus rationalis pręſupponit intellectum. Tum ſecundo, quia ille eſt formaliter liber, & homo nõ libere deſideras ſcire, vt fingunt. Iterũ non appetitu animali & ſenſitiuo. Tum primo, quia ille eſt reſpectu ſenſibiliũ, modo homo appetit & ſenſibilia, & inſenſibilia, vt manifeſtum eſt cuilibet. Tũ & ſecundo, quoniam ſic & bruta appeterent ſcire, cum & appetitum habeant ſenſitiuum. Cum itaque homo apperat ſcientiam, & non rationali appetitu, neq; animali ſeu ſenſitiuo, relinquunt qđ naturali appetitu: & huic cõſonat tex. Ariſto. in principio proœmij Metaphyſicæ. omnes homines natura ſcire deſiderãt. vbi ly, natura, non niſi appetitus naturalis nominatur. Præterea, pro his facit dictum Auer. 2. Meta. commen, 1. vbi inquit, & ſignum eius, quod habemus deſiderium ad ſciendum veritatem eſt, quoniam ſi comprehenſio eſſet impoſsibilis, tunc deſideriũ eſſet ocioſum: & cõceſſum eſt ab omnibus, quod nulla res eſt ocioſa in fundamento naturę, & creaturę, &c. ecce, quomodo demonſtrat ſcientiam eſſe in nobis poſsibilem propter hoc, quia ad eam eſt noſtrum deſiderium, & loquitur de deſiderio, quod eſt in fundamento naturæ: aliter eius probatio nulla eſſet. modo deſiderium, quod eſt in fundamento naturæ eſt naturale. ergo B homo naturali deſiderio appetit ſcire, quod eſt propoſitum illorum in hoc loco.

Impugnatio

Sed mihi videtur, quod hic homo multum errauit: quod declaro primo: quoniam eo appetitu debet homo ſcientiam appetere, qui reſpondet potentiæ, quę perficitur per illam, vt manifeſtum eſt etiam conſiderantibus dicta eorum, Sed appetitus rationalis reſpondet intellectui, qui perficitur per ſcientiam ſecundum eos, ergo appetitu rationali debet homo appetere ſcientiam. Secundo id, quod eſt optimum, & ſumma hominis perfectio debet deſiderari ab homine ſecundum ſummum, & optimum deſiderium: iſtud conſonum eſt experiẽtię: videmus enim hominem carnalia appetere per carnale deſiderium, & alia multa: ſed perfectiſsimus appetitus eſt rationalis. ergo appetitu rationali conuenit hominem ſcientiam appetere. Vnde, & confirmatur: quoniam Ariſto. Ethicorum primo. teſtatus eſt capitulo. 18. recte enim & ad optima deprecatur ratio. & non intendit ibi per rationem niſi appetitum rationalem, vt ibi videtur Auer. exponere. ſi igitur ratio dictat ad optima, optimum in nobis eſt ſcire. ideo conſentaneum eſt rationem illam dictare ad ſcientiam: & ſic videtur quod appetitu rationali deſideremus ſcire. Præterea, omne comprehenſum vt verum, & bonum exiſtit, appetitur rationali appetitu. quoniam in comprehenſione ſequitur appetitus, ſicut vmbra corpus. 12. Metaphy. commen. 39. ſed ſcire eſt comprehenſum F ab intellectu, vt verum, & exiſtit bonum, immo optimum. ergo eſt appetibile a voluntate. Præterea & quarto, illud, quo comprehenſo, ceſſat deſiderium rationale appetebatur rationali appetitu: ſed apprehenſo optimo & ſupremo cognoſcibili, ceſſat rationalis appetitus. ergo deſiderabatur rationali appetitu: minor eſt manifeſta per ſe. quando enim homo coniungetur primo intelligibili amplius non appetet rationali appetitu: ex his volo concludere, hominem appetere ſcire per rationalem appetitum, licet non tantum per illum, vt dicam. propter quod debes ſcire, anima ſecatur in tres partes, ſcilicet in ſenſitiuam, & intellectiuam, & harum mediam, quæ ſenſitiua interiorum ſenſuum appellatur, ſeu imaginatiua. Iterum, rerum quædam ſunt naturales tantum, vt res, quæ ſunt in motu ſecundum eſſe, & rationem. Quędam intelligibiles tantum, vt res Metaphyſicę, quorum principium eſt intellectus. Quędam abſtractę, vt mathematicę, quę ſunt res imaginabiles, quę ſecundum eſſe ſunt in motu conſiſtentes, ſecũdum rationem ab illo ſeparatę: ex his ſequitur quod anima eſt quodammodo omnia: eſt enim res naturales, quoniam eſt principium illarum per ſenſum: eſt & res mathematicę per imaginationem, quũ principium eſt mathematicorum p̃ imaginatiuam. eſt & res metaphyſicę, quoniam per intellectum principium illarum eſt: & ideo dicit Ariſt, in lib, de Anima, quod anima eſt quodãmodo oĩa,

A & in Meta.d,quod ſciens,vt ſciens, menſurat quodammodo omnia, quę ſunt. His bene expoſitis dicendum,quod homo per deſiderium naturale deſiderat res naturales:per deſiderium animale deſiderat imaginabilia & media,quæ mathematicæ res dicuntur:per appetitum rationalem deſiderat metaphyſicalia:totum ergo ambitum ſcientiæ homo concupiſcit tribus deſiderijs:quoniam, ſicut ſecundum tres partes eſt perfectibilis a ſcibilibus, ita ſecundum tria deſideria inclinatur ad illa:deſiderio enim correſpondenti intellectui circa metaphyſicalia, deſiderat illa rationali appetitu. Correſpondenti vero potentię circa imaginabilia, *Oẽs appetitus poſſunt dupl'r conſiderari.*
homo appetit ſenſitiuo appetitu.Correſpondenti circa naturalia ipſi ſenſui appetit naturali appetitu. Ad argumenta alterius partis dicendum puto,quod appetitus rationalis,& appetitus animalis, & appetitus naturalis poſſunt dupliciter conſiderari:vno modo,vt ſubordinantur proprijs potentijs cognoſcitiuis, verbi gratia,appetitus rationalis ſubordinatur intellectui,& ſic de alijs,& ſic nõ poſſunt dirigere, nec dictare in aliqua niſi ſuppoſita cognitione in potentijs, quarum ſunt pro hęreſes. ſecundo modo conſiderantur, vt defectus illarum potentiarum,quarum ſunt prohęreſes,& ſic poſſunt dictare, & inclinare ad ſua propria perfectibilia nulla ſuppoſita cognitione in ſuis potentijs:& ſic vnica ſol.patet fere ad omnia argumenta. Ad primum dicendum, quod appetitus rationalis primo modo conſideratus præſupponit actum, ſecundo modo non,vt conſtat
B per ſe. Ad ſecundum contra idem dicendum, quod primo modo eſt formaliter liber,ſecundo modo eſt neceſſarius: quoniam, vt defectus quidam eſt,inclinat ad ſuum perfectibile. Ad tertium contra ſecundum dicendum,quod argumentum concludit:verum eſt enim tantum reſpectu ſenſibilium ſenſu interno, ſcilicet reſpectu imaginabilium. Ad quartum contra illud dicendum, quod non: quoniam appetitus ſenſitiuus brutorum non eſt defectus potentiæ potẽtis cognoſcere illa imaginabilia,vt patet:immo, ſi illud argumentum valeret, probarem lapidem poſſe appetere ſcientiam, quoniam habet appetitum naturalem. Ad verba Ariſtote.dicendum quod loquitur de ſcientia rerum naturalium:quod apparet, quia probat illam propoſitionem per ſimile in ſenſu viſus: poſtmodum tranſit ad Metaphyſicam, vt patet ibidem. Præterea, & eodem modo loquitur Auerroes vt patet ibidem. Colligendo itaque dicta, poteſt dici quod intellectus appetit ſcibilia Metaphyſica per voluntatem, prout eſt quidam eius defectus:voluntas enim,vt eſt quidam defectus intellectiuus,dicitur rationalis appetitus. Similiter appetitus ſenſitiuus, vt quidam defectus eſt rerum naturalium comprehenſarum,dicitur appetitus naturalis, & illud, quo homo appetit ſcientiam rerum naturalium. Appetitus autem animalis, vt eſt quidam defectus virtutis imaginatiuę, eſt principium appetendi ipſi imaginatiuæ circa mathemati-
C ca.ergo iſti ſunt tres appetitus,qui prohæreſes poſſunt dici ſuarum potentiarum cognitiuarum,qui ſunt principia appetendi, non ſuppoſita cognitione, ſed tantum vt defectus earum,ſunt quare,&c. Ad ſecundam quæſtionem propoſitam *Quæſtio.*
expoſitores latini ſupra primo Meta.dicunt, ꝙ hęc concluſio, homo naturaliter appetit ſcire, tribus rationibus poteſt probari. & adducam illas ordine meo in hunc modum,ad omnem propriam, & naturalem operatiooem vnumquoq; inclinatur: ſed ſcire eſt operatio propria hominis,inquantum homo,ergo ad ſcire inclinatur homo inquantũ homo. Secunda componitur ſic, ad propriam perfectionem vnumquodq; inclinatur: ſed propria operatio hominis, inquantum homo,eſt propria eius perfectio,ergo ad propriam operationem homo,inquantum homo,naturaliter inclinatur. Tertia poteſt componi ſic. vnumquodque appetit coniungi ſuo principio; homo cõiungitur ſuo principio per ſcire: ergo homo appetit ſcire. Contra hoc quidam fratres poſteriores multum obijciunt: & *Poſitio quorundam.*
dicunt has non eſſe tres rationes, ſed vnam, cum medium poſſit eſſe vnum *Poſitio propria.*
tribus commune: quomodo autem ſit iſtud, vide eos. Mihi videtur quod hic eſt vnus ſyllogiſmus principalis, & duo proſyllogiſmi. ſecundus enim ſyllogiſmus probat maiorem primi, tertius ſic componitur hoc modo. illud, per quod homo coniungitur ſuo principio, naturaliter appetitur ab eo; ſed propria perfectio eſt id,per quod homo coniungitur ſuo principio, ergo propria perfe-

ctio hominis appetitur naturaliter ab eo; ſi componitur inquam hoc modo, ſic D
probatur maior ſecundi ſyllogiſmi: primus ergo eſt principalis: ſecundus probat maiorem primi: & tertius probat maiorem ſecundi; & ſic illę tres rationes ſunt vna demonſtratio, quę condenſatur vſque ad propoſitionem primam: docuit. n. Ariſt. in Poſterioribus propoſitionem condenſari: quando, ſcilicet, proſyllogizatur vſque ad immediatam, quę amplius non eſt condenſabilis: maior itaq; primi condenſatur per ſecundum ſyllogiſmum, & maior ſecundi per tertium, & ibi ſtatus, hęc enim propoſitio, illud, per quod homo coniungitur ſuo principio, naturaliter appetitur ab eo, eſt immediata, & non poteſt amplius ad propoſitionē immediatam perſtringi: & ſic vna eſt demonſtratio condenſata ad immediatam propoſitionem, Si enim quęratur, propter quid deſideramus propriam operationem, dicemus propterea, vt adipiſcamur propriam perfectionem. Si autem quæratur, propter quid appetimus propriam perfectionem: dicemus vt primo principio coniungamur, & amplius non poteſt quęri, hęc enim eſt propoſitio immediata, quæ amplius non poteſt condenſari, neque perſtringi ad immediatiorem: virum autem expoſitores hanc tenuerint opinionem, non curo; forte enim quod ſic. id autem, quod dicunt poſteriores latini, non eſt dignum vt hic ponatur: illi enim ſunt adeo rudes in logica, quod non poteſt rudior eis reperiri: & ideo non eſt eis credendum in quęſtionibus circa demonſtrationes, & problemata dialectica incidentes, Et cum hoc ſit verificatum, patet qualiter prima ratio Alg. eſt E
primus ſyllogiſmus hic inductus: qui ſi debet omnino bene formari, debet condenſari eo modo, quo dixi. Verbi gratia, propter quid homo appetit cognoſcere rerum veritates? ad hoc dicendum eſt, vt prius, ſcilicet vt propriam adipiſcatur perfectionem: &, ſi quęratur propter quid quærit adipiſci propriam perfectionem? dicemus vt coniungatur ſuo primo principio: & hic ſtatus eſt. enim ꝓpoſitio immediata, vt dixi: & ſic debet ratio Algazel. verificari. ſecunda ratio eſt credita, & conueniens legibus; & ideo naturalis philoſophus non debet eam ponere, & propterea Thomas in primo Meta. non tetigit illam, ſed tantum prędictam, vt viſum eſt. (Sed Deus benedictus.) Cum accepit quaſi maiorem, ſcilicet quod homo debet recipere ſcientiam propter duo, ſcilicet, vt comprehendat rerum veritates, vt notificentur media ad vitam æternam: nunc accepit minorem, & dicit, ſed Deus benedictus nulla perfectione indiget, neque oportet vt ei manifeſtentur media ad vitam æternam. Tunc apponit concluſionem, & inquit: ergo non decet eum habere ſcientia, qua perficiatur: & ſic patet qualiter hic ſermo eſt ad modum rethorici cum. n. procedat per locum a contrario, qui non ponitur ad probandum aliquod ignotum, ſed ad cōfirmandū, vt dicit Auer. in prioribus, & primo cœli forte commen. 124. in vltimo. (Neque licite.) Hoc in loco videtur quaſi amouere dubium tacitum: poſſet nanque obijci, nulla perfe F
ctio, debet amoueri a perfectiſsimo: ſed ſcire eſt perfectio: ergo non debet remoueri a Deo, qui eſt ſumme perfectiſsimus: cuius reſponſionem videtur aſsignare, & conſiſtit in hoc, quod multa ſunt perfectiones in natura inferiori, quę ſunt im perfectiones in natura ſuperiori; quod declarat, & inquit. neque licite aliquo modo talis ſcientia ſibi attribui debet, ſicut diximus ſuperius de auditu, & viſu, & ſcientia particularium, in quibus omnes philoſophi conueniunt, quod debeant ab ipſo Deo glorioſo actualiter remoueri: cuius rationem dicit, prout talia ingrediuntur tempus, quod diuiditur in preteritum, & futurum: & ſic ſequeretur quod hęc inducerent permutationem in eum. (Et ideo.) Cum hoc præmiſit, quaſi ſolutionem dat ad formam quęſtionis, & inquit, & ideo auferre talia, vel ſimilia eis ab eo, non eſt defectus in eo, immo potius perfectio; ſequitur litera, quę ſic reperitur in translatione Calonimi hebrei. (Sicut indigentia, quam nos habemus de ſenſibus, debet nobis attribui defectus: natura nanq; , &c.) Reputo quod litera eſt corrupta, vel ex errore translatoris, vel diminutione ſcriptoris, vel quia in arabico ipſe collegit tantum verba: & eſt impoſsibile intelligere multa dicta huius hominis, ſi verba aſpiciamus, ideo in translatione Nicolai hiſpani, quę nunc peruenit ad me, inueni ſic, non enim ſicut indigentia, quam nos habemus de ſenſibus, debet attribui nobis defectus: ſic, & carentia comprehenſionis rerū

naturalium

A naturalium eſt defectus primi entis: & tunc litera eſt quaſi reſponſiua ad maiorem, ſcilicet, quia eſt ſimpliciter falſa: quoniam non eſt ſimile, quod ſicut ſcilicet carentia ſenſuum eſt imperfectio in homine, ſic carentia comprehenſionis rerum ſit defectus in Deo: cuius rationem ſubdit. natura namque prouidit nobis in iſtis, vt poſsimus cauere nobis nocumenta contingentia: & ſic patet qualiter maior ſyllogiſmi eſt falſa. (Sequitur ergo ex hoc.) Cum ſoluit argumentum illud, hoc in loco comparat ſcientiam particularium ad ſcientiam vniuerſalium in nobis penes neceſsitatem, & inquit. ſequitur ergo ex hoc, quod nos ſcire omnia particularia, & comprehendere omnia ſenſibilia deſideramus: quoniam eſt aliquo modo perfectio noſtra, vt viſum eſt, & addit: & ſicut in Deo benedicto non eſt defectus, ſcilicet, ignorantia rerum, ſic neque in nobis non eſt perfectio ſimpliciter res particulares: quoniam, ſi ignorantia particularium rerum in Deo eſſet defectus, cognoſcere res particulares in nobis eſſet ſimpliciter perfectio. (Similiter dicimus.) Reputo quod hoc in loco perſoluat aliam quæſtionem: poſſet enim dici. ſcire vniuerſalia eſt perfectio ſimpliciter homini, ergo debet apponi in primo perfectiſsimo. Reſpondet, & inquit, ſimiliter dicimus quod nos ſcire vniuerſalia eſt perfectio noſtra, attamen Deum ignorare ea, non eſt defectus in eo: & ſic ad formam patet, qualiter illa propoſitio eſt falſa, ſcilicet quæcunque perfectio reperitur innatum inferiori, reperitur in perfectiſsimo: & tunc apponit pondus argumenti: &
B inquit, & hoc argumentum valde difficile reputamus, & non poteſt aliter ſolui quam dictum ſit.

Sed pulchra inoritur quæſtio. an perfectio ſimpliciter hominis debet apponi in ſupremo ſummo, qui omnem perfectionem continet? Pro ſolutione huius quæſtionis, primo oportet intelligere quid ſit perfectio ſimpliciter. Et poſt dicam ad quæſtionem. dico ergo de primo, quod non dicitur perfectio ſimpliciter, quia infinita ſecundum illud. 2. Topicorum in vltimis fere verbis, quod ſimpliciter dico ſine addito dico. ſic enim nulla eſſet in homine perfectio ſimpliciter, quia homo eſſet infinitus in perfectione. ſecundo dico, quod non dicitur perfectio ſimpliciter, id eſt, ſingulariter, & vno modo dicta: ſic enim quælibet res eſſet perfectio ſimpliciter, dummodo eſſet pure ſingularis. Ideo debes ſcire, primo quod oppoſita poſſunt dupliciter capi. Vno modo pro quibuſcunque incompoſsibilibus: & ſic leo, et homo poſſunt oppoſita dici, eo quia in eodem ſunt incompoſsibilia. Poſſunt capi ſecundo modo pro contradictorijs: vt ſcientia, & non ſcientia, homo & non homo, & ſic de multis: & hoc ſecundo modo famoſe oppoſita dicuntur quæcunque inuicem contradicunt. Secundo debes ſcire, quod indiuiduum poteſt capi duobus mo-
C dis. vno modo, vt eſt determinatæ naturæ, Verbi gratia, pro Sorte, qui eſt hominis indiuiduum. ſecundo modo pro indiuiduo naturæ indeterminatæ: vt forte eſt indiuiduum entis, ſcilicet, hoc ens, & illud ens: hæc diſtinctio poteſt colligi ab Auer. 5. Phyſico. commento. 15. vbi vult quod omne mobile poteſt velocius moueri, & ait. quod hæc eſt vera per ſe, & falſa per accidens: eo quia Cœlum non poteſt velocius moueri: hoc non poteſt intelligi aliter, niſi quod capiendo indiuidua naturæ mobilis ſub indeterminata natura, vt ſic quodlibet mobile poteſt velocius moueri: ſed capiendo indiuidua mobilis, prout ſunt determinatæ naturæ, ſic falſa: quoniam hoc determinatum non poteſt velocius moueri, quam modo mouetur: & ideo eſt vera per ſe, ſtando in indiuiduis mobilis naturæ indeterminatæ, & eſt falſa per accidens, id eſt, extraneando ad indiuidua determinatæ naturæ. Ex his palam recipio, quod indiuiduum eſt duobus modis, ſcilicet, indeterminatæ naturæ, & determinatæ naturæ: & per hoc poteſt verificari dictum Auer. tertio Cœli commen. 6. quando dicit. quod continuum eſt diuiſibile in infinitum ſecundum formam, id eſt, per ſe, & non ſecundum materiam, id eſt, per accidens: quoniam omne continuum captũ ſub indeterminata natura eſt diuiſibile in infinitum, non tamen continuum determinatæ naturæ, Verbi gratia, ignis, aqua, & animal, &c. His viſis di-

Dubitatio. Quid perfectio ſimpliciter.

Oppoſita duplicia.

Indiuiduum duplex.

cendum, quod cum perfectio ſimpliciter non ſit, eo quia perfectio infinita, nec D
quia perfectio ſingulariter, relinquitur quod dicatur pfectio ſimpliciter, eo quia in quolibet indiuiduo entis ſub indeterminata natura capto eſt melior ipſa, quam ſuum oppoſitum incompoſsibile. dico primo, In quolibet indiuiduo entis ſub indeterminata natura capto: quoniam eſſe auri eſt perfectio aliqua, non tamen homini eſt perfectio ſimpliciter: quoniam eſſe auri additum homini corrumpit eſſe hominis, cum ſit ei incompoſsibile: ideo oportet, vt indiuiduum capiatur ſub indeterminata natura. dico ſecundo, quam ſuum oppoſitum incompoſsibile, Quia quælibet perfectio eſt melior, quam ſuum oppoſitum contradictorię. quæ eſt pura negatio, & quia ſcientia in quolibet indiuiduo entis, inquantum ens, eſt melior quam ſuum incompoſsibile. Verbi gratia, ruditas, & praua ignorantia, ideo dicitur perfectio ſimpliciter, & multa talia. His itaque expoſitis dicendum, quod quælibet hominis perfectio ſimpliciter debet addi in Deo: quia, ex quo in quolibet indiuiduo entis eſt melior, & Deus ſit entis indiuiduum per eſſentiam, ideo conuenienter decet, vt apponatur in Deo. Sed dices, ſcire res diuerſas eſt perfectio ſimpliciter in homine, ergo debet apponi in Deo. Iam patet ſolutio, ſcire enim eſt perfectio ſimpliciter, cum in quolibet indiuiduo entis ſimpliciter ſit melior quam ſuum oppoſitum incompoſsibile. Sed ſcire res extra ſe non eſt perfectio ſimpliciter, cum non ſit in quolibet melius quam ſuum incompoſsibile, ſcilicet, ſcire res per eſſentiam propriam: quoniam, licet ſcire res per E
eſſentiam non ſit melius homini, cum ſit eius naturæ incompoſsibile, eſt tamē melius ſimpliciter, quia addito homini inquantum ens, eſſet melius quam ſcire per res extra ſe, vt patet. Similiter patet, quod licet homini ſit perfectio habere quinque ſenſus, quibus percipiat, non tamen debet attribui Deo, eo quia nō eſt perfectio ſimpliciter: cum in quolibet indiuiduo, inquantum ens, non ſit melius, immo deterius, vt patet. Regula itaque, quam Simplicius ſecundo Cœli teſtatus eſt, ſcilicet quod quicquid perfectionis eſt in natura inferiori, debet ineſſe naturæ ſuperiori, debet intelligi de perfectione ſimpliciter, & non in genere determinatæ naturæ: homini enim, inquantum perfectiſsimum animalium competit habere quinque ſenſus, non tamen inquantum perfectiſsimus entium: & ideo non oportet quod omnis perfectio conueniens muſcæ, conueniat homini, niſi ſit perfectio ſimpliciter, vt ſæpe verificatum eſt.

Dubitatio.
Solutio.

Quicquid pfectionis reperitur in natura inferiori, etiā debet reperiri in natura ſuperiori.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc eſt ratio eius, qui di [illegible] non niſi ſeipſum. Et iam recitauimus opiniones hominum circa aggregationem eius, quod dicunt quòd ipſum non ſcit niſi ſeipſum, & quòd ipſum ſcit omnia entia. & ideo dicunt aliqui famoſi eorum quòd Deus glo. eſt entia omnia, & ipſe eſt motor eorū, & non oportet reiterare ſermonem in hoc. & propoſitiones adductæ in hoc capitulo ſunt famoſæ topicæ: quoniam omnes ſunt in capitulo reductionis ſyllogiſmi occulti ad manifeſtum, quos non aggregat genus, & non eſt inter eas communicatio omnino. Demum loquitur in hoc capitulo cum Auicenna in eo, ꝙ ratiocinatur contra dicentem ex Philoſophis ꝙ ipſe ſcit ſeipſum, & ſcit aliud. quoniam impoſsibile eſt quin ſciat id, quod fecit. & omnes propoſitiones, quas recitat ex Auicenna in conſtitutione huius opinionis, & quas facit ipſe in diſputatione ſua, ſunt aſſumptæ ex rebus, quæ videntur in homine: & conatur permutare eas ad Deum glo. & hoc non poteſt fieri: qm̄ ambæ F

Deus eſt oīa entia.

ſcientiæ dicuntur æquiuoce. nam id, quod dicit Auicenna, ꝙ omne intelligens, à quo emanat operatio vna, ipſum ſcit operationem illã, eſt propoſitio vera: ſed non modo ſcientiæ hominis de re, quam intelligit. qm̃ intellectus hominis perficit ſeipſum cum eo, quod apprehendit, & intelligit, & patitur ab eo. & cauſa paſsionis ab eo eſt conſyderatio in intellectu. & propoſitiones, quæ ſunt in hoc genere, arguit cõtra eas Alga. nam omne intelligens ex hominibus aliquam operationem, & ſequitur ex illa operatione alia operatio, & ex ſecunda tertia, & ex tertia quarta, non oportet vt ſciat agens intelligens conſecutiones, quæ conſequuntur ex operatione eius prima, & dicitur ei ꝙ hoc reperitur ei, qui operatur voluntarie. & quomodo ſequitur, cum ponitis ſciens, quod non operatur voluntarie? & dixit hoc, quoniam id, quo ſuſtentatus eſt, eſt qm̃, cum affirmatur ſcientia in Deo glo. affirmatur ei voluntas. Et ideo dixit hoc ſequitur, à quo non poteſt euitari, ideſt quin ſequatur vt Primum non ſit apud eum intelligẽs de alio

B niſi operationem, quæ conſecuta eſt primum, & eſt cauſa ſecunda, & cauſatum primum. & ſic etiam id, quod recitauit de eo, ꝙ, ſi intelligeret ſeipſum, & non intelligeret aliud, eſſet homo dignior eo. Et cauſa eſſe eius, & apparentiæ, quæ eſt in hoc ſermone, eſt qm̃, cum conſyderat homo duos homines, quorũ vnus non intelligit, niſi ſeipſum, & alter intelligit ſeipſum, & aliud, iudicat intellectus ꝙ ille, qui intelligit ſeipſum, & aliud, eſt excellentior eo, qui intelligit ſeipſum, & non intelligit aliud. Attamẽ id, cuius intellectus cum hoc intellectu dicitur æquiuoce, ex eo ꝙ vnus eorum eſt agens non patiens, & alius patiens non agens, non verificatur hæc permutatio. Et quoniam ratiocinatus eſt de mente Auicennæ cum propoſitione, quam concedit ipſe in omni habente intellectum, & eſt ꝙ habens plus ſcientiæ eſt excellentius: & quod putauit de ablatione voluntatis, & ablatione innouationis eſt id, quod fecit eis ſequi ꝙ non poſſunt affirmare ꝙ

C Primum ſcit aliud, quoniam ſcit agens, intelligens operatum ſuum, quod eſt aliud ab eo, ex eo ꝙ id vult, dixit ꝙ hoc inconueniens ſequitur Philoſophis tantum, ideſt quòd cauſatum, quod eſt homo, ſit excellentius cauſa, quæ eſt Deus glo. nam, cum ipſi auferunt innouationem mundi, vt putauit, auferunt voluntatem. &, cum aufertur voluntas, aufertur ꝙ ſciat id, quod prouenit ab eo. & hoc totum iam diximus ſuperius quòd non eſt verum, ſcilicet ablatio volũtatis à Deo glo. ſed tantummodo auferunt voluntatem innouatam. Et, quoniam ratiocinatus eſt de mente Anicennæ propoſitionibus, quæ exiſtimantur eſſe communes duabus ſcientiis, & innouatæ, & antiquę, incœpit ratiocinari contra eum in eo, quod dixerunt Philoſophi in hoc capitulo de differentia inter duas ſcientias. & ſequitur hoc ei in rei veritate. Et dixit quare negatis dicenti ex Philoſophis ꝙ hoc non eſt additio in dignitate. nam ſcientia indiget ea aliud, vſque ad finem eius, quod ſcripſimus. Et expoſitio eius eſt ꝙ, ſi omnes iſtæ appre-

henſiones ſunt propter diminutionem in homine, Deus glo. abeſt ab D
eis,& ipſe dicit Auicennæ.nam,ſicut conueniſti cum ſociis tuis ꝙ ipſum non apprehendere particularia nõ eſt propter diminutionem in eo,poſtquam fuit demonſtratio apud te, ꝙ comprehenſio particularium eſt propter diminutionem in comprehendente, ſic priuatio apprehendendi aliud eſt propter diminutionem comprehendentis. Et reſponſio huius totius eſt,quòd in ſcientia eius non diuidunt verum,

Quo pacto Deus glo. ſcit ipſa particularia.

& falſum oppoſita,quæ diuidunt verum,& falſum in ſcientia hominis.verbi gratia quoniã homo dicitur de eo aut ſcit aliud, aut non ſcit aliud,adeo ꝙ ſunt duo contradictoria: &, cum fuerit verum vnũ eorum, aliud eſt falſum. ipſe vero Deus glo. verificantur de eo ambo ſimul,ſcilicet ꝙ ſciat id,& ꝙ non ſciat,ſcilicet non ſcit id ſcientia, determinante diminutionem: & eſt ſcientia humana, & tamen ſcit id ſcientia,non determinante diminutionem:& eſt ſcientia, cuius qualitatem non comprehendit niſi ipſe.& ſic eſt de vniuerſalibus, & par- E
ticularibus,quæ verificantur de Deo glo.ꝙ ſciat,& non ſciat ea. Hoc eſt,quod determinant radices Philoſophorum Antiquorum eis. Qui

Scientię humanę ſunt paſsiones.

Scictia Dei facit impreſſionẽ in entibus.

vero diſtinxerit,& dixerit ꝙ ipſe ſcit vniuerſalia,& nõ ſcit particularia, non percepit opinionem eorum,& non ſequitur ex radicibus eorum. nam ſcientiæ humanæ omnes ſunt paſsiones, & impreſsiones entium,& entia faciunt impreſsionem in eis: ſcientia vero Dei glo. facit impreſsionem in entibus, & entia patiuntur ab ea. His autem habitis quieſcit lis inter Alga.& Philoſophos in hoc capitulo, & in capitulo ſubſequenti. Attamen omnino recitabimus nos hæc capitula,& oſtendemus in quo appropriantur, & recitabimus id,quod dictũ eſt ſuperius de hoc.

In ſolũ.præſenti Auerr.primo proponit quodammodo excuſationem, in qua videtur verificare dictum Alga. ſecundo ibi, (Sed nos.) Incipit conſiderare propoſitiones, quas ſumpſit Alga. hoc in loco. Quantum ad primum dixit Alga.ꝙ multiplicatio ſcientiæ in Deo rerum extra ſe, non apponit perfectio- F
nem in eo, & per conſequens voluit Deum non ſcire res extra ſe: hoc verificat.d. dicimus nos,quod hoc eſt allegatio opinantis, ꝙ ipſe Deus non ſcit niſi ſeipſum,id eſt dicere Deum non ſcire res extra ſe, eſt argumentum, quo concluditur ipſum non ſcire niſi ſeipſum. & tunc ſtatim remittit ſe. d. & nos in præcedentibus narrauimus opiniones ipſorum, ponentes conuenientiam inter id, quod dicebant, videlicet quod ipſe Deus non ſcit niſi ſeipſum, & quod ipſe ſcit omnia entia, id eſt ponebant hæc eſſe eadem, ſcilicet Deum ſcire ſe, & alia: & ſtatim explicat conuenientia.d. & ideo dicunt aliqui ipſorum nobilium, ꝙ Deus eſt omnia entia. eſt ergo conuenientia hæc: quoniam Deus eſt omnia entia, ideo ſcire ſeipſum eſt ſcire omnia entia aliquo modo. ideo excuſat ſe.d. & ideo non oportet in iſtis nos amplius replicare: quoniam, multoties dictum eſt:&, ſic patet, quomodo dictum Alga.quodammodo eſt verificatum Deus enim ſcit ſe & alia prout, eſſe eius eſt eſſe aliorum, non tamen ſcit alia,prout diuerſa ſunt ab eius eſſe: & hoc iam expoſui ſuperius millies. (Sed nos.) Hoc in loco conſiderat propoſitiones Alga. ſuppoſitas in dubio. vbi debes ſcire, vt apparebit in ſol. huius dubij, quod Auer. non poſuit omnia verba Alga.in dubio prædicto: ſed pauca, vt viſum eſt: & ideo conſiderat quaſdam propoſitiones,quas non habemus in hoc lib. ſed bene in lib. Alga. inueniuntur tranſlatæ:ego autem ſecundum poſſe conabor illas apponere,deinde dicam

A dicta Auer.ſuper illas. Primo ergo proponit cuius naturę ſunt propoſitiones Alga.ſecundo ibi,(Et declaratio.)Exponit quod dixit,inquit ergo. ſed nos dicimus ꝙ propoſitiones ductæ ab iſto homine in præſenti cap. ſunt probabiles, & dialecticę: cuius rationem ait.d. prout ſumit ſignificationem earum ex manifeſtis,id eſt rebus ſenſibilibus ad ignota,id eſt Deum, qui nobis occultus eſt: modo hoc non poteſt fieri: non enim debet argumentum a ſimili procedi niſi illa ſint vnius generis,vel ſpeciei.dicit modo.& non eſt dubium ꝙ res ſenſibiles,& Deus non ingrediuntur vnum genus, neque communicant aliquo modo ſup. in ſpecie, vel vniuoca natura : quare propoſitiones formatę de creaturis non debent transferri in Deum.(Tandem dicimus.)Hoc in loco apponit ſolu. pro Aui.cen.contra quam arguit Alga,arguebat enim ſic.ſicut hominem ignorare res eſt imperfectio.ſic Deum ignorare res eſt imperfectio. Cui reſpondet Auerro.d.tandem dicimus,ꝙ verba Alga. in hoc loco diriguntur erga Auicen. id eſt ſunt valida ad eum.Et ſtatim apponit,quomodo nō eſſent valida. d.prout indigebat dicto dicentis,ꝙ Deus ſcit ſeipſum,& ſcit alia hoc modo,ſcilicet indigendo illa reſponſione, ſunt valida. ſed, ſi dicatur ꝙ Deus non ignorat alia, quoniam ſciendo ſe,ſcit & alia.argumentum Alga.non valet. ergo vno modo valet ad Auic.alio modo non valet.(Et omnes.)Cum dixiſſet ſolu. apponit generale peccatum omnium propoſitionum Alga.d.& omnes propoſitiones,quas

B ab Auic.id eſt in nomine Auicen.narrauit in aſſerendo hanc opinionem,ſuppoſitę ſunt a rebus notis in homine, & putat eas transferre ſiue transfigurare in Deum:quod eſt impoſsibile, id eſt indecens:quia hę duę ſcientię dicuntur ſine dubio ęquiuoce,ſcilicet de Deo,& de noſtris rebus ſenſibilibus : iſtud ergo eſt peccatum vniuerſale omnium dictorum Alga.(Et declaratio.) Quia dixit oēs propoſitiones,quas ſumpſit ab Auicen. eſſe ſumptas ex rebus ſenſibilibus, & translatas ad res occultas,ideo hoc in loco incœpit declarare illud, & enumerat aliquas earum,& inquit:& declaratio huius eſt,id eſt & ꝙ ex propoſitionibus ſumptis a ſenſibilibus procedat in occulta eſt hęc declaratio, ſcilicet ꝙ id, quod dicebat Auicen. videlicet quod a quolibet intellectu procedit quidā actus, quem ipſe intellectus ſcit,eſt propoſitio vera,ſed modo humanę ſcientię, id eſt ſcientia noſtra : cuius rationem inquit, intellectus namque humanus perficitur ab eo, quod intelligit, & patitur ab eo obiecto, a quo imaginatio intellectus, id eſt intellectio cauſatur.eſt ergo propoſitio hęc,ſcilicet omnis actus procedēs ab intellectu intelligitur ab intellectu,vera in intellectu noſtro, propterea quia ille actus procedens habet rationem obiecti, a quo intellectus poteſt moueri, pati,& perfici. ergo intellectus noſter poteſt intelligere omnem actum ab eo prouenientem,(Et cum propoſitionibus.) Cum verificauit propoſitionem illam,

C hoc in loco oſtendit quomodo per illam tranſit Alga. arguere in Dei ſcientia. & primo proponit hoc dicens, & cum propoſitionibus ſumptis in hoc genere, ſcilicet ex rebus poſterioribus obijcit ei,ſcilicet Auicen. Alga. & propter vnā quęſtionem,ex cuius ſolu.eligit vnam vim argumenti contra illum. quęſtio eſt hęc:ſi eſt vnum agens intelligens,a quo conſequitur vnus actus,poſt quem ſint plures actus conſequentes,an ſi intelliget primū,intelligere debet omnes actus conſequentes vſque ad vltimum. Et reſpondet quod non oportet ſemper, & dat rationem,& inquit,eo quod quicunque hominum intelligat actum, ſcilicet primum,& eundem actum ſequitur alius actus, videlicet ſecundus, illumq; tertius,tertiumque quartus,non ſequitur ex hoc,id eſt quia primum intelligat agēs intelligens,ſciat conſequentia,id eſt actus conſequentes primi actus , id eſt qui conſequuntur illum primum:& tunc apponit quando eſt poſsibile, & inquit, & reſpondens ſibi Alga.dicit quod hoc, id eſt iſta intellectio cōſequentium actuū reperitur in intelligente propria voluntate,id eſt qui intelligit per voluntatem. in alio vero non,id eſt in intelligente ſine voluntate propria non oportet. (Dixit tamen hoc.)Cum Alga.ſoluit quęſtionem, colligit Auerro. ex ſolu. quęſtionis vim argumenti contra Auicen. & inquit, dixit tamen hoc ipſe Alga. quia id, in quo magis appodiatur in attribuendo ſcientiam Deo, eſt, quia affirmat Deum habere voluntatem: poteſt ergo componi ſyllogiſmus hoc modo.

omne agens intelligens primum actum per voluntatẽ, intelligit omnes effectus, D
& actus, qui conſequuntur illum, vt ex ſolu. quæſtionis patet: ſed Deus eſt agẽs
per voluntatem, intelligens primum actum, id eſt primã intelligẽtiam, vt Auic.
concedit, ergo intelligit omnes effectus poſt illam: & illi effectus ſunt omnes in-
telligentiæ, & omnes res, & inquit, quapropter dixit quod hoc argumentum eſt
ita vehemens, quod nullam habet reſponſionem, qua vitetur, videlicet, quod nõ
ſequatur quod primus intellectus intelligat præter eum, id eſt eſſentiam propriã
omnes actus conſequentes ab eo principaliter, quod ſunt ſecunda cauſa, & pri-
mum cauſatum, & alia multa. quaſi dicat, quod hoc argumentum eſt demonſtra
Dubitatio. tiuum in propoſito. Sed ambiget quiſpiam, an ſit aliquod intelligens actum
primum ſine voluntate: & videtur quod non: quoniam omne intelligens eſt ho-
mo, vel aliqua ſubſtantiarum abſtractarũ: ſed omnis homo, & omnis ſubſtantia
ſeparata intelligit per volũtatem propriam, vt Algazel inquit, ergo in primo
primæ. omne intelligens intelligit volũtate propria. Oppoſitũ Alga. in ſolu.
quæſtionis propoſitæ, inquit. ait enim eſſe intelligens duplicis generis: vnum
voluntate, aliud non voluntate: & verificat ſermonem eius primo modo, & nõ
ſecundo modo. ergo res eſt loco ambiguo. Et ad hoc dicendum, quod ſi in opi
nione ſumus Algaze. & Auicen. ratio prima concludit, quoniam omnino opor-
tet intelligens omne eſſe voluntate propria intelligens: & tunc, quod dicit in
oppoſitum, nihil eſt: quoniam ipſe forte loquitur ſecundum aliorum partem, vel B
per intelligens intelligit cognoſcens: hoc enim modo poteſt ſermo eius verifi-
cari: eſt enim cognoſcens duobus modis: voluntate propria, id eſt contingenti:
vt homo, & Deus: & ſine voluntate, vt animalium cognoſcentia: & ſecundum
hoc ratio propoſita in hunc modum debet componi: omne cognoſcens volunta
te primum actum, cognoſcit omnes actus conſequentes illum. ſed Deus cogno-
ſcit voluntate primum actum proprium: ergo omnes reliquos. Si autem loqua-
tur ſecundum Peripatheticos, aliter oportet dicere: & ego dixi in diſputatione
prima, in ſolu. ſecundi dubij, & alibi. & non eſt locus nunc replicandi. (Simi-
liter.) Perſoluit & aliud argumentum Alga. & primo proponit illud, & inquit,
ſimiliter ad ea, quæ narrauit nomine Auic. videlicet, quod ſi ipſe Deus intelli-
geret ſeipſum, & non aliud, eſſet homo tunc nobilior eo. Dicimus quod ſunt ver
ba probabilia: & hoc oſtendit, & inquit, ſi enim imaginaremur duos homines,
quorum vnus non intelligeret niſi ſeipſum, alius vero intelligat ſe, & alia: dici-
mus ꝙ intellectus iudicabit ꝙ ille, qui intelligit ſe, & alia, eſt nobilior illo, qui
tantum ſeipſum intelligit. vult itaque tenere in eis, quæ ſunt eiuſdem generis:
quod declarat. d. ſed tenẽdo quod intellectus humanus, & diuinus tm̃ æquiuoce
communicent, tunc dicta translatio eſt incompetẽs: eo quia ſunt diſsimilia: qũo
autem intelligere alia ſit perfectionis hominis, & non ſequitur ꝙ ſit Dei perfe-
ctio, verificaui in ſolu. quæſtionis, quærẽtis an intelligere alia ſit perfectio ſim F
pliciter, an ſecundum quid, & ideo non decet hoc in loco illam repetere. (Et
quia ipſe nomine.) Inducit vnam aliam quæſtionẽ, quam Peripathetici nõ poſ-
ſunt ſoluere, & inquit, & quia ipſe nomine Auic. allegauit vnã propoſitionẽ ab
eodẽ cõceſſam in quolibet intelligente, videlicet qđ qui plura ſcit nobilior eſt:
tunc addatur literæ hæc minor, ſed Deus nõ plura ſcit: ergo in ſecũda figura nõ
eſt nobilior. minorẽ probat, & põt ratio componi in hunc modũ: omne agẽs in-
telligens ſuũ effectum voluntate agit: ſed primus motor voluntate agit: ergo nõ
intelligit ſuũ effectum. huius primo accepit minorem. d. & oportet eos remoue-
re a dicto Deo voluntatẽ, & nouitatem, id eſt, voluntatem contingentẽ: & tũc
ponit minorem ſyllogiſmi principalis. d. quare nequeunt aſſerere quod prima
cauſa ſciat aliud, niſi ſeipſa: eſt ergo minor hæc, ſed Deus non plura ſcit: & hęc
minor eſt concluſio proſyllogiſmi, tunc apponit minorem proſyllogiſmi, & in-
quit agens enim intelligens ſuum effectum ſcit aliud ab eo, prout vult: eſt ergo
maior, omne agens intelligens ſuum effectum voluntate agit: & ſic apparet lo-
cus quæſtionis. Huic inducit ſolu. Alga. & inquit, dixit quod hoc inconue-
niens ſequitur philoſophos tantum, & exponit quod dixit, & inquit, intendit
dicere in hoc eſſe hominem cauſatum nobiliorem creatore, qui eſt ipſius cauſa

A & hoc oſtendit.d.& ꝙ hoc ſequitur ipſos philoſophos remouentes mundi noui tatem: propter quod remouent ab eodem Deo voluntatem: & tunc remota voluntate oportet ꝙ ignoret id,quod ab ea procedit:ecce, quomodo hoc ſequitur Peripatheticos,& non theologos. Debes ſcire,ꝙ qui ponit mundum æternũ, dicit Deum agere neceſſario, vt in ſecunda, & tertia diſputatione viſum eſt: & qui aufert contingentiam ab agente,aufert voluntatem ſecundum theologos ſaracenos,& ideo ſequitur ꝙ Deus egit ſine voluntate mundum.(Sed nos.) Ad hoc remittit ſe,& ſoluit:& ſermo eius manifeſtus eſt per ſe, & ex eis, quæ dicta ſunt, (Præterea ſciendum quod poſtquam.) Hic oſtendit ordinem dictorum ab Alga.& inquit, præterea ſciendum,ꝙ poſtquam ipſe allegauit nomine Auicen. cum propoſitionibus apparentibus,id eſt,ſumptis ex ſenſibilibus eſſe communes duabus ſcientijs nouæ, & antiquæ, ſcilicet poſſe intelligere extra ſe: vult dicere, poſtquam arguit nomine Auicen. ꝙ ſcientiæ nouæ.ſ.hominis, & antiquæ.ſ.Dei,eſt commune ſcire ſe,& alia,cœpit allegare, id eſt, arguere contra eum in eo, quod dicunt philoſophi in hoc tractatu, videlicet de differentia iſtarum duarum ſcientiarum.ſ.inter Deum, & hominem, & incipit capitulum, a quo incœpit. d.quare vobis cauetis, &c. vſque ad finem illius, quod ſumpſimus.ſ.in dubio propoſito. ecce, quomodo Auer. non totum dubium recitauit, & tamen contradixit eis:& ſic patet illud, quod a principio dixi, (Et ſententia.) Apponit ſententiam illorum,quam dixit in dubio,quod dimiſit. & inquit, & ſententia illorum verborum hæc eſt: ſi omnes hę.i.particulares cõprehẽſiones defectus in hoĩe fuerint,ergo debẽt a Deo benedicto auferri.Inducit reſpõſionẽ eius,& inquit:& dicit Auic.ꝙ ipſe in hoc conuenit cũ alijs philoſophis, videlicet ꝙ Deũ nõ cõprehendere particularia nõ eſt defectus in eo,immo eſſet defectus in eo,ſi ea comprehenderet.Similiter,nõ comprehendere alia præter ſeipſum nõ eſt in eo defectus:& ſic patet ſolu.argumenti ab Auicen . (Et nos dicimus.) Hoc in loco Auer.aliter reſpondet,& proponit reſponſionẽ,& inquit, & nos dicimus ꝙ euaſio horum dubiorũ eſt,ꝙ diuina ſciẽtia non diuidit verum a falſo in oppoſitis.ſ.contradictorijs,ſicut reperitur in humana ſcientia: vult dicere quod de ſcientia Dei nõ verificatur alterũ contradictorium determinate, videlicet aut ſcit alia,aut nõ ſcit alia,ſicut reperitur in humana ſcientia: quoniã determinate,aut homo ſcit alia,aut non,de neceſsitate alterum iſtorum verificatur de hominis ſcientia , & de iſta duo ſunt contradictoria , quorum alterum omnino de ſcientia hominis verificatur vnde verificata vna ipſarum de homine, neceſſario altera eſt falſa:ſed in Deo benedicto ambo verificantur, tamen duobus reſpectibus:& hoc declarat.d.videlicet quia ignorat ea modo inferente defectum,& ſcit ea modo non inferente defectum. vult dicere ꝙ Deus ſcit particularia,prout non imperficitur ab eis,& ignorat illa, prout imperficitur ab illis:ſimiliter dicimus de vniuerſalibus,& particularibus, qđ ipſe Deus ſcit ea, & quod ignorat ea, modo iam dicto. Tunc ordinat ſe ad ſequentẽ diſpoſitionẽ, & dicit:dicimus denique quod ab hoc,id eſt,perſcrutatione de ſciẽtia Dei poſſumus quieſcere, videlicet a litibus, & rixis Alga.cum philoſophis,non tantũ in hac diſputatione, ſed in ſequenti: nihilominus ducemus ſequentem diſputationem , ne putent ſequaces ipſius nos ſtupefactos eſſe ſuis ſophiſticationibus, ſophiſticalibuſque argumentis.

Nota.

B

C

Posset, & in hoc loco dubitatio ardua emergi : an Deus particularia ignoret. Sed quia Auer.in diſputatione.12.hanc pertractabit, hoc in loco tranſeo. Ideo volo mouere quæſtionem,an illa duo contradictoria in Deo verificentur, & quomodo verbum Auer.intelligatur. Et videtur quod illud, quod Auer. inquit, falſum eſt, ſcilicet ꝙ de Deo poſſunt contradictoria verificari : quoniam Ariſto.Poſterio.primo inquit,contradictio eſt oppoſitio, cuius nõ eſt dare mediũ ſecundum ſe:ergo ſcire particularia,& non ſcire particularia nullũ habent medium. Adhuc autem ſunt homines multi, qui definitionem contradictionis ſic intelligunt,ſcilicet quod contradictio eſt oppoſitio,cuius non eſt medium dare ſecundũ ſe,id eſt,ſecundũ extrema abſolute accepta. Verbi gratia, accipiendo album, & non album abſolute, non habent medium : omne enim **Tertia quæ.**

ens album, vel non album: accipiendo autem album per ſe, vel non album D per ſe medium reperitur: quoniam non omne ens album per ſe, nec non album per ſe: extrema ergo illa vno modo non habent medium, alio modo habent, habent quidem, prout abſolute accepiſti, carent vero medio, prout reſpectus, & notas adiunxiſti perſeitatis.

Solutio. Ex hoc poteſt & ſolu. quęſtionis patere, cum.n. quęritur, an inter ſcire particularia, & ignorare illa ſit medium abſolute, non datur medium: Deus enim particularia ſcit, attamen, ſi extrema illa aſſumantur cum notis, & reſpectibus, poteſt & Deus medium eſſe: ſcire enim particularia eo modo, quo ſciens imperficiunt, & ignorare vel non ſcire eo modo, quo perficiunt habent & medium, videlicet Deum: Deus enim non ſcit particularia eo modo, quo ipſum imperficiunt, ſed eo modo, quo non perficiunt cum ſcit. Sed quomodocunque, in homine ſiue ſcire ſingularia, ſiue nō ſcire capiantur abſolute, ſiue cum notis perſeitatis, vel reſpectibus, nunquam eſt inuenire medium ſemper: homo enim ſcit ſingularia, quomodocunque vel ignorat.

Impugnatio Sed hęc ſolu. optima eſt, & tota bona, peccat tamen in definitione oppoſitionis, & quaſi vniuerſaliter nullus antiquorum expoſitorum ſic expoſuit, niſi quidam latini, qui fere totum librum poſteriorum conturbant: Ioan. autem Philoponus poſteriorum primo, aliter commentatus eſt definitionem contradictionis: vbi debes ſcire, in vnaquaque ſpecie oppoſitionis poſſe dari medium aliquo modo. Verbi gratia, calidum, & frigidum, vt contraria medium habēt. B iterum pater, & filius, vt relatiua medium habent ſubiecti, vt oppoſita relatiua: ſimiliter cęcum, & videns medium habent lapidem: vnaquęque ergo ſpecies oppoſitionis, vt talis eſt, medium habet ſemper ſecundum quod talis ſpecies: attamen, ſi conſiderentur oppoſitionis omnes ſpecies, vt in eis ſaluatur contradictio: vnaquęque enim ſpecies oppoſitionis ad contradictionem reducitur, vt Ariſto. docet in prędicamentis, frigidum enim & calidum poſſunt, & in frigidum & nō frigidum reduci. calidum enim non frigidū dico: ergo genus omnium oppoſitionum eſſe oppoſitionem differentiam: quoniam hæ quidem medium ſecundum ſe, vt relatiua, contraria, & priuatiua per accidens medio carent, prout ad contradictionis reducuntur oppoſitionem: hęc autem medio carēnt per ſe, & ſunt aliјs cauſę carentię medij vt contradictio: ergo vt differentiam, qua differt contradictio ab aliјs ſpeciebus, adiunxit Ariſt. in poſterioribus. (ſecundum ſe.) inquit enim. Contradictio oppoſitio, cuius non eſt dare medium ſecundum ſe, ad differentiam aliarum ſpecierum in quibus eſt medij carentia, prout reducūtur ad contradictoria: reliquum autem reſponſionis eorum eſſe poteſt totum bonum.

*

DE DIMINVTIONE EORVM IN ADDVCENDO RATIONEM, QVOD IPSE SCIT SEIPSVM.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et dicamus quòd perfecti, quoniam ſci-
uerunt innouationem mundi ex voluntate eius,
adduxerunt probationem ex voluntate, quòd ſit
ſciens: & ex voluntate, & ſcientia ſimul quòd ſit vi-
uens: deinde mediante vita in eo, quòd omne vi-
uens conſyderat in ſe, & eſt viuens, neceſſe eſt etiam
B vt ſciat ſeipſum. & hic diſcurſus intellectiuus eſt in
vltimitate declarationis. Vos vero, cum aufertis
voluntatem, & innouationem, & exiſtimatis quòd id, quod emanat
ab eo, emanat conſecutiue per viam neceſsitatis, & naturæ, quid incon
ueniens erit, ſi fuerit ſubſtantia eius ſubſtantia, cuius natura eſt vt ſit
ex eo cauſatum primum tantum, deinde ſequitur ex cauſato primo
cauſatum ſecundum, vſque ad complementum emanationis entium:
& ipſum profecto cum hoc non conſyderat ſeipſum, ſicut eſt ignis, ex
quo ſequitur calefactio, & Sol, ex quo ſequitur lumen. & vnũquodq;
eorum non ſcit ſeipſum, ſicut non ſcit aliud, ſed id, quod ſcit ſeipſum,
ſcit quod emanat ab eo: ergo ſcit aliud. & iam declarauimus ex opi-
nione eorum quòd ipſum non ſcit aliud: & concluſimus quòd contra-
dicentes huic conueniunt in iudicio poſitionis eorum: igitur, cum nõ
ſcit aliud, non eſt inconueniens vt non ſciat ſeipſum. Si vero dicatur,
C omne id, quod non ſcit ſeipſum, eſt mortuum, & quomodo Primum
erit mortuum? dicimus quòd ſecutum eſt hoc vobis ſecundum curſum
opinionis veſtræ. quoniam non eſt differentia inter vos, & dicentem,
omne, quod non agit voluntate, & poſſe, & electione, & non audit, &
non videt, eſt mortuum: & id, quod non ſcit aliud, eſt mortuum. &, ſi
eſt poſsibile vt ſit Primum priuatum his attributis omnibus, quid in-
diget vt ſciat ſeipſum. ſed, ſi reuertuntur ad id, quòd omne ens mun-
dum a materia eſt intellectus ex ſe, & intelligit ſeipſum, iam declara-
uimus quòd hoc eſt verſutia, & non eſt ei demonſtratio. Si vero dixe-
rint quòd demonſtratio eius eſt, quòd ens diuiditur in viuum, & mor
tuum: & viuum eſt prius, & excellẽtius mortuo: & Primum eſt prius,
& excellentius: ergo eſt viuens: & omne viuens conſyderat ſeipſum,
cum ſit falſum vt in cauſatis ab eo ſit viuens, & ipſum non ſit viuens.
Dicimus quòd hæ ſunt deceptiones. quoniam nos dicimus quòd non
eſt falſum vt ſequatur ex eo, quod non ſcit ſeipſum id, quod ſcit ſeip-

ſum, mediantibus multis, aut non mediantibus. &, ſi falſificans hoc fuerit, qm̄ cauſatum eſſet nobilius cã, nõ eſt falſum profecto vt cauſatum ſit nobilius cã. Præterea, quare negatis ꝙ nobilitas eius duret durante ente vniuerſali per ſeipſum, non per ſcientiam ſuam? & hoc probatur. qm̄ aliud aliquãdo ſcit aliqua præter ſe, & videt, & audit: ipſum vero glo. non videt, nec audit. Si vero dixerit aliquis ens diuiditur ad videns & cæcum, & ad ſciens & ignorans: & videns eſt prius: ergo Primum videt, & ſcit res. Dicendum quòd ipſi negant hoc, & dicunt nõ eſt nobilitas in viſione, & ſcientia rerum. ſed, cum non eſt neceſsitas videndi, & ſciendi, & ſit ſubſtantia modo, quo ſit ex ea vniuerſum, in quo eſt ſcientia, & dominus viſionis, ſic igitur non eſt nobilitas in ſcientia ſubſtantiæ. ſed, cum fuerit principium ſubſtantiarum ſcientium: & hoc eſt nobilitas propria ſibi: ergo de neceſsitate coguntur ad ablationem ſcientię eius de ſe ipſo, etiam, cum non ſignificauerit aliud præter voluntatem, & non ſignificatur per voluntatem niſi innouatio mundi, & in corruptione huius corrumpitur. hoc totum eſt ſecundum ꝙ aſſumit hæc ex conſyderatione intellectus. Igitur id, quod dixerunt de attributis primi, ſeu de ablatione eorum, non eſt eis ratio de eo, niſi ſermo æſtimatiuus, & cogitationes. & abſint Legiſtæ a talibus exiſtimationibus. Et non eſt mirandum de diminutione intellectus in attributis diuinis, & non eſt quid miraculoſum: ſed quid miraculoſum eſt diminutio eorum in ſeipſis, & aſſumptio rationum ſuarum, & credulitas eorum quòd ſciant hæc ſcientia vera cum eo, quod eſt in eis de ſubitanietate, & inuolutione. D B

Sicut Auer. inquit, hęc diſputatio vr̃ quodammodo ſuperflua, qm̄ ſufficienter tractata eſt, attamen ne Auer. videretur fugere argumenta Alga. ideo aggreſſus eſt eam, & per conſequens quę ſit intẽtio huius manifeſtũ eſt. Primo ergo Alg. concedit, quod Deus intelligit, & cognoſcit ſe: & ſyllogizatur hoc modo: omne viuens cognoſcit ſe: ſed Deus viuit: ergo Deus cognoſcit ſe. maior probatur, qm̄ Deus ſcit, & vult: & omne ſciens, & volens eſt viuens: ergo, in prima figura Deus viuit: huius primo tangit proſyllogiſmum dicens, ait Alg. ſecundũ opinionem verorum philoſophorum, qui nouitatẽ concedunt mundi propria voluntate Dei, patefit propoſitum; & accepit vim maioris proſyllogiſmi, et inquit: quia ex voluntate, & ſcientia iudicatur vita: reliquum proſyllogiſmi dimittit, tunc accepit maiorẽ proſyllogiſmi, & inquit: & quodlibet viuens ſeipſum ſentit. i. intelligit: Deus eſt viuens, hęc eſt minor: ergo cognoſcens ſeipſum, & apponit efficaciã communis, & inquit: vnde dicimus quod hęc ratio eſt valde acerrima. Sed F
Dubitatio. hic eſt ambiguitas: qm̄, primo probat Deum viuere propter intelligere: ſecundo probat ipſum intelligere ꝓpter viuere: ergo ipſe cõmitrit circulum, quem Ariſt.
Solutio. deſtruit primo Poſteriorum. Dicendum, quod intelligere, & velle ſunt velut cauſę vitę, vita velut effectus: ſicut, enim motus eſt cauſa vitę, ita & intelligere, & velle cauſæ ſunt vitę perfectiſsimæ, vt Auer. inquit. 12. Metaphy. commen. 38. &. 39. poteſt itaq; dici, quod primus proceſſus concludens Deum viuere ex eo, quia intelligit & vult, eſt proceſſus propter quid, & dicitur demonſtratio cauſę: ſecundus proceſſus eſt proceſſus quia, quia procedit a poſteriori ad cauſam priorem: quia enim viuit, concludit ipſum intelligere, & velle: ergo demonſtratio hęc erit ſigni. Ad quæſtionem dicendum, ipſum non erraſſe, cum, non in eo-
Quęſtio. dem genere demonſtrationis illud fecerit. Sed hic, adhuc emergit ardua dubitatio, an ſcilicet poſsit fieri iſte regreſſus, ſeu circulus ab effectu ad cauſam, &

A poſt ab illa ad effectum. Similiter, & ad adhuc ambiges: cum enim ordo natu-
ræ ſit contrarius modo procedendi noſtro, vt Auer. inquit primo Phy. com. 3. na
tura incipit a cauſa: ergo nos debemus incipere ab effectu: modo Alga. videtur
totum oppoſitũ feciſſe: incipit enim a cauſa, & proceſsit ad effectum: & poſt vẽ
ab effectu regredi ad cauſam: & hę ambiguitates ſunt non paruę: & cum in cõ-
mento meo libri poſteriorum multum prolongauerim ſermonem in his, viſum
eſt mihi modo abbreuiare opinionem Peripatheticorum in his: primo ergo dicã
ad primã, poſt ad ſecundam ſecundum poſſe meũ. Quantũ ad primam igitur par Poſitio anti
tem, dixerunt multi antiquorum, quod nõ ſit illa circulatio, vel regreſſus demõ- quorum.
ſtratiue: qñ, enim per effectum cauſam tu inueniſti, ſine dubio demonſtraſti: eo
quia ex notiori, & prior tibi proceſsiſti: cum, ex cã inuenta ad effectũ redis ꝓ-
pter quid ipſius effectus concludens, nõ demonſtrabis: cũ ex ignotiori procedis
ad notius: & ſic iſti proceſſum quia demonſtratiuũ affirmant eſſe, proceſſum ꝓ-
pter quid concedunt non demonſtratiuũ eſſe, ſed dialecticum, ſeu topicum, eo
quia non ex notiori eſt ad latentius. Et huius exemplum eſt: ſi, enim progredie-
ris, iſte homo currit, ille homo currit, & ille, & ſic de ſingulis: ergo omnis homo
currit: illatio eſt neceſſaria, & omnino concludit, & neceſſario: oppoſitum enim
conſequentis ſtare cũ antecedente eſt impoſsibile: attamẽ topicus proceſſus eſt,
B eo quia non probatiuus ſecundũ naturam, quoniam antecedens vel eſt ignotius
conſequente, vel ęque notum: põt tñ eſſe notius tibi, vel illi, & ideo dialecticus,
vel topicus dr̃, eo quia non ex notiori procedit ſimpliciter, ſed huic, vel illi, qui
dat antecedens. ſic in propoſito: &, ſi proceſſus propter quid ſit neceſſarius, & il-
lationis neceſſariæ, tamen dialecticus dr̃, eo quia non ex notiori ſimpliciter, ſed
huic, vel illi procedit: in naturalibus ergo ſecundum hos manifeſtum eſt quomo-
do fiat circulus, & quomodo non. Mouit autem hos: quoniam effectus demon-
ſtrat cauſam eſſe, ergo eſt notior ea: ſit igitur eius notitia, vt octo, notitia, vero
cauſę inuentę, vt quatuor. Si igitur ad effectum eundem redibis ab ignotiori, &
latentiori, quia a noto tibi, vt quatuor ad notius & certius, quia ad effectum notũ
vt octo procedes: ergo ſecundus proceſſus non poteſt demonſtratiuus dici, cum
demonſtratio ſit ex notioribus, vt in Poſte. ſatis dixit Ariſto. aliaq; argumenta
pro eis, quia nullius ſunt valoris, & ea prolixe adduxi in poſterioribus, tran-
ſeo. Hanc opinionem Ioan. Iandonus in quęſtionibus primi de Anima cona- Põ Io. Iãd.
batur deſtruere, & arguit in hunc modum: qm̃ accidentia propria ſunt principia
cognoſcendi ſubſtantias, & econtra: primo, quia eadem ſunt principia eſſendi et
cognoſcendi, modo cã eſt principiũ eſſendi effectus, ergo & cognoſcendi. maior
eſt Ariſt. & Auer. com. ſecundi Meta. Pręterea, ſubſtantia eſt prior natura, co- Impugnatio
gnitione, & tẽpore accidente, ergo accidẽs demonſtrans ſubſtantiã põt, & ab ea contra ratio
C demonſtrari, maior eſt Ariſt. & Auer. 7. Meta. com. 4. ſed rationes Ioannis con- nes Io.
tra hos nihil concludunt: prima quidẽ non: qm̃ cã eſt principiũ eſſendi, & veri-
tatis ſecundũ naturã, vt & ipſemet dicit alibi, et ſic nõ quo ad nos. ſecunda vero
minime, qm̃ ſubſtantia eſt prior cognitione, & tẽpore, & natura. cognitione. ſ. ſe
cundũ naturã. tempore vero. i. ſeparabilitate: natura. i. perfectione, & licet pona
tur in eius definitione, non quidẽ ponitur vt notius nobis, ſed vt quietans, vnum
enim correlatiuorũ ponitur in definitione alterius, & non vt notius: põt ergo &
aliter opinio illa remoueri: tũ ex verbis philoſophorũ, tum rõne: verbis quidẽ,
qm̃ primo poſteriorũ inquit, ſed quia differt & propter quid ſcire, primũ quidẽ
& in eadẽ ſcientia. Et poſtq̃ probauit hoc exemplis multis inquit, alio autem
modo differt propter quid ab ipſo quia. quod eſt per aliã ſcientiam vtrunq; ſpe-
culari, vbi Auer. inquit cap. 3. & poſtquam eſt demõſtratio, quę facit adipiſci in-
uentionem rei, eſt alia, quæ facit adipiſci cauſam inuentionis ipſius. tamque
inueniuntur hi duo modi, aut in arte vna, aut in duabus artibus. Præterea, &
Themi. ait ibidem cap. 28. ſane fieri poteſt, vt eadem ſcientia modo ipſum
quamobrem tractet, modo ipſum vt ſit explicet: aliquando eſt, vt diuerſa ſcien-
tia ſit, quę quamobrem condocet ab ea, quæ vt ſit demonſtrat. Præterea Ari-
ſto. 2. Poſte. cap. 16. mouet quęſtionem in principio capituli, & inquit. de cauſa
autem, et cuius eſt cauſa dubitabit aliquis, nunquid, cum cauſatum eſt, cã eſt, &c.

poſt ſoluens quęſtionem inquit, ſi igitur quidem per cauſam eſt demonſtratio ꝓ- D
pter quid eſt, ſi vero non per cauſam ipſius quia. quoniam in medio eſt, cogno-
uit, propter quid autem non: vbi Auerro. commen.25. inquit. in ſolutione illius
quęſtionis, ſed cum oſtendimus cauſatum per cauſam eſt id demonſtratio dans
cauſam, & inuentionem: & cum oſtendimus cauſam per cauſatum, eſt id demō-
ſtratio dans inuentionem tantum: & ponit exemplum, vide. Præterea, & ibi-
dem diuus Themiſtius cap.3. inquit. nullum autem incommodum ſuſcipitur, ſi
cauſa talis cum ſua concluſione retorqueri dicatur: nec enim eadē ratio vtrinq;
reciprocandi eſt: ſed cauſam ab euentis ad cauſam ſubijcitur, ſyllogiſmus tantū
vocatur: cum econtrario eſt, abſoluta demonſtratio. Dicitur forte, quia ſyllo-
giſmum tantum demonſtrationem intendit quia, quę pro tanto ſyllogiſmus tan-
tum dicitur, quia non ex vero medio procedit, vt ipſe ait primo Poſteriorum
commen.46. quare, & ex his regreſſum dare manifeſtum eſt aptiſsime. Pręte-
rea, Linconienſis groſſateſta ibidem manifeſte idem dicit, & magnus Alber. tra-
ctatu de venatione definitionis com.7. & concors eſt eiuſdem. Adhuc, Auer.
2. Meta. commen.16. inquit. certitudo enim diuerſatur in eadem ſcientia. V.g.
ſecundum demonſtrationem ſimpliciter, & ſecundum demonſtrationem quia:
&, cum diuerſetur in eadem ſcientia magis diuerſatur in ſcientijs diuerſis ſecun
dum genus. Rurſus. 6. Phyſi. commen.15. inquit, cum prius declarauit, quod ſi B
magnitudo fuerit diuiſibilis in infinitum, quod velocius & tardius inueniuntur
in infinitum, vult declarare econuerſo: & poſt quibuſdam interpoſitis inquit, &
ſigna demonſtratiua ſunt illa, quę conuertuntur cum ſuis cauſis. ſ. quod cum po-
natur cauſa, ſequitur ſignum & econuerſo: & ideo incœpit primo declarare con
ſecutionem ſigni ex cauſa, deinde conſecutionem cauſę ex ſigno: ecce, quam
plane Auer. id dicit. etiam in. 8. Phy. commen.5. inquit econtrario primę viæ.
In prima enim probauimus ex motu æterno motorem eſſe, qui non mouetur,
hic autem probauimus quod motus ęternus eſt hoc quod motor qui nō mouetur
eſt. Idem apponit ibidem commen.53. & .65. & adhuc poſſem tibi enumerare
loca fere innumerabilia, vbi Ariſt. & Auer. circulum committunt in diuerſis ge
neribus demonſtrationum: & ideo nolo plus in hoc inſiſtere: ratione vero &
hoc monſtrari poteſt; quoniam ſcientię diuerſantur ſecundum diuerſitatem me-
diorum, vt Ariſt. tn.2. Poſteriorum demonſtrat: quia igitur effectus eſt medium
in demonſtrando cauſam, & cauſa medium in demonſtrando effectum: ergo no
titia, quę relinquitur ex proceſſu, cuius medium eſt effectus, differt ſpecie a noti-
tia, quę relinquitur ex proceſſu, cuius medium eſt ipſa cauſa: notitia ergo, quę in
effectu relinquitur ex cauſa, altera eſt a notitia effectus, quę per ſenſum habeba
tur: ergo in ſecundo proceſſu, cauſa eſt notior nobis quam effectus notitia reli-
cta tertio loco: & hęc ratio eſt demonſtratiua, ſi perfecte addatur, vt dicam: vt F
ergo perfecte intelligas, debes ſcire primo, quod licet cauſa, medium, & defini-
tio idem ſint in ſubiecto, differunt tamen in modo. aliqua enim cauſa habet ra-
tionem cauſæ, non tamen rationem medij definitionis: omne autem, quod ratio-
nem habet medij, & rationem habet cauſę. Secundo debes ſcire, quod aliter
eſt in quęſtione ſimplici, aliter in quęſtione compoſita: voco autem quæſtionem
ſimplicem, vt an ignis ſit, vel fumus ſit: dico vero quæſtionem compoſitam, in
qua eſt quęſitum de conceſſo: vt, ſi luna deficit, propter quid deficit luna? dico
ergo, quod in quęſtione compoſita medium habet rationem cauſę, & habet ra-
tionem medij: alio tamen proceſſu acquiritur medium ſub ratione cauſę, & alio
ſub ratione medij: per proceſſum enim quia in quęſtione compoſita acquiritur
ſolum medium ſub ratione cauſæ. V.g. luna deficit: ergo obiectum eſt aliquid
inter ſolem, & lunam: hoc enim proceſſu quia acquiſiuiſti medium in eo, quod
cauſa illius effectus: & hic eſt primus proceſſus quia, quo. ſ. acquiritur cauſa in
eo, quod cauſa: quo facto non ſtatim redibis ad effectum demonſtrandum per
hanc: quoniam cauſa inuenta per effectum nondum habet rationem medij: opor
tet enim ad hoc, vt habeat rationem medij, vt ſit tibi notius effectu, quo inuen-
tum eſt ſub ratione cauſæ: ergo, tunc intellectus negociatur circa cauſam inuen-
tam, inueniendo illam ſub ratione medij: eſt autem negociatio hęc reſolutio, quę

A ſit compoſitione & diuiſione hoc modo: obiectum iſtud, quod inuentum eſt eſſe
cauſam huius, luna deficit, eſt ens. ergo vel ſubſtantiá, vel accidens: & non acci
dens, ergo ſubſtantia. vel igitur corporea, vel incorporea: non incorporea, relin
quitur corpus: vel animatum, vel inanimatum. non animatum, ergo inanimatū:
vel æternum, vel generabile: nō generabile, ergo ęternum: vel diaphanum, vel
opacum: non diaphanum, ergo opacum. obiectum ergo illud eſt corpus æternū
opacum: ſed illud eſt ſola terra, ergo obiectum illud eſt terreum: qua negociatio-
ne completa acquiſiuiſti cauſam: tunc ſub ratione cauſę, & ſub ratione medij:
cauſæ quidem, quoniam per effectum in eo, quod effectus: medij vero, quia per
negociationem adeo innotuit, quod notius factum eſt effectu, qui erat medium ad
ipſum inquantum cauſa: & eo completo, poteſt ſyllogiſmus demonſtratiuus ꝓ-
pter quid componi, & erit ſecundus proceſſus. non autem ſemper cauſa habet ra-
tionem medij, quoniam intellectus cauſa eſt veritatis principiorum, quemadmo-
dum propoſitiones concluſionis, vt Themi. inquit primo Poſter. c. 7. & Auer.
ibidem. & tamen non poteſt eſſe medium demonſtrandi principia prima: hoc
& Auer. inquit primo de Anima com. 2. Similiter, in quæſtione ſimplici mediū
habet rationem cauſæ tm̄: vt, ſi fumus eſt, ergo ignis: tunc enim demonſtratio eſt
ſigni: & ea inuenitur cauſa in eo, non tamen poteſt fieri regreſſus: cum, tunc non
B habeat rationem medij, cum non habeat rationem definitionis: patet ergo qua-
liter in quęſtione compoſita concedendum eſt regreſſum demonſtratiuum me-
diante negociatione ibi expoſita. in quęſtione autem ſimplici non: immo, ſi re-
dibimus, proceſſus erit topicus forte. Quod autem hęc ſit intentio Auer. patet. 2.
Meta. com. 22. & tu lege verba eius ibidem: quomodo quidem igitur contingat
regredi, & quomodo non, manifeſtum. regredi enim in quęſtione compoſita, pri
mo tamen negociatione facta contingit: in quæſtione vero ſimplici non facta ne
gociatione, cum ibi medium tantum cauſę rationem habeat. Ad obiectū alio-
rum ſoluitur hoc modo: vel, ꝙ reditus eſt ad effectum, nō ſecundum eandem ſpe-
ciem notitię, vt Alber. ait in poſterioribus: vel reditus fit facta negociatione:
tunc enim notitia cauſę adeo per reſolutionem illam intenditur, quod poteſt eſ-
ſe cauſa, & mediū ad effectū illū: nec eſt remotum alia via, ꝗ̃ demonſtratione
aliquid notificari, & certius reddi. ſicut docuit Ariſto. in Poſterioribus. & ſic
patet quomodo fit circulus, & quomodo non: & per conſequens ſol. ad primam.
Supereſt modo quęſtionem ſecundam ſoluere: & primo oportet videre qualiter
triplex eſt genus demonſtrationis, ſimpliciter, ſcilicet, propter quid, & ſigni tan
tum: & quid ſit vnaquęq; ipſarum oportet declarare. Circa quod opinio eſt
Ammonij in primo de Anima, ꝙ duplex eſt tantum genus demonſtrationis, ſci
licet propter quid, & ſigni ſeu coniecturalis. explanabimus autem poſt quid ſit
C vnaquæq; harum: huius ratio eſſe poteſt, quoniam demonſtratio non differt a de
monſtratione niſi ratione medij: augentur enim demōſtrationes propter media,
vt Ariſt. inquit in Poſte. ſed medium demonſtratum non poteſt eſſe niſi duplex,
ſcilicet effectus, vel cauſa. ergo demonſtrationis ſpecies non niſi duplex erit.
Adhuc, Ariſto. primo Poſte. vbi omne genus demonſtrationis enumerat cap.
(Sed differt quia, & propter quid.) & .2. Poſte. c. 16. non ponit niſi duas ſpecies
demonſtrationis. & per conſequens vel ipſe eſt diminutus, vel fecit alium librū
Poſte. vbi poſuit. Rurſus, ſi demonſtratio ſimpliciter differt a demonſtratione
propter quid: vel illud erit a medio, vel propter concluſionem: non propter con
cluſionem, quoniam vna ſpecies concluſionis eſt in vtraq; nec penes medium;
qm̄ vtriq; medium eſt cauſa: ergo non differunt. In oppoſitum eſt Auerro. in
proœmio Phy. & ibidem com. x. & ibidem com. vi. & .2. Phy. com. 22. & .25.
& inducere com. ad hoc eſt ſuperfluum. vt ergo ſol. huius quęſtionis videatur,
oportet videre quid ſit demonſtratio ſigni. ſecundo quid ſit demonſtratio propter
quid. & tertio quę demonſtratio ſimpſr. Demonſtratio ſigni, vt Auer. inquit pri Demonſtra-tio ſigni,
mo Phy. com. 2. eſt hoc modo: ſi contingit vt nota apud nos non ſunt nota apud
naturã, quæ ſunt priora in eſſe, ſed poſteriora, tunc demonſtrationes datæ in
hac ſcientia erunt de numero ſignorum: eſt ergo demonſtratio ſigni demonſtra
tio, cuius medium eſt poſterius natura, & notius nobis. Dicitur quoque hæc

ſpecies demonſtrationis ſignum demonſtratio quia, & demonſtratio eſſe tātum: dicitur quidem demonſtratio quia, reſpectu concluſionis compoſitæ. ſi enim demonſtratur propter folia cadere humidum reſolui, demonſtratio erit ipſius quia, id eſt veritatis ꝓpoſitionis: & hoc inquit Themi. ſecundo Poſte. cap. 30. d. ita demonſtratio putanda non eſt, qui nullo modo, aut ex cā, aut ex aliquo, quod cogitatione prius ſit, dicatur: nam lunā deficere non eſt cā cur terra ſe mediā gerat: ſed pōt eſſe concluſionis, vtiq; rei non pōt: ergo vult ꝙ ideo dicatur demonſtratio quia. qm̄ medium concludit concluſionem veram eſſe: & hoc appellat quia Ariſt. primo Poſte. ibi. (Dupliciter autem eſt pręcognoſcere.) Dicitur demōſtratio eſſe tm̄ in quęſtione ſimplici, vbi ab effectu ad cauſam terminatur q̄ſtio ſi eſt, hoc modo. fumus eſt, ergo ignis. hic ignem eſſe concluditur, ideo demonſtratio eſſe poteſt, & debet dici. Dicitur tertio demonſtratio ſigni: quoniam effectus eſt medium, & effectus ſignum eſt cauſæ, propterea demonſtratio ſigni, ſeu ſignum dicitur. Hanc autem Ammonius in primo de Anima ſubdiuidit, & vult quod ſit duplex. vna eſt, quę coniecturalis dicitur: vt illa, in qua medio poſito, non ſequitur neceſſario, & omnino cauſa: vt languida eſt, quoniā peperit: non enim omnino languorem ſequitur peperiſſe: ſecunda ſpecies dicitur ſufficiētia, ſeu fides ab Auer. primo. cœli. 22. & Ammonius inquit, quod hęc demonſtratio dicitur illa, ad cuius medium ſequitur omnino concluſio: vt fumus eſt hic, ergo & ignis: & ſphęricam eſſe lunam propter hunc mundum circulariter illuminari. vt Ariſ. demoſtrat in lib. cœli: & forte hoc inquit Auer. 6. Phy. com. 15. quando inquit quod ſigna demonſtratiua ſunt illa, quę conuertuntur cū ſuis cauſis, ſcilicet, quod cum ponitur cauſa ſequitur ſignum, & econuerſo. Et forte de demonſtratione quia, primo loquitur The. 2. Poſte. ca. prędicto. quando dicit, proceſſus ab euentu ad cauſam eſt ſyllogiſmus tantum. intelligit enim per euenta ſigna fallibilia. Sed dices, demonſtratio per cauſam remotam, dicitur quia, vt Ariſt. inquit primo Poſte. ca. Sed dicitur quia, & tamen non eſt ſufficiētia, nec coniectura: ergo tertia ſpecies. Dicendum, quod poteſt eſſe ſufficientia, ſeu fides, & ſic ſufficit. quid ergo ſit demonſtratio ſigni, & quot modis dicatur & quot ſunt eius ſpecies manifeſtum.

Dubitatio.

Solutio.

Quid demōſtratio propter quid.

Supereſt modo definire demonſtrationē propter quid: inquit Auer. 2. cœli commen. 35. ſi latentius fuerit cauſa rei quam ſuum eſſe, erit demonſtratio propter quid tantum: eſt ergo demonſtratio propter quid demonſtratio, cuius medium eſt cauſa concluſionis, & ignotius ea. Sed ambiges, quoniam omnis demonſtratio eſt ex notioribus: ſed demonſtratio propter quid eſt demonſtratio: ergo ex notioribus: & ſic definitio Auerrois eſt falſa. Dicendum igitur, quod debet intelligi non facta negociatione. eſt ergo ſenſus, demonſtratio propter quid eſt demonſtratio, cuius medium per ſe eſt ignotum & latentius effectu, licet poſt completum intellectus negotium notius relinquitur: & hęc demonſtratio dicitur cauſę tantum, eo quia dicit tantum propter quid effectus, & non concludit ipſum eſſe, vel eſſe veram concluſionem: & hoc ſtatim exponitur melius. Quid quidem ſit demonſtratio propter quid, manifeſtum modo, & quomodo medium ſe habeat, palam. De demonſtratione vero ſimpliciter quid ſit Themi. primo Poſte. cap. 46. videtur dicere quod ſit ea, cuius medium concludit vniuerſaliter concluſiones omnes poſsibiles fieri. ait enim ſic, expoſitio cauſæ quod ita ſit, quoque tota vniuerſalium eſt, eoq; non modo notitiam huius vnius defectus, quem hunc patitur luna, ſed ſimpliciter omnium continet. Nam interuentus terrę non tantum huius defectus cauſa eſt quam omnium, qui poſsint omnibus ſeculis euenire: ecce, quomodo The. ait demonſtrationem ſimpliciter dici, eo quia cauſa concludit vniuerſaliter, & communiter omnes concluſiones poſsibiles formari de omnibus effectibus poſsibilibus eſſe. Sed hæc expoſitio videtur ambigua: quoniam demonſtratio tunc propter quid, & cauſę tantum demonſtratio ſimpliciter dici poſſet. eſt enim cauſa per ſe omnium effectuum cauſa: propter ꝙ, et ſimpliciter dici non eſſet remotum. Adhuc, demōſtratio per ſignum conuertibile ſimpl'r dici poſſet, eo quia effectus conuertibilis poſſet eſſe cauſa vniuerſaliter cōcluſionis cuiuslibet poſsibilis formari ex omni-

Quid demōſtratio ſimpliciter.

Dubita.

A bus cauſis. Ideo debes ſcire,ꝙ q̃n quia effectus, & propter quid effectus eodẽ medio cognoſcuntur. vt,ſi nos eſſemus ſupra lunã videntes terram interponi, et non eclypſim.tunc luna deficit, qm̃ interponitur terra. nunc enim cognoſcitur eſſe,ſcilicet,lunam deficere,& propter quid deficit eodem medio:ſcilicet,interpoſitione.quandoq; autem eſſe effectus alio cognoſcitur,& alio propter ad eius. Verbi gratia,nunc exiſtens in terra cognoſco lunam deficere viſu,propter quid autem eius per cauſam inuentam:ergo diuerſis modis.quando ergo eſt aliqua demonſtratio,quę ſimul,& non diuerſis modis concludit conclusionem eſſe verã, & propter quid vera eſt,dicitur demonſtratio ſimpliciter: vt demonſtratio illa: tunc,q̃n eſſemus ſupra lunam,& videremus terram interuenire, & non videremus eclypſim.demonſtratio enim probans,quoniam deficit luna,ſimpliciter diceretur: & demonſtrationes mathematicæ ſunt huius generis: non enim in eis primo effectus eſt notus ſenſu,& per ipſum inueſtigatur cauſam eſſe, deinde negociamur,& tertio regredimur,ſed mediũ ſimul monſtrat concluſionem verã,et propter quid illius:& hoc inquit Auer.2.cœli com.illo dicens, & ſi notius fuerit prius,& latentius erit ſuum eſſe,& ſua cauſa notior, erit demonſtratio abſoluta, quę dat cauſam & eſſe:& hoc inquit primo Phy.com.2.d.ſi contigerit, vt notum apud nos ſit notum apud naturam, tunc demonſtrationes datę in hac ſcientia erunt cauſę & eſſe,id eſt,ſimpliciter: vult ergo Auer.quod demonſtratio ſimpliciter,demonſtratio abſoluta,& demonſtratio cauſę,& eſſe,vna ſit ſpecies, diuerſa nomina ſortita propter diuerſa officia. inquantum enim concluſionem demonſtrat eſſe veram & propter quid, demonſtratio cauſę & eſſe dicitur: prout abſoluit omnem ambiguitatem circa concluſionem ſcilicet,tã circa cauſam,quã circa eſſe propter quid eſt,vocatur abſoluta. Prout aggregat omnẽ euidentiã,ſ. demonſtrationis ſignificati, & demonſtrationis propter quid,ſimpliciter dr̃.hęc enim demonſtratio proprie aggregat perfectionem demonſtrationis ſignificati: qm̃, quemadmodum ſignum demonſtrat concluſionẽ eſſe veram tm̃, ſic & hoc concluſionẽ eſſe veram oſtendit. ſimiliter,prout demonſtratio cauſę dicit ꝓpter quid concluſionis,ſic & hoc propter quid dicit concluſionis:ergo demonſtratio ſimpliciter eſt virtualiter aggregatũ ex vtroq; genere demonſtrationis. Ad oppoſita,quę deſtruunt illud triplex genus demonſtrationis, dicendum quod differunt propter media:&, q̃n dr̃ medium demõſtrationis ſimpliciter vel eſt cauſa, vel effectus dicendum,quod nec cauſa pura, nec effectus, ſed aggregans vires vtriuſque,vt expoſui,ideo medium illud eſt alterius ſpeciei ab extremis, ſicut rubeũ ab albo,& nigro pro nunc. Ad ſecundum dicẽdum,quod ibi non enumerauit niſi extremas ſpecies:tacuit autem mediam,quoniam ſolers poteſt prõpte, & eam ex illis colligere. Ad tertiam manifeſta eſt ſolutio, differunt enim ꝓpter media:poſſunt enim demonſtrationes eſſe per idem genus cauſę,non autem per idẽ genus medij. demonſtratio.n.hominis habitantis in terra, & exiſtẽtis ſupra lunam,habent vnam ſpeciẽ cauſę,non tamen vnã ſpeciem medij, vt ſolerti patet. Quot quidẽ genera demonſtrationũ, quid vnumquodq; illorum, & quot eorũ ſpecies, & quibus dicantur nominibus,& q̃uo ſoluantur obiecta in oppoſitum,manifeſtũ intantum. Ad ſecundã ergo quęſtionem principalem dicendũ: quod multotiens ſit demonſtratio ſimpliciter, ex qua conuenit effectum eſſe, & propter quid effectus: vt,in propoſito Alg. Deus viuit, q̃m intelligit, & vult.reditus autem ſit,non vt concludat aliquid ignotum, ſed topicus eſt regreſſus ductus in confirmatione demonſtrationis prioris,vt oſtendatur ſignũ,et cauſam in uicem conuerti. Verbi gratia,ſi eſſemus ſupra lunam, argueremus, luna deficit, qm̃ interuenit terra.hęc demonſtratio eſt ſimpliciter.ſi regrederemur,ſ.luna deficit,ergo interuenit terra.proceſſus eſſet topicus, ductus tm̃ propter cõfirmationem demonſtrationis ſimpliciter, non quod eo concludatur ignotum ſimpliciter, ſed confirmat:& ſic patet qualiter hoc fecit Algazel.in hoc loco,& Ari.conſeruat illud ſæpe in demonſtrationibus naturalibus. Redeamus ergo ad locum noſtrum.(Sed vos.) Cum induxit rationem,qua probauit Deum eſſe ſcientem ſe, et alia.hoc in loco oſtendit,quomodo apud Peripatheticos eſt neceſſarium poni totum oppoſitũ,& ſyllogizatur ſic. omne agens ſine voluntate effectũ æternum

Eodem modo cognoſcitur qa eſt effectus,& ꝓpter quid eſt effectus.

Nota.

neceſſario,& ſecundum naturam, eſt ſummum ignorans:ſed Deus eſt apud Pe- D
ripatheticos agens ſine voluntate, & effectum ęternum neceſſario neceſsitate
naturæ:ergo Deus eſt ſumme ignorans. huius primo accepit minorem, dicens,
ſed vos,qui remouetis ab eo voluntatem,& mundi,immo cuiuſque effectus inno
uationem, totaliter negatis,& opinamini quod id,quod procedit ab eo, procedit
de neceſsitate,vel natura,hoc modo,ſcilicet,quod primo cauſatur ab eo primum
cauſatum,deinde alia cauſata ſucceſsiue, & gradatim donec peruenient ad vlti-
mum entium, Verbi gratia,ad materiam:tunc apponit concluſionem,dicens,et
ſic,id eſt,ergo ipſe nō ſeipſum ſentit, id eſt,intelligit. apponit maioris probatio-
nem per exemplum,dicens,ſicut ignis, a quo caliditas procedit, vel ſol, a quo
lux procedit: & nullum iſtorum ſeipſum nouit,ſicut nec aliquod extrinſecorum
nouit:ergo maior patet fore inductione:tunc replicat concluſionem, dicens,er-
go Deus apud vos ſummus ignorans eſt. Confirmat hoc,dicens,& nos iam de-
clarauimus nomine ipſorum quod ipſe ignorat alia: vnde, poſtquam ignorat
alia,non eſt cauendum quin ignoret & ſe. Deus ergo omnino ſe, & alia igno-
rat,ergo ſummus eſt ignorans. (Et,ſi aliquis.) Apponit hoc in loco dubium, &
inquit,&,ſi aliquis diceret, quod licet ipſe ignorat entia, vult dicere extra ſe,
ſcit ſaltem ſeipſum: & probat hoc per impoſsibile hoc modo ſyllogizans: qui
enim ſeipſum ignorat mortuus poteſt reputari,apponas minorē, ſed per te Deus
ſeipſum ignorat:ergo ipſe Deus eſſet ſine dubio mortuus: concluſio eſt falſa,er- E
go aliqua propoſitionum. non maior,ergo minor:& ſic habetur propoſitū. (Nos
vero,) Reſpondet & tantum. videtur enim reducere argumentum contra eos:
& inquit, nos vero ad hoc reſpondemus, & dicimus eis, quod hoc ſimpliciter
etiam opinantes,quod Deus ignorat alia,& ſcit ſeipſum: quod probat, dicens,
nulla enim differentia eſt inter hoc,& dictum dicentis quod id,quod non agit cū
voluntate, nec audit, nec videt eſt mortuum, eſt ergo ſyllogiſmus hoc modo.
omne ignorans entia extra ſe non videns,nec audiens,nec volēs eſt mortuum:
ſed ſecundum dicentes Deum ſcire ſe, Deus eſt ignorans alia extra ſe, nec au-
diens,nec videns,nec volens: ergo Deus eſt mortuus:& ſic per conſequens ar-
gumentum poteſt reduci contra eos, (Et ſi forte.) Hoc in loco inducit ſolutio-
nem eorum adhuc,& inquit:& ſi forte, dicerent quod omne ſeparatum a mate-
ria eſt intellectus per ſe exiſtens,ſeipſum intelligens:& adde minorē, ſed Deus
eſt ſeparatum a materia:ergo eſt intellectus ſeipſum intelligens: & tunc dicam,
quod Deus viuit, quia intelligit ſe:mortuum autem nec ſe, nec alia intelligit:
quare ſolutio eſt.(Dicimus) Huic contradicit hoc modo, dicens, dicimus quod
declaratum eſt, ſcilicet in dubiis aliarum diſputationum, quod ſolutio eſt pura
euaſio: quia ſup. Deum eſſe ſeparatum a materia,non poteſt demonſtratiue ꝓ-
bari:ergo hæc ſolutio fundatur in propoſitione dialectica, & non demonſtrati- F
ua,ergo eſt fuga.(Et ſi forte.) Adhuc apponit argumentum philoſophorum,quo
probant Deum viuere,poſito quod nihil ſciat extra ſe, & inquit, & ſi forte di-
ceret quod huiuſmodi demonſtratio eſt,quia videlicet, ens diuiditur ad viuens,
& ad mortuum:& viuens eſt nobilius mortuo: ſed primum eſt nobilius cunctis
entibus:ergo primum eſt uiuens.ſyllogiſmus ergo eſt in ſecunda figura ſic:omne
viuens eſt nobilius mortuo:primum ens eſt nobilius mortuo,immo cunctis enti-
bus:ergo viuens erit omnino Deus. Reſpondet & huic, dicens, dicimus quod
omnes iſtæ ſunt euaſiones,id eſt, non rationes demonſtratiuę, ſed dialecticæ.
(Nos enim.) Hoc in loco mouet & aliam quæſtionem maxime contra Auicen.
poteſt enim quæri,cur eſt impoſsibile ab eo,quod ignorat ſeipſum,procedere en-
tia intelligentia ſe? ponebant enim philoſophi quod Deus non ſcit ſe, & quod
intelligentię emanantes ab ipſo ſciant ſe:quęrit modo, propter quid eſt impoſsi
bile apud vos alios Peripatheticos, qui non ponitis hoc? dicit igitur, nos enim
poſſumus eis dicere: quare eſt impoſsibile quod ab eo, quod ignorat ſeipſum,
ſuccedant entia ſeipſa ſentientia,id eſt, intelligentia cum pluribus medijs, ſiue
ſine medijs. Inducit ſolutionem Peripatheticorum, dicens, & ſi forte diceretis
quod impoſsibilitas prouenit ab eo, quia ſequitur quod cauſatum eſſet nobilius
cauſa,igitur,ſi effectus eſſent intelligentes ſe, & Deus non, tunc eſſent nobilio-

res prima

A res prima cauſa: & propter hoc dicunt philoſophi hi, quod Deus ignorans ſe, nihil producit ſciens ſe. (Dicimus.) Confutat hoc, dicens, dicimus quod hoc poteſtis aſſerere ſecundum apparentiam, & non ſecundum demonſtrationem & rei veritatem: quoniam in multis effectus eſt nobilior cauſa: & in hoc nolo nunc immorari.

AVEROES.

AIt Auer. Ex rebus mirandis eſt ratiocinatio eorum, ꝙ innouatio mundi ſequitur vt ſit ex voluntate, et tamen videmus quòd innouationes fiunt ex natura, & voluntate, & caſu. quæ autem fiunt ex voluntate, ſunt res artificiales, & quæ fiunt ex natura ſunt res naturales. &, ſi innouatum non fieret niſi ex voluntate, tunc voluntas ingrederetur in definitionem eius. & notũ eſt ꝙ definitio innouati eſt quod reperitur poſt priuationem: mundus autem ſi eſſet innouatus, dignius eſt vt innouetur, ex eo ꝙ eſt ens naturale ex

B principiis rerum naturalium, quã vt ſit innouatus ex principiis artificialibus. & eſt voluntas. Attamen, cum affirmatur quòd ſit ab agente primo, qui elegit eſſe eius, potius quàm priuationem, oportet vt ſit volens. &, ſi volens, non defecit quin ſit eligens eſſe rei volitæ, vt dixit, neceſſe eſt vt ſciat: igitur communicant eis Philoſophi in hac radice. et ſermo totus, quem recitauit de Loquentibus, eſt ſatisfaciens. quoniã in eo eſt ſimilitudo rerum naturalium rebus artificialibus. Cum autem dixit de Philoſophis ꝙ ipſi tenent quòd id, quod prouenit à Deo glo. prouenit naturaliter, eſt ſermo corruptus de eis. & qui tenent in rei veritate ꝙ emanatio entium ſit ab eo, eſt profectò nobiliori modo quã naturaliter, & voluntate humana. nam his duobus modis euenit diminutio: & non diuidunt verum, & falſum, cum fuerit demonſtratio ꝙ impoſsibile eſt vt ſit emanatio operationis ab ipſo glo. emanatio naturalis non autem emanatio voluntaria, eo modo, quo intelli-

C gitur voluntas hic, nam voluntas in viuẽte eſt principium motus. &, cum ipſe Deus abſit à motu, neceſſe eſt vt abſit à principio motus, eo modo, quo eſt volens: quod apparet nobis: & eſt emanatio ab eo nobiliori modo hac voluntate: & nemo ſcit modum illum, niſi ipſe glo. Et probatur ꝙ ſit volens, quoniã ipſe ſcit duo cõtraria: &, ſi eſſet agẽs, ex eo quòd eſt ſciens tantum, operaretur duo contraria ſimul: & hoc eſt falſum: ergo neceſſe eſt vt operetur vnum duorum contrariorum electione. Et id, in quo inuoluuntur in hoc capitulo, eſt, cum dicũt, ſi eſt agens aut eſt naturaliter, aut voluntarie. & ipſi quidem non intelligunt nec quid ſit natura, nec quid ſit voluntas. Nam natura apud Philoſophos dicitur dupliciter, & Primo de aſcenſu ignis ſuperius, & deſcenſu lapidis inferius. & hic quidem motus prouenit ex ente, cui euenit quid accidentale, & eſt vt ſit res extra locum ſuum, & eſt ibi cogens, quod cogit eam. & Deus glo. abſit ꝙ ſit huius naturæ. & Secundo proferunt etiam eam de omni potentia, à qua prouenit actio

Deus cũ abſit a motu abeſt a principio motus.

Natura apud philoſophos dicitur dupliciter.

intellectualis, vt ſunt operationes, quæ proueniunt ex artibus. & ali- D
quis attribuit huic naturæ ꝙ ſit intellectus: & aliqui dicunt ꝙ nō ha-
bet intellectum, ſed operatur naturaliter. Attamen ipſi dicunt ꝙ pro-
uenit ex intellectu. quoniam aſsimilant eam rebus artificialibus, quæ
mouentur ex ſeipſis, & emanant ab eis operationes proportionatæ, &
ordinatæ. Et ideo dicit Ariſto. princeps Philoſophorum, manifeſtum
eſt ꝙ natura intellectus dominatur toti. & quam maxime eſt remota
hæc credulitas ab eo, quod dicit Alga. Qui autem ponit propoſitio-
nem vniuerſalem, quod ſciens ſeipſum ſcit aliud, quod emanat ab eo,
ſequitur ei ꝙ qui non ſcit aliud, nō ſcit ſeipſum. Et, quoniam iam de-
ſtruxit ſermonem Auicennæ, cum dixerit ꝙ ipſe ſcit aliud, cum eo,
quod adduxit contra eum ex rationibus Philoſophorum, in hoc ſe-
quitur ei vt primū non ſciat ſeipſum: & conſequens eſt verum. Quod
aūt recitauit ex Philoſophis de rationibus productis ab eis in hoc ca-
pitulo, cum dicunt ꝙ neſciens ſe ipſum eſt mortuum, & Primum im-
poſsibile eſt vt ſit mortuum, eſt ſermo ſatisfaciens, compoſitus ex pro E
poſitionibus famoſis. nam quod non eſt viuens, nō eſt mortuum. niſi
id, cuius natura eſt habere vitam, niſi intellexerit per mortuum id, qđ
ſignificat dictio inanimatum. & tunc diuidit verum & falſum. nam
omne ens aut erit viuens, aut inanimatum. & hoc quidem, cum intel-
ligimus per vitam, illam, quæ dicitur æquiuoce de æterno, & corru-
ptibili. Et, cum dixit ſi autem dixerint ꝙ omne, quod eſt remotum à
materia, eſt intellectus in ſe, & intelligit ex ſe, iam diximus ꝙ hæc eſt
verſutia, cui non eſt demonſtratio, Dicimus ꝙ iam diximus ſuperius
modum demōſtrationis eorum in hoc, ſecūdum ꝙ oportet, vt demō-
ſtrationis in hoc libro, ſcilicet ꝙ diminuitur vis eius proculdubio,
prout eſt res, cum extrahitur à ſuo loco naturali. Quod autem recita
uit etiam ex ratione adducta contra Philoſophos in hoc, cum dicunt
ꝙ ens aut erit viuum, aut mortuum: & viuum eſt nobilius mortuo, &
principium eſt nobilius viuo: ergo eſt viuens neceſſario. cum profecto
intelligitur viuo: ergo eſt viuens neceſſario. cum profecto intelligitur F
per mortuum mors ipſa, tunc propoſitiones famoſæ veræ ſunt. Cum
autem dixit ꝙ poſsibile eſt vt emanet ex eo, quod nō eſt viuens, vita,
& ex eo, quod non eſt ſciens, ſcientia, & erit nobilitas principii in eo
profecto, quod eſt principium eius vniuerſale tantum, eſt ſermo fal-
ſus. Nam, ſi eſſet poſsibile vt emanet ab eo, quod non eſt viuens, vi-
ta, erit poſsibile vt emanet ab eo, quod non eſt ens, : & vt emanet
quodlibet à quolibet. & non erit conuenientia omnino inter cauſas, &
cauſata, nec in genere dicto ſecundum prius & poſterius, nec ſpecie.
Cum aūt dixit ꝙ, cum dicunt ꝙ nobilius viuente eſt viuens, eſt ſicut
ſermo dicentis id, quod eſt nobilius ex eis, qui habent auditum, & vi-
ſum, habet auditum, & viſum. ipſi tamen non dicunt hoc, quoniā auſe
runt à primo principio auditum, & viſum. & quemadmodum eſt poſ-
ſibile apud eos vt ſit nobilius audiente, & vidente non audiens, nec

A videns, ſic poſsibile eſt vt ſit nobilius viuente, & ſciente non viuens, nec ſciens. Vlterius, ſicut eſt poſsibile apud eos vt proueniat ex eo, quod non habet viſum, habens viſum, ſic poſsibile eſt vt proueniat ex non habente ſcientiam habens ſcientiam. Hic ſermo profectò eſt ſophiſticus, & fallax nimis. quoniam apud eos eſſet non habens auditũ, nec viſum nobilius habente auditum, & viſum, non ſimpliciter, ſed ex eo quòd habet apprehenſionem nobiliorem viſu, & auditu: & eſt ſcientia. Et, quoniam nihil eſt nobilius ſcientia, impoſsibile eſt vt ſit non ſciens nobilius ſciente, ſiue ſit principium, ſiue non ſit principium: quoniam principia, ex quo aliquod eorum eſt ſciens, & aliquod non eſt ſciens, impoſsibile eſt vt non ſciens ſit nobilius ſciente, ſicut eſt in cauſatis ſcientibus, & non ſcientibus. Et nobilitas principii impoſsibile eſt vt excedat nobilitatem ſcientiæ, niſi excedat nobilitas principii non ſcientis nobilitatem principii ſcientis. & impoſsibile eſt vt ſit exceſſus nobilitatis principii nobilior exceſſu nobilitatis ſcien-

B tiæ, Quare neceſſe eſt vt ſit principium, quod eſt in vltimitate nobilitatis, in vltimitate exceſſus, & eſt ſcientia. Timent autem homines attribuere ei auditum, & viſum. quoniam ſequeretur ex iſtis attributis vt ſit animatum, ſed attribuit ei lex auditum, & viſum ad indicandum ꝙ ipſe Deus glo. non deficit ei aliquid ex ſpeciebus ſcientiarum, & doctrinæ: & impoſsibile eſt facere quòd vulgus hoc intelligat, niſi per auditum, & viſum. quare hæc expoſitio eſt propria ſapientibus: & impoſsibile eſt vt ponatur ex capitibus, & radicibus legis communibus omnibus, vt currit curſus multarum rerum, quę attribuuntur ſciẽtiæ in lege. Et totum, quod includitur in hoc capitulo, eſt fallacia, & deſtructio ipſius Alga. nos autem reuertamur ad Deum propter vilipendium, & depreſsionem eius prouenientes à Sapientibus, ex eo ꝙ perquirunt bonum nomen in his rebus, & petimus à Deo glo. vt non ponat nos in numero eorum, qui ſeparantur in hoc ſeculo ab alio ſe-

C culo, & in infimo à ſupremo, & imprimat nobis gloriam æternam: in omnibus enim eſt omnipotens.

Hic plura in veteri codex.

Auer. nũc contradicit Alga. & primo mordet propoſitionem primam ſuę rationis, ſcilicet ꝙ quia Deus agit effectum voluntate, ideo agit nouum: hęc enim propoſitio non eſt ita, niſi in virtute huius vniuerſalis. omne nouum procedit a voluntate. Auer. ergo non arguit contra propoſitionem Alga. directe, ſed contra propoſitionem, in virtute cuius tenet illa propoſitio, contra hanc, omne nouũ procedit a voluntate: & inquit, dicimus nos quod abſurdior allegatio huius hominis, & ſequacium ipſius eſt in eo, quod dicunt, ſcilicet ꝙ innouatio mundi indicat voluntatem in Deo. contra hanc non inſtat, ſed contra illam in virtute, cuius tenet hæc. d. & nos inuenimus mundi, id eſt rerum mundanarum nouitates, quæ interdum procedunt a voluntate, & aliquotiẽs a natura, & aliquotiens ab euentu, in phyſicis dictum eſt: & hoc exemplo oſtendit. d. illud, quod voluntate fit, ſunt res artificiales: & ea quæ fiunt per naturã, naturalia ſunt, vt ignis ab igne, leo a leone, &c. ab euentu vero facta ſunt horum errores, vt 12. Meta, inquit Auer. commen. 13. & ſecundo Phyſi. com. 48. & 49. Ex hac diuiſione propoſitio dicta relinquitur deſtructa, cum pateat non omne factum ex voluntate. (Et præterea.) Adhuc adducit rationem ſecundam. d. & pręterea, ſi innouatum tantum volũtate innouaretur, oporteret ꝙ volũtas eſſet ſumpta in de-

finitione ipſius,& oſtendit ꝙ non eſt ita,dando definitionem innouati. d. & eſt D
manifeſtum,ꝙ definitio innouati eſt quod innouatum eſt habens eſſe poſt priua
tionem. Debes ſcire,ꝙ licet omnis definitio debet dari per formam,tamen de-
finitiones naturales,quæ quodammodo ſunt,ſicut ſymi definitio, vt Ariſt. ait in
ſecundo de phyſico auditu,& ſexto Metaphyſices,debet dari per ſingulum ge
nus cauſæ eſſentialis:& ideo valet conſequentia Auer.ſi eſſentialiter omne in-
nouatū voluntate innouatur,poſſet definire quis innuuatum voluntate:vbi con-
ſtat non eſſe ita:& ſic patet ſermo eius.(Vnde,ſi mundus.) Adhuc tertio inſtat,
& oſtendit quod,ſi mundus fuit nouus,magis a principio naturali ꝙ̄ volunta-
rio factus fuiſſet,& inquit,vnde,ſi mundus innouaretur, magis decet ꝙ innoue-
tur,inquantum eſt ens naturale procedens a principijs naturalium rerum, quā
a principijs artificialibus,ſcilicet voluntate:& hoc non oſtendit, poteſt tamen
hoc modo declarari per ante dicta.ſi mundus innouatur,aut ex principijs artis,
aut ex euentu,aut a natura innouabitur ; non per principia artis, quoniam, vt
inquit,innouatur per ſe,inquantum ens naturale,ergo non ens artis:nec ab euē-
tu:ergo relinquitur a natura: ergo magis quam a voluntate : Nos chriſticolæ
dicimus,ꝙ mundus innouatur vt res artis,& opus ſummi artificis.: vnde, ſicut
Deus eſt artifex æquiuoce fere dictus cū artifice humano:ſimiliter, ſicut exem-
plar Dei, ad cuius inſtar mundum fecit,eſt æquiuoce dictum ad exemplar no- E
ſtrum,quo res facimus arte,ita & mundus æquiuoca arte factus eſt, & per con-
ſequens opus artificiale æquiuoce dicetur.&, hoc inquit & Plato in Thimæo.
Peripathetici autem,qui omnem nouam factionem, in qua variatur nomen, &
rei definitio generationem,vel corruptionem dicunt eſſe,dixerunt mundi inno
uationem eſſe generationem,& per conſequens mundum eſſe opus naturæ: &
ſic dictum Auer.eſt ſecundum fundamenta naturalia probabile. (Sed ſuppoſi-
to.)Nunc ad formam argumenti reſpondere videtur.d.ſed ſuppoſito, quod mun-
dus procedat ab agente primo, qui inclinauit ipſius eſſe magis ꝙ̄ priuationem
ſuam,id eſt qui elegit eius eſſe magis ꝙ̄ non eſſe, oportet nos dicere quod ipſe
eſt volens,licet ab æterno voluiſſet ſuum eſſe,patet ergo quod philoſophi cō-
ueniunt cum iſtis in attribuendo Deo voluntatem.(Et ideo.)Ex hoc conducit
peccatum Alga. d.& ideo quod ipſe dixerat philoſophorum nomine, videli-
cet ꝙ id,quod procedit ab ipſo Deo,procedit modo naturæ,falſum eſt:immo di
cunt Peripathetici, loquentes ſecundum veritatem, ꝙ entia procedunt ab eo
modo altiori ꝙ̄ ſit natura,& quā ſit humana voluntas: cuius rationem reddit,
& inquit;probatum eſt enim demonſtratiue,ꝙ impoſsibile eſt procedere aliquē
actum ab ipſo Deo naturali modo,id eſt ſecundum vim naturæ, ſeu voluntario
iuxta intentionem,id eſt rationem voluntatis in nobis, id eſt voluntate vniuo- F
ce dicta cum voluntate noſtra:cuius rationem reddit.d. voluntas enim anima-
lium,id eſt hominum principium eſt motus cum contingentia ſup.cuiuſmodi nō
eſt Dei voluntas:ideo apponit correlarium, & inquit,quapropter dicimus quod
actus diuinus procedit ab eo nobiliori modo ꝙ̄ modo voluntario, qui clare com
Nota. prehendi non poteſt niſi ab eodem. Et debes ſcire, quod ſicut nos diſtincte
non ſcimus poſitiue cuiuſnam naturæ ſit Cœlum,ſed ſolum per abnegationem,
ſcilicet quod non eſt graue, neque leue, vt Ariſto.in his,quæ de Cœlo dicit: ſic
nos non ſcimus quæ voluntas ſit Dei,ſed ſcimus quod nec agit per modum na-
turæ,nec per modum voluntatis noſtræ:ſed poſitiue hoc modo , ſcilicet ipſum
agere ſolus ipſe ſcit.& ſic patet ſol.argumenti Alga. (Et probatio.) Hoc in lo-
co vult probare in Deo eſſe voluntatem, & inquit, & probatio quoniam vult,
id eſt ꝙ in eo ſit voluntas, hæc eſt: & apponit illam. d. notum eſt ꝙ ipſe ſcit
duo contradictoria, & duo contraria:& hoc iam declaratum eſt in fine decimæ
diſputationis:nunc hoc ſuppoſito arguit,& virtus ſuæ rationis conſiſtit in hoc:
vel Deus agit tantum,quantum ſcit,& poteſt agere: vel tantum, quantum vult
eorum,quæ poteſt agere:oſtendit quod non agit tantum, quantum poteſt agere
d.vnde,ſi ipſe quantum ſcit agere, tantum faceret:ſed ſup. ſcit duo contraria fa-
cere,ergo duo contraria faceret ſimul & ſemel:quod eſt falſum:relinquitur, qd
ipſe nō faciat quantū pōt tunc apponit ſecundū mēbrū,d. oportet ergo ꝙ eius-

A ciat vnum contradictoriorum voluntate: ergo Deus agit volens, quod Alga. negabat. Et poteſt ex his ſyllogizari ſic. omne potens agere duo contraria eligens vnum eorum, agit voluntate: ſed Deus eſt agens potens duo oppoſita eligens alterum eorum: ergo Deus agit voluntate: & ſic patet ſermo eius. Sed, quomodo Deus ſciat duo oppoſita, & quomodo agat alterum eorum, & non natura, & in alijs diſputationibus pluries dixit, & ego ipſum expoſui. (Et ideo dicimus.) Conducit & peccatum aliud Alga. d. & ideo dicimus quod ex eo, ꝙ ipſi diſtinguebant dicentes, quod actus Dei aut procedit a natura, aut a voluntate: apparet quod ignorant ipſi naturam, & voluntatem quid ſint: & hoc oſtendit. d. natura nāq; apud philoſophos intelligitur in pluribus rebus principium motus: vt aſcenſus ignis ſurſum, & terræ deorſum: & talis natura debet ab ipſo Deo auferri. capiendo ergo naturam, prout eam definit Ariſto. in de phyſico auditu: ſic Deus non agit per naturam. (Similiter.) Oſtendit quomodo natura poteſt capi ſecundo modo: & hoc modo poteſt concedi Deum agere ſecundum naturam. d. ſimiliter aliquando dicitur natura de omni virtute, ex qua quidam actus procedit ſub. ablato actu voluntatis, quam dicunt aliqui quod eſt etiam intellectus: & aliqui opponunt illis, quod non eſt intellectus: tamen ipſe affirmat priorum opinionem. d. immo illa virtus, ſcilicet intellectus naturaliter agit quod procedit ab ea, & per conſequens natura dici poteſt: & rationem reddit. d. ipſi

B enim philoſophi aſsimilant eam, id eſt intellectum artificibus, qui a ſeipſis mouentur, & ab eiſdem procedunt actus ordinati, & per conſequens cum intellectus moueat, & actus ordinatos producat, natura dici poteſt: quod et verbo Ariſto. confirmat. d. & ideo ait princeps philoſophorum, videlicet. Ariſto. quod intellectus naturaliter omniū denominatur. i. dicitur fere omnium natura: prout omnia ordinat, vt patet in tertio de anima: inquit enim quod agens intellectus eſt omnia facere, poſsibilis omnia fieri: ergo intellectus natura dici poteſt, & per conſequens patet qualiter Deus agere poteſt natura ſecundū dicta. ſ. prout intellectus natura eſt: & ſic patet etiam quomodo ipſe Alga. dicens, quod Deus nec agit natura, nec voluntate, mentitur. agit enim Deus voluntate æquiuoce dicta, & etiam natura æquiuoce dicta: & quia hoc ignorauit Alga. ideo abſolute dixit illud, vt Auer. dixit. (Sed id, quod dixit.) Hoc in loco remouet aliud principale dictum Alga. & primo proponit illud. d. ſed id, quod dixit definitiue. ſ. quod qui ſcit ſeipſum, ſcit alia, & econtra falſum eſt: & deinde reddit rationem, quare eſt falſum, d. quia ſequeretur quod qui alia ignorat, ſeipſum ignoraret: modo hoc eſt contra experientiam. (Et quia.) Nunc correlarie concludit peccatū Auicen. & inquit. &, quia compellitur Auicen. auctoritatibus, id eſt argumentis philoſophorum, vt concedat quod Deus ignorat alia extra ſe, oportuit eundem Auicen. concedere quod ipſe Deus ignorat ſeipſum. & hoc optime probauit ſup. Alga. contra Auicen. Debes ſcire, quod Auer. non cōcedit Deū ignorare alia extra ſe, quoniam ignorantia eſt priuatio ſcientiæ: modo, vt dicet ſtatim, quod non poteſt eſſe ſubiectum ignorantiæ, nec ſcientię: eo quia obiecta habent fieri circa idem: ideo per ignorare hoc in loco intendit non ſcire: & hoc eſt ita, quoniam ſecundum philoſophos Deus nō intelligit alia ſub ratione, qua ſunt diuerſa, & alia ab ipſo eſſe Dei, ſed intelligit ſe, & alia prout eſſe eius eſt eſſe omnium: & hoc dictum eſt 12. Metaphyſi. commen. 51. & hoc ſacri theologi noſtri etiam concedunt. (Sed id, quod.) Nunc, rurſus reprehēdit Alg. in alio verbo: & primo repetit id. d. ſed id, quod dixit, videlicet quod qui ſeipſum ignorat, mortuus eſt, & Deum non decet reputari mortuum. Apponit ſtatim locū erroris, & inquit, dicimus quod ſunt verba probabilia, egredientia ex vi propoſitionum dialecticalium, & reddit rationem, dicens: illud namque, quod non eſt viuū, non eſt mortuū, niſi de natura ſua eſſet habere vitam, eo quia viuens, & mortuū ſunt oppoſita, & habēt fieri circa idē, vt ſat dictū eſt: & apponit euaſionem, dicens, vel ſi ipſe intēderet pro mortuo brutū, tūc nec diuiſio erit vera: qm̄ Deus nec eſt viuēs, nec brutū. (Verūtamen.) Abſoluit ambiguitatem, qm̄ Ariſt. in Metaphyſicis probat Deum viuere optima, & perfectiſsima vita, & Auer. ibidē, 12. Metaphy. cō. 38. et 39. oſtēdit illud rationibus demōſtratiuis: modo aūt

C (margin, beside "dem Auicen. concedere…"): Nota.

inquit, quod Deus nec dicitur viuens, nec mortuus quomodocunque accipiatur D
mortuum. Abſoluit Auer. & inquit, verũtamen notandum eſt, quod vita dicitur
in entibus æternis, & corruptib:libus æquiuoce: vult dicere, quod quãdo Ariſt.
inquit, Deum viuere, non intelligit vitam vnius rationis cũ vita animalis gene-
rab:lis. & hoc dixit & ipſe. 8. Metaphy. commen. 12. & nolo prolongare ver-
bum, quoniã in diſputatione tertia feci morã. (Sed id, quod.) Nunc iterum mor-
det eum in alio verbo, & inquit, ſed id, quod dixit, quod omne ſeparatum a ma-
teria eſt intellectus per ſe, & exiſtens, &c. & reſpondet. d. hæc verba, dicimus
quod eſt euaſio, & non demonſtratio in hoc quidem, quod Alga. dixit: nos præ-
libauimus demonſtrationem ipſorum philoſophorum, qualiter in iſtis debet vi-
gorem habere: ecce, quomodo illud verbum fuit extraneum, cum iam & ipſe
ſcripſit demonſtrationem, qua probatum eſt Deum non eſſe corpus, nec virtu-
tem in materia corporali: & iam fuit compoſita in ſecunda figura ſic: omne cor
pus, vel virtus in corpore, eſt finituui in tempore: ſed primus motor non eſt fini
tus in tẽpore: ergo nõ eſt corpus, nec virtus in corpore: & ipſe probauit vtraſ-
que propoſitiones ſuperius demonſtrationibus Ariſto. ideo non vult amplius
ſermonem prolõgare. (Sed id, quod.) Amplius reprobat, & verbũ aliud Alga.
& primo narrat illud. d. ſed id, quod dixit, videlicet quod vita poteſt procedere
ab eo, quod non eſt viuum, & ſciens de non ſciente: propter quod dixit quod
prærogatiua principij eſt ipſius inquantum principium tantum, id eſt, quod ſo-
lum alia præcellit, prout eſt principium. Hoc amouet, & inquit, dicimus quod E
ſunt verba falſiſsima, & redit rationem, & inquit, ſi enim poſsibile eſſet quod
ab eo, quod vitam non habet, procederet vita, ſequitur quod entitas procedat
ab eo, quod non eſt ens: tandem quælibet res procederet a qualibet: & ſic quod-
libet ex quolibet: ergo ordo cauſarum nihil eſſet: quod eſt falſum. & cum hoc di
xiſſet excuſat ſe in alijs Alga. argumentis: & ſermo ſuus eſt manifeſtus per ſe.

Quæſtio. 1. SED, IN HOC loco non parua emergit quæſtio. videtur. n. Auer. teſtari vi
uens non poſſe gigni ex non viuente: hoc & contra experientiam, & contra
verba eius eſſe videtur: contra experientiam quidem, quoniam ſemen animalis
videtur animal generare: & tñ maior pars philoſophorum non ponit ipſum vi
uere, nec animatum. Adhuc vero contra verba, quoniam ipſe 7. Meta. cõ. 31.
& 12. Metaphy. cõ. 18. & 13. videtur & in hoc reprehendere Auicẽ. & Alex.
Themiſtiũ, & Platonem, qui propoſitionem hanc adeo crediderunt, ꝙ Plato
ideas, Themiſtius animã, Auic. colcodeã, Alex. intellectum poſuerunt. Rurſus,
difficilius eſt quod ait, ꝙ ſi viuens ex nõ viuẽte fieri poſſet, & ens ex non ente,
& vniuerſaliter quodlibet ex quolibet non eſſet impoſsibile fieri: iſtud enim
quõ ſequitur, hoc in loco non declarat. Circa iſtud immoratus ſum valde in
libro de intellectu: nunc aũt, ne ſub ſilentio penitus tranſeam, oportet inducere
aliquid de hoc: poſſunt igitur duo modi fingi: vnus communis, alter cui non inue F
nio locum oppoſitum. primus ergo modus eſt, quem Ioan. Iando. ſequutus eſt
in libro de Anima, & in libro Metaphyſices, & fere omnes latini, & medici hu

Poſitio Io. & aliorum. ius temporis. Vbi debes ſcire primo, ꝙ ſperma eſt ſemen deciſum a patre ſecũ-
darum partium. ſ. ſubtilis, & groſſę: iterum in ſubtili eſt virtus quędam occulta,

Quid ſit ſperma. & per totum eſt calor vitalis: ergo, in ſpermate ſunt quinq; partes: groſſa, corpu
lenta, ſubtilis, & ſpirituoſa: virtus, quæ qualitas eſt quædã reſidens in parte ſpi-
rituoſa: & calor vitalis, qui & animalis, & naturalis dicitur, prout diuerſa offi-
cia exercet. pars quidem corporea maſſa eſt, ex qua membra, & corpus anima-
lis totum formandũ. ſpirituoſa pars, quæ ſpiritus eſt genitiuus, habet locum for
mæ, & quia deciſus fuit a patre, retinuit virtutẽ illam, quæ retenta in eo format
corpus. &, quia vnũquodq; agens habet inſtrumentũ, ideo calor ille eſt velut
inſtrumentũ, ergo virtus illa vtens calore, tanꝗ̃ inſtrumento format corporis
membra, quibus formatis animã extrahit de potẽtia ad actũ: hæc quidẽ virtus
dicitur intellectus, & diuinum quoddã, et anima: dicitur quidẽ intellectus, prout
quemadmodũ intellectus non operatur per corporis mẽbrũ, vel inſtrumentum,
ita nec, & hęc. Rurſus dicitur diuinũ quoddã, qm̃ vitã dat. opus. n. diuorum eſt
dare vitã, vt 12. Met. cõ. 34: teſtatus eſt & Auer. Dicitur quoque anima, qm̃ ani

A ma dicitur duobus modis, ſicut & forma, forma dicitur formæ, vel quia format imagines in materia, vel quia informat materiã: eodem modo & anima dicitur, vel quia animãs eſt, & animas faciens, vel quia ipſa animat materiã: quia igitur virtus illa animam ponit in materijs, ideo anima dicitur: & propter hoc multi philoſophorũ dixerunt ſperma eſſe animatũ, nõ quidẽ anima, quæ eſt forma materiæ, qua res dicitur animata, ſed animatũ anima animante, & creante animas. Ex his poteſt elıgi locus iſte, omne enim viuũ debet procedere a viuo, & animatũ ab animato: hoc modo intelligendo viuens & animatum, quoniam non eſt poſsibile vt viuum fiat, niſi ab eo, quod poteſt, & vitã dat, & animatũ ab eo, quod poteſt animam dare: ergo oportet vt ſit viuens, & animatum hoc modo. aliter, ſi non eſſet animatũ nec primo modo, nec ſecundo modo, tunc poſsibile eſſet vt, & ens ex non ente, & quodlibet ex quolibet fieret, vt intelligenti patet. Secundus modus, qui nunc occurit eſt, quẽ extraxi ex antiquis ſermonibus antiquorum: vbi debes ſcire, quod primus motor & eſt intellectus, & eſt anima, & eſt natura, & eſt prouidentia, vnus manens ſemper in eſſentia. prout enim diuerſa officia exercet, diuerſa ſortitus eſt nomina. prout. n. ſe intelligit, & omnia, quæ ſunt poſsibilia & actu, intellectus dicitur. prout animas germinatur, & corpora mouet animando illa, anima dicitur: prout res, & formas rerum naturaliũ in materia ponit, natura dicitur: prout, vero prouidit res caducas, & generabiles, & ſphæras æternas, ſic prouidentia dictus eſt. Secundo debes ſcire, quod Deus non poteſt exercere opera hæc, niſi prout vnitur diuerſis inſtrumentis vt motor: prout igitur vnitur ſeminibus animaliũ, vt ſic, anima dicitur animatiua: prout vnitur radicibus naturalibus, ex quibus res naturales procreantur, natura dicitur: prout nulli corpori, nulli magnitudiniq; vnitur, intellectus. prout omnibus eſt præſens, ſicut virtus principis in toto exercitu, prouidens. Dicendũ itaque ex his, ꝙ cum ſperma in fundo matricis proijcitur, tunc Deus vt motor animatiuus appropriatur ei, & vtitur virtute illa, & calore vt corpus formantibus, & ſic eo formato corpus animat: & ſic Ariſt. appellat virtutem illam, quæ eſt Deus, diuinam: & licet, de facto ſit intellectus, attamen adhuc in hoc opere vim, & modum habet intellectus, vt Auer. inquit: & hæc eſt ſententia Auer. 7. Meta. commento illo. 31. ſi bene verba ſua conſiderentur. Adhuc, & Ariſto. in ſecundo lib. de generatione animalium. cap. 10. inquit, corpus autem genituræ, id eſt, ſperma, in quo ſemẽ animalis principij contentiunm vna prouenit, partim ſeparabile a corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, qualis eſt, quæ mens appellatur: partim inſeparabile, id eſt, ita corporeum, vt nullo modo abſtracti intellectus, ſubiectum eſt: ecce quam plane & Ariſt. his verbis hanc opinionem appoſuit. Ex hoc apparet, qualiter argumenta facta nihil ſunt: & entimema Auer. formatur in hoc. quoniam principium debet continere totum eſſe principiati: & ideo, ſi primus motor non eſſet viuens, non contineret eſſe eius: ergo non poſſet eſſe principium eius: aliter ens poſſet ex non ente, & quodlibet ex quolibet euenire. Sed dices: ergo hæc opinio Auer. non differt ab illa Auic. Præterea in fine commenti inquit, ꝙ mouit Ariſto. ponere intellectũ ſeparatum ratio virtutum ſpiritualium: ergo, non ponit intellectum eſſe principium huius. Dicendum, ꝙ differentia horum eſt, quoniam Auic. colcodeam poſuit, & eam infimam intelligentiarum, Auer. autem vult ꝙ iſtud non eſt neceſſarium: quoniam ſemen ſufficit, & primus motor, vt anima ſemini appropriata. Secundo differt, quoniam voluit Auicẽ. vt creator formarum eſſet intellectus, quo homo intelligit. Auer. aũt vult ꝙ intellectus ſit infima intelligentiarũ, & poſitus ab Ariſt. propter intelligere tantum, & non creare formas. Tertio differentia eſt, quoniam Auic. ait propterea intellectum debere eſſe ſeparatũ, vt formas creet: Auer. aũt quod ideo eſt ſeparatus vt ſit principiũ intellectionis.

Secundus modus.

Dubitatio.

Solutio.

Differentia inter Auic. & Auer.

DISPVTATIO. XIII.

DE DESTRVCTIONE EIVS, QVOD DICVNT, QVOD DEVS GLO. ABSIT, IGNORAT PARTICVLARIA, diuiſa ad diuiſionem temporis, ad præſens, & præteritum,& futurum.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et iam conueniunt in hoc. nam qui opi natur ex eis quòd ipſe nòn ſcit niſi ſeipſum, non latet hoc eſſe ex opinione eius. & qui opinatur ꝙ ipſe ſcit aliud,& eſt id,quod elegit Auicenna, exiſtimauit quòd ipſe ſcit res ſcientia vniuerſali, quæ non ingreditur ſub tempore,& non diſtinguitur in præteritum,futurum,& præſens: & cum hoc exiſtimauit ꝙ non deficit ſcientia eius pondus grani in cœlo,& in terra,quoniam ſcit particularia aliqua ſpecie. Et impoſsibile eſt quin prius intelligamus opinionem eorum. & poſtea dabimus operam quæſtionibus,& declarabitur hoc ſimilitudine. & eſt quòd Luna eclipſatur,poſtquam non fuerat eclipſata, & poſtea apparebit. nam euenient ei tria ſcilicet eclipſis hora,qua non eſt, ſed eſt apta vt ſit:& aliquid in quo eſt, ſcilicet eſt in fieri: & aliquid tertium, in quo non eſt,ſed fuerat antea. Et ſic nobis ſecundum hos tres modos ſunt tres ſcientiæ diuerſæ. nam nos ſcimus primo quòd eclipſis non eſt, ſed erit: ſecundo quòd ſit: & tertio quòd fuit, & non ſit nunc. & hæ tres ſcientiæ ſunt ſcientiæ numeratæ,& diuerſæ. Et, quia veniũt ſucceſsiue in ſubiecto, facient mutationem ſubſtantiæ ſcientis. nam, ſi ſciret poſt apparentiam quòd eclipſis ſit nunc, vt fuerat antea, eſſet ignorantia,non autem ſcientia.&,ſi ſciret hora, qua eſt, ꝙ non ſcit, erit etiam ignorantia:& aliquod horum non erit loco alterius.Et exiſtimauerunt quòd ipſe Deus glo.non diuerſificatur his tribus rebus. nam hoc inducit ad mutationem. & id, quod non diuerſificatur, diſpoſitio eius non poteſt credi quòd ſcit hæc tria. ſcientia enim ſequitur ſcitum,& ſciens ſequitur ſcientiam.&, cum mutatur ſcitum mutatur ſcientia:&,cum mutatur ſcientia, mutatur ſciens proculdubio. mutatio autem in Deo glo.eſt falſum.& cum hoc exiſtimauerunt ꝙ ipſe Deus glo.ſcit eclipſim,& omnia attributa eius,& accidẽtia eius. Attamen ſcientia, quæ attribuitur primo, & non mutatur, exẽpli gratia vt ſciet ꝙ Sol ſit,& ꝙ Luna ſit,ex eo ꝙ perueniunt ab eo mediã-

A tibus Angelis, quos appellant ex decreto eorum intellectus abſtractos: & ſciet quòd ipſi mouentur motibus circularibus: & ſciet quòd orbes eorum ſecantur in duobus punctis, quæ ſunt caput, & cauda, & quòd reperiuntur aliquibus temporibus in ſectionibus illis, & eclipſatur Sol, ſcilicet cum fuerit corpus Lunæ inter eum, & oculos aſpicientium, & occultatur Sol oculis: &, cum tranſierit ſectionem in tali ſpatio, vt eſt annus exempli gratia, eclipſabitur iterum: & hæc eclipſis erit in toto, aut tertia parte, aut medietate: & durabit per horam aut duas horas: & ſic in omnibus tpibus eclipſis, & accidentibus eius: & nõ deficit ſcientiæ eius aliquid. Attamen ſcientia eius in hoc ante eclipſim, & hora eclipſis, & poſt apparentiam, eſt eodem modo: & non diuerſificatur, & non cauſabit mutationem in ſubſtantia eius. & ſic eſt ſcientia eius in omnibus innouationibus, quæ fiunt per cauſas. & illæ cauſæ habent etiam alias cauſas, vſquequo deueniant ad motum circularem cœleſtem. & cauſa motus circularis eſt anima cæli, & cauſa B motionis animæ eſt deſyderium aſsimilandi ſe Deo glorioſo & Angelis propinquis. & totum eſt ſcitum ei, ſcilicet eſt notum ei notitia quadam proportionata, & ſimili, in qua tempus non facit impreſsionem. & cùm hoc circa tempus eclipſis non dicitur quòd ipſe ſcit quòd eclipſis ſit nunc, nec ſcit poſtea quòd nunc apparuit. & omne, in cuius ſcientia neceſſe eſt relatione ad tempus, non poteſt conſiderari quòd id ſciat, quoniam cauſat mutationem. & hoc eſt ei, quod diuiditur materia, tempore. et ſic eſt opinio eorum in eo, quod diuiditur & loco, vt ſunt indiuidua hominum, & animalium. quoniam quòd non ſcit accidentia Socratis, Platonis, & Hippocratis: ſed ſcit hominẽ abſolute ſcientia vniuerſali: & ſcit accidentia, & proprietates eius: & quòd oporteat vt ſit corpus eius compoſitum & ex membris, quorum aliqua ſunt ad natandum, & aliqua ad ambulandum, & aliqua ad apprehendendum, & aliqua paria, & aliqua diſparia: & quod po-

C tentiæ eius neceſſe eſt vt extendantur in partibus eius. & ſic ſequitur omni attributio intus in homine, & extra, et omnibus paſsionibus eius, et attributis, et accidentibus, adeo quod non deficit aliquid ſcientiæ eius: et id ſcit vniuerſaliter. indiuiduum vero Socratis cognoſcitur, et diſtinguitur ab indiuiduo Platonis ſenſu, non autem intellectu. et cognitio eius habetur ex nutu ad vnam partem. et intellectus intelligit partem abſolutam vniuerſalem, et locum vniuerſalem. Cum autem dicimus hoc et hoc, innuimus proportionem appropriatam huius ſenſibilis ad ſentiens, cum fuerit in propinquitate, aut remotione ab eo, aut in parte tali demonſtrata. quare falſum eſt in Deo glo.* Et hoc eſt fundamentnm fidei eorum, in quo fundatæ ſunt omnes leges, quæ vniuerſaliter tenent quòd, cum Socrates exempli gratia ſeruierit Deo, fuerit ei rebellis, Deus neſciet id quod fit ex rebus eius, quoniam ipſe non ſcit ipſum Socratem quòd ſit indiuuum, et operationes eius innouatas poſtquam non fuerit. et, cum

Hucuſque habet antiquus tex.

non ſciuerit indiuiduum, non ſciet res eius, & operationes eius: immo non ſcit hæreſim Socratis, nec fidem eius: ſed ſcit hæreſim hominis, & fidem eius abſolutam vniuerſalem, non autem propriam indiuiduis. Etiam neceſſe eſt vt dicatur excitatur Propheta ad prophetiam: & ipſe non ſcit in illa hora quòd excitetur ad eam. & ſic eſt in omni re demonſtrata. & ipſe bene ſcit quòd hominum aliquis eſt, cui competit prophetia, & tamen neſcit quòd ſint tales, & tales. Propheta autem talis, indiuiduum eius non ſcitur ab eo: quoniam hoc habetur ſenſu, & res, quæ emanant ab eo, ipſe non ſcit eas, quoniam ſunt res, quæ diuiduntur diuiſione temporis ab indiuiduo tali. & apprehenſio earũ ſecundum diuerſitatem earum cauſat mutationem. Hoc eſt, quod voluimus narrare primo de permutatione opinionum eorum, & ſecundo intelliguntur, & poſtea loquemur de inconuenientibus, quæ ſequuntur eis, & nunc narrabimus aſsimilationem eorum, & modum deſtructionis eius. Aſsimilatio autem eorum eſt. quoniam hęc tria ſunt diuerſa: & diuerſa, cum venerint ſucceſsiue in eodem ſubiecto: neceſſe eſt vt ſit in eo mutatio abſque dubio. &, ſi hora eclipſis ſcitur quòd erit vt fuerat antea, eſt profecto ignorans, non ſciens. ſi autem eſt ſciens quòd eſt in inſtanti, & antea ſciebat quòd non eſt, & quòd ventura eſt, neceſſe eſt vt diuerſificetur ſcientia eius. & diuerſificatur res ipſa, & ſequitur mutatio, cum nihil ſit mutatio, niſi diuerſitas ſcientis. nam qui non ſciuerit aliquid, deinde id ſciuerit, neceſſe eſt vt mutatus ſit. & qui non fuerit ei ſcientia quòd fuerit præſens, deinde peruenit ad eum ſcientia, hora ipſius eſſe mutatus eſt. Et verificauerunt hoc ex eo, quòd ſunt tres diſpoſitiones. eſt enim diſpoſitio, quæ eſt relatio indiuidualis abſoluta, ſicut dicimus dextrũ & ſiniſtrum. nam hoc non conuertitur ad attributum eſſentiale, eſt relatio abſoluta. &, ſi mutaueris rem, quæ erat in dextro ad ſiniſtrum, mutabitur relatio tua, & non mutabitur ſubſtantia tua in re. & hæc eſt permutatio relationis ad ſubſtantiam, & non permutatur ſubſtantia. & huiuſmodi eſt, cum poteris mouere corpora, quæ ſunt ante te, & corrumpantur corpora, aut corrumpatur aliquod eorum, non mutatur ex hoc calor fundamentalis, nec poſſe tuum. quoniam poſſe tuum eſt poſſe mouendi corpus abſolutum primo, deinde demonſtratum tale, in eo quòd eſt corpus. & non erit relatio poſſe ad corpus demonſtratum attributum eſſentiale, ſed relatio abſoluta. & priuatio eius cauſat ablationem relationis, non autem mutationem in re eius, qui poteſt. Secunda autem eſt mutatio in ſubſtantia, & eſt ꝙ non erat ſciens & ſcit: & non erat potens, & poteſt. & hæc eſt mutatio. Tertia vero eſt ꝙ mutatio ſciti facit mutationem ſcientiæ. nam verificatio ſubſtantiæ ſcientiæ, ingreditur in eam relatio ad ſcitum, quod habetur, cum verificatio ſcientiæ talis demonſtratæ ſit alligantia eius cum hoc ſcito tali demonſtrato, prout eſt: & alligantia eius cum eo aliter eſt alia ſcientia neceſſario, & peruentio

A eius ſucceſsiue vnum poſt aliud facit diuerſitatem in re ſcientia. & impoſsibile eſt vt dicatur quòd ſit ſubſtantia ſcientiæ eadem. nam datur ſcientia quòd ſit, poſtquàm fuerit ſciens quòd venturum eſt: deinde fit ſcientia ꝙ iam fuit, poſtquàm eſt ſcientia ꝙ ſit: ergo eſt eadem ſcientia, & æqualis, & iam permutata eſt relatio in ea. &, quoniam relatio eſt verificatio ſubſtantiæ ſcientiæ, igitur permutatio eius facit permutationem ſubſtantiæ ſcientiæ, & ſequitur ex ea mutatio. quod eſt falſum in Deo glo. * Dubitatio autem eſt dupliciter, primo vt dicatur eis, quare negatis dicenti quòd Deus glo. habet eandem ſcientiam de eſſe eclipſis in hora tali: & hæc ſcientia, antequam ſit, eſt ſcientia quòd futura eſt, & eſt eadem apud eſſe ſcientia in eſſe, & eſt eadem poſt apparentiam ſcientiæ in fine. & hæ mutationes conuertuntur ad relationes, quæ non faciunt permutationem in ſubſtantia ſcientiæ, nec facient mutationem in ſubſtantia ſcientis. & hoc eſt poſitum in gradu relationis abſolute. nam idem homo erit in dextra tua, deinde venit ante te, deinde ad ſiniſtram tuam, & erunt tibi relationes vna poſt aliam, & quod mutatur eſt hoc indiuiduum, quod permutatur. & ſic debet intelligi diſpoſitio ſcientię Dei glo. concedendo quòd ſcit omnia eadem ſcientia antiquitate, & æternitate, & in præſentiarum, & non mutatur. & intentio noſtra eſt auferre mutationem, ad quod conuenerunt. Cum autem dicunt quòd de neceſsitate affirmationis ſcientiæ in eſſe eſt vt ſit præſens, & ceſſatio poſtea eſt mutatio, non conceditur. Et vnde ſciunt hoc? Immo, ſi Deus glo. creauerit nobis ſcientiam de ambulatione Socratis in mane apud ortum Solis, & continuauerit hæc ſcientia, & non creauerit nobis aliam ſcientiam, nec ignorantiam huius ſcientiæ, ſciremus apud ortum Solis ſimpliciter ſcientia præcedenti ambulationi eius in pręſentiarum, & poſtea quòd iam ambulauerat antea. & erit hęc ſcientia eadem, quæ remanſit, ſufficiens in comprehenſione horum trium temporum: & remanebit dictum eorum, quòd relatio ad ſcitum demonſtratum tale ingrediatur in verificationem ſcientiæ: & quotienſcunque diuerſificatur relatio, diuerſificabitur res, cui relatio eſt eſſentialis: & quotienſcunque erit diuerſificatio, & perueniet vnum poſt aliud, erit mutatio. Et dicimus, ſi verificatum fuerit hoc, vos ibitis in via fratrum veſtrorum ex Philoſophis, cum dicunt quòd ipſe non ſcit niſi ſeipſum, & quòd ſcientia eius de ſeipſo eſt ipſemet. nam, ſi ipſe ſciret hominem abſolutum, & animal abſolutum, & inanimatum abſolutum, & iſta ſunt diuerſa ſine dubio, tunc relatio ad ea diuerſificatur ſine dubio. quare non verificatur in eadem ſcientia ꝙ ſit diuerſorum. nam relatum eſt diuerſum: & relatio eſt diuerſa: & relatio ad ſcitum eſt eſſentialis ſcientiæ: igitur hoc facit numerationem, & diuerſitatem, non numerationem tantū cum aſsimilatione. nam ſimilium aliqua ſunt, quæ procedunt proceſſu aliquorum: & ſcientia de animato non procedit proceſſu ſcientiæ de nigredine; ergo ſunt diuerſæ. Præterea hæ ſpecies, & genera, &

Hęc ſequentia etiam ab antiquo habentur.

B

C

accidentia vniuerſalia ſunt infinita, et ſunt diuerſa: igitur ſcientiæ di- D
uerſæ quomodo comprehenduntur ſub eadem ſcientia? Vlterius hęc
ſcientia eſt ſubſtantia ſcientis, abſque eo ꝙ addat ei aliquid, vellem
ſcire quomodo permittit ſciens, cum imaginatus fuerit identitatem
ſcientiæ in eadem re, cuius diſpoſitiones diſtinguuntur in pręteritum,
futurum, et præſens: & non imaginatus eſt identitatem ſcientiæ alliga
tæ in omnibus generibus, et ſpeciebus diuerſis? et diuerſitas, et diſtan-
tia inter genera, et ſpecies diſtantes eſt maior diuerſitate, quæ eſt inter
diſpoſitiones eiuſdem rei, quæ diuiditur diuiſione temporis ad præte-
ritum, præſens, et futurum. et, cum hoc non facit numerationem,
pluralitatem, et diuerſitatem, quomodo illud faciet numeratio-
nem, et diuerſitatem? et quotienſcunque affirmabitur demonſtrati-
ue diuerſificari tempus abſque diuerſitate generum, et ſpecierum, et
quòd hoc non faciet numerationem, et diuerſitatem: ergo hoc etiam
non faciet diuerſitatem, et numerationem. et, cum non fecerit di- I
uerſitatem, erit profecto comprehenſio totius eadem ſcientia conti-
nuata ab antiquo, et in æternum. hoc non facit mutationem in ſub-
ſtantia ſcientis.

Vt compleat oẽs ambiguitates accidentes in ſcientia primi. vult modo Auer.
adhuc inueſtigare an Deus ſingularia ſciat: & primo, vt conſueuit Alg. inducit
dubium, et inquit, Ait Alg. in hoc fere oẽs philoſophi contradicunt, maxime opi
nantes Deum tm̃ ſeipſum ſcire. Adhuc alij Peripathetici hanc opinionem ſe-
quuntur manifeſte. Auic. enim, qui opinatus eſt quod Deus alia entia ſciat ſup.
extra ſe, expreſſe dicit quod ea ſcit vniuerſali modo, non aliquo tẽpore ingre-
diente. i. non ſub differentia alicuius temporis. Adhuc, & cũ toto iſto inquit Aui,
quod Deus nullum ſuperiorum entium, neq; inferiorum ignorat: & inde ſup. cõ-
cludit quod aliquo modo ſcit particularia ſup. ſaltem in vniuerſali. (Vnde nos.)
Hoc in loco, cum dixiſſet opinionem philoſophorum, vult contradicere eis. &
primo reddit cauſam ſuæ contradictionis, & inquit vnde nos liuore veritatis co
gimur de iſtis diſputare, propter quod primo inducemus ipſorũ opinionẽ clare,
poſtmodum vero arguemus. (Inducamus igitur primo.) Incipit modo dicere, &
inquit, inducamus igitur exemplum primo poſitum apud eos, ſ. quod ſol debeat
eclypſari in quodam die futuro, poſtmodũ lucere: ergo, in dicta eclypſi ſunt tria I
tempora inſpiciẽda. i. tempus, in quo eclypſis eſt futura neceſſario: & tempus, in
quo eſt præſens: & tẽpus, in quo pręterijt: propter quæ tria tempora tres, diuer-
ſæ oriuntur ſcientię, & numerales, & ſucceſsiuę in vno ſubiecto incidentes, quę
ſine dubio inferunt ſcientis varietatem. & inde concludunt quod non eſt imagi-
nandum quod Deus ipſe iſtas tres ſcienties comprehendat. & reddit rationẽ, d.
ſcientia nanq; ſequitur ſcibile, quapropter permutato ſcibili permutatur ſciẽtia,
ſed permutata ſcientia permutatur ſciens: ſed omnis permutatio amouenda eſt à
Deo benedicto, quare dicunt quod Deus ſcit eclypſim, & omnia ipſius commu-
niter. i. vniuerſaliter. eſt ergo virtus ſyllogiſmi: omne ſciẽs particularia mutatur,
ſed Deus non mutatur, ergo non ſcit particularia. maior probata eſt: minor nota
eſt. (Sed modo inuariabili.) Quia concluſit Deum ſcire cõiter, & vniuerſaliter.
illa oſtẽdit qũo, & inquit, ſed modo inuariabili, vtpote quod ſol eſt, et quod luna
ſit, & quod mouetur continue circulariter, & quod circuli ipſorum interſecantur
in duobus punctis, qui dicuntur caput draconis, & cauda, & quod iſta duo lumi-
naria obuiant ſibijnuicem ſignatis temporibus in duobus prędictis pũctis, vide-
licet, qñ luna interpoſita erit inter ſolem, & oculos noſtros ambobus exiſtenti-
bus in vno duorum punctorum, & qñ luna dictum locum pertranſibit quantita-
te terminata, i, parua, lucet ſol more ſolito, & ſic alias iterabit eclypſari, tunc cõ

A cludit intentum.d.ideo talis ſcientia non infert permutationem in Deo,neq; variabilis reputari debet.& tunc addit vniuerſalem vnam propoſitionẽ.d.& ſic,ſimiliter dici pôt de oibus nouitatibus a cauſis terminatis euenientibus ſucceſſiue vſq; ad motũ orbium.cuius cã eſt aĩa cœli,quę orbes mouet modo deſiderij, aſsimilando ſe ipſi Deo benedicto, vel angelis.i.intelligentiis trahẽtibus eas appropriatis:ſilr dicunt de diuiſibilibus rebus loco,et materia,ſicut ſunt indiuidua hominum,& aliorum aĩalium.dicunt.n.ꝙ ipſe Deus ignorat accidentia.i.differentias accidentales quorũlibet ipſorũ particulariter , ſed ſcit hoĩem vniuerſali modo,& oĩa ſua contingentia.i.accidentia eodẽ modo,& ſcit qñ ſuum corpus cõponitur ex propriis mẽbris vtilibus oĩbus ſuis neceſſarijs.i.commodis , ita ꝙ nulla vr̃ ignorat,ſed particularia,& indiuidua ſicut ſunt ſor. & calias, quia tñ adinuicẽ ſenſibiliter.i.differentijs accidentalibus ſenſibilibus diſtinguuntur, nõ tñ ab intellectu.i.vt intellectu apprehenduntur.ipſe ergo Deus ſine dubio ignorat ea. Tunc ſummam dicit.hęc eſt ſnia dictę opinionis,cũ qua euelluntur oĩum radices legum,ſectarumq; ſtipites:ẽt his eliminantur cuncta verba prophetarũ, & diuinarũ ſcripturarum,& aufertur totaliter oĩum fideliũ ſpes quare conamur cum eis feruide litigare,& prędicta abſurda acerrime redarguere. Debes ſcire, vt Themi.inquit primo Poſter.cap.46.qui ſcit cauſam per effectum, impropriã & particularem ſcit ſciẽtiam,ſed expoſitionem cauſę,vt inquit. cui ita ſit,quiq; tota vniuerſalium eſt,eoq; non modo notitiã huius vnius defectus , quem nunc patitur luna,ſed ſimplr̃ oĩum continet:nam interuentus terrę non tñ huius defectus cã eſt,quã oĩum,qui poſſunt oĩbus ſeculis euenire , volunt ergo Peripathetici,quos Alg.narrat, Deum cauſam ſcire rerum. V.g.eclypſis lunę ſcit cauſam, pro quanto ſcit oĩa concurrentia ad cauſam eclypſis lunę, vel ſolis,& quia cã cõtinet vniuerſaliter oẽs effectus, vt Themi. inquit,ideo vr̃ ſcit oẽs eclypſes, vt continentur in cã illa:ſed quia,vt particulares ſunt, & extra cauſas cadunt in tẽpore,ideo ſingunt Deum ignorare ea . & ſic patet ſermo eorum. Adhuc debes ſcire,vt bene inquit Alg.iſtum errorẽ debemus remouere propter multa:primo; qm̃ hoc verificato radices legum,& ſectarum ſtipites remouentur . ſecundo,qm̃ verba prophetarũ falſantur,& diuinarum ſcripturarũ.tertio,aufertur ſpes oĩum fidelium,amouebũtur radices legum,& ſectarum ſtipites.qm̃ oẽs leges, oẽs ſectę fundantur in hoc principio,ꝙ ſit vnus primus oĩum gubernator , & auctor, non tñ vr̃ gubernans,immo & particulariter.verba prophetarum, & ſcripturarũ ſanctarum,qm̃ prophetę loquuntur virtute Dei ſublimis,& ergo debent loqui virtute cognitoris:qm̃ cæcus cęcũ ducens ambo in foueã cadunt,vt prouerbio dr̃.aufertur ẽt ſpes, &c.qm̃ oẽs ſperamus ex meritis beatitudinem cõſequi, ſi ergo,non eſſet vnus bonorũ, & malorum iudex,tota noſtra ſpes eſſet fruſtrat

C propter ꝙ diuus ille Ariſ.inquit,quod Deus eſt bona bonis diſtribuens, & mala malis in lib.de bona fortuna.& diuus ẽt Plato palam in omnibus eius dictis,hoc pro principio appoſuit.quare ego non minori ſolertia hoc Peripatheticorũ peccatum conabor exterminare,quam Alga. proponat facere:hicq; veritatem noſtrę legis ſecundum poſſe conabor comprobare. Cum Alg. induxit opinionẽ Peripatheticorum,& eam declarauit hoc in loco,vult eis contradicere, ſoluens quęſtiones eorum,& inquit,peccata iſtorum reprobanda ſunt. & primo,nanq; dicemus eis,quare negatis dictum dicentis, videlicet ꝙ Deus benedictus vnam habeat ſcientiã? vſputa in eclypſi,quę infert eũ ſcire illã, antequ ſit, & qñ eſt, & poſt tranſitum.q.d.hoc abnegare non poteſtis:& reddit rationem,& inquit, hę enim variationes reducuntur ad relationes, non inferentes permutationẽ in ſubſtantia ſcientis:ita quod eſt tali modo,ꝙ illa ſubſtantia repręſentat ſummam relationem,intantum ꝙ varietur, ſicut variantur correlatiua. Debes ſcire, ꝙ duplex eſt relatio quędã realis ſimpliciter,ſ.a parte vtriuſq; extremi , vt paternitas,& ſeruitus:& huiuſmodi non pôt aduenire alicui , niſi mutatione facta in aliquo:vel propterea quia in re,cui aduenit, apponit quid nouum , ſaltem realiter:qm̃,ſi fiet filius,ſi pater non mutetur mutatione abſoluta, ſaltem mutabitur prout recipit aliquod accidens reale,tenendo relationem, & fundamentum realiter diſtingui ꝙ nunc. Altera eſt relatio realis ſecundũ quid,id eſt a parte vnius

Nota.

propter multa remouendum eſt Deũ particularia ignorare.

Duplex relatio.

A iſtorum ita diuerſorum ingrediatur vnam ſcientiam ſimplicem. Poteſt ergo argu
mentum contra eos componi in hunc modum. Deus non ſcit ſingularia, eo quia
ſequitur variatio ſuæ ſubſtantię: eo quia variato ſcibili variatur ſcientia, & va-
riata ſcientia variatur ſciens. Neq; poteſt ſcire vniuerſalia, quoniam vniuerſa-
lia ſunt multa, & diuerſa: ſed diuerſitas ſcibilium diuerſificat ſcientiam, vt dicũt,
ergo non poſſunt ſciri vna ſcientia. conſequens eſt falſum, ergo Deus neq; vni-
uerſalia, neque particularia ſcire poteſt, ergo Deus non ſcit niſi ſe: &, ſic redibit
opinio peripatheticorum, contra quam Auicenna obiecit, vt patet. Quare, ſi
Deus poteſt ſcire vniuerſalia vna ſcientia, quantuncunq; illa ſint diuerſa, etiam
non eſt abnegandum ipſum ſcire ſingularia vna ſcientia numero ſine mutatio-
ne eius: & hoc argumentum eſt demonſtratio contra Auicennam. Sed ambi- Dubitatio.
get quis circa verbum Algazel. an quidem relatio poſsit attribui alicui nulla
mutatione facta in ipſo: & dico in ipſo, quoniam ſine dubio relatio omnis noua
eſt vel propter nouitatem in ambobus extremis, vel in altero, vel in aliquo ter-
tio alio ab eis, vt Auerro. inquit. 8. Phyſic. commen. 6. 7. 8. &. 9. Ioan. Iand. in Poſitio Ioſ. Iand.
lib. Phyſi. quæſtionis ſolutionem dedit, & inquit, quod relatio realis non poteſt
eſſe in aliquo de nouo tanquam in ſubiecto, nulla penitus tranſmutatione facta
in ipſo: ſecundo inquit, quod relatio bene poteſt attribui alicui, tanquã termino,
nulla penitus tranſmutatione facta in eo, vt exemplo probare nititur. hoc vide.
B Primum probat, quoniam, ſicut de qualitate, ita de relatione: ſed qualitas nõ põt
attribui alicui, tanquam ſubiecto, nulla mutatione facta in illo: ergo, nec relatio
põt attribui alicui, vt ſubiecto, quin inſit iſti mutatio. adhuc, nulla forma realis
poſitiua poteſt alicui ſubiecto attribui, nulla mutatione facta, in illo, a quo ſecun
dum eſſe diſtinguitur: ſed relatio eſt forma realis particularis diſtincta re, & eſſe
a ſubiecto: ergo, vt prius. Adhuc, omnis forma, qua acquiſita res, quę ſubeſt illi
aliter ſe habet quam prius, acquiritur mediante aliqua mutatione: ſed relatio eſt
huiuſmodi forma, vt conſtat. quare, &c. Sed mihi videtur, quod Ioan. errauit Error Ioſ.
multum in hoc, ſi enim relatio eſſet aliqua forma poſitiua diſtincta ſecundum rẽ
a fundamento, & termino, tunc ad ipſam non tantum eſſet mutatio, immo & ve-
rus motus. conſequentiam probo, & accipio quod Sor. ſit albus, vt octo Romæ,
Paduę vero Plato incipiat albefieri. tũc arguo. ſicut ſucceſsiue albefit, ita ſucceſ-
ſiue aſsimilatur magis, ac magis: ergo, ſicut per partem poſt partem albefit, ita
p partem aſsimilabitur: ergo, ſi ſimilitudo ſit forma poſitiua altera ab albedine,
tunc ſicut albefieri eſt motus, ita & aſsimilari erit motus. Secundo principaliter
arguo, Auer. 6. Phy. com. 32. voluit, quod omne, quod mouetur ſiue motu diuiſi-
bili, ſiue indiuiſibili ſit per ſe diuiſibile: & rationem dixit, quoniam omne, quod
mouetur motu indiuiſibili, mouetur motu diuiſibili: quoniam mutatio eſt termi-
C nus extrinſecus motus veri. arguo modo ſic. omne, quod mouetur motu diuiſibi-
li, vel indiuiſibili eſt partibile: ſed omne, quod recipit relationem nouam, moue-
tur vel motu diuiſibili, vel indiuiſibili: ergo omne recipiens relationem nouam
erit partibile: concluſio eſt contra omnes: forma enim, quando ſit apud ipſum,
eſt indiuiſibilis: & tamen relatione noua refertur ad agens: adhuc, intellectus
apud ipſum relatio noua refertur ad intelligibile, & tamen non eſt diuiſibile.
tertio, Auer. 4. Phy. com. 129. voluit, quod omnis motus ſubitus ſit terminus ali-
cuius motus ſucceſsiui, vt illuminatio: ſed receptio relationis realis in ſubiecto
nõ eſt terminus motus ſucceſsiui, vt patet: ergo non eſt mutatio ſubita. Ideo, ali- Poſitio pro-
ter dicendum puto ſecundum doctrinam Ariſto. & Auer. Vbi debes ſcire, quod pria.
ablato actu intellectus in relatiuis, non eſt formalis relatio, quemadmodũ enim
ablato actu intellectus in re, nõ eſt niſi indiuiduum: ſic ablato actu intellectus in
relatiuis, non ſunt niſi fundamenta actu, quę ſunt potentia relatiua: per animam
autem inuicem actu referuntur, ergo relationes videntur eſſe entia in anima, &
ſecundo intellecta: & hoc eſt, quod Auer. ait. 12. Meta. commẽ. 19. inquit enim;
relatio eſt debilioris eſſe alijs prędicamentis. ita quod quidam reputant ipſum
eſſe ex ſecundis intellectis, id eſt, ens rationis. Secundo debes ſcire, quod
omnis relatio potentialis extra animam conſequitur aliquod, quod acquiritur
per motum vel in ſe, vel in ſuo correlatiuo, vel in tertio. Verbi gratia, Socrates

albus, vt octo, fit ſimilis Platoni propter mutationem Platonis ex nigro in album, vel propter vtrunq;, ſi ambo albeſiant, vel propter tertium, vt Auer. ait. 8. Phyſi. loco ſuo. vniuerſaliter autem dico, quod cã poteſt referri ad effectum, nulla penitus facta mutatione in cã: qm̃ cauſa non refertur ad effectum per ſe, ſed qm̃ effectus refertur in cauſam: & ideo cauſa nõ refertur ad effectum niſi eadem relatione, qua refertur effectus ad illam. Tunc dicendum, quod poſsibile eſt relationem aduenire alicui ſubiecto, vel attribui alicui termino, nulla mutatione ſucceſsiua, nec ſubita facta in ſubiecto. Secundo dico, quod poſsibile eſt vna, & eadem ſcientia ſciri ſcibile, quod ſucceſsiue variatur de tempore in tempus. primum manifeſtum eſt, qm̃ relatio potentialis nihil aliud eſt, niſi fundamentum, vt dixi. modo ſtat fundamentum remanere idem relatione acquiſita in potentia. Adhuc, relatio actu fit per animam, ſed ens rationis non mutat rem, ergo patet primũ verbum. Rurſum patet ſecundum; qm̃, ſecundum Alga. & Auer. ſcientia Dei eſt cauſa rei: quare illa non refertur per ſe ad ſcibile: ſed potius ſcibile refertur ad illã: ſicut, ergo nulla mutatione facta in Deo, nunc dicitur agens, & prius non. ſic, nulla mutatione facta in eo, Deus dicitur ſciens Sortem exiſtẽtem nũc, & per eãdem Sortem fuiſſe, & ipſum fore; qm̃ iſtę relationes referuntur in Deũ, & Deus ad relatiua illarum per accidens. verum, ſi ſcientia Dei eſſet cauſata a rebus, quemadmodũ noſtra: tunc quemadmodum ſcibile variatur, ſic & ſcientia: E
qm̃, vbi eſſet cauſata a ſcibili, ſcientia per ſe referretur ad ſcibile, & contra ſcibile ad ſcientiam per accidens, vt Ariſt. ait & Auer. 5. Meta. commẽ. 20. Quod igitur relatio poſsit denominare ſubiectum, nulla mutatione penitus facta in eo, & quod Deus ſciat entia ſecundum variationem temporum, & nulla contingat variatio in eius ſcientia, ſit dictum intãtum. Argumenta Ioan. nihil ſunt: omnia enim ſupponunt fundamentum diſtingui ſecundum rem a relationibus; & illud non eſt probatum ab eo, neque modo eſt preſentis ſermonis.

AVEROES.

AIt Auer. Fundamentum huius quæſtionis eſt aſsimilatio ſcientiæ Dei glo. ſcientiæ humanæ, & comparatio vnius duarum ſcientiarum alteri. nam comprehenſio hominis indiuiduorũ eſt per ſenſus, & comprehenſio entium vniuerſalium eſt per intellectum: & cauſa comprehenſionis eſt ipſummet comprehenſum. & non dubitatur de mutatione comprehenſionis, cum mutentur comprehenſa, & numeratione eius, cum numerentur. Attamen reſponſio eius in F
hoc eſt ꝙ poſsibile eſt vt ſit hic ſcientia, ad q̃ erit proportio ſcitorum proportio relationum, in quorum ſubſtantia nõ ſunt relationes, ſicut eſt dextrum, & ſiniſtrũ in habente dextrũ, & ſiniſtrũ eſt quid, qđ non intelligitur in natura ſcientiæ humanę. & iſta contradictio eſt cõtradictio vera ſophiſtica. * Secunda vero cõtradictio, & eſt cum dixerit ꝙ qui dicit ex Philoſophis ꝙ ipſe ſcit vniuerſalia, ſequitur ei, cũ conceſſerint in ſcientia eius numerationem ſpecierum, vt concedant numerationem indiuiduorum, et numerationem rerum eiuſdem indiuidui, eſt contradictio ſophiſtica etiam, nam ſcientia indiuiduorum eſt ſenſatio, aut imaginatio: ſcientia vero vniuerſalium eſt intellectus. et innouari indiuidua, aut res indiuiduorum cauſat duo, ſcilicet mutationem comprehenſionis, et numerationem eius: ſciẽtia vero ſpecierum, & generum non cauſat mutationem. nam ſcientia eorum eſt permanens, &

A nens, & innouantur ſcientia comprehendente ea, ſed communicant ſcilicet vniuerſalia, & particularia in numeratione. Cum autem dixit quòd qui ponit ex Philoſophis vnam ſcientiam ſimplicem, comprehendentem genera, & ſpecies, abſque eo quòd ſit ibi contradictio, & diuerſitas, quam facit diuerſitas generum, & ſpecierum, & diſtantia eorum abinuicem, ſequeretur ei vt concedat vnam ſcientiam comprehendentem indiuidua diuerſa, & res vnius indiuidui diuerſas. & eſt ſicut dicens ꝙ, ſi reperitur intellectus comprehendens ſpecies, & genera, & eſt vnus, ſequeretur de neceſsitate vt reperiatur genus vnum ſimplex, comprehendens indiuidua diuerſa. Attamen eſt ſermo ſophiſticus: quoniam nomen ſcientiæ dicitur de eis æquiuoce. Et, cum dicit ꝙ numeratio ſpecierum, & generum facit numerationē in ſcientia, eſt verum: & propter hoc verificantes ex Philoſophis non ponunt ſcientiam ipſius Dei glo. de entibus, non vniuerſalem, nec particularem. nam ſcientia, cui hæc eueniunt, eſt intellectus paſsiuus, B & cauſatus: primus vero intellectus eſt actus purus, & cauſa. & non comparatur ſcientia eius ſcientiæ humanæ, & aliquo modo non intelligit aliud præter ſe, ex eo quòd eſt ſcientia non paſsiua, & aliquo modo intelligit aliud præter ſe, ex eo quòd ipſemet eſt ſcientia actiua. Et declaratio opinionis eorum eſt. quoniam, cum ſciuerint demonſtratiue quod ipſe non intelligit niſi ſeipſum, neceſſe eſt vt ſubſtantia eius ſit intellectus. &, quoniam intellectus, in eo quòd eſt intellectus, eſt alligatus ei, quod eſt, non autem ei, quod non eſt: & qui conſtituerit demonſtrationem quòd non reperiuntur niſi hęc entia, quæ nos intelligimus, non eſt dubium quòd alligatur eis intellectus eius. &, cum neceſſe fuerit vt alligetur his entibus, aut alligabitur eis modo, quo alligata eſt eis ſcientia noſtra, aut alligabitur eis altiori modo, quàm ſit alligantia ſcientiæ noſtræ eis: alligari autem eis ſcientiam eius modo, quo alligatur ſcientia noſtra, eſt falſum: ergo ſequitur vt ſit alligatio ſcientiæ eius modo altiori, & eſſe per- C fectiori, quàm ſit eſſe, quo erit alligantia ſcientiæ noſtræ eis. nam ſcientia vera eſt, quæ conuenit ipſi eſſe. &, ſi ſcientia eius eſt nobilior ſcientia noſtra: igitur ſcientia ipſius Dei glo. eſt alligata enti modo altiori, quàm modus, quo alligata eſt ei ſcientia noſtra. Igitur enti ſunt duæ entitates, entitas nobilis, & entitas ignobilis: & entitas nobilis eſt cauſa ignobilis. & hoc eſt id, quod dicunt Antiqui ꝙ Deus glo. eſt omnia entia: & eſt motor, & agens eorum. & ideo dixerunt principales Sophiorum, non eſt ipſe niſi ipſe. Attamen hoc totum eſt ex noticia profundatorum in ſcientia. & hoc non debet ſibi nec compellere homines, vt huic credant. & ideo non eſt ex doctrina legali. & qui conſtituerit id extra locum ſuum, errauit, ſicut qui celauerit eum, cui competit, malefacit. Quod autem idem habeat gradus entitatis, eſt notum ex anima.

Philoſophi non ponunt ſciētiā Dei particularē aut vſem.

Obiectio ꝙ in vetuſtiori contex. ſunt diſtincta in plura Dubia & ob id ex pluribus comentarijs vnum collegimus vt facile percipies.

Deus nō eſt inter Deum & eſt notabile dictum.

Auer. videtur hoc in loco, quaſi reſpondere argumento Auicen. ſub modo

apertiori, & inquit. dicimus nos, quod omnes iſtæ ambages ſunt: & ponit locũ, D
a quo ſunt ſumptæ, & inquit, & oriuntur aſsimilando diuinam ſcientiam humanæ ſcientiæ, quod ſecundum veritatem non cõmunicant niſi æquiuoce: & hoc declarat. d. comprehenſio enim humana eſt comprehenſio a ſenſibus, id eſt, cauſata a rebus ſenſibilibus, videlicet: comprehenſio indiuiduorum, & iterum cõprehenſio vniuerſalium entium ſumitur ab intellectu, id eſt, cauſatur a rebus ſenſibilibus mediante intellectu agente: vult ergo habere ſcientiam noſtram cauſari aliquo modo a rebus ſcibilibus, & per conſequens ſcientia Dei eſt cauſa rerũ: tunc ad formam inquit, & ideo, non eſt dubium quod comprehenſio imitatur mutationem comprehenſorum, id eſt, quod variatur noſtra ſcientia penes variationem ſcibilis, & non econtra. (Vnde dicimus.) Nunc vlterius, quaſi declarando adhuc, ponit modum, quomodo eſt ſcientia Dei. d. vnde dicimus quod ſibi, id eſt, Auic. reſpondendum, quod poſsibile eſt hic eſſe ſcientiam, id eſt, eſſe in mundo ſcientiam in aliquo ſciente, cui talis eſt comparatio ſcibilium, id eſt, ad quem formaliter comparantur ſcibilia, ſicut eſt comparatio relatiuorum, quę in ſeipſis non ſunt eſſentialiter relationes, id eſt, quæ non ſunt relatiua per ſe, ſed per accidens: quia alia referuntur ad ipſa, ſicut eſt dextrũ, et ſiniſtrũ in habentibus ea, id eſt, in animali reſpectu ſup, colũnæ.

Nota, Debes ſcire, quod ſcientia noſtra, quia cauſatur a rebus ſcibilibus, ideo ipſa refertur per ſe ad ſcibile: &, quia ſcibile eſt cauſa ſcientiæ noſtræ, ideo non refertur ad ſcientiam noſtram, niſi E
quia ſcientia refertur ad ipſum. vt Ariſt. ait. 5. Meta, ſcientia vero Dei eſt econtra. ipſa enim, cum ſit cauſa ſcibilium, ideo non refertur ad ſcibilia, niſi quia ſcibilia referuntur ad eam, & ſic per accidens: vult ergo dicere Auer. ꝙ ſcientia Dei ſe habet ad ſcibilia, ſicut columna: quoniam, ſicut columna eſt dextra, vel ſiniſtra, quia animal eſt huiuſmodi: ſicut ſcientia Dei eſt relatiua, ſcilicet, præſens, vel præterita, vel futura: quia ſcibile eſt illius modi: & ſic patet perfecta ſolu. argumenti Alga. & Auicen.

Dubitatio. Ambiges, quoniam Auer, 7. Phyſi, inquit commen. 20. cognitio fit in nobis, quando tranſmutatur per receptionem particularium, & conſiderationem eorum: quoniam, cum conſideramus particularia, fit ex hoc cognitio vniuerſalis in nobis ſecundum relationem ad illa, ſcilicet quod cum apud nos fit ex aliqua ſpecie præſens, pluſquam vnum particulare, ſtatim fit in nobis ſpecies vniuerſalis, abſque eo quod in ipſa fiat tranſmutatio. Ex hoc arguo, illud, quod ſecundum ſe, & eſſentiam propriam eſt permanens, & non variatur niſi relatiue, non eſt cauſatum a ſcibili. modo Auer. dicit ſcientiam nõ cauſari niſi relatiue: quare, &c. Hoc habet videri in libro de intellectu.

Solutio, Attamen, pro nunc dicendum ſecundum hunc philoſophum, ſcientiam non fieri de nouo ſimpliciter, ſed habitudine ad nos: prout enim nos per indiuidua cogitata diſponimur, applicatur intellectus ſecundum vniuerſalia illius, vel illorum: ergo ſciẽtia eſt noua mihi, non intellectui: ſed, vt eſt mihi noua, cauſatur a rebus: & hoc F
ſufficit: ſed ſcientia Dei ne in ſe, neque alicui eſt noua, & ideo eſt ſimpliciter cauſa rerum: & tu non potes intelligere hoc, niſi videas librum de intellectu.

Propoſuit Algazel contradicere Auicennæ duobus modis: cum ergo expedierit ſe de vno, alterum aggreditur, & inquit, ſecundus vero modus, quo poſſumus obijcere eis, talis eſt: & exponit illum, dicens, videlicet, quod quicunque philoſophorum dicat, quod Deus vniuerſalia ſciat, oportebit eum concedere, quod ponat in eadem ſcientia numerationem ſpecierum, ſcilicet ſcibilium in vniuerſali. habet enim dicere ꝙ Deus ſcit hominem vniuerſalem, lapidem vniuerſalẽ, & ſic de alijs. Tunc arguit. d. vnde, ſic ſimiliter poſſunt concedere numerationem ſuorum ſcibilium ſuæ ſcientiæ in indiuiduis, & comitantibus ipſorum, id eſt accidentibus eorum. poteſt ergo argui in hunc modum, ſicut multiplicatio ſcibilium vniuerſalium non multiplicat ſcientias vniuerſales, ſic multiplicatio ſcibiliũ particularium nõ debet multiplicare ſcientiam eorum: ergo argumentum Auic. per huiuſmodi eſt ſolutum. Cum induxit ſecundũ modũ Alga. cõtra Auic. hoc in loco vult videre quid veritatis cõtineat, & qd nõ, & inquit, dicimus nos, ꝙ hęc verba ſunt ſine dubio ſophiſticationes. & rationẽ reddit. d. quia ſciẽtia indiuiduorũ eſt ſenſibilis, id eſt ſenſatio, ſeu phãtaſia, & ſciẽtia vni-

A uerſaliū eſt ab intellectu. primum ergo peccatū Alg. eſt, qm̄ ipſe nō bene acce-
pit locū ſimilitudinis, qm̄ ſciētia Dei circa vniuerſalia eſt intellectus, & ſpūalis.
Noſtra vero circa indiuidua eſt ſenſus, & imaginatio: ergo hic eſt locus ſophiſti
cus penes ęquiuocationē ſumptus. (Rurſum.) Cū oſtēdit locū erroris, vult hoc in
loco oſtēdere, in quo accepit ſimilitudinē, et inquit, rurſum innouatio indiuiduo-
rū, vel ipſorū comitantiū duo infert, videlicet permutationē cōprehenſionis, &
numerationem ipſius: vult dicere, ꝙ variato indiuiduo variatur & cōprehenſio
eius. & ēt numerato illo numerātur & cōprehēſiones: & ſciētia ſpecierū, & ge-
nerū nullā infert permutationē, qm̄ immutabilis eſt in ſe, ergo differētia eſt: po-
nit tñ cōuenientiā. d. licet vlis, & particularis cōicant in numeratione. i. conue-
niūt penes numerū: qm̄ numerato ſcibili in vniuerſali, numeratur & ſciētia: ergo
ſcīa rei vniuerſalis, & indiuidui cōicant, & differūt. cōicant quidē: qm̄, quemad-
modū ſciētia indiuidui multiplicatur multiplicato ſcibili, ſic, & ſciētia vniuerſa-
lis multiplicat̄ multiplicato vniuerſali. Differūt aūt, qm̄ ſciētia vniuerſalis eſt
inuariabilis, qm̄ eſt rei inuariabilis, et ab intellectu, q eſt inuariabilis. Cōprehē
ſio indiuidui eſt mutabilis, qm̄ eſt rei trāſmutabilis, & in potētia trāſmutabili: et
ſic patet locus ſimilitudinis, & locus diſsimilitudinis. (Ideo vero.) Hoc in loco
narrat oīa verba Alg. ſcđo ibi, (Dico ꝙ oīa.) Oſtēdit, in quo errauit, inqt ergo,
B id vero, qđ dixit, ꝙ quicūq; philoſophorū cōcedat ꝙ vna, & eadē ſciētia Deus
cōprehēdat genera, et ſpēs abſq; multiplicatione cauſata a diuerſitate generū, et
ſpecierū: ad qđ dicit Alg. ſic dicimus ꝙ ducit neceſſario ad concedendū ꝙ vna
& eadē ſciētia poſſunt cōprehēdi indiuidua, & cōtingētia, id eſt accidētia cuiuſ-
libet indiuidui, & addit Alg. ꝙ hoc dictū ſimile eſt dicto dicētis, ꝙ vnus eſt in-
tellectus cōprehēdens genera, & ſpecies: quēadmodū oportet ꝙ vnū genus ſim-
plex ſit cōprehēdens, i. continens indiuidua diuerſa. hęc fuit ſentētia Alg. & ver
ba ſua, quę debet legi ſuſpēſiue vſq; huc. (Dico qđ omnia.) Quibus reſpōdet. d.
dico oīa iſta ſunt verba ſophiſticalia, & rationē reddit, dicēs: nomē. n. ſcientiæ
æquiuocū eſt, ſcilicet de ſcientia ſingulariū, & vniuerſaliū dictum. Debes ſci-
re, ꝙ ibi eſt multiplex locus æquiuocationis: vnus quidē, ſumptus penes perfe-
ctū & imperfectum. ſcientia. n. vniuerſaliū eſt perfectior eſſentialiter ſciētia ſin
gulariū. Secūdus, penes cauſam & cauſatū: qm̄ ſciētia vniuerſaliū vr̄ quodāmo-
do eſſe cauſa finalis, & vltima ſciētię particulariū, ſcientia. n. ſingulariū ordina
tur ad ſciētiā vniuerſaliū, vt Auer. dicit in 3. com. 30. & cō. 5. & 6. Tertius gra-
dus eſt penes differētias, qm̄ cōprehenſio indiuiduorū eſt ſenſitiua, cōprehenſio
vniuerſaliū eſt intellectiua. Quartus eſt penes genus, qm̄ generabili & perpetuo
nō eſt vnū cōe genus, vt Auer. inquit. 10. Meta. cō. vltimo. ergo ſciētia vniuer-
ſaliū, & ſciētia indiuiduorum ſimpliciter, & penitus æquiuocantur ſub nomine
C cōprehēſionis: & cū res ſit ita, verificatū eſt dictū Auer. contra Alga. (Sed id,
quod.) Cū cōtradixit ei in duobus principaliter, hoc in loco oſtēdit id, in quo be
ne dixit, & inquit, ſed id, quod dixit, videlicet ꝙ multiplicatio generū, & ſpe-
cierū infert in ſciente multiplicationē, id eſt diſtinctionem ſcientiæ. dicimus ꝙ
verum eſt: & hoc oſtendit teſtimonio, & inquit, vnde veri philoſophi, id eſt
Peripathetici, idcirco non attribuunt Deo benedicto ſcientiam rerū in particu-
laribus, neque in vniuerſalibus, & reddit cauſam, dicens, ſcientia nanque, quæ
tales habet conditiones, quas ſup. habent particularis, & vniuerſalis ſcientiæ,
eſt ſine dubio ipſius intellectus poſsibilis, qui cauſatus eſt ſup. a rebus intel-
ligibilibus aliquo modo, vt iam dictum eſt diſputatione tertia. modo diui-
nus intellectus eſt purus actus, & cauſa: propter quod infert, quare nulla de-
bet fieri comparatio inter diuinam ſciētiam, & humanam. eſt ergo ſyllogiſmus:
inter cauſam, & cauſatum non debet fieri comparatio, maxime, quando ſunt
æquiuoce dicta; ſed intellectus Dei, & noſter intellectus ſunt, ſicut cauſa, &
cauſatum æquiuoca cauſalitate: ergo nulla debet fieri comparatio. propoſitio-
nes huius ſyllogiſmi ex verbis eius patent. (Quoniam enim.) Ex his oſtendit
naturam intellectus diuini, & inquit, qm̄ enim alia, id eſt entia extra ſe non
intelligit, ſcilicet recipiendo cognitionem ab eis, impaſsibilis eſt, id eſt non
receptiuus, & inquantum alia entia efficit, prout ipſe eſt prius, vt ſic eſt ſcien-

tia agens: ergo Deus non eſt intellectus poſsibilis, ſed forte eſt intellectus agẽs, D
vt Auer. hoc in loco dicere videtur. Debes ſcire, vt 3. de Anima dictum eſt
commen. 14. quod omnis intellectus intelligens aliud, & diuerſum eſt reci-
piens: quoniam omne intelligens aliud perficitur ab intelligibili: omne, quod
perficitur ab intelligibili, eſt receptiuum, & quodammodo in potentia reſpe-
ctu illius: ergo in prima figura, omne intelligens aliud eſt receptiuum & in po-
tentia: & ideo concludit Auer. ibidem, quod nulla intelligentia eſt liberata a po-
tentia receptiua præter primam: quoniam quælibet intelligit aliud, vt com. 5.
etiam dixit. Deus ergo eſt intellectus non intelligens niſi id, & per conſe-
quens non niſi intellectus agens. (Et declaratio.) Quoniam Auerro. accepit ꝙ
primus intellectus eſt cauſa intellectus noſtri, ideo primo oſtendit duos eſſe
intellectus. ſecundo ibi, (Vnde aut). Ponit differentiam illorum, tertio ibi,
(Et ſi ſic.) Concludit propoſitionem, ſcilicet quod primus intellectus eſt cau-
ſa noſtri intellectus, inquit, & declaratio philoſophorum eſt hæc. cum decla-
ratum fuit ab eis demonſtratiue, quod ipſe Deus non intelligit niſi ſeipſum, tūc
habent concluſionem. ſ. ꝙ ipſe eſt intellectus neceſſario: tunc oſtendit, quomo-
do intelligit. d. & quia eſt intellectus, inquantum intellectus, dependet ab ente
aliquo, id eſt omnino comparatur ad ens ea comparatione, qua intelligens com-
paratur ad intelligibile: non tamen debet dependere ſup. ex priuatione. i. de- B
bet intelligere rem in priuatione conſiſtentem, ſcilicet entia generabilia. Et
debes ſcire, quod hic eſt vnus modus loquendi arabum. dicunt enim agens de-
pendere de actione, quando agens agit illam, vt patet in viſu verborum Auer.
7. Metaphy. commen. 31. & alibi. ſic in propoſito intellectus dependet de ente
id eſt, verſari ipſum circa ens intelligit. (Vnde quicunque.) Et quia ita eſt, con-
cludit peccatum antiquorum; qui genus entium ſeparabilium abſcindunt: ſicut
epicurei, & tenentes ſenſum eſſe intellectum, & inquit. vnde quicunque fece-
rit demonſtrationem, quod nullum aliud ſit ens niſi iſta entia, quæ a nobis in-
telliguntur. i. quod non eſt niſi genus entium ſenſibilium. Dicendum ſup. eſt
quod non ſit ita, quoniam neceſſaria demonſtratione declaratur, quod eſt ali-
quis intellectus. ſ. ſeparatus a materia, qui dependet de ente, id eſt qui intelligit;
ens enim, pro quoniam a priuato. i. ab ente variabili, impoſsibile eſt vt depen-
deat. ſed omne ens aut eſt priuatio, aut ens abſolutum: propter quod dicit, ne-
que hic. i. in mundo aliud ens reperitur niſi ſcilicet abſolutum, aut priuatio, ideo
oportet, quod intellectus dependeat de aliquo iſtorum duorum entium ſcilicet
aut priuato, aut abſoluto: & cum non de priuatione, ergo de abſoluto. (Vnde
aut.) Nunc oſtendit differentiam illorum duorum intellectuum, d. vnde, aut
dependet de eo, id eſt ente modo dependentiæ noſtræ ſcientæ in eis, quæ intel-
ligimus, aut nobiliori modo. primum eſt falſum, vt patet. remanet ergo quod F
Dei ſcientiã dependeat de ente modo nobiliori noſtræ ſcientiæ: dependentia
enim noſtræ ſcientiæ eſt, quando res æquatur ad intellectum. i. perficit ipſum
in genere cauſæ formalis: vnde id eſt ergo, ſi Dei ſcientia eſt nobilior noſtra,
ergo dependet de ente modo nobiliori. (Et ſi ſic.) Et tunc concludit peccatum
antiquorum ad propoſitum, & inquit, & ſi ſic. ergo ens duas habet entitates,
quarum vna eſt nobilis, altera vero vilis: & tunc inquit, & nobilis eſt cauſa vi-
lis. quare ſup. Deus eſt cauſa omnium intelligibilium, & intellectus noſtri: &
poteſt ſyllogiſmus ſic componi. omne nobilius per eſſentiam eſt purus intelle-
ctus, & cauſa vilium ente priuato, & participante: ſed Deus eſt nobilis per eſ-
ſentiam, & hæc ſunt priuata & participantia. ergo Deus eſt cauſa omnium: &
tunc verificatur dictum antiquorum dicens, & hoc eſt illud, quod dicebant ali-
qui antiquorum: vt Parme. & Melliſſus, videlicet quod Deus eſt omne. Inquit
enim Lucretius poeta vetuſtiſsimus, omnis per ſe diuum natura neceſſe eſt, Im-
mortali æuo ſumma cum pace fruatur. & Lucanus, Iuppiter eſt quodcũque vi-
des, &c. & multi alij antiquorum, quos narraui ſuperius. hoc ergo Auer. verifi-
cat, nunc volens eos intelligere Deum eſſe omne, prout eſt cauſa omnium con-
tinens in ſe perfectiones omnium, vt Plato declarat in lib. Parmenidis, de vno
omnium rerum principio.

A ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda autem dubitatio eſt, vt dicatur quid prohibet ſecundum radices veſtras quin ſciat hæc particularia, licet mutaretur? & quare non creditis ꝙ hæc ſpecies mutationis non ſit falſa ei? vt opinata eſt quædam ſecta ex Matazela, quòd ſcientiæ eius de innouationibus ſunt innouatæ: & vt crediderunt Carmei ex recentioribus ꝙ ſit ſubiectum innouationum. & non negat hoc eis vulgus hominum veritatis, niſi ex eo, ꝙ mutatum non euadit à mutatione. & quòd non euadit à mutatione, & innouationibus eſt innouatum, & non eſt antiquum. vos vero, veſtra opinio eſt ꝙ mundus eſt antiquus, & ꝙ non euadit à mutatione. & cum intelligitis antiquum mutabile, nihil prohibet vobis ab hac credulitate. Si autem dixerit abſtinuimus nos ab hoc, quoniam ſcientia, quæ innouatur in ſe, aut ſit ex ſe, aut ex alio. & falſum eſt vt fiat ex ſe. nam nos iam declaramus ꝙ antiquum nõ emanat ab eo innouatum: & nulla erit actio, cum non fuerit agens: cauſat enim mutationem. & iam adaptauimus hoc in diſputatione de nouitate mundi. ſi vero hoc prouenerit ei ex alio, quomodo aliud faciet impreſsionem in eo, & eum mutabit? adeo ꝙ mutabũtur res eius modo ſubiectionis, & violentiæ ex alio. * Nos autem dicimus ꝙ vtraque partium non eſt falſa ſecundum radices veſtras. nam, cum dicitis quod ſit falſum vt emanet innouatũ ab antiquo, iam nos deſtruximus hoc in illa diſputatione: & pręcipue, cum apud vos non erit falſum vt emanet ab antiquo innouatum, quod erit principium innouationum, & conditionando falſitatem, ꝙ ſit principium in his innouationibus, non habentibus cauſas innouatas in infinitum, ſed deuenient mediante motu circulari ad aliquod antiquum, quod eſt anima orbis, & vita eius, & anima orbis antiqua: & motus circularis antiquus fit ex eo, & quęlibet pars motus innouatur, & finietur: & quicquid eſt poſt eum innouatur proculdubio: igitur innouationes proueniunt ab antiquo apud vos. Quare, cum conſyderentur res antiqui conſyderatione emanationis innouationum ab eo continue, ſicut conſyderantur res motus, ex eo ꝙ emanat ab antiquo ęqualiter, declarabitur, ꝙ quęlibet ſecta eorum bene ſcit ꝙ poſsibilis ſit emanatio, innouata ab antiquo, cum emanauerit proportionabiliter. & continue igitur erunt ſcientię innouatę huius ſpeciei. Secunda vero pars, & eſt emanatio huius ſcientię in eo ex alio, dicimus in ea, quare eſt falſum hoc apud vos? & non ſunt in eo, niſi tria: quorum Vnum eſt mutatio. & iam declarauimus quod bene eſt ſecundum radices veſtras. Secundum autem, ꝙ mutatio ſit cauſa mutationis alterius. quod non eſt falſum apud vos, & erit innouatio rei cauſa innouationis ſcientię. ſicut vos dicitis quod repreſentari hominem coloratum in frontiſpicio pupillę videntis ſit cauſa impreſsionis ſimilitudinis hominis in tunica pupillę, cum mediatione aeris criſtallini

Deſunt reliqua in antiquo exemplari.

B

C

inter pupillam, & viſum. &, cum ſit poſsibile vt inanimatum ſit cau ſa impreſsionis figuræ in pupilla, & eſt res viſionis, ſic non erit falſum, vt ſit innouatio innouationum cauſa ad proueniendum ſcientiæ primi in eas. nam virtus viſiua, ſicut eſt diſpoſita apprehenſioni, & erit inuentio hominis colorati cum ablatione velaminis intermedii cauſa proueniendi comprehenſionis, ſic etiam erit ſubſtantia primi principii apud vos apta ad recipiendum ſcientiam, & exitum à potentia ad actum, cum fuerit in eſſe hoc innouatum. &, licet fuerit in eo mutatio antiqui, antiquum quidem mutabile non eſt falſum apud vos. Si vero opinati fueritis ꝙ hoc eſt falſum in neceſſario in eſſe, vos profecto non habetis demonſtrationem de neceſſario in eſſe ꝙ ſit de neceſsitate, niſi de ceſſatione proceſſus cauſarum, & cauſatorum, vt diximus antea. & iam declarauimus quòd ceſſatio proceſſus ſit poſsibilis in antiquo mutabili. Et tertium, quod hoc includit, & eſt ꝙ antiquum ſit mutabile ex alio, & ꝙ hoc faciat ſeruitutē, & dominiū alterius ei, dicitur eis de hoc, quare hoc eſt falſum apud vos, & eſt vt ipſe ſit cauſa innouationis innouationum mediantibus mediis, deinde erit innouatio innouationum cauſa innouationis ſciētiæ eius de eis, & quaſi ipſe eſt cauſa prouentionis ſcientiæ in eo, attamen cum mediis? Et, cum dicitis quòd hoc aſsimilatur ſeruituti, dicimus ꝙ ſic. & id quidem ſic erit, quoniam eſt conueniens radicibus veſtris, cum opinati fueritis quòd quicquid prouenit ab ipſo Deo glo. prouenit conſecutiue, & naturaliter, & non eſt ei poſſe ad nō agendum. & hoc etiam aſsimilatur ſpeciei ſeruitutis. & innuit ꝙ ſit quaſi coacte ad id, quod prouenit ab eo. Si vero dixerit hoc non eſſe coacte: quoniā perfectio eius eſt vt ſit ordinator omnium rerum, dicimus ꝙ hoc non eſt ſeruitus: quoniam perfectio eius eſt vt ſciat omnia. Et, ſi dixerimus quòd prouenit nobis ſciētia copulata omni innouato, erit profecto hoc nobis perfectio, non autem diminutio, & ſeruitus. & ſic erit de Deo glo. & ipſe glo. bene ſcit.

D (margin, beside first line) — E (margin, beside "& dominiū alterius ei…")

Quia Alga. fecit quoddam promiſſum, ideo nunc vult illud exequi: & primo inquit, nos promiſimus dictam opinionem reprobare duobus modis, quorum primus oſtenſus eſt, ſecundus vero ſit hic, quem dicā. (Dicemus eis.) Promiſſum abſoluit, & inquit, dicemus eis, quare vobis cauetis quod ipſe Deus ſciat particularia? hæc eſt Alga. a philoſophis expoſtulatio. Et ſtatim apponit reſponſum, & inquit, ꝙ ſi dicatis ꝙ talis ſcientia infert permutationem, id eſt, ꝙ ſi cauſam reddant, eo quia omne ſciens indiuidua eſt permutabile, Deus non eſt mutabilis: ergo in ſecunda figura, Deus nōn ſcit indiuidua. obiicit ſtatim, & inquit, ſi ſup. ſic dicatis. & nos ſup. reſpondemus, ꝙ opinati eramus ꝙ hæc ſpecies permutationis non aufertur ab eo demonſtratiue, & dixit (ꝙ hęc ſpecies permutationis, &c.) Quoniam hæc alteratio eſt perfectiua: &, licet in rei veritate Deo non conueniat, tamen demonſtratiue non poteſt probari Deum illa carere, vt viſum eſt loco ſuo: & hoc exponit. d. quando enim dicebant antiquus aliqui, ꝙ ſcientia innouatarum rerum eſt noua, non fuit eis huiuſmodi permutatio in Deo quid reprobatum: apponit tamen quæ permutatio Deo incompetens eſt. d. niſi quia id, quod permutabile eſt, ſæpiſsime patitur mutationes: & illud, quod ſic ſe habet, eſt nouum non antiquum. Vult ergo dicere, quod talis permutatio eſt ei incompetens, quæ ponit ipſum ſępiſsime va-

F

A riari: quoniam illud, quod ſic ſe habet, eſt nouum, cuiuſmodi non eſt Deus: apponit modo ſolu. & inquit, ſed apud nos ſup. philoſophos, qui opinati ſumus, quod mundus eſt ab æterno, & quod ſemper eſt permutabilis ſecundum partes, non deberet eſſe inconueniens illud, quod dictum eſt, &c. Debes ſcire, quod ſi dicatur mundum eſſe nouum, non poteſt dici Deum variari de comprehenſione in comprehenſionem, vt Alga. inquit, quoniam huiuſmodi mutatio reddit Deũ innouari. Sed, ſi apponatur mundus æternus, variabilis tamen ſecundum partes continuę, tunc omnino poteſt fingi Deum variari alteratione de vna ſcientia in alteram. quoniam ſemper, ſicut mundus remanet idem numero, ſic & Deus. Ecce, quomodo Alga. obijcit philoſophis. ſed, quomodo ſit iſtud in ſol. Auer. apparebit.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius contradictionis primæ Philoſophię, quæ eſt cōtradictio ſecundũ ſermones eorum, nō ſecundũ rem ipſam, eſt vt dicatur eis, ex radicibus quidem veſtris eſt quòd ſit hic antiquum, in quo veniunt innouationis, & eſt orbis. quare er-
B go negatis quin ſit antiquum primum ſubiectũ innouationum? Aſſaria autē ſecta hoc negauit: quoniam omne id, in quo ſunt innouationes, apud eos eſt innouatum. Attamen hæc eſt contradictio topica. nam innouationum aliquæ ſunt, quæ non ſunt in antiquo, & ſunt innouationes, quæ mutant ſubſtantiam ſubiecti, in quo ſunt: & aliquę ſunt, quæ ſunt in eo, & ſunt innouationes, quæ non mutant ſubſtātiã ſubiecti. ſicut motus localis in corpore mobili, & ſicut criſtallinitas, & illuminatio. & antiqui quoque aliquod eſt, in quo non eſt motus omnino, neque mutationes penitus: & eſt id, quod non eſt corpus. & aliquod eſt, in quo eſt aliquis motus, & eſt antiquũ, quod eſt corpus, vt ſunt corpora cœleſtia. &, cũ hęc diſtinctio ponatur à Philoſophis, igitur hæc contradictio eſt contradictio inanis, quoniam loquimur de antiquo, quod non eſt corpus. Et, quoniam adduxit hanc contradi-
C ctionem Philoſophis, adduxit etiam reſponſionem Philoſophorum huic. Et ſumma eius eſt, quoniam ipſi negauerunt ꝙ ſit ei ſcientia innouata. nam ſcientia innouata ei aut erit ex ſeipſo, aut ex alio. ſi ex ſeipſo, igitur ſit ab antiquo innouatum: & ex radicibus noſtris eſt vt non emanet ab antiquo innouatum. Ipſe vero contradicit eis, dicens quòd non emanat ab antiquo innouatum, cum ponunt orbem antiquum, &, cum ponunt innouationes emanare ab eo. Et reſponſio eorum huic eſt, quòd in innouatum impoſsibile eſt apud eos vt emanet ab antiquo abſoluto, tamen poſsibile eſt ab antiquo eſſentialiter, & in innouato quo ad motum ſuum, & eſt corpus cœleſte. quare erit apud eos quaſi medium in rei veritate inter antiquum abſolutum, & innouatum abſolutum: nam aliquo modo eſt antiquum, & aliquo modo eſt innouatum. Et hoc quidem medium eſt motus circularis cœleſtis apud eos, qui eſt antiquus quo ad ſpeciem, innouatus vero quo ad partes: & in eo ꝙ eſt antiquus prouenit ab antiquo, & ex parte partium innouatarum emanant ab eo inno-

Mediũ inter antiquũ abſolutũ & innouatum quid ſit.

uationes infinitę. Philoſophi autem negauerunt eſſe innouationes D in Primo: quoniam non eſt corpus: & innouationes non inueniuntur niſi in corpore. nam receptio non reperitur apud eos, niſi in corpore: remotum vero à materia nihil recipit. Summa autem eius contradictionis ſecundę parti argumenti eorum, & eſt ꝙ prima cauſa non erit cauſata, eſt quoniam poſsibile eſt vt ſit ſcientia eius, ſimilis ſcientię humanę, ſcilicet ꝙ ſcita ſint cauſa ſcientię eius, & innouatio eorum cauſa innouationis ſcientię ab eis: ſicut viſibilia ſunt cauſa apprehenſionis viſus, & intellecta cauſa comprehenſionis intellectus: adeo ꝙ erit ſecundum hoc, cum fecerit entia, & creauerit ea, cauſa comprehenſionis eorum, non quod cauſa creationis eorum ſit ſcientia eius. & hoc profecto eſt falſum apud Philoſophos, ſcilicet vt ſit ſcientia eius, ſicut ſcientia noſtra. nam ſcientia noſtra eſt cauſata ab entibus: ſcientia vero eius eſt cauſa eorum. & impoſsibile eſt vt ſit ſcientia antiqua, prout eſt ſcientia innouata, & qui credit hoc ponit profecto Deum glo. hominem ęternum: hominem vero Deum generabilem & corruptibilem. E demum iam declaratum eſt ſuperius ꝙ diſpoſitio in ſcientia Primi eſt oppoſita diſpoſitioni ſcientię humanę, ſ. ꝙ ſcientia eius eſt agens entium, non autem ꝙ entia agant ſcientiam eius.

Nunc Auer. exponit verba Alg. pulchre, & inquit. dicimus nos quod horum verborum ſententia eſt, ꝙ ipſe altercauit cum philoſophis iuxta ipſorum dicta, id eſt, quantum ad ea, quæ concedunt, non iuxta ꝙ res ſic ſe habeant in ſe, id eſt, non diſputatione abſoluta, & ait ſic, vos ponitis vnum antiquum, in quo nouitates perueniunt, id eſt, quod adhuc ſubeſt nouis motibus, ſcilicet orbe, id eſt, corpus cœleſte motum æterno motu. Cur, ergo negatis ꝙ primum antiquum, ſcilicet Deus nequeat nouitates pati: nam aliqui loquentium hoc negarent, quia quodcunque ſic ſe habet, eſt neceſſario nouum, & Deus nullo modo eſt nouus: ſed ſup. vos Peripathetici hoc non negare poteſtis: quoniam dicitis, ꝙ mundus eſt æternus, & æternum poteſt variari. Debes ſcire, ꝙ ex principijs diuerſis

Poſitio theologorum. diuerſæ ſequuntur concluſiones. Theologi enim ponunt, quod nullum æternũ recipere poteſt nouitatem, quoniam æternum. & ideo ponunt omne factum eſſe

Poſitio peripatheticorũ. factum in tempore, & ſic ponunt ſolum Deum æternum: Peripathetici vero ponunt Deũ æternum, & mundum æternum, & aliquod æternum variationem F ſuſcipere: ideo diuus Alga. petit hoc in loco. O vos Peripathetici, ſicut conceditis Cœlum æternum poſſe variari ſecundũ locũ, cur, non conceditis Deũ poſſe variari alteratione de vna ſcientia in altera, quoniam omnia æterna ſunt vnius rationis, & quęcunq; ſunt vnius rationis ſic ſe habẽt, ꝙ quicquid non repugnat vni, non repugnat alteri, vt Auer. inquit in 2. Cœli. com. 49. ergo, ſi vnum ęternum poteſt moueri, & alterum: &, ſic non maior ratio videtur de ipſo orbe, quã de Deo. (Et nos dicimus.) Auerro. videtur abſoluere. q. Algaze. & inquit, & nos dicimus ꝙ hæc altercatio, ſcilicet Algaze. cum Peripatheticis eſt dialecticalis, id eſt, ex probabilibus argumentis conducta. & reddit cauſam. d. quædam enim ſunt nouitates, quæ in antiquum ſubiectum nõ aduentunt, vt quę permutant ſibi ſubſtantiam, id eſt, vt altercationes corruptiuæ ſunt, & nouitates. alio modo, ꝙ non mutant ſubſtantiam ſubiecti, vt motus, & locus mobilis corporis, & ſplendor lucentium corporum: etiam ſunt aliqua entium antiquorum, id eſt, de numero æternorum, quæ motum aliquem, id eſt, nullam ſpeciem motus patiuntur, neque aliqualiter, id eſt, aliqua ſpecie nouitatis innouantur, vt ſunt intelligentiæ. Prælibatis igitur his, patet aperte ꝙ Alga. altercatio nihil fuit, quia philoſophorum intentio eſt de antiquo, id eſt, ęterno incorporeo, id eſt, ꝙ

Dubitatio. quia Deus eſt ſubſtantia ſeparata, ideo nullo modo patitur. Sed ambiges,

A quoniam Auer. non abſoluit.q.quare enim Deus nõ poteſt mutari ſpiritualiter, ſicut corpus æternum corporaliter de loco ad locum:hoc inquam Auer.non abſoluit.Ideo ſolutionem non dedit,quoniam ſuperius eam aperte dedit : declaratum eſt enim ſuperius,quoniam ſubſtantia pura non poteſt recipere nouum,niſi ſit ſubſtantia in materia.* Adhuc dictum eſt:omne nouum extrahi de potentia ad actum ab aliquo agente priori:modo nullum eſt agẽs Deo prius,quare Deus non poteſt nouam alterationem recipere. Adhuc, viſum eſt omne recipiens eſſe in potentia, & ꝙ Deus non ſit in potentia ſat expoſuit : ergo, propter hæc Auer.tantum ſolu.narrauit non apponens cauſam eius, vt conſtat. (Poſt vero.) Inducit & aliud motiuum,& primo inquit : poſt vero prædictam altercationem redarguit eos alio modo.d.& , ſi forte cauerent ſibi philoſophi concedere, ꝙ Deus habeat nouam ſcientiam,quoniam illa ſcientia nõ euaderet, quin a ſeipſo Deo,aut ab alio ſup.cauſata.ſi a ſeipſo,ergo nouum procedit ab antiquo, id eſt, illa alteratio erit a Deo,qui eſt æternus,quod nos negamus. & ſup.ſi ab altero. ergo dabitur agens prius Deo. Reſponſionem Alg. inducit,& inquit,dixit Alga.nos vero dicimus quod ſecundum vos noua procedunt ab antiquo,vt dictum eſt de corpore cœleſti,quod eſt antiquum apud ipſos,& tamen ab eo procedunt omnes effectus noui huius mundi.(Nos vero.) Auer.abſoluit argumẽtum Alg.

B & inquit,nos vero dicimus , ꝙ philoſophi facile poſſunt euadere a redargutione Alga. hoc modo, videlicet ꝙ nouum non poteſt ab antiquo abſolute.i.ſimpliciter æterno procedere ab antiquo in ſubſtantia,quod eſt nouum in ſuis motibus,vt corpus cœleſte.Ideo conducit theorema, & inquit,quapropter corpus cœleſte reputatur apud philoſophos tanquam medium inter antiquum abſolute, id eſt ſimpliciter inuariabile, & nouum abſolute: quia, quodammodo eſt antiquum.ſ.in ſubſtantia, quodammodo vero nouum.ſ.in motu: & iſtud antiquum eſt ſine dubio motus ſupercœleſtis,qui apud eos eſt antiquus in ſpecie, nouus in partibus:& ideo,inquantum eſt antiquus, procedit ab antiquo , vt ſic non agit nouum : & ratione ſuarum partium procedunt ab eodem infinitæ nouitates . (Quare notandum.) Vltimo reſumit vim ſolu.& inquit,quare notandum,quod philoſophi ſibi cauent attribuere primę cauſæ nouitates,id eſt, habent cauſam, cur prima cauſa ſimpliciter non poteſt tranſmutari. Et ſyllogiſmus poteſt ſic componi.omne recipiens nouam mutationem cuiuſcunq; ſpeciei mutationis,eſt corpus,vel virtus in corpore:quoniam, vt inquit, receptio non reperitur niſi in corpore.ſed primus motor nec eſt corpus, nec virtus in corpore . ergo primus motor non poteſt recipere nouam mutationem cuiuſcunque ſpeciei mutationis. huius accepit minorem,& inquit.quia,non eſt corpus,ſup.neq; virtus in corpore.hęc eſt minor:& ſubdit maiorem.d.& nouitates non veniunt niſi in corpori-

C bus. hęc eſt maioris vis,& ſubdit cauſam.d.receptio enim non reperitur niſi in corpore.quare id,quod nudum eſt ab omni ma eria, non recipit. Sed ambiges ſatis rationabiliter:quoniam,ſicut corpus in eo,ꝙ corpus æternum,caret potentia ad eſſe apud Auer.& in eo,ꝙ corpus eſt potentia ad vbi , ita dicam de alijs intelligentijs præter primam,ſaltem ſcilicet ꝙ carent potentia corporali, & ad eſſe,non tamen carent potentia intellectiua ad receptionem ſpiritualem : licet enim prima non poſsit recipere,quia caret potentia corporali, & ſpirituali,cum ſimpliciter ſit liberata a potentia, cum ſit prima ſimpliciter , & cauſa omnium entium:attamen aliæ pręter ipſam ſunt in potentia receptiua, vt Auer.inquit in 3.de Anima.com.14.&.5.ergo non poteſt euadere, quin ſint tranſmutabiles ſaltem tranſmutatione ſpirituali:ergo,adhuc quæſtio eſt inſoluta de alijs intelligẽtijs:hoc argumento tenent theologi noſtri intelligentijs non repugnare nouam receptionem habere: vnde poteſt argui ſecundum hos ſic. iſta noua receptio ꝓpter quid repugnat intelligentijs,vel quia quęlibet illarum eſt actus purus, ſicut prima:& hoc,non,quoniam quęlibet eſt dependens , & in materia intellectiua conſiſtens, vt in tertia diſputatione viſum eſt , in ſolu.18.vel quia quælibet illarum liberata a materia corporali,& hoc minime:quoniam materia corporalis eſt cauſa receptionis particularis,& corporalis. ergo , non debent eſſe liberatę niſi a receptione corporali, & particulari : quod materia corporalis ſit cauſa

Dubita.

P3 theologorum.

receptionis indiuiſibilis. Auer.inquit in.3.com.14.&.5.&.28.cauſa receptionis D
vniuerſaliter,& ſimpliciter eſt intellectus in potentia. Adhuc debes ſcire ſecun
dum fundamenta huius philoſophi,quod noua receptio,et indiuiſibilis receptio
idem ſunt:quoniam omne,quod noua recipitur receptione,eſt hoc & indiuiduũ,
vt.3.de Anima viſum eſt:receptio autem ſimpliciter eſt duobus modis:vel ſim-
pliciter omnino ſecundum ſe,& quodlibet eis,vel ſecundum ſe,attamen noua ſe
cundum habitudinem ad aliud.dico ergo,ꝙ in intelligentia non poteſt eſſe noua
receptio:qm̃ cauſa receptionis particularis eſt materia,vel potentia in materia,
eo quia materia cõtrahit ad hoc,& indiuiduum:& ideo,bene inquit Auer. quod
nulla illarum recipit nouum, quia caret potentia in materia: iterum nulla illarũ
recipit ſimpliciter, nouitate tamen ſecundum habitudinem : quoniam nulla il-
larum applicatur alicui corpori nouiter diſpoſito , ſicut intellectus hominis ſe-
cundum ipſum.relinquitur ergo,quod quęlibet illarum recipit ſimpliciter & ęter
ne in ſe, & habitudine , & hoc concedit Auerro . quoniam vult in eis eſſe reci-
piens & receptum, vt patet commen.14.verum illud receptum non eſt nouum:
quoniam,tunc eſſet indiuiduum. ergo recipiens eſſet materia , vel virtus in ma-
teria: neque nouum ſecundum habitudinem, quemadmodũ eſt intelligere no-
ſtræ animæ : quod eſt abſolute æternum,nouum ſecundum nouam habitudinem
ad corpora, quibus intellectus nouiter continuatur , ergo receptum ibi eſt æter- B
Nota. num ſimpliciter,& omni modo.& hoc concedit . Ex his patet ſolu. quoniam
quælibet intelligentia caret potentia ad motum corporalem & nouum ſpiritua-
lem,vt viſum eſt.

Quęſtio.1. CIRCA FINEM huius diſputationis quæſtionem, quęrunt aliqui in Me-
taphyſica,nunquid intellectus diuinus intelligat ſingularia,quæ temporali diffe-
rentia diuiduntur,quod non,plures ſic argumentari ſolent: ſi certus eſt Deus ani
mam illud acturam,anima neceſſario id efficiet. ergo libertas inde tollitur arbi-
trij,& ſic nihil reperies in rebus contingentiæ . Pro altera parte videtur eſſe
Ariſto.in libro de bona fortuna.inquit enim Deo autem per ſe hoc,& bene vi-
der,& futurum, & præſens,& quorum ratio perijt.i.præterita. Inquit, & etiã
ibi, Deum bona bonis diſtribuere,& mala malis : hoc autem fieri non poteſt, ſi
Deus indiuidua non comprehendat. In iſto quęſito, videtur opinio Auerro.&
Ariſ.quod Deus ſcilicet indiuidua non intelligat.& opinio theologorum & ve-
ritas quod Deus intelligat ſingularia,& indiuidua:conuenimus enim cum philo
ſophis,quod quemadmodum in demonſtratione tria ſunt.ſ.cognoſcens, conclu-
ſio cognita,& medium. ſic in cõprehẽſione diuina tria ſunt,ſcilicet,cognoſcẽs.ſ.
intellectus diuinus,cognitum.ſ.res,& medium.ſ.eſſentia. quoniam, quemadmo-
dum intellectus noſter mediante medio cognoſcit concluſionem , ſic & diuinus F
Poſitio philoſophorũ. per eſſentiam cognoſcit ſe, & res. Philoſophi itaq; ,quia eſſentiam ponunt re-
rum cauſam eſſe ſecundum gradum entis , ideo ſolum entia cognoſcere dicunt
Deum, cognoſcendo ens:opinati enim ſunt non plus ſe extendere virtutem Dei
intellectiuam,quam eius virtutem cauſatiuam, vt manifeſtũ eſt apud eos:adhuc
opinati ſunt cauſam proximam ſecundum gradum proximum concurrere,& re-
motam ſecundum remotum : oporteret enim apud eos effectus ſecundum ratio-
nes vniuerſales in cauſam vniuerſalem reduci:&,quia eſſe eſt effectus vniuer-
ſaliſsimus,ideo dicunt eſſe effectum proprium ipſius Dei,& ad omnia Deum cõ
currere aiunt ſecundum gradum entis. Ex his opinati ſunt, Deum omnia cogno
ſcere cognoſcendo eſſe:& quia eſſe eſt in Deo per eſſentiam,& in alijs partici-
patiue,ideo Deus cognoſcit ſe tantum , & nullo modo res extra ſe apud eos .
Põ theologorum. Theologi autem,veri ſapientes,cum ſciant Deum non tantum concurrere ſecũ-
dum gradum entis , immo ſecundum gradum huius entis , ideo firmiter ponunt
omnia contineri in Deo ſecundum rationes particulares,& proprias:quare eſ-
ſentia non tm̃ eſt mediũ cognoſcendi res ſub ratione entis,immo ſub proprijs ra
tionibus: ponunt itaq; ſapientes noſtræ legis in cõprehenſione Dei obiectũ du-
plex,ſ.primũ,et illud eſt eſſe ſiue eius eſſentia tm̃:& ſecundariũ,& illud eſt ima
ginationes,ſeu rationes ideales propriæ & particulares , quas Plato in Parmé-
nide ſpecies,& ideas appellat;qm̃,tm̃ potentia intellectiua ſe extendit,quantum

A cauſatiua:&,quia theologi inuenerunt ex teſtimonio prophetiæ,non tm̃ Deum
concurrere ſecundum gradum entis ad rerū productionē, immo ſecundū gradus
proprios,ideo penes primum modū concurſus Dei obiectū primum ponunt eſſe,
& penes ſecundum modum concurſus ponunt rationes ideales:& inde patet dif
ferentia philoſophorum,& theologorū,ex diuerſis principijs acceptas cū philo-
ſophi enim Deū concurrere dicant tantum ſecundum gradum entis, ideo vnum
obiectum,quod eſt eſſe ponunt. Theologi vero , cum ſecundum gradum entis,
& talis entis,ideo duo ponunt obiecta reſpondentia duobus modis producendi. Dubitatio.
Sed queres, nunquid apud philoſophos concedendum eſt Deum cognoſcere Solutio.
entia aliquo modo? Dicendum,quod ſicut eſſe ſimpliciter acceptum eſt omne
ſecundum eminentiã, & non modaliter,& proprie,ſic apud philoſophos, Deus
cognoſcendo eſſe,cognoſcit & omne, licet non proprijs rationibus. Theologi
autem Deum dicunt cognoſcere omnia cognoſcendo ſe & proprijs rationibus:
philoſophi itaq; reſecant obiectū ſecundarium,& theologi addunt:& ſic omnia
comprehendi vno obiecto ſapientes ponunt , Theologi vno obiecto , & pro-
prijs rationibus.hęc igitur eſt noſtra lex: & philoſophorum opinio patet. Sed,
quia non iuſtum eſt condemnare quempiam abſentem, ſicut Ari.inquit.in.2.de
cœlo & mundo , ideo viſum eſt mihi inducere loca , quibus peripathetici moti
B ſunt:& etiam,ne videamur nos tenere aliquod rationibus repugnans,eos eſſe ſo
phiſticos oſtendam. Poſt rationes theologorum opponam,vt oſtendam noſtram
fidem non minoris eſſe probabilitatis,quam ſit opinio ſapientum: & in fine eas
etiam ſoluam,vt non appareat infidelibus nos ſuſtinere legem propter rationes
ſolubiles. Prima itaq; ratio philoſophorum,vt ex Auer. excipitur verbis, quæ Prima ratio
dixit in com.51.12.Meta.ſic componitur. ſi Deus res extra eſſentiam ſuam ra- philoſopho-
tionibus proprijs intelligit: vel in vniuerſali,vel in particulari.non in particula rum probãs
ri,quoniam particularia ſunt infinita , & infinitum , ſecundum quod infinitum, Deū nō ſci-
ignotum eſt, vt in phyſico traditur auditu,& ideo ſunt ab arte remouenda,quan re particula
to magis ab arte diuinę ſapientię . Nec in vniuerſali quoniam, vt Auer. inquit ria.
ibidem,& commen.14.& in.3.Meta.comm. 13. Scire aliquid in vniuerſali eſt
ſcire in potentia,ſed ſcire Dei eſt ſumus actus , ergo nec in vniuerſali: propter
quod,vt Auer.inquit,ſcientia Dei,nec eſt vniuerſalis, nec particularis,vt dictū
eſt ſæpe in hoc libro . Adhuc, omne intelligens aliud a ſua eſſentia eſt intelle- Secunda.
ctus in potentia: ſed Deus non eſt intellectus in potentia.ergo Deus non intel-
ligit aliud ab eius eſſentia.maior patet,quoniam,vt dictū eſt in diſputatione ter-
tia in ſolu.dubij.18.omne intelligēs aliud cauſatur ab intelligibili,& omne cau-
ſatum ab intelligibili eſt intelligens in potentia:ergo patet maior.minor eſt ma-
C nifeſta per ſe. Et hæc ratio excipitur ex verbis eius in.3.de Anima commen.5.
&.14.&,quia eſt rude poſita,nullius apparet valoris:ideo debes ſcire,quod ef-
fectus contentus in cauſa nulla penitus diſtinctione diſtinguitur a cauſa nec re,
nec modo:ſed cauſa contenta in effectu bene diſtinguitur ab effectu continente
ſecundum hunc philoſophum: quoniam effectus ſemper deficit a ſua cauſa . &,
ſic effectus,cum a cauſa producitur, quandam acquirit priuationem.ſ.ſaltem ex-
cellentiæ cauſę:& ſic,quando priuationem habet,quãdam intrat multitudinem:
quoniam,vbi eſt priuatio,ibi oportet et omnino eſſe actum,quia priuatio ſola nō
eſt,ergo oportet ingredi multitudinem , econtra in cauſa: effectus enim in cauſa
non priuat aliquid cauſæ,& ideo ibi intrat identitatem : &, ideo dicunt ſapien-
tes,quod res diſperſę in inferioribus,colliguntur in ſuperiori : nihil enim eſt in
cauſa,quod diſtrahat ab effectu contento : nec effectus contentus aliquid habet,
quo diſtrahitur a cauſa: ergo , in cauſa nihil eſt , vnde ſumatur diſtinctio realis
nec in modo,niſi ſit,ſicut tragelaphus:ex his verificatur maior.ſ.omne intelligēs
aliud eſt in potentia:patet,qm̃ omne intelligens aliud cauſatum eſt,vt nunc vi-
des,quare,&c. Rurſus, vt ex verbis cõmenti de ſomno excipitur,põt argui,et Tertia.
ſic,omne comprehendens ſingularia ſingulariter, & ſignate eſt corpus,vel vir-
tus in corpore:ſed prima cauſa neq; eſt corpus,neq; virtus in corpore.ergo,nō
comprehendit ſingularia ſingulariter, & ſignate. Maior apparet:quoniam com-
prehendens,& comprehenſum ſunt vnum in modo ſe habendi, vt in lib, de ani-

ma viſum eſt.ergo,ſi comprehenſum eſt hoc , & ſignatum , & comprehendens D
debet eſſe hoc,& ſignatum, & propter hoc dicit Auer,quod ſi intelligentię ſepa
ratę comprehenderent ſingularia,tunc eſſent virtutes in corpore,& ſenſus:vide
Quarta. ibidem. Iterum id,quod repugnat intellectui,vt intellectus, maxime debet de-
negari ab intellectu ſimpliciter;vbi ſaluatur tota ratio intellectus:hęc propoſi-
tio audita a quolibet conceditur. Sed repugnat intellectui noſtro, vt intellectus,
cognoſceret ſingularia:propter quod inquit Auer.in.3.de Anima:quod intelle-
ctus comprehendit ſingularia mediante ſenſu,vt in expoſitione mea commenti
illius notum feci:& hoc omnes fere concedunt:quare, & hoc repugnabit intel-
lectui ſimpliciter; qui eſt diuinus intellectus . poſt hęc arguitur: ſi Deus intelli-
git indiuidua vel perficitur,vel imperficitur,vel neque perficitur neque imper-
ficitur.ſi primum:ergo erit aliquod eo præſtabilius . ſi imperficitur : ergo vile-
Quinta. ſcit.ſi neq; perficitur neq; imperficitur:ergo ocioſe intelligit. Pręterea,ſi Deus
intelligit indiuidua vel recipiendo ab eis perfectionem cognoſcibilem , vel per
eius eſſentiam tanquam per rationem repræſentandi,ſicut intellectus noſter in-
telligit,vt dicitur,quiditatem materialem per ſpeciem cauſatam ab illa.ſi primũ:
Sexta. ergo eſt intellectus in potentia. Quod non ſecundum,arguo:qm̃ omne repręſen
tans repręſentat ſecundũ modũ conuenientẽ ſuę naturę , vt patet. ſpecies enim
exiſtens in ſenſu,quia eſt hęc,ideo repręſentat indiuidualiter,& ſpecies exiſtẽs
in intellectu,quia eſt vl'is,& nõ hęc,ideo repræſentat vl'r,vt latini dicunt.ergo, E
ſi eſt aliquod repræſentatiũ vl'e per eſſentiam, vl'ius repręſentabit quam ſpecies
ſenſibilis,& ſpecies intelligibilis repręſentent:modo nihil eſt vniuerſalius eſſen
tia diuina:eſt.n.vniuerſalis p eſſentiam,cum ſit abſtracta a materia,et conditio-
nibus materię,& idea entis,& vnius apud Ariſt.et Plato. vniuerſalia.n.mate-
rialia ſunt vniuerſalia participatiue,ſ.ratione luminis intellectus agentis,qui eſt
vniuerſalis per eſſentiã:quanto magis Deus,& eius eſſentia ſunt vl'ia, cum ſint
in gradu ſupremo.ad intellectũ ergo,cum eſſentia Dei ſit ſic vl'is eſſentialiter,et
p ſe repreſentatiũ p illã erit vl'ius,q̃ per ſpeciẽ intelligibilẽ et ſenſibilẽ.ergo,nõ
põt eſſe ſignatũ & indiuiduũ. Vltimo arguitur ex rõne Ariſt.in . 12. Meta in-
quit.n.ſi cõpoſitũ eſt,qđ intelligit tranſmutabitur.n.in partibus totius:aut indiui
ſibile oẽ,qđ materiã non habet:ecce,qũo mouit.q.an.ſ.compoſitũ intelligat, et
arguit,quod ſi cõpoſitum intelligat:ergo tranſmutabitur:et,tunc ſoluit.d.aut qđ
eſt nota ſolu.indiuiſibile oẽ,quod materiã non habet,&c.vbi vult q tm̃ intelli
gat ſe:vide.põt aũt conſequentiã eius in hunc modũ exordiri,vt ibi cõ.51.illius
partis exc[illegible]ur:qm̃ intellectus diuinus res intelligit eo ordine , quo ſunt apud
naturã intelligibiles,vt oẽs dicunt:ſed partes ſunt priores toto. ergo prius intel-
ligit partes q̃ totum:ergo Deus procedit de noto ad ignotũ: & ſic tranſmutabi-
tur,& diſcurret,vt patet.Quę igitur eſt philoſophorũ opinio,& q̃ eorum funda F
menta,ſit dictũ in tantũ modo, qm̃ in multis locis adduxi & verba philoſopho-
Rõnes theologorum in oppoſitum. rũ,& alia plurima argumẽta,q̃ cũ occurrit,videas. Supereſt hactenus rationes
noſtras inducere,& eas bene exponere. prima itaq; ratio põt cõponi ſic.ſi in-
tellectus diuinus non intelligit indiuidua,eſt ex parte intellectus Dei defectus,
vel ex parte difficultatis rei:vt enim Auer. inquit.2.Meta.com.1.duplex eſt
difficultas cognoſcendi res,aut ex parte cognoſcentis,aut ex parte rei cognitę:
quod & in litera colligitur:non ex defectu intellectus,cũ intellectus Dei ſit ſum
mus,& habeat rationes intellectus ſimpl'r:neq; ex parte rei, qm̃ potentia infe-
rior ad intellectũ Dei,cõprehẽdit ſingulare,vt intellectus noſtri mediante ſenſu.
Adhuc,& ſenſus ipſe,ergo multomagis erit facilioris cognitionis apud mentem
primã. Adhuc intellectus intelligens aliquã quiditatẽ, vel rõnem quiditatiuã p
ſe,intelligere põt oĩa illa,in quibus illa ratio includitur:ſed intellectus Dei co-
gnoſcit rõnes entis per ſe.ergo oĩa illa,in quibus includitur:ergo & indiuidua,
& vniuerſalia,vt patet. Rurſus,oĩs intellectus cognoſcens continens perfectiſ
ſime cognoſcit oĩa contenta:ſed intellectus Dei cognoſcit eſſentiã propriã per-
fectiſsime:ergo oĩa contenta:modo,non tm̃ ibi continentur vl'ia,immo particu-
laria,cum eſſe Dei ſit oẽ,vt dicebatur ſupra. Præterea, intellectus cognoſcens
aliquã naturam,cognoſcit omne id,quod eſt idem in ſubiecto illi naturę : ſed in-

A tellectus Dei cognoſcit eſſentiam ſuam perfectiſsime: ergo cognoſcit oẽ id, quod
eſt idẽ in ſubiecto illi naturę: ſed eſſe cauſatum in genere finis, ſaltem oĩum rerũ,
eſt idem realiter ipſi eſſentię: quare intellectus Dei cognoſcentis per eſſentiã co
gnoſcet, & illã aptitudinem, & non põt cognoſcere reſpectum illum niſi termi-
num cognoſcat, ergo oẽs res cognoſcet. Et põt confirmari: q̃m, vel cognoſcit ſe
eſſe finem oĩum rerum, vel non, ſi non: ergo ſe cognoſcit imperfecte: q̃m, non co
gnoſcit ſecundum omnẽ modum poſsibilem cognoſci. ſi ſic: ergo cognoſcit ter-
minos oẽs illius, & ſic oĩa, quorũ eſt finis, vt patet. Poſt hęc, cognoſcens cõpoſi
tionẽ cognoſcit extrema: q̃m eſſe ſignificat quandã cõpoſitionẽ, quam ſine extre
mis non eſt intelligere, vt Ariſt. inquit: ſed Deus cognoſcit huiuſmodi compoſi-
tionẽ, videlicet Deus eſt melior oĩ cauſato, ſilr alterã partem contradictionis, ſ.
Deus eſt non corpus, ſimiliter Deus non eſt in tpe: ergo Deus cognoſcit oĩa hęc
extrema, & ſic cognoſcit extra ſe: quod aũt Deus huiuſmodi compoſitiones co-
gnoſcat, apparet: q̃m perfecta cognitio definitiua facit cognoſcere definitũ quo
ad oĩa, q̃ inſunt per ſe definito, & quo ad oĩa, q̃ remouentur ab illo. modo cogni-
tio Dei ſuijpſius eſt plus perfecta, q̃ cognitio definitiua: ergo, vt prius. Etiã ar-
guo. cognitio perfectior cognitione oĩum rerũ, eſt oĩum rerum & plus: ſed cogni
tio, qua Deus cognoſcit ſe eſt perfectior cognitione, qua intellectus meus intelli
git oẽs res, ſi per caſum oẽs res, intelligeret: ergo cognitio Dei eſt oĩum rerũ &
B plus: quare, non tm̃ ſe intelligit, immo & oĩa entia. Deinde arguo argumentis Rationes
Plotini: inquit. n. Plotinus in. 3. Enneade in libro. 2. de Prouidentia cap. 1. quid Plotini.
ergo de his dicendum eſtimemus? forte & mala ſimul, & bona ratio vniuerſa
cõplectitur, cuius hęc quoq; ſunt partes, &c. ex verbis illius capitis excipitur
ratio fortiſsima, q̃ põt in hunc modũ cõponi. non maioris continentię eſt mun-
dus ſenſibilis in continendo actu, & eſſentialiter q̃ mundus intelligibilis in cõti
nendo mentaliter & intellectualiter, & hoc patet oĩbus: ſed mundus ſenſibilis
eſt continẽs oĩa, & particulariter, & vniuerſaliter & actualiter & eſſentialiter
ergo mundus intelligibilis continebit oĩa mentaliter & intelligibiliter, & parti
culariter, & vlr. modo mundus intelligibilis eſt ipſe Deus, vt Plato inquit: ergo
Deus oĩa continet mentaliter, & per conſequens oĩa intelligit, quomodocunque
accepta. Adhuc, in ſecundo capite multa dicit, ex quibus poſſunt excipi ratio-
nes non paruę: põt ergo argui ſic, quatenus eſſendo agit, taliter intelligendo in-
telligit: ſed eſſendo oĩa extra ſe facit & totũ mundũ: ergo, & intelligendo totũ
intelligit. maior patet: minor patet ẽt: q̃m, ſicut ſol lucendo illuminat, ſi Deus eſ-
ſendo totũ & oẽ producit: quare intelligendo oẽ totum intelligeret. Et põt cõ-
firmari: q̃m, vel Deus producit aliquod extra ſe, vel nihil. & ſi nihil, eſt contra
peripatheticos, immo totũ & oẽ cauſauit. & ſi totũ, ergo & totũ intelligit. Rur-
C ſum, ab ipſo Deo ipſę res non ſolũ habent eſſe, immo ẽt vt cauſę ſint: ergo, ſi ha-
bent eſſe, & eſſe cauſas a Deo: ab eodẽ habebunt officiũ cauſæ propriũ. hoc aũt
eſt conſeruare, & curare, quod facit. quare, ſi a Deo huiuſmodi cauſę oẽs hoc ha-
bent officiũ, conſonũ eſt vt & ipſe hoc habeat potiſsimũ, ſ. vt oĩa curet, & ſin-
gula: cũ maxime cã ſit non tm̃ cã eſſendi oĩbus, immo & officiorũ oĩum cauſa-
rũ. Præterea, & in altera Enneade de materia põt hæc ratio colligi. non maio-
ris continentię ſubiectiuę eſt materia, quã ſit prima forma, ſeu primus motor: ſed
materia prima continet oẽs formas in potentia, non tm̃ in vniuerſali, immo &
proprijs potentijs, vt Plotinus inquit. propter quod materiã infinitudinẽ dicit eẽ:
ergo, et prima forma, primuſq; motor oẽs formas actu continet: maiorẽ huius ſyl
logiſmi Auer. 12. Meta. com. 18. &. 36. dixit: ergo primus motor oẽs formas con
tinet. Et vltimo, per hoc Platonis eſt ſermo in Thimeo, qui poſtquã Deus p-
duxit mentẽ angelicam, finxit ipſum vocaſſe eos, & pręcipere eis vt alia crea-
rent mortalia, quẽadmodũ & ipſe fecit eis: modo, per ſe patet pręceptum nõ eſſe
de ignoto ſimpliciter: ergo, ſi Deus pręcepit intelligentijs creare, & alia morta-
lia contueri Deũ non eſt dubitandũ. Adducerem alia plurima verba philoſo-
phorũ, & alias rationes, ſed continue reperies illa hincinde in meis dictis. quæ
arguitur, ſit lex noſtra, & quõ non minoris probabilitatis ſint eius argumenta,
modo pſpicuũ ex his eſt. Vt igitur appareat nos nihil impoſsibilitatis ſuſtinere,

Solutio rationum philoſophorũ.

Ad argumenta philoſophorum reſpondetur. Ad primum itaque dicendum: D
quod Deus intelligit ſub vnico actu particulari ſuę eſſentię oĩa, & infinita: non
quidē motiue, ſed terminatiue ſecundarie, vt nos theologi dicimus. Et qñ dr̄ infi
nitum eſt per ſe ignotũ. dicendũ, quod hoc verbũ Ariſt. verum eſt apud ipſum,
qui tenet oē intelligibile eſſe a noſtro intellectu cognoſcibile, et quod intellectus
Dei nihil intelligit extra ſe: & ideo, ſi non cognoſcitur a noſtro intellectu, a nul
lo cognoſcitur: & ideo dicit illud eſſe per ſe ignotum: ſed, ſecundum nos illud
verbũ falſum eſt: qm̃ ſtatutum eſt aliquod apud mentē Dei, quod apud noſtrũ in
tellectũ eſt occultum: replicę, quę fiunt hinc inde, perquire eas in libris theolo-
gũ noſtrorum. Ad ſecundũ, intelligere aliud eſt duobus modis. vno modo nō vir
tute alicuius, quod eſt in ipſo, vel ipſum intelligens, & ſic maior eſt vera. alio mo
do aliud virtute eſſentię intelligentis, & ſic maior falſa eſt: qm̃ Deus, ſi intelligit
res extra ſe, non intelligit illas ſimpliciter, ſed virtute ſuę eſſentię. Ad proba-
tionē primam dicendum, quod illa minor proſyllogiſmi eũ vera de intelligente
aliud primo modo: ſed de intelligente aliud ſecũdo modo falſa eſt. Ad ſecundā
probationē dicendum, quod falſum eſt, quod oĩs diſtinctio ſumatur a priuatione:
in Deo. n. ſumitur illa diſtinctio: qm̃ Deus eſt diuerſus a rebus, & illis cōueniēs:
eſt quidē diuerſus, vt ens per eſſentiā, eſt vero conueniens, vt agens eas: et ideo,
vt diuerſus reſpondet ei eſſe pro primo obiecto, vt agens, reſpondet ei ſecunda- B
riũ obiectũ, ſ. res conceptæ: & ſic patet vnde ſumitur diſtinctio in Deo. Ad ter
tiam rationē principalē, comprehēdere particulariter & ſignate eſt duobus mo-
dis: vno modo ſignificatione accepta a re concepta: & ſic maior eſt vera. alio
modo ſignificatione ſumpta a cognoſcente: &, ſic falſum eſt. Deus. n. cōprehen
dit prout in virtute ſua cauſatiua continet oēs res particulariter et ſignate: &, ſic
patet qđo Deus particulariter & ſignate intelligit ex parte eius: & patet, quali-
ter eſt hoc non formaliter, ſed virtualiter: conuenit. n. in modo ſe habendi virtua
liter, & non formaliter cũ indiuiduis. Ad quartā negatur minor; intellectui. n.
noſtro, vt intellectus, non repugnat ſed, vt noſter eſt; quia, vt intellectus noſter
non continet ſingularia virtualiter, & ideo non pōt intelligere ſingularia p eius
eſſentiā: & quia, per eius eſſentiam non intelligit, nec motiue: ergo ei ſimplr re-
pugnat: tñ intellectus Dei pōt, immo de facto intelligit: qm̃ continet illa in vir-
tute cauſatiua; & ſic, per eius eſſentiā intelligit illa: non ergo repugnat intelle-
ctui noſtro, vt intellectus eſt, cũ aliqua ſpecies intellectus id ponit. Ad quintā
dicendũ, quod Deus intelligit ſingularia non, vt ipſe perficitur, neq; imperfici-
tur, & tñ non fruſtra intelligit: qm̃ intelligit vt ſingularia perficiat, & ea com-
pleat: & ſic nō ocioſe facit. Ad ſextā dicendum, quod per eius eſſentiā: & dico
quod non per modũ conuenientē eius naturę, ſed eius virtuti cauſatiuę: modo eſ-
ſentia eſt vniuerſalis per eſſentiā: eſt tñ particularis in cauſando, & ideo particu C
laria pōt repręſentare particulariter. Ad ſeptimā dicendũ, quod conſequentia
nihil eſt. concedo tñ, prius natura cognouit partes quā totũ, cũ non ſit ſecundum
ſuā naturā aliter cognoſcibile: ſed, quia Deus non per notitiā partiũ deuenit in
notitiā totius, ſed partes cognoſcit per eſſentiā, & totũ per eſſentiā, ideo non di-
ſcurrit, cũ eodē ſint ei nota ambo. Vt igitur appareat nos ſuſtinere legem pro-

Solutio rationũ theologorum.

pter rationes ſolubiles, ideo ad rōnes noſtras eſt reſpondendum. Ad primā di-
cendũ, quod multũ differt difficile, et impoſſibile: oē. n. difficile eſt altero duorũ
modorũ, vt Auer. dixit: ſed impoſſibile non ex altero illorũ: ſed, quia nec Deus
eſt idoneus intelligere, nec ſingulare aptũ intelligi, eſt ergo impoſſibile ex par-
te vtriuſq; apud philoſophos. Ad ſecundā, maiorē eſſe verā: tñ minor falſa eſt:
qm̃ Deus non intelligit rationē entis cōmuniſſimā: ſciētia. n. Dei neq; vniuerſa-
lis, neq; particularis eſt ſecundũ philoſophos: ſed tm̃ ſe intelligit, id eſt, eſſentiā
eius, quā ponunt theologi primũ obiectũ eius. Ad tertiā maior eſt vera, ſed mi-
nor falſa: qm̃, ſecundũ philoſophos ibi non continentur cauſata ſub proprijs ra-
tionibus, ſed eo gradu, quo Deus concurrit ad illa: & ideo, ſub gradu entis eſſen-
tialiter & per ſe intelligit illa, vt Auer. inquit in his, quę dicit cōm. 51. 12. Meta.

Obiectio.

Sed dices, ergo ſcientia Dei eſt imperfectiſsima, cũ ſit oĩum ſub ratione tranſcen

Solutio.

dentis. Dicendũ, negando conſequentiā: qm̃, non intelligit res ſub gradu entis

A cõmunis decẽ prędicamentis: ſed, ſub gradu entis ſimpliciter, quod eſt eius eſſentia, quã nos obiectũ primũ intellectus eius appellamus: et, ideo ſciẽtia, qua Deus intelligit, neq; eſt ſub ratione vniuerſali, neq; ſub ratione particulari: cũ eius eſſentia neq; ſit vniuerſalis, neq; indiuidua proprie, & vniuoce loquendo de his. Ad quartã dicendũ, quod eſſe cauſatiuum põt accipi dupliciter. vno modo pro abſoluto Dei, cui intellectus noſter attribuit reſpectũ aptitudinalẽ cauſę finalis, formalis, & agentis: & ſic cõcedo, quod ſi Deus cognoſcit illũ reſpectum, cognoſcit oĩa. modo Deus non cognoſcit illum reſpectum, cũ ille in Deo ſit, ſicut dextrũ in columna: Deus n. non refertur ad cauſata relatione exiſtente in eo, ſed in cauſatis: ſed, ſi capitur cauſatiuum pro abſoluto, cui attribuimus reſpectũ cauſę: ſic concedo, Deum intelligere cauſatiuũ ſub ratione finis, & efficiẽtis, & formę: tñ, non ſequitur quod cognoſcit illa, quorũ eſt: qm̃, non intelligit ſe ſub ratione relatiua, ſed abſoluta. Ad formã concedo, vſq; ad minorem ſequentis ſyllogiſmi, ſ. ſed eſſe cauſatiuum eſt idem realiter, &c. hęc. n. minor eſt falſa, capiendo eſſe cauſatiuũ primo modo: qm̃, vt ſic, eſt ens rationis: & ens rationis nec eſt idẽ, nec diuerſum realiter ab alio. ſecundo modo eſt verum, ſed non ſequitur ꝓpoſitum. Ad confirmationem dicendum, quod non cognoſcit ſe eſſe finem, prout finis dicit reſpectum cauſæ finalis: &, tunc nego conſequentiam: qm̃, ſi Deus

B cognoſceret ſe ſub ratione finis, imperfecte ſe cognoſceret, & nõ perfecte: quia, tunc ſub ratione relatiua cognoſceret, et non abſoluta: nec oportet, vt cognoſcat ſe ſecundum oẽm modum poſsibilem cognoſci, quia ſic vileſceret: ſed oportet, vt cognoſcat ſe ſecundum oẽm modum dicentem perfectionem, & ideo ſub ratione abſolutiſsima, & ideo ſecundũ ſuã eſſentiam tñ. Ad quintam principalẽ dicendum. minor falſa eſt: qm̃, vt Auer. inquit, Deus cognoſcit tñ ſe & puriſsime, & incomplexiſsime, vt inquit in. 3. de Anima com. 27. & ideo inquit ibi, qđ ſemper verificat in intelligẽdo ſe, vide. Ad probationem dicendũ, quod Deus cognoſcit ſe perfectius, quam per modũ definitum, non tñ oportet vt cognoſcat ſe, vt differt, &c. qm̃ vileſceret: illa enim perfectio cognitionis non attenditur penes modum cognoſcendi, & artem apprehendendi, ſed penes rem cognitam, & apprehenſionem ipſam; & ideo, non oportet vt cognoſcat ſe, vt differt a quolibet non ipſo. Ad ſextam. maior falſa eſt: qm̃, non dr̃ cognitio perfectior, quia ſit plurium rerum: ſed, quia entis perfectioris: modo eſſentia eius eſt omnium rerũ perfectiſsima & nobiliſsima, ideo eſt perfectior quam cognitio omnium rerum. Ad ſeptimam, Plotini maior diſtinguitur: qm̃ maioris continentię continere eſt duobus modis: aut penes plures modos continendi, aut penes perfectiorem modũ continendi. dico ergo quod maior eſt vera ſecundo modo, & non primo modo: & ſic minor non eſt ad propoſitum: qm̃ Deus continet omnia per eſſentiã, nõ Solutio rationum Plotini.

C tamen proprijs rationibus: qm̃ illud dicit imperfectionem apud philoſophos. Ad octauam, & nonam infimul concedo Deum omnia intelligere, ſed nõ extra ſe: ſed eſſe eius, quod eſt oĩa: & ideo eſſendo omnia producit, & intelligendo: neq; oportet, quod ſicut producit extra ſe, ita intelligat extra ſe; qm̃ intelligit productum intelligendo ſe, id eſt, eſſentiam propriam, quę eſt totum & omne nõ proprijs rationibus, ſed ratione eſſentię eſſentialiter, & formaliter. Ad decimã patet ſolutio. Deus enim omnia curat, & potiſsime non rationibus proprijs quia vileſceret, ſed ratione eſſendi. eſſe enim eſt primus effectus Dei, & ideo curat dãdo eis eſſe, quod habet ipſe per eſſentiam, vt vides. Ad vndecimam patet ſolutio. materia enim continet proprijs rationibus quia in potentia: Deus autem vno actu continet omnia: quia eſſentia eius eſt omnia, vt vides: ideo continentia Deĩ eſt in actu, & materię eſt in potentia. Plato autem opinatur Deum curam habere ſingulorum, ideo non eſt noſter: & forte illud poteſt gloſſari, & non curo. Ex his apparet, quomodo lex noſtra nullum tenet impoſsibile, & quod illud, quod tenet, eſt verum, & non minoris probabilitatis quam poſitio philoſophorum. Semper itaq; habenda eſt fides tanquam credita, & vera.

DE DIMINVTIONE EORVM IN CONSTITVENDO RATIONEM, QVOD COELI SINT ANIMATI, SERuientes Deo glo. motu circulari eorum,& quod moueantur voluntarie.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et etiam dixerunt ꝙ cœli ſunt animati,
& ꝙ habent animam, cuius proportio ad corpus cœ
li eſt ſicut proportio animę noſtrę ad corpus no- B
ſtrum.&, ſicut corpora noſtra mouentur voluntarie
ad partem voluntatis noſtrę, & ad motum animę,
ſic etiam cœli.& ꝙ motus cœli ſimpliciter, & eſſen-
tialiter ſeruit domino mundi, modo, quem narrabi
mus. Dixit & opinio eorum in hac diſputatione
eſt, quæ non poteſt euitari. & nos non diſputabimus ad reprobandum
eam. nam Deus glo: poteſt creare vitam in omni corpore: & fortitudo
corporis non poteſt euitare quin ſit animatum, nec quin ſit rotundum.
nam figura appropriata non eſt conditio vitæ, cum animalia cum di-
uerſitate figurę eorum communicant in receptione vitæ. ſed nos di-
ſputabimus de diminutione eorum in ſcientia huius rei ratione intel-
lectus. & hoc profecto, ſi eſſet verum, ipſi quidem id non apprehendũt
niſi Prophetę, quorum animæ requieſcant in pace, cum diuinitate
Dei glo. aut prophetia: ratiocinatio vero intellectus ad id non per- F
ducit. Veruntamen non negatur ꝙ poſsit ſciri hoc ratione, ſi reperire-
tur ratio, aut hoc bene erit fortunato viro: ſed dicimus ꝙ ea, quam po-
ſuerunt rationem, non conuenit niſi ad habendum exiſtimationem.
ꝙ autem adipiſcatur veritatem determinatam, & ſententiam meram
non. Imaginatio autem eorum eſt, quia dixerunt cœli mouentur: &
hæc eſt propoſitio ſenſui manifeſta. & omne corpus mobile habet mo
torem: & hæc eſt propoſitio intellectu cognita. nam, ſi corpus eſſet mo
bile, ex eo ꝙ eſt corpus, eſſet profecto omne corpus mobile. & omnis
motor aut prouenit a ſubſtantia eius, quod mouetur naturaliter, vt
eſt motus lapidis deorſum, & voluntate, vt eſt motus animalis cũ poſ-
ſe, aut erit motor ab extra, ſed mouet violenter, ſicut eſt impulſio lapi
dis ſurſum. Et omne, quod mouetur ex re exiſtenti in ſeipſo, aut non
apprehendit hanc rem in motu: & nos appellamus eam naturam, vt
eſt motus lapidis deorſum; aut apprehendit eam; & nos appellamus

A eam voluntariam,aut animalem. Motus autem vniuerſalis circularis eſt his diſtinctionibus inter negationem, & affirmationem,aut violentus,aut naturalis, aut voluntarius. &, cum deſtruantur duæ partes,remanet tertia.& impoſsibile eſt vt ſit violentus,quoniam motor inclinans aut erit aliud corpus,quod mouetur voluntarie,aut violenter,& finiet proculdubio ad voluntatem.& quotieſcunque affirmabitur in corporibus cœli mobile voluntarie,iam habemus intentum, & ad quid ponuntur motus violenti.& in fine impoſsibile eſt quin deueniamus ad voluntatem.aut dicatur ꝙ mouentur violenter, & Deus glo.eſt,qui mouet eos immediate,quod eſt falſum.nam, ſi mouerentur ab eo,in eo ꝙ ſunt corpus,& in eo ꝙ ſunt creaturæ eius, ſequeretur vt moueatur omne corpus.& ipoſsibile eſt quin approprietur motus aliquo attributo,quo diſcernantur ab aliis corporibus.& hoc quidem attributum eſt mouens propinquum aut voluntarie, aut naturaliter.& impoſsibile eſt vt dicatur ꝙ Deus glo.ſit motor eorum vo-
B luntarie:quoniam voluntas proportionatur corporibus eadem proportione. & quare eſt aptum hoc corpus præcipue ꝙ velit id mouere, & non aliud? & impoſsibile eſt vt ſit hoc exiſtimatiuo iudicio, nam hoc eſſe falſum diximus in diſputatione de creatione mundi. Et, cum probatum fuerit ꝙ hoc corpus neceſſe eſt vt ſit in eo aliquid, quod ſit principium motus,deſtructa eſt prima pars,& eſt ponere motũ violentum:remanet ergo vt dicatur ꝙ eſt motus naturalis. quod quidem eſt impoſsibile.nam naturalis tantum non erit cauſa motus. moueri enim nihil aliud eſt niſi recedere ab vno loco, & petere alium locum. locus autem,in quo eſt corpus, ſi eſſet ei conueniens, non moueretur ab eo. Quare nõ mouetur vter plenus aere in ſuperficie aquarum, &, cum plenus fuerit aqua,mouetur in ſuperficie aquarum? nam inuenit locum conuenientem,& quieſcit in eo.& natura eſt fixa. & ideo, cum permutatum fuerit ad locum non conuenientem ei, recedit ab eo ad
C conuenientem,ſicut recedit à medio aquæ ad terminum aeris. motus vero circularis non poteſt cõſyderari ꝙ ſit naturalis.nam quicunque locus aut vbi ponatur,à quo recedit,ad eum redit.& is, à quo fugit, à nobis naturaliter,non quæritur naturaliter. & ideo non ibi vter aeris ad intus aquam, nec lapis it poſt quietem ſupra terram, & tendit ad aerẽ:ergo nõ remanet niſi tertia pars,& eſt motus voluntarius.

Proponit Alga.in primis Peripatheticorum intentionem in quæſito præſenti,ſecundo ibi,(Et dicimus.) Examinat philoſophorum opinionem, quam autẽ continuationem habeat huiuſmodi diſputatio ad prædictas,non ſat accipitur.&, ideo huiuſmodi diſputatio eſt tanquã theorema per ſe vtile ad veritatem per ſe: plures enim harum ſunt inconnexæ inuicem.inquit ergo, dicunt Peripathetici, ꝙ cœlum eſt animal:hoc eſt vnum communiter conceſſum, & ſup.dicunt ꝙ cõparatio ipſius cœli animæ ad eius corpus eſt cõparatio noſtratum animarum ad noſtrum corpus:cuius rationẽ reddit.d.eo ꝙ, ſicut anima voluntate mouet verſus partẽ deſideratam,vt apparet in experientia propria, ſimiliter corpora cœleſtia mouentur ſup.ab eorum anima ſimpliciter verſus partem certam ob obedientiam & reuerentiam glorioſi Dei.hæc igitur eſt philoſophorum opinio, vt Alga,inquit hoc in loco,quæ melius loco eius pertractabitur,(Et dicimus)cum

philoſophorum induxit opinionem,hoc in loco examinat eorũ opinionem, & D
inquit,& dicimus ꝙ hæc opinio non eſt neganda,ſup.tanquam impoſsibilis. cu-
ius rationem reddit,& inquit. Deus enim poteſt dare, vnicuiq; corporũ vitã, &
diſcretionem,id eſt intellectum,vel rationalẽ animam.&,quia Peripathetici di
xerunt cœlum habere animam propter magnitudinem,& figuram, oſtendit hu-
iuſmodi rationem neceſsitatem non habere,& inquit,& non propter ſuam ma-
gnitudinem,& rotunditatem. vult dicere dedit corpori cœleſti vitã, ſed ad ſuũ
beniuolitum & placitum. Adhuc apponit & ſignum confutans opinionem epi-
curcorum,qui dixerunt cœlum non eſſe animal, eo quia eſſet nimis magnum.
hoc itaque confutans inquit,& poſsibile eſt quod ſit viuum.nam animalia, licet
in figuris,& magnitudinibus differunt,communicant ſine dubio in proprietati-
bus vitæ.eſt ergo ſoℓ.epicurei motiui,quod licet cœlum animal ſit magnũ, non
propter magnitudinem debet abnegari ipſum eſſe animal:quoniam, etſi differũt
animalia penes magnitudinem,poſsibile eſt vt in viuendo conueniant. (Sed id,
quod)cum quodammodo admiſit opinionem Peripatheticorum,hoc in loco ex-
ponit in quo non eſt tenẽda,& inquit. Sed id, quod attribuimus eis ſup.nos phi-
loſophi de debilitate dicentes,Illa corpora fatigatione,& labore moueri, nõ eſt
quod poſsit probari auctoritate, id eſt ratione: niſi hoc haberemus a traditione
diuina,videlicet a prophetarum reuelatione,ſed demonſtratione non ſup. habe
ri poteſt.eſt ergo peccatum philoſophorum in eo,quod dicunt quoddam nulla ra B
tione comprobatum,(Quare dicimus)quia oſtendit primam partem opinionis
eſſe admittendam tanquam poſsibilem, vult hoc in loco oſtendere eam nõ eſſe
admittendam tãquam veram,& neceſſariam:eo quia nullæ ſunt rationes demõ-
ſtratiuæ pro ea, vt ſeriatim exponitur. Inquit ergo, quare dicimus ꝙ illæ ratio-
nes,quæ dictæ fuerũt ſuper hoc,non cõcludunt demonſtratiue, ſed tñ fortificãt
opinionem, vult dicere ꝙ ſunt probabiles, & dialecticæ, & accepit illas. &
primo narrat primã dicens,vnde prima auctoritas ipſorum hæc eſt, & compo-
nit ſyllogiſmũ in ſecundo primæ,& accepit minorem, & inquit, cœlum moue-
tur.hæc eſt propoſitio ſenſibilis. vult dicere ſenſu perſpicua ſenſu enim digno-
ſcitur cœlum in viginti quatuor horis diſcurrere ab oriente ad occidens redeun
do ad orientem.& accepit maiorem, & inquit, & omne corpus mobile habet
mouens.& accipias concluſionẽ,ſcilicet ergo cœleſte habet mouens. & hoc eſt
eſſe animatũ,& anima,vt declarabitur, & inquit, & iſta propoſitio eſt intelle-
ctualis,i.ratione comprobata,vt in 8.& 7.Phyſi.dictum eſt.probat autem ma-
iorem quodammodo per impoſsibile,& inquit.ſi enim corpus, inquantũ corpus
moueretur,ergo omne corpus moueretur. vult dicere, corpus mouetur. vel igitur
ratione corporeitatis tantum,vel ratione motoris diuerſi a corporeitate. ſi ratio-
ne corporeitatis,ergo omne corpus mouebitur:qm̃,in omni corpore eſt cauſa to
talis motus.ſi ratione motoris diuerſi,&c. ergo verificata eſt maior, videlicet ꝙ F
omne corpus,ſcilicet ꝙ mouetur, motorem habet aliquo modo diuerſum a ſua
natura corporea. Verificatur ergo cõcluſio.ſ.ꝙ corpus cœleſte habeat motorẽ
mouentẽ ipſum.(Et tunc aut.)Cũ concluſit corpus cœleſte moueri a quodã mo-
tore,procedit vlterius,& inquit,& tunc,aut iſte motus, ſcilicet cœli procedit a
ſubſtantia,ſcilicet motore moto tanquam a natura; vt mouetur lapis deorſum,
aut mouens illud corpus dicto motu,eſt extra illud corpus, ſcilicet mouens ip-
ſum modo violentiæ,id eſt motu violento, vt lapis proiectus ſurſum. & quodam
modo ſupponens cœlum non moueri altero ipſorum motorum,ſed per ſe, & de
ſe,adhuc ſubiungit diuiſionem,& inquit,& omne mobile de ſe, aut non ſentit,
id eſt mouet non cognoſcendo ſuum motum, vt lapis motus deorſum, aut ſentit,
id eſt comprehendit motum: & talis motus dicitur voluntarius, aut animatus,
aut animalis:&, quaſi accipiens vim argumẽti iterum reſumit totum, & inquit.
vnde reſultat ex iſta diuiſione, quod partes, id eſt ſpecies motus, quæ traditæ
ſunt, id eſt quæ debent accipi in hoc argumẽto,continentur in tribus, videlicet
violento, naturali,& voluntario.& ideo reprobatis duobus ipſorum, remanet
tertius neceſſario,id eſt,ſed,ſi declarabitur quod neque naturaliter, neque vio-
lente mouetur,concluditur ꝙ voluntarie mouebitur. oſtendit ergo quod neutro

A illorum duorum, & inquit, ſed impoſsibile eſt ꝙ motus orbium ſtat violenter, &
reddit rationem, & inquit, id nãque, quod violenter mouetur, aut eſt aliquod cor-
pus mobile voluntate, vt animal, aut violenter tantum, vt lapis: & quomodocũ-
que, oportet ꝙ perueniat in fine ad voluntatem, vnde oſtenſo, quod orbes vo-
luntarie mouentur, nos habemus intentum: qualis igitur vtilitas eſt ponere vio-
lentum motum, id eſt ea moueri motu violento? Poſtquam, in fine oportet re-
ducere illa ad voluntatem, vult dicere quomodocunque ponatur, oportet pone-
re cœlum moueri per appetitum, & intellectum, ergo ſuperfluit, fugiendo adpo-
nere ipſum moueri violenter. (Si diceremus.) Sol. quorundam apponit, & eam
confutat, & inquit; ſi diceremus tamen ꝙ cœlum mouetur violenter, & ꝙ Deus
mouet ipſum ſine dubio. eſt ergo ſol. ꝙ cœlum violenter mouetur, & a Deo im-
mediate. huic ſtatim obijcit Alga. & inquit, dicemus ꝙ eſt falſum, & hoc probat
duabus rationibus ducentibus ad impoſsbile: quarum prima poteſt ordiri in
hunc modum. ſi Deus mouet corpus cœleſte, aut mouet ipſum ſine omni medio,
ita quod ad motum cœli ſufficit primus motor, & corpus, aut mouet ipſum con-
currente adhuc aliqua proprietate mouente vltra Deum. primo, ergo deſtruit pri
mum membrum, & inquit, ſi enim moueret ipſum inquantum corpus, vult dice
re, nullo concurrente in ratione motoris, ſequeretur quod omne corpus mouere-
tur ab eodem Deo. conſequentiam declaro: quoniam, qua ratione Deus poteſt
B mouere corpus cœleſte nullo alio concurrente in ratione motoris, eodem modo
& quodlibet corpus: quoniam omnia corpora ſunt vnius rationis in ratione cor
poris: &; ſi Deus ſufficit ergo fruſtra ponetur motor appropriatus, & forma pro-
pria vnicuique, cum ipſe ſolus ſufficiat. &, quia totum hoc eſt impoſsibile, ideo
conſtruit alterum membrum, & inquit, ergo oportet quod corpori cœleſti appro
prietur quædam proprietas. i. forma, a qua mouetur: ob quam, & penes quam
diſtinguitur ab alijs corporibus: ergo illa proprietas eſt ſine dubio mouẽs pro-
pinquum: &, tunc accipit vnum per ſe notum, & dicit: & eſt ſine dubio natura,
aut voluntas, & cum ſup. non ſit natura, ergo erit voluntas: & ſic anima erit, vt
Auicen. inquit. (Et impoſsibile.) Adhuc arguit idem ſecunda ratione: &, primo
proponit intentum, & inquit, & impoſsibile eſt dicere quod Deus mouet ipſum
propria voluntate. vult dicere, ſine omni medio, in ratione motoris proximi.
& hoc probat, & ſyllogizat in prima figura hoc modo. nulla voluntas vnifor-
mis habens vnum, & eundem reſpectum omnibus corporibus mouet alterum
illorum motu determinato. hæc recipitur a Peripatheticis tanquam manifeſta:
tunc accepit Alga. minorem. d. ſed voluntas Dei vnum, & eundem reſpectum
habet omnibus corporibus tunc apponit vim concluſionis, & inquit, declaratũ
eſt ergo quod oportet dictum corpus habere quoddam principium motus. i. pro-
C prium ei tantum: & ergo concluditur quod non mouetur violẽter. (Et dicimus.
Vult cõcludere quod motus cœli non eſt naturalis, & hoc proponit. d. etiam di-
cimus quod impoſsibile eſt, quod moueatur naturaliter, & reddit rationẽ, & po-
teſt componi in hunc modum. omnis motus naturalis eſt de loco violento ad lo-
cum naturalem corporis moti: ſed motus cœli non eſt de loco violento ad locũ
naturalẽ: ergo motus cœli nõ eſt naturalis. huius primo accepit vim maioris. &
omnino reputo iſtũ locũ eſſe male trãſlatũ, vel eſſe corruptũ propter ſcriptores.
inquit ergo, natura. n. inquantum natura, non eſt cauſa motus. motus enim eſt di-
mittere locũ, & ingredi locũ: ecce, quõ nullum ſenſum facit: ideo videtur mihi
literam eſſe ſic legendam: natura enim, inquantum natura, non eſt cauſa motus,
niſi prout eſt de loco violento in locum naturalem: motus enim eſt dimittere lo-
cũ violentũ, & ingredi locũ naturalem: &; ſi litera ſic ſtat, ſermo eius eſt vis ma
ioris, vt patet. & quod litera debet ſic ſtare, oſtendit exemplũ eius, quod appo-
nit. d. vnde, ſi locus, in quo corpus mobile erat, erat ei competens, nõ dimitteret
eum niſi ſup. violente. & exẽplo illud patefacit dicens huiuſmodi ratione: ple-
nũ vẽto. i. vter inflatus, ſuper faciem aquæ ſtantis poſitum, nõ mouetur. & addo
ſtantis, quoniã currente aqua cõflueret inſimul: ſed, ſi arctetur, id eſt in fundum
retineatur, & poſt ſuæ naturæ relinquitur, moueretur donec ſuper faciem
aquæ aſcendit: quoniam, ibi eſt locus ſuus competens, & ideo, quando corpus

ſup.transfertur de loco incompetenti ad locum competentem, mouetur effugien D
do de innaturali ad naturalem: ecce, quomodo hoc exemplum manifeſtat erro-
rem literæ: & propter hoc mihi accidit labor in commento iſtius libri: quoniã,
non reperio ſermones eius emendatos, propter quod nolebam ſcribere: ſcio ta-
men ad minus ex meo commento haberi principium inueſtigandi veritatem,
& ideo videntes me non debent me deteſtari, ſed prius cõſiderare totũ. (Vnde
ex hoc.) Cum accepit maiorem, vel aliquid loco eius, & explanationem illius
per exemplum. hoc in loco recolligit concluſionem, & minoris probationem. d.
vnde, ex hoc poteſt concludi ꝙ motus circularis non eſt naturalis: & accepit
probationem minoris, & tacuit illam. erat enim minor: ſed motus cœli non eſt
de loco violento ad locum naturalem, & hanc probat: & poteſt ſyllogiſmus
componi nullus motus, cuius corpus motum caret ſitu determinato, eſt de loco
violẽto in locũ naturalẽ: ſed motus cœli, & vniuerſaliter omnis motus circula-
ris eſt corporis carẽtis ſitu determinato: & hanc tangit. d. nullum. n. mobile cir-
culariter ſitũ habet determinatũ, immo vnde venit, illuc redit. Concludit ergo
tertiũ mẽbrũ. d. remanet ergo qđ motus orbiũ ſit ſine dubio volũtarius: & ſic pa
tet prima ratio Peripatheticorum, & quã mihi difficilis fuit expoſitio eius.

AVEROES. B

AIt Auer. Quod autem poſuit Alga, in hoc ſermone, quòd omne, quod mouetur, aut mouetur ex ſe, aut mouetur ex corpore ab extra: & hoc eſt, quod appellatur violentia, eſt notum per ſe. Quòd autem omne, quod mouetur ex ſe, nòn eſt motor in eo, niſi motum, eſt quid non notum per ſe, ſed eſt famoſum. Philoſophi autẽ laborant in demonſtratione, ꝙ omne motum, quod mouetur ex ſe, habet motorem repertum in eo, qui eſt diuerſus à moto, & fecerũt alias propoſitiones notas ex ſeipſis, & propoſitiones, quæ ſunt concluſiones aliarum demonſtrationum, & eſt quid, quod habetur ex libris eorum. Et ſic etiam non eſt notum per ſe ꝙ omne motum, quod mouetur à motore ab extra, finitur ad motum ex ſeipſo. Et iſtæ propoſitiones, quæ poſitæ ſunt hic, ꝙ ſint propoſitiones notæ ex ſe, ſunt in eis ex ambabus ſpeciebus ſimul, ſcilicet aliquę ſunt, quæ ſunt concluſiones, & aliquæ, quę ſunt notæ ex ſe. Quòd autem motum ex ſe, E non ex corpore ab extra, ſit motũ aut ex ſe, & natura ſua, aut ex principio in eo: & impoſsibile eſt vt moueatur ex alio, quod non ſentitur, nec comprehenditur ſenſu, quod eſt diſtinctum ab eo ab extra, ac ſi diceres id, quod non eſt corpus, eſt quid notum per ſe. & iam laboramus in hoc libro in declarando hoc, ſ. ꝙ, ſi ſic eſſet, nòn erit motus ſurſum dignior in igne, quã terra. & hoc eſt notum per ſe. Quòd autem non moueatur ex ſe, & natura ſua, apparet in rebus, quæ mouentur aliquando, & quieſcunt aliquando. nam id, quod eſt naturaliter, non habet agere duo contraria: in rebus vero, quæ apparent ſenſu moueri cõtinue, neceſſe eſt fieri demonſtrationem. Id autẽ, quod poſuit hic in hoc ſermone, ꝙ motũ ex ſe mouetur ex principio in eo, quod appellatur natura, aut principio, quod appellatur anima, & electio, eſt verũ, cum probauerit ꝙ non ſit hic aliquid, quod mouetur ex ſe. Id vero, quod poſuit, ꝙ principium appellatum natura, non mouetur ex ſe in

A loco, niſi cum locus fuerit non conueniens ei: nam tunc mouetur ad locum ſibi conuenientem, in quo quieſcit: eſt verum. ſed id, quod poſuit etiam, ꝙ motum circulariter non habet locum non conuenientẽ, & conuenientem, & permutatur ab vno ad aliud non in toto, nec in partibus, eſt quaſi notum per ſe, & facile comprehenditur. et recitauit in hoc ſermone aliquid ſuę conſiderationis, & declarationis. quare neceſſe eſt vt non moueatur naturaliter, cum intelligimus per naturam hoc, quod ipſe imaginatus eſt. Et ſic id, quod poſuit, ꝙ, cum non mouetur naturaliter, mouetur ab anima, aut potentia ſimili animę, apparet ex eo, ꝙ ipſe tenet ꝙ anima in corporibus cœleſtibus non dicitur de eis niſi ęquiuoce. & plurimum, quod appellant ſapientes nomen naturę, eſt ſuper omnem potentiam, quę agit actione intellectuali, ſ. currit curſu ordinis, & proportionis, quę eſt in rebus intellectualibus, ſed auferunt à cœlo talem potentiam vilem, cum fuerit ipſum apud eos id, quod tribuit hanc potẽtiam regitiuam omnibus entibus.

B Attamen hic ſermo, quem hic recitat ex propoſitionibus noſtris, eſt topicus, ex eo quòd aſſumpſit in eo plurimum eius, quod eſt cõcluſio demonſtrationis, ꝙ ſit notum per ſe: & ex eo ꝙ aſſumpſit in eo pro oppoſito id, quod non eſt oppoſitum. & eſt topicus, quoniam propoſitiones eius ſunt probabiles, & famoſę. & hęc quidem via in declarando quòd corpus cœleſte ſit corpus animatum, eſt via Auicęnę. Antiqui vero habent in hoc viã magis efficacem, & magis lucidam.

Illud, quod Auer. hic dicit, eſt manifeſtum per ſe: quia, vero in verbis eſt pauca obſcuritas, bonum eſt breuibus ipſum exponere. inquit ergo, dicimus ꝙ id, quod poſuit, ꝙ omne mobile aut mouetur a ſe, aut ab alio corpore extrinſeco: amplius, quod iſte motus ſup. a corpore extrinſeco cauſatus eſt violentus: dicimus, quod hoc verum eſt, & concedi debet: hæc ergo diſiunctiua apud Auer. cõcedi debet. omne motum aut mouetur ab extrinſeco, aut ab intrinſeco. amplius, concedi debet hæc cathegorica, omnis motus a corpore extrinſeco eſt violentus. Dubitatio. Sed dubitabis quidem, quoniam elementum mouetur: & tamen, nec a ſe & per ſe, vt Auer. inquit ſæpius: nec ab extrinſeco. Rurſum, elementum mouetur a generante ſaltem, quãdo fit, vt Auer. ait in 8. Phy. commen. 4. & tamẽ nõ violẽter. Solutio. Ideo debetis ſcire breuiter ex eis, quæ dixi vobis in expoſitione. 8. Phy. ꝙ moueri a ſe duo requiritur, ſcilicet motorem completum, qui in ratione mouendi non indiget altera. & ipſum motum completum, quod inquantum recipiens motum, nullo extrinſeco egeat: & ideo elementum non mouetur a ſe, quõ eget parte vtriuſque nunquam enim agens, id eſt, forma elementi mouet ipſum, niſi aliquod extrinſecum eius motum incitaret. Verbi gratia, remouens prohibens, vel generans: adhuc ex parte moti: quoniam, vt Auer. dicit in 8. com. 30. motum, quod eſt materia, non eſt motum completum, quoniam ipſa nõ reſiſtit formæ mouenti: & ideo indiget medio ratione, cuius materia efficitur formæ graui reſiſtens, ſicut ipſe inquit in 4. Phy. cõ. 71. ergo elementũ & ſi diuiditur in motorẽ & motũ, nullũ illorũ eſt in actu cõpleto: quõ, tam motori quã moto deficit. Animal ergo erit motum a ſe: quõ, ex parte motoris nullo indiget in rõne agentis: & dico in ratione agentis, quõ in ratione finis indiget vt appetibilis præſentia, vel apud imaginationẽ ſaltem, vt dicit Ariſt. in lib. de anima. ergo nullo eget in ratione agentis: nec ex parte moti, quõ motum in eo eſt in actu, cũ ſecluſo medio ſit adhuc reſiſtens. ergo vocat motum ex ſe, & a ſe, & per ſe. Moueri ab extrinſeco eſt duplex. ly per ſe, ergo vel ex ſe notat priuationẽ cuiuſcunque extrinſeci in ratione agentis, vel patientis, ergo mouetur a ſe: quia habet tam a parte agentis, quam a par-

te moti ſufficientē rationem motus. Secundo debes ſcire, ꝙ moueri ab extrin D
ſeco poteſt intelligi duobus modis ſecundum fundamēta Ariſto. vno modo per
circūſcriptionē cuiuſcunque requiſiti ad motum tanquā agentis, & tanquā patiē
tis. &, ſic omne motum ab extrinſeco violenter mouetur, vt patet. alio modo in-
telligi poteſt ab extrinſeco per circūſcriptionē ipſius agentis tantum: & ſic po-
teſt motū ab extrinſeco moueri naturaliter, quando ei reſpondet paſſum incli-
natū, ſicut in ethicis dictū eſt. Ad oppoſita ergo. Ad primū dicendum, ꝙ Auer.
conſiderans motorem principalē elementi, & motū principale & eſſentiale. ſ. for
mam, & materiam, dixit quandoque elementa moueri a ſeipſis non per ſe, ſed
per accidens. vult dicere non virtualiter, ſed partialiter, vt in multis locis patet:
conſiderans vero qnq; in eorū motū neceſsitatem extrinſeci medij & agentis,
dixit ſæpe illa moueri ab extrinſeco. & per hæc patet concordia dictorū Auer.
& ſolu. argumēti. Ad ſecundū obiectū ex ſecūdo apparet. (Sed id, quod dixe-
rat) adhuc circa propoſitionē aliā Alg. inſiſtens inquit, ſed id, quod dixerat, ꝙ
omne mobile a ſe eſt neceſſariū ꝙ ſuū mouēs differat a mobili. vult dicere, ꝙ
omne motū a ſe ab alio mouetur, eſt ꝓpoſitio per ſe nota. obiicit huic. d. dicimus
ꝙ hoc non eſt notū per ſe. ly eſt ꝓbabile: & philoſophi inſudāt ſe circa propoſi
tionem dicentē, ꝙ omne mobile a ſeipſo habet mouēs cōſiſtēs in eo, qđ differt
eſſentialiter a mobili. vult dicere, ꝙ Ariſt. laborauit in probādo hanc in 7. & 8.
Phy. ſimiliter nō eſt notū per ſe, ꝙ ſi omne mobile moueatur a mouēte extrin- E
ſeco, ꝙ perueniret ad mobile, quod de ſe mouetur. i. ad primū mobile ex ſe, hæ
ſunt ꝓpoſitiones Alga. ductę tanquā notæ per ſeipſas: ſed ſecundū veritatem,
quædā ipſarum ſunt notę, quædā vero ſunt concluſiones ſyllogiſmorū, vt patet.
(Sed id, quod.) apponit iudiciū ſuum circa aliud, & inquit. ſed id, quod dixit,
videlicet ꝙ id, quod mouetur a ſe, non a corpore extrinſeco aut mouetur a ſua
natura, aut a quodā principio. & ꝙ impoſsibile eſt ꝙ moueatur a re extrinſeca
ſeparata, vt puta ab aliquo incorporeo. dicimus ꝙ non eſt notum per ſeipſum.
vult dicere, quod licet ſit verū, nō tamen eſt notum per ſe. ꝙ ſit verum, patet.
qm̄ res incorporea non eſt extrinſeca a ſuo motu, vt in octauo dictum eſt. (Sed
id.) adhuc circa aliud verbū inquit, ſed id, quod dixit. ſ. ꝙ omne mobile a ſeipſo
mouetur ſine dubio a quodā principio in eo, videlicet natura, aut voluntate: dici
mus quod eſt verum, declaratio. i. accepto quod hoc nō ſit aliquod mobile a ſeip-
ſo in loco, niſi fuerit in loco nō cōpetenti ſibi. tunc, enim mouetur donec attingit
locū cōpetentē, & poſtea quieſcit dicimus ergo quod eſt verū. (Id tamē quod.)
Rurſum verificat aliud verbum, & dicit. illud tamen, quod dixit quod mobile
circulariter nō habet locū competentem, neque incompetentē, vt transferatur
de vno in alterū: dicimus quod quaſi notum eſt de ſeipſo. vnde optime dixit in
hoc, quod dixit quod nullum mobile circulariter mouetur naturaliter: vſque huc F
ſermo eius erit fere manifeſtus per ſe, neque volebā exponere eum: attamē di-
xi per modū ſummæ: poſt tranſit ad vltimū verbū, & dicit ſed illud, quod dixit,
videlicet quod illud, quod non naturaliter mouetur, nec violēter, ſine dubio mo
uetur ab aīa, vel virtute aīę: dicimus, ꝙ ſecūdū veritatē aīa non attribuitur ſu-
percœleſtibus niſi ęquiuoce. ſed ſapiētes, vt plurimū poſuerunt nomē aīę ſuper
oēm virtutē habētē actū intellectualē, vel ordinatū ſeriatim. vult dicere, quod
Peripathetici intelligūt per animā illud, qđ eſt principiū intelligēdi, vel ordina-
te viuendi: omne enim viuum animatum eſt, vt dictum eſt loco eius. eſt ergo ma
ior. omnis anima eſt principium regendi corpus: tunc accepit quaſi vim mino-
ris, & inquit, ſed cauebit ſibi ponere hoc nomē inſupercœleſtibus corporibus:
quia ipſa corpora dant hanc virtutem regentem in omnibus entibus, & ab eis
influitur in cunctis cauſatis. eſt ergo minor: ſed forma cœli non eſt principium
regendi corpus cœleſte: ergo, in ſecunda figura, forma cœli nō eſt anima. minor
probatur. & intendit hanc rationē: id, quod influit alijs regimē & vitam, nō eſt
principium regēdi ſuū corpus. ſed forma cœli influit regimen, & vitā omnibus
rebus ergo forma cœli non regit ſuū corpus. maior patet: qm̄ cauſa, & cauſatum
non conueniunt in vna ratione, vt patet. & ſic apparet ſermo eius. addit, vnde
dicimus ꝙ declarare corpus cœleſte eſſe animatū ab hac ratione via eſt, quæ

A ſumitur ab Auic. ſed antiqui ſapiẽtes aliã habent viam in dicto propoſito, quæ ſine dubio eſt nobilior, & clarior iſta, vt dicetur. Patet ergo ex his, qualiter anima dicitur de cœleſti, & generabili æquiuoce æquiuocatione ſumpta penes cauſam, & cauſatum, vt loco eius declarabitur. Hic poſſunt eſſe quęſtiones non paruæ, ſed in fine diſputationis quærentur multum copioſe: quoniam, hic tanquam in tranſitu procedo.

ALGAZEL.

Ait Alga. Quæſtio autem eſt vt dicamus, nos conſyderamus tres cõſyderationes, præter opinionẽ veſtram: in quarum deſtructione non eſt demonſtratio. Prima quidem, cum conſyderauimus motum cœli violentum ex alio corpore, quod id mouet continue: & hoc corpus mouens non erit rotundum, nec comprehendens, nec cœlum: igitur eſt falſum dictũ eorum, ꝙ motus cœli eſt volũtarius, & ꝙ cœli ſunt animati. & hoc, quod diximus, eſt poſſibile, &
B non eſt in negatione eius, niſi negatio ſimpliciter.

Proponit Alga. ſe velle inſtare duobus, vel tribus modis cõtra Peripatheticos. & primo arguit, oſtendendo dicta Peripatheticorũ non eſſe neceſſaria. & inquit, nos dicimus quod corpus cœleſte forte mouetur ab alio corpore, quod mouet ipſum continue. vult dicere, ꝙ ex ſermone eorũ non apparet, quare corpus cœleſte non mouetur ab alio corpore continue & ſemper. & vbi ſic ab aduerſario dicetur, cœli non erunt animati, nec voluntarie moti: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe in hoc capitulo.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc eſt falſum. quoniam declaratum eſt apud eos ꝙ extra cœlum non eſt aliud corpus, nec poſſibile eſt vt ſit infra cœlum. nam illud corpus, ſi mouet, impoſſibile eſt quin moueatur. & reuertitur interrogatio.

Obiicit Auer. reſpõſioni Alg. & ſubtiliter per philoſophorũ dicta, & vis argumenti ſtat in hoc. ſi corpus cœleſte mouetur a corpore diſtincto ab eo, vel illud eſt extra cœlũ, vel infra cœlũ: nõ extra cœlũ, qm̃ declaratũ eſt extra cœlũ nullũ eſſe corpus, neq; plenum, neq; vacuũ demonſtratiue: vt in his, quæ de cœlo dixit Ariſt. patet: non infra cœlũ, qm̃ infra cœlum, non ſunt niſi elementa, & animalia: nullũ aũt iſtorũ mouet cœlũ, immo quodlibet iſtorũ mouetur a cœlo. ergo nullũ iſtorũ corporũ infra ipſum poteſt mouere ipſum ergo cœlũ nõ mouetur a corpore. Amplius arguit, & virtus argumenti eſt. qm̃ omne corpus in mouendo mouetur, vt dictum eſt, & demonſtratũ in 7. Phyſi. quare petendum a quo moueatur. & ſic eſſet de eo quæſtio, quæ de cœlo eſt. his duobus argumentis relinquitur reſpõſio Alga. impoſſibilis, & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda vero eſt vt dicatur ꝙ motus eſt violẽtus, & principium eius eſt voluntas Dei glo. nam nos dicimus ꝙ motus corporis grauis deorſum eſt violẽtus, & fit, qm̃ creat Deus glo. motum in eo. & ſic dicitur de aliis motibus corporum, quæ non ſunt animalia, & remanet quæſtio eorũ, quare voluntas appro-

priata eſt eis, & tamen alia corpora communicant cum eis in corporeitate, & non appropriantur in genere & iam declarauimus ꝙ voluntas antiqua, eius moris eſt appropriare rem præ ſimili: & ipſi neceſsitati ſunt confiteri attributum tale, cum conſideratur pars motus circularis, & locus polorum, & puncta. & non reiterabimus id. Sermo autē breuis circa id, quod negauerunt de appropriatione corporis ex alligantia voluntatis in eo abſq; diſtinctione attributi, quod conuertitur contra eos in diſtinctione illius attributi, eſt ꝙ nos dicimus quare cognoſcit corpus cœli tali attributo, quo diſtinguitur ab alio ex corporibus? & alia corpora ſunt ēt corpora: & quare euenit ei id, quod nō euenit alteri. Nam deuenire hoc ex alio attributo facit interrogare in illo attributo alio: & ſic in infinitum. & indigent demum deuenire ad iudicium voluntatis, & ꝙ in principiis ſit aliquod diſcernēs rem à ſimili. & appropriat ipſam attributo præ cæteris ſimilibus. D

Inducit Alga. ſecundā obiectionem, & dicit, dicimus quod motus orbium eſt violentus, & quod principiū ipſius eſt diuina volūtas. nos nāq; dicimus qđ corpus moueri deorſum eſt violentū, ſed eſt ex diuina coartatione, &, ſimiliter dicimus de motibus aliorū corporū inanimatorū. eſt ergo ſolu. quod omnia corpora ſecundū eorū naturas violenter mouētur, verū voluntate Dei mouētur motibus terminatis: & hoc ēſt, quod Ioā. inquit chriſtianus, vt Auer. dicit in 12. Meta. cō. 18. ꝙ non poteſt moueri lapillus ſine Dei voluntate. vř enim hoc Ioan. primo. Et ſine ipſo factū eſt nihil: & hūc Ioan. intendit Auer. licet alij intelligant Philoponum. Obijcit ſibi, & inquit, & ſi forte aliquis petat, quare magis aliqua corpora appropriantur in voluntate diuina, quā alia? vult dicere, ꝙ in re vera omnia corpora non proprie a Deo mouentur: ſed quædā appropriate, ideo petit cauſam iſtius differētię. Reſpondet, & inquit. dicimus qđ declaratū eſt a nobis, videlicet, quod a voluntate antiqua aliqua natura ſup. appropriate eſt, vult dicere natura æterna. nullū enim mouetur æterno motu niſi corpus cœleſte, ideo illud ei appropriatur propter conuenientiam maxime. (Et petendum,) Adhuc obijcit, & fortiſsime d. & petendū eſt ab eis de cauſa appropriationis partium motuū ſupercœleſtium, videlicet, quare diurnus motus eſt erga occidentem, & motus firmamēti, i. cœli ſtellati erga orientē, & non econuerſo ſimiliter de partibus mundi petendum eſt eo modo, quo ibi dictū fuit. ſ. quid vna illarū mouetur verſus centrum, altera verſus concauū, &c, & multa alia petenda ſunt hoc modo. et q. d. horum nō poteſt aſsignari alia cauſa, niſi quia ſic Deus ordinauit. quare Deus ſufficit pro motu omnium orbium. Ex huiuſmodi ſol. tollitur numerus intelligentiarum ſecundum numerum motuum. immo redditur opinio quorundā aſtronomorum, qui fingunt omnes orbes ab vno moueri motore. & hoc tangetur in poſt. ideo ſat ſit pro nunc. B F

A V E R O E S.

AIt Auer. Quòd aūt lapis moueatur deorſum ex attributo, quo creatus eſt, & ſic ignis ſurſum, & ambo attributa ſunt cōtraria eſt quid per ſe notū. & cōtradicere huic eſt temeritas. & multo plus vt dicatur ꝙ voluntas æterna faciat motū continuū abſq; actione, quam agat in eo volēs, & ꝙ hoc nō ſit elemētale in natura ſua, & appellatur violētia. nam, ſi hoc ſic eſſet, non eſſet rebus natura omnino, nec verificatio, nec definitio. qm̄ notum eſt per ſe ꝙ differunt naturę rerum, & definitiones earum propter differentiam operationum

A earum: ſicut eſt notum per ſe quòd omnis motus violẽtus corpori erit ex corpore ab extra. & hic ſermo nihil eſt. Cum autem dixit quòd ponere actionem entis procedentis ab eo determinat attributum proprium, interrogatio remanet de hoc attributo: & eſt quare appropriatur huic enti, præter id, quod eſt ex genere eius? verbi gratia ignis, & terra communicant in corporeitate, & receptione, ſed differunt attributo addito corporeitati, ſequitur ei vt dicatur quare appropriatur attributum ignis igni? & attributum terræ terrę? & quare non fuit econtra? Hic quidem eſt ex ſermone eius, qui non ponit attributis ipſis ſubiectum proprium, ſed poteſt euenire omne attributum cuilibet ei, cui attribuitur. & dicens hoc, etiam aufert definitionem, & aufert differentiam ſubiectorum. appropriatio enim eorũ attributis propriis eſt cauſa prima appropriandi entia attributis propriis. & hæc poſitio eſt ex radicibus ſectæ Aſſariæ, qua conati ſunt deſtruere ſcientiam legis, & intellectus, & demum intellectum ipſum.

B Auer. obijcit ei per ſolu. Ariſ. in. 2. cœli, & inquit, dicimus nos quod mouere lapidem deorſum, & ignem ſurſum, natura in eis fundat. vult dicere quod lapis mouetur deorſum, quia lapis, & ignis ſurſum, quia ignis. & quod iſtæ naturę ſint contrarię; notum eſt per ſe, & per conſequens quod motus ſint contrarij. quare altercare in iſtis pura eſt prauitas, & inducit argumentũ contra eũ. & primo proponit ſolu. datam. d. dico ſup. eſſe ſummam prauitatẽ. maxime, ſi dicatur quod voluntas antiqua dat ſibi motũ continue ſine actu alterius agentis. i. nullo concurrente agente proximo. et hoc probat per impoſſibile. d. ſequeretur enim ex hoc, quod nulla ſit natura terminata in entibus terminatis ſeipſis. immo ſequitur, quod nõ põt addi quiditas. i. forma alicuius rei naturalis determinatæ materię. quare, ſine dubio id, quod dixit hic, fuit ſummus error. Debes ſcire, quod conſequentia illa tenet pro tãto: qm̃ forma communicatur materię propter actionẽ, quare, ſi formę non eſt agere, ſed Deus omnia agit immediate: duo ſequuntur: quorum vnum eſt quod forma mea põt eſſe illa leonis, & econtra: qm̃, non poſſem ſcire quare hæc mea eſt intelligens, & non illa leonis, poſtq̃ Deus agit. & ſequitur ſecundũ, quod. ſ. fruſtra forma cõicatur materię: qm̃ materia non attingit ſuã operationem, ſed illã Dei: & ſic apparet entimema Auer. & hoc deduxi ex eis, quę dicit cõ. 18. 12. Met. contra nos criſtianos huiuſmodi deductio nulla eſt: quoniã

C nos non tenemus de facto Deum immediate concurrere ad omnia, ſed ſecundũ poſſe. Deus enim produxit ſtellas, vt eas proprijs motibus agere ſinat, vt Plato in Thymeo inquit. ſed bene contra legem mahumeti demonſtrat argumentum. & hoc totum dixi in lib. de intellectu. (Sed id, quod) nunc ſoluit ad quęſitum vltimum, & dicit. ſed id, quod dixit, videlicet, quod a philoſophis petendum eſt, quare aliqua approprientur entibus quibuſdam magis, quam alijs in eodem genere: dicimus quod hęc fuit ſumma fatuitas dicere: quia ſimiliter petendum eſt iuxta eum, quare ignis fuit ignis, & terra fuit terra, & non econuerſo. vult dicere quod, ſicut quęſtio, quare terra eſt terra, nulla eſt: ſic quęſtio, quare terra mouetur deorſum, ſoluitur: quia terra. & ſimiliter de igne: & addit, & hęc verba ſine dubio ſunt verba opinantis, quod rerum naturę poſſunt transferri inuicem: quod eſt euulſio radicum totius philoſophię, & ramorum eius. & hoc facit quędam ſecta loquentium, quę dicitur Aſſaria: & cum iſtis non loquimur, ſed cum veris ſapientibus tantum. & ex his patet ſolu. Argu. Algaz. pulcherrime.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertia vero eſt, vt concedatur quòd cœli appropriati ſunt attributo, & illud attributum eſt principium motus, vt credide-

ſunt de deſcenſu lapidis deorſum: ſed non conſyderant hoc in eis, ſicut in lapide. Et, cum dicunt quòd id, quod quæritur naturaliter, non eſt id, a quo fugitur naturaliter, eſt error. quoniam non eſt ibi differentia numero apud eos, ſed corpus eſt vnũ, & motus circularis eſt vnus: & corpus non habet partem in actu, nec motus habet partem in actu, ſed diſtinguuntur imaginatione. & non eſt ille motus, quia quærit locum, nec quia fugit a loco. & poſsibile eſt vt creet corpus, & in ſe ſit aliquid determinans motum circularem, & ipſemet motus hoc determinat, non autem quòd determinet ille motus quærere locum, deinde erit motus ad perueniendum ad eum. Et, cum dicitis quòd omnis motus eſt ad perquirendum locum, aut ad fugiendum ab eo, cum fuerit violentus, eſt ac ſi poneretis quęrere locum determinatum a natura ipſa, & poneretis motum non intentum in ſe ipſo, ſed ſequitur eã, nos autem dicimus non negatur quòd ſit motus ipſummet determinatum, non perquiſitio loci: quæro quid reddit hoc falſum. Et declaratio eius, quod dixerunt, quod reputatur eſſe fortior alia conceſsione, non debemus ſententiare ex hoc quòd auferatur aliud. igitur iudiciũ in ſententiando quòd cœli ſunt animati eſt pura verſutia, non habens quidem ſuſtentaculum. B

Nunc obijcit tertio, & dicit. tertium vero argu. eſt, quia nos concedemus quod cœlo appropriatur quędam proprietas. i. forma, quę eſt principium ſui motus: ſicut appropriantur elementis principia motus ipſorum, videlicet, ſuę formę ſubſtãtiales. & dicimus quod ipſa cœli forma non ſentit. i. non cognoſcit, ſed ſup. a cognoſcente dirigitur: ergo, tunc non oportet ponere animam, ſed formam cœleſtẽ, ſicut eſt forma elementi. Ad argu. Ani. reſpondet. erat enim argu. omnis motus naturalis eſt ex termino a quo in naturali, ad terminum ad quem naturalem: ſed motus cœli non eſt huiuſmodi. quare, &c. huius non replicat niſi minorem, & ſoluit. d. dicimus quod hic eſt fallacia: nulla enim eſt ibi diuiſio terminata, immo eſt vnum mobile motu ſimplici continuo indiuiſo in actu. ergo ille motus non fit ad acquirendum locum competentem, vel ad fugiendum de loco incompetenti. ergo ſolu. ꝙ maior eſt vera de motu terminato, & finito, & non de motu continuo, & æterno, & ſimplici. & ſic argumentum non procedit. ex omnibus his patet, qualiter vna ſola ſubſtantia ſeparata ſufficit. & per conſequens totã philoſophia tuit. & de hoc poſt fiet ſermo. F

A V E R O E S.

AIt Auer. Cum autem dicunt ꝙ hic motus non eſt ex potentia naturali, ſimili potentiæ naturali terræ, & ignis, eſt verum. Et hoc manifeſtum eſt ex eo, quod dixerunt, ꝙ illa potentia eſt deſyderium loci conuenientis corpori, cuius eſſe eſt per illam potentiam. corpus vero cœleſte, cũ omnis locus ſit conueniens ei, ideo non mouetur tali potentia. & ideo appellant Sapientes talem potentiam, nec grauem, nec leuem. Si autem hęc potentia eſt cũ comprehenſione, aut ſine comprehenſione. & ſi eſt cum comprehenſione, quo nã modo comprehenſionis eſt declaratum eſt alibi. Et declaratio huius eſt vt dicamus. Prima aũt conſyderatio eſt vt ponamus motorem cœli aliud

A corpus, non cœleſte, eſt nota deſtructio eius ex ſeipſa, aut prope notitiam ex ſeipſa. Nam hoc corpus non poteſt mouere corpus cœleſte circulariter, niſi quòd ipſum moueatur ex ſe, ac ſi diceres homo, aut angelus id reuoluit ab oriente in occidens. &, ſi hoc eſſet, erit hoc corpus animatum, aut infra mundū, aut extra. & falſum eſt vt ſit extra. nam extra mundum non eſt locus, nec vacuum, vt declaratum eſt in multis locis. & oportet etiam, cum mouerit illud corpus, vt firmetur ſuper aliud ibi quieſcens, & illud corpus ſit quieſcens ſuper aliud, & procedet in infinitum. & eſt falſum etiam vt ſit infra mundum. nam, ſi hoc eſſet, comprehenderetur ſenſu. omne enim corpus infra mundum eſt ſenſibile. & indigerent etiam alio corpore, quod contineat ea, præter id, quod ea reuoluit, aut id, quod reuoluit ea eſt id, quod continet ea: & contingens indigeret continente. & neceſſe eſſet vt ſit numerus corporum animatorum, quæ mouentur numero motuum corporum cœleſtium. Et interrogatur etiam de iſtis corporibus an ſint compoſita ex elementis quatuor, & erunt generabilia & corruptibilia, an ſimplicia. ſi erunt ſimplicia, quæ eſt natura eorum. & hoc totum eſt falſum. & præcipue apud eum, qui ſciuerit naturam corporum ſimpliciū, & ſciuerit numerū eorum, & numerum ſpecierum corporū compoſitorum ex eis. & incumbere huic in hoc loco nihil eſt. Et iam declaratum eſt demonſtratiue in multis locis ꝙ hic motus non eſt violentus. nam eſt principiū omnium motuū, & eo mediante influitur vita omnibus entibus, quanto magis motus? Secunda vero conſyderatio, & eſt quòd motor eorum ſit Deus glo. abſq; eo, ꝙ creat in eis potentiam, qua mouentur, eſt etiam ſermo turpis nimis, prohibitus, & diſtās ab eo, quod intelligit homo: & eſt ſimilis dicenti ꝙ Deus glo. tangit omnia, quæ ſunt hic, & mouet ea. & quod comprehenditur ex cauſis, & cauſatis eſt falſum: & erit homo, non modo, quo creauit eum Deus: & ſic alia entia. Et deſtructio huius eſt deſtructio intellectorum. nam intel- (B)

Lōge plura hic.

C lectus comprehendit res ex parte earum cauſarum. & eſt ſermo ſimilis ſermoni dicentis ex antiquis quòd Deus eſt in omni re, & ſunt pueri. & loquemur cum eis in loco, vbi recitabimus deſtructionem cauſarū, & cauſatorum. Tertia vero conſyderatio currit curſu naturę, & eſt vt ponamus quòd motus cœli eſt ex potentia naturali in eo, & attributo eſſentiali, non ex anima. Et demonſtratio eorum in deſtructione huius eſt falſa. qm̄ ædificauerunt demonſtrationem in eo, quòd, ſi motus cœli eſſet naturalis, erit locus, quæſitus in motu eorum naturali, idem cum eo, a quo receditur. nam quælibet pars cœli mouetur ad locum, a quo iam mota eſt. motus enim eius eſt circularis: in motu vero naturali locus quidem, a quo recedit in motu, eſt diuerſus a loco quæſito. nam is, a quo mouetur, eſt accidentalis: & is, ad quem vadit, eſt naturalis, in quo quidem quieſcit. Et eſt poſitio falſa. quoniam ipſi poſuerunt in partibus cœli multos motus multis motis. & hoc ſecundū radices eorum. quoniam ipſi dicunt quòd motus circularis eſt vnus, &

Nō pōt ītel. ligere Auer. quō Deus ſit in oībus, a quā rudis?

corpus,quod mouetur eo,eſt vnum, in motu vero circulari non ꝑqui- D
rit mobile locum.& poſsibile eſt quòd creauerit in eo aliquid, quo ꝑ-
quirit mobile motum ipſum,& erit natura,non autem anima. Et re-
ſponſio huic eſt,quòd hic ſermo eorum eſt apud eum, qui cogitauit ꝙ
mutatio loci ſtellarum prouenit ex motu naturali,ſimili permutatio-
ni motorum naturaliter ex locis ſuis. Attamen poſitio eorum vera
eſt,quòd motus circularis mobile non perquirit in eo locum,ſed,cum
perquirit anima,motus circularis, & mouens eius eſt anima neceſſa-
rio,non autem natura, & motus eius non habet eſſe,niſi in intellectu.
nam nō reperitur extra animam niſi moto tm̄. & in eo eſt pars motus,
quæ non comprehenditur in eſſe.& id,quod mouetur ad motum,in eo
quòd eſt motus,deſyderat eum neceſſario.& id,quod deſyderat motū,
imaginatur eum neceſſario. & hic eſt vnus ex locis,ex quibus apparet
quòd corpora cœleſtia habent intellectum,& deſyderium. Et apparet
hoc etiam ex multis locis. quorum Vnus eſt quòd idem motum ex
corporibus rotundis,id inuenimus moueri duobus motibus contrariis E
ſimul,ſ.orientali,& occidentali. & hoc impoſsibile eſt vt ſit ex natu-
ra. nam motum naturaliter mouetur vno motu tantum. Et iam locu-
ti ſumus de rebus, quæ mouerunt homines ad tenendū quòd cœli ſint
habentes intellectum.& quod magis apparet ex eis,eſt qm̄,cum decla
ratum eſt apud eos quòd motor eorum eſt intellectus ſeparatus a ma-
teria,neceſſe eſt vt non moueat, niſi ex eo quòd eſt quid intellectum,
& conſyderatum.&, cum ſic fuerit, igitur motum ab eo eſt intelligēs,
& conſyderans neceſſario. Et apparet hoc etiam ex eo,quòd motus eo-
rum eſt conditio in eſſe eorum,quæ ſunt hic ex entibus, & conſerua-
tione eorum,& impoſsibile eſt vt hoc ſit caſu. & hæc non declarantur
hic,niſi declaratione diſputatiua, & ſatisfacienti.

Hoc in loco examinat verba Alga.& inquit, Id,quod dixit, ſcilicet ꝙ prin-
cipium illius motus,ſcilicet cœleſtis non eſt virtus naturalis,ſicut eſt in elemen-
tis,vult dicere omnibus modis,ſine dubio verum dixit,& cauſam reddit.d.& in
hoc pateſt id,ꝙ philoſophi dicunt,ꝙ hæc virtus deſiderat locum competentem F
illi corpori,in quo illa virtus fundatur, id eſt ſuſtentatur ſecundum rem & eſſe:
ſed,quia quodlibet vbi eſt cœlo competens:ergo corpus cœleſte non ſimili vir-
tute mouetur.quare dicunt ſapientes ꝙ huiuſmodi corpus neq; eſt graue, neque
leue.Et ſic manifeſte apparet dictum Alga.non eſſe ex toto falſum: immo ve-
rum,quantum ad hoc ꝙ corpus cœleſte,& elementū non mouentur eodē modo
penitus,& oībus modis a ſuis formis ſubſtantialibus, vt exemplo patet. (Sed ſi
hęc virtus.)Cum approbauit dictum Alg.in parte, hoc in loco veritatē ex toto
manifeſtat.& primo proponit quęſtionem.d.ſed, ſi hęc virtus, id eſt ſed an hæc
virtus cœli,quæ ponitur forma cœli ab Algaz. agat comprehenſione, an ſine
comprehenſione, ſiue quali modo comprehenſionis agat, declarabitur ex his,
quæ dicam.Inquit,ſi poneremus primo quod motor cœlorum ſit aliquod corpus,
& aliqua natura,contra obijcit.d.dicimus quod hoc eſt falſum:impoſsibile eſſet
enim quod moueret circulariter orbes,niſi ipſum a ſeipſo moueretur.vnde,ſi ita
eſſet,vtputa homo,vel angelus,et corporeus ſup.aut eſſet infra mūdū,aut extra:
et oſtendit quod extra nō ſit ꝑ verbū Ariſt.& ſermo eius patet ꝑ ſuperius dicta.
(Rurſus.)probat idē per demōſtrationem Ariſt.in libro de cauſa motuū aīaliū.
omne enim mouēs aliud corpus,ſi eſt corpus mouens indiget corpore quieſcen-
te: vt ibi demonſtrat Ariſto, quare hoc in loco inducit ad proceſſum infinitum,

A & ſermo patet. Similiter, quod non ſit infra cœlum tribus oſtendit ſignis: primũ
componit ſic, omnia corpora infra cœlum exiſtentia comprehenduntur ſenſu,
vel ſaltem poſſunt comprehendi, hoc patet per ſe: ſed per ſe corpus mouens cœ
lum eſt infra cœlum, ergo a ſenſu comprehendetur, vel ſaltem comprehenſibile
eſt. concluſio falſa eſt, & non propter ſyllogiſmum, ergo propter propoſitiones:
& non propter maiorem, ergo propter minorem: & ſic habetur ꝙ non eſt infra
cœlum. huius ſyllogiſmi recipit concluſionem, & maiorem. & ſermo ſuus patet.
(Et indigeret.) ſecundum ſignum apponit, & poteſt componi ſic. omne corpus
mouens aliud corpus, indiget altero corpore ipſum ſuſtinẽte, ſeu ferente: ſed per
ſe aliquod corpus hic inferius mouet corpus cœleſte, ergo aliquod corpus hic
inferius indiget ipſum ſuſtinente: concluſio falſa, vt prius: & non niſi propter
minorem. huius apponit tamen concluſionem. & ſermo patet, vt prius. (Et ſe-
queretur.) tertium ſignum apponit, & facit ipſum per viam entitatis. d. & ſeque
retur ex hoc, quod numerus corporum animatorum mouẽtium cœlos eſſet ęqua-
lis numero cœlorum: quoniam, vt dicam, tot ſunt motores proprij, quot mobilia
per ſe & proprie. modo hoc conſequens non videtur ad ſenſum: ex his tribus ſi-
gnis patet falſum eſſe corpus cœleſte moueri a corpore, vel a natura corporea,
vt Alg. fingendo dixit. (Et eſt petendum.) Adhuc argumento Ariſto. in primo
cœli inſtat fortiſsime ſic. ſi cœlum mouetur a corpore: vel illud eſt compoſitum,
B id eſt, mixtum, vel ſimplex. dictum eſt enim ibi quod omne corpus eſt ſimplex,
vel mixtum ex quatuor elementis. ſi ſimplex. vel ignis, vel aqua, vel terra, &c.
& nullum iſtorum eſſe demonſtratum eſt ibidem: quod autem non ſit compoſi-
tum, relinquit notum ex primo de cœlo. & immorari in hoc plus eſt ſtultum, &
ſermo eius patet. (Immo quod plus.) Adhuc, quod motus cœli non ſit violentus
ſyllogizatur ſic. nullus motus, qui eſt principium omnium motuum ęternorum,
& omnium viuentium vitarum in omnibus entibus eſt violentus. & huiuſmo-
di propoſitio patet per ſe. Sed motus cœli eſt principium omnium motuum, &
cauſa viuendi omnibus viuentibus: ergo motus cœli non eſt violentus. Huius
minorem accepit tantum, et propoſitiones dimiſit tanquam notas ex libro Phy.
& lib. cœli & mundi. Et ſermo eius patet. (Id tamen, quod.) Hoc in loco remo
uet vltimum verbum eius, & primo reperit illud, & inquit. illud tamen, quod
dixit, quod Deus benedictus mouet orbes. non quod ipſe habeat principium,
neque virtutem mouendi, ſed ſup. voluntate mouet, vt Alga. finxit. Poſt reſpon
det, & inquit. dicimus quod eſt error, & valde diſtat ab humano intellectu. cuius
rationem reddit, dicens: & hoc eſt ſimile dicto dicentis, ꝙ ipſe Deus induit, id
eſt, veſtit omnium entium formas ſine aliquo medio, & quod mouet ea, quę hic
mouentur abſq; medio. Et tunc infert impoſsibile, quod ſequitur ad hoc, & in-
C quit. vnde ſequitur ex hoc, quod cauſę & cauſata nihil ſunt. i. non ſunt entia in
rerum natura, & ſic ſine dubio annihilantur intelligibilia: quoniam omne intel-
ligibile eſt cauſa, vel cauſatum. intellectus enim non comprehendit res niſi ex
ipſarum cauſis, vt patet ex philoſophis: ecce, quomodo reprobauit huiuſmodi
opinionem. Debes ſcire apud quoſdam, vt viſum eſt eſſe verum, ipſum Deũ eſſe Nota.
veſtiens omnes rerum formas: imaginantur enim ipſi Deum eſſe vnitum cuili-
bet formę rei maiori vnione, quã ſit ex materia & forma: &, tunc volunt quod
ex forma rei, & Deo fiat vna forma totalis rei: vnde forma lapidis non eſt for-
ma materialis tantum, ſed congregatum ex Deo & forma illa. ſimiliter forma
hominis non eſt cogitatiua tantum, ſed congregatum ex Deo & cogitatiua: &
ſic omnes res ſunt vnum eſſe ſimpliciter, ſcilicet, diuinum: differunt tamen for-
mis partialibus. vnde, ſicut eſt vna materia omnium, ſic vna forma omnium. for
mę tamen proprię ſunt multę, vt ſatis patet ab eis: & ſic imaginantur quod eſſe
Dei omnes rerum formas veſtiat, & perficiat. hęc opinio fuit Parmenidis, &
Melliſsi, qui dixerunt omnia eſſe vnum. reſpexerunt enim ad primam materiã,
& ad primam omnium formam, quę eſt Deus. ſimiliter & poetę hanc olfaciunt
opinionem. vnde Virgilius in ſexto, Spiritus intus alit, totaq; infuſa per artus
Mens agitat. & Lucanus, Iupiter eſt quodcunque vides, quodcunque moueris:
& alij antiquiſsimi vt Linus Orpheus, & Muſeus, quos enarrare non expedit

nunc. Hanc igitur opinionem hoc in loco Auer. reprobauit, dicens, ſequitur ex D
hoc, quod cauſæ & cauſata nihil ſunt. conſequentiam probo: quoniam, ſi Deus eſt cauſa omnium immediate, ergo nullę ſunt cauſę intermedię, ergo nulla ſunt cauſata particularia: quoniam, ſi cauſa non eſt, neque cauſatum: ergo nullum ens eſt in rerum natura intelligile, quoniam omne ens vel eſt cauſa, vel cauſatum: & totum hoc expoſui ſingulari tractatu de hoc inſcripto ſtudioſo meo ſcholari Quirino. Quod igitur corpus cœleſte ſit animatum, ex his patet: erat enim ſyllogiſmus in hunc modum. omne, quod mouetur motu voluntario animatum. corpus cœleſte mouetur motu voluntario: ergo corpus cœleſte animatum. maior non eſt probata hic, ſed pro conſtanti accepta minor ſyllogizatur adhuc. omne corpus, quod mouetur & non violenter, neque naturaliter voluntate mouetur: ſed declaratum eſt cœlum moueri & non violenter, neq; naturaliter: ergo volũtate mouetur: quod non violẽter declaratum eſt, quia neque mouetur a corpore extrinſeco, neque intrinſeco, neq; immediate a primo motore, vt in particularibus dubijs ſolutum eſt: quod non mouetur motu naturali ſyllogizatum eſt hoc in modo. omne, quod motu naturali mouetur, mouetur de termino a quo violento, ad terminum ad quem naturalem: ſed corpus cœleſte non mouetur tali proceſſu: ergo in ſecunda figura, corpus cœleſte nec violenter, neq; naturaliter mouetur, ergo voluntate mouetur: & ſic apparet ipſum eſſe animatum: & hæc quidem demonſtratio ab Auicen. in. 9. tractatu ſuæ Metaphy. capi. 3. per totum: & E
eſt ſingularis via, licet Auerroes paruifecerit illam.

Prima q̃ō. Vt, ergo veritas plus appareat, oportet digreſsionem facere. tribus enim exiſtentibus motibus, violento, naturali, & voluntario, ſeu animali poteſt alicui videri, quod motus corporis cœleſtis ſit violentus: quoniam, vel cœlum reſiſtit motori, vel non. & ſi non, ergo ſubito moueret. & ſi ſic, ergo motus eius eſſet cum pena & labore, & per conſequens violentus. Adhuc, alicui poſſet videri motum cœli eſſe naturalem, quia eſt perpetuus: & declaratum eſt in libro cœli, nullum eſſe motum perpetuum niſi naturalem. Rurſum, huiuſmodi motus eſt a natura, vt Auer. inquit in primo cœli com. 5. & ſermo Ariſ. ibidem per totum, aliter proceſſus, quo venatur quintam eſſentiam, nullus eſſet. Poſſet & amplius alicui apparere motum huiuſmodi non eſſe voluntate. omne enim volitum eſt contingens. declaratum eſt in Phyſicis huiuſmodi motum eſſe neceſſarium & indefectibilem: ergo non voluntate factus. Si itaque probatur huiuſmodi motum eſſe animalem, & per voluntatem, & intellectum: omnino, & ſine dubio relinquetur tibi, cœlum eſſe animatum: ſed qua ſpecie animationis non ibi hic declarabitur, ſed in libro meo de intellectu.

Secũda q̃ō. Et, ſi quidem cœlum eſt animatum, tunc emerget difficultas multo maior hac, an numerus animarum ſeparatarum ſit ſecundũ numerum corporum F
cœleſtium. dixit enim Algaz. hoc nullam habere neceſsitatem: & poteſt probari hoc fortiſsime: ſicut in corpore humano pro motu dextro, & ſiniſtro; ante & retro, ſurſum & deorſum, ſufficit vnus motor numero, ſic in corpore cœleſti congregato ex omnibus orbibus debet ſufficere vnus motor: hoc probatur. inquit enim Auer. in ſecundo cœli com. 49. diuerſitas partium motuum non facit diuerſitatem formarum ſpecificarum, q̃m diuerſitas motuum cœli eſt ex modo, id eſt, ſpecie diuerſitatis partium motus animalis in parte dextra & ſiniſtra: & manifeſtum eſt quod iſtæ diuerſitates inueniuntur in eadem ſpecie eius, id eſt, in homine. Amplius, orbes comparantur ad congregatum ex eis, ſicut membra animalis ad totum animal, vt ipſe dicit ibidẽ cõ. 42. & 71. ergo, ſicut omnibus motibus omnium mẽbrorum ſufficit vnus motor, ſic & oĩbus motibus totius corporis cœleſtis ſufficit vnus totaliter mouens. Quibuſdã poſſet videri ſeparatas ſubſtãtias eſſe plures numero, quã corpora ſenſibilia, Hoc modo. quanto aliqua in toto ordine vniuerſi ſunt perfectiora, tanto ſunt in maiori exceſſu: ſed ſubſtantiæ ſeparatę ſunt multo perfectiores ſenſibilibus: ergo debent eſſe ſenſibilibus plures. maior apparet exemplo, q̃m corpora incorruptibilia magno exceſſu excedunt corpora ſenſibilia. eſt enim ſphęra actiuorũ & paſsiuorum multum parua in cõparatione totius firmamenti: & quanto corpus eſt nobilius, tanto eſt plus exce-

A dens, vt patet ſenſu. Et huiuſmodi rationem diuus Thomas aquinas in.92.cap. ſecundi libri contra gentiles magnificauit multum, & poſt ipſum plurimi poſteriorũ. Circa huiuſmodi queſtiones, ſicut Ari. narrat in.2.cœli. & Auer, ibidem cō,4.5. poetę & Empe. & Plato motũ cœli eſſe violentũ conſentiunt per argumentum in prima figura, hoc modo: omne graue motũ in circulo violenter mouetur, ſed corpus cœleſte graue motum in circulo, ergo corpus cœleſte violenter mouetur. maior eſt per ſe nota. minor accipitur ab eis tanquã confeſſa. crediderãt enim omne corpus eſſe graue, et oẽ graue corpus, vt Alber. inquit: et, quia ita crediderunt, ideo diuerſati ſunt: quoniam poetę Athlantem ſuſtinere cœlum fingũt, Empe. vero dixit cœlum non cadere propter velocitatem ſui motus, vt patet de aqua circulariter mota in vaſe, quę non cadit Plato autem cœlum anima ſuſtentari dixit, quemadmodum & animal tam diu ſuſtinetur, quam diu anima conſtituitur, & conſtat, quare expirante ſtatim cadit: & hac comparatione animam ſuſtinere cœlũ Plato ait, Alij autem antiquorũ plurimi ſubſtantias abſtractas vniuerſaliter negantes, cum imaginationem per intellectum tranſcendere non poterant, corpora cœleſtia moueri a naturis proprijs dicũt: & huius opinionis caldei forte fuerunt, qui corpora cœleſtia Deos eſſe dicunt, vt Auerro. inquit in primo cœli com.22. & in ſecundo cœli com.63. & .12. Meta. com. 50. vnde, & ab his manicheorum error effluxit, qui intantum aſcenderunt, quod Deum lucem corporalem eſſe dixerunt: & hi ſyllogizati ſunt in hunc modũ. omnis motus factus a natura eſt naturalis: ſed declaratum eſt motum cœli factum eſſe a natura: ergo erit verificatũ ipſum eſſe naturalem. Vt igitur veritas appareat, oportet altius repetere. aſſumam ergo dicta Auer. in.2.ca. de ſubſtantia orbis, vbi melius totũ hoc expoſuit. inquit, dicamus igitur, quod illud corpus, vult dicere cœleſte, non componitur ex materia & forma, ſecundum ꝙ corpora generabilia & corruptibilia componuntur. vult dicere, quę componuntur ex materia dimenſionata tribus dimenſionibus, & forma, cui reſpondet in natura cõtrarium corrũpens. ſicut dictum eſt in primo capitulo illius. Probat huiuſmodi concluſionẽ Auer. & ſyllogiſmus componitur ſic, omne id corpus, quod ex materia et forma componitur ſimilibus materię & formę generabiliũ, eſt exiſtens in potentia ad ſubſtantiam. Tunc apponit ibidem minorẽ, et inquit, nulla enim potentia eſt in eo omnino, ſ. potentia ad eſſe. eſt ergo minor, ſed corpus cœleſte non exiſtit in potentia ad eſſe: ergo corpus cœleſte non componitur ex materia & forma ſimilibus materiæ & formę generabilium. Propoſitio. d. corpus cœleſte non exiſtit in potentia ad eſſe. probatur ibidem hoc proſyllogiſmo. inquit, omne enim, in quo eſt potentia, ſ. potentia, quæ eſt in ſubſtantia, non eſt potentia niſi ad duo contradictoria. eſt ergo maior, omne corpus, in quo potentia exiſtit ad eſſe, eſt in potentia

C contradictionis, vt Ariſt. dixit in.9. Meta. contradictionis dico, vt Auerroes ibi com.17. & .19. exponit ad eſſe, & non eſſe, id eſt, forma, & priuationem. Tunc accipias minorem, ſed corpus cœleſte non eſt in potentia contradictionis: ergo corpus cœleſte non exiſtit in potentia ad eſſe: & hęc concluſio fuit minor prędicta. eſt ergo vltima, et finalis concluſio. quod corpus cœleſte eſt ſimplex. Sed, quia declaratum eſt ipſum moueri a principio in eo, vt in primo capite. & hoc ſenſu quodãmodo poteſt percipi, ideo incœpit ibidem inueſtigare, cuius nã generis ſit principium, quo mouetur. tribus enim exiſtentibus principijs, natura, anima, & agente, extrinſeco: natura quidem, qua fit motus naturalis. anima vero, qua fit motus animalis: agens extrinſecum quoq;, quo fit motus violentus. dubiũ eſt, a quo iſtorum nam moueatur cœleſte corpus: & accipit tanquam confeſſum, & demonſtratum in tota philoſophia naturali, motum cœli non eſſe ab extrinſeco motore violente mouente. conuertit ergo laborẽ in declarando alterum duorum, an ſcilicet, a natura, an vero ab anima moueatur ipſum. Et inquit, & manifeſtum eſt quod forma, qua mouetur, non eſt generis formarũ quatuor elementorũ, id eſt, aliqua forma quatuor elementorũ, neq; ſimilis illis, ſicut formę mixtorũ propinquę elementis, vt lapidis forma; & reddit cauſam. d. quoniam, ſi eſſet aliquid: vult dicere generis formarum elementorum, vel mixtorum eſſet graue, aut leue, vt.4. cœli commen.22. & .4. Phyſi. commen.71. dictum eſt: &, quia for-

Poſitio Empedo.

Poſitio caldeorum.

B

Pō Auer.

mam grauis eſſentialiter conſequitur grauitas, & leuis leuitas,dedit id,quod ſe- D
quitur ex hoc,& inquit:& moueretur per ſe,vult dicere a generante,& per ac-
cidens,vult dicere a ſeipſis de potentia accidentiali,vt commento.4.&.32.octa-
ui Phyſicorum expoſuit Auer.& quia hoc totum eſt impoſsibile,dedit conclu-
ſionem intentam,& inquit,remanet igitur vt natura eius. vult dicere,forma mo
uens exiſtens principium in eo generis animę.ergo ſuus ſyllogiſmus eſt . omnis
motus,cuius principium per ſe & primum eſt anima,eſt motus animalis:ſed de-
claratum eſt ꝙ motus circularis eſt motus,cuius principium eſt anima.ergo mo-
tus circularis eſt motus animalis.Et,cum declarauit motum circularem eſſe ani-
malem,adhuc inueſtigans ſpecialem eius differentiam , procedit vltra . duabus
enim exiſtentibus ſpeciebus motus animalis:alter quidem purus & animę tan-
tum,alter mixtus. dubium eſt non paruum, quonam modo corpus cœleſte mo-
netur,& inquit.ſed quando nos inſpexerimus animalia,quæ ſunt hic, ſup.in cō-
paratione ad eorum motus,inueniemus in eis, ſcilicet animalibus , quando mo-
uentur duo principia duorum motuum,quorum alterum eſt principium motus re
cti,ſcilicet motus ad inferius,aut ad ſuperius : & hoc ſecundum prędominatum
elementi in eo fit. & ſecundum principiū motus localis proceſsiui . animal enim
duobus principijs mouetur,ſcilicet deorſum vel ſurſum vt ſenſu cognoſcitur,&
progreſſu , ergo , & duobus principijs . Diuerſorum enim motuum diuerſa ſunt E
principia motuum,vt dictum eſt in cœlo & mundo. Deinde accepit & ſecundū,
quod etiam in eorum motibus inuenit,& inquit, & inuenimus motum iſtum,ſci
licet proceſsiuum eſſe contrarium motui declinationis eſſentialis,qui eſt in eo,id
eſt motui,ad quem elementum dominans inclinat . Et dedit ſignum huius con-
trarietatis.d.& accidit ei ſeſsitudo,& cogetur ad quietem. feſsitudo enim cauſa-
tur in animali,merito reſiſtentię mobilis ad motorem , vt declarabitur. & inde
quieſcit animal,vt dicam. Et cum accepit hęc,quę ſenſu patent in motibus ani
malium in eſſe,dedit concluſionem.d.vnde,id eſt ergo neceſſe eſt vt principium
motus cœli ſit generis animę tantum,& exponit hoc.d.& pro id eſt , ꝙ motus,
quem habet circulariter, ſit motus proprius animæ , ſecundum ꝙ eſt anima , &
non motus compoſitus. Componatur ergo ratio ſic.omnis motus mixtus eſt duo
rum principiorum inuicem oppugnantium, vt patet ex his : ſed motus cœli non
eſt duorum principiorum huiuſmodi.ergo in ſecunda figura motus cœli non eſt
mixtus. Cum igitur eſt motus animę,& non animę mixtus:ergo purus animalis
Duę ſunt cauſę fatigationis. tantum. Et debes ſcire, ꝙ lapſus & fatigationis poſſunt aſsignari duæ cauſæ.
propinqua,ſcilicet & remota,vt ex Auer.colligitur.2.cœli.com.3.&.36.remo-
ta quidem eſt reſiſtentia cauſata merito contrarietatis moti ad motorem.propin
qua vero eſt ſpirituum reſolutio. Cum enim ſpiritus reſoluuntur accidit animali
lapſus,& inde ad quietem cogitur,vt ipſo quieſcente ſpiritus deperditi reſtaurē F
tur pro parte,vt in lib.de ſomno dixit Ariſt.cum, ergo neutram harum cauſarū
inſpeximus in corpore cœleſti,ſciuimus ipſum eſſe motum animalem purum,&
ſimpliciter animę in eo, ꝙ anima. Et ex hoc ſequitur ꝙ corpus cœleſte ſit ani-
matum,qua vero ſpecie animationis,nondum hic apparet,ſed in libro meo de in
tellectu,& forte dicam in ſequenti diſputatione. Quod etiam cœli motus ſit ani
mę tantum,Plotinus Eneadæ ſecunda in ſecundo lib . de motu cœli. ca. primo
longo ſermone monſtrauit;& eo maxime,quia eſt in circulo motus,cum ſit ma-
nifeſtum animam,& intellectum in ſeipſis circuitum quendam facere. ideo mo-
tus cœli circularis fuit diſpoſitionis,inquit,enim cœlum circulo moueri, quia mē
tem imitatur:& tunc quærit,cuius natura eſt ille motus animæ ne , an corporis?
& tandem eſſe animæ tantum,cum Auer.concludit:& videtur mihi,ꝙ Platonis
& Plotini ſententia conſiſtat in his propoſitionibus:ꝙ anima , inquantum ani-
ma,ſphęrica ſit:qua intellecta iſto modo , eſt & magnitudo duobus modis , di-
menſionalis,& virtutis.&,quia ſphęricitas conditio eſt magnitudinis , ideo du-
plex eſt ſphæricitas,ſcilicet dimenſiua propria corporibus,& virtutis,quę at-
tenditur ſecundum eſſentię opus & effectus,vt Platonici inquiunt. Quod igitur
anima,vt in ſe ſphęrica ſit,teſtatur modus operandi eius: ſemper enim in opera
tione,ſic ſe habet,ꝙ ab eius eſſentia operatio incipit,& per extrinſeca tranſiēs,
tandem

A tandem in eſſentiam eam, a qua exiuit, rediJt: vt Peripathetici etiam inquiunt. et
hoc apparet in omnibus ſpeciebus animarum, vt in anima cœli, & aĩa hoĩs, &
anima mundi. Adhuc apparet ab effectu. eſt. n. aĩa Dei ſimilitudo, & ſine dubio
omne diuinũ eſſe eſt in circulo: cũ, in eo nec principiũ diuerſum ſit a fine, nec fi-
nis a medio. cũ igitur & anima quæcũq; quãdã Dei ſimilitudinẽ cõtineat, con-
ſentaneũ eſt, & eã circularẽ diſpoſitionẽ participare. Rurſum, ſicut excellentiſ-
ſimo corporũ cõueniens eſt & ſphęrica figura, & circulus, vt Peripathetici in-
quiũt, ita & excellẽtiſsimę virtutũ decẽs erit operatio circularis. verificatur igi-
tur ſermo platonicorũ aĩam eſſe ſphęrã, vt dictũ eſt. Secũda ꝓpoſitio eſt apud Nota.
eos, & Peripatheticos. oĩs motus, qui eſt ſphęricę tm̃ naturæ, eſt motus animæ
tm̃, & purus aĩalis, & nullo modo mixtus, & hoc eſt verificatum ex dictis. Ex
his cõcluditur, ꝙ motus cœli eſt animę tm̃ purus, & ſimplr̃ aĩalis, nullo variãte
eius naturã, vt dictũ eſt. ꝙ igitur motus cœli nõ ſit violentus, neq; naturalis, ſed
aĩalis aĩę tm̃, pure, & ſimpliciter, dictũ ſit intantum. Ad oppoſita itaq; oportet
ſoluere. & primo ad primã. licet. n. fuit prolixus ſermo in tractatu de reſiſtentia
cœli. attñ, nunc breuiter quãto quæſito ſatisfacit, oportet dicere. Dicunt itaque
plures ſapientũ, corpus cœleſte animæ ſuæ nõ reſiſtere. omne. n. reſiſtẽs cõtrariũ
eſt ei, cui reſiſtit, vt modo dictũ eſt: modo verificabitur corpus cœleſte nõ con-
trariari ſuę aĩæ, quẽadmodũ corpus animalis hic reſiſtit, & cõtrariatur aĩę eius,
B vt patet. Et. quia vidẽt motũ cœli eſſe certę velocitatis, huiuſmodi motũ termi- Poſitio quo
natũ ad volũtatẽ motoris reducũt, dicentes, animã cœli tanta velocitate moue- rũdã de reſi
re, quia tãta vult mouere. Poſt hos alij cœlũ intelligere nõ reſiſtere cõfitẽtes, ſtentia cœli.
terminata motus cœli velocitatẽ ad limitationẽ virtutis perſtringũt, inquiũt. n. Alia poſitio
intelligentiã tãta, vel tãta mouere velocitate. nõ quia tanta, vel tãta reſiſtentia
cœlũ ei reſiſtat, ſed quia tãta, vel tãta eſt potẽtia eius motiua, vt manifeſtum eſt
per ſe. Poſt hos ſunt, qui reſiſtentiã moti ad motorẽ duplicẽ inuenerunt: vnã po
ſitiuã, qua corpus per ſuã formã ſuo motori reſiſtit, V. g. quia forma moti incli-
nat deorſum, motor aũt circulariter, vt dixit, in animali præſenti. Altera eſt reſi- Alia poſitio
ſtẽtia priuatiua, quæ eſt terminorũ a quo & ad quẽ incõpoſsibilitas: corpori. n.
exiſtẽti ſub vno vbi repugnat eſſe ſub altero vbi, eo quia termini ſunt ad cõtra-
dictionẽ redacti. & huiuſmodi inuenimus in omni moto. volũt itaq; cœlum ani-
mæ nõ reſiſtere primo genere reſiſtẽtiæ: neq; enim graue, neq; leue cœlũ, ſed be-
ne ſecũdo genere reſiſtẽtię. & ſic terminatũ gradũ velocitatis admittũt in corpo
ribus cœleſtibus. Sed oẽs iſti modi ſunt erronei. quod declaro verbis, & rationi-
bus ſapientũ. oſtẽdã. n. aliquod oĩno genus reſiſtẽtię eſſe poſitiuũ ex parte corpo Impugnatio
ris cœleſtis moti ad animã mouentẽ. Inquit ergo Ariſt. 2. cœli, probãs cœlũ mo-
tu cõtinuo, æquali, & regulari moueri, & omnẽ diuerſitatẽ motus cauſari aut a
C motore, aut a moto, aut ab vtroq;. vbi Auer. cõ. 36. dicit ꝙ demõſtratio Ariſto.
fundatur in duabus propoſitionibus: quarũ prima eſt, ꝙ omnis diuerſitas accidẽs
in motibus naturaliter accidit propter diuerſitatẽ proportionis potentiæ moto-
ris ad potentiã moti: qm̃, in omni moto eſt aliquo modo potentia moti diuerſa a
potẽtia motoris: velocitas enim, & tarditas non ſunt niſi ſecundũ proportionem
potẽtiæ motoris ad potentiã moti. quãto igitur fuerit maior proportio, tãto motus
erit velocior: et quãto ꝓportio erit minor, tãto motus erit tardior. Ex his arguo.
in corporibus cœleſtibus vnus motus eſt altero velocior: ergo, in corporibus
cœleſtibus vna proportio motoris ad motum erit maior, & altera minor: ergo,
non tantũ erit ibi limitatio motus ratione volũtatis terminatę, vel virtutis, vel
priuationis, ſed aliũde. Adhuc, Auer. ibidẽ cõ. 38. in fine maxime inquit, & ideo
credendũ eſt, quod potẽtię mouẽtiũ ſunt terminatę proportionis ad corpora mo
ta, & ꝙ infinitas nõ inuenitur niſi propter ęternitatẽ. cauſa. n. abſciſionis, & cõ-
tinuitatis eſſe, & eius æternitatis eſt materia: cũ, ergo motor & res mota ex illa
abſcindũtur, non abſcindetur ſuũ eſſe, neq; ſuũ opus, qđ eſt mouere, & moueri:
quia cauſa in terminatione ꝓportionum, quæ eſt inter potẽtias motorũ, & rerũ
motarũ ab eis eſt diuerſitas formarũ: cõtingit vt hęc finitas ſit cõis formis, quæ
ſunt in materia. Ex his accipitur, ꝙ duo cõſiderantur in motu, ſ. quãtitatis dura-
tionis, & gradus velocitatis. quãtitas durationis eſt ſola conueniẽs motoribus, &

motis a materia abſtractis. gradus velocitatis, qui penes proportionē attenditur, D eſt cōis eis & formis naturalibus: ergo, ſicut in formis materialibus ſucceſsio cauſatur merito reſiſtentiæ mobilis ad motorē, ita & in motoribus ſeparatis. Rurſum, Ariſt. ibidē poſt, in tranſlatione veteri inquit, & ſi in aliquo orbium orbe erraticorū eſſent plures ſtellæ, eſſet vltimus orbis in labore. vide cōmentum 71. vbi Auer. colligit iſtud entimema. ſi orbi adderetur ſtella, aut nō moueretur, aut tardius moueretur. modo huiuſmodi cōſequētia nulla eſſet, niſi aſtrū additum ad reſiſtentiā adderet: non poteſt addere ad reſiſtentiā, ſi nullius prius fuiſſet reſiſtētiæ: ergo intētio philoſophorū eſt, ꝙ ibi ſit aliqua reſiſtentia intrinſeca ex parte corporis moti ad motorē mouentē oīno. Iterū, Auer. 7. Phy. cō, 35. inquit neceſſario. n. debet eſſe reſiſtentia inter motorē, & rē motā, ſiue motio ſit naturalis, aut innaturalis. & iſta reſiſtētia cōis eſt ſecūdū ꝙ alteratū, id eſt motū eſt in omni agēte, & omni patiēte. vnde dicimus in virtutibus cœleſtibus mouentibus, ꝙ nō mouet quęcunq; potētia quodcūq; corpus cœleſte, ſed quælibet potētia mouet corpus ꝓpriū velocitate ꝓpria: ſed oēs cōueniunt in hoc, ꝙ mouēt in infinitū. & ſecundū hunc modū nō eſt proportio inter eas, & motū. ſecundū vero, ꝙ vnaquæq; earū mouet corpus ꝓpriū velocitate ꝓpria ſecundū ꝙ habēt proportionē propriā ad motū, vel cū moto. ecce ꝗꝫ plane Auer. teſtatur huiuſmodi errorē eorū. plures alias inducerē auctoritates philoſophorū, ſed ſtudioſus has conſiderans plures alias ſimiles in libris philoſophorū adinueniet. arguā ergo, & adhuc cōtra illos rationibus. data enim poſitione eorum, deſtruetur proportio & B ordo orbiū: quēadmodū & Auer. nititur ponere in 12. Metaph. cō. 44. per totū. cōſequētia probatur. qm̄, ſi nulla eſt reſiſtētia in eis ex parte moti, quilibet motor poſſet quodlibet mobile illorū mouere. & ſic per cōſequens, non eſſet neceſſariū vnam earū habere propriū orbē, vt philoſophi conātur oſtēdere: immo eſſet a caſu, & poſſet eſſe pmutatio eorū ad libitū. Adhuc, ſequitur qđ muſca poſſet mouere cœlū tāta velocitate, quāta intelligentia mouet orbē, & ſi, non tāto tpe: conſequēs eſt contra Ariſt. & Auer. 8. Phyſi. com. 78. & 79. conſequentiam probo: qm̄ muſca applicata orbi eſt alicuius potentiæ, & cœlum nullius reſiſtentiæ: ergo poſſet mouere, immo in infinitū velociter ageret. Rurſum pōt argui argumēto, quod cōſueuit fieri ab alijs ſic. addito vno gradu reſiſtētiæ, modo ipſi cœlo, adhuc motor cœli mouebit ipſum æque velociter, pariter addito ſecundo mouebit æque velociter ſicut in prima hora. ſimiliter addito tertio gradu, quarto ſimiliter, & quinto. & ſic quouſque motū ſit auctum in reſiſtentia æquali ipſi motori: & tunc ſequitur, quod aliqua potentia mouebit aliquod reſiſtens tanta reſiſtentia, quanta eſt eius potentia. Nec potes dicere, quod aucto primo, & ſecūdo, & tertio, & quarto gradibus reſiſtentiæ ſemper remanebit motus tantæ velocitatis: ſed quando perueniet ad æqualitatem, deſtruetur proportio: qm̄ qualis F eſt proportio totius ad totum, talis partis ad partem. ſicut Ariſt. inquit in primo de partibus animaliū, & primo meteororū, & in li. de anima, ſecundo. Ergo, ſi tota reſiſtentia apta eſt auferre totū motū, & pars reſiſtētiæ partē motus, & vltimo oēs propoſitiones ſeptimi Phy. deſtruuntur. quarum prima erat. ſi aliqua potētia mouet aliquā magnitudinē in aliquo tēpore, medietas illius mouebit medietatē eius in eodē tēpore. ſecunda, ſi aliqua potentia mouebit aliquā magnitudinē in aliquo tēpore, eadē potentia mouebit medietatē in duplo velocius: & alias ponit, quæ oēs nihil eſſent: & certū eſt, vt Auer. inquit, huiuſmodi propoſitiones eſſe cōes omnibus corporibus, & formis: cum huiuſmodi liber ordinatus ad octauū ſit, vt patet. Quare oportet dicere aliter, ꝙ igitur motor cœli ſit alicuius potentiæ, manifeſtū eſt per ſe, omnis. n. motor eſt alicuius vigoris & potentię, vt Auer. accepit. 2. cœ. cō. 38. & 39. Quod ēt motū reſiſtat ei, ex dictis patet. oportet. n, proportionē ſaluare vī in omnibus motoribus ad ſua mobilia, ad hoc vt motor terminatus moueat orbē terminatum, & quod in maiori magnitudine ſit virtuoſior motor, vt Auer. inquit 12. Meta. cō. 44. hæc duo ſunt fere manifeſta per ſe, ſed quod illa reſiſtentia ſit poſitiua, vel priuatiua dubitatio eſt. & videtur primo aſpectu, ꝙ non debeat eſſe priuatiua tantū, qm̄ illa reducitur ad contradictionem, contradictio quoque in puncto conſiſtit, quare adhuc quicunque mo-

A poſſet quodcunque eorũ mouere: ſi reſiſtentia tantũ eſt ex incõpoſsibilitate terminorum omnino, ergo oportet vltra priuatiuam reſiſtentiã ponere poſitiuã. reſiſtentia.n.priuatiua cõmunis eſt omni moto, vt motũ, vt manifeſtũ eſt per ſe. & hæc nõ ſufficit, qm̃ in vacuo poſſet eſſe motus contra eos. 4. Phyſi. com. 7. ergo corpus cœleſte vltra priuatiuã reſiſtentiam addit poſitiuã. Et illa nõ eſt ſuppoſita a forma eius vltra propriũ motorẽ: qm̃, ſicut declaratum eſt, cœlum neq; graue neque leue, ſed naturæ eſt tertiæ. & hoc manifeſtum eſt per ſe. Relinquitur ergo, quod ſumatur a corporea natura cœli: eſt enim cœlũ corpus quoddã ſubſtantiale. & impoſsibile eſt vt ſumatur a corpore, inquantum corpus: qm̃, tunc in vacuo poſſet ſaluari motus, & maxime ſecundum poſitionem dicentium formam corporis de genere ſubſtantiæ materiæ coeternæ. ergo oportet, adhuc ponere reſiſtentiã ſuppoſitam penes aliud. inuenimus autẽ in cœlo intelligentiam, quantitatẽ terminatam, & qualitates proprias. & impoſsibile eſt vt intelligentia reſiſtat ſibi, vt plene patet: neque quantitas vniuerſalius erit reſiſtentiæ, cũ non ſit de principijs actiuis, ſed paſsiuis, vt Auer. inquit in Phyſicis. Adhuc, patet cœlũ nõ reſiſtere reſiſtentia ſumpta ab ipſius qualitatibus, cum qualitates illę ſint ſpirituales & nõ agentes: vt ſic ergo, ſi opinio philoſophorum vera eſt, oportet reſiſtentiã ſumere a corporea eius natura, inquantũ eſt quinta eſſentia, & tertia natura. ſicut.n. graue reſiſtit ſurſum quia graue, & leue deorſum quia leue: ita cœlũ motori reſiſtet: quia tale corpus talis naturæ. duæ ergo ſunt ibi re

B ſiſtẽtiæ. vna priuatiua, quę cõis eſt omnibus. altera poſitiua ſumpta ab eſſe actuali corporis cœleſtis in tali ſpecie. Sed ambiges, ita ego poſſem fingere in vacuo in elementis, quod ipſa forma agit motũ vt forma, & reſiſtit ſibi vt in materia. Dubium. Præterea, ſi cœlũ reſiſtit, ergo agit: & omne agens eſt forma, vel formã habẽs. Rurſum, ſi intelligentia mouet cœlum, ergo excedit reſiſtentiam cœli: ergo põt mouere cœlũ. & amplius, cũ quilibet exceſſus potẽtiæ ad reſiſtẽtiã ſufficiat cauſare motũ in eo, quod talis motus. Amplius, argumentũ non eſt ſolutũ. ſi.n. cœlum reſiſtit, ergo inclinatur ad oppoſitũ: ergo violenter mouetur. Ad hæc dicendũ. Solutio. ad primam non eſt ſimile, quoniã materia non limitat magis ad motum ſurſum quam ad deorſum. & ita non poteſt eſſe cauſa reſiſtentię. omne enim reſiſtens eſt in actu terminato, & proprio, vt dicebam: cœlum igitur non reſiſtit in eo, quod corpus: ſed in eo, quod corpus actu ſeparatũ a ſuo motore. cuiuſmodi non eſt in propoſito de elementis. Ad ſecundam conſequentiam negant omnes. reſiſtere enim non eſt agere, ſed eſt actionem prohibere, ne agens moueat ea velocitate, qua poteſt propter ordinem naturæ, vt diximus. verum eſt, quod omne reſiſtens debet eſſe actu ens. & corpus talis naturæ, vt patet: & huiuſmodi eſt cœlum. eſt enim actu corpus ſimplex, vt patet. Ad tertiam dicendum,

C quod ſecundum fundamenta Ariſt. in primo cœli commento 116. oportet dicere vniuerſaliter omnem potentiam terminari per maximum quod ſic. ita quod in hoc ſic, & in nullum maius: & quodlibet minus, ſicut Auer. inquit, nec quilibet exceſſus ſufficit apud Peripatheticos ad motum: vnaquæq; enim res naturalis eſt terminata ad maximum, & ad minimum: & cum exceſſus ſit quædam res naturalis erit terminatus, & dabitur minimus, qui ſufficit ad mouendum & maximus. Et ſophiſtæ litigabunt, & quidã eorum dicent me contradicere famoſitati propter ignorantiam meam in dictis modernorũ: & quidam promittent me arguere argumentis demonſtratiuis: & quidam eorum dicent, iſte fuit parũ exercitatus in his: & quid curabo maliuolorum latratus: videant equidem quæſtionem meam de hoc, & percipient demonſtrationem contra hos confuſos modernos, & plane intentionem Ariſto. & Auer. Ad vltimam dico, ꝙ reſiſtere eſt duobus modis. vno modo ratione formæ contrariæ ipſi agenti. alio modo ratione limitationis naturæ rei motæ. dico igitur ꝙ cœlum reſiſtit ſecundo modo non ratione formæ contrariæ, ſed quia natura ſua eſt limitata ad ſic moueri, vel ſic. ergo inclinatur ad oppoſitum, conſequentia nulla: ſed bene ſequitur, ergo non properat ad tantam velocitatem, quanta motor intendit mouere. iſtum modum reſiſtendi explicat Auer. formaliter ſecundo cœli com. 63. vbi exponit qualis eſt operatio, ſiue contrarietas moti ad motorẽ, & qualis facultas, & diſtſ-

cultas in corporibus cœleſtibus: & tu vide eum. Sed dices, ex quo reſiſtere eſt D
Dubitatio. actionē prohibere: cur potius eā ponimus a parte paſsi, et nō agētis: poſſet enim
fingi quod cœlū appetit moueri velocitate maxima, ſed intelligentia moderat
Solutio. ipſum, vt moueatur tanta. Pōt dici quod reſiſtere eſt merito paſsionis: &, quia
intelligētia nullo modo patitur, ideo ipſi moto potius aſcribenda, quā motori. &
ſic patet ſolu. ad principale argumentū. Cū abſoluta eſt quæſtio, probās cor-
poris cœleſtis motū eſſe, cū pena & violētia. ſupereſt modo abſoluere quæſtio-
nē probantē ipſum eſſe naturalē. Ideo debes ſcire, qđ motus cœli eſt naturalis
Nota. eo modo, quo principia eius ſunt naturę: eſt aūt anima cœli natura, & materia
cœli natura, vt Auer. inquit. 1. cœli com. 5. & 2. Me. com. 16. ſed non natura ſe-
cundum vniuocationē. nullum. n. nomē reperitur vniuocū æterno, & generabi-
li, & quāto minus ratio. ergo, ſi ibi eſt cōuenientia erit ſecundū analogiam, ſicut
Auer. inquit in 2. Phyſi. in com. 3. Poteſt ergo dici, quod quēadmodum anima
cœli, & ipſum cœlum natura dicuntur per analogiā ad naturam, quæ eſt hic. ita
& eius motus naturalis dici poteſt naturalitate analoga. & ſic ad argumentum
cōcedo, nullum eſſe motū perpetuum, niſi naturalē vniuoca, vel analoga natu-
ralitate. Quomodo aūt huiuſmodi motus ſit a natura, tā penes principiū actiuū,
quam penes principium paſsiuum, patet. Id, autē, quod inducebatur, hunc ſcili-
cet motum a voluntate non eſſe friuolū, declaraui, id eſt, in tertia huius libri di- B
ſputatione, liberā voluntatem ſtare cum neceſsitate actionis. eſt enim liberū ar-
bitriū in motoribus cœleſtibus, ſicut & in nobis ſecundū cōparationē, & attri-
butionē. verū, in illis ſecūdum philoſophos cū neceſsitate eſt actionis, in nobis
aūt cum contingentia nec, ꝓpter hoc coguntur agere corpora cœleſtia, & ſi ne-
ceſſario agāt, vt ſępe in tertia huius libri parte perſpicuū relinquit. Ex his veri-
ficabitur corpus cœleſte eſſe animatum, mouens ſe per ſe ab intellectu, & appe-
titu, ſed qua ſpecie animationis ſit animal, vtrumq; tn̄ eo ſint alij gradus anima
lis, quā appetitiuus, intellectiuus, & motiuus nondū manifeſtū hic. verū, ex di-
ctis in alijs diſputationibus, & ex dicēdis forte in ſequēti diſputatione notum
fiet. Nec expectes a me totū: ego. n. hunc librū velut in tranſitu exponere cura-
ui ad libitū amicorū, & meorum ſcholarium: & ideo bonum eſt, vt poſteriores
addant dictis meis, & diminuēda diminuant. ſemper enim poſterior ſermo acu-
tior reperitur, vt in pluribus, ſicut Auer. inquit. Supereſt modo ſatisfacere quę-
Poſitio Platonis de numero ſubſtātiarū ſeparatarum. ſito vltimo, ſ. de multitudine ſpirituum, & intellectualiū ſubſtantiarū. voluit ita-
que Plato, quod omniū animaliū, in quibus eſt anima rationalis, tripartita diui-
ſio eſt, in Deos, homines, & demones. Deos aūt corpora cœleſtia habere dice-
bat, Demones aerea, hominis terrea, & ſic Plato ſub ſubſtantijs ſeparatis oīno
a corpore ſeparatis, hos tres ordines ſubſtantiarū corporibus coniunctarū pone
bat. Videtur aūt & ipſe in Parmenide, de vno omnium rerū principio, ſubſtan-
tiarū abſtractarū numerū æqualē ponere numero ſenſibiliū, vt ſpēs, & formas,
Poſitio Lucij Apulei. quæ ideæ dīr græco nomine. Lucius Apuleius in lib. de Deo Socratis, quod ve
re ſint demones habitātes, ac nobiſcū cōuerſantes, teſtatus eſt. inquit, n. demo-
nes ſunt genere animalia, animo paſsiua, mēte rationalia, corpore aerea, tpe ęter
na. Et Calcidius in cōmēto thymei inquit, demō eſt animal rōnale, immortale,
Poſitio antiquorū philoſophorum. paſsibile aīo, ęthereū corpore. Et Varro adeo proceſsit, qđ aliquid eſſe incor-
poreū nō dubitauit, ſed nullū tale, quin corpori ꝓprie ſit vnitū: adeo qđ ēt Deū
animā ponit mundi. Quod igitur ſint ſpiritales ſubſtātię, & multę apud hos ma-
Poſitio aliorum. nifeſtum. Alij primi philoſophi de veritate inquirentes ſolam naturam corpo-
ream conceſſerunt, adeo ꝙ primi philoſophi nihil eſſe, niſi corpora æſtimabant:
propter quod & animam ipſam corpus eſſe dixerunt, vt lib. de anima, & in Me
taphyſica inquit Ariſt. Alij aūt vnam ſubſtantiam ſeparatam tm̄ conceſſerunt
Deū. ſ. reliqua eſſe inanimata omnia: ꝓpter quod Anaxagoras Clazomenius cū
athenienſibus factus eſt reus, & dixit corpora cœleſtia inanimata eſſe, & dicēs
ſolē lapidem eſſe accenſum, occiſus eſt ab eis: & hanc opinionē Alga. defenſa-
uit: poſuit, n. vnam ſubſtantiam ſeparatam ſufficere corporibus cœleſtibus, &
omnibus pro gubernatione actuū, & motuum eorum, vt in hac diſputatione vi-
ſum eſt, Quod igitur ſubſtātia aliqua ſeparata in corporea ſit, Anax, Clazome-

A nius, Plato Athenienſis, Ariſto. Stagyrita affirmant. Anaxagoras quidem, qm̃
omne mouēs, omnia imperat omnibus, vniuerſaliter ſubſtantia eſt ſeparata. Cū,
igitur ſit aliqua ſubſtātia omnia mouēs, omnibus corporibus imperans v̄r, eſſe
aliquā incorporeā ſubſtantiā cōcedit. Plato vero ęſtimauit, ante eſſe participās;
eſſe neceſſariū ponere eſſe per ſe, & participatū. corpora aūt ſunt entia partici-
pātia, ergo eſſe participatū erit incorporeū, ſeparatāq; ſubſtātiā continēs. Ariſt.
deniq; ex eo, ꝙ omne mouēs motu perpetuo, oportet vt ſit ens ſeparatū a mate-
ria. Cū igitur probatum ſit aliquod eſſe mouēs motu æterno. ergo erit declaratū
eſſe aliquod ſeparatū a ſubſtantia materiali, & materia. hi igitur ſunt viri noſtrę
opinionis, & huiuſmodi breuiter fundamēta. Cū verificatū eſt ſecundū Ariſt.
plures eſſe ſubſtātias ſeparatas, Supereſt nūc ſtabilire numerum earū. inquit igi
tur Ariſt. 12. Meta. quare & ſubſtātias, & principia immobilia, & inſenſibilia
tot rōnabile eſt æſtimare, neceſſariū tn̄ dimittatur fortioribus dicere. in quibus
verbis Ariſt. vt videtur innuere cō. 48. illius partis ſyllogizat in tertia figura in
hunc modū, omne motus ſunt. 55. aut 67. motus ſunt tot numero, quot ſubſtantiæ
ſeparatæ mouētes. ergo ſubſtantię ſeparatæ mouentes ſunt. 55. aut 67. in tertia
figura propoſitio. d. motus ſunt. 55. aut 67. ab Ariſto. declarata eſt auctoritate
Eudoſi, & Calippi. & Auer. in commēto oſtēdit illud exēplo, & addit differen-
B tiā inter antiquos aſtronomos, & modernos ſui tp̄is. minor. ſ. d. motus ſunt tot nu-
mero, quot ſubſtantiæ: principia immobilia, & inſenſibilia non probata eſt, ſed
poſita tanquā rationabiliter, id eſt, cōfeſſa, & famoſa ab Ariſt. Etſi multæ indu-
cantur rationes probātes numerū ſubſtantiarū ſeparatū, mihi non v̄r alia via
fortior hac, quā Ariſt. induxit. hāc ęſtimat firmiorem, & Auer. in com. & Alb.

Tot ſunt motus quot ſubſtātiæ ſeparatæ.

Vʀ ɪᴅɪᴛᴠʀ videtur firmitas huius vię inſtamus ei. primo, ꝓpter qd mo-
tuū numero decet ſtabilire numerum intelligētiarum, cur nō numero luminum.
duo. n. propria ſunt orbi: motus, & lumē, & horū quodlibet ſenſui noſtro manife
ſtū eſt: ergo, cur non poſſint firma, ratione cōfirmari numero luminū, quēadmo
dum numero intelligentiarum, confirmat Ariſt. adhuc, vna forma. V. g. ignis, po
teſt duobus inſtrumētis plures operationes cauſare, vt ſiccitate exiccat, calidi-
tate calefacit, cur & vna potētia vniuerſalis, videlicet Deus, non pōt diuerſis
corporibus cauſare diuerſos motus: ergo hmōi via neceſsitatē non habet. Am-
plius, vna eſt anima in homine, quæ eſt principiū vegetādi, ſentiendi, intelligē-
di, & mouēdi de loco in locum, & appetendi: quę ideo hoc, qa cōtinet virtutes
omniū animarum inferiorum, ſicut dicit Ariſt. cur modo vnus motor tm̄ ſit, qui
contineat vires omnium motorum, potens agere diuerſa, prout diuerſas habet
ſub ſe partes. Rurſum, arguit Auer. in primo cœli cō. 5. argumēto fortiſsimo. vel
intelligentia motrix exiſtit in moto per ſe & ſimpliciter, ſic ꝙ cōſtituatur per
C motum, ſicut forma ignis per materiā, vel ineſt ei a ꝓprietate non intrinſece &
per ſe. ſcdm ſe, ſed ſecundum rē, & exiſtere habet eſſe diuerſum à cœlo. Si pri-
mum, tunc cœlum cōponitur ex materia & forma, quapropter eſſet generabile
& corruptibile. Si ſecundū, quomodo igitur continget ex diuerſitate motuum,
vt diuerſetur natura moti. nō diuerſatur. n. natura moti niſi propter diuerſitatē
ſuæ formæ. & hoc non inuenitur niſi in forma exiſtēte per materiā. vide ipſum.
eſt ergo virtus rōnis ex diuerſitate motuum concludit Ariſt. primo cœ. diuerſi-
tatem quintę eſſentię. nō pōt hoc fieri niſi iſto ordine, ex motu cōcludendo na-
turā motoris diuerſam a natura alterius motoris alterius motus, ex motore non
poteſt cōcludi natura moti diuerſa, niſi motor det ei ſpeciē & differētiā eſſentia-
lem, ſpecies & differentia eſſentialis ſumuntur a forma cōſtituta in eſſe per mate
riā. ergo, ſi via Ariſt. valeret, motores cœlorum eſſent formæ cōſtitutæ per ma-
teriā, & diuerſaies: & hęc quęſtio, vt Auer. inquit, eſt multum difficilis, & labo-
rioſa. Ad intellectū igitur demonſtrationis Ariſt. debes ſcire, ipſam ſuſtentari
in duabus ꝓpoſitionibus principalibus, & in tertia, qua remouetur quod in ea.
prima, motus ſunt. 55. vel 67. huiuſmodi ꝓpoſitio debet ſupponi hic, & accipi
ab aſtrologo, qui per propria inſtrumenta cognouit proprios motus. motus. n.
corporis cœleſtis eſſe plures accipit aſtronomus a naturali. probat. n. Ariſt. mo-
tus cœleſtes eſſe plures propter generationem & corruptionem entium hic. ſi

Quæſtio 3.

te moti ſufficientẽ rationem motus. Secundo debes ſcire, ꝙ moueri ab extrin D
ſeco poteſt intelligi duobus modis ſecundum fundamẽta Ariſto. vno modo per circũſcriptionẽ cuiuſcunque requiſiti ad motum tanquã agentis,& tanquã patiẽtis.&,ſic omne motum ab extrinſeco violenter mouetur, vt patet.alio modo intelligi poteſt ab extrinſeco per circũſcriptionẽ ipſius agentis tantum; & ſic poteſt motũ ab extrinſeco moueri naturaliter,quando ei reſpondet paſſum inclinatũ,ſicut in ethicis dictũ eſt. Ad oppoſita ergo. Ad primũ dicendum, ꝙ Auer. conſiderans motorem principalẽ elementi,& motũ principale & eſſentiale.ſ.formam,& materiam,dixit quandoque elementa moueri a ſeipſis non per ſe, ſed per accidens.vult dicere non virtualiter,ſed partialiter,vt in multis locis patet: conſiderans vero qñq; in eorũ motũ neceſsitatem extrinſeci medij & agentis, dixit ſæpe illa moueri ab extrinſeco.& per hæc patet concordia dictorũ Auer. & ſolu.argumẽti. Ad ſecundũ obiectũ ex ſecũdo apparet.(Sed id, quod dixerat)adhuc circa propoſitionẽ aliã Alg.inſiſtens inquit, ſed id, quod dixerat, ꝙ omne mobile a ſe eſt neceſſariũ ꝙ ſuũ mouẽs differat a mobili. vult dicere, ꝙ omne motũ a ſe ab alio mouetur, eſt ꝓpoſitio per ſe nota.obiicit huic.d.dicimus ꝙ hoc non eſt notũ per ſe.ly eſt ꝓbabile:& philoſophi inſudãt ſe circa propoſitionem dicentẽ, ꝙ omne mobile a ſeipſo habet mouẽs cõſiſtẽs in eo, qđ differt eſſentialiter a mobili.vult dicere, ꝙ Ariſt.laborauit in probãdo hanc in 7. & 8.
Phy.ſimiliter nõ eſt notũ per ſe, ꝙ ſi omne mobile moueatur a mouẽte extrin- E
ſeco, ꝙ peruenire ad mobile,quod de ſe mouetur.i.ad primũ mobile ex ſe. hæ ſunt ꝓpoſitiones Alga.ductę tanquã notæ per ſeipſas: ſed ſecundũ veritatem, quædã ipſarum ſunt notę,quædã vero ſunt concluſiones ſyllogiſmorũ,vt patet. (Sed id,quod.) apponit iudiciũ ſuum circa aliud, & inquit. ſed id, quod dixit, videlicet ꝙ id,quod mouetur a ſe, non a corpore extrinſeco aut mouetur a ſua natura,aut a quodã principio.& ꝙ impoſsibile eſt ꝙ moueatur a re extrinſeca ſeparata, vt puta ab aliquo incorporeo. dicimus ꝙ non eſt notum per ſeipſum. vult dicere,quod licet ſit verũ, nõ tamen eſt notum per ſe. ꝙ ſit verum, patet, qm̃ res incorporea non eſt extrinſeca a ſuo motu, vt in octauo dictum eſt. (Sed id.)adhuc circa aliud verbũ inquit,ſed id, quod dixit.ſ. ꝙ omne mobile a ſeipſo mouetur ſine dubio a quodã principio in eo, videlicet natura,aut voluntate:dicimus quod eſt verum,declarato.i.accepto quod hoc nõ ſit aliquod mobile a ſeipſo in loco,niſi fuerit in loco nõ cõpetenti ſibi.tunc,enim mouetur donec attingit locũ cõpetentẽ,& poſtea quieſcit dicimus ergo quod eſt verũ. (Id tamẽ quod.) Rurſum verificat aliud verbum,& dicit.illud tamen , quod dixit quod mobile circulariter nõ habet locũ competentem, neque incompetentẽ, vt transferatur de vno in alterũ:dicimus quod quaſi notum eſt de ſeipſo. vnde optime dixit in
hoc,quod dixit quod nullum mobile circulariter mouetur naturaliter: vſque huc F
ſermo eius erit fere manifeſtus per ſe,neque volebã exponere eum: attamẽ dixi per modũ ſummæ:poſt tranſit ad vltimũ verbũ,& dicit ſed illud, quod dixit, videlicet quod illud,quod non naturaliter mouetur,nec violẽter, ſine dubio mouetur ab aĩa,vel virtute aĩę:dicimus, ꝙ ſecũdũ veritatẽ aĩa non attribuitur ſupercœleſtibus niſi ęquiuoce,ſed ſapiẽtes, vt plurimũ poſuerunt nomẽ aĩę ſuper oẽm virtutẽ habẽtẽ actũ intellectualẽ,vel ordinatũ ſeriatim. vult dicere, quod Peripathetici intelligũt per animã illud,qđ eſt principiũ intelligẽdi, vel ordinate viuendi:omne enim viuum animatum eſt, vt dictum eſt loco eius.eſt ergo maior.omnis anima eſt principium regendi corpus: tunc accepit quaſi vim minoris,& inquit, ſed cauebit ſibi ponere hoc nomẽ inſupercœleſtibus corporibus: quia ipſa corpora dant hanc virtutem regentem in omnibus entibus, & ab eis influitur in cunctis cauſatis.eſt ergo minor: ſed forma cœli non eſt principium regendi corpus cœleſte:ergo, in ſecunda figura, forma cœli nõ eſt anima. minor probatur.& intendit hanc rationẽ:id, quod influit alijs regimẽ & vitam,nõ eſt principium regẽdi ſuũ corpus. ſed forma cœli influit regimen, & vitã omnibus rebus ergo forma cœli non regit ſuũ corpus. maior patet:qm̃ cauſa, & cauſatum non conueniunt in vna ratione, vt patet.& ſic apparet ſermo eius. addit, vnde dicimus ꝙ declarare corpus cœleſte eſſe animatũ ab hac ratione via eſt, quæ

A ſumitur ab Auic, ſed antiqui ſapiẽtes aliã habent viam in dicto propoſito, quæ ſine dubio eſt nobilior, & clarior iſta, vt dicetur. Patet ergo ex his, qualiter anima dicitur de cœleſti, & generabili æquiuoce æquiuocatione ſumpta penes cauſam, & cauſatum, vt loco eius declarabitur. Hic poſſunt eſſe quęſtiones non paruæ, ſed in fine diſputationis quærentur multum copioſe: quoniam, hic tanquam in tranſitu procedo.

ALGAZEL.

Ait Alga. Quæſtio autem eſt vt dicamus, nos conſyderamus tres cõſyderationes, præter opinionẽ veſtram: in quarum deſtructione non eſt demonſtratio. Prima quidem, cum conſyderauimus motum cœli violentum ex alio corpore, quod id mouet continue: & hoc corpus mouens non erit rotundum, nec comprehendens, nec cœlum: igitur eſt falſum dictũ eorum, ꝙ motus cœli eſt volũtarius, & ꝙ cœli ſunt animati. & hoc, quod diximus, eſt poſsibile, &
B non eſt in negatione eius, niſi negatio ſimpliciter.

Proponit Alga. ſe velle inſtare duobus, vel tribus modis cõtra Peripatheticos. & primo arguit, oſtendendo dicta Peripatheticorũ non eſſe neceſſaria. & inquit, nos dicimus quod corpus cœleſte forte mouetur ab alio corpore, quod mouet ipſum continue. vult dicere, ꝙ ex ſermone eorũ non apparet, quare corpus cœleſte non mouetur ab alio corpore continue & ſemper. & vbi ſic ab aduerſario dicetur, cœli non erunt animati, nec voluntarie moti: & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe in hoc capitulo.

AVEROES.

Ait Auer. Hoc eſt falſum. quoniam declaratum eſt apud eos ꝙ extra cœlum non eſt aliud corpus, nec poſsibile eſt vt ſit infra cœlum. nam illud corpus, ſi mouet, impoſsibile eſt quin moueatur. & reuertitur interrogatio.

Obijcit Auer. reſpõſioni Alg. & ſubtiliter per philoſophorũ dicta, & vis argumenti ſtat in hoc. ſi corpus cœleſte mouetur a corpore diſtincto ab eo, vel illud eſt extra cœlũ, vel infra cœlũ: nõ extra cœlũ, qm̃ declaratũ eſt extra cœlũ nullũ eſſe corpus, neq; plenum, neq; vacuũ demonſtratiue: vt in his, quæ de cœlo dixit Ariſt. patet: non infra cœlũ, qm̃ infra cœlum, non ſunt niſi elementa, & animalia: nullũ aũt iſtorũ mouet cœlũ, immo quodlibet iſtorũ mouetur a cœlo. ergo nullũ iſtorũ corporũ infra ipſum poteſt mouere ipſum ergo cœlũ nõ mouetur a corpore. Amplius arguit, & virtus argumenti eſt. qm̃ omne corpus in mouendo mouetur, vt dictum eſt, & demonſtratũ in 7. Phyſi. quare petendum a quo moueetur. & ſic eſſet de eo quæſtio, quæ de cœlo eſt. his duobus argumentis relinquitur reſpõſio Alga. impoſsibilis, & ſermo eius eſt manifeſtus per ſe.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda vero eſt vt dicatur ꝙ motus eſt violẽtus, & principium eius eſt voluntas Dei glo. nam nos dicimus ꝙ motus corporis grauis deorſum eſt violẽtus, & fit, qm̃ creat Deus glo. motum in eo. & ſic dicitur de aliis motibus corporum, quæ non ſunt animalia, & remanet quæſtio eorũ, quare voluntas appro-

priata eſt eis,& tamen alia corpora communicant cum eis in corpo- D
reitate,& non appropriantur in genere & iam declarauimus ꝙ volun
tas antiqua,eius moris eſt appropriare rem præ ſimili:& ipſi neceſsi-
tati ſunt confiteri attributum tale,cum conſideratur pars motus cir-
cularis,& locus polorum,& puncta.& non reiterabimus id. Sermo
autē breuis circa id, quod negauerunt de appropriatione corporis ex
alligantia voluntatis in eo abſq; diſtinctione attributi, quod conuer-
titur contra eos in diſtinctione illius attributi,eſt ꝙ nos dicimus qua-
re cognoſcit corpus cœli tali attributo,quo diſtinguitur ab alio ex cor
poribus? & alia corpora ſunt ēt corpora:& quare euenit ēi id, quod nō
euenit alteri.Nam deuenire hoc ex alio attributo facit interrogare in
illo attributo alio:& ſic in infinitum.& indigent demum deuenire ad
iudicium voluntatis,& ꝙ in principiis ſit aliquod diſcernēs rem à ſi-
mili.& appropriat ipſam attributo præ cæteris ſimilibus.

Inducit Alga.ſecundā obiectionem,& dicit,dicimus quod motus orbium eſt
violentus,& quod principiū ipſius eſt diuina volūtas.nos nāq; dicimus qđ cor- B
pus moueri deorſum eſt violentū,ſed eſt ex diuina coartatione,&,ſimiliter dici
mus de motibus aliorū corporū inanimatorū.eſt ergo ſolu. quod omnia corpora
ſecundū eorū naturas violenter mouētur,verū voluntate Dei mouētur motibus
terminatis: & hoc eſt,quod Ioā,inquit chriſtianus, vt Auer. dicit in 12. Meta.
cō.18.ꝙ non poteſt moueri lapillus ſine Dei voluntate.vł enim hoc Ioan. pri-
mo.Et ſine ipſo factū eſt nihil:& hūc Ioan.intendit Auer.licet alij intelligant
Philoponum.Obijcit ſibi, & inquit,& ſi forte aliquis petat,quare magis aliqua
corpora appropriantur in voluntate diuina, quā alia?vult dicere, ꝙ in re vera
omnia corpora non proprie a Deo mouentur:ſed quædā appropriate, ideo petit
cauſam iſtius differētię.Reſpondet,& inquit.dicimus qđ declaratū eſt a nobis,
videlicet,quod a voluntate antiqua aliqua natura ſup. appropriate eſt, vult di-
cere natura æterna.nullū enim mouetur æterno motu niſi corpus cœleſte, ideo
illud ei appropriatur propter conuenientiam maxime. (Et petendum,) Adhuc
obijcit,& fortiſsime d.& petendū eſt ab eis de cauſa appropriationis partium
motuū ſupercœleſtium,videlicet,quare diurnus motus eſt erga occidentem, &
motus firmamēti,i.cœli ſtellati erga orientē,& non econuerſo ſimiliter de parti-
bus mundi petendum eſt eo modo,quo ibi dictū fuit.ſ.quid vna illarū mouetur
verſus centrum,altera verſus concauū,&c,& multa alia petenda ſunt hoc mo- F
do.et q.d.horum nō poteſt aſsignari alia cauſa,niſi quia ſic Deus ordinauit.qua-
re Deus ſufficit pro motu omnium orbium.Ex huiuſmodi ſol. tollitur numerus
intelligentiarum ſecundum numerum motuum.immo redditur opinio quorundā
aſtronomorum,qui fingunt omnes orbes ab vno moueri motore.& hoc tange-
tur in poſt.ideo ſat ſit pro nunc.

A V E R O E S.

AIt Auer. Quòd aūt lapis moueatur deorſum ex attributo,quo
creatus eſt,& ſic ignis ſurſum,& ambo attributa ſunt cōtraria
eſt quid per ſe notū.& cōtradicere huic eſt temeritas. & multo
plus vt dicatur ꝙ voluntas æterna faciat motū continuū abſq; actio-
ne, quam agat in eo volēs,& ꝙ hoc nō ſit elemētale in natura ſua, &
appellatur violētia.nam,ſi hoc ſic eſſet,non eſſet rebus natura omni-
no,nec verificatio,nec definitio.qm̄ notum eſt per ſe ꝙ differunt natu
ræ rerum, & definitiones earum propter differentiam operationum

A earum: ſicut eſt notum per ſe quòd omnis motus violẽtus corpori erit ex corpore ab extra. & hic ſermo nihil eſt. Cum autem dixit quòd ponere actionem entis procedentis ab eo determinat attributum proprium, interrogatio remanet de hoc attributo: & eſt quare appropriatur huic enti, præter id, quod eſt ex genere eius? verbi gratia ignis, & terra communicant in corporeitate, & receptione, ſed differunt attributo addito corporeitati, ſequitur ei vt dicatur quare appropriatur attributum ignis igni? & attributum terræ terrę? & quare non fuit econtra? Hic quidem eſt ex ſermone eius, qui non ponit attributis ipſis ſubiectum proprium, ſed poteſt euenire omne attributum cuilibet ei, cui attribuitur. & dicens hoc, etiam aufert definitionem, & aufert differentiam ſubiectorum. appropriatio enim eorũ attributis propriis eſt cauſa prima appropriandi entia attributis propriis. & hæc poſitio eſt ex radicibus ſectæ Aſſariæ, qua conati ſunt deſtruere ſcientiam legis, & intellectus, & demum intellectum ipſum.

B Auer. obiicit ei per ſolu. Ariſ. in. 2. cœli, & inquit, dicimus nos quod mouere lapidem deorſum, & ignem ſurſum, natura in eis fundat. vult dicere quod lapis mouetur deorſum, quia lapis, & ignis ſurſum, quia ignis. & quod iſtæ naturę ſint contrarię, notum eſt per ſe, & per conſequens quod motus ſint contrarij. quare altercare in iſtis pura eſt prauitas, & inducit argumentũ contra eũ. & primo ponit ſolu. datam. d. dico ſup. eſſe ſummam prauitatẽ. maxime, ſi dicatur quod voluntas antiqua dat ſibi motũ continue ſine actu alterius agentis. i. nullo concurrente agente proximo. et hoc probat per impoſſibile. d. ſequeretur enim ex hoc, quod nulla ſit natura terminata in entibus terminatis ſeipſis. immo ſequitur, q̄d nõ põt addi quiditas. i. forma alicuius rei naturalis determinatæ materię. quare, ſine dubio id, quod dixit hic, fuit ſummus error. Debes ſcire, quod conſequentia illa tenet pro tãto: q̄m forma communicatur materię propter actionẽ, quare, ſi formę non eſt agere, ſed Deus omnia agit immediate: duo ſequuntur: quorum vnum eſt quod forma mea põt eſſe illa leonis, & econtra: q̄m, non poſſem ſcire quare hæc mea eſt intelligens, & non illa leonis, poſtq̄ Deus agit. & ſequitur ſecundũ, quod. ſ. fruſtra forma cõtiatur materię: q̄m materia non attingit ſuã operationem, ſed illã Dei: & ſic apparet entimema Auer. & hoc deduxi ex eis, quę dicit cõ. 18. 12. Met. contra nos criſtianos huiuſmodi deductio nulla eſt: quoniã

C nos non tenemus de facto Deum immediate concurrere ad omnia, ſed ſecundã poſſe. Deus enim produxit ſtellas, vt eas proprijs motibus agere ſinat, vt Plato in Thymeo inquit. ſed bene contra legem mahumeti demonſtrat argumentum. & hoc totum dixi in lib. de intellectu. (Sed id, quod) nunc ſoluit ad quęſitum vltimum, & dicit. ſed id, quod dixit, videlicet, quod a philoſophis petendum eſt, quare aliqua appropriantur entibus quibuſdam magis, quam alijs in eodem genere: dicimus quod hęc fuit ſumma fatuitas dicere: quia ſimiliter petendum eſt iuxta eum, quare ignis fuit ignis, & terra fuit terra, & non econuerſo. vult dicere quod, ſicut quęſtio, quare terra eſt terra, nulla eſt: ſic quęſtio, quare terra mouetur deorſum, ſoluitur: quia terra. & ſimiliter de igne: & addit, & hęc verba ſine dubio ſunt verba opinantis, quod rerum naturę poſſunt transferri inuicem: quod eſt euulſio radicum totius philoſophię, & ramorum eius. & hoc facit quędam ſecta loquentium, quę dicitur Aſſaria: & cum iſtis non loquimur, ſed cum veris ſapientibus tantum. & ex his patet ſolu. Argu. Algaz. pulcherrime.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertia vero eſt, vt concedatur quòd cœli appropriati ſunt attributo, & illud attributum eſt principium motus, vt credide-

runt de deſcenſu lapidis deorſum:ſed non conſyderant hoc in eis, ſicut in lapide. Et, cum dicunt quòd id, quod quæritur naturaliter, non eſt id, a quo fugitur naturaliter, eſt error. quoniam non eſt ibi differentia numero apud eos, ſed corpus eſt vnũ, & motus circularis eſt vnus: & corpus non habet partem in actu, nec motus habet partem in actu, ſed diſtinguuntur imaginatione. & non eſt ille motus, quia quærit locum, nec quia fugit a loco. & poſsibile eſt vt creet corpus, & in ſe ſit aliquid determinans motum circularem, & ipſemet motus hoc determinat, non autem quòd determinet ille motus quærere locum, deinde erit motus ad perueniendum ad eum. Et, cum dicitis quòd omnis motus eſt ad perquirendum locum, aut ad fugiendum ab eo, cum fuerit violentus, eſt ac ſi poneretis quęrere locum determinatum a natura ipſa, & poneretis motum non intentum in ſe ipſo, ſed ſequitur eã, nos autem dicimus non negatur quòd ſit motus ipſummet determinatum, non perquiſitio loci: quæro quid reddit hoc falſum. Et declaratio eius, quod dixerunt, quod reputatur eſſe fortior alia conceſsione, non debemus ſententiare ex hoc quòd auferatur aliud. igitur iudiciũ in ſententiando quòd cœli ſunt animati eſt pura verſutia, non habens quidem ſuſtentaculum. D B

Nunc obijcit tertio, & dicit. tertium vero argu. eſt, quia nos concedemus quod cœlo appropriatur quędam proprietas. i. forma, quę eſt principium ſui motus: ſicut appropriantur elementis principia motus ipſorum, videlicet, ſuę formę ſubſtãtiales. & dicimus quod ipſa cœli forma non ſentit. i. non cognoſcit, ſed ſup. a cognoſcente dirigitur: ergo, tunc non oportet ponere animam, ſed formam cœleſtẽ, ſicut eſt forma elementi. Ad argu. Aui. reſpondet. erat enim argu. omnis motus naturalis eſt ex termino a quo in naturali, ad terminum ad quem naturalem: ſed motus cœli non eſt huiuſmodi. quare, &c. huius non replicat niſi minorem, & ſoluit. d. dicimus quod hic eſt fallacia: nulla enim eſt ibi diuiſio terminata, immo eſt vnum mobile motu ſimplici continuo indiuiſo in actu. ergo ille motus non ſit ad acquirendum locum competentem, vel ad fugiendum de loco incompetenti. ergo ſolu. ꝙ maior eſt vera de motu terminato, & finito, & non de motu continuo, & æterno, & ſimplici. & ſic argumentum non procedit. ex omnibus his patet, qualiter vna ſola ſubſtantia ſeparata ſufficit. & per conſequens tota philoſophia ruit. & de hoc poſt fiet ſermo. F

AVEROES.

Ait Auer. Cum autem dicunt ꝙ hic motus non eſt ex potentia naturali, ſimili potentiæ naturali terræ, & ignis, eſt verum. Et hoc manifeſtum eſt ex eo, quod dixerunt, ꝙ illa potentia eſt deſyderium loci conuenientis corpori, cuius eſſe eſt per illam potentiam. corpus vero cœleſte, cũ omnis locus ſit conueniens ei, ideo non mouetur tali potentia. & ideo appellant Sapientes talem potentiam, nec grauem, nec leuem. Si autem hęc potentia eſt cũ comprehenſione, aut ſine comprehenſione. & ſi eſt cum comprehenſione, quo nã modo comprehenſionis eſt declaratum eſt alibi. Et declaratio huius eſt vt dicamus. Prima aũt conſyderatio eſt vt ponamus motorem cœli aliud

A corpus, non cœleſte, eſt nota deſtructio eius ex ſeipſa, aut prope noti-
tiam ex ſeipſa. Nam hoc corpus non poteſt mouere corpus cœleſte
circulariter, niſi quòd ipſum moueatur ex ſe, ac ſi diceres homo, aut
angelus id reuoluit ab oriente in occidens. &, ſi hoc eſſet, erit hoc cor-
pus animatum, aut infra mundũ, aut extra. & falſum eſt vt ſit extra.
nam extra mundum non eſt locus, nec vacuum, vt declaratum eſt in
multis locis. & oportet etiam, cum mouerit illud corpus, vt firmetur
ſuper aliud ibi quieſcens, & illud corpus ſit quieſcens ſuper aliud, &
procedet in infinitum. & eſt falſum etiam vt ſit infra mundum. nam, ſi
hoc eſſet, comprehenderetur ſenſu. omne enim corpus infra mundum
eſt ſenſibile. & indigerent etiam alio corpore, quod contineat ea, præ-
ter id, quod ea reuoluit, aut id, quod reuoluit ea eſt id, quod continet
ea: & contingens indigeret continente. & neceſſe eſſet vt ſit numerus
corporum animatorum, quæ mouentur numero motuum corporum
cœleſtium. Et interrogatur etiam de iſtis corporibus an ſint compoſi-
B ta ex elementis quatuor, & erunt generabilia & corruptibilia, an ſim-
plicia. ſi erunt ſimplicia, quæ eſt natura eorum. & hoc totum eſt fal-
ſum. & præcipue apud eum, qui ſciuerit naturam corporum ſimpliciũ,
& ſciuerit numerũ eorum, & numerum ſpecierum corporũ compoſito
rum ex eis. & incumbere huic in hoc loco nihil eſt. Et iam declaratum
eſt demonſtratiue in multis locis ꝙ hic motus non eſt violentus. nam Lõge plura hic.
eſt principiũ omnium motuũ, & eo mediante influitur vita omnibus
entibus, quanto magis motus? Secunda vero conſyderatio, & eſt quòd
motor eorum ſit Deus glo. abſq; eo, ꝙ creat in eis potentiam, qua mo
uentur, eſt etiam ſermo turpis nimis, prohibitus, & diſtãs ab eo, quod
intelligit homo: & eſt ſimilis dicenti ꝙ Deus glo. tangit omnia, quæ
ſunt hic, & mouet ea. & quod comprehenditur ex cauſis, & cauſatis
eſt falſum: & erit homo, non modo, quo creauit eum Deus: & ſic
alia entia. Et deſtructio huius eſt deſtructio intellectorum. nam intel Nõ põt ītel-
C lectus comprehendit res ex parte earum cauſarum. & eſt ſermo ſimilis ligere Auer.
ſermoni dicentis ex antiquis quòd Deus eſt in omni re, & ſunt pueri. quo Deus ſit
& loquemur cum eis in loco, vbi recitabimus deſtructionem cauſarũ, in oĩbus, &
& cauſatorum. Tertia vero conſyderatio currit curſu naturę, & eſt quã rudis?
vt ponamus quòd motus cœli eſt ex potentia naturali in eo, & attribu
to eſſentiali, non ex anima. Et demonſtratio eorum in deſtructione
huius eſt falſa. quoniam ædificauerunt demonſtrationem in eo, quòd, ſi mo
tus cœli eſſet naturalis, erit locus, quæſitus in motu eorum naturali,
idem cum eo, a quo receditur. nam quælibet pars cœli mouetur ad lo-
cum, a quo iam mota eſt. motus enim eius eſt circularis: in motu vero
naturali locus quidem, a quo recedit in motu, eſt diuerſus a loco quæ-
ſito. nam is, a quo mouetur, eſt accidentalis: & is, ad quem vadit, eſt
naturalis, in quo quidem quieſcit. Et eſt poſitio falſa. quoniam ipſi po
ſuerunt in partibus cœli multos motus multis motis. & hoc ſecundũ
radices eorum. quoniam ipſi dicunt quòd motus circularis eſt vnus, &

corpus,quod mouetur eo,eſt vnum, in motu vero circulari non pqui- D
rit mobile locum.& poſsibile eſt quòd creauerit in eo aliquid, quo p-
quirit mobile motum ipſum,& erit natura,non autem anima. Et re-
ſponſio huic eſt,quòd hic ſermo eorum eſt apud eum, qui cogitauit ꝙ
mutatio loci ſtellarum prouenit ex motu naturali,ſimili permutatio-
ni motorum naturaliter ex locis ſuis. Attamen poſitio eorum vera
eſt,quòd motus circularis mobile non perquirit in eo locum,ſed,cum
perquirit anima,motus circularis, & mouens eius eſt anima neceſſa-
rio,non autem natura,& motus eius non habet eſſe,niſi in intellectu.
nam nō reperitur extra animam niſi moto tm̄. & in eo eſt pars motus,
quæ non comprehenditur in eſſe.& id,quod mouetur ad motum,in eo
quòd eſt motus,deſyderat eum neceſſario.& id,quod deſyderat motū,
imaginatur eum neceſſario. & hic eſt vnus ex locis,ex quibus apparet
quòd corpora cœleſtia habent intellectum,& deſyderium. Et apparet
hoc etiam ex multis locis. quorum Vnus eſt quòd idem motum ex
corporibus rotundis,id inuenimus moueri duobus motibus contrariis E
ſimul,ſ.orientali,& occidentali. & hoc impoſsibile eſt vt ſit ex natu-
ra.nam motum naturaliter mouetur vno motu tantum. Et iam locu-
ti ſumus de rebus, quæ mouerunt homines ad tenendū quòd cœli ſint
habentes intellectum.& quod magis apparet ex eis,eſt qm̄,cum decla
ratum eſt apud eos quòd motor eorum eſt intellectus ſeparatus a ma-
teria,neceſſe eſt vt non moueat, niſi ex eo quòd eſt quid intellectum,
& conſyderatum.&, cum ſic fuerit, igitur motum ab eo eſt intelligēs,
& conſyderans neceſſario. Et apparet hoc etiam ex eo,quòd motus eo-
rum eſt conditio in eſſe eorum,quæ ſunt hic ex entibus, & conſerua-
tione eorum,& impoſsibile eſt vt hoc ſit caſu. & hæc non declarantur
hic,niſi declaratione diſputatiua,& ſatisfacienti.

Hoc in loco examinat verba Alga.& inquit, Id,quod dixit, ſcilicet ꝙ prin-
cipium illius motus,ſcilicet cœleſtis non eſt virtus naturalis,ſicut eſt in elemen-
tis,vult dicere omnibus modis,ſine dubio verum dixit,& cauſam reddit.d.& in
hoc pateſit id,ꝙ philoſophi dicunt,ꝙ hæc virtus deſiderat locum competentem F
illi corpori,in quo illa virtus fundatur, id eſt ſuſtentatur ſecundum rem & eſſe:
ſed,quia quodlibet vbi eſt cœlo competens:ergo corpus cœleſte non ſimili vir-
tute mouetur.quare dicunt ſapientes ꝙ huiuſmodi corpus neq; eſt graue, neque
leue.Et ſic manifeſte apparet dictum Alga.non eſſe ex toto falſum: immo ve-
rum,quantum ad hoc ꝙ corpus cœleſte,& elementū non mouentur eodē modo
penitus,& oībus modis a ſuis formis ſubſtantialibus, vt exemplo patet. (Sed ſi
hęc virtus.)Cum approbauit dictum Alg.in parte, hoc in loco veritatē ex toto
manifeſtat.& primo proponit quęſtionem.d,ſed, ſi hęc virtus, id eſt ſed an hæc
virtus cœli,quæ ponitur forma cœli ab Algaz. agat comprehenſione, an ſine
comprehenſione, ſiue quali modo comprehenſionis agat, declarabitur ex his,
quæ dicam.Inquit,ſi poneremus primo quod motor cœlorum ſit aliquod corpus,
& aliqua natura,contra obijcit.d.dicimus quod hoc eſt falſum:impoſsibile eſſet
enim quod moueret circulariter orbes,niſi ipſum a ſeipſo moueretur.vnde,ſi ita
eſſet, vtputa homo,vel angelus,et corporeus ſup.aut eſſet infra mūdū,aut extra:
et oſtendit quod extra nō ſit p verbū Ariſt.& ſermo eius patet p ſuperius dicta.
(Rurſus.)probat idē per demōſtrationem Ariſt.in libro de cauſa motuū aīaliū.
omne enim mouēs aliud corpus,ſi eſt corpus mouens indiget corpore quieſcen-
te: vt ibi demonſtrat Ariſto. quare hoc in loco inducit ad proceſſum infinitum,

A & ſermo patet. Similiter, quod non ſit infra cœlum tribus oſtendit ſignis: primũ componit ſic, omnia corpora infra cœlum exiſtentia comprehenduntur ſenſu, vel ſaltem poſſunt comprehendi, hoc patet per ſe: ſed per ſe corpus mouens cœlum eſt infra cœlum, ergo a ſenſu comprehenderur, vel ſaltem comprehenſibile eſt. concluſio falſa eſt, & non propter ſyllogiſmum, ergo propter propoſitiones: & non propter maiorem, ergo propter minorem: & ſic habetur ꝙ non eſt infra cœlum. huius ſyllogiſmi recipit concluſionem, & maiorem. & ſermo ſuus patet. (Et indigeret.) ſecundum ſignum apponit, & poteſt componi ſic. omne corpus mouens aliud corpus, indiget altero corpore ipſum ſuſtinẽte, ſeu ferente: ſed per ſe aliquod corpus hic inferius mouet corpus cœleſte, ergo aliquod corpus hic inferius indiget ipſum ſuſtinente: concluſio falſa, vt prius: & non niſi propter minorem. huius apponit tamen concluſionem. & ſermo patet, vt prius. (Et ſequeretur.) tertium ſignum apponit, & facit ipſum per viam entitatis. d. & ſequeretur ex hoc, quod numerus corporum animatorum mouẽtium cœlos eſſet ęqualis numero cœlorum: quoniam, vt dicam, tot ſunt motores proprij, quot mobilia per ſe & proprie. modo hoc conſequens non videtur ad ſenſum: ex his tribus ſignis patet falſum eſſe corpus cœleſte moueri a corpore, vel a natura corporea, vt Alg. fingendo dixit. (Et eſt petendum.) Adhuc argumento Ariſto. in primo cœli inſtat fortiſsime ſic. ſi cœlum mouetur a corpore: vel illud eſt compoſitum,

B id eſt, mixtum, vel ſimplex. dictum eſt enim ibi quod omne corpus eſt ſimplex, vel mixtum ex quatuor elementis. ſi ſimplex. vel ignis, vel aqua, vel terra, &c. & nullum iſtorum eſſe demonſtratum eſt ibidem: quod autem non ſit compoſitum, relinquit notum ex primo de cœlo. & immorari in hoc plus eſt ſtultum, & ſermo eius patet. (Immo quod plus.) Adhuc, quod motus cœli non ſit violentus ſyllogizatur ſic. nullus motus, qui eſt principium omnium motuum æternorum, & omnium viuentium vitarum in omnibus entibus eſt violentus. & huiuſmodi propoſitio patet per ſe. Sed motus cœli eſt principium omnium motuum, & cauſa viuendi omnibus viuentibus: ergo motus cœli non eſt violentus. Huius minorem accepit tantum, et propoſitiones dimiſit tanquam notas ex libro Phy. & lib. cœli & mundi. Et ſermo eius patet. (Id tamen, quod.) Hoc in loco remouet vltimum verbum eius, & primo reperit illud, & inquit. illud tamen, quod dixit, quod Deus benedictus mouet orbes, non quod ipſe habeat principium, neque virtutem mouendi, ſed ſup. voluntate mouet, vt Alga. finxit. Poſt reſpondet, & inquit. dicimus quod eſt error, & valde diſtat ab humano intellectu. cuius rationem reddit, dicens: & hoc eſt ſimile dicto dicentis, ꝙ ipſe Deus induit, id eſt, veſtit omnium entium formas ſine aliquo medio, & quod mouet ea, quę hic mouentur abſq; medio. Et tunc inferi impoſsibile, quod ſequitur ad hoc, & in-

C quit, vnde ſequitur ex hoc, quod cauſę & cauſata nihil ſunt. i. non ſunt entia in rerum natura, & ſic ſine dubio annihilantur intelligibilia: quoniam omne intelligibile eſt cauſa, vel cauſatum. intellectus enim non comprehendit res niſi ex ipſarum cauſis, vt patet ex philoſophis: ecce, quomodo reprobauit huiuſmodi opinionem. Debes ſcire apud quoſdam, vt viſum eſt eſſe verum, ipſum Deũ eſſe veſtiens omnes rerum formas: imaginantur enim ipſi Deum eſſe vnitum cuilibet formę rei maiori vnione, quã ſit ex materia & forma: &, tunc volunt quod ex forma rei, & Deo fiat vna forma totalis rei: vnde forma lapidis non eſt forma materialis tantum, ſed congregatum ex Deo & forma illa. ſimiliter forma hominis non eſt cogitatiua tantum, ſed congregatum ex Deo & cogitatiua: & ſic omnes res ſunt vnum eſſe ſimpliciter, ſcilicet, diuinum & differunt tamen formis partialibus. vnde, ſicut eſt vna materia omnium, ſic vna forma omnium. formę tamen proprię ſunt multę, vt ſatis patet ab eis: & ſic imaginantur quod eſſe Dei omnes rerum formas veſtiat, & perficiat, hęc opinio fuit Parmenidis, & Melliſsi, qui dixerunt omnia eſſe vnum. reſpexerunt enim ad primam materiã, & ad primam omnium formam, quę eſt Deus. ſimiliter & poetę hanc olfaciunt opinionem. vnde Virgilius in ſexto, Spiritus intus alit, totaq; infuſa per artus Mens agitat. & Lucanus, Iupiter eſt quodcunque vides, quodcunque moueris: & alij antiquiſsimi vt Linus Orpheus, & Muſeus, quos enarrare non expedit Nota.

nunc. Hanc igitur opinionem hoc in loco Auer. reprobauit, dicens, ſequitur ex hoc, quod cauſæ & cauſata nihil ſunt. conſequentiam probo: quoniam, ſi Deus eſt cauſa omnium immediate, ergo nullę ſunt cauſę intermediæ, ergo nulla ſunt cauſata particularia: quoniam, ſi cauſa non eſt, neque cauſatum: ergo nullum ens eſt in rerum natura intelligile, quoniam omne ens vel eſt cauſa, vel cauſatum: & totum hoc expoſui ſingulari tractatu de hoc inſcripto ſtudioſo meo ſcholari Quirino. Quod igitur corpus cœleſte ſit animatum, ex his patet: erat enim ſyllogiſmus in hunc modum. omne, quod mouetur motu voluntario animatum. corpus cœleſte mouetur motu voluntario: ergo corpus cœleſte animatum, maior non eſt probata hic, ſed pro conſtanti accepta minor ſyllogizatur adhuc. omne corpus, quod mouetur & non violenter, neque naturaliter voluntate mouetur: ſed declaratum eſt cœlum moueri & non violenter, neq; naturaliter: ergo volũtate mouetur: quod non violẽter declaratum eſt, quia neque mouetur a corpore extrinſeco, neque intrinſeco, neq; immediate a primo motore, vt in particularibus dubijs ſolutum eſt: quod non mouetur motu naturali ſyllogizatum eſt hoc in modo. omne, quod motu naturali mouetur, mouetur de termino a quo violento, ad terminum ad quem naturalem: ſed corpus cœleſte non mouetur tali proceſſu: ergo in ſecunda figura, corpus cœleſte nec violenter, neq; naturaliter mouetur, ergo voluntate mouetur: & ſic apparet ipſum eſſe animatum: & hæc quidem demonſtratio ab Auicen. in. 9. tractatu ſuæ Metaphy. capi. 3. per totum: & eſt ſingularis via, licet Auerroes paruifecerit illam. D B

Prima qõ. VT, ERGO VERITAS plus appareat, oportet digreſsionem facere. tribus enim exiſtentibus motibus, violento, naturali, & voluntario, ſeu animali poteſt alicui videri, quod motus corporis cœleſtis ſit violentus: quoniam, vel cœlum reſiſtit motori, vel non. & ſi non, ergo ſubito moueret. & ſi ſic, ergo motus eius eſſet cum pena & labore, & per conſequens violentus. Adhuc, alicui poſſet videri motum cœli eſſe naturalem, quia eſt perpetuus: & declaratum eſt in libro cœli, nullum eſſe motum perpetuum niſi naturalem. Rurſum, huiuſmodi motus eſt a natura, vt Auer. inquit in primo cœli com. 5. & ſermo Ariſ. ibidem per totum, aliter proceſſus, quo venatur quintam eſſentiam, nullus eſſet. Poſſet & amplius alicui apparere motum huiuſmodi non eſſe voluntate. omne enim volitum eſt contingens. declaratum eſt in Phyſicis huiuſmodi motum eſſe neceſſarium & indefectibilem: ergo non voluntate factus. Si itaque probatur huiuſmodi motum eſſe animalem, & per voluntatem, & intellectum: omnino, & ſine dubio relinquetur tibi, cœlum eſſe animatum: ſed qua ſpecie animationis non ubi hic declarabitur, ſed in libro meo de intellectu.

Secũda qõ. ET, SI QVIDEM cœlum eſt animatum, tunc emerget difficultas multo maior hac, an numerus animarum ſeparatarum ſit ſecundũ numerum corporum cœleſtium. dixit enim Algaz. hoc nullam habere neceſsitatem: & poteſt probari hoc fortiſsime: ſicut in corpore humano pro motu dextro, & ſiniſtro; ante & retro, ſurſum & deorſum, ſufficit vnus motor numero, ſic in corpore cœleſti congregato ex omnibus orbibus debet ſufficere vnus motor: hoc probatur, inquit enim Auer. in ſecundo cœli com. 49. diuerſitas partium motuum non facit diuerſitatem formarum ſpecificarum, quoniam diuerſitas motuum cœli eſt ex modo, id eſt, ſpecie diuerſitatis partium motus animalis in parte dextra & ſiniſtra: & manifeſtum eſt quod iſtæ diuerſitates inueniuntur in eadem ſpecie eius, id eſt, in homine. Amplius, orbes comparantur ad congregatum ex eis, ſicut membra animalis ad totum animal, vt ipſe dicit ibidẽ cõ. 42. & 71. ergo, ſicut omnibus motibus omnium mẽbrorum ſufficit vnus motor, ſic & oĩbus motibus totius corporis cœleſtis ſufficit vnus totaliter mouens. Quibuſdã poſſet videri ſeparatas ſubſtãtias eſſe plures numero, quã corpora ſenſibilia, Hoc modo. quanto aliqua in toto ordine vniuerſi ſunt perfectiora, tanto ſunt in maiori exceſſu: ſed ſubſtantiæ ſeparatę ſunt multo perfectiores ſenſibilibus: ergo debent eſſe ſenſibilibus plures. maior apparet exemplo, quoniam corpora incorruptibilia magno exceſſu excedunt corpora ſenſibilia. eſt enim ſphęra actiuorũ & paſſiuorum multum parua in cõparatione totius firmamenti: & quanto corpus eſt nobilius, tanto eſt plus exce- F

A dens,vt patet ſenſu. Et huiuſmodi rationem diuus Thomas aquinas in.90.cap.
ſecundi libri contra gentiles magnificauit multum,& poſt ipſum plurimi poſte-
riorū. Circa huiuſmodi queſtiones,ſicut Ari.narrat in.2.cœli. & Auer.ibidem Poſitio Empedo.
cō.4.5.poetę & Empe.& Plato motū cœli eſſe violentū conſentiunt per argu-
mentum in prima figura,hoc modo:omne graue motū in circulo violenter moue
tur , ſed corpus cœleſte graue motum in circulo,ergo corpus cœleſte violenter
mouetur.maior eſt per ſe nota.minor accipitur ab eis tanquā confeſſa.crediderāt
enim omne corpus eſſe graue,et oē graue corpus, vt Alber.inquit:et,quia ita cre
diderunt,ideo diuerſati ſunt:quoniam poetę Athlantem ſuſtinere cœlum fingūt,
Empe.vero dixit cœlum non cadere propter velocitatem ſui motus , vt patet de
aqua circulariter mota in vaſe,quę non cadit Plato autem cœlum anima ſuſten
tari dixit,quemadmodum & animal tam diu ſuſtinetur, quam diu anima conſti-
tuitur,& conſtat,quare expirante ſtatim cadit:& hac comparatione animam ſu
ſtinere cœlū Plato ait. Alij autem antiquorū plurimi ſubſtantias abſtractas vni
uerſaliter negantes,cum imaginationem per intellectum tranſcendere non pote
rant,corpora cœleſtia moueri a naturis proprijs dicūt:& huius opinionis caldei Poſitio caldeorum,
forte fuerunt,qui corpora cœleſtia Deos eſſe dicunt,vt Auerro. inquit in primo
cœli com.22.& in ſecundo cœli com.68.&.12. Meta.com. 50.vnde, & ab his
manichcorum error effluxit,qui intantum aſcenderunt, quod Deum lucem cor-
B poralem eſſe dixerunt:& hi ſyllogizati ſunt in hunc modū.omnis motus factus
a natura eſt naturalis:ſed declaratum eſt motum cœli factum eſſe a natura:ergo
erit verificatū ipſum eſſe naturalem. Vt igitur veritas appareat , oportet altius Pō Auer.
repetere.aſſumam ergo dicta Auer.in.2.ca.de ſubſtantia orbis, vbi melius totū
hoc expoſuit.inquit,dicamus igitur,quod illud corpus, vult dicere cœleſte, non
componitur ex materia & forma,ſecundum ꝙ corpora generabilia & corrupti
bilia componuntur,vult dicere,quę componuntur ex materia dimenſionata tri-
bus dimenſionibus,& forma,cui reſpondet in natura cōtrarium corrūpens.ſicut
dictum eſt in primo capitulo illius.Probat huiuſmodi concluſionē Auer. & ſyl-
logiſmus componitur ſic,omne id corpus,quod ex materia et forma componitur
ſimilibus materię & formę generabiliū,eſt exiſtens in potentia ad ſubſtantiam.
Tunc apponit ibidem minorē,et inquit,nulla enim potentia eſt in eo omnino,ſ.
potentia ad eſſe.eſt ergo minor , ſed corpus cœleſte non exiſtit in potentia ad
eſſe:ergo corpus cœleſte non componitur ex materia & forma ſimilibus mate-
riæ & formę generabilium. Propoſitio.d.corpus cœleſte non exiſtit in poten-
tia ad eſſe.probatur ibidem hoc proſyllogiſmo inquit,omne enim,in quo eſt po
tentia,ſ.potentia,quæ eſt in ſubſtantia,non eſt potentia niſi ad duo contradicto
ria.eſt ergo maior,omne corpus,in quo potentia exiſtit ad eſſe, eſt in potentia
C contradictionis,vt Ariſt.dixit in.9.Meta.contradictionis dico, vt Auerroes ibi
com.17.&.19.exponit ad eſſe,& non eſſe,id eſt,forma, & priuationem. Tunc
accipias minorem,ſed corpus cœleſte non eſt in potentia contradictionis : ergo
corpus cœleſte non exiſtit in potentia ad eſſe: & hęc concluſio fuit minor pre-
dicta. eſt ergo vltima,et finalis concluſio.quod corpus cœleſte eſt ſimplex.Sed,
quia declaratum eſt ipſum moueri a principio in eo, vt in primo capite. & hoc
ſenſu quodāmodo poteſt percipi,ideo incœpit ibidem inueſtigare,cuius nā gene
ris ſit principium,quo mouetur.tribus enim exiſtentibus principijs,natura,ani-
ma,& agente,extrinſeco:natura quidem , qua fit motus naturalis . anima vero,
qua fit motus animalis:agens extrinſecum quoq;,quo fit motus violentus.dubiū
eſt,a quo iſtorum nam moueatur cœleſte corpus:& accipit tanquam confeſſum,
& demonſtratum in tota philoſophia naturali,motum cœli non eſſe ab extrinſe
co motore violente mouente,conuertit ergo laborē in declarando alterum duo-
rum,an ſcilicet,a natura,an vero ab anima moueatur ipſum. Et inquit,& mani
feſtum eſt quod forma,qua mouetur,non eſt generis formarū quatuor elemento-
rū,id eſt,aliqua forma quatuor elementorū,neq; ſimilis illis,ſicut formę mixto-
rū propinquę elementis,vt lapidis forma ; & reddit cauſam.d.quoniam, ſi eſſet
aliquid:vult dicere generis formarum elementorum, vel mixtorum eſſet graue,
aut leue,vt.4.cœli commen.22.&.4.Phyſi.commen.71.dictum eſt:&,quia for-

mam grauis eſſentialiter conſequitur grauitas, & leuis leuitas, dedit id, quod ſe- D
quitur ex hoc, & inquit: & moueretur per ſe, vult dicere a generante, & per ac-
cidens, vult dicere a ſeipſis de potentia accidentiali, vt commento.4.&.32.octa-
ui Phyſicorum expoſuit Auer. & quia hoc totum eſt impoſsibile, dedit conclu-
ſionem intentam, & inquit, remanet igitur vt natura eius. vult dicere, forma mo
uens exiſtens principium in eo generis animę. ergo ſuus ſyllogiſmus eſt. omnis
motus, cuius principium per ſe & primum eſt anima, eſt motus animalis: ſed de-
claratum eſt ꝙ motus circularis eſt motus, cuius principium eſt anima. ergo mo-
tus circularis eſt motus animalis. Et, cum declarauit motum circularem eſſe ani-
malem, adhuc inueſtigans ſpecialem eius differentiam, procedit vltra. duabus
enim exiſtentibus ſpeciebus motus animalis: alter quidem purus & animę tan-
tum, alter mixtus. dubium eſt non paruum, quonam modo corpus cœleſte mo-
uetur, & inquit. ſed quando nos inſpexerimus animalia, quæ ſunt hic, ſup. in cõ-
paratione ad eorum motus, inueniemus in eis, ſcilicet animalibus, quando mo-
uentur duo principia duorum motuum, quorum alterum eſt principium motus re
cti, ſcilicet motus ad inferius, aut ad ſuperius: & hoc ſecundum prędominatum
elementi in eo fit. & ſecundum principiũ motus localis proceſsiui. animal enim
duobus principijs mouetur, ſcilicet deorſum vel ſurſum vt ſenſu cognoſcitur, &
progreſſu, ergo, & duobus principijs. Diuerſorum enim motuum diuerſa ſunt B
principia motuum, vt dictum eſt in cœlo & mundo. Deinde accepit & ſecundũ,
quod etiam in eorum motibus inuenit, & inquit, & inuenimus motum iſtum, ſci
licet proceſsiuum eſſe contrarium motui declinationis eſſentialis, qui eſt in eo, id
eſt motui, ad quem elementum dominans inclinat. Et dedit ſignum huius con-
trarietatis.d. & accidit ei ſeſsitudo, & cogetur ad quietem. feſsitudo enim cauſa-
tur in animali, merito reſiſtentię mobilis ad motorem, vt declarabitur. & inde
quieſcit animal, vt dicam. Et cum accepit hęc, quę ſenſu patent in motibus ani
malium in eſſe, dedit concluſionem.d. vide, id eſt ergo neceſſe eſt vt principium
motus cœli ſit generis animę tantum, & exponit hoc.d. & pro id eſt, ꝙ motus,
quem habet circulariter, ſit motus proprius animæ, ſecundum ꝙ eſt anima, &
non motus compoſitus. Componatur ergo ratio ſic. omnis motus mixtus eſt duo
rum principiorum inuicem oppugnantium, vt patet ex his: ſed motus cœli non
eſt duorum principiorum huiuſmodi. ergo in ſecunda figura motus cœli non eſt
mixtus. Cum igitur eſt motus animę, & non animę mixtus: ergo purus animalis
tantum. Et debes ſcire, ꝙ lapſus & fatigationis poſſunt aſsignari duæ cauſæ. **Duę ſunt cauſę fatigationis.**
propinqua, ſcilicet & remota, vt ex Auer. colligitur.2.cœli.com.3.&.36. remo-
ta quidem eſt reſiſtentia cauſata merito contrarietatis moti ad motorem. propin
qua vero eſt ſpirituum reſolutio, Cum enim ſpiritus reſoluuntur accidit animali
lapſus, & inde ad quietem cogitur, vt ipſo quieſcente ſpiritus deperditi reſtaurẽ F
tur pro parte, vt in lib. de ſomno dixit Ariſt. cum, ergo neutram harum cauſarũ
inſpeximus in corpore cœleſti, ſciuimus ipſum eſſe motum animalem purum, &
ſimpliciter animę in eo, ꝙ anima. Et ex hoc ſequitur ꝙ corpus cœleſte ſit ani-
matum, qua vero ſpecie animationis, nondum hic apparet, ſed in libro meo de in
tellectu, & forte dicam in ſequenti diſputatione. Quod etiam cœli motus ſit ani
mę tantum, Plotinus Eneadæ ſecunda in ſecundo lib. dę motu cœli. ca. primo
longo ſermone monſtrauit; & eo maxime, quia eſt in circulo motus, cum ſit ma-
nifeſtum animam, & intellectum in ſeipſis circuitum quendam facere. ideo mo-
tus cœli circularis fuit diſpoſitionis, inquit, enim cœlum circulo moueri, quia mẽ
tem imitatur: & tunc quærit, cuius natura eſt ille motus animæ ne, an corporiſ
& tandem eſſe animæ tantum, cum Auer. concludit: & videtur mihi, ꝙ Platonis
& Plotini ſententia conſiſtat in his propoſitionibus: ꝙ anima, inquantum ani-
ma, ſphęrica ſit: qua intellecta iſto modo, eſt & magnitudo duobus modis, di-
menſionalis, & virtutis. &, quia ſphęricitas conditio eſt magnitudinis, ideo du-
plex eſt ſphæricitas, ſcilicet dimenſiua propria corporibus, & virtutis, quę at-
tenditur ſecundum eſſentię opus & effectus, vt Platonici inquiunt. Quod igitur
anima, vt in ſe ſphęrica ſit, teſtatur modus operandi eius: ſemper enim in opera
tione, ſię ſe habet, ꝙ ab eius eſſentia operatio incipit, & per extrinſeca tranſiẽs,
tandem

A tandem in eſſentiam eam, a qua exiuit, rediit: vt Peripathetici etiam inquiunt. et hoc apparet in omnibus ſpeciebus animarum, vt in anima cœli, & aĩa hoĩs, & anima mundi. Adhuc apparet ab effectu. eſt. n. aĩa Dei ſimilitudo, & ſine dubio omne diuinũ eſſe eſt in circulo: cũ, in eo nec principiũ diuerſum ſit a fine, nec finis a medio. cũ igitur & anima quæcũq; quãdã Dei ſimilitudinẽ cõtineat, conſentaneũ eſt, & eã circularẽ diſpoſitionẽ participare. Rurſum, ſicut excellentiſſimo corporũ cõueniens eſt & ſphęrica figura, & circulus, vt Peripathetici inquiũt, ita & excellẽtiſsimę virtutũ decẽs erit operatio circularis. verificatur igitur ſermo platonicorũ aĩam eſſe ſphęrã, vt dictũ eſt. Secũda ꝓpoſitio eſt apud eos, & Peripatheticos. oĩs motus, qui eſt ſphęricę tm̃ naturæ, eſt motus animæ tm̃, & purus aĩalis, & nullo modo mixtus, & hoc eſt verificatum ex dictis. Ex his cõcluditur, ꝙ motus cœli eſt animę tm̃ purus, & ſimplr̃ aĩalis, nullo variãte eius naturã, vt dictũ eſt. ꝙ igitur motus cœli nõ ſit violentus, neq; naturalis, ſed aĩalis aĩę tm̃, pure, & ſimpliciter, dictũ ſit intantum. Ad oppoſita itaq; oportet ſoluere. & primo ad primã. licet. n. fuit prolixus ſermo in tractatu de reſiſtentia cœli. attñ, nunc breuiter quãto quæſito ſatisfacit, oportet dicere. Dicunt itaque plures ſapientũ, corpus cœleſte animæ ſuæ nõ reſiſtere. omne. n. reſiſtẽs cõtrariũ eſt ei, cui reſiſtit, vt modo dictũ eſt: modo verificabitur corpus cœleſte nõ contrariari ſuę aĩæ, quẽadmodũ corpus animalis hic reſiſtit, & cõtrariatur aĩę eius, Nota.

B vt patet. Et. quia vidẽt motũ cœli eſſe certę velocitatis, huiuſmodi motũ terminatũ ad volũtatẽ motoris reducũt, dicentes, animã cœli tanta velocitate moueri, quia tãta vult mouere. Poſt hos alij cœlũ intelligere nõ reſiſtere cõſitẽtes, terminata motus cœli velocitatẽ ad limitationẽ virtutis perſtringũt, inquiũt. n. intelligentiã tãta, vel tãta mouere velocitate. nõ quia tanta, vel tãta reſiſtentia cœlũ ei reſiſtat, ſed quia tãta, vel tãta eſt potẽtia eius motiua, vt manifeſtum eſt per ſe. Poſt hos ſunt, qui reſiſtentiã moti ad motorẽ duplicẽ inuenerunt: vnã poſitiuã, qua corpus per ſuã formã ſuo motori reſiſtit, V. g. quia forma moti inclinat deorſum, motor aũt circulariter, vt dixit, in animali præſenti. Altera eſt reſiſtẽtia priuatiua, quæ eſt terminorũ a quo & ad quẽ incõpoſsibilitas: corpori. n. exiſtẽti ſub vno vbi repugnat eſſe ſub altero vbi, eo quia termini ſunt ad cõtradictionẽ redacti. & huiuſmodi inuenimus in omni moto. volũt itaq; cœlum animæ nõ reſiſtere primo genere reſiſtẽtiæ: neq; enim graue, neq; leue cœlũ, ſed bene ſecũdo genere reſiſtẽtię. & ſic terminatũ gradũ velocitatis admittũt in corporibus cœleſtibus. Sed oẽs iſti modi ſunt erronei. quod declaro verbis, & rationibus ſapientũ. oſtẽdã. n. aliquod oĩno genus reſiſtẽtię eſſe poſitiuũ ex parte corporis cœleſtis moti ad animã mouentẽ. Inquit ergo Ariſt. 2. cœli, probãs cœlũ motu cõtinuo, æquali, & regulari moueri, & omnẽ diuerſitatẽ motus cauſari aut a Poſitio quorũdã de reſiſtentia cœli. Alia poſitio Alia poſitio Impugnatio

C motore, aut a moto, aut ab vtroq;. vbi Auer. cõ. 36. dicit ꝙ demõſtratio Ariſto. fundatur in duabus propoſitionibus: quarũ prima eſt, ꝙ omnis diuerſitas accidẽs in motibus naturaliter accidit propter diuerſitatẽ proportionis potentiæ motoris ad potentiã moti: qm̃, in omni moto eſt aliquo modo potentia moti diuerſa a potẽtia motoris: velocitas enim, & tarditas non ſunt niſi ſecundũ proportionem potẽtiæ motoris ad potentiã moti. quãto igitur fuerit maior proportio, tãto motus erit velocior: et quãto ꝓportio erit minor, tãto motus erit tardior. Ex his arguo. in corporibus cœleſtibus vnus motus eſt altero velocior: ergo, in corporibus cœleſtibus vna proportio motoris ad motum erit maior, & altera minor: ergo, non tantũ erit ibi limitatio motus ratione volũtatis terminatę, vel virtutis, vel priuationis, ſed aliũde. Adhuc, Auer. ibidẽ cõ. 38. in fine maxime inquit, & ideo credendũ eſt, quod potẽtię mouẽtiũ ſunt terminatę proportionis ad corpora mota, & ꝙ infinitas nõ inuenitur niſi propter ęternitatẽ. cauſa. n. abſciſionis, & cõtinuitatis eſſe, & eius æternitatis eſt materia: cũ, ergo motor & res mota ex illa abſcindũtur, non abſcindetur ſuũ eſſe, neq; ſuũ opus, qđ eſt mouere, & moueri: quia cauſa in terminatione ꝓportionum, quæ eſt inter potẽtias motorũ, & rerũ motarũ ab eis eſt diuerſitas formarũ: cõtingit vt hęc finitas ſit cõis formis, quæ ſunt in materia. Ex his accipitur, ꝙ duo cõſiderantur in motu, ſ. quãtitatis durationis, & gradus velocitatis, quãtitas durationis eſt ſola conueniẽs motoribus, &

motis a materia abſtractis. gradus velocitatis,qui penes proportionē attenditur, D
eſt cōis eis & formis naturalibus:ergo, ſicut in formis materialibus ſucceſsio cau
ſatur merito reſiſtentiæ mobilis ad motorē,ita & in motoribus ſeparatis. Rur-
ſum, Ariſt.ibidē poſt,in translatione veteri inquit , & ſi in aliquo orbium orbe
erraticorū eſſent plures ſtellæ,eſſet vltimus orbis in labore. vide cōmentum 71.
vbi Auer.colligit iſtud entimema.ſi orbi adderetur ſtella,aut nō moueretur,aut
tardius moueretur,modo huiuſmodi cōſequētia nulla eſſet,niſi aſtrū additum ad
reſiſtentiā adderet:non poteſt addere ad reſiſtentiā,ſi nullius prius fuiſſet reſiſtē
tiæ:ergo intētio philoſophorū eſt,ꝙ ibi ſit aliqua reſiſtentia intrinſeca ex parte
corporis moti ad motorē mouentē oīno,Iterū, Auer.7.Phy.cō,35. inquit neceſ-
ſario.n.debet eſſe reſiſtentia inter motorē, & rē motā. ſiue motio ſit naturalis,
aut innaturalis,& iſta reſiſtētia cōis eſt ſecūdū ꝙ alteratū,id eſt motū eſt in om-
ni agēte,& omni patiēte. vnde dicimus in virtutibus cœleſtibus mouentibus, ꝙ
nō mouet quęcunq; potētia quodcūq; corpus cœleſte,ſed quælibet potētia mo-
uet corpus ꝓpriū velocitate ꝓpria:ſed oēs cōueniunt in hoc,ꝙ mouēt in infini-
tū,& ſecundū hunc modū nō eſt proportio inter eas, & motū. ſecundū vero, ꝙ
vnaquæq; earū mouet corpus ꝓpriū velocitate ꝓpria ſecundū ꝙ habēt propor
tionē propriā ad motū,vel cū moto,ecce ꝗꝫ plane Auer.teſtatur huiuſmodi erro
rē eorū.plures alias inducerē auctoritates philoſophorū,ſed ſtudioſus has conſi-
derans plures alias ſimiles in libris philoſophorū adinueniet.arguā ergo, & ad- E
huc cōtra illos rationibus.data enim poſitione eorum, deſtruetur proportio &
ordo orbiū:quēadmodū & Auer.nititur ponere in 12.Metaph.cō. 44. per totū.
cōſequētia probatur.qm̄,ſi nulla eſt reſiſtētia in eis ex parte moti, quilibet mo-
tor poſſet quodlibet mobile illorū mouere.& ſic per cōſequens,non eſſet neceſ-
ſariū vnam earū habere propriū orbē,vt philoſophi conātur oſtēdere:immo eſ-
ſet a caſu,& poſſet eſſe ꝑmutatio eorū ad libitū. Adhuc, ſequitur qd muſca poſ-
ſet mouere cœlū tāta velocitate,quāta intelligentia mouet orbē, & ſi, non tāto
tpe:conſequēs eſt contra Ariſt.& Auer.8.Phyſi,com.78.& 79. conſequentiam
probo:qm̄ muſca applicata orbi eſt alicuius potentiæ, & cœlum nullius reſiſten
tiæ:ergo poſſet mouere,immo in infinitū velociter ageret. Rurſum pōt argui
argumēto,quod cōſueuit fieri ab alijs ſic.addito vno gradu reſiſtētiæ,modo ipſi
cœlo,adhuc motor cœli mouebit ipſum æque velociter, pariter addito ſecundo
mouebit æque velociter ſicut in prima hora.ſimiliter addito tertio gradu, quar-
to ſimiliter,& quinto,& ſic quouſque motū ſit auctum in reſiſtentia æquali ipſi
motori:& tunc ſequitur,quod aliqua potentia mouebit aliquod reſiſtens tanta
reſiſtentia,quanta eſt eius potentia.Nec potes dicere,quod aucto primo, & ſecū
do,& tertio,& quarto gradibus reſiſtentiæ ſemper remanebit motus tantæ ve-
locitatis:ſed quando perueniet ad æqualitatem, deſtruetur proportio: qm̄ qualis F
eſt proportio totius ad totum, talis partis ad partem.ſicut Ariſt.inquit in primo
de partibus animaliū,& primo meteororū,& in li,de anima, ſecundo. Ergo, ſi
tota reſiſtentia apta eſt auferre totū motū,& pars reſiſtētiæ partē motus, & vlti
mo oēs propoſitiones ſeptimi Phy.deſtruuntur, quarum prima erat.ſi aliqua po
tētia mouet aliquā magnitudinē in aliquo tēpore, medietas illius mouebit medie
tatē eius in eodē tēpore.ſecunda,ſi aliqua potentia mouebit aliquā magnitudi
nē in aliquo tēpore,eadē potentia mouebit medietatē in duplo velocius:& alias
ponit, quæ oēs nihil eſſent:& certū eſt,vt Auer. inquit, huiuſmodi propoſitio-
nes eſſe cōes omnibus corporibus, & formis:cum huiuſmodi liber ordinatus ad
octauū ſit,vt patet.Quare oportet dicere aliter,ꝙ igitur motor cœli ſit alicuius
potentiæ,manifeſtū eſt per ſe,omnis.n.motor eſt alicuius vigoris & potentię,vt
Auer.accepit.2.cœ.cō.38.& 39.Quod ēt motū reſiſtat ei,ex dictis patet. opor-
tet.n,proportionē ſaluare vēr in omnibus motoribus ad ſua mobilia, ad hoc vt
motor terminatus moueat orbē terminatum, & quod in maiori magnitudine ſit
virtuoſior motor,vt Auer.inquit 12.Meta.cō.44.hæc duo ſunt fere manifeſta
per ſe,ſed quod illa reſiſtentia ſit poſitiua,vel priuatiua dubitatio eſt. & videtur
primo aſpectu,ꝙ non debeat eſſe priuatiua tantū,qm̄ illa reducitur ad contradi
ctionem,contradictio quoque in puncto conſiſtit, quare adhuc qui cunque mo-

A poſſet quodcunque corſ mouere: ſi reſiſtentia tantũ eſt ex incõpoſsibilitate ter-
minorum omnino, ergo oportet vltra priuatiuam reſiſtenitã ponere poſitiuã. reſi
ſtentia.n. priuatiua cõmunis eſt omni moto, vt motũ, vt manifeſtũ eſt per ſe. &
hæc nõ ſufficit, qm̃ in vacuo poſſet eſſe motus contra eos. 4. Phyſi. com. 7. ergo
corpus cœleſte vltra priuatiuã reſiſtentiam addit poſitiuã. Et illa nõ eſt ſuppoſi-
ta a forma eius vltra propriũ motorẽ: qm̃, ſicut declaratum eſt, cœlum neq; gra-
ue neque leue, ſed naturæ eſt tertiæ. & hoc manifeſtum eſt per ſe. Relinquitur
ergo, quod ſumatur a corporea natura cœli: eſt enim cœlũ corpus quoddã ſub-
ſtantiale. & impoſsibile eſt vt ſumatur a corpore, inquantum corpus: qm̃, tunc
in vacuo poſſet ſaluari motus, & maxime ſecundum poſitionem dicentium for-
mam corporis de genere ſubſtantiæ materiæ coeternæ. ergo oportet, adhuc po-
nere reſiſtenitã ſuppoſitam penes aliud. inuenimus autẽ in cœlo intelligentiam,
quantitatẽ terminatam, & qualitates proprias. & impoſsibile eſt vt intelligen-
tia reſiſtat ſibi, vt plene patet: neque quantitas vniuerſalius erit reſiſtentiæ, cũ
non ſit de principijs actiuis, ſed paſsiuis, vt Auer. inquit in Phyſicis. Adhuc, pa
tet cœlũ nõ reſiſtere reſiſtentia ſumpta ab ipſius qualitatibus, cum qualitates il-
lę ſint ſpirituales & nõ agentes: vt ſic ergo, ſi opinio philoſophorum vera eſt,
oportet reſiſtentiã ſumere a corporea eius natura, inquantũ eſt quinta eſſentia,
& tertia natura. ſicut.n. graue reſiſtit ſurſum quia graue, & leue deorſum quia
leue: ita cœlũ motori reſiſtet: quia tale corpus talis naturæ. duæ ergo ſunt ibi re
B ſiſtẽtiæ. vna priuatiua, quę cõis eſt omnibus. altera poſitiua ſumpta ab eſſe actua
li corporis cœleſtis in tali ſpecie. Sed ambiges, ita ego poſſem fingere in vacuo Dubita.
in elementis, quod ipſa forma agit motũ vt forma, & reſiſtit ſibi vt in materia.
Præterea, ſi cœlũ reſiſtit, ergo agit: & omne agens eſt forma, vel formã habẽs.
Rurſum, ſi intelligentia mouet cœlum, ergo excedit reſiſtentiam cœli: ergo põt
mouere cœlũ. & amplius, cũ quilibet exceſſus potẽtiæ ad reſiſtẽtiã ſufficiat cau
ſare motũ in eo, quod talis motus. Amplius, argumentũ non eſt ſolutũ. ſi.n. cœ-
lum reſiſtit, ergo inclinatur ad oppoſitũ: ergo violenter mouetur. Ad hæc di- Solutio.
cendũ. ad primam non eſt ſimile, quoniã materia non limitat magis ad motum
ſurſum quam ad deorſum. & ita non poteſt eſſe cauſa reſiſtentię. omne enim re-
ſiſtens eſt in actu terminato, & proprio, vt dicebam: cœlum igitur non reſiſtit
in eo, quod corpus: ſed in eo, quod corpus actu ſeparatũ a ſuo motore. cuiuſmodi
non eſt in propoſito de elementis. Ad ſecundam conſequentiam negant om-
nes. reſiſtere enim non eſt agere, ſed eſt actionem prohibere, ne agens moueat
ea velocitate, qua poteſt propter ordinem naturæ, vt diximus. verum eſt, quod
omne reſiſtens debet eſſe actu ens, & corpus talis naturæ, vt patet: & huiuſmo-
di eſt cœlum. eſt enim actu corpus ſimplex, vt patet. Ad tertiam dicendum,
C quod ſecundum fundamenta Ariſt, in primo cœli commento 116, oportet dice-
re vniuerſaliter omnem potentiam terminari per maximum quod ſic. ita quod
in hoc ſic, & in nullum maius: & quodlibet minus, ſicut Auer. inquit, nec quili-
bet exceſſus ſufficit apud Peripatheticos ad motum: vnaquæq; enim res natura-
lis eſt terminata ad maximum, & ad minimum: & cum exceſſus ſit quædam res
naturalis erit terminatus, & dabitur minimus, qui ſufficit ad mouendum & ma-
ximus. Et ſophiſtæ litigabunt, & quidã eorum dicent me contradicere famoſi-
tati propter ignorantiam meam in dictis modernorũ: & quidam promittent me
arguere argumentis demonſtratiuis: & quidam eorum dicent, iſte fuit parũ exer
citatus in his: & quid curabo maliuolorum latratus: videant equidem quæſtio-
nem meam de hoc, & percipient demonſtrationem contra hos confuſos moder-
nos, & plane intentionem Ariſto. & Auer. Ad vltimam dico, ꝙ reſiſtere eſt
duobus modis. vno modo ratione formæ contrariæ ipſi agenti. alio modo ra-
tione limitationis naturæ rei motæ. dico igitur ꝙ cœlum reſiſtit ſecundo mo-
do non ratione formæ contrariæ, ſed quia natura ſua eſt limitata ad ſic moueri,
vel ſic. ergo inclinatur ad oppoſitum, conſequentia nulla: ſed bene ſequitur,
ergo non properat ad tantam velocitatem, quanta motor intendit mouere. iſtum
modum reſiſtendi explicat Auer. formaliter ſecundo cœli com. 63, vbi exponit
qualis eſt operatio, ſiue contrarietas moti ad motorẽ, & qualis facultas, & diffi-

cultas in corporibus cœleſtibus: & tu vide eum. Sed dices, ex quo reſiſtere eſt D
Dubitatio. actionē prohibere: cur potius eā ponimus a parte paſsi, et nō agētis? poſſet enim
fingi quod cœlū appetit moueri velocitate maxima, ſed intelligentia moderat
Solutio. ipſum, vt moueatur tanta. Pōt dici quod reſiſtere eſt merito paſsionis: &, quia
intelligētia nullo modo patitur, ideo ipſi moto potius aſcribenda, quā motori. &
ſic patet ſolu. ad principale argumentū. Cū abſoluta eſt quæſtio, probās cor-
poris cœleſtis motū eſſe, cū pena & violētia. ſupereſt modo abſoluere quæſtio-
Nota. nē probantē ipſum eſſe naturalē. Ideo debes ſcire, qđ motus cœli eſt naturalis
eo modo, quo principia eius ſunt naturę: eſt aūt anima cœli natura, & materia
cœli natura, vt Auer. inquit. 1. cœli com. 5. & 2. Me. com. 16. ſed non natura ſe-
cundum vniuocationē. nullum. n. nomē reperitur vniuocū æterno, & generabi-
li, & quāto minus ratio. ergo, ſi ibi eſt cōuenientia erit ſecundū analogiam, ſicut
Auer. inquit in 2. Phyſi. in com. 3. Poteſt ergo dici, quod quēadmodum anima
cœli, & ipſum cœlum natura dicuntur per analogiā ad naturam, quæ eſt hic, ita
& eius motus naturalis dici poteſt naturalitate analoga. & ſic ad argumentum
cōcedo, nullum eſſe motū perpetuum, niſi naturalē vniuoca, vel analoga natu-
ralitate. Quomodo aūt huiuſmodi motus ſit a natura, tā penes principiū actiuū,
quam penes principium paſsiuum, patet. Id, autē, quod inducebatur, hunc ſcili-
cet motum a voluntate non eſſe friuolū, declaraui, id eſt, in tertia huius libri di-
ſputatione, liberā voluntatem ſtare cum neceſsitate actionis. eſt enim liberū ar- B
bitriū in motoribus cœleſtibus, ſicut & in nobis ſecundū cōparationē, & attri-
butionē, verū, in illis ſecūdum philoſophos cū neceſsitate eſt actionis, in nobis
aūt cum contingentia nec, ꝓpter hoc coguntur agere corpora cœleſtia, & ſi ne-
ceſſario agāt, vt ſępe in tertia huius libri parte perſpicuū relinquit. Ex his veri-
ficabitur corpus cœleſte eſſe animatum, mouens ſe per ſe ab intellectu, & appe-
titu, ſed qua ſpecie animationis ſit animal, vtrumq; in eo ſint alij gradus anima
lis, quā appetitiuus, intellectiuus, & motiuus nondū manifeſtū hic, verū, ex di-
ctis in alijs diſputationibus, & ex dicēdis forte in ſequēti diſputatione notum
fiet. Nec expectes a me totū: ego. n. hunc librū velut in tranſitu exponere cura-
ui ad libitū amicorū, & meorum ſcholarium: & ideo bonum eſt, vt poſteriores
addant dictis meis, & diminuēda diminuant. ſemper enim poſterior ſermo acu-
tior reperitur, vt in pluribus, ſicut Auer. inquit. Supereſt modo ſatisfacere quę-
Poſitio Platonis de numero ſubſtātiarū ſeparatarum. ſito vltimo, ſ. de multitudine ſpirituum, & intellectualiū ſubſtantiarū. voluit ita-
que Plato, quod omniū animaliū, in quibus eſt anima rationalis, tripartita diui-
ſio eſt, in Deos, homines, & demones. Deos aūt corpora cœleſtia habere dice-
bat, Demones aerea, hominis terrea, & ſic Plato ſub ſubſtantijs ſeparatis oīno
a corpore ſeparatis, hos tres ordines ſubſtantiarū corporibus coniunctarū pone
bat. Videtur aūt & ipſe in Parmenide, de vno omnium rerū principio, ſubſtan-
tiarū abſtractarū numerū æqualē ponere numero ſenſibiliū, vt ſpēs, & formas,
Poſitio Lucij Apulei. quæ ideæ dūr græco nomine. Lucius Apuleius in lib. de Deo Socratis, quod ve
re ſint demones habitātes, ac nobiſcū cōuerſantes, teſtatus eſt. inquit. n. demo-
nes ſunt genere animalia, animo paſsiua, mēte rationalia, corpore aerea, tpe ęter
na. Et Calcidius in cōmēto thymei inquit, demō eſt animal rōnale, immortale,
Poſitio antiquorū philoſophorum. paſsibile aīo, ęthereū corpore. Et Varro adeo proceſsit, qđ aliquid eſſe incor-
poreū nō dubitauit, ſed nullū tale, quin corpori ꝓprie ſit vnitū: adeo qđ ēt Deū
animā ponit mundi. Quod igitur ſint ſpiritales ſubſtātię, & multę apud hos ma-
Poſitio aliorum. nifeſtum. Alij primi philoſophi de veritate inquirentes ſolam naturam corpo-
ream conceſſerunt, adeo ꝙ primi philoſophi nihil eſſe, niſi corpora æſtimabant:
propter quod & animam ipſam corpus eſſe dixerunt, vt lib. de anima, & in Me
taphyſica inquit Ariſt. Alij aūt vnam ſubſtantiam ſeparatam tm̄ conceſſerunt
Deū. ſ. reliqua eſſe inanimata omnia: ꝓpter quod Anaxagoras Clazomenius cū
athenienſibus factus eſt reus, & dixit corpora cœleſtia inanimata eſſe, & dicēs
ſolē lapidem eſſe accenſum, occiſus eſt ab eis: & hanc opinionē Alga. defenſa-
uit: poſuit. n. vnam ſubſtantiam ſeparatam ſufficere corporibus cœleſtibus, &
omnibus pro gubernatione actuū, & motuum eorum, vt in hac diſputatione vi-
ſum eſt. Quod igitur ſubſtātia aliqua ſeparata in corporea ſit, Anax. Clazome-

A nius, Plato Athenienſis, Ariſto. Stagyrita affirmant. Anaxagoras quidem, q̃m omne mouēs, omnia imperat omnibus, vniuerſaliter ſubſtantia eſt ſeparata. Cū, igitur ſit aliqua ſubſtātia omnia mouēs, omnibus corporibus imperans vr̃, eſſe aliquā incorporeā ſubſtantiā cōcedit. Plato vero eſtimauit, ante eſſe participās, eſſe neceſſariū ponere eſſe per ſe, & participatū. corpora aũt ſunt entia participātia, ergo eſſe participatū erit incorporeū, ſeparatāq; ſubſtātiā continēs. Ariſt. deniq; ex eo, ꝙ omne mouēs motu perpetuo, oportet vt ſit ens ſeparatū a materia. Cū igitur probatum ſit aliquod eſſe mouēs motu æterno. ergo erit declaratū eſſe aliquod ſeparatū a ſubſtantia materiali, & materia. hi igitur ſunt viri noſtræ opinionis, & huiuſmodi breuiter fundamēta. Cū verificatū eſt ſecundū Ariſt. plures eſſe ſubſtātias ſeparatas, Supereſt nūc ſtabilire numerum earū. inquit igitur Ariſt. 12. Meta. quare & ſubſtātias, & principia immobilia, & inſenſibilia tot rōnabile eſt æſtimare, neceſſariū tñ dimittatur fortioribus dicere. in quibus verbis Ariſt. vt videtur innuere cō. 48. illius partis ſyllogizat in tertia figura in hunc modū. omne motus ſunt. 55. aut 67. motus ſunt tot numero, quot ſubſtantiæ ſeparatæ mouētes. ergo ſubſtantiæ ſeparatæ mouentes ſunt. 55. aut 67. in tertia figura propoſitio. d. motus ſunt. 55. aut 67. ab Ariſto. declarata eſt auctoritate Eudoſi, & Calippi. & Auer. in commēto oſtēdit illud exēplo, & addit differentiā inter antiquos aſtronomos, & modernos ſui tpis. minor. ſ. d. motus ſunt tot nu-

B mero, quot ſubſtantiæ: principia immobilia, & inſenſibilia non probata eſt, ſed poſita tanquā rationabiliter, id eſt, cōfeſſa, & famoſa ab Ariſt. Etſi multæ inducantur rationes probātes numerū ſubſtantiarū ſeparatū, mihi non vr̃ alia via fortior hac, quā Ariſt. induxit. hāc eſtimat firmiorem, & Auer. in com. & Alb.

Tot ſunt motus quot ſubſtātiæ ſeparatæ.

VERVMTAMEN videtur firmitas huius viæ inſtamus ei. primo, ꝓpter qd motuū numero decet ſtabilire numerum intelligētiarum, cur nō numero luminum. duo. n. propria ſunt orbi: motus, & lumē, & horū quodlibet ſenſui noſtro manifeſtū eſt, ergo, cur non poſſunt firma, ratione cōfirmari numero luminū, quēadmodum numero intelligentiarum. confirmat Ariſt. adhuc, vna forma. V. g. ignis, poteſt duobus inſtrumentis plures operationes cauſare, vt ſiccitate exiccat, caliditate calefacit, cur & vna potētia vniuerſalis, videlicet Deus, non pōt diuerſis corporibus cauſare diuerſos motus? ergo hmōi via neceſſitatē non habet. Amplius, vna eſt anima in homine, quæ eſt principiū vegetādi, ſentiendi, intelligēdi, & mouēdi de loco in locum, & appetendi: quæ ideo hoc, qa cōtinet virtutes omniū animarum inferiorum, ſicut dicit Ariſt. cur modo vnus motor tm̃ ſit, qui contineat vires omnium motorum, potens agere diuerſa, prout diuerſas habet ſub ſe partes. Rurſum, arguit Auer. in primo cœli cō. 5. argumēto fortiſſimo. vel intelligentia motrix exiſtit in moto per ſe & ſimpliciter, ſic ꝙ cōſtituatur per

Quæſtio 3.

C motum, ſicut forma ignis per materiā, vel ineſt ei a ꝓprietate non intrinſece & per ſe. ſcdm ſe, ſed ſecundum rē, & exiſtere habet eſſe diuerſum a cœlo. Si primum, tunc cœlum cōponitur ex materia & forma, quapropter eſſet generabile & corruptibile. Si ſecundū, quomodo igitur continget ex diuerſitate motuum, vt diuerſetur natura moti. nō diuerſatur. n. natura moti niſi propter diuerſitatē ſuæ formæ. & hoc non inuenitur niſi in forma exiſtēte per materiā. vide ipſum. eſt ergo virtus q̃onis ex diuerſitate motuum concludit Ariſt. primo cœ. diuerſitatem quintæ eſſentiæ. nō pōt hoc fieri niſi iſto ordine, ex motu cōcludendo naturā motoris diuerſam a natura alterius motoris alterius motus, ex motore non poteſt cōcludi natura moti diuerſa, niſi motor det ei ſpeciē & differētiā eſſentialem, ſpecies & differentia eſſentialis ſumuntur a forma cōſtituta in eſſe per materiā. ergo, ſi via Ariſt. valeret, motores cœlorum eſſent formæ cōſtitutæ per materiā, & diuerſales: & hæc quæſtio, vt Auer. inquit, eſt multum difficilis, & laborioſa. Ad intellectū igitur demonſtrationis Ariſt. debes ſcire, ipſam ſuſtentari in duabus ꝓpoſitionibus principalibus, & in tertia, qua remouetur quod in ea. prima, motus ſunt. 55. vel 67. huiuſmodi ꝓpoſitio debet ſupponi hic, & accipi ab aſtrologo, qui per propria inſtrumenta cognouit proprios motus. motus. n. corporis cœleſtis eſſe plures accipit aſtronomus a naturali. probat. n. Ariſt. motus cœleſtes eſſe plures propter generationem & corruptionem entium hic. ſi

enim,vt inquit in 2.cœ. ſit hic generatio & corruptio,neceſſe eſt cœlũ pluribus D
motibus moueri,& Auer.oſtendit iſtud ibidẽ com.17. & 18.ſed ꝙ motus cœle-
ſtes ſint.55.vel 67.non habet probare,cũ id non poſsit certificari niſi per inſtru
mẽta,vt Auer.inquit.& manifeſtum eſt aſtronomis.& ad talia non debet natu
ralis philoſophus deſcendere. Secunda propoſitio, motus ſunt tot numero,
quot animæ cœlorum,& ecõtra.hanc poſſem ꝓbare hoc modo. omnes opera-
tiones ꝓprię eſſentiales,quarũ vna alteri nõ ſubordinatur,totaliter diuerſæ,ſpe
cificæ,& vltimatæ ſunt tot numero,quot agentia ꝓxima, & immediata, & per
ſe.hãc accipit Auer.hic.& 5.Phyſi.& eſt velut ſuppoſitio in naturali ſcientia.
hac.n.deſtructa,vt Auer.inquit,nulla eſſet via probãdi formas multiplicari, &
ꝙ corpora terminata habeant formas terminatas: & vnũquodq; eſt in actu per
propriã formã, vt patet per ſe.ſed motus cœleſtes ſunt operationes animarum
cœlorũ proprie eſſentiales,quarũ vna alteri non ſubordinatur,totaliter diuerſę,
ſpecificæ,& vltimatæ.ergo motus cœleſtes ſunt tot numero,quot formæ,quorũ
ſunt motus.ex his ſequitur in prædicta figura, ꝙ motores cœleſtes ſunt 55. vel
67.ſed ad probandum quod tm̃ tot,& non plures,oportet probare quod nõ ſint
motores ſeparati plures,niſi mouẽtes corpora cœleſtia.& huiuſmodi tertia pro-
poſitio non debet probari hic,ſed ſupponi a Peripatheticis, & ego alibi proba-
ni illã,modo autẽ ſit dictum intantum.hæc igitur eſt demonſtratio Ariſt. & via
firma.poſſunt eſſe multæ alię,ſed non curo.nulla.n.eſt hac firmior. Ad oppo- B
ſita. Ad primũ dicendũ,quod in luminibus eſt ordo,qm̃ lux primo & quaſi ma-
xime in ſole reperitur,propter quod dicitur ſol quaſi ſolus lucens, vt Alber.in-
Solutio. quit:quia,igitur in luminibus eſt ordo,ideo poſſet demonſtratio debilitari. Ad
ſecundũ dicendũ illas operationes eſſe partiales,vnã totalem conſtituentes.ſ.to
tã operationem ignis,ideo addidi illã particulã. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ illę ope
rationes ſunt quemadmodũ & formæ.ſunt.n.ordinatæ,qm̃ operatio hominis eſt
ſola ſpecifica,omnes alię ſunt genericæ. ergo addidi qđ ſint ſpecificę, & vlti-
matę. Ad quartũ Auer.dat duas ſolu.ego aũt accipio ſecũdam. vbi debes ſci-
re,ꝙ in generabilibus finis,& forma, & efficiens ſunt tres cauſę diuerſę tribus
cauſabilibus cauſantes idem cauſatũ,vt patet in lib.Phyſic.ſed quia ea,quę ſunt
in inferioribus diſperſa,colliguntur in natura ſuperiori,ideo eſtimandum eſt qđ
vnamet intelligentia cauſat orbem in triplici genere cauſę,ſ.agentis, finalis, &
formalis,non vt finis,& forma ſint diuerſa ab agentis natura. intelligentia.n.
eſt ita agens cœlum,ꝙ nõ minus eſt eius forma & eius finis,ſed in his,quę ſunt
hic forma eſſe eſt rei,cuius eſt forma,eo quia illa forma non eſt agens illã rem.
Hoc accepto pro conſtanti dicendũ,ꝙ diuerſitas motus arguit diuerſitatem mo-
torũ,vt viſum eſt.& diuerſitas motorũ diuerſitatem mobilium, qm̃ motor in il-
lis eſt agens,forma,& finis.& ideo ſpecificat illa.Et qñ arguitur, vel eſt forma
conſtituta in eſſe per ſubiectũ,vel forma ſeparata, dico, qđ eſt forma ſeparata F
ſeparatione oppoſita illi conſtitutioni.& qñ dicis,ergo non ſpecificat cœlum.re-
ſpondeo ꝙ ſpecificare eſt dupliciter.vno modo vt ab eo ſumitur differentia ſpe
cifica formaliter,& hoc nõ.alio modo,vt ſit agẽs,& forma,et finis naturę,a qua
ſumitur differẽtia ſpecifica:& hoc ſufficit ad cõcludendũ illum modũ diuerſita
tis,vt patet.& cõſidera in hac ſol,qm̃ Auer.multũ obſcure loquitur,& magnifi
cauit locũ qõnis multũ.Quod igitur ſit genus ſubſtantiarũ ſeparatarũ adhuc nu-
mero. 55. vel 67. tm̃, & non plures,manifeſtum ex his eſt. Adhuc oppoſitum
thomę dicerẽ,ꝙ ſi eſſet verũ,probarẽ plures eſſe Deos.ꝙ ſi dicat,qđ plures eſſe
Deos eſt impoſsibile;& philoſophi dicerẽt intelligẽtias eſſe plures, quam dictę
ſiut eſt impoſsibile. Verũ vero aĩa intellectiua ſit vna intelligẽtia,vel non.& ſi
ſic,cuius orbis erit.& ſi non,verũ ſit ſpiritualis ſubſtãtia,vel nõ,ad pręſens non
determino ſecundũ philoſophos:licet fide certum habeo ipſam eſſe in corpore,
& multiplicari ſecundum numerũ corporum:forte pp rationẽ,qua Ariſt,multi-
plicauit intelligentias:ſed immorari nõ eſt ad propoſitum: ſat mihi ſit difficul-
tates mouiſſe,locũq; monſtraſſe,obiecta in principio quęſtionis leuiter ſoluen-
tur.motus enim cœli non ſunt penitus conſimiles motibus animalium, ſed ęqui-
uoca analogia,ideo per dicta patet.

DE DESTRVCTIONE EIVS, QVOD DIXERVNT DE INTENTIONE MOTIVA COELI.

ALGAZEL.

AIT Alga. Dixerũt aũt ꝙ cœli ſunt animati, ſer-
uientes quidem Deo glo. cũ motibus ſuis, & appro
pinquantur ei. nã omnis motus volũtarius eſt ad
aliquã intentionẽ, cum non poteſt conſyderari vt
B emanet actio, & motus ab animato, niſi cum actio
ſit dignior ei ocioſitate. &, ſi eſſent actio, & ocioſi-
tas æquales, nõ imaginatur actio. Vlterius dixerũt
appropinquari Deo glo. non eſt quærere deſyde-
ratum ab eo, & abſtineri ab ira eius. nã Deus glo. abeſt ab ira, & de-
ſiderio. &, ſi attribuuntur ei ambę iſtæ dictiones, eſt abuſiue, & deno-
minatur eis ex voluntate condemnandi, & voluntate præmiandi. &
impoſsibile eſt vt ſit appropinquatio Deo glo. cũ quæretur approxi-
matio ad eum in loco. quod eſt falſum. Et non eſt via quærendi ap-
proximationem cum attributis. nam ens perfectius, eius eſſe eſt perfe-
ctius: & omne eſſe reſpectu eſſe eius eſt diminutũ. Et diminutio qui-
dem habet gradus, & differentiam. Angelus enim eſt magis proxi-
mus Deo glo. attributo, non autem loco: & eſt id, quod intelligimus
per angelos propinquos, ſcilicet ſubſtantias intellectiuas, quæ nõ dif-
ferunt, nec mutantur, nec finiuntur, & ſciunt res, prout ſunt. homo ve
C ro, quanto magis vult appropinquari angelo attributis, tanto magis
additur appropinquatio apud Deum glo. & finis naturæ humanæ,
eſt vt aſsimiletur angelis. Et, cũ probatum ſit quòd hęc eſt appropin
quatio Deo, & quòd eſt ad perquiſitionem appropinquationis ei at-
tributis, hoc erit homini cum ſciuerit veritatem rerum, & cum reman
ſerit ęternus in perfectiori eſſe ſuo ſibi poſsibili. & remanſio in perfe-
ctione vltima eſt Deo glorioſo, & Angelis proximus in totum,
quod poſsibile eſt ei ex perfectione, & tunc reperitur cum eis, vt en-
tia, in quibus nihil eſt potentia, adeo quòd exeat ad actum. igitur
perfectio eorum eſt in vltimitate reſpectu eius, qui eſt pręter Deum,
& Angelos cœleſtes: & eſt pręfatio animarum mouentium cœlum,
in quibus eſt aliquid in potentia: & perfectiones eorum diſtinguun-
tur ad id, quod eſt in actu, ſicut eſt figura rotunda, & diſpoſitio. &
hoc reperitur & ad id, quod eſt in potentia, & eſt diſpoſitio in loco, &
in vbi, & non eſt locus demonſtratus, qui non ſit ei poſsibilis. Atta-

men non habet alios ſitus in actu.nam aggregare ambo eſt impoſsibile.& quoniam impoſsibile eſt eis complere vnitates ſituum,continue conantur perficere eas ſpecie,& non deficiunt quærere ſitum poſt ſitũ, & vbi poſt vbi. & non ceſſat omnino hæc poſsibilitas, & non ceſſant iſti motus. intentio autem eorum eſt aſsimilari primo principio acquiſitione perfectionis vltimæ ſecũdum poſsibilitatẽ eis, & eſt ſeruitus Angelorum cœleſtium Deo glo. Et acquirunt aſsimilationẽ duobus modis.quorum Vnus eſt perficere omnem ſitum poſsibilem eis ſpecie:& hoc eſt intentum prima intentione. Secundus vero id, quod componitur in motu ſuo ex diuerſitate proportionis in trinitate, & quadratura, & coniunctione,& oppoſitione,& diuerſitate aſcenſionis & deſcenſionis reſpectu terræ,& ab eis emanat gratia ei, quod eſt ſub orbe Lunæ:& proueniunt ab eis hę innouationes omnes. hic eſt modus perfectionis animæ cœleſtis.& omnis anima intellectiua,deſyderium quidem eius eſt perficere ſeipſam. D

B Cum diſputauit de cœlorum animatione,& cõcluſit corpora cœleſtia eſſe animata,& ea habere multas animas numero,quot motus. conſequens erat determinare cauſam finalem huius motus æterni.motus.n.cœli eſt æternus apud eos, & iam quodãmodo datę ſunt oẽs cauſę eternitatis.ſ.penes formã, & agens, & materiã, Declaratum eſt.n. agens motum cœli eſſe ęternum & ſeparatũ. Adhuc, corpus cœleſte eſſe ſimpliciter,& non cõpoſitum.ergo datæ ſunt duæ cauſę ęterni motus.erat ergo reliquum inducere finẽ,propter quẽ corpora cœleſtia mouentur ſemper motu ęterno,& regulari, vt Ariſto.& omnes Peripathetici cõcedũt. Inducit ergo Alga.in primis opinionem Peripatheticorum,& inquit: dicũt philoſophi,qđ cœlum eſt quoddam animal obediẽs Deo glorioſo in ſuo motu. quilibet autem motus voluntarius fit propter quoddam intentum ſine dubio.eſt ergo ſyllogiſmus.omne animal,qđ mouetur voluntario motu, mouetur pp quoddã intentum.ſed corpus cœleſte eſt quoddã animal mobile motu voluntario: ergo corpus cœleſte mouetur pp quoddã intentum. maiorem probat exemplo.q.d.non enim imaginãdum eſt ꝙ ab aiali rationali procedat quidã actus vel motus,niſi ille actus,vel motus eſſet vtilior ſibi quam ſi ceſſaret:& per hoc dat intelligere vniuerſalem illam.omne animal motu voluntario motũ,mouetur propter quoddam bonum intentum. Sed dices,ab vna ſingulari nõ debet inferri vna vniuerſalis,ſicut Ariſt.docuit in 2. Topi. Reſponſum eſt ſæpe,qđ hoc eſt verum inductione demõſtratiua, vt Auer.inquit.2.Phy.cõ.80.& in 2. Priorum. tribus eñ exiſtentibus ſpeciebus inductionis, demõſtratiua,topica,& ſophiſtica. in demõſtratiua arguere ex vna ſingulari eſt poſsibile,immo neceſſarium.bene.n.ſequitur,hic homo riſibilis:ergo omnis.qm̃ hic homo riſibilis eſt per ſe,& qđ eſt per ſe,eſt de omni & vte. Ita & hic.homo agit propter finem, ergo & omne aial. agere.n.pp finem competit per ſe huic animali,ergo omni animali:& ſic arguit Alg.bene.(Et ită dicunt philoſophi,)Cum concluſit corpus cœleſte ꝓpter quoddã bonum agere,nunc inducit quid ſit illud,ſecundum Peripatheticos, & inq; etiam dicũt philoſophi,ꝙ cœlum mouetur,vt appropinquet ſe Deo benedicto. eſt ergo hic poſitum,quaſi vnum fundamentum habens duas partes.ſ.qđ cœlũ mouetur pp quoddã.& illud eſt, vt appropinquet ur Deo benedicto. Et hoc fundamentum eſt,quaſi cõceſſum per ſe.omne.n.animal moueri propter finem eſt quaſi ſuppoſitio:& ipſum moueri, vt Deo appropinquet, eſt etiam manifeſtum per ſe. vnũquodque enim appetit aſsimilari & vicinari ſummo, vt experiẽtia docet. Quo fundamẽto habito,vlterius procedit innuendo ſpecialius quid ſit iſte finis,& id,propter quod mouetur cœlũ, & inquit. & hęc appropinquatio non intelligitur modo complacentiæ ipſi Deo, vel modo carentiæ.i. euitationis iræ:cuius rationẽ reddit,d,Deus enim glorioſus iſta nõ patitur:neq; intelli- F

A gi debet de appropinquatione locali:cuius rationem reddit.d.illud nanq;, quod
corpus non eſt,neque corporeum,non debet denominari a locali appropinqua-
tione.illa igitur vicinatio non poteſt eſſe appropinquatio in voluntate,& com-
placentia Dei,neq; locali.remanet ergo quod ſit appropinquatio cuiuſdam per-
fectionis.tribus igitur exiſtentibus propinquitatibus,cœlum mouet ſe, vt appro-
pinquet Deo in gradu perfectionis.reddit cauſam, & arguit ſic.entis enim,quod
perfectius eſt eſſe, perfectius debet eſſe.eſt ergo maior.quanto ens eſt perfectius
animalibus hic.ergo debet eſſe eius eſſe perfectius. Et tunc ſupplendum : ſed
eſſe eius conſiſtit in mouere:ergo ipſum cœlum mouet ſe, vt in gradu perfectio-
nis Deo vicinetur. Sed dubitatur,aliquis poteſt huic rationi obijcere . primo,
dicendo quod intelligentia non eſt Deo imperfectior, ergo non debet mouere,
vt Deo vicinetur. Adhuc , quælibet intelligentia eſt æqualis perfectionis alte-
ri:ergo vna non moueret aliter quam altera : has duas remouet.d.& quodlibet
eſſe ſup.participatiuum defectibile eſt reſpectu eſſe diuini . & per hoc excludi-
tur prima obiectio. Adhuc inquit,& in defectu eſt dare gradus, & per hoc ex-
cluditur ſecunda obiectio. (Dicimus tamen.) Apponit comparationem inter in-
telligentias,& hæc inferiora, & inquit , dicimus tamen ꝙ angelus propinquior
eſt Deo,quam entia corporea : quia intelligentię ſeparatę comparabiles, id eſt
viciniores ſunt diuinæ eſſentiæ,quã alia entia ſenſibilia: & hoc exemplo teſta-
B tur.d.quando enim homo induitur veſtibus perfectionum moralium,& ſcientijs
dicitur propinquior Deo,quam alij homines,eo quia vicinior Deo. tunc conclu
dit.d.vnde dicitur , ꝙ quemadmodum finis eſt gradus perfectionis in homine,
ſic ſimiliter in angelis. Repetit ergo quod dixerat,& inquit,prælibato ergo,ꝙ
dicta appropinquatio tali modo debeat intelligi: dicimus , ꝙ hæc denominatio
attribuitur homini,quando in ſcientijs & moribus perficitur, & ꝙ remaneat in
eodem gradu quantum fieri poteſt . Sed hic occurrit ambiguitas non parua, Dubitatio.
quid, ſcilicet ſit vltimus finis hominis in eo,ꝙ homo,quem Alga . appellat hoc
in loco vltimum gradum,quo homo appropinquat Deo perfectiſsima appropin
quatione. Dicendum itaq; ,hominis perfectiſsimum gradum , & vltimum ſta-
tum felicem conſiſtere in actu ſapientiali , & metaphyſico , & in perfectiſsimo
actu metaphyſicali,qui eſt comprehenſio primę veritatis. hoc autem poteſt mul
tum mirabiliter declarari proceſſu Ariſt.fere in toto lib.Ethi.& illud, quod de-
bet accipi ſecundum peripatheticos pro conſtanti,eſt,ꝙ hominis poſtrema per-
fectio in actuali operatione conſiſtit,& non in habituali actu.inquit enim Ariſ.
primo Ethico.cap.10.differt autem forte non parum in poſſeſsione , vel in vſu
optimum exiſtere,& in habitu,vel operatione. habitum quidem enim contin-
git nullum bonum perficere exiſtentem, vt puta dormienti , & aliter , qualiter
C ocioſo. operationem autem non poſsibile eſt . operabitur enim ex neceſsitate,
& bene operabitur. Et hoc probat exemplo etiam.d.quemadmodum autem in
olimpiadibus non optimi & fortiſsimi coronantur,ſed agonizãtes.horum enim,
qui vincunt,ita vt eorum,qui in vita bonorum, & optimorum operantes , recte
illuſtres fiunt. Hoc idem probat inductione ibidem.cap.9.ideo cõcludit, in ope-
re vtique videtur bonum eſſe & bene. vide verba. Amplius cap.18. inquit.bo-
nus autem,& malus nequaquam manifeſti ſecundũ ſomnum. vnde dicunt,nihil
differre ſecundum dimidium vitæ felices a miſeris. & hoc conſentit.d.contingit
autem hoc decenter. Quies enim eſt ſomnus animæ,ſecundum ꝙ dicitur ſtudio- Quid ſomnus.
ſa,aut praua, id eſt, eſt ceſſatio ab operibus ſtudioſis, & prauis, &c. Adhuc,
poeta inquit, ſtulte , quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? ergo, in habi-
tu non decens eſt hominem felicem ponere ſecundum vltimam perfectionem.
Hoc ergo accepto pro cõſtanti, vlterius duabus exiſtentibus operationibus ho-
minis naturalis, ſcilicet vt nutrire & augmentari , & acquiſita ex exercitio &
ſtudio. Dico ſecundo , ꝙ homo non eſt in poſtrema perfectione per naturalem
operationem.inquit enim Ariſto . primo Ethi. cap.9.ſic , viuere quidem enim
commune videtur & plantis.quæritur autem proprium, ſeparandum autem nu-
tritiuam & augmentatiuam vitam. ſequens autem ſenſitiua vtique erit , videtur
vero & hæc communis equo, & boui , & omni animali , ecce quam plane in

huiuſmodi naturalibus operationibus felicem ſtatum ponendum remouet Ariſt. D
Adhuc.10. Ethi. inquit, ꝙ neque puer, neque bos felices eſſe poſſunt. Relinqui-
tur ergo, hominis gradum vltimum conſiſtere in operatione acquiſita. Acquiſi-
ta autem operatione, adhuc, ente duplici morali circa ſenſuum temperantiam
conſiſtente, & medicinali circa corpora, Altera ſpeculatiua. dico quod vltimus
hominis finis non in actu practico ſiue morali, ſiue medicinali conſiſtit: qoniam
vltimus finis vult eſſe optimum. Ariſtoteles inquit primo Ethicorum.8. capitu.
modo nec actus moralis optimum, nec medicinalis. Medicinalis quidem non,
nec moralis, vt Ariſt. probat ibidem. commen. 16. &. 17. quoniam optimum non
laudandum, ſed honorandum: vt Ariſto. inquit deridendo eos, qui Deum lau-
dant, dicit enim ipſum eſſe honorandum: & idem probat. c. 17. vide. Adhuc pri-
mo. c. 7. politicę oſtendit practicum, & actiuum non optimum. inquit enim, quod
quidem igitur vnicuique felicitatis adiacet tantum, quantum quidem virtutis et
prudentiæ, & eius, quod eſt agere ſecundum has, ſic confeſſum nobis, teſtante
Deo, vtentibus, qui felix quidem eſt & beatus: propter nullum autem extrinſe-
corum bonorum, ſed propter ſeipſum ipſe: vide: ecce, quam optime Ariſto. te-
ſtem ad hoc induxit. Relinquitur ergo optimum hominis ſtatum in opere intel-
lectus conſiſtere. Amplius, triplici ente opere, ſcilicet, metaphyſico, mathemati-
co, & phyſico. dico adhuc quod hominis in eo, quod homo, vltimus ſtatus in
mathematica contemplatione, aut phyſica non conſiſtit. vt Alph. credidit: eo B
quia, ſicut ens gratia entis, ita ſpeculatio gratia ſpeculationis. conſtat autem natu
ralia, & mathematicalia gratia metaphyſicalium eſſe: ergo, & ſpeculationes il-
lę gratia metaphyſicæ: non autem ponunt ſapientes felicitatem alterius gratia,
vt in primo Ethi. c. 7. ergo dicendum, vltimum hominis ſtatum in actu conſtare
metaphyſico. hic autem, & adhuc multiplex, perfectiſsimus, & optimus, qui cir-
ca primum & optimum: optimum autem in natura Deus. vita vtiq; perfectiſsi-
ma hominis, & vltimus gradus eius finis, quo vltimo Deo vicinatur, eſt contem
platio primi & optimi entis. hoc Ariſt. poſt totum in ethicis ſtudium. ca. 10. de-
cimo ethi. concludit: quoniam autem, hęc omnia ſapienti maxime exiſtunt, non
immanifeſtum Deo amantiſsimus: ergo, eundem enim veriſimile & feliciſsimũ:
quare, & vtiq; ſic, erit ſapiens maxime felix. vide totum caput illud. Verum
homo duas habet ferme partes, intellectiuam, ſcilicet, & corporalem: &, quia
corporalis adhuc alia huic, & beſtijs: & opus eius, quo ad corpus, aliud ei, &
beſtijs: operum autem et optimum, & malum exiſtit: quare & homini adhuc per
fectio ſecundum corpus vita optima moralis, licet prima ſit potior: & hoc. Ariſ.
in toto libro Ethico. conatur oſtendere. His ergo duobus gradibus habitis, ho-
mo maxime appropinquat Deo. Adhuc, Deus ſemper huiuſmodi gradu ſtat, vt
Ariſt. oſtendit tn. 12. Auer. ibidem commen. 38. Nos autem paruo tempore. tan- F
to tamen melius, quanto maiori tempore, vt Ariſt. inquit primo Ethico. c. 9. vna
hyrundo ver non facit, nec vna dies. ita vtiq; neq; beatum & felicem vna dies,
nec paucum tempus. Ad hoc ergo, vt homo maxime Deo aſsimiletur, tria ſunt
neceſſaria: optima operatio ſecundum virtutes, ſcilicet, vltimi & optimi entis.
ſpeculatio: & tertio temporis mora: &, quando homo eſt in huiuſmodi diſpoſi-
tione, vt Themi. inquit in tertio ſuę paraphraſis de anima, eſt tanquam Deus
quodammodo omnia. eſt enim tunc homo mathematicalia, metaphyſicalia, na-
turalia, & moralia: ergo quodammodo omnia, quodammodo Deus. nihil enim
Deus, niſi omnia, vt Plato inquit in Parmenide, libro de vno omnium entium
principio: & hoc Algazel inquit, dicimus quod hęc denominatio, id eſt, vltima
vicinitas Deo attribuitur homini, quando in ſcientijs; quantum ad intellectiuã
partem, & moribus, quantum ad partem corporis, & quod remaneat in eodẽ gra
du quantum fieri poteſt, quantum ad conditionem requiſitam ad illum. hęc igi-
tur hominis maxima ad Deum vicinitas, et vltima & ſempiterna vita, vt Auer.
inquit in procemio primi, & octaui phy. & ſic patet ſolutio ad quęſtionẽ. (Vnde
notandum.) Hoc in loco, vult declarare quali modo Deo, & intelligentijs com-
petit huiuſmodi beatitudo, & inquit, vnde notandum eſt, quod ipſius Dei, & an
gelorum perfectio ſemper remanet præſens cum eis, id eſt, eſt eis ſemper: & red-

A dit cauſam.d.nam nullam habent potentiam,id eſt, nullam ſpeciem potentię in-
uenimus in eis,nec ad vbi,nec ad eſſe.(Sed,quia cœlorum.) Reputo,quod quæ-
ſtionem remoueat.poteſt enim fingi ꝙ in cœlo non eſt continuus motus & ſem-
per,quia ille eſt ad vbi:ergo acquiſitio vbi,vel ſitu ceſſabit motus cœli.Reſpon
det ergo,& inquit:ſed quia cœlorum animę,licet ipſorum motores quandam ha
bent potentiam,quod exponit.d.quia ipſorum cœlorum perfectiones diuiduntur
ad id,quod eſt in actu,vt eſt ſphęrica figura : & hoc ſemper eſt actu præſens ad
illud,quod eſt in potentia , cuiuſmodi eſt vbi,vel diſpoſitio localis, id eſt,ſitus.
cœlum ergo habet aliquid actu,vt accidentia permanentia , Verbi gratia,figu-
ram,quantitatem,lucem,&c.& aliquid in potentia. Verbi gratia, vbi,ſitum,&
& motum:& reddit rationem,d.nullum enim ſitum actualiter habet vult dicere
in tempore demonſtrato.eſt enim continue ſub alio,& alio ſitu : vnde, ſicut In-
ſtans continue eſt aliud,& aliud,& nullum eſt actu præſens, ſed tantum in ani-
ma:ſic,apud Aui.& Alga.continue ſitus cœli eſt alius,& alius, & nullus eſt in
actu demonſtrato, (Neque acquirere.) Adhuc poteſt obijci Alga.dicendo,quod
licet non poſsit acquiri aliquis ſitus demonſtratus , poſſunt tamen acquiri omnes
inſimul & actu:ergo aliquando motus cœli ceſſabit. hoc remouet.d.neque poſ-
ſibile eſt acquirere eos ſimul,& ſemel:& hoc non probat, ſed tanquam confeſ-
ſum ſenſui dimittit:& tunc inquit , & quia nequit eos acquirere ſimul , acquiret
B ergo eos continue ſucceſsiue ſecundum ſpeciem:vult dicere, ſemper ſitum habe-
bit,licet nullum vnum numero ſitum habebit,tamen ſemper habebit ſpeciem ſi-
tus ſucceſsiue gradatim,videlicet,ſitum poſt ſitum,vbi poſt vbi: & hæc eſt con
tinuatio,id eſt,ſempiterna reuolutio ſuper cœleſtium motuum.Tunc apponit cō
cluſionem totius capituli.d.patet ergo ex omnibus his,quod intentio,id eſt,finis
cœlorum in eorum motu, eſt,vt appropinquent Deo glorioſo , videlicet, in eo,
quod eſt poſsibile acquirere perfectionem illam,vt expoſitum eſt:& totum hoc
eſt Auic.in nono trac.Meta.ſuæ capi.prædicto in alia diſputatione.(Vnde no-
tandum.)Et,quia quis dicere poteſt,motum cœli eſſe ſuperfluum in natura,cum
illa ſituum acquiſitio nihil ſit cœlo.ideo conatur remouere hoc,dicens: vnde no
tandum eſt,quod ſequuntur ex hoc duo bona,id eſt,quod cœlum moueri duo bo
na continet , & nobis , & naturę ordini : quorum primum & principale eſt id,
quod acquiritur per ſe de ſitibus prędictis: eſt ergo primum bonum acquiſitio ſi-
tuum ſecundum ſpeciem,& ſi non ſecundum numerum. ſecundum bonum eſt,&
ſecunda intentione id,quod ſequitur ex illis motibus comparatione ſuorum cor
porum adinuicem,videlicet,de ſpeciebus terminatis,vel quadratis , vel diame-
tralibus , vel coniunctionibus etiam diuerſitate eorum ad terram , quæ multis
poteſt fieri modis : & ab iſtis determinatis comparationibus influuntur cœle-
C ſtes virtutes , & benedictiones orbium in hunc mundum inferiorem . Debes Duplex di-
ſcire,quod in ſtellis conſideramus duplicem diuerſitatem, vnam abſolute , alte- uerſitas in
ram ſecundum comparationem:abſoluta eſt illa, quę ſequitur naturas aſtrorum. ſtellis.
Verbi gratia,mars a proprietate,& natura influit iras,& bella: mercurius a pro
prietate cum omnibus concors:ſol dominus amicitię,& vitę: & multa alia,quę
aſtronomi dicunt.huiuſmodi enim proprietates ſequuntur ſtellas ſecundum na-
turas eorum abſolutas.altera eſt ex comparatione eorum inuicem:poſſunt enim
aſtra in quadrata figura ſituari , & ab eis ſic prouenit in nobis alia influentia:
quandoque diametrali linea,& tunc prouenit eclypſis , & alię influentię:quan-
doq; coniunguntur,& tunc alius modus influendi.verſus non fit: quandoque ap
propinquat ad nos,vt quando eſt in oppoſito augis:quandoq; remouetur,vt quā
do eſt in auge: iterum , ſecundum diuerſum introitum ſolis in tropicos diuerſos,
diuerſimode nobis appropinquat,& remouetur: & propter eius remotionem &
appropinquationem fiunt generationes & corruptiones:ergo,ſecundum bonum
alius motus,ſcilicet,conſeruatio iſtorum inferiorum , quę ſequitur ex diuerſitate
ſituum aſpectuum,& cęterarum diſpoſitionum aſtrorū: & hęc eſt potiſsima cau-
ſa,& melior,vt Ariſt.& Auer.inquit:quare ergo cœlum mouetur , & cur motu
continuo,& propter quid,manifeſtum apud hos philoſophos eſt modo,

AVEROES.

AIt Auer. Totum autem, quod recitat de Philoſophis, eſt opinio eorum, aut ſequitur ex opinione eorum, aut poſsibile eſt ponere ſermonem de eo ſecundum opinionem eorum, præter id, quod dicit, quòd cœli quærunt in motibus ſuis ſitus particulares infinitos. nam infinitum non quæritur, cum ad id non peruenit aliquis. & nemo hoc dixit, niſi Auicen. Et contradictio Alga. huic ſermoni ſatisfacit cum eo, quod poſtea dicetur. Attamen intentio cœli apud homines eſt ipſemet motus in eo quòd eſt motus. nam perfectio animati, in eo quòd eſt animatum, eſt motus: euenit tamen hic quies animato generabili, & corruptibili per accidens, ſcilicet propter neceſsitatem materiæ. nam feſsitas, & labor accidit huic animato, ex eo quòd eſt materiale: animatum vero, cui non euenit feſsitas, nec labor, neceſſe eſt vt ſit vita eius omnis, & perfectio eius ex motu, & aſsimilatio eius creatori eſt, cum prębuerit vitam ei, quod eſt hic cum motu. B Et non eſt hic motus apud Philoſophos propter id, quod eſt hic prima intentione. & intelligo per primam intentionem vt ſit corpus cœleſte creatum propter id, quod eſt hic. nam motus eſt operatio eius propria, propter quem eſt. nam, ſi iſta eſſent propter id, quod eſt hic prima intentione, eſſet corpus cœleſte creatum propter id, quod eſt hic. & eſt falſum apud eos vt ſit creatum nobile propter ignobile: ſed ad bene eſſe proculdubio ſequitur ignobile, ſicut eſt princeps cum eo, quod eſt ſub eo, cuius perfectio non eſt abſque principe. Princeps vero eſt ad perfectionem ſuam. & ſic prouidentia de eo, quod eſt hic, eſt ſimilis prouidentię Principium de eo, quod eſt ſub eis, cui non eſt euaſio, nec eſſe, niſi per Principes: & præcipue Princeps principalis, qui non indiget in eſſe ſuo perfecto, & nobili principe alio, quanto magis in eſſe ſuo.

Cęlum non eſt prima natura intẽtione ꝑ his q̃ ſunt hic.

De prouidẽtia Dei cui aſsimilatur.

Auer. vult hoc in loco confirmare id, quod vere dictum eſt, & repellere id, quod male, & inquit: dicimus nos quod id, quod nomine philoſophorum narrauit, ſine dubio opinio ipſorum eſt: vult dicere, quod intelligentiæ moueant propter appropinquationem ad Deum, eſt opinio Ariſt. apponit autem id, in quo nõ eſt, & inquit: præter id, quod dixit, ſcilicet, quod cœli in eorum motibus requirunt particulares ſitus: quod oſtendit falſum eſſe, & componit ſyllogiſmum, dicens: quia infiniti ſunt, & id, quod infinitum eſt, non deſideratur, neq; poteſt acquiri ab aliquo: ergo in prima figura ſitus non intenduntur a cœlis, nec acquiri poſſunt. ſecundo, oſtendit hanc non eſſe opinionem philoſophorum, & inquit, immo quod plus eſt, hęc non eſt opinio philoſophorum, niſi Auicen. (Id ergo.) Cum oſtendit huius opinionis defectum, oſtendit quomodo cœli deſiderant motum, & inquit. id ergo, quod deſiderant cœli in ipſorum motibus apud peripatheticos, eſt motus abſolute, inquantum motus: & hoc probat perfectio cuiuslibet viuentis, id eſt, animalis, inquantum viuens, id eſt, animal eſt motus. Tunc apponitur hęc minor: ſed cœli ſunt animalia: ergo perfectio cœlorum eſt motus, inquantum motus. Tunc fiat iſte alius ſyllogiſmus ſic: nullum corpus remouetur a ſua perfectione per ſe, quæ ſibi naturaliter debetur: ſed moueri eſt naturalis perfectio cœli: ergo moueri non debet naturaliter remoueri a cœlo: ergo cœlũ F

A ſemper mouetur. Dixit per ſe, valde notanter: quod oſtendit, dicens, & quando aliquotiens animalia nobis præſentia quieſcunt, eſt ſine dubio accidens, videlicet, ratione materiæ neceſsitantis: fatiga nanque contingit animalibus ratione materiæ: ergo animalia, quę fatigam non recipiunt, debent abſque dubio moueri, dum eſſe habent, & aſsimilare ſe creatori, prout in ſuis motibus dant vitam corporibus inferioribus: quod fit ſecunda intentione iuxta philoſophorum opinionem: & oſtendit hoc. d. ſi enim prima huius cœli intentio fuiſſet pro vilitatibus inferioribus, tunc nobilius eſſet gratia vilioris prima intentione: quod falſum eſt: quia cœli, iuxta omnium opiniones, ſunt nobiliores omnibus corporibus entium hic: quare, non decet quod ſit pro viliori illo. Patet ergo hic, qualiter cœlum mouetur prima intẽtione propter ſe, vt, ſcilicet, primo appropinquat, & vt conſeruetur in eius perfectione, cum moueri ſit perfectio animalis per ſe, licet per accidens quies ſit perfectio animalis generabilis. ſecundo mouet propter nos ſecundaria intentione. vt. 12. Metaph. commẽ. 36. & . 2. cœli. commen. 17. & . 21. dixit Auer.

Sed, in his occurrunt quęſtiones: quarum prima eſt, an motus cœli ſit ſitualis, an localis. ſecunda eſt, quia non videtur quod cœlum intendat motum, inquantum motum: quoniam, tunc intelligeret in vniuerſali ipſum: ergo ſcientia confuſa. Adhuc, tunc non faceret ipſum particularem: quoniam eo modo facit, — *Prima concluſio.*
B quomodo intendit. Amplius, tertia. q. eſſe poteſt, vtrum cœlum mouetur propter nos ſecunda intentione. videtur enim, quod nullo: quoniam, cum non intelligat nos, nec in vniuerſali, nec in particulari. ideo videtur quod non moueatur propter nos nec primo, nec ſecundo modo, vt conſtat. Vtrum autem mouetur propter conſeruationem, dicetur poſt in hoc quæſito, Deo duce. Ad primam quæſtionem, Aui. in. 9. trac. ſuę Meta. c. 3. opinatus eſt motum cœleſtem eſſe ſitualem: & huius motiuum fuit, vt Auer. inquit in. 4. Phyſi. commen. 32. argumentum in ſecunda figura ſic. omne, quod mouetur localiter, debet mutare locum ſecundum totum: ſed cœlum non mutat locum ſecundum totum: ergo cœlum non mouetur localiter: & mouetur, vt ſenſu cernitur, ergo motu in ſitum mouebitur. Adhuc arguit Auic. vt Auer. inquit commen. 55. illius quarti ſic. omne illud, qđ mutat locum ſecundum formam, mouetur motu ſituali: ſed corpus cœleſte mutat locum ſecundum formam, et non ſecundum materiam, vt Ariſt. inquit in fine. 5. Phy. concludit Aui. motum cœli eſſe ſitualem. Amplius, pro Auic. facit ſermo Alex. inquit enim Alex. quod orbis ſtellatus non eſt in loco per ſe, neque per accidens: & quod motus cœli non eſt in loco: & quod non eſt translatio: & certe videtur cœlum moueri. ideo Aui. ipſum ſitualem eſſe confitetur. Huic opinioni obijcit Auer. in. 6. Phyſi. commen. 85. inquit, declaratum eſt enim, ꝙ in — *Poſitio Auicenna.* — *Contra.*
C prædicamento ſitus non eſt motus, quia eſt ad aliquid: & illud, quod eſt ad aliquid, eſt indiuiſibile. eſt ergo Auer. motiuum. ad relationem non eſt motus. ſitus eſt relatio. ergo ad ſitum non eſt motus. maior declaratur: quoniam, ad nullum indiuiſibile eſt motus. omnis relatio indiuidualis: ergo ad nullam relationem eſt motus: & ſic patet peccatum Aui. Sed multi latinorum Auer. obijciunt primo, probant in ſitum eſſe motum per ſe, vt Auic. inquit, in ſua ſufficientia. ſecundo, rationem Auer. retorquent contra eum. Ad primum inſtant: omne veniens in tẽpore de vna forma in alteram ſecundum aliquod prædicamentum, illud mouetur motu ad illud prædicamentum. ſedens, qui paulatiue ſurgit, venit in tempore de vna forma in alteram in prædicamento ſitus, quia de ſedere ad ſtare, quæ formę diuerſę ſunt in genere ſitus. ergo ſedens, et poſt ſtans mouetur motu ſitus. adhuc, omne habens contrarium natum recipi in ſubiecto ente actu poteſt motu acquiri: ſed ſitus habet contrarium natus recipi in ente actu. ſitus ergo poteſt motu acquiri. maior eſt Auer. manifeſte in lib. de ſubſtantia orbis. minor patet. ſitus enim differentiæ ſunt ſurſum deorſum, dextrum ſiniſtrum, ante & retro, quæ ſunt differentiæ contrarię, & in ſubiecto ente actu ſuſceptibiles. amplius, omnis exitus de potentia ad actum eſt motus, vt Ariſto. inquit. Sed variatio de ſitu in ſitum exitus eſt de potentia in actum: ergo motus. his argumentis Auic. ſyllogizat motum in prædicamento ſitus, ſermo ergo Auer. dubius. Ad ſecundum — *Poſitio latinorū contra Auerro.*

ſnſtamus. videtur enim Auer. peccare in minori: aſſumit enim ſitum eſſe ad ali D
quid.hoc videtur vel contra ipſum,vel falſum:quoniam , aut intendit ſitum eſſe
relationem de prędicamento relationis,aut intendit ſitum eſſe reſpectum extrin-
ſecus aduenientem:ſi,quidem intendit ſitum eſſe in prędicamento relationis,mi
nor falſa. ſitus enim diuerſum eſt prędicamentum a relatione. ſunt enim prędi-
camenta impermixta, vt famoſum eſt in poſterioribus. Si vero intendit ipſum
eſſe reſpectum extrinſecus aduenientem, tunc retorqueo ſyllogiſmum , & addo
maiori iſtam minorem. ſed vbi eſt reſpectus extrinſecus aduenienſ,ergo ad vbi

Poſitio Alber.

non eſt motus. Magnus Alber.in.5.Phyſic.reſiſtit Auic. tribus rationibus:qua-
rum duas ſumit ex verbis Auerr.attamen earum vis vna eſt,& ego accepi illas
in vnum,dum formaui rationem Auer. Secunda ratio ergo demonſtratiua , vt
inquit,eſt,ſi motus eſt in ſitum. Verbi gratia , motus Socra. de ſtare in ſedere,
vel econtra.conſtat ꝙ ille motus eſt localis: ergo ille motus eſt in duobus prędi
camentis:aut ergo ęque principali er,aut vnius per ſe, & alterius per aliud: ſed
nō poteſt eſſe æque principaliter,quia ſic vnum ęque principaliter eſſet ad duo,
quę ſunt genere differentia.ſi autem eſſet vnius per ſe,& alterius mediante illo.
tunc,aut erit loci per ſe,& ſitus per locum, & tunc non erit in prędicamento ſi-
tus,niſi per accidens: aut econuerſo,ſitus per ſe,& loci per ſitum, tunc loci mu-

Impugnatio

tatio non eſſet inibi, niſi per accidens. hęc inquit Alber. tamen res ſubtilis eſt E
hęc,& magna indigens conſideratione. Videtur autem mihi ; ꝙ huiuſmodi
Alber. ratio nihil ſit,cum reuerentia:quemadmodum enim generatio ignis,ſe-
cundum Auer.ſunt duo motus ſecundum rem diuerſi a principio,vſq; in fine ſuc
ceſsiui,& continui,vt inquit in.3.cœli com.67.ſic forte dicet quiſpiam localiter
motum duplici motu moueri,ſcilicet ſituali,& locali: qm̃,in duas formas diuer-
ſas:multiplicatur aũt motus ſecũdum numerum terminorũ,vt Auer.inquit in.5.
Phy.cõ.9.Adhuc,ſicut in rarefactione ſunt duo motus,ſcilicet alteratio termina
ta in raritatem,& loci mutatio terminata in locũ,qui ſunt ſimul a principio vſq;
in finem.& ſic eſſet poſsibile credi in motu locali eſſe,ſ.per mixtionem duorũ
motuum genere diuerſorum.Aliquando aũt purus eſſet poſsibilis, vt in corpore
ſimplici cœleſti.eſt enim minimum participans de ratione motus. ideo motu ſi-
tuali decentermouetur,vt Auicẽ. inquit, quod ergo accepit Alber. qñ inquit, ſi
mouetur Socrates de ſtare in ſedere , conſtat ꝙ ille motus eſt localis , ergo ille
vnus motus eſt in duobus prędicamentis,falſum eſt:& deceptus fuit ille vir,qm̃
credidit ipſe motum illum eſſe vnum ſimplicem motum,ſecundum Auic.& iam

Poſitio ꝓpria.

tibi manifeſtum eſt,quomodo decipitur palam in hoc. Et vtinam ſcirem huius
quęſtionis veritatem:dicam tamẽ,ſecundum poſſe id,quod credo,licet ab expo-
ſitoribus parum,aut nihil inueni. Debes ergo ſcire,ꝙ in motu locali eſt conſide
rare duplicem terminum,ſcilicet abſolutum, & reſpectiuum.ſicut enim, quando F
generatur filius,duplex eſt terminus,vnus per ſe, vt ſubſtantia eius.alter per ac
cidens,vt habitudo ad patrem,quæ filiatio dicitur.ſic,in motu locali duos conſi-
dero terminos,ſcilicet vbi acquiſitum, & habitudinem locati ad locum . primus
terminus vocatur abſolutus,ſecundus eſt reſpectus quidam locati ad locum , ſeu

vbi et locus ſunt idẽ ſubiecto,differũt tñ rõnes.

vbi. Secundo debes ſcire,ꝙ vbi,& locus ſecundum Auerro.idem ſunt in ſubie-
cto,differunt tamen in ratione.dicitur enim locus,prout circuit corpus:& ſic,vt
ſuperficies quædam,dicitur vbi,prout per motum acquiritur:& in hoc patet er-
ror eorum,qui ponunt locum de prędicamento quantitatis : tunc enim,non eſſet
ad quatuor prędicamenta motus.locus ergo eſt de prędicamento quantitatis vt
eſt ſuperficies,vt vero per motum acquiritur, in prędicamento vbi eſt : nec re-
motum eſt vnum prędicamentum eſſe idem ſubiecto alicui ſpeciei alterius prę-
dicamenti,vt forte eſt de quando cum tempore,licet differt definitione,vt patet.
& cum hoc ſit ita,patet vbi eſſe formam abſolutam , quemadmodũ & locus eſt,
extenſam per corpus,& ſucceſsiue acquiſibilem , quemadmodum locus tantum
ſuperaddit ipſi loco reſpectum rationis, ſcilicet eſſe terminum motus. His ha-
buis, patet ratio Auer. Ad nullam relationem,atq; reſpectum,ſiue de prædica-
mento ad aliquid,ſiue extrinſecus aduenientem eſt motus:quoniam quilibet re-
ſpectus cuiuſcunque generis conſiſtit in aliquo eſſe indiuiduali , & ſimplici , vt

A Auerro.inquit.modo minor erit, ſed ſitus eſt reſpectus, ſiue relatio, ſiue extrinſe-
cus adueniens, non curo. cauſatur enim ſitus ex acquiſitione loci: quando enim
acquiritur locus, relinquitur habitudo quædam locati ad locum, quæ ſitus eſt,
quę habitudo non eſt vbi. vbi enim, ſecundum ipſum, eſt eſſentialiter locus, vt
dictum eſt: ergo, in prima figura, ad ſitum non eſt motus: ꝙ autem ſingebatur
vbi eſſe reſpectum extrinſecum, friuolum eſt. non enim reſpectus extrinſecus,
neque intrinſecus aduenies eſſe debet. non enim illa ſex principia reſpectus
ſunt extrinſecus aduenientes, vt plebs reputat. bene ergo inquit Auer. in.6. Phy.
com.85. Auic. vero, quia non diſtinxit alterationem, quę eſt in loco per ſe ab ea,
quæ eſt per accidens, ſcilicet alterationem, quę eſt ſecundum ſubiectum, non ſecun-
dum formam, & conceſsit ſphęram moueri, coactus eſt appellare motũ ſphęrę,
motum in ſitu. vult dicere, quia Auic. non fecit definitionem inter terminum per
ſe, & terminum per accidens, credidit cœlum moueri in ſitu. vnde nititur ſana-
re ægritudinem per malus ægrum, & tandem vult ꝙ motus per accidens eſt de
vna poſitione in alteram. vide eum. Tunc, ad motiua Auicē. patet ſol. minor Solutio ad
enim primi falſa eſt: quoniam declaratum eſt cœlum totum mutare locum ſecun motũ Auic.
dum formã, non autem ſecundum materiam. Iterum, maior primi falſa eſt, niſi
intelligat per accidens, vt dictum eſt. per ſe vero eſt localis, per accidens ſitua-
lis, vt oſtendit. Ad obiecta contra Auer. dicerem. Ad primam, ꝙ maior debet Solutio con
B limitari per ly per ſe. modo ſic falſa eſt. non enim veniẽs de ſedere ad ſtare, per tra Auer.
ſe venit de ſitu in ſitum, ſed per accidens, vt viſum eſt. Ad ſecundum minor
falſa eſt. ſurſum enim & deorſum, &c. ſunt differentię loci per ſe, ſitus vero per
accidens ſecundum Auer. in.3. Phyſi. & ſic potius in locum, quam in ſitum de-
bet motus eſſe. Ad tertium, debet maior intelligi cum ly per ſe, ſic minor falſa
eſt. non enim variatio ſitus exitus eſt per ſe de potentia in actum, ſecundum præ
dicamentum ſitus, vt conſtat: & ſic patet ſol. ad argumenta contra Auer. Quod
autem inducebatur contra rationem Auer. nihil eſt, vt patet. Auer. enim ſuſten-
tatur in tribus. Primo, ꝙ vbi, & locus ſint vna res abſoluta: quod proprie eſt
prędicamẽtum vbi, vt viſum eſt. Secundo, ꝙ ſitus relatio, vel reſpectus eſt oĩno
conſequens ad ipſius loci acquiſitionem inter locum, & locatum, vt viſum eſt,
& non ſit vbi vt vulgus reputat. Tertio, ꝙ omnis motus eſt ad rem abſolutam
per ſe & primo. his enim tribus conceſsis, ratio Auer. nullam patitur inſtantiã;
& ſic eſt ſimpliciter demonſtratiua. ſunt vero hæc tria exercitatis quaſi per ſe
nota. non enim in naturali petenda eſt certitudo demonſtrationis, quemadmodũ
in mathematica. demonſtrationes enim naturales ſecundum plurimum ſunt ex
ſuppoſitionibus famoſis: demonſtrationes autem relinquantur fortioribus, vt
Ariſto. inquit. Hęc pauca ſunt, quę colligere potui: quę, ſi non vera ſint, dabunt
vobis occaſionem inquirendi verum in hoc.

C SVPEREST modo dicere de ſecunda quęſtione, ad quã Auic. inquit in eo- Secũda qõ.
dem tractatu.9.c. eodem.3. opinans ꝙ corpus cœleſte mouet ſe per voluntatem Põ Auic.
& cognitionem: &, quia voluntas, ſeu appetitus ſequitur comprehenſionem, ſi-
cut vmbra corpus, vt Auer. inquit in.12. Meta. com.39. ideo opinatus eſt ipſe in
cœlo eſſe comprehenſionem imaginatiuam, quę ſenſatio eſt interior, & volunta
tem particularem, qua vult motum particularem: & ſic ęſtimat in corpore cœle-
ſti de virtutibus animę eſſe imaginatiuã, ſeu phantaſiam, ſeu voluntatẽ illi corre
ſpondentẽ, amplius intellectũ abſtractum, & voluntatem illi correſpondentẽ &c.
vt patet ab eo: & ſic voluit cœlum eſſe animal vere propter ſenſum phantaſię,
compoſitum ex materia & forma, ſicut animal hic, ęternum tamen a motore ſe-
paratio: & tu vide eum per totum illum locum. Mouit autem Aui. vt ibidem di
cit: quia omnis effectus nouus ab agente per cognitionem procedens, eget cau-
ſa noua, quę continue innouetur in ſua cognitione: ſed declarauit ipſe motum
cœli eſſe effectum nouum, ideo a voluntate noua propter cognitionem innoua-
tam procedet: & huiuſmodi non eſt niſi imaginatio. Amplius, omnis operatio
particularis procedens ab agente per cognitionem, fit a virtute ſenſitiua: intelle
ctus enim vniuerſalium eſt: ſed motus eſt operatio particularis procedens ab in-
telligentia cognoſcente: ergo, & ab ipſius imaginatione tranſmutabili ꝓcedet.

anima ergo cœli eſt anima imaginatiua habens ſenſum phantaſię, & deſideriũ D
non concupiſcentię, & iræ, ſed boni ſimpliciter, vt inquit. Huic opinioni obij-
cit Auer. in ſecundo cœ. commen. 37. inquit enim: & in hoc errauit Auic. cum
Cõtra poſ. putauerit ꝙ corpora cœleſtia habeant phantaſiam. Arguit contra hoc. d. habe-
ionẽ Auic, rent enim inſtrumentum ſenſus. &, ſi haberent inſtrumentum ſenſus, eſſet eis ꝓ-
pter ſalutem: &, ſi propter ſalutem, poſſent eis accidere occaſiones: & propter
hanc rationem remouet peccatum Aui. & huiuſmodi tres conſequentiæ, vt alias
hic expoſui, manifeſtę ſunt. phantaſia enim motus factus a ſenſu ſecundum actũ
eſt, vt Ariſt. inquit in lib. de Anima, ergo, ſi cœlum haberet phantaſiam, tunc ha
beret ſenſum externum: et numerus ſenſuum externorum eſt ſecundum numerũ
organorum, ergo haberet organa plura, vel vnum: & ſic patet prima conſequen
tia. ſecunda adhuc conſtat. ſenſus enim non datur animali, niſi propter ſalutem,
vt. ſ. diſcernat nociuum ad vtili, vel per tactum, vt in animalibus imperfectis.
vel per alios, vt in homine: ergo huiuſmodi ſenſus dati eſſent ei propter ſalutẽ:
tunc ſequitur vltima. ſ. quod poſſunt accidere occaſiones. cui enim poteſt acci-
dere ſalus, & occaſio poterit accidere. & hoc patet in omnibus: quare, ſi ſalus
ineſt cœlo propter ſenſum, ergo & occaſio, & fractura cilij, vel aliquis caſus
corruptiuus poterit ipſum incurrere. Et hoc eſt impoſsibile: eſt enim cœlum in
ſui natura ſempiternum. & iam dixi de hoc alias hic, nunc in typo repetere bo-
num eſt. Hanc rationem Ariſt. tetigit in his, quæ de plantis. inquit enim, dicimus E
ergo ꝙ vitę coeuę eſt ſenſus, quia ſenſus facit diſcretionem inter mortem, & vi-
tam: ſed cœlum, quia habet regimen nobilius, & dignius noſtro regimine, elon
gatum eſt ab his: eſt ergo vis rationis Ariſto. cœlo non poteſt accidere occaſio,
ergo non habet ſenſum. huiuſmodi enim conſequentia tenet eodem, ſicut & illa
Auer. amplius, arguit Ariſto. in tertio de Anima. inquit enim, ſenſum autem nõ
neceſſe in omnibus viuentibus, neque enim quorumcunq; corpus ſimplex con-
tingit habere tactum, neque ſine hoc poſsibile eſt eſſe nullum animal. eſt præ-
ſens ratio: non omne viuens habet ſenſum tactus, ergo non omne viuum habet
ſenſum. modo conſtat cœlum, cum ſit corpus ſimplex, non habere tactum, ergo
non habet ſenſum. amplius, ſecundam tangit rationem. d. neque quęcunque non
ſuſceptiua ſpecierum ſine materia: eſt ergo ſecunda ratio: omne habens ſenſum
ſuſcipit ſpecies ſine materia, ſed corpus cœleſte non ſuſcipit ſpecies ſine mate-
ria, vt patet per ſe: ergo cœlum non habet ſenſum. Vbi Auer. in commen. illius
partis. ſ. 60. ait, & innuit corpora cœleſtia: illa enim, quia non ſunt generabilia,
neque corruptibilia, ſi haberent ſenſum, tunc natura ageret ocioſe: quemadmo-
dum, ſi iſta mobilia generabilia, & corruptibilia non haberent ſenſum, tunc na-
tura ageret ocioſe. vult dicere, quod dando ſenſum cœlo, natura agit ocioſe, &
amouendo ſenſum a corporibus generabilibus, & natura ageret ocioſe. ibi qui- F
dem, dando ſuperflue. hic vero, agendo diminute: ergo, omnino ocioſe ageret.
amplius diuus Themiſtius in. c. 71. inquit, ex his conſtat animantem naturam
vtraque ſui parte extrema ſine ſenſu exigere. extremas partes naturam cœli, &
plantas accipimus, quãquã alia ratione cœlum, alia plantis ſenſus negati. Plan-
tis, quia pręignobilitate & craſſamento naturæ partem hanc promereri. nec ca-
pere potuerunt cœlo, quia eminentiore ordine, dignationeq; habebatur, quam
vt ad hunc vſum deſcenderet: iam in eo ſenſus vtrique generi ſuperuacaneus vi
debitur, quod neutrum paſsione foras accerſita conquiſitique indigebat: plantæ,
quia proximum, vt dixi, atque obuiam ſortiretur: cælum, quia nullo modo paſci
neceſſe haberet. Ecce, quomodo Themiſtius pulchra ratione cœlũ ſenſu carere
oſtendit. Rurſus, obijcit & Auer. ſecundo cœli commen. 61. inquit enim, demon
ſtratio autem ſimpliciter in hac ſcientia fundata eſt ſuper propoſitiones acceptas
ex ſcientia naturali, & diuinali. declaratum eſt enim in phyſicis, quod motor
corporum cœleſtium non eſt in materia. & declaratum eſt in lib. de Anima ꝙ
illud, quod eſt huiuſmodi, eſt intellectus. Eſt ergo demonſtratio, vt dicit. omnis
forma ſeparata a materia eſt intellectus, omnis motor cœli eſt forma liberata a
materia, ergo eſt intellectus. non ergo eſt imaginatiua, vt Auic. tradit. Quod au-
tem inquit voluntatem cœli eſſe variabilem, eſt purus error, & contradicit

omnibus

A omnibus Peripatheticis. vt Theophraſto, Porphyrio, Auerroi, & Themiſtio,
vt albertus inquit in commen. de cauſis: propter quod Meſaalach inquit, ꝙ mo
tus cœli eſt motus ſapientis in eo, ꝙ ſapiens eſt: quia ſapiẽtis eſt vno modo age-
re, & ſemper, & non per inconſtantiam aliquando agere, & aliquando nõ, vel
ſic, quã aliter agere. tali enim modo agit, qui per diuerſa diſponitur. Supereſt Põ. Ioan.
modo ſoluere motiua Auic. ad primũ Ioan. inquit, ꝙ licet motus cœli ſit nouus
ſecundum partes, eſt tamen ſempiternus ſecundum totum: &, ſic ad formã argu
menti, maior eſt vera de effectu nouo vtroque modo: cuiuſmodi non eſt in pro-
poſito. Ad ſecundum reſpondit ipſe in lib. de ſubſtantia orbis, ꝙ non oportet,
vt intelligentia intelligat motum particularem: intendit enim, vt inquit, motum
vniuerſalem per ſe: ſed, quia non poſſunt produci motus particulares, niſi inno-
uentur, ideo per accidens intendit illos particulares; amplius aliter, inquit, ꝙ
intelligentia intelligit vniuerſalem motum per ſe primo, ſed ſingularem motum
per lineam reflexã. Sed hic bonus homo peccat in tribus. Primo, quia motus
non poteſt innouari ſecundum partes, quin innouetur ſecundum totum, vt dictũ
eſt in alijs diſputationibus. totus enim motus nihil aliud eſt, quam omnes ſuæ
partes. amplius, peccat in prima ſolutione ad ſecundum: qm̃, tunc cognitio intel-
ligentiæ eſſet confuſa, & in potentia, vt Auer. arguit. 12. Meta. com. 51. conſe- Error Ioã.
quentiam probo: quoniã omnis cognitio rei in vniuerſali eſt cognitio confuſa,
B & in potentia, vt dicit com. 14. illius. 12. & in ſecundo Meta. com. 13. Ergo co-
gnitio intelligentiarũ eſſet in potentia, ſicut noſtra cognitio. Tertio peccat in ter
tio. ait enim intelligentiam cognoſcere ſingulare per lineam reflexam. certe iſte
homo deberet verecundari. Auer. n. quẽ ipſe tanquam Deum tenet, in tertio de
Anima. com. 9. & 10. nunquam ſciuit aſsignare alium modum, quo intellectus
comprehendit ſingulare niſi mediante ſenſu, vt patet ibidem. Alij vero latini
per conuerſionem ad phantaſma: cum igitur cœlum careat ſenſu, & phantaſia,
vt pauloante concluſimus, ideo & in hoc errauit Ioan. Ideo diuus Alber. in 11.
ſuæ ſapientiæ, multo ſubtilius dixit, & plus ad mentem Auer. ad huiuſmodi ar-
gumenta. ait. n. ꝙ intellectus actiuus eſt duplex. vnus quidem per accidens,
alius per ſe, & per eius eſſentiam intellectus actiuus per accidens eſt intellectus
noſter, qui extenſione ſit practicus, vt Ariſto. inquit in lib. de Anima. non enim
agit niſi per formam artis acceptã, vel inuentam. actiuus per ſe, & per eſſentiã
eſt intellectus intelligentiarũ: agit. n. per ſuam eſſentiã: vnde, quẽadmodũ virtus Põ Alber.
formatiua in ſemine agit per ſuã eſſentiam in materiã, quam ambit per ſpiritum
ſine imaginatione aliqua, ita dicimus ꝙ intelligentia agit abſq; imaginatione
aliqua in ipſum cœlũ motũ: &, ſic illa actio conſequitur intelligentiã eo modo,
quo operatio naturalis ſequitur naturã, & non quomodo operatio noſtra ſequi-
C tur proheresim, vt credit Auicen. Sed dices, vel intelligit motũ, vel non. dico
quod intelligit motum non extra ſe, ſed intelligendo ſe: quia intelligendo cau-
ſam motus, intelligit quodammodo motum: vnde intelligit motum, nec ſcientia
particulari, nec vniuerſali: ſed ſcientia, quæ eſt cauſa motus, vt diximus ſupra,
& per hæc patet ſol. ad argumenta in principio quæſiti facta.

Circa tertia q̃onem diu laboraui: videtur. n. mihi oriri difficultas ex duo- Tertia qõ.
bus. primo, ex parte gubernantis: ſecundo, ex parte corporis cœleſtis. Ex parte
gubernantis quidem, quoniã omnis gubernator, qui primo & per ſe eſt propter
ſe, ſecundario propter gubernata, eo intuitu noſcit gubernata, quo ea gubernat,
vt manifeſtum eſt per ſe. Modo declaratum eſt, Deos curã non habere de his
eo modo, quo cadũt ſub gubernatione ipſa: & inde ſequitur ꝙ ſecundaria, nec
primaria intentione anima cœli propter nos moueat. Ex parte corporis vero
cœleſtis, qm̃ pluribus rationibus videtur illa non agere in nos: quoniã, ſi age-
rent eſſet, vt Alg. inquit, & omnes aſtronomi ꝙ. ſ. agunt prout coniunguntur in
triplicitate aſpectu trino, prout intrant domos, vel oppoſita domorum, vt ſunt in
dignitate, &c. quæ ab aſtronomis ponuntur. Quod aũt hoc modo non agãt di-
uerſa oſtenditur quia, vel mutant naturas propter mutationem loci ſitus domus
triplicitatis, &c. vel non, ſiquidẽ non mutant naturas, nec ẽt actiones mutabunt:
inquit enim Auer. 3. cœli com. 72. ſic. & eſt regula a cauſis, quarum natura eſt

eadem, & non differunt niſi ſecundū magis & minus, non ſequitur niſi natura D
vna diuerſa ſecundū magis & minus: & hoc poteſt probari demonſtratiue, vt
iam probata in fine proximæ diſputationis tetigi. Si vero mutāt naturas, vt qui-
dam inquiunt aſtrologi, hoc mirabilius videbitur, & multo plus deteſtabile, qđ
Plotinus in ſecunda Aeneade in 3. lib. c. primo oſtēdit: qm̄ in rebus terrenis, quę
mutabiliſsimæ ſunt, ex ſola motorum mutatione locorum, atque intuendi diuer-
ſitate, nulla prorſus accidit variatio naturæ, quanto minus in rebus ſtabiliſsimis,
quales ſunt res cœleſtes. Adhuc, vt Auer. inquit in quinto phyſici auditus. com.
14. & 8. Phy. cō. 59. vna propoſitio eſt, ꝙ res mota in rebus, quæ mouentur mo-
tibus oppoſitis, eſt eadem. V. g. qm̄ id, quod mouetur in loco, idem eſt cum illo,
quod quieſcit. & per hoc vult ipſe in 8. hūc motum omnibus alijs eſſe perfectio-
rem, quia, non mutat rei ſubſtantiam, & ideo cōuenientiſsimus æterno corpori.
amplius, in primo cœli. com. 22. ait, & ligamentum iſtius corporis cum ente ęter
no non corporeo, neceſſarium eſt, vt ſit corpus ingenerabile & incorruptibile,
quod nunquam in ſua ſubſtantia trāſmutatur, niſi tātum in loco, ita ꝙ ipſo trāſ-
mutato ſemper in loco, remanente ſubſtantia, non ceſſat agere alias mutationes
prædictas in corporibus, quæ ſunt ſub ipſo, & etiam non ceſſat generare reci-
pientia iſta. Ecce, quomodo cœlum propter mutationē loci, aſpectus, dignita-
tis, & aliarū diſpoſitionum, non ipſius naturam, & ſubſtantiam mutat: quod &
ipſe. 8. Phy. in calce. 15. com. ēt aperte protulit: vide. Rurſus, Porphyrius in quę- E
ſtionibus ad anebonem cheremonis ait, incertum eſſe. ſi qui enim negent corpo-
ra cœleſtia viuere, cogūtur dicere eorū corporales naturas non aliter apud nos
agere, quā elementorum miniſterio, idcirco ſolas qualitates corporeas afferent,
vltra vero minime. Præterea, ſicut Plotinus teſtatus eſt, mercurius quadam
diſpoſitione poſitus, cauſa non videtur ſapiētię nati: & huius rationem inquit,
quoniam quod non facit animā, nec illius accidentia, conſentaneum eſt egiſſe.
inquit tamen, mercuriū, vt ſic poſitum, nobis eſſe ſignum ſapientiæ nati: indica-
bit enim corporis temperantiam ad obſequium ſcientię ordinatam. Præterea,
inſtant & Platonici: quoniam corporis cœleſtis natura eſt vnigenea, vniformi-
ter diuina, optima, diuino numini quam proxima: ergo planeta in quacunq; par
te fuerit, non poterit operationē, nec naturam mutare, vt aliter influat tunc, quā
antea, & vt aliter maleficet tunc, quam prius. Deinde ſubſtātia potens agere in
quocūq; puncto fuerit, ſui ſtatus non variatur per remotionem, aut appropinqua
tionem ad ea, in quibus agit, vt manifeſtum eſt per ſe, modo planeta eſt potens
agere æqualiter in quolibet puncto terræ: ergo vbicunq; fuerit, habebit æqualē
potentiam, & ſic nō variabitur nec in actione, nec in natura. Adhuc, ſi planeta
varia ageret, prout eſt in angulo, & prout declinat ab angulo, tunc eodem tēpo-
re diuerſa ageret: quod abſurdum dictū cenſent Platonici conſequentiam pro-
bant: qm̄ eodem tempore nobis eſt angularis, alijs nationibus declinans, atque F
econuerſo: ergo diuerſas eodem tempore naturas, vel actiones haberet. Item,
quanto ſignum eſt diutius ſupra nos, tanto fortius & abſolutius agere debet in
nos: ſed ſignum duodecimū diutius ſupra nos exiſtit, quam aſcendens, ſcilicet
angularis particula: ergo magis in nos aget, quam aſcendens, contra eos. Rur-
ſus, corpora cœleſtia non videntur multiplicare hic inferius niſi calorem, & hu
morem, & non frigus, neq; ſiccum: quoniam corpora cœleſtia ſunt cauſæ vitæ,
modo vita conſiſtit in calido, & humido, vt Ariſt. inquit in lib. de morte, & vi-
ta. Adhuc, corpora cœleſtia omnia ſunt vnius ſpeciei, vt Auer. inquit in 2. cœli
com. 49. ergo, vel omnia frigefaciunt, vel nulla: quod enim competit per ſe vni
indiuiduo alicuius ſpeciei, competit cuilibet. per ſe enim & de omni infert, vt in
poſterioribus dictum eſt. hæc igitur ſunt illa duo, ſcilicet ex parte intelligentię,
& ex parte cœleſtis corporis, quæ mihi corpora cœleſtia agere in nobis conti-
Pō. Ariſto. tentur. Pro altera parte ſententia extat virorum illuſtriū, rationeſq; non mi-
nores his: virorum quidem in primis Ariſt. qui in ſecundo perigeneſeos plane
inquit, ꝙ propter motum ſolis in obliquo circulo fiūt generationes & corruptio-
nes hic inferius: quam propoſitionem Auer. in commen. 56. illius expoſuit. vide
Amplius Auer. ibidem com. 58. inquit, quod propter diuerſitatem cauſæ agētis

A In vltimo ſit diuerſitas rerum hic: vt diuerſitas operationis ſolis propter cõgregationem & ſegregationem planetarum cum eo. Præterea, & ibidem aſsignans cauſam finalem generationis iſtorũ, inquit quod enim in omnibus inquimus quod melius deſiderare naturam ſemper, melius autem eſſe quam non eſſe: quot eſſe autem modis dicimus, in alijs dictum eſt. hoc autẽ in omnibus impoſsibile exiſtere propter longe a principio diſtare. reliquo modo compleuit eſſe Deus faciens continuam generationem, ita enim maxime continuabitur eſſe, quia proxime eſt ſubſtantiæ fieri ſemper per generationẽ. huius aũt cauſa, vt dictum eſt multotiens, in circuitu allatio ſola continua. vbi Auer. commen. 59. hoc pulchre exponit. vide. Amplius, Ariſt. ſecundo cœli in illo tex. quoniam autem non eſt contrarius motus, aſsignat cauſam, quare corpus cœleſte pluribus motibus mouetur. vbi Auerro. in commen. 17. illius partis inquit, vult perſcrutari hic de cauſa finali, qua cœlum habet plures motus, & vult dare cauſam ex eis, quæ hic apparent apparet enim quod proportio eorum, quæ ſunt hic ad corpora cœleſtia, eſt, ſicut proportio facti ad faciens, & quia factum eſt de operationibus facientis, ſicut finis incœpit dare cauſam multitudinis eorum ex factis hic. Et in fine huius capitis inquit, quodammodo recapitulando, nunc autem tantum manifeſtum eſt, propter quam cauſam plura ſunt circularia corpora, quia neceſſe generationem eſſe. vbi Auer. commen. 21. illius partis vult Ariſto. vſum eſſe circulo

B in demonſtrando. arguit enim motuum multitudinem ex generatione & corruptione hic, & poſt ex multitudine motuum arguit generationem & corruptionem. adhuc Ariſto. 12. Meta. hoc idem confirmauit, vbi Auer. in com. illius partis, ſcilicet. 34. inquit, &, ſi hic fuerint duæ actiones contrariæ, vt generatio, & corruptio æternæ, & ſecundum reciprocationem, oportet vt illud circulare, quod facit has duas actiones cõtrarias, moueatur duobus motibus oppoſitis, aut pluribus in loco, ſicut eſt de. 7. planetis, et plus: quod apparet de actionibus ipſorum eſt ſolu. & ideo antiqui vocabant iſtum dominum vitę: ecce, quã plane Ariſto. & Auer. in illud conſentiunt. Rurſus, Auer. ibidem commento 44. inquit, diſpoſitio in iuuamento corporum cœleſtium adinuicem in creando entia, quæ ſunt hic, & conſeruando ea eſt, ſicut diſpoſitio regentium bonorum, qui iuuant ſe adinuicem in regendo bonam ciuitatem. vult dicere, quemadmodum ſunt patritij Veneti in regimine inclytæ ciuitatis Venetiarum, vt per totum mundum conſtat: ecce, quam plane illud ibi concedit. Præterea Ariſto, in lib. de proprietatibus elementorum inquit, Democritus autem, & Plato, ſectæ amborum, & qui locuti ſunt ſermonibus vtriuſque, inquiunt, quod prius frigus eſt radix, & quod caliditas generata eſt accidentalis intrans ſuper eam. & ſignum illius eſt, cum ſol declinat a nobis in orbe ſuo decliui ad par-

C tem dextram meridiei, accidit ſuper nos ſuperfluum: & ſimiliter longinqua a zenit capitis motus ad latus polorum ſeptentrionalium inueniuntur frigora, &c. & Ariſtot. in fine illius ſermonis commendat eos dicens, dico autem quod ipſi bene putauerunt in illo, &c. ecce, quomodo corpora cœleſtia agunt in his, quæ ſunt hic. Adhuc, Ariſto. in lib. de mundo, qui & de mirabilibus mundi etiam ab alijs inſcribitur cap. 9. tanta arte, tantoque ſtilo oſtendit hunc mundum inferiorem regi a ſuperiori, quod dicere eſſet ſuperfluum. incipit enim ſic. reſtat ergo dicendum ſummarie de cauſa omnium contentiua, quemadmodum & de alijs. nefas enim de mundo dicentes, quamuis non ſubtiliter, ſed velut in figurali doctrina, prætermittere principium mundi. Antiquus quidem ergo quidam ſermo, & paternus eſt cunctis omnibus quod a Deo omnia, & per Deum conſiſtant. nulla enim natura ſibi ſufficit priuata ſalute, quæ ex eo: quamobrem, & quidam antiquorum moti ſunt ad dicendum, quod hæc omnia plena ſunt Dijs, & reliqua vide, vbi modum regiminis huius mundi ad plenum reperies ex ſuperioribus lationibus, quemadmodũ ſub nebula inquit, & metheoris. Quod igitur ſuperiora in his, quæ hic ſunt, agant, tanta dicta ſint. per hæc enim quis erit ambiguus non parum, vt igitur veritas determinetur, primo oportet videre quot ſunt illa, quæ hic fiunt. ſecundo quot modis corpus cœleſte concurrit ad hæc, & quis modus agendi eſt

Rr 2

ſuus circa nos.tertiq videbitur,qua ſpecie gubernationis motores gubernēt nos, & quomodo ſe habeat in actu gubernandi.Quibus habitis iam ſcietur modus, quomodo corpora cœleſtia ſecundaria intentione moueant propter nos: & ſoluentur obiecta,quæ in oppoſitum fiunt. Quantū ad primū,illa,quæ hic fiunt, poſſunt pertinere ad partem ſpiritualē,& ad partē corporeā.homo.n. cū nexus ſit cœleſtium & corruptibilium,vt Iſaac inquit, duplicē decebat ipſum habere naturā.ſ.ſpiritalē,qua cū ſuperis cōmunicet,& corpoream,qua cū his, quæ hic ſunt ēt cōueniat:& loquor de homine:qm̄,vt Plato ait,homo eſt quodammodo omnia,in eo ſunt oēs res mundi:eſt enim paruus mundus.ea igitur, quæ homini accidunt quantū ad partē corpoream,ſunt tranſmutatio in ſubſtātia,& trāſmutatio in accidente.In ſubſtantia quidē generatio,& corruptio. in accidēte,augmētatio,& diminutio,alteratio,& motus localis:hæc.n.ſunt tranſmutationis ſpecies,vt cōſtat,quæ poſſunt homini,& corporeis rebus accidere. Ea vero, quæ accidunt ei quantū ad partē ſpiritualē,ſunt augmentatio in ſcientia, decremētū in ea,prophetia,credulitas alicuius nouæ legis, prudentia, & omnes operationes animæ,quas enumerat Ariſt.in lib.de Anima, & in ethicis. huiuſmodi.n. tranſmutationes ſoli homini propriæ ſunt,vt Ariſt.inquit.hæc igitur ſunt, quæ homini accidere poſſunt,& omnibus rebus,quæ ſub aſtris cōtinentur. Supereſt nunc videre, quot nam modis cœlū concurrit ad ea, quæ enumerata ſunt: &, quia veritas nō inuenitur niſi per oppoſita,& in longo tempore: ideo inducere opiniones patrum reputaui bonum eſſe,in quibus ſi qua bona reperiam,reputabimus ea in lucrum, ſi qua vero inconſona, largitati eorum adhuc gratiæ ſunt referendæ. Vt vlterius veritatem inueſtigemus eorū dicta accuſantes:poſſumus ergo,vel ſuſpicari corpora cœleſtia nulla in his,quæ hic ſunt agere, vel ea agere. Si quidē nulla agere ſuſpicamur,opinio erit his mahumeti, inquit enim corpora cœleſtia eſſe facta ad vniuerſi decorē, non ad entium creationē,vel conſeruationē:propter quod Rabi Moyſes dixit Deū immediate omnia agere, & in nullis rebus eſſe virtutes naturales:& hoc narrat Auer. de ſua lege 12. Meta. com.18.inquit,& cum loquentes noſtræ legis opinabātur,quod agens agit creādo formam ex nihilo,& nullū huiuſmodi agens viderunt hic, dixerunt vnum agēs omnia entia agere ſine medio,& quod actio iſtius agentis trāſit in vno inſtanti in actiones contrarias,& cōuenientes,& infinitas,ita quod negāt ignē cōburere,& aquā humectare,& dicūt omnia iſta indigere creatione, adeo qd̄ dicunt qd̄ homo nō mouet lapidē expellendo,ſed illud agens creat motū, & negauerūt propter hoc potētiā eſſe ſup. in rebus:& ſic patet hęc. Sed quantum hæc lex ſit cōtra naturā,& rationalē veritatē,tu inſpicias.arguit.n. Albumaſar contra hanc,& cōponit rationē ſic.omnia corpora naturalia, quæ motu locali, & per ſe mouētur,ſunt agentia aliquid extra ſe, vt exēplo oſtēdit,vide. Sed declaratū eſt oīa corpora cœleſtia moueri per ſe,et motu locali;quare,& ipſa agere extra ſe non erit dubiū.& contra hoc faciūt omnia inducta in præcedēti ſermone.Si vero corpora cœleſtia agere extra ſe,& in hunc modū conſentiamus. Adhuc partiti ſunt patres antiqui.quidam enim eorum ſunt,qui cuilibet effectui hic inferius,propriū ſidus per ſe ad eius creationē in cœlo imponunt, ſuſcitans ad incrementū illius: & hęc opinio Hermetis,Enoch,Mercurij,& plurimorum indorū fuit,adeo ꝙ aſtronomi.48.imagines in cœlo ſituat ſtellato: vt quælibet ſuā rē procreet,& curet,iuxta illud Ari.pauloante allegatum.quidam antiquorū ſenſerūt hæc oia plena eſſe Dijs,& iſti ſunt,qui tantam corporibus cœleſtibus imponunt potentiam, ꝙ omnia ex illis eſſe conati ſunt confiteri; vnde, & Homerus ab Empedo.accipiens inquit,intellectū, & voluntatē ad præſens augeri:propter quod,inquit,talis intellectus eſt in terris hominibus, qualē deducit pater in die virorū,deorūq;. Et huius etiā opinionis Orpheus,omnia plena Dijs in carminibus ſuis dogmatizans,fuit viſus eſſe.dicebat enim Deos virtutes diuinas in rebus diffuſas eſſe,quos Deos Ariſto.de mundo exponēs inquit, ſummum habitaculū Deorum nuncupatum eſt cœlum, plenum autem exiſtēs corporum diuinorū,quæ ſtellas conſueuimus dicere. Poſt hos Alex.aphrodiſeus,qui Democritum,& Leucippum ſecutus eſt,inquit, hunc mundum nō depē

Queſtio,

Poſitio Albumaſaris,

Poſitio Alexandri.

A dere ab illo, niſi quantum ad ordinate, regulariterq; agere. vnde, quia hic infe-
rius eſt contrarietas ſufficiens ad generationem. Amplius, ſubiectum potens re-
cipere motus. ideo & hæc non dependere. nec in alteratione, nec in generatio-
ne, nec in augmentatione ab illis, inquit. Verum huiuſmodi motus ordinati non
eſſent ſecundum quandam reciprocationem, vt. ſ. nunc ex calidis generatur fri-
gida, nunc econuerſo. Sed contingeret, ſicut Heraclitus poſuit, quod quandoq;
omnia fierent ignis. nam ordinatio reciprocæ conuerſionis inuicem eſt per vir-
tutem cœli. ait tamen ſaluando dictũ Ariſto. in 7. & 8. Phyſ. huiuſmodi corpora
hic dependere in motu locali tantum ab illis. hoc autem experiẽtia eum docuit
de magnete. mouet enim localiter, prout virtus eſt cœli, immo; vt dicunt lapi-
darij. ſi magnes figuræ redderetur rotundæ. & ſuper duos locaretur polos, eſſet
ſine dubio mota localiter motu cœli proximo: & hoc, quia omne, quod locali-
ter mouetur, mouetur per virtutem primi moti, quod eſt cœleſte corpus. Et cum
omnia hęc ſint dicta, ex his accipimus quod corpora cœleſtia agant in his in-
ferioribus ſine dubio ſecundum oẽs modos motus, ſcilicet intentionales, & phy-
ſicos ſecundũ phyſicos quidẽ, qm̃ ſecundum generationẽ & corruptionem, am-
plius ſecundum alterationem, adhuc ſecundum augmentũ & decrementũ. Rur-
ſus, ſecundũ loci mutationẽ: ſecundum intentionales vero, quia hominibus ſan-
ctæ influuntur prophetiæ, religiones, mores declarati in libris moralibus, vitia,
B & vniuerſaliter oẽs actu, qui in nobis inueniuntur, vt aſtrologi dicũt. hæc licet
probata ſint, rurſus ea confirmans oſtẽdo: primo. quod agant in horum genera-
tionę & corruptione, quia apparet in elementis & mixtis, qm̃ accedente ſole,
& alijs ſtellis calidis ad zenith alicuius regionis elementa ſuperiora, vt ignis,
& aer augentur, & inferiora. ſ. terra. & aqua minuuntur, & in ſuperiora conuer-
tuntur, & econuerſo recedente. Amplius in mixtis, & primo in animatis. in-
quiunt enim alchimiſtæ, vt Albet. & Aul. quẽlibet planetã habere vnã ſpeciẽ
metalli, ſicut ſol habet aurum multiplicare, luna argentum, mercurius argẽtum
viuum, mars ferrum, iupiter ſtagnum, ſaturnus aũt plumbũ, & inde huiuſmodi
metalla nomina ſortita ſunt planetarum, vt inquiunt. Hoc ẽt apparet in anima-
tis, & in plantis, quantum enim acceſſus & receſſus ſolis neceſſarius ſit genera-
tioni plantarum agricolę teſtes tibi erunt. Præterea in generatione animaliũ:
ſole enim intrante primum punctum arietis, tunc aues nidos incipiunt colere,
inter ſe aues ſuaues cantus ad amorem incitantes canere, vt plato inquit de phi-
lomena, reciproca baſia quãdoq; inter ponere, tandem ad amoris actum, vt in-
de procreentur pulli, ocurrunt: & quã mirabilis ſit naturæ ordo, ex huiuſmodi
animalibus felicibus capere quiſpiam poteſt. Adhuc empirica teſtatur aucto- Poſitio medi
ritas medicorum, qui nouem menſes lationis fętus in vtero matris planetis aſcri- corum.
C bentis, aiunt natum in octauo menſe viuere non poſſe: quia, ſub planeta morifi-
cante oritur. Et quod hæc ſint ita, omnia auctoritate magnorum confirmo,
quemadmodum fuerunt Magoi græcus, & Germa babilonicus, & Hermes egy-
ptius, Ptolemeus ſapiens, Geber hiſpalenſis, & thebit: quorum caput fuit zoroa-
ſter, qui cum natus fuiſſet, cerebrum ita palpitaſſe aiunt, quod manum impoſitã
repelleret, quemadmodũ Plinius teſtatus eſt. Huiuſmod. enim viri alchimiam
perficientes, totum genus artis ad corpora cœleſtia reducunt. erat enim princi-
pium apud eos. omnia quæcunque fiunt, generanturq; a natura, vel arte moueri
a virtutibus cœleſtibus primo, & per ſe, & hoc de natura non dubitarunt. in ar-
te quoque conſtare ẽt dicunt, eo ꝙ aliquid modo, & non arte incitat cor homi-
nis ad faciendum: & hoc eſſe non poteſt, niſi virtus cœleſtis, vt inquiunt, illos Poſitio
præmoueret. Præterea Plato in thymeo inquit, vita nobis corpoream a ſtellis Platonis.
infundi. Quod aũt corpora cœleſtia agant, & in his transmutationem in accidẽ-
tibus. ſ. motus ſpirituale, & corporales manifeſtabitur. et primo de ſpirituali mu-
tatione, experientia docet. inquit enim Plotinus in ſecundo quartæ eneadis,
quod ſtatuę factę ab artificibus loquentes non loquuntur, eo quia animę loquã-
tur in eis, nec quia ſidera loquantur, ſed demones a ſidere ducti, ſub cuius domi-
nio celebrata fuit ars, vel operatio. Amplius, quemadmodum Aly. teſtatus eſt de
puero filio regis, quo die natus eſt locutus, hõ dicit coniunctionem quatuor pla-

netarum in eius horoſcopo concurrentium protuliſſe verba, nec eſt conſonum eius animam ea formauiſſe, vaticiniumque feciſſe de paterni regni calamitate, paulopoſt eueniente, ſed demonem potius fuiſſe locutum, demonem dico mercurialem: quoniam in octauo gradu libræ, horoſcopo, qui terminus eſt mercurij, mercurius cum Venere Ioue & Marte dicitur fuiſſe coniunctus. Rurſus dicit Albumaſar in ſadam, quod græcorum reges, cum opus aliquod perficere curabant, Deo quidem orationem porrigere conſueuerunt, capite draconis exiſtente in medio cœli, & cum Ioue, vel alio aliquo amicabili aſpectu coniuncto: tunc enim exaudiebantur. Ad idem Plato in republica ait, ſub fatalibus neceſsitatis deæ, filiarũq; eius parcarum reuolutionibus animas in corpora proficiſci, vide. Præterea, aſtronomi dogmatizant capite arietis ſigniferi ſub eius compari capite immobilis zodiaci ſituato, & vniuerſaliter zodiaco ſubortogonaliter ente zodiaco: quod ſiquidem factum, ſecundum Ptolemei radicem, per amplius circa. 1500. annum ſui motus indicat, cor Leonis præiacti: tunc, namque virtute vnita ex directa connexione ſphærarum in hæc inferiora diffuſa. Maxime, ac quaſi per 500. annos ante, & poſt mundum conflorere virtute, & ſapientia: tunc quidem enim reges, imperatoreſque fuere celeberrimi, vt Alexã. Darius, Iulius Ceſar, & reliqui. tunc etiam romanorum monarchia, ſtoycorum adaucta ſchola, Peripatheticorum fundata ſecta, Ariſto. Auctore. Tunc Gale. in medicina, Ptolemeus in aſtrornm ſapientia, Cicero in rethorica claruere. Amplius, proulgabantur ſectæ, beſtiali appetitu fundatæ, vt machometanorũ, & aliæ multæ. quod, ſi accidat capite ſignorum quatuor cardinalium, & omnino zodiacos incipientia abinuicem ſecedere, omnia econtrario peruerti incipient, ſicut patet noſtris temporibus, in quibus paucos, immo nullos video philoſophos, & illi pauci comprimuntur, ita quod deſperat philoſophiam paruifaciũt intantum, quod eam tanquam deſtructionem animę, & corporis reputant: eo quia appetitus innaturales philoſophi ſequũtur hodie, propter diſpoſitionẽ tẽporis huius: & ideo, nunc philoſophos omnes vitioſos reputant vulgares, cuius contrarium legimus fuiſſe tempore illo, quemadmodum Ariſto. narrat in lib. de pomo. manutenebant enim leges diuinas, conſtitutiones naturales, & ordines congruos, & breuiter omnes opiniones, quibus ducebantur in perfectionem animę & corporis: cuius oppoſitum video tempore meo. 1497. & vtinam tempore illo fata mea ita tuliſſent, vt me viuentẽ tunc ſeruaſſent. Domini huius temporis pauci ſunt, præter noſtros præclaros Venetos, qui iuſtitiam, temperantiam, fidem, virtutum omniũ genera conſeruent, quos Deus tanquam imagines antiquorum dominorum conſeruat, ne natura obliuioni tradat eos, quando occurrit illos reformare: ꝙ itaque corpora cœleſtia in his, quæ hic ſunt, ſpirituales mutationes, nouaſque tranſmutationes agant, manifeſtum ex his eſt. Quod vero in his, quæ ſunt hic, am lius agant corporeas tranſmutationes, probare non expedit: quoniam omnes libri pleni ſunt: & ſic, ſit de his dictum intantum. Sed, quia nondũ manifeſtus eſt modus agendi eorum in nobis. Ideo, amplius circa modũ agendi inſiſtam. poſſumus ergo intelligere ea agere dupliciter, vno modo tanquam cauſas primas remotas principales, ita ꝙ illa ſint principales cauſæ omniũ, quę hic ſiũt, & agentia hic ſint cauſæ inſtrumentales. ſecundo modo, tanquam cauſas proximas & immediatas. ſecundo ſiquidem modo adhuc tripliciter: vniuerſaliter, particulariter, & modo medio inquiunt aſtronomi, vt declarabitur. Siquidem proximo modo, ſic corpora cœleſtia connexa conſtituunt naturam vniuerſalẽ, quę eſt tanquam cauſa prima & vniuerſalis omnium effectuum qui hic fiunt, & agẽtia hic ſunt cauſæ proximę, & inſtrumentales. imaginãdum enim ex generalibus agentibus hic, & corporibus cœleſtibus fieri vnũ agens, habens gradus ordinatos, qm̃ hęc agentia in agendo dependent ab illis, quemad modũ in eſſendo. Hoc Ariſt. ſecundo perigeneſeos teſtatus eſt: vbi corpora cœleſtia, inquit eſſe velut ars, hęc aũt, quę hic ſunt, tanquã inſtrumẽta artis. Quod ẽt rationibus probatur Auer. 8. Phy. com. 46. & 47. quarũ prima ſumitur ibi. qm̃ inuenitur aliqua natura plurificata in multis ſecũdũ vniuocã rationẽ vel analogã, oportet vt eã in aliquod primo tale reducamus, quod ſit tale per ſe & cauſa

Nota.

Laus, & benedictio circa venetos.

Corpora cœleſtia agere eſt dupl'r.

A omnium aliorum. quare ſint talia. modo in propoſito, inuenimus omnia agere hic, & potentiam agendi eſſe in omnibus his, quę hic ſunt: ergo oportet dare vnum primo tale, quod ſit tanquam regula, & menſura omnium aliorum, & hoc non poteſt eſſe niſi corpus primum immortale & diuinum, ſcilicet cœlum: quare, &c. Secunda ratio eſſe poteſt ex verbis Auer. corpora cœleſtia agunt in his, & agentia hic: vel ęque primo: & hoc non. tunc enim vnus effectus a duabus cauſis ęque primo totalibus penderet. ſi non ęque primo: vel igitur agentia hic per prius ꝙ illa: & hoc extraneũ exiſtit naturę, vel illa prius. & hoc volo. patet ergo cauſam vniuerſalẽ corporibus cœleſtibus eſſe decenter inſcriptam.
Sed dices, omne agens primũ, & principale cõiungitur ſuo inſtrumẽto, vt patet de manu & ſecati, & multis alijs: ſed corpus cœleſte non eſt coniunctũ nobis, vt ſenſu patet expreſſe. Obiectio.
Dicendũ, ꝙ inſtrumentum eſt multiplex: in propoſito duplex. vno modo, quod nõ mouetur per ſe niſi per influxũ ab agente primo: vt patet in lapide moto a baculo, qui nõ mouet niſi ꝓpter manũ, quę in baculo influit: & ſic verũ eſt, omne inſtrumentũ eſſe principali agẽti coniunctum. ſecũdo modo põt accipi pro ſecũda cã, quę dicitur inſtrumentũ, ꝓut nõ agit virtute ꝓpria, ſed virtute primę, & ſic hmõi ſunt inſtumẽta primorũ corporum, & ſic nõ oportet ꝙ ſint cõiuncta ſecundũ locũ, ſed ſecundũ actum virtutum, vt omnes dicunt ſapiẽtes: & ſic patet primus. ſi aũt dicamus corpora cœleſtia agere ſecũdo Solutio.
B modo, ſcilicet, immediate & vniuerſaliter: adhuc, ſecundũ Peripatheticos illud concedendũ puto mediante lumine & motu, vt Ariſto. ſecundo cœli inquit, & Auer. ibidem com, 42. hęc enim duo ſunt generalia inſtrumenta corporibus cœleſtibus ad agendũ hic inferius, non tm̃, quantũ ad tranſmutationẽ in ſubſtãtia, vt patet ad ſenſum, ſed quantũ ad tranſmutationẽ in accidentibus, ſcilicet, motu locali, alteratione, augmẽtatione, & alijs, vt ſenſus diuulgat. Amplius, ſi dicimus corpora cœleſtia agere in his inferioribus immediate, & modo particulari, ſ. vnicuiq; ꝓprio, ſecũdũ Peripatheticos eſt valde dubiũ. non. n. inueni apud Ariſt. corpora cœleſtia agere in his immediate niſi motu, & lumine, & nullibi inueni iſtum modum agẽdi aſtronomorũ. maxime enim in libro cœli ipſum tradere debuiſſet, vbi eẽtiã accidẽtia propria cœlorũ tractat. attamen, ſi dicta Ariſt. in libro de bona fortuna inſpiciemus, adhuc poterimus cõfiteri huiuſmodi modũ agendi in nobis. Debes ergo ſcire, quod duo ſunt modi dicendi ad hoc ſatis optimi. primus eſt, imaginando quod quẽadmodum calor igni inhærẽs, & eſt calor & eſt igneus: ſic, & pater meus in hora generationis, et tranſmutationis ſpermatis, & eſt homo, & eſt ſtellarũ, & corporũ cœleſtiũ inſtrumẽtũ ſub tali cõſtellatione, vel diſpoſitione exiſtentiũ: & quemadmodũ calor, inquantũ calor, non generat niſi per ſe calorem: ſic, & homo, inquantum homo, non niſi hominem Nota.
C generat. amplius, ſicut calor, vt igneus generat ignem. ſic, & pater meus homo exiſtens, inquantum inſtrumentum cœlorum, ſic diſpoſitorum quaſdam mihi naturales potentias aggenerat. Verbi gratia, potentiam naturalem gladiandi, ſaltandi, & ſic de alijs potentijs naturalibus de ſecunda ſpecie qualitatis. amplius, aggenerabit mihi potentiam naturalem, qua moueor a diſpoſitione mei aſcendentis ſic, quod quemadmodum dominus meę vitę exiſtet diſpoſitione varia diſpoſitus: ſic, & ego allectus ab eo, inſequor eius diſpoſitionem, nunc quidem hilarem, nunc vero triſtem, nunc ſtudioſam, nunc prauam. huius exemplum Plato poſuit, quod quemadmodum porrigens lactucam anſeri, eam mouet, allicitque per exteriorem ſenſum, quoniam proprietas naturalis fuit congenita anſeri moueri a lactuca: ſic diſpoſitio naturalis fuit mihi a patre in virtute aſtrorum data, vt diſponar ſecundum aſtrorum dominantium mihi diſpoſitionem: & huiuſmodi naturales potentias Ariſto. in illo libro, impetus appellat naturales: vt ibidem patet.
Sed ambiges non parum, quidnam eſt huiuſmodi naturalis impetus, an, ſcilicet accidens animę, an accidẽs corporis? Dubitatio.
Secundo ambiges, quoniam aſtronomi conſiderant exitus nati ab vtero, & non tantum horam conceptionis: ergo non eſt virtute patris huiuſmodi naturalis potentia. Dubitatio.
Tertio dubitabis, an domino vitę Sortis exiſtente bono, vel malo, ad hoc, vt bene, vel male agat, ille planeta ſpecialiter nũc no- Dubitatio.

Dubitatio. uiter influit ſibi qualitatem aliquam, an illa congenita ſufficit? Quarto dices, D
Solutio ad primam, quod tunc corpora cœleſtia vniuerſali modo concurrerent, & ſic non differret
hic modus agendi a primo: quod nõ eſt ita. Dicẽdum igitur ad primam: quod,
quemadmodum inquit Ariſt. omnia accidentia phyſica ſunt communia animę,
& corpori, quemadmodum in primo de anima oſtenſum eſt. verum aliqua in-
ſunt animę propter corpus, aliqua econtra. ſic in propoſito; huiuſmodi acciden-
tia, & ſi ſint communia animę, & corpori, animę tamen inſunt propter corpus;
quoniam incipiunt ab ipſo corpore, & terminantur in animam: quemadmodũ
Ad ſecũdã; ſomnus, & vigilia, vt Auer. dicit. Ad ſecundam debes ſcire vnum in hoc, q̃d
in genere animalis, Verbi gratia, hominis tria conſidero tempora, ſcilicet, horã
proiectionis ſpermatis, horam formationis eius, & tempus regiminis ſuę vitę.
imaginor igitur tunc partem inſtrumentum aſtrorum, ſic diſpoſitorum generare,
vel dare virtuti gignitiuę diſpoſitionem quandam, vt agat actione vnigenea di-
ſpoſitioni aſtrorum tempore proiectionis. tunc enim, ſeminẽ proiecto, virtus for
matiua agit vt inſtrumentum duorum, ſcilicet, hominis, & corporum cœleſtium
ſic diſpoſitorum: vt inſtrumentum hominis, hominem generat: vt inſtrumentum
aſtrorũ ſic diſpoſitorum, hora formationis generat accidentia conſimilia aſtro-
rum diſpoſitioni. Hora quoque exitus, virtus formatiua, quę primo erat forma-
tiua, conuertitur in regitiuam corporis: quoniam, amplius fœtus non viuit vita E
matris: & ſic iterum poteſt cõſiderari dupliciter. vno modo, inquantũ eſt inſtru-
mentum hominis, & ſic habet conſeruare & regere hominẽ, inquantum homo
eſt: alio modo, vt inſtrumentũ aſtrorũ ſic diſpoſitorum in tempore exitus, & ſic
habet mouere nauim ſecundum diſpoſitionem ſui dominij. & omnia iſta tria tẽ-
pora conſiderare ſolẽt aſtronomi: maxime, tamẽ tempus exitus: q̃m tunc virtus
incipit regere corpus, & quodãmodo agere in virtute aſtrorum, tũc ſic ordinato-
Ad tertiam; rũ, vt dictum eſt. Ad tertiã mihi videtur eſſe dicendum, quod quemadmodum
homo cõplexionis colericę mouetur ad irã propter tria, tanquã propter cauſam
primo, propter appetitũ vindictę, tanquã propter finẽ. ſecũdo, propter accẽſio-
nẽ ſanguinis circa corpus, & maxime circa cor. & tertio, ꝓpter cõplexionem
colericã ſic aptã de facili accendi. Sic, & homo, qui ſub dominio naſcitur mercu
rio, habet tria, vnde mouetur ad diſpoſitionẽ illam, ſcilicet, virtutẽ regitiuã cor-
poris, quę eſt tanquã agẽs immediatũ. ſecundo impetũ cõgenitũ tãquã materiã,
per quã natus eſt incurrere in alterationẽ ſimilẽ diſpoſitionũ aſtri, eo modo, quo
colericus per cõplexionẽ colericã natus erat incurrere in irã; Et tertio, habet
mercuriũ dominiũ ſuę vitę, a quo mouetur tanquã ferrũ a magnete, vel agẽs a fi-
ne. differt tñ, quoniã magnes mouetur ꝓpter impreſsionẽ qualitatis occultę, vt
Auer. inquit in 10. com. 7. Phyſi. in nato aũt non mouetur ab aſtro, ſed quemad-
modũ graue ſe mouet deorſum per formã ſubſtantialẽ, & per qualitates tanquã F
per inſtrumẽta, & vi ei impreſſa a loco: ſic natus ſub mercurio, mouet ſe per for
mã ſubſtantialẽ tanq̃ ab agente per ſe, a qualitatibus tanquã ab inſtrumẽtis, &
a planeta tanq̃ a loco, fine, ſiue perfectione: & in hoc patet differẽtia brutorũ
ab hominibus. bruta nãq; ab impreſsionibus cœleſtibus mutãtur, aliquid faci-
piẽdo, q̃d inſtinctũ naturę appellat Ariſt. 2. Phy. ſicut de gallo patet, qui in ſin-
gula hora noctis horã prędicit ruſtico, propterea quia ſentit motũ aſtrorũ a qua-
litatibus ei noniter impreſsis ſecundũ diuerſam horã. Adhuc patet de aſino, qui
tpe futurę pluuię, aures quatit ſępe ſępius propter impreſsionẽ pluuialẽ, quã ſen
tit, & ſic de alijs multis. Homines aũt, & ſi huiuſmodi impreſsiones fiant eis, nõ
mouentur, q̃m illas non ſentiunt propter occupationẽ in altiori opere, vt Ariſt.
eſt ſententia in libro de bona fortuna. attamen, vbi fiant fortiſsimę coniunctio-
nes, maxime influentes etiam homines ſentirent: & ſum locutus hic de particu-
laribus hominibus, ſecus eſt de diſpoſitionibus cœlorum vniuerſalibus; Ad
quartã dicendũ, corpora cœleſtia dupliciter cõcurrere ad eſſe, ſ. rerum abſolute,
& ad eſſe cum talibus accidentalibus: primo modo habent ratione cauſę vni-
uerſalis, vt dictum eſt: ſecundo modo ratione cauſę proximę, prout eſt cauſa mu
tationis rei particulariter, & ſignate, vt nunc verificaui. Et ſic patet iſte excel-
lentiſsimus modus dicendi, De ſecundo modo dicendi, pleni ſunt libri aſtrono-

A motum: & ideo, cum in eo nihil noui dicendum inueni, ſed potius reprobandi aliquid diligens lector ex ſe libros aſtronomorum reuoluens conſiderabit; hic quidem modus mihi peripatheticus viſus eſt, & ſi dicta Ariſt. ſaluare vis, modo video aliter eſſe dicendum: quod vero dicebatur Ari. nũquam dixiſſe de iſto modo agendi, patet eſſe falſum. dixit enim in libro de bona fortuna. non enim decebat dicere in libro de cœlo: quoniam, ibi propria accidentia cœli vniuerſalia tractat, & non particularia ſecundum particulares aſtrorum diſpoſitiones, vt patet, ideo tantum vniuerſalem modum agendi tradidit. vtrum autem ſit aliquis modus medius agendi in corporibus cœleſtibus erga nos difficile eſt multum, & in hoc non parum labor iui. Aſtronomi, quos Auic. & Alber. ſequuntur, opinati ſunt planetas differre complexione. quidam enim planetarum ſiccus & frigidus exiſtit, vt ſaturnus: quidam calidus & humidus, vt Iuppiter, & ſic de alijs ſuo modo dicatur. Imaginatur igitur, quod quemadmodum membra hominis diuerſas habent complexiones, vt cerebrum humidum & frigidum, cor calidum & ſiccum, epar calidum & humidum, &c. attamen, ex eis prouenit complexio totius hominis declinans a complexione temperata per calidum & humidum: ſic, ex aſtris diuerſarum complexionum fit quædam media complexio declinãs a temperata per calidum & humidum. caliditas enim iouis, martis, & ſolis ſuperant frigiditatem ſaturni, veneris, lunæq;. Similiter humiditas lunæ, veneris, &

Poſitio Auicẽ, et Alberti Planetæ differunt complexione.

B iouis ſuperant ſiccitatem ſaturni, martis, & ſolis, & ſic calidum & humidũ ſunt ſuperexcellentia, & ſic complexio erit declinans ad calidum & humidum: & hic modus agendi eſt medius inter communem, & particularem: quoniam, non eſt eſtimandum ſtellas eſſe eius complexionis formaliter, ſed effectiue, prout habent vitam hominibus maxime, & animalibus dare. Sed huic modo dicendi opponit Auer. ſecundo cœli. com. 42. dupliciter. primo, quoniam, ſi aſtra agerent frigiditatem, maxime appareret in luna. modo luna in plenilunio caliditatem agit, vt Ariſ. inquit in quarto de partibus animalium, quod noctes in plenilunio calidiores ſunt propter lumen lunæ. Amplius, arguit quod ſi aſtra agerent frigiditatem, eſſet extra fundamentum naturæ, quoniã frigiditas non ingreditur opus naturæ. poteſt ergo argui ſic. nulla corpora per ſe viuificatiua ſunt per ſe agentia frigiditatem: ſed corpora cœleſtia per ſe ſunt viuificatiua, & per accidens mortificatiua: ergo per ſe agent calidum & humidum, & per accidens, & quaſi ſecundum comparationem ſiccitatem & frigiditatem, quæ ſunt oppoſitæ vitæ, vt patet a medicis. Vt ergo opinio Auer. ſit manifeſta, obijciam contra illam argumentis, quæ contra eam fiunt. obijcit itaque expoſitor primus latinorum ſecundo cœli contra Auerro. duobus argumentis. primo, quoniã data opinione Auer. ſequeretur quod ſiccum & frigidum eſſent in vniuerſo per accidens: conſequẽs

Contra.

Argumẽtã cõtra Auer.

C eſt contra omnes. omne enim ens perfectum cadit ſub intentio naturæ vniuerſalis. Conſequentiam probat, ea ſunt per accidens in vniuerſo, quæ non fiunt a corporibus cœleſtibus, ſed huiuſmodi ſecundum Auerroem non ſunt a corporibus cœleſtibus niſi per accidens, ergo & per accidens ſunt in vniuerſo. Amplius arguit. omnes formæ ſubſtantiales inferiorum corporum ſunt ex virtute cœleſtium corporum, ergo & eorum virtutes eſſe debent a corporibus cœleſtibus: cum dans formam det conſequentia formã. Pro intellectu opinionis Ariſto. & Auer. debes ſcire, quod quemadmodum, vt Auer. inquit. 12. Meta. comm. 18. & in. 2. cap. de ſubſtantia orbis, duplex eſt calor, cœleſtis, et elementalis: ſic, & duplex eſt humiditas, ſcilicet cœleſtis, & elementalis, & duplex ſiccitas, cœleſtis, & elementalis, & duplex frigiditas, etiam ſuo modo. Calor elementalis eſt propria qualitas ignis, ſiccitas elementalis propria terræ, humiditas elementalis propria aeri, frigiditas elementalis propria aquæ: & huiuſmodi qualitates ſunt poſitiuæ, & accidentia per ſe quatuor elemẽtorum inuicem combinabilia; vt ſcis: calor cœleſtis eſt ille, qui nobis motu & lumine portatur, frigiditas cœleſtis eſt priuatio caloris cœleſtis propter diſtantiam a cœlo, & a cauſis cœleſtibus calefacientibus, & ſic dicitur terram eſſe maxime frigidam, quoniam maxime diſtat a cœleſtibus cauſis calefacientibus, ſ. motu & lumine, vt Auer. inquit ſecundo cœli com. 94. Quid autem ſit cœleſtis humiditas patet, eſt enim illã

Solutio pro Auerroe, et Ariſtotele.

qualitas, quę cauſatur ex corporibus cœleſtibus per ſe, ſiccitas autem cœleſtis priuatio huius eo modo, quo dixi in calore. Quibus viſis, patet qualiter frigiditas & ſiccitas ſunt per accidens intentę, cum ſint priuationes, quas natura per accidens intendit. Tunc, ad rationes contra hoc patet ſolutio. ſi enim loquitur ipſe de his qualitatibus prout ſunt elementales, ſic ſunt per ſe a cœlo tanquam a cauſa vniuerſali: quoniam, vt dictum eſt, cœlum eſt vniuerſalis cauſa, ſub cuius virtute omnia agentia hic agunt: & hoc non negauit Auerroes: ſed quod cœlū agat illas, prout opponuntur calori, & humori, immediate negauit. Et ſic patet ad primum. concedit enim Auer. huiuſmodi priuationes eſſe per accidens, ſed vt elementales ſunt qualitates per ſe vniuerſali ratione cauſę. Et per idem patet ad ſecundum: &, cum hęc ſint ita, verificatum habetur, corpora cœleſtia agere vniuerſaliter hic, amplius particulariter, & hoc tribus modis, ſcilicet, vniuerſaliter, particulariter, & modo medio: & ſic patet qualiter ex parte corporis cœleſtis hęc inferiora fiunt, & conſeruantur. Et ſic expeditum eſt de ſecundo propoſitorum. Et cum ſit tibi perſpicuum corpora cœleſtia agere in his, et q̄uo agāt, tibi ſcio deſiderium maximum adeſſe, vt declarem tibi, an neceſsitent nos ſecūdum ſapientes, an non: & hęc quidem quęſtio multum deſiderabilis eſt, & iādiu eſt, in quo deſiderabam eam abſoluere, vt in. 23. anno meę ętatis, in quo incœpi ſcribere librum iſtum, vſq; nunc, in quo currit annus. 27. meę vitę, & nunquam inueni certitudinem in hoc quęſito ſecundum antiquos, & maxime ſecundū Ariſtotelem, & aliorum peripatheticorum dogmata: & ſum ita confuſus in ea, vt reputem debere confundi omnem hominem, qui harum quęſtionum genera appetit abſoluere. Amplius, ſcio te expectare declarationem, quomodo ex aſtris nobis augetur ſcientia, & ex ipſis quandoq; diminuitur: hoc enim apud omnes nō minoris eſt difficultatis, quam quęſtio prima, &, vtinam quod ego dicere poſſem aliquid dignum in hoc. D B

Quarta q̄o, C Et prima quidem quęſtio videtur ambigua multum, vt dixi. primo. n. aſpectu vr̄, ꝙ aſtra animam hominis non neceſsitent pro operationibus ſuis perficiendis: & hoc, quia multi docent euitare vires aſtrorum, eorumq; fatum prohibere. vnde Albu. contra eos, qui ſciētiam aſtrorū inutilē eſſe profitentur, inquit, poterit ſibi forſitan præcauere mutando locum, in quo futura eſt peſtis, poterit ēt aliquando totum a ſe malū repellere, vt prędudēs futurā infirmitatē, vel inuaſionē hoſtiū, & ſimilia deuitare. Hinc ēt Ptole. inquit, ſapiens dominabitur aſtris, quatenus admonitus pōt imminēs declinare diſcrimē. Amplius, narrāt aſtronomi puerū natū. 8. mēſe, nocte, ſub ſaturno ſtationario ſtatione prima in ſagitario aſcēdente ſeminatum men profecto, & vix, vt videbitur victurum ad triduum, tn̄ diligētiſsime curatum, vitam longo tēpore peregiſſe. Amplius, iudei per kaballiſticā ſapientiam, et intimum ſacrarum literarū ſpiritum, fatalem ſortem cœlitus imminentē docent ſuperare. Rurſus, Iamblicus per efficacem deorū ſublimium cultum docet propheteare. Adhuc, Porphyrius per magicā ſapientiam, Apollinis oraculo teſte: inquit in lib. de oraculis, cum quęreret aliquis, cur ineptus ad rem quampiam fuiſſet, ab Apolline indicatum quidnam faciendo fore, vt quaſi aptus ſuſciperetur. Reſpondit oraculum, eū fatorum vi impediri, quam magicis artibus effugere poterat. vnde patet magicam hominibus artem cœlitus eſſe cōceſſam, vt aliquomodo fatum repelleret. vide ipſum. Præterea, zoroaſter teſtatus eſt pythagoricos factis cōſueuiſſe carminibus animorū morbos corporumq; ſanaſſe: propter quod inquit, ſi tantum poteſt animus, cui dubium erit, cum ſuper vires eſſe aſtrorum. Item, ſi corporum cœleſtium coniunctiones nos cogerent, ad quid religio, ad quid leges, ad quid conſtitutiones diuinę, & ordines naturales? cum libertas tollatur arbitrij: omnia enim ita acciderent nobis, quod accidere oppoſito non poſſent modo. & ſic, quemadmodum Ariſto. inquit in. 1. Perihermenias, deſtrueretur conſilium de bellis, amplius, ſcientia rueret moralis, & breuiter virtus humana non plus ſuorum actuum domina eſſet, quam grauis ſuorum motuum, & quam aranea in faciendo telam, & hyrundo nidum: & hoc eſt contra naturam multum, & rationem. Amplius, omnes leges ſuſtentantur in hoc principio, nos poſſe euitare aſtrorum rabiem, immo vulgares credunt F

A precibus non tantum aſtra, immo & Deum flectere, orationes enim in commutatione orantis fiunt, & non Dei.

In iſta igitur grandi quęſtione non pauci laborarunt. ſuppoſito igitur quomodo aſtra nos mouent, vel potius nos aſtris mouemur: quidam antiquorum, vt ſtoici opinati ſunt omnes actus noſtros, ſcilicet naturales, voluntarios, & animales. ſunt enim in nobis, vt peripathetici inquiunt, quatuor genera actuum: quorum vnum eſt actus hominis, in eo quod homo, vt omnes operationes, quarum principium eſt intellectus, & voluntas. aliæ ſunt operationes hominis in eo, quod animal, vt ſenſationes, & motus. aliæ in eo, quod corpus viuum, vt viuere, mori, augeri, diminui, & generare, &c. aliæ in eo, ꝙ corpus naturale tantum, vt moueri a motu elementi dominantis, calefacere, & vniuerſaliter omnes operationes, quæ ſequuntur hominem, vt eſt corpus naturale. Voluerunt igitur ſtoici fatum nos regere in omnibus. imaginantur itaque ſtoici, quemadmodum Boe. inquit in. 1. Perihermenias ſecunda editione, quod ea volumus, eaq; nolumus, quęcunque fati neceſsitas imperauit, quoniam voluntas noſtra ex fato pendere videtur. & ideo ea, quæ nos facimus voluntate, ideo ea facimus, non quia noſtra imperauit voluntas, ſed quia fati neceſsitas impellit nos ea facere. Pro his videntur auctoritates virorum, & rationes. inquit igi-

B tur Cicero in lib. de diuinatione, fatum id appello, quod gręci himarmen, id eſt ordinem, ſeriemq. cauſarum: cum cauſa cauſam ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna: ex qua definitione apparet voluntatis operationes eſſe neceſſarias, & ideo omnia mundi opera. Amplius, Apuleius medaurienſis, & Hermes trimegiſtus in lib. de natura Deorum inquit, fatum eſt cauſarum complexio ex prouidentia primę cauſę dependens. adhuc, Sentirion, Frenitius, Poſsidonius aſtronomi hoc idem confitentes, addunt effectus omnes, operationeſq; rerum ſoli, lunę, & alijs attribuendæ, vnde ait Frenitius, fatum eſt colligantia cauſarum ex motibus aſtrorum vim, & efficaciam trahens. cui Ptolemeus huic addit neceſſariam immutabilitatem, & inquit, fatū eſt virtus conſtellationum immobilis. Pręterea, Seneca in quęſtionibus naturalibus, auctoritate Centinę pontificis inquit, fatum eſt neceſsitas omnium rerum, & actionū, quam nulla vis poteſt irrumpere ex Iouis diſpoſitione, definitoq; conſilio Deorum, amplius, quemadmodum Euſebius inquit in. 6. de præparatione euangelica, gentiles omnes auctoritate Homeri, & Apollinis illud confirmarunt, inquit enim Euſebius, cum eſſet Apollo interrogatus, quanto ne tempore ſuum immorandum eſſet templum, quaſi prophetizans reſponſum his carminibus cecinit. d. Tunc quoq; terrifico percuſſum hoc fulmine templum Ardebit, ſic ſtat fatorum immobilis ordo. Ferre autem longe pręſtat quodcunq; ſeuera, Et fixa,

C & ſtabili ſtatuerunt lege ſorores. Eſſe enim certum. ſtabile, inuiolabile ſemper, Quicquid neni fuſis parcæ rex iuſsit olympi. & Homerus breuioribus vi͠es inquit, Non eſt qui fixas parcarum auertere leges, effugere aut poſsit. Propter quæ Seneca in tragedijs ait; Fatis agimur, credite fatis. Non ſolicitæ poſſunt curę mutare rati ſtamina fuſi. Quicquid patimur mortali genus, quicquid facimus, venit ex alto. Et Ouidius inquit, Tu ſola inſuperabile fatum Nata mouete pores. Maro in idem incidens ait, Parce metu cytherea, manent immota tuorum Fata tibi, cernes vrbem, & promiſſa Lauini Męnia, ſublimemq; feres ad ſidera cœli Magnanimum Eneam. neque me ſententia vertit. & in. 6. dicit, Deſine fata Deum flecti ſperare præcando. Et Aulus gelius in. 9. verba Cryſippi exponens inquit, Fatum eſt ſempiterna quędam, & indeclinabilis ſeries rerum, & cathena voluens ſemetipſa ſeſe, & implicans per ęternos conſequentię ordines, ex quibus apta connexaq; eſt. Huius opinionis, vt Cicero inquit in libr. de fato, plures fuerunt viri: vt Demo. Heraclitus, Empedo. Ariſtides, & alij. Pro his poſſunt eſſe multæ rationes, quarum prima eſt. ſi aſtra nos non neceſsitent, erit, vt Plotinus inquit, quia corpora cœleſtia non poſſunt agere in animam noſtram: modo hoc falſum eſt, quoniam omnis forma materialis poteſt mouere intellectum, cum nihil intellectui ſit ignotum: ſed cœlum eſt forma materialis, immo potentioris vigoris; ergo poteſt mouere intellectum noſtrum.

Amplius,quicquid agit in virtute agentis ſeparati , poteſt agere etiam in paſſo D
immateriali.Sed corpora cœleſtia agunt in virtute motorum ſeparatorum: ergo
poſſunt agere etiam in anima humana. Secunda ratio,quæ videtur quaſi de-
monſtratiua ſecundum fundamenta Auer.nulla forma naturalis exiſtẽs ſub çœ
los poteſt a cœlis non dominari: videmus hoc exemplo,& ratione . elementum
enim,quia eius forma educitur de potentia materię ab agente naturali per diſpo
ſitiones naturales,tali modo ſubditur cœlo,quemadmodum materia formę.ſimi-
liter mixta,vt lapides,& viuentia vt plantę,et bruta.hæc enim non mouent ſe,
ſed potius mouentur. Poteſt & ratione probari : quemadmodum Anaxag . in-
quit,dominus debet eſſe altioris gradus,quàm ſit dominatum,vt patet. Sed,ſecũ
dum mentem Auer.anima hominis,per quam eſt in ſpecie, & eſt ens generabi-
le & corruptibile,eſt cogitatiua,quæ eſt forma naturalis penitus educta de potẽ
tia materię,vt patet com. 20.tertij , quicquid ſit de intellectu ſecundum ipſum:
ergo anima hominis omnino ſubditur corporibus cœleſtibus, & per conſequens
actu noſtri penitus erunt,ſicut actus grauis,& leuis,& brutorum : & hæc ratio
ſecundum philoſophiam Auer.& Ariſto. videtur quodammodo demonſtratiua
conſideranti. Tertio arguo.omne poſsibile neceſſe eſt eſſe aliquando: ſed oīa
opera noſtra,atque naturę antequam ſint,poſsibilia ſunt:ergo omnia noſtra ope
ra,& naturæ ſunt neceſſaria.maior videtur eſſe Ariſt.& Auer.9. Meta.com.8. E
ſi inquit,aliquod poſsibile eſt,quod nunquam erit,natura poſsibilis efficitur im-
poſsibilis: vide. Quarto omnis propoſitio diſiunctiua de extremis contradicto
rijs eſt neceſſario vera:ſed omnis actus noſter,antequam ſit, eſt, vel poteſt ex
eo fieri:ergo omnis actus noſter erit neceſſarius:minor patet. cras enim omnino
legam, vel nõ legam.& ſic de præſentibus, & præteritis ſuo modo:ergo ſemper
altera pars eſt neceſſaria. Amplius quinto , nulla cauſa poteſt impedire actio-
nem alicuius agentis,niſi ſit tantę potentię,vel maioris: ſed anima humana non
eſt tantę potentię,nec maioris quàm potentia cœlorum motiua . ergo nulla ani-
ma humana poteſt prohibere rabiem,& impetum aſtrorum.maior eſt manifeſtā
per ſe.minor patet:quoniam anima humana eſt in minori magnitudine, quã ani
ma cœli:ergo eſt impotentior,quam ſit anima cœli. Sexto,omne agens in ea;
quibus anima hominis mutatur omnino,& impeditur in ſua operatione,neceſſa-
rio & per ſe agit in anima hominis. ſed corpora cœleſtia agunt per ſe & neceſ-
ſario in complexiones hominum , a quibus mutantur animę humanę , & impe-
diuntur: ergo & neceſſario & per ſe impedient animam . minor patet com-
plexione enim mutata, mutatur & anima , vt Ariſtotel . inquit in lib. phiſio-
nomiæ,& in lib.de Anima : ſicut patet in ſono , & vino ſeu ebrietate,& ęgri-
tudinibus . Septimo, potentior eſt virtus cœli; quam quæcunq; qualitas natu- F
ralis:ſed qualitas naturalis poteſt compellere animam in vſu ſuarum operatio-
num, vt medici teſtantur in phreneticis , & epilenticis , & alijs multis : ergo &
multo melius,& potentius virtus cœli. Vltimo;tunc coniunctiones,aſpectus,
dignitates,& vniuerſaliter omnes cœlorum ordines eſſentocioſi. conſequentiã
probo: quoniam omnia hæc ſunt pręcipue gratia hominum. ſumus enim & nos
quodammodo finis omnium Ariſto.teſte.modo nos poſſumus agere noſtro arbi
trio,noſtroq; ordine nulla aſtrorum diſpoſitione occurrente.immo,& illo occur
rente poſſumus & aliter agere quam dictet, vt dicis. ergo tantus ordo, tanta di-
ſpoſitio penitus ſuperfluit in natura; cum poſsit & aliter fieri. & ſine dubio hæc
vltima ratio eſt multum efficax hic. Et eo hęc ratio efficax videtur; quoniam
vt Ariſt.teſtatur,media ad finem vana,ſuperfluaq; habentur, cum his poſitis,et
ſufficienter ordinatis,finis non ſequitur,ad quem ſunt ordinata ; & tū perſiſte .
Nota. Illud autem.ſ.quomodo cum fati neceſsitate ſtet prudentia, conſilium , ratio, vt
Ariſt.inquit,abſoluunt auctores huius opinionis:ſ.ꝙ quia fatorum intentum oc-
cultum eſt,& nobis valde ignotum,dum res erit de facto,fatoq; determinabitur,
bonum erit conſiliari,& prudentia vti: propter quod homines laudandi ſunt,eo
quia ſicut textus dicit.ff.de regulis iuris, ſemper in dubio benigniora ſunt præ-
ferenda. Et cum hoc ſit ita,patet primus modus dicendi.ſ. qualiter fata neceſsi-
tent nos,& naturæ effectus. Poſt hoc quidam latinorum ad mentem Ariſt.opi-

A nati ſunt, quod circunſcripto libero arbitrio humano, omnia euenirẽt de neceſ-
ſitate, & nihil contingenter, adeo quod nihil eſſet in entibus in potentia con-
tradictionis: qm̃, ſi aliqua cauſa eſſet nata eleuare vaporem, de neceſsitate eleua-
ret: ſi vero fortior cauſa in oppoſitum eueniret, de neceſsitate impediretur. & ſe
cundum hoc, quicquid ex his cauſis euenit pro tali inſtanti, in quo euenit non
contingenter, ita quod poſsit non euenire, accidit. Sed quod hęc opinio peripa Rõnes peri
theticis contradicat, facile oſtenditur: primo: quoniam remanente cauſa contin- pathericorũ.
gentię, adhuc rémanere poteſt effectus: ſed, ſecundum peripatheticos vna cauſa
contingentię eſt materia, vt Auer. demonſtrat ſecundo Phy. com 48. & Ariſt. ſe
cundo Perigeneſeos inquit, vt materia quidem in generabilibus, quod poſsibi-
le eſt eſſe & non eſſe cauſa: vbi Auer. cõ. 51. inquit, cauſa autem, quę eſt quaſi
materia in corporibus generabilibus & corruptibilibus, eſt illud, in quo eſt con
tingentia, & ea, in quibus eſt contingentia, ſunt generabilia & corruptibilia.
Secundo Ariſt. ſecundo Phy. oſtendit duas eſſe cauſas per ſe. ſ. intellectus, & na-
tura, & vult ꝙ caſus ſit natura ſine ratione, & fortuna intellectus ſine ratione,
quemadmodum inquit ẽt in lib. de bona fortuna. caſus autem, & fortuna, vt ipſe
inquit, ſunt his, quę ſunt contingentia vt in paucioribus, vt Auer. oſtendit ẽt cõ.
48. & 49. ergo circũſcripto arbitrio humano, adhuc caſum eſſe eſt poſsibile. &
per conſequens non omnia neceſſario euenirent. Tertio Ariſt. 6. Meta. oſten
B dit pluribus rationibus vniuerſaliter, hic inferius nulla neceſſario euenire, &
Auer. in com. 7. illius partis videtur formare tres rationes, quas vide, ſi placet:
ergo huiuſmodi opinio contradicit peripatheticis. Quarto, nonne poſſet equus
tranſire per viam, & lapis vento flante cadere, & ei frangere ſupercilium, Simi
liter equus poſſet eſſe in campo, & adueniente lupo poſſet a caſu fugere. non
enim crederem ꝙ ſi liberum arbitrium humanum auferretur, natura non poſſet
errare, vt patet, & per conſequens cauſas eſſe caſuales. hoc enim eſſet multum
remotum, vt conſtat. Supereſt modo dicere illud, quod credo. apparet enim Triplex re
primo aſpectu ſecundum peripatheticos tres eſſe rerum naturas. ſ. ſimpliciter ne- rũ natura.
ceſſariam, ſimpliciter impoſsibilem, & mediam. ſ. contingentem, vt in primo cœ
li oſtendit Ariſt. & Auer. cõ. 138. & ſecundo Perigeneſeos cõ. 51. & in. 9. & 6.
Meta. & ſecundo Phyſi. vt conſtat. hoc itaq; eſt vnum per ſe notum in philoſo-
phia peripatheticorum. Secundo accipiendum triplicem eſſe formam. Quędã triplex for
enim, quę penitus eſt natura, vt elementorum, mixtorum, & brutorum formę, ma.
& huiuſmodi formę plenarie ſubduntur corporibus cœleſtibus, cum nõ moueãt
ſe, ſed moueantur, nihil enim habent, quo poſſunt impetus cœleſtes repellere, cũ
omnino materiam & diſpoſitiones materiæ conſequantur. Altera eſt forma
omnino a materia liberata, quę eſt intellectus tm̃, non conſequens materiã, nec
C diſpoſitiones materię, neq; ſecundum ſe, neq; ſecundum aliquid ſui: & huiuſmo-
di forma plenarie eſt cœleſtium impetuum domina, vt motores ſeparati operan-
tur: tamen neceſſario propter perfectiones earum eſſentiales, quarum eſſe conſi-
ſtit in agendo, quędam eſt forma media. ſ. quę ſecundum partem eſt natura, & ſe
cundum partem intellectus, vt anima humana. ſecundum enim ꝙ ſenſitiua, &
vegetatiua eſt, ſimpliciter eſt natura, ſecundum autem ꝙ intellectiua, vt ſic, eſt
intellectus, hęc inquam anima ſecundum partem intellectiuam, & quantum ad
opera eius, prout intellectiua eſt, libera eſt, & domina potius aſtrorum, quam do-
minio eorum ſubdita, quantum vero ad eam partem, quę eſt natura omnino,
adhuc habet diſtinctionem, ſicut Ariſto. inquit in cap. 18. primi ethicorum: qm̃
quędam eſt rationalis participatiue vt ſenſitiua, & hęc, adhuc per accidens eſt
libera libertate intellectiuę partis: quantum ad tertiam partem, quę penitus eſt
natura. ſ. vegetatiuam penitus corporibus ſubditur cœleſtibus. non. n. in poteſta-
te noſtra eſt augeri, & diminui, & nutrire, vt patet. His habitis dicendum, ꝙ Solutio quę
corpora cœleſtia actiones animę noſtrę, ſecundum ꝙ intellectus eſt, vel ſecun- ſtionis.
dũ ꝙ ſub intellectu continẽtur, non neceſsitant, Opera aũt noſtra, quę ſunt eius,
vt natura, penitus neceſsitant. mortem enim euitare non poſſumus, neq; egritudi
nes, neq; augmentũ, neq; ſenectutem, & alia talia, quorum domina ſunt ſimplici
ter corpora cœleſtia, & hęc eſt Plotini ſententia in lib. de motu cœli, Hanc opi-

nionem aſſeruit Boetius.4.de conſolatione,& in Periher. in lib.1.tertię editio- D
nis. Amplius, Chryſippus tarſenſis, Cleontis diſcipulus, qui tantum in diale-
ctica conſummatus habebatur, ꝙ publice ferebatur, ꝙ ſi dij omnes logici locu-
ti eſſent, nõ niſi logica Chryſippea locuti eſſent, opinatus eſt huiuſmodi ſenten
tiam, quicquid dicat Cicero in libro de fato, ſuſtentatus nanque in duobus erat
fundamentis: quorum primum erat, quod omnis propoſitio enunciatiua neceſſa-
rio eſt vera, vel falſa. Secundum erat, quod cauſarum efficiẽtium quædam ſunt
totales & principales, quædam diſpoſitiuę & ſecundarię. dicebat itaq; quod ea,
quę a cœlo tanquam a cauſa totali pendebant, eſſe neceſſario euenientia: vt
cras erit lux ſolis, aut non erit: ea vero, quę dependent a cœlo tanquam a cau-
ſa diſponente, non neceſſaria, vt cras erit nauale bellum: hęc Chryſippus in li-
bro de fato, quem in ętate.80.annorum ſcripſit, vt Valerius teſtatus eſt in.8.lib.
cap.7. Hanc etiam opinionem Lactantius firmianus viſus eſt ſequi in tertio lib.
cap.29.vide. Huius opinionis ex verbis Ariſt. Boetius potiſsimam fert ratio-
nem, dicens, omne, quod natura eſt, non fruſtra eſt. conſiliari autem homines na
turaliter habent: quod, ſi neceſsitas in rebus ſola dominabitur, ſine cauſa eſt cõ-
ſiliatio: ſed conſiliatio fruſtra non eſt, natura enim eſt. non igitur in rebus poteſt
cuncta neceſsitas. Poteſt ergo virtus huius rationis ſic ordinari: aut conſilio po
teſt eueniendum mutari, aut non ſi non, & conſiliari natura eſt, vt patet: in hoc
enim homo alia excellit animalia, ergo aliquod natura factum fuit ſuperfluum. B
Si poteſt permutari, ergo omnia non neceſſario euenient. Sed id, quod quęſtio-
nem nobis reddit, eſt vtrum hęc ſit Ariſt. opinio. illud enim, quod eſt manifeſtũ
in eius dictis, eſt ꝙ tertia natura. ſ. cõtingẽs eſt, quę ſcilicet neq; neceſſaria, neq;
impoſsibilis eſt, & per conſequens omnia neceſſario euenire, concedendum non
eſt apud Ariſt. ſententiam. Sed, ſi opinio Auer. de hominis anima fingitur ad
mentem Ariſt. non video, quomodo poſsit fortuita ſaluari: quoniam, tunc homi-
nis anima ſimpliciter eſt natura, ergo omnino corporibus cœleſtibus ſubdita,
niſi fingatur ꝙ cogitatiua, & intellectus redduntur vna hominis anima, quę eſt
domina actuum humanorum: ſit enim ex eis vna anima totalis hominis apud
Auer. & tu vide librum de intellectu. Si vero tenere velis opinionem noſtram,
quam habemus ex lege de anima hominis, tunc Ariſt. ſermo ſaluabitur ſine quę
ſtione, & hoc tibi relinquo, eſt enim multum laborioſum ſaluare apud Auer.
opinionem liberum arbitrium. Et cum hęc ſit rei veritas, ſupereſt modo ſolue-
re rationes pro altera poſitione inductas. Ad primam dicendum, ꝙ corpora cœ
leſtia per ſe in animam, vt intellectus eſt, agere non poſſunt niſi per accidens,
vt Plotinus ait. Et ad primam probationem dicendum, ꝙ forma materialis
omnis agere poteſt in intellectum actione immanente, ad quam nulla ſequitur
actio extra intellectum, aliter non. Ad ſecundam dicendum, ꝙ maior eſt vera F
eodem modo. formę enim agunt in intellectum poſsibile actione non exeunte
ab intellectu, vt patet, ſed actione, quę eſt ſalus, & perfectio intellectus, vt ſcis
in lib. de Anima. Ad ſecundam principalem forte Auer. diceret cogitatiuam
non eſſe animam totalem hominis, ſed congregatum ex cogitatiua, & intelle-
ctu. hoc enim congregatum eſt hominis anima. & hoc bene habet liberum arbi-
trium in actionibus ſuis, vt conſtat. ſed quomodo ſit, vide in fine libri de intelle
ctu. Ad tertiam dicendum, ꝙ maior eſt vera ſecundum ſpeciem, non autem ſe-
cundum indiuiduum. multa enim ſunt poſsibilia ſecundum indiuiduum, quę nun
quam erunt. ſufficit autem ꝙ ſecundum ſpeciem aliquando ſint: & hoc modo
poſsibile diſtinguitur ab impoſsibili. Ad quartam Ariſto. in. 1. Perihermenias
dedit ſolu. non enim omnis propoſitio eſt determinate vera, vel determinate fal
ſa, niſi præſens ſit de præterito, vel de futuro, cuius veritas dependet a pręſen-
ti, vel pręterito, vt ibidem declarat Boetius. vnde, & Chryſippus ait, ꝙ omnis
propoſitio de futuro eſt determinate vera, quando veritatis eius cauſa totalis eſt
cœlum, vt vidiſti. Ad quintam, ꝙ maior eſt diminuta. debet enim ſic ſumi. nul-
la cauſa poteſt impedire actionem alicuius agentis, niſi quando eſt potentior,
vel æque potens, vel non proportionata ſubdi agenti. modo, etſi anima homi-
nis non ſit ęque potens, neq; potentior vi cœli, eſt improportionata ſubdi actio-

A ni cœleſti. Ad ſextam dicēdum, cœlum poteſt dupliciter agere in homine: vno modo, ipſo remanente proportionato inſtrumento pro operatione hominis, & ſic cœlum non agit ita, quin anima remaneat domina actuum ſuorum. alio modo, corrumpēdo organa & proportiones pro operationibus hominis in eo, quod homo, & ſic non eſt priuare arbitrium, ſed corrumpere modum operandi, vt patet. & per hoc patet ad ſeptimum. Ad vltimam dicendum, ꝙ & ſi non neceſsitent nos, adhuc ſunt propter finem aliquem. ſ. ſaltem propter hominem, vt ens naturę eſt. & ideo ſunt non ſuperflua. Et ſic patet quid ſit fatum, & quomodo in nobis agat, & quid faciat fatum. reliquum erat declarare quando corpora cœleſtia dent nobis ſcientiam, & quomodo. ſed, quia hoc eſt nimis longum, & iam expoſui hoc in quodam meo proœmio, ideo ſat ſit pro nunc. Supereſt modo videre, quomodo ex parte gubernantis corpus cœleſte agat in his, quę ſunt hic, in quo inueni Auic. in quibuſdam dictis ſuis, quæ de magicis, & alchimicis compoſuit dicere in omnibus naturis quædam aliquando apparere prodigia ex imaginatione ſuperiorum motorum. contendit enim hic philoſophus intelligentias, quę mouent orbes nequaquam poſſe intendere particularem motum hunc, vel illum, niſi per apprehenſionem aliquam particularium, & hanc apprehenſionem dicit imaginationem ęquiuocare, ſeu ęquiuoce vocari ad imaginem, quæ pars eſt animę ſenſibilis in animalibus. Practice autem, omnia, quæ fiunt, vt inquit, prę exiſtunt in conceptionibus motorum ſtellarum, & orbium. Adhuc autem talem, inquit, eſſe obedientiam totius materię generabilium ad motorē, qualis eſt obedientia noſtri corporis ad noſtras animas. Nos autem in nobis ſentimus, ꝙ ad quĕcunq; formam concepimus mouetur corpus noſtrum declarabiliter vel horrendo, vel fugiendo. ſic igitur dicit frequenter diuerſa concipere animas cœleſtium, & tunc materiam moueri per obedientiam ad illud. Ex hoc eſſe ꝙ diuerſas virtutes generata accipiunt, quę nos complexionales vocamus. Sed hæc poſitio deficit. Primo, quia declaratum eſt fundamentis peripatheticorum corpus cœleſte carere omni ſpecie ſenſus. Secundo, ſi anima cœli per formam apprehenſam moueret materiam generabilium, tunc illa anima eſſet in continua transſmutatione. declaratum eſt enim in libris naturalis philoſophiæ hęc inferiora eſſe in continuo motu & tranſmutatione. propter quod Heraclitus ſophiſta dixit nullam eſſe ſcientiam horum, propter eorum inſtabilitatem. Tertio, ſi anima cœli moueret materiam horum per formam apprehenſam: vel huiuſmodi forma eſſet ab extrinſeco recepta in ea, vel ab intrinſeco. non ab intrinſeco: tūc enim quot res fierent in hoc mundo, tot formas illa anima creaſſet in ſua mente. hoc autem eſt falſum. ſic enim poſſemus dicere in cogitationibus noſtris non egere ſenſibilibus. ſi quoque ab extrinſeco: tunc iſtę formę prius eſſent ſenſibiles ꝙ imaginabiles, non enim formę ſenſibiles poſſunt mouere imaginationē niſi prius moueant ſenſum. ſenſibile. n. eſſe medium eſt inter imaginabile, & eſſe materiale, & ſic corpora cœleſtia haberent ſenſus. Quarto, nullum ens mouet aliam materiam per apprehenſionem, niſi ſit forma illius, ſicut Auer. oſtendit in ſecundo cœli. com. 61. ſic enim anima mea poſſet mouere omnem materiam extrinſecā: ſed anima cœli non eſt forma materiæ generabilium, vt manifeſtum eſt per ſe: ergo anima cœli non poteſt mouere materiam generabilium. Dicendū igitur ſecundum peripatheticam ſententiam, ꝙ ſemper effectus vniuerſales oportet in cauſas vniuerſales reducere. imaginandum nanq;, ꝙ ſicut in effectu plures continentur gradus. eſt enim ſortes genitus homo animal, vegetatiuum, corpus, ſubſtātia, & ens, ita ex parte cauſarum oportet dicere. alia nanque eſt cā, quę concurrit ad ſocratis productionem inquantum ens, alia inquantum ſubſtantia, alia inquantū corpus, &c. ſortes igitur, inquantum ens, a prima cā producitur. quanto enim cauſa eſt vniuerſalior, tanto plus influit, id eſt, ſecundū maiorem gradum, & cōmuniorem cōcurrit, quemadmodum auctor de cauſis inquit. quia igitur Deus eſt vniuerſaliſsima cauſa, ideo ſuus effectus vniuerſaliſsimus eſt eſſe, ſicut in propoſitione quinta auctor de cauſis dicit. ſecunda intelligentia, quę eſt ſecunda cā ad eundem concurrit effectum ſecundum gradum inferiorem. & hoc totum declaratum eſt alias in hoc libro. Dicendum igitur, ꝙ eo modo motor cœli curat effe-

Pō Auic.

B

Impugnatio

C

Poſitio peripathetica.

Cōtra poſitionē Auic.

ctus,quos producit,quomodo concurrit ad eos:&, quia quidam eorum ſecundū D
virtutem & gradum vniuerſaliorem concurrit, ideo ſecundum virtutem & gradum vniuerſaliorem curat:nec oportet credere huiuſmodi curam eſſe ſcientiam vniuerſalem,aut particularem vniuerſalitate obiecti,aut particularitate,quēadmodum nec ſcientia primi motoris.hęc enim ſcientia non eſt rerum tāquam cauſata ab illis, ſed tanquam cauſa illarum . ideo potius hęc ſcientia denominabit ſcibilia,quam ab eis denominetur.& ſic patet qualiter ſcientia horum nō eſt in potentia,nec confuſa.quō ergo corpus cœleſte conſtituatur ex motore, & moto tanquam ex artifice,& inſtrumento,manifeſtum. quō etiam iſtud colligatum ſit vnum agens horum inferiorum agens diuerſa ſecundum diuerſos aſpectus , coniunctiones,triplicitates,dignitates,& cętera,quę ab aſtrologis declarantur , manifeſtum.quō etiam hæc inferiora ſint facta a motoribus ſuperioribus, & per cō ſequens tanquam fines ſecundarij,etiam manifeſtum , ꝙ igitur corpora cœleſtia ſecundarię intentiones ſint propter nos,ex his patet . obiecta autem in contrarium de facili ſoluentur. Ad primum dico,ꝙ non mutant naturam, mutant tamen diſpoſitionem,quę eſt alia ſecundum ſpeciem accidentalē.imaginandum.n. oēs effectus contineri in virtutibus corporum cœleſtium . limitantur autem iſtæ virtutes propter diuerſas diſpoſitiones. quæ variant non quidem formaliter,ſed diſpoſitiue.dictum vero Auer. debet intelligi de agente particulari determinatę naturę,cuiuſmodi non eſt in propoſito: & ſic argumenta probantia corpora cœ E
leſtia non mutare naturam propter mutationem ſitus, & reliquarum diſpoſitionum. Ad illud vero,quod dicebatur corporis cœleſtis naturam eſſe vnigeneam. negatur,immo in aliqua parte eſt rarior,in aliqua eſt denſior,& ſic de alijs. Amplius,ad id,quod dicebatur cœlum ęqualiter reſpicere.Nam falſum eſt ſecundū partes,licet ſit verum ſecundum totum.item,nec inconuenit planetam ad diuerſas regiones diuerſimode ſe habere,eo quia propter hoc non variatur in natura, ſed in modo operandi.Pręterea,ſignum diutius immorari ſupra nos non arguit ipſum fortius mouere nos a qualitate manifeſta, ſed per modum occultum , quē declaraui. Adhuc , quomodo corpora cœleſtia multiplicent qualitates hic, & quas,patet in corpore quæſtionis. Vltimum autem , quod dicebatur,nihil eſt. corpora enim cœleſtia,& ſi ſint vnius ſpeciei analogice,differunt in naturis diuerſis.auctoritates virorum ad oppoſitum ſufficienter ſolutæ ſunt , fuerunt enim oppoſitę partis.

ALGAZEL.

Hic ualde diuerſus antiquus & nouus tex.

AIt Alga.Et dubitatio huic eſt , quoniam in propoſitionibus F
huius ſermonis eſt,cui poteſt contradici,ſed nos non protelabimus in hoc,Et reuertamur ad intentionem, quam voluiſtis in fine,& deſtruemus eam dupliciter, & primo quòd perquiſitio perfectionis,vt ſit in omni vbi ſibi poſsibili eſt ſtultitia, non autem ſeruitus.& hoc non eſt niſi ſicut homo,qui non habet negocia omnino , & ceſſauit incumbere voluptatibus,& neceſsitatibus ſuis , & quieuit, & circuit domum,ſeu circuit ciuitatem, & exiſtimat quòd appropinquatur Deo glo,& perficit ſeipſum,cum ſit ſibi eſſe in omni loco poſsibili, & exiſtimauit quòd eſſe in multis locis eſt poſsibile ei , & cum non poteſt congregare ea numero , perficit ea ſpecie , qua eſt perfectio, & approximatio. & iſte homo peruenit ad ſtultitiam , & dicet quòd permutatio a parte ad partem , & a loco ad locum non eſt perfectio ſenſibilis,quam deſyderet . & nulla eſt differentia inter id , quod dixerunt,& hoc.

A Inducit Alga: inſtantias cõtra philoſophos, & inquit. in iſtis vero arguendum eſt: poteſt dici qd acquirere omnes ſitus non prodeſt ipſi motori, quare fatuitas eſt ſup. ꝙ moueat. ſtat ergo vis argumenti in hoc. operatio, ex qua nihil boni agenti relinquitur, eſt ocioſa & fatua: ſed acquiſitio ſituum eſt huiuſmodi operatio, ex qua nihil boni relinquitur motori: ergo eſt ſuperflua. (Et forte.) Inducit ſecundam rationem. d. & forte cœlũ ſimile eſt homini ocioſo, qui nihil habet facere, & circuit vnam domũ, vel ciuitatem ſup. in cuſtodiendo illam, ſicut faciũt cuſtodes tẽpore prælij: & putat ob hoc. i. propter hoc appropinquare ſe ipſi Deo, & ꝙ perficiatur prout ſatisfacit voluntati Dei propter eſſe præſentialiter in omnibus punctis domus, vel ciuitatis. &, ſi forte non poterit particulariter eis applicare ſe, facit id, quod poteſt in ſpecie. Obijcit huic etiam. d. quia dicimus, quod magis debet hoc fatuitati cœlorum attribui, quam rationi.

AVEROES.

AIt Auer. Exiſtimatur ꝙ hic ſermo propter mollitiẽ eius prouenit ex vno duorum hominum, aut ſtulto, aut maligno. B Alga. autem eſt mundus ab iſtis duobus attributis: licet aliquando proueniat miraculoſe ab homine non ſtulto ſermo ſtultus, & ab eo, qui non eſt malignus, ſermo prauus. Attamen ſignificat hoc diminutionem humanã propter id, quod euenit eis ex euaſione. Quoniam, ſi conceſſerimus Auicennæ quòd orbis intẽdit in motu ſuo permutare ſitus: & permutatio ſituum eius prooter entia, quæ ſunt hic, eſt id, quod conſeruat eſſe eius, poſtquã adinuenit eum: & eſt hæc operatio eius cõtinue: quæro quæ eſt maior ſeruitus, quã iſta ſeruitus? quemadmodũ, ſi vult aliquis incumbere ad conſeruandũ ciuitatem a proditoribus, circuens eam nocte, & die, teneremus quidẽ ꝙ hæc operatio eſt ex maximis operationibus appropinquantibus Deo glo. ſed, ſi ponimus motum huius hominis circa ciuitatem intentione, quam ipſe dicit ex mente Auicennæ, ſ. ꝙ ipſe non intendit in motu ſuo, niſi quærere perfectionem in vbi infinitis, dicitur de eo ꝙ ſit homo ſtultus. & hoc eſt, quod dixit Deus glo. Quis menſurauit pugno ſuo C aquas, & cœlum? Cum aũt dixit quoniam impoſsibile eſt ei perficere vnitates, aut congregare eas numero, perficit eas ſpecie, eſt ſermo inuolutus, non intelligibilis: niſi intelligatur, ideſt quoniam motus impoſsibile eſt vt remaneat in partibus ſuis, remanebit in toto. nam aliqui ſunt motus, qui non remanent nec in partibus, nec in toto, & eſt generabilis & corruptibilis; & aliquis eſt, qui remanet ſpecie, & eſt generabilis & corruptibilis in partibus ſuis: ſed cum hoc dicitur de eo, ꝙ ſit motus vnus modis, quibus diſtinguitur in multis locis librorum ſuorũ, quibus dicitur ꝙ ſit vnus motus. Cũ aũt dixit qm̃ impoſſibile eſt ei perficere ea numero, perficit a ſpecie, eſt ſermo falſus. nam motus cœleſtis eſt vnus numero. ſed hoc dicitur de motibus, qui ſunt in cęteris generabilibus, pręter cœlũ. quoniam iſti, ex eo ꝙ impoſsibile eſt eis vt ſint vnus numero, ſunt vnus ſpecie, & remanent in eo propter remanentiam motus vnius numero.

Deſinũt hic antiqua verba.

Inquit Auer, dicimus nos, quod talia verba non debent dici, niſi ab vno duo-

rum hominum: aut ab idiota, qui nihil ſcit, vel a prauiſsimo homine. & abſit D
quod Alga. fuiſſet vnus iſtorũ: ſed aliqñ, ab aliquo nõ fatuo modo ignorãtię ali
qui erronei ſermones veniant, & demum de nõ prauo repetiuntur verba praua
modo dicto. & declarat hoc. d. quia, licet concedamus Auic. qd cœli prima intẽ-
tione moueantur, vt acquirãt oẽs ſitus, vt ob hoc habeãt perfectionẽ poſsibilem
eis: & intendit, ſi cõcedatur hoc, ſecundũ opinionẽ Auic. quia iã reprobatũ eſt,
ſi nunquã hoc concedatur: quare merito non eſt dicendum ꝙ hoc eſt precioſum
ſeruitiũ ab eis collatũ Deo benedicto: vt, ſi homo curaret quãdam ciuitatẽ cu-
ſtodire eã circũeundo die, noctuq;. vult dicere, ſi intelligentiæ acquirunt perfe-
ctionẽ propriã ex motu circulari, quẽadmodum homo in circũeundo ciuitatem:
cur nõ debet Deo placere. q. d. dicimus qd hoc eſt opus, quod Deo benedicto cõ
placere debet: vult dicere, quia Deo placet, vt vnũquodq; cõſeruetur in eſſe,
vel acquirat perfectionẽ ſui eſſe, hic. n. eſt appetitus primi motoris. apponit aũt,
qũo eſt fatuitas ponere illud, & inquit. ſed, ſi nos diceremus ꝙ huius hois motus
circũeundo ciuitatẽ fit ab intẽtione, quã ipſe narrauit noie Aui. videlicet, ꝙ nõ
intendat in ſuo motu niſi attingere oẽs ſpecies vbi, quæ ſunt infinitæ ſaltẽ nume-
ro: dicimus quod hic homo eſſet ſumme fatuus, vult dicere, ꝙ in motu cœli eſt
duo cõſiderare. ſ. acquiſitionẽ oĩum ſituũ, & perfectionẽ motoris, quam acquirit,
vel in qua ſe conſeruat per appropinquationẽ ipſi Deo. inquit modo, ꝙ ſi motor
mouet nõ propter aliud niſi vt acquirat omnes ſpecies ſitus tantũ, ſumma fatui- B
tas eſt: quoniã illi ſitus nullã relinquent perfectionẽ abſolutã in primo motore,
nec in alijs: ſunt enim reſpectus. Si vero ambas illas intẽtiones habeat, ſine du
bio motus cœli eſt ſatis perfectus, & decenter factus.

A L G A Z E L.

AIt Alga. Secundus quidẽ eſt, vt nos dicamus id, quod recitatis de intentione, eſt falſum in motu occidentali. & quæro quare fuit motus primus orientalis? & quare non fuerũt motus vniuerſi ad eandem partem? &, ſi eſt in diuerſitate eorum intentio, quare non differunt in contrarium. & erunt hi, qui ſunt orientales occidentales, & qui ſunt occidentales orientales. nam id, quod vos dicitis de peruentione innouationum ex diuerſitate motuum in trinitate, & ſextilitate, & aliis, prouenit ex contrario. Et ſic etiam id, quod dixerũt de perfectione ſituum, & vbi omnium, poſtquam poſsibile eſt eis in alia parte, quæro quid habent quòd non moueantur aliquãdo ex vna F
parte, & aliquando ex alia parte ad perficiendum id, quod eſt poſsibile eis, ſi fuerit adimplere omne poſsibile perfectio? Igitur hoc ſignificat ꝙ iſte ſunt imaginationes, quæ nihil ſunt. & ſecreta regni cœlorũ non habẽtur his imaginationibus, ſed habuerũt ea Prophetæ, & Antiqui noſtri via diuinitatis, non via aſſumendi rationes. & ideo deficiunt poſteriores Philoſophorum in declarãdo cauſam partis motus, & electionem eius.

Inquit Alga. Adhuc arguẽdũ eſt ꝙ in eo, qd philoſophi de intẽtione cœlorũ
dicunt in eorum motu, eſt error. cõſiderãdo partes vbi tendunt, exponit hoc. d.
videlicet, quare motus diurnus fit verſus occidẽtẽ, & motus ꝓprius planetarum
verſus orientẽ, & nõ ecõuerſo? vel, quare nõ ſunt oẽs circa vnã vel eandẽ par-
tẽ: & oſtẽdit hoc eſſe rõnabiliter dictũ. d. vnde, ſi motuũ partes nõ differũt in in-
tẽtione. oẽs. n. intendunt appropinquari primo principio, & acquirere oẽs ſpẽs
ſitus: quare ergo in totum contrarium ſe habent: quaſi dicat non bene ſe habẽt,
& reddit rationem. omnia enim vtilia a cœlis, ſeu commoda in hunc mundum

A deſcendentia, & acquirere omnes ſpecies vbi perfecte etiam fieri poſſunt. ſup. ſi moueantur vno motu verſus vnam partem. poteſt ergo ſyllogiſmus ſic componi, omnes motus, qui ſunt propter vnum finē numero, debēt eſſe verſus eandē partem. ſed declaratum eſt omnes motus cœleſtes eſſe ꝓpter eundē finē numero, ſcilicet propter perfectionem motoris conſeruandā, & ſituum acquiſitionē. ergo omnes debent fieri circa eandem partem numero: et hoc argumentū habet magnam apparentiam. (Amplius.) Inducit ſecundam debilitatem. d. Amplius, quare non mouentur quandoque verſus vnam partem duarum, quandoque verſus alteram, poſtquam intentio cœlorum eſt perficere omnia poſsibilia in motu circulari & ſitu. i. poſtquā eſt acquirere omnia vbi, & oēs ſitus poſsibiles. q. d. æque bene poteſt eſſe, ſi mouetur verſus orientem, ſicut econtra. ita. n. poteſt ſaluari acquiſitio ſituum, & conſeruatio omniū rerum, ſicut econtra. patet ergo ex his, quod philoſophorum opinio in hoc propoſito pura phantaſia fuit: propter quod concludit Alga. vnde dicimus quod archana regni cœlorum nobis ſunt ignota, & omni humano generi, niſi prophetis, & ſanctis: & quantum Alga. verum inquit: quemadmodum enim Heraclitus epheſius inquit, ſi non poſſumus ſcire ea, quæ in remota fiunt ciuitate: quomodo & ea, quæ in cœlo ſunt, ſciri poſſunt: ſtultum enim eſt laborare in his, cum eorum, quæ ſcimus, eſt minima pars eorum, quæ ignoramus.

B

AVEROES.

Ait Auer. Hæc eſt dubitatio ſophiſtica. nā permutari ex diſputatione ad diſputationem eſt operatio ſophiſtica. Quoniam qūo ſequitur ex diminutione eorum, ſi diminuūt in dādo cauſam diuerſitatis partiū motuum cœli, vt diminuant etiam in dādo cauſam motus cœli, & vt non ſit motui eius cauſa. hoc totū eſt ſermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. O quā maxima eſt lętitia eorū in hac diſputatione. nā putant ꝙ ipſi vicerint Philoſophos in ea. Et cauſa huius eſt ignorātia eorū in modis vię vſitatę, in dādo cauſas, & cōſyderationes, de quibus quęritur vt tribuātur in quolibet entiū, quæ quidē differūt ꝓpter differentiā naturarū entiū. Nā res ſimplices non habent cauſam eius, quod prouenerit ex eis, niſi ſubſtantiam naturæ, & formæ earū: compoſitæ vero habent cauſas agentes præter formas earū: & ſunt, quæ fecerunt compoſitionē earum, & copulationē partiū earum adinuicem. Verbi gratia terra non habet cauſam vt deſcendat deorſum, niſi attributū terreſtreitatis. & ignis non habet cauſam, vt aſcendat ſurſum, niſi ſubſtantiam naturæ, & formæ ſuæ: & cū hac natura dicitur ꝙ ſit contraria igni. & ſic ſurſum, & deorſum nō habēt cām, qua fuerit vna duarū partiū ſuperius, & alia inferius. ſed hoc eſt ex determinatione naturæ eorum. Et, cum neceſſe fuerit diuerſitas partium ex ſe ipſis, & diuerſitas motuum ex diuerſitate partium, tunc nō erit hic cauſa, quæ poſsit aſsignari diuerſitati motuum, niſi diuerſitas partium mobilium: & diuerſitas partiū eſt ex diuerſitate naturæ eorū, ſ. ꝙ quędā ſunt nobiliora quibuſdā. Verbi gratia, cū homo ſenſerit in aīali ꝙ præcedit in ambulando cū vno duorū pedū ex aliqua parte corporis ſui, deinde ſequitur eū alter, & dicit quare aīal pręponit hunc pedem, & poſtpouit alterum, & non econtra, non erit pro-

Negat a ſimplicibus cauſam agētem.

C

ſecto ibi cauſa completa, niſi vt dicat ꝙ impoſsibile eſt in motu ani- D
malis quin præponat pedem, & ſuſtenetur ſuper alium pedem. & hoc
profecto facit vt ſint animali duæ partes, dextrũ, & ſiniſtrũ. & dextrũ
eſt, quod ſemper præponitur ex potentia reperta in eo ſibi propria: &
ſiniſtrũ ſemper poſtponitur dextro ex potẽtia ſibi propria. & impoſ-
ſibile eſt vt ſit è contra, ſ. vt ſit pars dextra pars ſiniſtra. nam natura
animalis hoc requirit aut vt plurimũ, aut ſemper. Et ſic eſt in corpo-
ribus cœleſtibus. nam, ſi aliquis interrogauerit quare mouentur cœli
ex quadã parte, & non ex alia, reſpondetur quia habent dextrum, &
ſiniſtrum: & præcipue, cum affirmauerimus de eis ꝙ ſunt viuẽtia: niſi
ꝙ eſt eis quid proprium quòd pars dextra in quibuſdam eorum eſt
pars ſiniſtra in quibuſdam aliis. & tamẽ ipſi pedes etiam cum iſta dif-
ferentia, vnus eorum mouetur ad duo contraria, vt eſt pes ſiniſter du-
rus quidem. Et quemadmodum, ſi aliquis interrogauerit, & dixerit
ꝙ motus animalis eſſet completus, ſi dextrum eius eſſet ſiniſtrum, &
ſiniſtrum dextrum: & quare appropriatum fuit dextrũ vt ſit dextrũ, E
& ſiniſtrum vt ſit ſiniſtrũm, dicitur ei ꝙ huic non eſt cauſa, niſi ꝙ na
tura partis, quæ appellatur dextrum, determinauit in ſe vt ſit dextrũ,
& non ſit ſiniſtrum, & nobile datur parti nobili. ſic etiam, cum ali-
quis interrogauerit quare appropriata eſt pars cœli dextra motui ma-
gno, vt ſit dextrum, & pars ſiniſtra, vt ſit ſiniſtrum, & iam erat poſsi-
bile vt ſit contrarium, ſicut eſt in orbe planetarum, non erit ei reſpon-
ſio, niſi dicatur ꝙ pars nobilis appropriata fuit corpori nobili, ſicut
eſt in appropriatione ignis ſuperius, & terræ inferius. Quòd aũt cœli
moueantur duobus motibus contrariis, præter motum diurnum, eſt
propter neceſsitatem contrarietatis motuum hic, ſ. motus generatio-
nis, & corruptionis. & non eſt naturæ intellectus humani vt apprehen
dat magis, quã hoc in iſtis ſermonibus, & in hoc loco. Et, quoniam du
bitauit eis Alga. cum hac dubitatione, & dixit ꝙ non habent reſpon-
ſionem ei, recitauit in hoc reſponſionem quorundam Philoſophorũ. F

Cur cœli moueantur ad vnã partẽ et non ad aliã.

Cur cęli moueãtur duobus motibus contrarijs.

Proponit primo in quonam genere hæc ſit altercatio. d. dicimus nos ꝙ hæc altercatio eſt ſophiſticalis. cuius rationem reddit. d. tranſlatio enim de quæſtione in quæſtionẽ opus eſt ſophiſticũ. (Rurſus.) Apponit quomodo eſt mirandũ de eis, qui ſequuntur Alg. d. Rurſus, quare ſequitur ꝙ, ſi ipſi philoſophi deficiũt a declaratione, ſeu cognitione cauſarũ diuerſitatis motuũ, id eſt quare ſequitur. ſi neſciunt dare cauſam diuerſitatis motuum, ꝙ debeãt ignorare cauſam motus cœlorũ abſolute, id eſt penitus. ſtat enim ſcire cauſam in vniuerſali, & ignorare eã in parte: ergo mirandum eſt de Alg. & ſuis ſequentibus. Vnde dicimus, ꝙ iſte homo debellat homines voluntate, & ſup. nõ factis aut dicimus ꝙ negligentia in ampla conſideratione excecauit eũ taliter, ꝙ nõ potuit videre iſtud. videtur. n. ꝙ hoc accidat ei ex ignorãtia viarũ, & ex aſſumptione cauſarũ, id eſt quia ignorat vias, & cauſas aſſumendas in huiuſmodi quæſtio abſoluendo, & reddit cauſam. d. cauſæ enim differunt differentia naturarũ rerum, id eſt quia cauſę variantur ſecundũ rerum variationem: & hoc oſtendit. d. & declaratio huius eſt, quia res ſimplices non habent cauſam ſuorum actuum procedentium ab eiſdẽ, niſi naturas & formas ipſarũ: ſed res cõpoſitæ habẽt agentes cauſas præter naturas ipſarum, & formas earũ, & notanter dicit: (Niſi naturas ipſarum) qm̃ res compoſitæ habẽt cauſas pręter naturas ipſarũ, ſ. elementũ prędominãs, vt Auer,

A dicit cō.7. primi cœ. motus ergo ſimpliciū nō habent cauſas præter naturas eorū, ſed cōpoſitorum habent cauſas diuerſas a naturis eorū, & illę ſunt cauſæ ipſarum, & earū partium adinuicem ſecundum compoſitiones, & compaginationes adinuicem. Verbi gratia, terra non habet cauſam deſcendendi niſi ſuā ſimplicem naturam, ſcilicet terreſtreitatem, & ſic de alijs ſimplicibus. Similiter dicimus, quod ſurſum, & deorſum nullā habent cauſam, videlicet, quare vnū ipſorū ſuit ſuperius, & aliud inferius, niſi quia ita debet ſequi de propria ipſarum natura. Similiter dicimus recte de diuerſitate motuū, quod nulla eſt ibi cauſa niſi diuerſitas naturarū partium motuū, & illa diuerſitas prouenit a diuerſitate naturarū mobiliū, videlicet, quod aliqui ipſorū nobiliores ſunt alijs. Similiter dicimus quod illud, quod dixit, videlicet, quare motus vniuerſalis ſit verus occidentem, & nō ecōuerſo ratio huius eſt, quia cœli habent dextrum, & ſiniſtrū, vt in prima diſputatione declaraui. maxime quia animati ſunt, & differunt inter ſe, prout id, quod eſt dextra vnius, ſiniſtra eſt alterius: licet aliqui ipſorum verſus duas partes cōtrarias moueātur, ſed hoc non violenter fit. tandē dicendum ſup. quod in hoc nulla ratio eſt niſi ſimplex eorū natura, vt dictum eſt: ait tamē, ſed concedendū eſt ſecundū rei veritatem, quod humanus intellectus valde deficit in ratione, vel cauſis naturaliū rerum, maxime in illis altioribus, & ſublimibus corporibus, quorū quantitates neſcimus, & eſſe ſubſtantiarū eorū totaliter igno-
B ramus, & ideo dicimus quod corpus cœleſte neq; eſt graue, neque leue, vt habetur ab Ariſto. in primo cœli & mundi, & patet clare a commentatoribus verborū Ariſto. &, quaſi dicat, quod de cœlo non ſciuimus niſi negatiue, & nō poſitiue eius naturam, ſed per abnegationem rerum hic. (Et hic eſt finis.) Auerroes nunc imponit finē libro, & inquit, & hic eſt finis quæſtionum ſermonum diuinorum, id eſt, metaphyſicorum huius hominis, de quibus altercauit Alg. cū philoſophis, & redarguebat eos, vt ei apparebat. apponit autē ſuum laborem circa hoc, dicens, ſed nos Dei auxilio reprobauimus manifeſte ipſius errores, & oſtēdimus ambages auctoritatum, id eſt, argumentorū eius, vt melius & clarius potuimus. Et ordinat ſe ad ſequentes diſpoſitiones in naturalibus, dicēs: vnde dein de aliquas ſingulares Algazel. diſputationes in naturalibus propoſitas duximus, in quibus etiam putauit Peripatheticos acerrime redarguere, & ſequimur ſtilum conſuetum in præteritis diſpoſitionibus. Et ſciat tua dominatio Reuerendiſsima, diſpoſitiones naturales eſſe duas, & multum ſingulares. tractant enim quatuor propoſita, quemadmodū Alga. inquit in ſecundo dubio primæ diſputationis. Primū eſt de nexu cauſarū & cauſatorū inuicē. Secundum, an animę habeant eſſe per ſe ſpirituale remanens poſt mortē, & quam habitudinē dicant ad corpora. Tertiū eſt, an huiuſmodi animæ annihilari poſsint. Quartū eſt de reſurrectione mortuorū. Hęc enim quatuor mirabilia propoſita in duabus diſputa-
C tionibus diſputat, vbi oſtendit Auer. ſuam ſubtilitatem, & ingenij excellentiā: & has duas vltimas diſputationes non habebā in principio operis mei, ſed dominus Andreas de minutis, cretenſis, ſtudioſiſsimus meus ſcholaris attulit, de quibus tantas refero gratias quantas, & quot poſſum concipere. fecit enim conſeruationē harum rerū, quę ſunt cōpulandę inter archana cœlorū, & reuerēdiſsime domine nūc exponere non poſſum: qm̄ multitudine negociorum, & ſolicitudine impreſſoris vexatus non poſſem aliquid dignum tuę dominationi reuerendiſsimę dicere, ſed hac ęſtate ventura expectet me: nam eas mittam cum quibuſdam meis farcinolis, pro quibus tuam. D. Reuerendiſsimā, omniū literatorū ſplēdorem, in iudicem elegi. Quando. n. a tua dominatione reuerendiſsima vigilię meę appreciabuntur, quid curabo tunc maleuolorum latratus? fauor enim tuę conditionis me a maioribus tutum redderet.

SED, QVIA ſolebamus ſępe, mi domine reuerēdiſsime, diſputare cū Hieronymo Bernardo olim filio domini Petri, & cū illo magnifico viro Antonio Iuſtiniano artiū accuratiſsimo, filio domini Pauli, ſępe ſępius de motu raptus aliorū cœlorū. oēs. n. aſtronomi dicūt primū mobile moueri motu ꝓprio, et alios motu raptus ad eandē partē, & motu ꝓprio ad partē oppoſitā, pręter Alpetragiū in libello de qualitate motuū cœleſtiū, qui opinatus eſt qđ omnes orbes mouentur Quæſtio. 5.

ab oriente in occidentem,& quod nullus orbium moueretur econtra. Ad ſaluã- D dum tñ apparentias dicebat planetas incurtare motus a motu primi mobilis. pro hoc viro, Hieronymus Bernardus adducebat motiuũ optimũ. eſt regula Ariſto. & Aue. primo cœli, quod impoſsibile eſt duos motus ſpecie naturaliter competere vni corpori ſimplici. motus aũt illi, ſ. rectus proprius, & motus raptus ſunt oppoſiti omnino: ergo, ſi vnus cõpetit naturaliter cœlo vel per ſe, alter per accidẽs & violẽter, & per cõſequẽs nõ tempiterno tpe. Amplius, ſicut arguebat Iuſtinianus: omne, qd rapitur in motu ſuo, cõtra naturã mouetur: omne, qd contra naturã mouetur, nõ ſemper mouetur: ergo, ſi corpora planetarũ raperentur, non ſemper mouerentur. Rurſus dicebat, ſi ambo motus competunt vni, V. g. lunæ: vtrũ æque naturaliter, an vnus altero naturalius, & quomodo ei competant. Et huiuſmodi argumẽta ſunt ſubtilia, & multum apparentia contra aſtronomos. Et breuiter ad hoc non eſt reſpondendum, ſicut aſtronomi dicunt, quod orbis lunæ mouetur a propria intelligentia immediate, & a primo motore per influentiam: ſic enim illa influentia non eſt ſufficiens principiũ motiuũ, cũ nullum accidens in perpetuũ moueatur: ideo exiſtimandũ, vt Auer. dicit. 2. cœli com. 42. & 71. vnum eſſe motorem totius vniuerſi colligati ex omnibus orbibus, qui eſt forma totius cõgregati ex omnibus orbibus. hæc enim forma vniuerſalis omnes orbes mouet vno motu numero, qui vocatur motus diurnus ab oriẽte in occidentem, aliæ autem intelligentiæ ſunt, ſicut formæ particulares mẽbrorũ, quæ motibus proprijs mouent econtra propter finẽ, quẽ declarat Auer. 2. cœli cõ. 58. Verbi B gratia, poſito ꝙ anima mea moueat me verſus neapolim, & continue brachium econtra moueatur: iam brachiũ duplici motu moueretur, & motu totius, & motu proprio a proprio motore. Ad primũ dicendum, qd illa regula eſt intelligenda de motibus oppoſitis ſecundum ſpeciem. modo, vt Auer. inquit. 2. cœli, huiuſmodi motus ſunt numero diuerſi, non ſpecie, cum ſint partes motus partium vnius animalis. vide cõ. 49. Ad ſecundum dicendum, qd illi motus dicũtur raptus, nõ ꝓpter hoc, qd ſint cõtra naturã illorũ, ſed quia nõ ſunt per naturã particulariũ motorũ eorũ. Ad vltimũ dicendũ, qd naturalius eſt partem moueri motu totius, quã ipſam moueri motu proprio. moueri. n. per naturã vniuerſalẽ naturalius eſt, quã moueri per naturã particularẽ, vt dictũ eſt in cœlo & mũdo. Et ſic conſummata eſt cõmẽtatio mea ſupra lib. Metaph. Auer. qui deſtructio deſtructionũ dicitur, incœpta. 1494. & cõpleta. 1497. die. 22. Ianuarij, & in eo tenui meliorẽ curã, quã potui. Hic. n. nullos inueni ſcriptores, immo nec aliquos, qui de his meminere, adeo qd quidã omnium literarum penitus ignari propter difficultatẽ huius libri dicunt hunc librũ non eſſe Auerr. & de his non curo. vẽ enim ſenſu, quare negant hoc. hic enim liber, tum errore tranſlatoris, tum difficultate verborũ, tum ſententiarũ arduitate fuit mihi ita difficilis, ſicut vides: nec volui exponere ipſum, & facere vnum chaos rerũ, ita quod velim hic apponere omnia dicibilia, nec ita immorari in ſingulo verbo eius, vt omniũ aures obtundam. F vlterior. n. ſpeculatio fortioribus relinquatur. ſat mihi fuit mouiſſe, principiũq; dediſſe ſpeculationis, eo maxime, cũ hoc nõ ex me feci, ſed ex rogatu illius ſacratiſsimi philoſophi Hieronymi Bernardi, filij quondã domini Petri, quorum animæ in perpetuũ gaudeant. adeo enim me vexabat, vt id negare nõ potui: & ſi qua hic corrupta legentur, breuitati tpis aſcribantur, in quo ſcripſi. Iterũ, ſi replicatas inuenẽt materias, hoc eſt, quia magna interualla apponẽs, ſcripta olim obliuioni tradideram, quia Auer. ea diuerſis locis tangebat. Hæc igitur ſunt, quę tibi Reuerendiſsimo Domino meo, meritiſsimo cardinali, mitto, vt digna caſtigatione tuo ſingulari ingenio caſtiges, digna vero laude collaudes. Illud quidẽ donum, quod potui pro tua immẽſa dominatione, hoc eſt. Illud vero, quod tua. D. referre põt, eſt vt id recipiat eo modo, eo animo, eaq; affectione, quibus ego mitto. Valeat tua D. Reuerendiſsima omnium literatorum confugium.

Solutio.

Diſp. Metaph. Auer. cum Algaz. vna cum commen. Sueſſ.

F I N I S.

A

ALGAZEL.

AIt Alga, Et aliqui eorum dixerunt, qm̃ perfectio eorum prouenit ex motu a quacunque parte fuerit, & ordo innouationum terreſtrium determinat diuerſitatem motuum, & partium deputatarum, id, quod induxit eos ad radicem motus, eſt appropinquatio Deo glo. & quod induxit ad partem motus eſt influere gratiam mundo inferiori. Dixit Alg. ꝙ hoc eſt falſum dupliciter. Primo, qm̃, ſi hoc poteſt conſiderari, eſt ex diminutione iudicii. nam natura quietis magis debet appropriari ei, quã motus, & mutationis. & eſt aſsimilari Deo glo. in rei veritate, quoniã abeſt à mutatione, motus autem eſt mutatio. Attamen eligit motum ad influendũ gratiam. nã, ſi adiuuat alteri, & non aggrauat ſibi motus, quid eſt quod prohibet ab hac conſideratione? Secunda vero, quoniã innouationes fiunt ex diuerſitate propor
B tionum, quæ fiunt ex diuerſitate partium motuum. & ſic erit motus primus occidentalis, & alii orientales. & veniet hæc diuerſitas, ex qua proueniet diuerſitas proportionum. quare ergo reſpicit vnam partem? iſtæ autẽ diuerſitates non determinant, niſi ſubſtantiam diuerſitatis: pars vero, quã reſpicit, non eſt dignior ſuo contrario in hoc.

Hæc deſiderantur in vetuſtiori tex.

AVEROES.

AIt Auer. Hic loquens conatus eſt dare cauſam in hoc ex cauſa finali, non autem ex agenti. & nullus Philoſophorum dubitat quòd ſit ibi cauſa finalis ſecunda intentione, quæ eſt neceſſaria in eſſe eorum, quæ ſunt hic. & licet adhuc nõ ſciuerit differentiam, non dubitat tamen ꝙ non eſt hic motus, nec inceſſus, nec regreſſus planetis, qui non habẽt introitũ in rebus, quæ ſunt hic, ita ꝙ,
C ſi diuerſificaretur ex eis aliquid, inuolueretur hoc noſtrum eſſe. Attamen multæ harum cauſarum particularium, aut non ſcimus eas omnino, aut ſcimus eas poſt longum tempus, & magnam exercitationem: ſicut dicitur quòd ſapiens affirmauit illud in libro ſuo de regiminibus cœleſtibus particularibus. res vero vniuerſales difacils habetur ſcientia earũ. & habentes ſcientiam iudicii ſtellarum peruenerunt ad multas earũ, & apprehenſum fuit noſtra tẽpeſtate plurimum eius, ad quod peruenerunt Antiqui in hoc, vt Chaldei, & alii. Quare non oportet vt non credatur ꝙ ſit huic ſcientia de entibus, cum appareat inductiue ꝙ omne, quod videtur in cœlo, eſt propter ſcientiam finalem, & cauſam cauſarũ finaliũ. nam, ſi hoc eſt in animalibus, multo magis dignius eſt vt ſit in corporibus cœleſtibus. & iam videtur in animali, & homine, vti decem milibus ſcientia in tempore ſpatii mille annorum. ideo non eſt inconueniens vt videatur in æternũ æternitatis annorum longorum nimium ſcientiæ, & ſapientiæ, quæ eſt

in corporibus cœleſtibus. & nos inuenimus Veteres vti verſibus in hoc.nã ipſi bene ſciũt expoſitiones eorũ profundatas in ſciẽtia, & ſunt ſapientes veridici. Primũ autem,& eſt,cũ dicit ꝙ aliquis poteſt dicere ꝙ aſsimilatio Deo glo.determinat ei vt ſit quieſcens, quoniam Deus glo.abeſt à motu,ſed elegit motum ex eo, quod eſt in eo de influxu gratiæ generationibus, eſt ſermo inuolutus. nam Deus glo. non eſt quieſcens, nec mobilis: & vt moueatur corpus, eſt melius, quàm vt quieſcat. &,cum aſsimiletur ens Deo glo.aſsimilatur quidem ei, cum fuerit in nobiliori diſpoſitionum eius: & eſt motus. Reſponſio vero ſecunda iam dicta eſt reſponſio ad eam. D

DISPVTATIO. XVI.

DE DESTRVCTIONE DICTI EORVM QVOD ANIMAE COELI RESPICIVNT OMNIA PARTICVLARIA, QVAE FIVNT IN HOC MVNDO. E

ALGAZEL.

Sequẽtes diſputationes ĩ antiquo codice nõ habentur ob id atque expoſitione habebis ſtudioſe lector.

AIT Alga. Dixerunt ꝙ animæ cœli reſpiciũt omnia particularia,quæ fiunt in hoc mundo: & quòd intelligimus per tabulam ſeruatam animas cœli:et pictura particularitatum mundi in ea aſsimilatur picturæ rerum conſeruatarum in virtute conſeruatiua poſita in cerebro hominis: non quòd ſit corpus amplum durum,in quo ſcribãtur res, ſicut ſcribunt pueri in tabula. nam illa ſcriptura requirit plurimum eius dilatationem ſcripti in ea.&,cum id,quod ſcribitur ſit infinitum,non erit quidem rei ſcriptæ in ea finis, & non imaginatur corpus infinitum.& impoſsibile eſt ſcribere literas infinitas per literas numeratas finitas. Et exiſtimauerunt quòd Angeli cœleſtes ſunt animę cœli, & Angeli Cherubini approximantes ſunt intelligentiæ ſeparatæ,quę ſunt ſubſtãtię exiſtẽtes per ſe:& non cõtinent terminũ, & non vtũtur corporibus: & ꝙ iſtæ formę particulares influuntur ab aĩabus cœleſtibus, & ſunt nobiliores Angelis cœleſtibus:qm̃ ipſæ influũt,illi vero non influũt:& qđ influit eſt nobilius eo,cui influitur.& ideo appellãt nobile noĩe calami,& dicũt ſcit cum calamo, quoniam aſsimilauit picturam influẽtẽ calamo,& aſsimilauit id, cui influitur, tabulæ.Hæc eſt opinio eorũ.Et cõtradictio huic diſputationi differt à F

A contradictione præcedenti. nam id, quod dixerunt antea, non eſt falſum, cum ſit de eo, ꝙ cœli ſunt viuentes, & mouentur ad intentionem, & eſt quid poſsibile. hoc vero idem eſt, quod tenere ꝙ ſit ſcientia in creato de particularibus infinitis. & hoc forte exiſtimatur quòd ſit falſum. & quæritur eis ratio in hoc, quoniam eſt verſutia ipſa.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc, quod dixit, nullus Philoſophorũ dicit de ſcientia eius, niſi Auic. ſ. ꝙ corpora cœleſtia imaginantur quanto magis vt imaginentur imaginationes infinitas. Alexander autem exponit in libello ſuo, appellato Principia totius, ꝙ iſta corpora non imaginantur. nam imaginatio reperitur in animali propter conſeruationem: iſta vero corpora non timent ꝙ eueniat eis corruptio: B igitur eſſe imaginationes in eis eſt falſum. ſic etiam & ſenſus. nam, ſi eſſent in eis imaginationes, eſſent eis ſenſus. ſenſus.n. ſunt conditio requiſita in imaginationibus: & omnis imaginans ſentit neceſſario, & non conuertitur. & ſecundum hoc non eſt vera expoſitio tabulæ ſeruatæ, vt recitat de eis. Expoſitio vero intellectuum ſeparatorum, qui mouent quemlibet orbem modo ſeruitutis, ꝙ ſunt eis Angeli approximantes, eſt expoſitio currens ſecundum radices eorum. & ſic appellare animas orbium Angelos cœleſtes, cum intentio fuerit conuenire id, quod inducitur a demonſtratione, et, quod inducitur à fide.

Contra eos qui ſenſum ī cęlo ponũt.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et aſsignauerunt rationem in eo, dicentes quidem, iam probatum eſt ꝙ motus circularis eſt voluntarius, & voluntarium ſequitur volitum, & volitum vniuerſale non reſpi C citur niſi à voluntate vniuerſali: voluntas autem vniuerſalis non prouenit ab ea aliquid: nam omne ens in actu eſt demonſtratum tale particulare: & voluntas vniuerſalis, proportio eius ad vnitates particulares eſt in eodem gradu: igitur non prouenit ab ea aliquid particulare. ſed impoſsibile eſt abſque voluntate particulari motui demonſtrato tali: & orbi quidem in omni motu particulari demonſtrato à puncto demonſtrato ad punctum demonſtratum eſt voluntas demonſtrata ad illum motum, & eſt ei proculdubio imaginatio ad motus illos particulares potentia corporali, cum motus particulares non apprehēdantur niſi potentiis corporalibus: igitur omnis voluntas de neceſsitate eius eſt imaginatio illius voliti, ſcilicet ſcientia de eo, ſiue ſit particularis, ſiue vniuerſalis. & quotienſcunq; fuerit orbi imaginatio partium motuum, & comprehenſio earum, comprehendit eas proculdubio, in eo ꝙ ſequitur ex eis de diuerſitate proportionum cum terra, in eo ꝙ aliquæ partes oriuntur, & aliquæ occidunt, & aliquę ſunt in me-

dio cœli antiquorum hominum,& ſub terra aliorum. & ſic etiam ſcit quod ſequitur de diuerſitate proportionum,quæ fiunt in motu de trino ſextili,quarto,& oppoſitione, & coniunctione ad alias innouationes cœleſtes. Et aliæ innouationes terreſtres ſuſtentantur innouationibus cœleſtibus,aut immediate,aut vno medio,aut pluribus. Demũ omne innouatum eſt ei cauſa innouans,quouſq; ceſſat proceſſus aſcendendo ad motum cœleſtem æternum, ſi aliquod eorum eſt cauſa alicuius.nam cauſæ,& cauſata, aſcendit proceſſus eorum ad motus particulares cœleſtes:& ea, quæ imaginantur in motibus, imaginantur in conſequentiis eorum,& conſequentiis conſequentium vſque ad finem proceſſus. & ideo reſpiciunt omne, quod innouatur. nam omne,quod innouatur innouatio eius procedit a cauſa: &,quotienſcunque verificabitur cauſa, verificabitur cauſatum innouatum. Nos autem non ſcimus id, quod venturum eſt in futuro:quoniam nos non comprehendimus omnes cauſas eorum.ſi enim ſciremus omnes cauſas, ſciremus omnia cauſata.nam, cum ſcimus ꝙ ignis tangit bombicem, exempli gratia,in aliqua hora determinata,tunc ſcimus combuſtionem bombicis.& quotienſcunq; ſcimus ꝙ aliquis comedit, ſcimus ꝙ ſaturabitur.&,quotienſcunq; ſcimus ꝙ homo deambulat in loco, in quo ponitur theſaurus coopertus leuiter,cum deambulauerit ſuper eum deambulans,ceſpitat pes eius in theſauro,& ſcit eum,ſcimus ꝙ diues fiet ex inuentione theſauri.Attamen iſtę cauſę,non ſcimus eas:& aliquando ſcimus aliquas earum,& euenit nobis ſenſatio eius,cum euenerit cauſatum.&,ſi ſcimus maiorem partem earum,prouenit nobis exiſtimatio manifeſta de euentu eius. &,ſi eſſet nobis ſcientia omnium cauſarum,eſſet nobis ſcientia omnium cauſatorum. Niſi ꝙ orbes ſunt multi,& habent miſtionem cum innouationibus terreſtribus,& homo nõ poteſt ſcire eas,& animæ cœlorum ſciunt eas, quia reſpiciunt primam cauſam,& conſequentia earum, & conſequentia conſequentium vſq; ad finem proceſſus. Et ideo exiſtimauerunt quòd dormiens videt in ſomno ſuo id, quod erit in futurum. & hoc propter copulationem eius cum tabula ſeruata,& reſpicientia eius.&,quotienſcunque reſpexerit rem multis vicibus, remanebit hæc eadem res in conſeruatiua eius.& aliquando accelerat virtus imaginatiua ad imprimendum eã. nam ex natura ſua eſt imprimere res cum exemplationibus, quæ proportionatæ ſunt aliqua proportione, aut permutatione ex eis ad contraria. & aufertur comprehenſum verum à conſeruatiua,& remanebit exemplatio imaginationis in conſeruatiua, & indiget aliqua interpretatione in exemplificatione imaginationis. & aliquando exẽplificat imaginatio hominem arbori, & mulierem ornamento, & ſeruum amiſsioni alicuius rei domus, & conſeruantem pecuniam amicorum, & proborum lumini. nam lumen eſt cauſa candelæ, quæ eſt cauſa illuminationis, & ſcientia interpretationis ramificatur ex hac radice. Et exiſtimauerunt quòd copulatio cum illis animabus datur,

A poſtquam nullum eſt ibi velamen. Attamen nos hora vigiliæ incumbimus ei, ad quod deueniunt ſenſus, & appetitus. & dare operam his rebus corporalibus deuiat nos ab eo. &, cum auferantur à nobis in ſomno aliquæ inuolutiones ſenſuum, apparet in eo diſpoſitio noſtra copulationi. Et exiſtimauerunt quòd Propheta purus reſpicit occultum hac via, niſi quòd virtus animalis prophetica fortificatur tali fortitudine, quæ non offenditur à ſenſibus manifeſtis. & propter hoc videt ipſe in vigilia id, quod alius videt in ſomno. Vlterius virtus imaginatiua exemplificat ei etiam id, quod vidit, & aliquando remanet res eadem in memoria eius, & aliquando exemplificatio eius. & indiget hæc viſio expoſitione, vt indiget ſomnium illud expoſitione. &, niſi ꝙ omnia generabilia ſunt fixa in tabula ſeruata, non ſcirent Prophetæ occultum in vigilia, nec in ſomno. attamen congregari calamum in eo, quod eſt, erit in die iudicii. & diſpoſitio eius eſt hoc, quod
B dximus. Et hoc eſt, quod volumus præmittere, vt bene intelligatur opinio eorum.

AVEROES.

AIt Auer. Iam diximus ꝙ hæc opinio, non ſcimus aliquem dixiſſe eam, niſi Auicennam. Ratio autem eius, quam recitauit, eſt debilium propoſitionum, licet ſint rhetoricę, & topicæ. nã ipſe ponit ꝙ omne operatum particulare prouenit ab habente animam propter imaginationem particularem de hoc operato, & motus particulares, quibus erit hoc operatum particulare: deinde copulabimus huic propoſitioni maiori minorem, & eſt ꝙ cœli habent animã, ex quibus proueniunt operationes particulares: ſequitur ex hoc vt proueniat ex eis id, quod prouenit ab intellectis particularibus, & operationibus particularibus, ex conſyderatione particulari, quod appel
C latur imaginatio. & hoc non videtur in artibus tantum, ſed etiam in multis animalibus, quæ operantur operationes terminatas, ſicut eſt domus apum, & aranea, & alia. Attamen contradictio, eueniens his propoſitionibus, eſt ꝙ non prouenit operatio particularis ab habentibus intellectum, niſi ex eo, quòd hoc eſt imaginatum imaginatione vniuerſali, & proueniunt ex ea res particulares infinitæ. ver. g. artifex prouenit ex eo figura theſauri ex parte imaginationis vniuerſalis, quę non appropriatur vni theſauro præter alium. & ſic eſt in eo, quod emanat ex artibus naturaliter ab animali. & ſunt iſtæ imaginationes mediæ inter comprehenſiones vniuerſales, & particulares, ſcilicet ſunt medię inter definitionem rei, & imaginationem eius ſibi propriam. Corpora autem cœleſtia ſi imaginarentur, eſſent talis quidem imaginatio quę eſt a natura vniuerſali, non autem imaginatio particularis tributa a ſenſibus. & impoſsibile eſt vt operationes noſtrę proueniant ab imaginatione particulari. Et ideo tenent Philoſophi quòd

formæ imaginatiuæ, à quibus proueniunt operationes animalis determinatæ, ſunt tanquam mediæ inter intellecta, & formas imaginatiuas indiuiduales. ſicut forma, q̃ facit auis, quæ appellatur Begiath ex rapientibus, quæ eſt ſimilis ei, quã faciunt apes domus ſuas. artifex vero, qui indiget exemplificatione particulari ſenſibili, eſt is, qui non eſt apud eum hæc exemplificatio imaginaria vniuerſalis: quæ quidem eſt neceſſaria in emanatione eius, quod emanat ab ea ex particularibus. & hæc imaginatio vniuerſalis eſt, quæ mittit voluntatem vniuerſalem, quæ non tendit ad indiuiduum præter indiuiduum. voluntates vero particulares ſunt, quæ tendunt ad indiuiduum præter indiuiduum eiuſdem ſpeciei. & hoc non reperitur in corporibus cœleſtibus. Quòd vero reperiatur voluntas vniuerſalis rei vniuerſali, in eo quòd eſt vniuerſalis, eſt falſum, nam vniuerſale non habet eſſe extra animam, nec eſt generabile, & corruptibile. & eius diuiſio prima voluntatis, ad vniuerſalem, & particularem non eſt vera, niſi dicatur quòd corpora cœleſtia mouentur ad partem definitionum rerum abſque eo quòd componatur definitio ex imaginatione cuiuſſlibet indiuiduorum repertorum aliter, quàm eſt apud nos. Cum autem dixit quòd voluntas vniuerſalis non prouenit ab ea particularis, eſt error cum intelligitur per voluntatem vniuerſalem ea, quæ non appropriatur indiuiduo, præter indiuiduum, ſed vniuerſaliter, ſicut Rex, cum habuerit exercitus ſuos. Si vero intelligitur per voluntatẽ alligantia eius eidem rei vniuerſali, tunc non eſt alligata ei voluntas omnino, & non reperitur voluntas talis, niſi modo, quem diximus. Igitur corpora cœleſtia, ſi declaratum fuerit de eis ꝙ intelligunt ea, quæ ſunt hic, ex eo quòd imaginantur, hoc eſt ex parte imaginationum vniuerſalium, quæ ſequuntur a definitionibus, non autem ex parte imaginationum particularium, quę ſequuntur à ſenſationibus. Et quod magis videtur eſt quòd hoc non erit, niſi ex imaginatione particulari: & præcipue cum dicitur ꝙ quicquid prouenit ex eis hic, prouenit ſecunda intentione apud opinionem hominum, ꝙ ipſa intelligant ſe ipſa, & intelligant ea, quæ ſunt hic. ſi vero intelligunt ea, quæ ſunt hic, ita ꝙ ſint diuerſa à ſeipſis, eſt conſyderatio, de qua ſpeculabitur in locis propriis. demum, ſi ſciunt, nomen quidem ſcientiæ dicitur de ſcientia eorum, & ſcientia noſtra æquiuoce. Quod autem dixit in hoc capitulo de cauſis viſionis, & Prophetię eſt quid, cui ſolus Auicenna aſſentit. ſed opiniones Antiquorum in hoc ſunt diuerſę ab hac opinione. nam eſſe ſcientiam de indiuiduis infinitis in actu, ex eo quòd eſt ſcientia indiuidualis, eſt quid impoſſibile. & intelligo per ſcientiam indiuidualem comprehenſionem, quę dicitur imaginatio. Et non eſt ponenda diſputatio de Prophetia, & viſione in hoc loco, niſi procedatur in hoc ad immenſam quęſtionem: & eſt operatio ſophiſtica, non autem topica. Attamen hoc, quod dixi de imaginatione corporum cœleſtium, ꝙ ſunt imaginatione: medię inter imagina-

Vniuerſale non habet eẽ extra animã

Nõ datur uolũtas uniuerſalis.

D

E

F

A tiones particulares,& vniuerſales,eſt ſermo ſatisfaciens. ſed quod ſequitur ex radicibus Philoſophorum eſt quòd corpora cœleſtia non imaginantur omnino.quoniam iſtæ imaginationes, vt diximus,ſunt propter cõſeruationem,ſiue ſint vniuerſales,ſiue particulares. & ſunt etiam ex neceſsitate conſyderationis noſtri intellectus.& ideo conſyderatio noſtra eſt generabilis, & corruptibilis. igitur neceſſe eſt vt nõ copuletur imaginationi, & non ſuſtentetur ea modo aliquo. quare hæc apprehenſio non erit vniuerſalis, nec particularis: ſed vniuntur ibi ambæ ſcientię neceſſario,ſ.vniuerſalis,& particularis: & differunt hic ex parte materierum propter hoc. & hoc modo eſt ſcientia de occulto, & Prophetia, & ſimilibus. & hoc declarabitur perfecte in loco proprio.

Cœlum non habet imma ginationem.

ALGAZEL.

B AIt Alga. Et reſponſio eſt vt dicatur, quare negatis dicenti q̃ Propheta ſcit futura notificatione à Deo proueniente, aut ab Angelo angelorum, & non indigemus aliquo eorum, quæ narrauiſtis,nec ratione in hoc. & nulla eſt vobis ratio de deſcenſu legis in tabulam,& calamum. nam habentes legem nõ intelligunt per tabulam,& calamum hoc deciſiue. & non amplectimur leges ablatione amplexus viarum intellectuum. Et quod dixiſtis, licet cõceſſerimus poſsibilitatem eius,quotienſcunque non conditionatur ablatio finis ab iſtis ſcitis,non ſcitur de eo eſſe,& non verificatur eſſe eius, Via vero in hoc eſt vt ſciatur à lege,non autem ab intellectu. Quod autem vos dicitis de ratione intellectuali primo,ædificatur ſuper multas propoſitiones, quarum deſtructionem non narrabimus, ſed tantummodo contradicimus tribus propoſitionibus. Quarum prima eſt, cum dicitis motum cœli eſſe voluntarium,& iam contradiximus huic C diſputationi, & adduximus deſtructionem rationum eorum in ea. Secunda eſt, ſi hoc concedatur vobis abuſiue,tunc, cum dicitis q̃ indiget imaginatione particulari in motibus particularibus, eſt quid, quod non conceditur. ſed non eſt diſtinctio apud eos ibi de corpore,quia eſt quid vnum: diuiditur tamen exiſtimatione, non autem motu, & eſt vnum continuatione. quomodo ergo cœli deſyderabunt complere loca poſsibilia eis? vt vos dicitis, & ſufficit eis imaginatio vniuerſalis,& voluntas vniuerſalis. & dabimus exemplum de voluntate vniuerſali, & particulari, vt bene intelligatur intentio eorum. Cum autem fuerit homini intentio exempli gratia ad faciendum feſtiuitatem in templo Dei, ex hac quidem voluntate vniuerſali non emanat motus: nam motus eſt particularis in partem deputatam, & menſura deputata. ſed non deficit fieri in homine, cum reſpicit templum imaginatione poſt imaginationem ad locum,in quo deambulat,& parte,in qua deambulat.& ſequitur omnis imaginatio particularis, & volun-

tas particularis ad motum præter ſubiectum, quod prouenit ei ex mo- D
tu. Hoc ergo eſt id , quod intelligunt per voluntatem particularem, quæ ſequitur imaginationem particularem . & hoc conceditur . nam partes numerantur,cum reſpicit Hieruſalem,& iter non eſt conſyderā tum,& oportet conſyderare locum preter locū,& partem pręter partem ex voluntate quadam particulari. motus vero cœleſtis eſt ei vnus modus tantum.nam rotundum in ſe ipſo,& termino ſuo,id non tranſit motus,quem vult:& non eſt ibi, niſi vnum attributum,& vna ſpecies,& vnum nomen.& eſt,ſicut deſcenſus lapidis deorſum,quia quęrit terram via propinquiori:& via propinquior eſt linea recta:& ad cōſyderandum lineam rectam non indiget innouatione cauſæ innouatæ præter naturam vniuerſalem petentem centrum cum innouatione propinquitatis,& remotionis,& peruentionis ad terminum,& exitus ab eo. Igitur ſic ſufficit iſti motui voluntas vniuerſalis ad motum , & non indiget volente . & hęc quidem propoſitio , conati ſunt verſutia E
quadam in pręponendo eam.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo autem Alga.& reſponſio eſt vt dicatur, quare negatis, vſque ad,non indiget aliquo eorum, quæ dixiſtis,eſt reſponſio quidem de genere auditus,non autem de genere intellecti.& non eſt ponendum in hoc libro. Philoſophi enim ſpeculanť de omni eo,quod eſt in lege. &, ſi id apprehendunt,tunc ſunt ęquales ambæ apprehenſiones:& hæc quidem erit perfectiſsima ſcientia. ſi vero id non apprehendunt, notificant diminutionem intellectus humani in eo,& ꝙ comprehenditur in lege tantum. Et , cum dubitat contra ęos cum expoſitione tabulæ,& calami eſt quid extra hanc diſputationem,nec etiam eſt ponendum hic. & hæc expoſitio de ſcientia occulti ipſius Auicennæ nihil eſt.Contradictio vero intellectualis,quam ad- F
duxit de mente Auicennę in hoc , eſt contradictio vera . nam cœlum non habet motum extra animam particularem inceſſu particulari,ita ꝙ hoc determinabit ꝙ ſit ei imaginatio. habens enim animam , quod mouetur extra animā motibus particularibus in locis particularibus habet proculdubio imaginationem de eis,ad quę mouetur, & de illis motibus,cum fuerint illa itinera non comprehenſa ab eo viſu.circulare vero, vt dixit,mouetur ex eo ꝙ eſt circulare vno motu, licet ſequantur illum motum vnum motus multi diuerſi particulares,ad id,quod eſt ſub eo ex entibus. nam non eſt intentio orbium de illis particularibus,niſi conſeruare ſpecies tm̄,quarum illa particularia ſunt particularia,non autem eſſe cuiuſcunq; particularis illorum particulariū, in eo ꝙ eſt particulare. qm̄, ſi hoc eſſet,neceſſe eſt vt cœlum proculdubio imaginaretur . eſt tamen ſpeculatio de particularibus , quæ fiunt ex eis,an ſint intenta ad ſeipſos,aut ad conſeruationem ſpeciei tantum.&

A impoſsibile eſt vt hoc declaretur in hoc loco, ſed videtur quòd eſt hic prouidentia proculdubio de particularibus ex parte ſomniorum veridicorum, & ſimilium ex pronoſticis futurorum, quę quidem in rei veritate eſt prouidentia in ſpecie. Nota de prouidentia.

ALGAZEL.

AIt Alga. Propoſitio tertia, & ex aſtutia nimis abſurda eſt, cũ dicunt ꝙ, cum conſyderantur motus particulares, conſyderantur etiam conſequentia eorum, & prouenientia ex eis, & hæc eſt ſtultitia abſoluta. & eſt ſicut dictum dicentis ꝙ, cũ homo mouet, & ſcit motuũ ſuum, oportet vt ſciat quod ſequitur ex motu ſuo de oppoſitione, & vicinitate. & eſt proportio eius ad corpora, quæ ſunt ſupra, & ſub eo, & ex lateribus. &, cum ipſe deãbulat in Sole, oportet vt ſciat loca, in quę cadit vmbra eius, & loca, in quę non cadit: & quod euenit B ex frigore ab vmbra ſua, cum abſcindatur radius in illis locis: & quod euenit ex conſtructione partibus terræ ſub plantis pedum ſuorum: & quod euenit de ſeparatione in eis: & quod euenit humoribus ſuis in vẽtre de mutatione ex cauſa motus ad caliditatem: & in quo membro ſuperabundauit caliditas, ita ꝙ quaſi corrumpit complexionem eius: & in quo membro rectificauit id, quod frigidum antea quaſi corrupit: & in quo loco rectificauit: & ẽt quicquid fecit in his membris de humiditate & ſiccitate: & quod ſequitur ex eis de oppilatione, aut putrefactione: & quod ſequitur ex hoc de mutatione pulſus, & demum de mutationibus partium corporis ad ſanitatem, ſeu ad ægritudinem: & quod mutatur in partibus eis ad ſudorem, aut ad aliam humiditatem: & ſic ſequitur in omnibus innouationibus in corpore eius, aut extra corpus de eo, cuius motus eſt cã, aut conditio, aut præparans. & eſt ſtultitia, quam non imaginatur intelligens, & non cadit in eam niſi ſtultus. Et ad hoc quidẽ deuenit hæc verſutia, adeo ꝙ nos dicimus de iſtis C particularibus diuerſis ſcitis in anima orbis, vtrum reperiantur impręſentiarum, aut denominatur eis id, quod venturum eſt in futurũ? Si intelligitis id, quod reperitur in præſentiarum eſt falſum ꝙ reſpiciat occultum. & Prophetę quidẽ percipiunt in vigilia, alii vero homines in ſomno id, quod futurum eſt eo mediante. Vlterius deſtruitur iudiciũ rõnis, quia eſt verſutia. nam qui ſcit rem, ſcit cõſequentia eius, & proſequentia: ita ꝙ, ſi ſciremus oẽs cauſas rerum, ſciremus omnes innouationes futuras: & tñ cauſæ omnium innouationum, quę reperiũtur impreſentiarũ ſunt motus cœleſtes: ſed determinamus cãm in eis, aut duobus mediantibus, aut multis mediantibus: &, cum tranſierit ad futurũ, non erit ei finis. quęro quõ ſciet dñia particulariũ in futurũ in infinitũ? & quõ congregant in aĩa creaturæ in vno tpe, abſq; eo ꝙ proueniant vnum poſt aliud ſcientię particulares diſtinctæ infinitæ, & vnitates earũ ſunt infinitę. & is, cuius intellectus non teſtatur de huius rei

falſitate, non confidat ingenio ſuo. Si vero conuertent ſupra nos hoc in ſcientia Dei glo. tunc dicimus non eſt alliganda ſcientia Dei glo. caſui de ſcitis ſuis modo, quo alligantur ſcientiæ creaturarum: ſed quotienſcunque ſcita fuerit anima orbis ab anima hominis, eſſet ſpeciei animæ humanæ. nam communicatur ei in eo, quòd comprehendit particularia mediate, & licet non apprehendat hoc deciſiue, erit tamen prędominium exiſtimationi ꝙ ſit ex ſpeciebus eius. ſi vero non prædominatum fuerit, tunc eſt poſsibile: & poſsibile deſtruit determinationem eorum in eo, quod determinauerunt. Si autem dixerit ꝙ mos ipſius animæ humanæ eſt vt apprehendat etiam omnia; tamen occupatio eius eſt inuolutionibus appetitus, iræ, & odii, & timoris, & doloris, demum accidentium corporis, & in eo, quod faciunt peruenire ad eam ſenſus, adeo ꝙ, cum proceſſerit anima humana in aliqua re, occupatur ab alia: ſed animę cœleſtes mundæ his attributis, non euenit eis inuolutio, & non impedit eas cogitatio, & dolor, & ſenſatio: ergo ſciunt omnia. Dicimus vnde ſcitis ꝙ non ſit eis occupatio? nonne ſeruitus earum, & deſyderium earum ad primum impedit eas, & præbet eis inuolutionem, quin conſyderent particularia diuerſa? aut quid redit falſum quin conſyderemus aliud prohibens præter iram, & appetitum, & hæc prohibentia ſenſibilia? & vnde ſcitur ꝙ includantur in eo, quod videmus de anima noſtra, & tamen intellectui ſunt occupantes ex magnitudine animæ, & petendo dominium id, quod non poteſt imaginari apud infantes, & non exiſtimant eas eſſe occupantes, & prohibentes? & vnde ſcitur falſitas eius, quod eſt loco earum in animalibus cœleſtibus? & hoc eſt, quod volumus narrare in ſcientiis, appellatis apud eos Diuinis. D E

AVEROES.

AIt Auer. Quod autem negat, quin ſit hic intellectus ſeparatus à materia, intelligens quidem res per conſequentia earum eſſentialia modo vniuerſalitatis eorum, non eſt impoſsibilitas eius ex rebus ꝑ ſe notis, nec ēt neceſsitas eſſe eius eſt ex rebus ꝑ ſe notis: ſed homines, ſ. Philoſophi exiſtimant ꝙ iam facta eſt demonſtratio apud eos, quòd reperiatur intellectus talis. Quòd vero reperiantur imaginationes infinitæ eſt impoſsibile vnicuique particulari hoc imaginari. Attamen quòd reperiatur infinitum in ſcientia antiqua, & quomodo erit ſcientia de particularibus, quæ fient in futurum homini ex parte ſcientię antiquę, eſt id, in quo, dicunt homines quòd apud eos eſt declaratio. nam anima intelligit de hac re vniuerſale, quod eſt in intellectu, non autem particulare, quod appropriatur tempori tali, & indiuidua nota apud eos. anima enim eſt in potētia omnia entia: & id, quod eſt in potentia, exiſtit in actum, aut propter res ſenſibiles, aut propter naturam intellectus præcedentis ſenſibilia in eſſe, F

ſcilicet

A ſcilicet intellectus, propter quem erunt entia ſenſibilia intelligibilia, & certe quidem non ex eo quòd ſunt in hac ſcientia imaginationes indiuiduorum infinitorum. demum exiſtimant quòd iam vniuntur ambæ ſcientiæ, vniuerſalis, & particularis in ſubſtantia ſeparata à materia.&,cum ipſa influit hanc ſcientiam ei,quod eſt hic, diuiditur ad vniuerſalem,& particularem.& non eſt hæc ſcientia vniuerſalis, nec particularis.& hoc quidem, ſiue contrarium eius non poteſt declarari in hoc loco.loqui enim de his rebus in hoc loco eſt, ſicut quis acceperit propoſitiones Geometricas, quæ non habent famoſitatem, & faciet cum eis verificationem, nõ autem ſatisfactionem primo aſpectu, & miſcebit vnam cum alia, ſcilicet dubitabit cum vna alteri.nam hoc eſt ex debilibus ſpeciebus loquelæ, & vilioribus ,quoniam non erit in hoc verificatio demonſtratiua, ſeu rethòrica. Et ſic etiam ſcientia de differentijs, quæ ſunt inter animas cœli, & animam humanam, ſunt quæſita profunda. & qui loquitur de aliquo eorum extra locum
B ſuum, aut erit ſermo eius de eis extraneus, aut rhetoricus, & primo aſpectu, ſcilicet propoſitionum poſsibilium: ſicut dicunt quòd potentia iraſcibilis,& concupiſcibilis prohibent animam humanam ab apprehenſione eius, cuius apprehenſio eſt propria animæ. nam iſti ſermones, & ſimiles, apparet de eis quòd ſunt poſsibiles, & oportet afferre rationem eis, & diriguntur ad eos multæ poſsibilitates oppoſitæ. Et hic finis imponitur ei, quod decreuimus narrare de notificatione ſermonum, qui ſunt in hoc libro diſputationibus Metaphyſicis:& eſt maior pars huius libri. & deinde loquemur de diſputationibus Phyſicis, ſi Deus Glorioſus voluerit.

*

IN PHYSICIS

DISPVTATIO PRIMA.

DE IVDICIO EORVM, QVOD HAEC COPVLATIO, QVAE APPARET IN ESSE INTER CAVSAS ET cauſata, eſt copulatio, quæ conſequitur neceſſario.

ALGAZEL.

AIT Alga. Ea aũt, ad quę eſt intentio in naturalibus, ſunt multæ ſcientię. & narrabimus partes earum, ad notificandum quòd lex non neceſsitat, nec aſtringit vt contradicatur eis, & negentur niſi in locis, quę narrabimus. Et diuiduntur profectò in radices, & ramos. Radices autem ſunt octo partes. quarum Prima eſt, in qua narrabitur id, quod euenit corpori, in eo ꝙ eſt corpus, ſicut eſt diuiſio, & motus, & mutatio, & id, quod euenit motui, & ſequitur ei, vt tempus, & vacuum. & id includit liber, appellatus Liber Phyſicorum. Secũda eſt notificatio diſpoſitionum partium elementorum cum orbibus, & eius, quod eſt in concauo orbis Lunę ex elementis quatuor, & naturis eorum, & cauſa appropriationis vniuſcuiuſque eorum in loco tali demonſtrato. & id includit Liber, appellatus de Cœlo, & Mundo. Tertia, notificantur in ea diſpoſitiones generationis, & corruptionis, & geniturę, & crementi, & mutationis, & qualitatis perfectionis ſpecierum cum corruptione indiuiduorum ex duobus motibus cœleſtibus, orientali, & occidentali. & id includit Liber appellatus de Generatione, & Corruptione. Quarta ſpeculatur ea de rebus euenietibus quatuor elementis ex miſtionibus, ex quibus fiunt impreſsione ſuperioris, vt nubes, & pluuię, & tonitrua, & lampades, & circulus circa Lunam, & iris, & corruſcationes, & venti, & terręmotus. & id includ u-

D

E

A dit Liber Meteororum appellatus. Quinta ſpeculatur ea de mineralibus. Sexta ſpeculatur ea de plantis. Septima ſpeculatur ea de dit Liber Meteororũ appellatus. Quinta ſpeculatur ea de mineralibus. Sexta ſpeculatur ea de plãtis. Septima ſpeculatur ea de animalibus.& eſt Liber dictus de Naturis animaliũ. Octaua ſpeculatur ea de animabus animaliũ,& virtutibus apprehenſiuis,& ꝙ homini inſit anima,quæ nõ moritur ad mortẽ hominis,i. ꝙ ſubſtantia ſpiritualis finiatur.quod eſt falſum.Earũ aũt rami ſunt ſeptẽ. quorũ Primus eſt Medicina.cuius intentio eſt ſcire principia corporis humani,& diſpoſitiones eius ex ſanitate, & ægritudine, & cauſis, & ſignis earum ad hoc vt ægritudo remoueatur, & tũc conſeruatur ſanitas. Secundus eſt Iudicium ſtellarum:& eſt conſyderatio faciens iudicium ex figuris planetarum de eo,quod euenit ex rebus mundi, & tempore, & filiis,& cremento,& ætatibus.Tertius eſt ſcientia Phyſionomiæ: & eſt faciens iudicium ex figura,& diſpoſitione eius de moribus. Quartus

B eſt Interpretatio ſomniorũ:& eſt faciẽs iudicium ex eo, quod eſt ſimile de impreſſione alterius. Quintus eſt ſcientia Imaginum: & eſt copulatio virtutũ cœleſtiũ virtutibus aliquorũ corporũ terreſtrium, vt fiat ex hoc operatio extranea in mũdo terreſtri. Sextus eſt ſcientia Præſtigiationis:& eſt miſtio virtutum corporũ terreſtriũ, vt fiant ex eis res extraneæ. Septimus eſt ars Alchimiæ: & intentio eius eſt permutare ſubſtãtias minerales ad perueniendũ ad purificatiõnẽ auri, & argenti, aut in aliqua ſpecie apparẽtię. Lex aũt non aſtringit vt contradicatur eis in aliqua re harũ ſciẽtiarũ.nos vero diſputabimus cõtra Philoſophos ex omnibus iſtis ſciẽtiis quatuor diſputationibus.

AVEROES.

C Dit Auer. Id autem, quod numerauit de octo generibus ſcientiæ Naturalis eſt verum ſecundum opinionem Ariſt. Attamẽ ſcientiæ,quas numerauit, quòd ſint rami earum,non ſunt ſic, ſicut ipſe numerauit.nam Medicina non eſt ex ſcientia Naturali. eſt enim ars factiua, quæ aſſumit principia ſua à ſcientia Naturali. quoniam ſcientia Naturalis eſt ſpeculatiua: Medicina vero eſt factiua.&,cum loquimur de re communi in duabus ſcientiis, erit duobus modis,vt cum loquimur de ſanitate,& ægritudine. nam habens ſciẽtiam Naturalem conſyderat de ſanitate,& ægritudine,in eo ꝙ ſunt ex paſsionibus entium naturalium:Medicus vero conſyderat de eis,in eo quòd conſeruat vnam earum, & deſtruit alteram, ideſt quòd ipſe conſyderat de ſanitate, in eo quòd conſeruat eam, & ægritudine, in eo quòd remouet eam. Scientia autem iudicii ſtellarum non eſt etiam ex ea,ſed eſt ſcientia in pronoſticando id,quod fiet in mundo: & eſt ſpecies diuinationis. Et huius generis eſt etiam ſcientia Phyſionomiæ, niſi quòd ſcientia Phyſionomiæ eſt ſciẽtia rerum occulta-

-rum,quæ nunc reperiuntur,non autem futurarum. Et ſcientia Interpretationis ſomniorum eſt etiam ſpecies pronoſticationis eius, quod fit.& hoc quidem genus ſcientiæ non eſt ſpeculatiuum, nec factiuum licet exiſtimetur quòd habetur vtilitas ex eo in operatione. Scientia autem Imaginum eſt falſa.quoniam impoſsibile eſt,ſi poſuerimus ꝙ ſitus cœleſtis faciat impreſsionem in rebus,quę fiunt hic, vt ſit illa impreſsio,niſi in re facta,non autem vt tranſeat illa impreſsio huius rei factæ ad aliã rem extra eam. Scientia autem Pręſtigiationis ſunt ſcientiæ,quæ ingrediuntur in capitulum mirabilium, & non habent introitum in artibus ſpeculatiuis. Alchimia vero eſt ars, in qua eſt dubium an reperiatur.&,ſi reperitur, impoſsibile eſt vt quod fit in ea ſit ipſummet naturale.nam ars diminuitur in aſsimilando naturæ,nec peruenit ad eam in rei veritate. &, ſi fecerit aliquid ſimile, quo ad ſenſum,rei naturali,non eſt apud nos aliquid, quod neceſsitet falſitatem,nec poſsibilitatem eius,& quod poſsibile eſt vt perueniamus ex eo ad hoc eſt longa experientia cum longitudine temporis. Quatuor autem diſputationes,quas numerauit Alg.nos profecto recitabimus vnamquãque earum.

D

E

ALGAZEL.

AIt Alga. Diſputatio prima eſt iudicium eorum, quòd hæc copulatio,quæ videtur ineſſe inter cauſas,& cauſata, eſt copulatio,quæ ſecuta eſt neceſſario,& non eſt in poſſe,nec poſsibilitate vnire cauſam abſque cauſato, nec eſſe cauſatum abſque cauſa. Secunda autem,cum dicunt ꝙ animæ humanæ ſunt ſubſtantię exiſtentes in ſeipſis,& non ſunt infixæ in corpore,& mors eſt ceſſatio copulationis earum in corpore ceſſatione regiminis,ſed ſunt exiſtentes in ſeipſis omni hora.& exiſtimauerunt ꝙ hoc eſt ſcitum demonſtratione intellectuali. Tertia autem,cum dicunt ꝙ iſtæ animæ, eſt falſum dicere de eis quòd corrumpantur,ſed,cum reperiantur, ſunt æternæ, & perpetuæ,& non imaginatur finitas durationis earum. Quarta vero eſt,cũ dicunt ꝙ iſtæ animæ falſum eſt dicere quòd redeant ad corpora. Sequitur autem quæſtio in Prima diſputatione,ex eo quòd ædificatur ſuper eam affirmatio miraculorum reſcindentium conſuetudines,ſicut eſt conuerſio baculi in ſerpẽtem,& viuificatio mortuorum,& quieſcere Lunam. & ponens curſum conſuetudinum ſemper proſequi neceſſario negat totum hoc.& exponunt id, quod ponit in libris Prophetarum de viuificatione mortuorum, & dixerunt ꝙ intelligitur per hoc, Cauete ne ſitis ignari in vita ſcientiæ. Et exponunt conuerſionem baculi faſcinationem ex faſcinationibus in deſtructionem rationum diuinarum notarum apparentium mediãte Moſi cum erroribus Hæreticorum. Quieſcere autem Lunam aliquando id negauerunt, & exiſtimauerunt quòd non eſt poſsibile. Attamen non F

A concedunt Philoſophi miracula reſcindentia conſuetudines, niſi tribus rebus. quarum Vna eſt virtute imaginatiua. nam ipſi exiſtimauerunt ꝙ cum prædominatur, & fortificatur, & non impediunt eam inuolutiones, & ſenſus reſpicit in tabula ſeruata, & imprimuntur in ea formæ particulares, quæ fiunt in futurum. & hoc quidem in vigilia Prophetis, & aliis hominibus in ſomno. & hoc eſt proprium Prophetiæ virtute imaginatiua. Secũda vero eſt propria virtuti intellectiuæ ſpeculatiuæ, & deuenit ad fortem extimatiuã, & eſt celeritas permutandi ex ſcito ad ſcitum. & aliquando purificatur, cum cogitans in eo, ad quod ſumitur ratio, & excitatur ad rationem. &, cum recordatur ratione, excitatur habens rationem ex ſeipſo. demũ, cum occurrit ei terminus medius, excitatur ad concluſionem. &, cum fuerit in intellectu ſuo terminus concluſionis, peruenit ad mentem ſuam terminus medius congregans extremitates concluſionis. Et homines profecto differunt in hoc. Nam ſunt aliqui, qui mouentur ex ſeipſis: & ſunt ali

B qui, qui mouentur pauca excitatione: & ſunt aliqui, qui non comprehendunt cum excitatione, niſi diminutione magna. &, quemadmodũ poſsibile eſt vt eueniat vltima diminutio non habenti ſenſationem omnino, ita quòd non mouetur ad intelligendum intelligibilia cum excitatione, ſic etiam poteſt euenire vltima fortitudo, & additio, vt excitetur ad omnia intelligibilia, aut ad plurima eorum, & tempore breuiori. & differt hoc quantitate in omnibus quæſitis, aut aliquibus, & etiam qualitate, ita quòd differt celeritate, & propinquitate. & forte reperietur propinquitas animæ ſanctæ puræ, quæ tranſit in ſenſatione in omnibus intelligibilibus ad ſcientiam, & celerrimo tempore. & eſt Propheta, qui habet mirabilem virtutem ſpeculatiuam, & non indiget in intelligibilibus docente, ſed quaſi ipſe addiſcit ex ſe ipſo. & eſt is, qui denominatur ꝙ quaſi illuminatur lumen eius, licet non tangat id ignis: & eſt lumen præ cæteris luminibus. Tertia vero eſt vir

C tus animalis factiua, quæ peruenit ad terminum, quo diſponuntur naturæ, & obediunt ei. Et exemplum eius. nam anima alicuius noſtri, exempli gratia cum imaginatur aliquid, inſeruiunt ei membra corporis, & virtutes, quæ ſunt in ea, & mouetur ad partem imaginatã quæſitam, ita quòd, cum imaginatur aliquid ſuauis ſaporis, reſoluuntur gengiuæ, & excitatur virtus reſoluens humiditatem ſpermaticam à loco ſuo. &, cum imaginatur coitum, excitatur virtus, & induratur inſtrumentum. etiam, cum deambulauerit ſuper corpus longum extenſum in vacuo, & ſuper trabem, cuius extrema ſunt in duobus parietibus, fit fortiter imaginatio eius quòd cadat, & patitur corpus hac imaginatione, & cadit. &, ſi hoc eſſet ſuper terram, deambularet ſuper eam celeriter, & non caderet, quoniam corpus, & virtutes corporales creatæ ſunt ad ſeruiendum, & obediendum animalibus. & differt hoc diuerſitate puritatis animarum, & fortitudinis earum. Et non eſt inconueniens vt perueniat virtus fortitudinis animæ ad terminum,

quo inſeruiat ei natura neceſſario, & abſque corpore. nam anima eius D
non eſt innata in corpore, niſi quòd habet aliquam excitationem, & deſyderium ad regimen eius. & creatum fuit hoc in radice creationis eius. &, quemadmodum oportet vt ſeruiant ei membra ſui corporis, ſic non eſt impoſsibile quin ſeruiat ei aliquid præter corpus, adeo ꝙ conſyderabit, & perueniet anima eius ad flatum venti, aut deſcenſum pluuiæ, aut innouationē toni, aut terræmotuum, & profundat homines. & hoc quidem peruenit ad frigus venturum, aut calidum, aut motum in aere: & fit ex anima eius hæc caliditas, aut frigiditas. & fiunt ex ea hæc abſque cauſa naturali manifeſta. & erit hoc miraculum: licet hoc eueniat aeri diſpoſito ad recipiendum. ſed non peruenit ad hoc vt conuertatur lignum in animal, aut reſcindatur Luna, quæ non recipit reſciſsionem, & extenſionē. hæc eſt opinio eorum de miraculis. Nos vero nō negamus ꝙ ſit aliquid eius, quod dixerunt, & ꝙ hoc ſit Prophetis: negamus tamen ſufficientiam eorum in eis tantum, & negationem eorum conuerſionis baculi in ſerpentem, & viuificationis E
mortuorum, & alia. igitur neceſſe eſt vt diſputemus in hac diſputatione ad affirmandū miracula, & aliud: & eſt ad conſeruandum id, ad quod peruenerunt perfecti: & eſt ꝙ Deus omnia poteſt. & diſputabimus in hoc intento.

AVEROES.

Ait Auer. Loqui autem de miraculis, Antiqui philoſophorū non fecerunt de eo ſermonem. quoniā hoc eſt apud eos ex rebus, de quibus non ſunt ponendæ quæſtiones diſcutiēdę. nam ſunt principia legum: & qui ſpeculatur de eis, & dubitat de ipſis, oportet condemnari apud eos, queādmodū qui ſpeculatur de aliis principiis legis vniuerſalibus. ſicut, ſi Deus glo. reperitur: & ſi ſummum bonum reperiatur: & ſi virtutes reperiantur, in quorū eſſe non dubitatur, & qualitas eſſe eorū eſt quid diuinum abſtractum ab apprehenſione intelle F
ctus humani. & cauſa huius eſt, qm̄ hæc ſunt principia eorū, quæ operantur quibus homo erit religioſus. & non eſt modus ad perueniendū ad ſcientiam, niſi poſtquā peruenerit ad religionem. & oportet vt nō ſe intromittat ad ſpeculandum de principiis, quæ faciūt dignitatem, antequam perueniat ad dignitatē. Et, cū artes ſcientificæ non perficiantur, niſi procemiis, & præambulis, quæ primo recipiet addiſcens, quāto magis hoc debet eſſe in rebus, quæ operantur. Quod autem dixit de cauſis huius nomine Philoſophorum eſt ſermo, quem neſcio aliquem dixiſſe, niſi Auicennam. Attamen, cum verificatum fuerit ipſum eſſe, & poſsibile ſit vt mutetur corpus ab eo, quod non eſt corpus, nec potentia in corpore abſque mutatione eius, tunc id, quod dedit de cauſa eius eſt poſsibile. tamen non omne, quod eſt poſsibile, in natura ſua poteſt homo id facere. nam poſsibile homi-

A ni eſt ſcitum, & plurima poſsibilium ex ſeipſis ſunt impoſsibilia ei. Igitur veritas quòd Propheta ſcindat conſuetudines eſt impoſsibilis homini, eſt tamen poſsibilis in ſe. & non oportet in hoc vt ponatur quod res impoſsibiles in intellectu ſint poſsibiles Prophetis. Et, cum bene conſyderaueris in miraculis, quorum eſſe verificatum eſt, inuenies ea eſſe huius generis. et quod magis manifeſtum eſt ex eis in hoc eſt Liber Dei omnipotentis, qui non deſtruit conſuetudinem per viam auditus, ſed probatum eſt eſſe miraculum ſenſu, et conſyderatione omnibus hominibus repertis, et qui reperientur vſque ad diem iudicii. et in hoc ſunt hæc miracula nobiliora cæteris miraculis. et ſufficiat hoc ei, qui non contentatur tacere in hac diſputatione, & ſciat quòd via electorum in verificatione Prophetarum eſt alia via, ad quã excitauit nos Aui. in multis locis, & eſt operatio, proueniens ab attributo, quo Propheta appellatur Propheta: quæ eſt notificatio occulti, & poſitio legum conuenientium veritati, & facientium adipiſci ex
B operationibus id, quod eſt ſummum bonum omnis creaturæ. Id vero, quod recitauit de prophetia ex Philoſophis, neſcio aliquem dixiſſe hoc, niſi Aui. Attamen quod dicunt Antiqui de prophetia, et viſione, eſt ꝙ ſit ab ipſo Deo glo. mediante aliquo ente ſpirituali, quod non eſt corpus, et eſt tribuens intellectum humanum apud eos: et eſt id, quod appellant Moderni intellectum agentem: et appellatur in lege Angelus. et reuertamur ad id, quod dixit de his quatuor diſputationibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Copulatio autem inter id, quod reputatur ad modum cauſæ, et id, quod reputatur cauſatum, non eſt neceſſaria apud nos. ſed omnia duo, quorum hoc non eſt illud, nec illud hoc, et affirmatio vnius non includit affirmationem alterius, nec negatio vnius includit negationem alterius, non eſt ex neceſsitate eſſe vnius eſſe alterius, nec ex neceſsitate priuationis vnius vt priuetur alterum. ſicut eſt ebrietas et potus, ſaturatio et commeſtio, combuſtio et tactus ignis, lumen & eleuatio Solis, mors & diuiſio colli, potus medicinæ et fluxus ventris et aſſumptio ſolutiui. et ſic ſequimur ad ad omnia, quę videntur ex copulatis in Medicina, et iudiciis ſtellarum, et artibus, et dictionibus, quorũ copulatio non prçceſsit, & eſt in poſſe Dei glo. creare ea ęqualiter, non ꝙ ſit neceſſarium ex ſe, nõ recipiẽs quidẽ diminutionẽ, ſed ex poſſe, et in poſſe eius eſt creare ſaturationẽ abſq; cõmeſtione, et creare mortem abſque ſectione colli, et facere continuationem vitę cum ſectione colli. et ſic ſequitur in omnibus copulatis. et Philoſophi quidem negauerunt poſsibilitatem eius, et ratiocinati ſunt de falſitate eius. Et conſyderatio de his rebus, quę excipiuntur ab vniuerſali eſſet longa. attamen exemplificabimus in hoc

cum vno exemplo, & eſt combuſtio in ſtuppa exempli gratia cum ta D
ctu ignis. quia nos concedimus eſſe tactum inter ea abſque combu-
ſtione, & concedimus fieri conuerſionem ſtuppæ combuſtæ in ci-
nerem abſque tactu ignis. ipſi tamen negant poſsibilitatem huius.
Et ſermoni quidem in hac diſputatione ſunt tria loca. Quorum Pri-
mus eſt vt dicat aduerſarius ꝙ agens combuſtionis eſt ignis tantum,
& eſt agens naturaliter, non aũt electiue: igitur impoſsibile eſt ei vt
recedat ab eo, quod eſt ei connaturale, cum tetigerit ſubiectum reci-
piens. Et hoc quidem nos negamus, ſed dicimus quòd agens com-
buſtionis creauit nigredinem in ſtuppa, & ſeparationem in partibus
eius, & poſuit eam combuſtam, & cinerem, & eſt Deus glo. median-
tibus Angelis, aut immediate: ignis vero eſt quid inanimatum, non
habens quidem operationem, quęro quę eſt ratio ꝙ ipſe ſit agens? &
non habent rationem niſi teſtimonium aduentus combuſtionis cum
tactu ignis. ſed teſtimonium indicat ꝙ aduenit cum eo, & non indi-
cat ꝙ aduenit ex eo, & ꝙ non ſit cauſa alia pręter eum. nam nulla eſt B
differentia in eo, ꝙ copulatio ſpiritus virtutibus apprehenſiuis, & mo
tiuis in ſpermate animalis nõ generetur ex naturis incluſis in calido,
frigido, humido, & ſicco, & in eo, ꝙ pater efficiat embrionem caſu ſper
matis, nec ipſe efficit vitã eius, & viſum, & auditũ, & alia, quę ſunt in
eo. & patet ꝙ ſunt in eo, & tñ nemo dicit ꝙ ſunt ex eo, ſed eſſe eorum
eſt ex parte primi, aut immediate, aut mediantibus Angelis deputatis
his rebus, quę fiunt. & hoc eſt, quod determinant Philoſophi, dicen-
tes ꝙ in hoc mundo eſt efficiens. & ſermo eſt cum eis. Igitur declara-
tum eſt ꝙ eſſe cum re non indicat ꝙ ſit ex ea: attamẽ declarabitur hoc
exemplo. Et eſt, qui natus eſt cęcus, ex eo ꝙ in oculis ſuis eſt velamẽ
nebulę, & non audierit ab hominibus differentiam inter diem & no-
ctem, ſi quidem remoueretur nebula ab oculis in die, ꝙ aperiret palpe
bras ſuas, & viderit coloresꝰ, exiſtimabit ꝙ comprehenſio habita per
oculos ſuos de pictura colorum, agens eius eſt apertio viſus: & quo- F
tienſcũque fuerit viſus eius ſanus, & apertus, & velamen ablatum, &
homo obiectum coloratum, neceſſe eſt proculdubio vt videat: & non
intelligit ꝙ nõ videt, vſquequo occiderit Sol, & obſcuratus fuerit aer,
& tunc ſciet ꝙ lumen Solis eſt cauſa impreſsionis colorum viſui ſuo:
quęro vnde credimus iudicio ꝙ ſint principiis eſſe cauſę, ex quibus
influuntur hę innouationes cum tactu inter eas, niſi ꝙ ſunt perma-
nentes: & non ſunt corpora mobilia vt deficiant: &, ſi deficerent com-
prehenderemus ſeparationem, & conſiderauimus ꝙ ſit ibi cauſa poſt
illam, quam vidimus. & hoc non poteſt euitari ab eo ſecundum ra-
tionem radicum eorum. & ideo determinauerunt verificantes eorum
ꝙ iſta accidentia, & innouationes, quę proueniunt cum tactu corpo-
rum, & demum cum diuerſitate proportionis earum, influant à dato-
re formarum, & eſt Angelus, aut Angeli, adeo ꝙ dixerunt ꝙ impreſ-
ſio formarum colorum oculo prouenit ex parte datoris formarũ: or-

A tus autem Solis, & pupilla ſana, & corpus coloratum pręparant ſubiectum ad recipiendum has formas: & affirmauerunt hoc omni innouato. & hoc quidem deſtruit rationem eius, qui ratiocinatur quòd ignis ſit efficiens combuſtionis, & panis efficiens ſaturationis, & ſolutiuũ efficiens ſanitatis, & ſic aliæ cauſæ, & cauſata.

AVEROES.

Ait Auer. Negare autem cauſas efficientes, quas videmus in ſenſibilibus, eſt ſermo ſophiſticus. & loquens ad hoc, aut cum lingua ſua negat id, quod eſt in corde ſuo, aut ſequitur inuolutionem ſophiſticam, quæ ſibi euenit in hoc. & qui aufert hoc, nonne poterit ſcire quòd omnis actio impoſsibile eſt quin fiat abſque agente? Attamen ſi iſtę cauſæ ſufficiunt ex ſe operationibus prouenientibus ex eis, aut perficient operationes ſuas ex cauſa extrinſeca ſeparata, aut non ſeparata, eſt quid non per ſe notum, & indiget inquiſitione, & conſyderatione magna. B Et, ſi inuenerunt hoc dubium in cauſis agentibus, in quibus apparet ſenſu quòd aliquæ agant aliquas, ex eo quòd eſt hic ex agentibus, quorum agens non apparet ſenſu, hoc quidem non eſt verum. nam illa, quorum cauſæ non apparent ſenſu, ſunt intelligibilia, & quæſita, ex eo quòd non habentur ſenſu cauſæ eorum. Si vero fuerint illa, quorum cauſæ non apparent ſenſu, ignota naturaliter, & quæſita, tunc id, quod non eſt ignotum, ſunt cauſæ eius ſenſibiles neceſſario. & hoc eſt de actione eius, qui non diuidit inter notum per ſe, & ignotum. igitur quod adduxit in hoc capitulo eſt ſophiſticum. Vlterius quid dicent de cauſis eſſentialibus, ſine quarum cognitione non intelligitur ens. nam notum eſt per ſe quòd in rebus ſunt ſubſtantiæ, & attributa, quæ determinauerunt operationes proprias cuilibet enti. & ſunt ea, propter quæ differunt C ſubſtantiæ rerum, & nomina, & definitiones earum. &, ſi non eſſet cuilibet enti operatio ſibi propria, non eſſet ei natura ſibi propria. &, ſi non eſſet ei natura ſibi propria, non eſſet ei nomen ſibi proprium, nec definitio: & eſſent omnia eadem, & non eadem. nam de eodem interrogaretur an ſit ei operatio vna ſibi propria, ſiue paſsio, ſiue propria, aut non habet operationem. &, ſi habet operationem ſibi propriam, igitur hic ſunt operationes propriæ prouenientes à naturis propriis. &, ſi non habebit vnam operationem ſibi propriam, igitur vnum non eſt vnum. &, cum aufertur natura vnius, aufertur natura entis. &, cum aufertur natura entis, ſequitur priuatio. Attamen operationes prouenientes à quolibet ente neceſſariæ actionis in eo, cuius natura eſt vt agat, an ſunt electiuę, aut poſsibile vt plurimum, aut eſt eis vtrunque ſimul, eſt quęſitum, in quo debet fieri ſpeculatio. nam actio, & paſsio vna inter quęlibet duo entia ex entibus eſt propter aliquam relationem relationum infinitarum: & iam datur relatio ſequẽs

relationem: quare non decidemus de igne, ſi approximatus fuerit corpori ſentienti ꝙ agat proculdubio. quoniam non eſt inconueniens, quin ſit ens, cui ſit ad corpus ſentiens relatio, quæ relatio impediet operationem ignis, vt dicitur de lapide balnei, & aliis. hoc tamen non faciet neceſſario negationem ignis ab attributo combuſtionis, quotiẽſcunque perſeuerabit eſſe ei nomen ignis, & definitio eius. Quòd vero entia, quæ fiunt, habeant quatuor cauſas, agens, materiam, formam, & finem, eſt notum per ſe. & ſic etiam eas eſſe neceſſarias in eſſe cauſatorum: & præcipue illas, quæ ſunt pars rei cauſatæ, ſ. quam appellant aliqui materiam, & aliqui conditionem & ſubiectum, & aliqui formam, & aliqui attributum animale. Loquentes autem confitentur quòd ſunt hic conditiones, quæ ſunt neceſſariæ in conditionato, ſicut id, quod dicunt, quòd vita ſit conditio in ſcientia: & ſic confitentur quòd rebus ſunt verificatio, & definitiones, & ſunt neceſſariæ in eſſe entis: quare perſeuerant iudicium in hoc palam, & occulte eodem modo. & ſic faciunt in paſsionibus ſequentibus ſubſtantiam rei: & eſt id, quod appellant rationem, ſicut dicunt quòd adaptatio in ente indicat quòd agens ſit intelligens: & eſſe ens, in quo eſt intentio ad aliquem finem indicat quòd agens ſcit ipſum. intellectus enim nihil aliud eſt, niſi apprehenſio entium cum cauſis ſuis. & in hoc differt ab aliis virtutibus apprehenſiuis. & qui aufert cauſas aufert intellectum. & ars Logice ponit poſitione quòd ſint hic cauſæ, & cauſata, & quòd ſcientia illorum cauſatorum non erit perfecte, niſi ex ſcientia cauſarum eorum. Igitur negare hæc deſtruit ſcientiam. nam ſequitur quòd non ſit hic aliquid ſcitum omnino ſcientia vera: ſed, ſi fuerit, erit imaginatum. & non erit hic demonſtratio, nec definitio omnino, & auferentur ſpecies prædicatorum eſſentialium, ex quibus componuntur demonſtrationes. Et ponens quòd non datur ſcientia vna neceſſaria, ſequitur ei vt non ſit hoc ſuum dictum neceſſarium. Qui vero confitetur quòd ſunt hic aliqua talia, & aliqua non neceſſaria, & iudicat anima de eis iudicio imaginatiuo, & exiſtimat quòd ſunt neceſſaria, & tamen non ſunt neceſſaria. Philoſophi quidem non negant hoc ei. & , ſi appellant hoc conſuetudinem, eſt poſsibile: ſin autem, neſcio quid intelligunt per nomen conſuetudinis, an intelligunt quòd ſit conſuetudo agentis, aut conſuetudo entium, aut conſuetudo eorum apud iudicium de iſtis entibus. & falſum eſt vt Deo ſit conſuetudo. nam conſuetudo eſt habitus, quem acquirit agens, qui facit reiterationem actionis ab eo vt plurimum: & Deus glo. dixit Ego vero dominus non mutor: & non eſt in eo aliquid mutationis omnino. Si vero intelligunt quòd ſit conſuetudo entium, conſuetudo quidem nõ eſt niſi in habentibus animam. ſi vero fuerit in non habentibus animam, eſt verificatio naturæ. & hoc quidem non negamus, ſcilicet ꝙ ſit in entibus natura determinans rem aut neceſſariam, aut vt plurimum. Quod autem ſit in nobis conſuetudo in iudicio de entibus,

Intellectus nihil aliud eſt, niſi apprehẽſio entium cũ ſuis cauſis.

A hæc quidem conſuetudo nihil aliud eſt, niſi actio intellectus, quam determinat natura eius, & ea intellectio eſt intellectus. & non negant Philoſophi talem conſuetudinem. & eſt dictio ſophiſtica, cum verificabitur quòd non ſit ſub ea aliquid, niſi quòd ſit actio poſitiua: ſicut dicimus procedit tale agens vt faciat hoc & hoc, ideſt quòd ipſe id faciet vt plurimum. &, ſi hoc fuerit, eſſent omnia entia poſitiua, & non erit ibi ſcientia omnino, qua attribuitur agenti quòd ſit ſapiens. &, ſicut diximus, non debemus dubitare quòd talia entia aliquod eorum agit in aliquod, & ex aliquo, & ipſa non ſufficiunt ex ſeipſis in hac actione, ſed indiget agente ab extra, cuius actio eſt conditio in actione eorum etiam in eſſe eorum, quanto magis in actione eorum. Quæ autem ſit ſubſtantia huius agentis, aut agentium, differunt in eo Sapientes quibuſdam modis, & non differunt quibuſdam modis. nam omnes conuenerunt in hoc, quòd agens primum eſt ſeparatum à materia: & hoc agens operatio eius eſt conditio in eſſe rerum,
B & eſſe operationum earum. & peruenit operatio huius agentis his entibus, mediante aliquo intellecto ei, quod eſt aliud ab iſtis entibus. & aliqui ponunt id eſſe cœlum tantum: & aliqui ponunt cum cœlo aliud ens remotum à materia: & eſt id, quod appellant datorem formarum. & non eſt hic locus ſpeculationis de iſtis opinionibus. & nobilius eorum, de quibus ſpeculantur Philoſophi, eſt hoc. &, ſi fueris ex eis, qui deſyderant has veritates, vade ad quodlibet eorum in capitulo proprio. Accidit tamen quæſtio in innouatione formarum eſſentialium, & præcipue animarum: quoniam non poſſunt attribuere hoc calido, frigido, humido, & ſicco, quæ ſunt cauſæ eius, quod ſit hic ex naturis, & eius, quod corrumpitur. Deharii autem ſunt, qui attribuunt omne, quod videtur hic ex eo, cuius non eſt cauſa, quę attribuatur calido, frigido, humido, & ſicco. & dicunt ꝙ, cum iſta elementa miſcentur aliquibus commiſtionibus, fiunt hę res, tanquam
C ſequentes illas miſtiones, ſicut fiunt colores, & alia accidentia. & Philoſophi conati ſunt dubitare contra iſtos, & primum contra eum, quã locutus eſt de cauſa.

ALGAZEL.

AIt Alg. Locus autem Secundus eſt cum eo, qui confitetur ꝙ hæ innouationes influunt à principiis innouationum: diſpoſitio tamen ad recipiendum formas prouenit ab his cauſis apparentibus, quæ reperiuntur agentes, niſi ꝙ illa principia etiam proueniunt res ex eis conſecutiue & naturaliter, non autem per viam conſilii & electionis, ſicut prouenit lumen à Sole. Attamen ſunt differentes in diſpoſitione circa receptionem propter diuerſitatem diſpoſitionum earum. nam corpus clarum recipit radium Solis, & reddit eũ, adeo ꝙ illuminat eo alium locum: opacum vero hoc non recipit. & aer

non impedit extenſionem luminis eius: lapis vero impedit & aliqua D diſſoluuntur in Sole. & aliqua indurantur: & aliqua dealbantur, vt ſunt panni lutorum, & aliqua denigrantur, vt facies. principium autem eſt vnum, & impreſsiones diuerſæ ex diuerſitate diſpoſitionum in ſubiecto. & ſic principia entitatis influxus eorum ei, quod prouenit ex eis, nulla eſt in eo prohibitio, nec diminutio: diminutio tamen eſt in recipientibus. &, cum res ſic ſe habuerit, quotienſcunque poſuerimus ignem in conditione ſua, & poſuerimus duas ſtuppas ſimiles contagi ab eo eodem modo, quomodo imaginetur vt comburatur vna earum, & non alia? & ibi nulla eſt electio. Et propter hoc negauerunt caſum Abraæ in ignem caſdim cum priuatione combuſtionis, & remanentia ignis: & exiſtimauerunt quòd hoc eſt impoſsibile, niſi negando caliditatem ab igne: & hoc aufert ei quòd non ſit ignis aut concedendo conuerſionem ſubſtantiæ ipſius Abraæ in lapidem, aut aliquid, in quod non agit ignis. & hoc non eſt poſsibile, & illud etiam non eſt poſsibile. E

AVEROES.

Ait Auer. Qui putauit ex Philoſophis quod hæc entia ſenſibilia non agunt adinuicem, ſed agens eorum eſt principium ab extra, non poterit dicere quòd id, quod videtur de actione alicuius eorum in aliquod, eſt quid falſum in totum, ſed dicet quòd ipſa agunt adinuicem diſpoſitionem ad recipiendum formas à principio ab extra. Attamen neſcio aliquem Philoſophorum hoc dixiſſe ſimpliciter, ſed dixerunt hoc in formis eſſentialibus. in accidentibus tamen omnes conueniunt quòd calidum agit calidum ſibi ſimile, & ſic aliæ qualitates quatuor, non ex eo quòd comprehendit eas caliditas ignis elementalis, & caliditas proueniens à corporibus cœleſtibus. Quod autem attribuunt Philoſophis quòd principia ſeparata agunt F naturaliter, non electiue, nemo hoc dixit, cui adhereatur. ſed omnis habens ſcientiam agit apud eos electione. tamen propter dignitatem, quæ eſt eis, non prouenit ex duobus contrariis, niſi dignius eis: & electio eorum nō eſt propter aliquid, quòd perficiat ſubſtantiam eorum, cum in ſubſtantiis ſuis nulla ſit diminutio, ſed vt perficiatur id ex entibus, quòd habet diminutionem in natura ſua. Quod autem attribuunt ex dubitatione miraculi Abraæ, nemo hoc dicit, niſi Epicurei ex gentibus Hiſmaelitis. Nam ſapientes, & Philoſophi, non eſt conceſſus eis ſermo, nec dubitatio in principiis legis. & qui hoc facit, apud eos eſt condemnandus magna condemnatione. nam quoniam omnis ars habeat principia: & neceſſe eſt ſpeculanti in illa arte vt recipiat principia eius: & non debet dubitare eis in affirmatione aut negatione: ars quidem operatiua legis dignior eſt in hoc cæteris. nam conſuetudo à pueritia in virtutibus legis eſt neceſſaria apud eos, non au-

Quo pacto Philoſophi ſe habeāt circa leges.

A tem in eſſe hominis, in eo quòd eſt homo, ſed in eo quòd eſt homo ſapiens, quare oportet omnem hominem recipere principia legis: & proculdubio vt exaltet eum, qui poſuit ea. nam negatio eorum, & dubitatio in eis deſtruit eſſe hominis, quare oportet interficere Hæreticos. & quod debet dici de eis, eſt quòd principia eorum ſunt res diuinæ, in quibus conuenire debent intellectus humani ad confitendum eis cum ignorantia cauſarum eorum, quare non inuenimus aliquem Antiquorum loqui de miraculis cum patefactione eorum in mundo, nam ſunt principia conſtitutionis legum, & leges ſunt principia virtutum: & non vt dicitur de eis poſt mortem, & cum nutritus fuerit homo in virtutibus legis, tunc eſt religioſus ſimpliciter. & , ſi continuauerit ei tempus, & fortunium, adeo quòd erit ex ſapientibus profundis in ſapientia. & innuitur ei expoſitio alicuius principii principiorum eius, præcipitur ei vt non expreſſe patefaciat expoſitionem eius, & dicat quòd ſunt res, prout ſcribuntur, vt dixerunt B ſapientes noſtri in eo, quod dixit, & vidi vſq; ad Angelum honor Dei eſt abſcondere rem. hæ ſunt definitiones legum, & definitiones ſapientum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et reſponſio ei eſt ex duabus viis. quarum Prima eſt vt dicatur non concedimus quòd principia non agunt electiue, & ꝙ Deus glo. non agat voluntarie. & iam perfecimus deſtructionem rationum eorum in hoc in diſputatione innouationis mundi. &, cum affirmabitur quòd agens creat cum ſua voluntate combuſtionem cum contactu ignis ad ſtuppam, poſsibile eſt in intellectu vt non creet eam cum contactu exiſtenti.

C AVEROES.

Ait Auer. Id autem, quod hic poſuit ad conſtituendum dubium in lite, eſt id, quo expellitur lis. & dicitur quòd non eſt ei ratio in hoc, & eſt quòd agens primum creat combuſtionem abſque medio, quod creauerit vt ſit combuſtum ab igne. nam talis error expellit ſenſus circa eſſe cauſarum, & cauſatorum. & nullus Philoſophorum dubitat quòd combuſtio proueniens ex igne in bombicem, exempli gratia ignis agat in eum. at non ſimpliciter, ſed propter principium ab extra, quod eſt conditio in eſſe ignis, quanto magis in combuſtione eius. differunt tamen in hoc principio quid ſit, an ſit ſeparatum, aut ſit mediante aliquo inter innouatum, & ſeparatum præter ignem.

D

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicat hoc, inducit ad tolerandum multa inconuenientia. Nam, cum negatis conſequentiam cauſatorum à cauſis, & attribuuntur volũtati creatoris eorum, & non erit voluntati conſuetudo propria demonſtrata talis, ſed ipſamet, & in ſpecie ſua hora actionis, tunc erit poſsibile vnicuiq; noſtrum vt ſint ante eum animalia lædentia, & ignis inflammans, & mons profundatus, & inimici tenentes enſes. & tamen ipſe non videt eos, quia Deus glo. non creabit ei viſum. Et qui dimiſit librum domi, poſsibile eſt vt conuerſus ſit, cum reuerſus fuerit domum, in iuuenem intelligentem, aut in ſerpentem. &, ſi dimiſerit puerum domi, poſsibile eſt vt conuertatur in canem. aut, ſi dimiſerit cinerem, poſsibile eſt vt conuerſus ſit in myrrham, & vt conuertatur lapis in aurum, & aurum in lapidem. Et, ſi interrogant eum de aliquo horum, debet dicere neſcio quid ſit domi nunc: ſed id, quod tantũ ſcio, eſt ꝙ ego dimiſi librum domi, & forte nunc eſt equus, & fœdauit bibliotecam vrina, & ſtercore. & ego dimiſi domi vegetem, & forte conuerſa in arborem pomi. nam Deus glo. omnia poteſt. & non eſt de neceſsitate equi vt ſit creatus à ſpermate, nec de neceſsitate arboris vt creetur à grano etiam, nec eſt ex neceſsitate eius vt creetur ex aliquo. & forte creantur aliqua, quæ nunquam fuerunt in eſſe, &, cum aſpexerit hominem, quem nunquam vidit hucuſque, & dicatur ei an ſit hic creatus, debet reſpondere, & dicere, nobis poſsibile eſt ꝙ aliqui fructus dulces, qui ſunt in platea, conuerſi ſunt in homines. & eſt hic homo. nam Deus poteſt omne poſsibile, & hoc eſt poſsibile. & impoſsibile eſt quin reſpondeatur ei, & hic eſt modus, in cuius imaginatione amplificatur falſitas. & hoc tãtum ſufficiat. Et poſtquam narrauit hoc pro Philoſophis, adduxit reſponſionem, & dixit, E

F

ALGAZEL.

AIt Alga. Reſponſio autem eſt, vt dicamus, ſi affirmauerimus ꝙ poſsibile, impoſsibile eſt vt ſit homini ſcientia de eo ꝙ non ſit, ſequuntur omnia iſta inconuenientia. Nos autem non dubitamus huic formę poſitæ à vobis. nam Deus glo. creauit nobis ſcientiam, ꝙ hæc impoſsibilia non efficiet ea. & non dicimus ꝙ hæc ſunt neceſſaria, ſed ſunt poſsibilia, quę poſſunt eſſe, & poſſunt non eſſe. & proſequi conſuetudinem in eis multis vicibus imprimit curſum eorũ in intellectu noſtro ſecundum conuenientiam conſuetudinis præteritæ impreſsione tali, à qua non eſt euaſio: ſed poſsibile eſt vt ſciat Propheta ex Prophetiis, vis, quas dixerunt, quòd talis homo dimittet morem ſuum prauum: & dimiſsio eius eſt poſsibilis cito. & quomodo

A ſcitur priuatio eſſe huius poſsibilis, ſed ſicut videtur vulgo, & ſcimus quòd ipſe non ſcit occultum ex aliqua re, & non apprehendit intellecta abſque diſciplina: & cum hoc non eſt inconueniens vt fortificetur anima, & cogitatiua eius, ita ꝙ apprehendit id, quod apprehendunt Prophetæ, vt confitentur poſsibile. & quomodo ſcient ꝙ hoc poſsibile non erit? ſi autem fecerit Deus glo. currere conſuetudinem in eſſe eorum tempore reſciſsionis conſuetudinum, tunc auferentur hæ ſcientiæ à cordibus, & non creabit eas. igitur nihil prohibet, quin ſit res poſsibilis in poſſe Dei glo. & iam ſciuerat antea ꝙ ipſe non efficiet eam: licet ſit poſsibile in aliquo tempore: & creabit nobis ſcientiam ꝙ ipſe non id efficit in illo tempore. & non eſt in hoc ſermone niſi inconueniens abſolutum.

AVEROES.

B Ait Auer. Cum autem conceſſerint Loquentes ꝙ oppoſita in entibus ſunt poſsibilia æqualiter, & ꝙ ſunt ſic apud agens, & non appropriatur vnum oppoſitorum, niſi ex voluntate agentis, non autem quòd voluntas eius continue procedit, nec ſemper, nec vt plurimum, tunc id totum, quod intulerunt Loquentes ex inconuenientibus, ſequitur eis. Nam ſcientia vera eſt ſcientia rei, prout eſt. &, cum non fuerit in eſſe niſi poſsibilitas duorum oppoſitorum ipſi recipienti, & agenti, non erit hic ſcientia permanens de re omnino, neque ictu oculi, cum poſuerimus agens huiuſmodi prædominans entibus. ſicut Rex magnus, cui eſt dominium ſupremum, non erit aliquid difficile in regno ſuo, nec ſcitur de eo ordo, ad quem procedit, nec conſuetudo. nam operationes huius Regis neceſſe eſt vt ſint ignoræ naturaliter: &, cum reperitur aliqua operatio eius, erit continuatio eſſe eius in omni inſtanti ignota naturaliter. Euadit autem Alga, ab iſtis in-
C conuenientibus. quoniam Deus glo. creauit nobis ſcientiam, quòd iſta poſsibilia non eueniunt niſi temporibus deputatis, ac ſi diceres hora miraculi. Et tamen non eſt euaſio vera. nam ſcientia creata nobis eſt ſemper quid ſequens naturam entis. verum enim eſt vt credatur quòd res ſit in ea diſpoſitione, qua eſt in eſſe. &, ſi eſſet nobis ſcientia de his poſsibilibus, tunc eſſet in entibus poſsibilibus diſpoſitio, qua ei eſt alligata ſcientia noſtra. & hoc quidem aut propter ipſaſmet, aut propter agens, aut propter vtrunq; . & eſt id, quod proferunt nomine conſuetudinis. &, cum ſit falſum ꝙ reperiatur hæc diſpoſitio, quæ appellatur conſuetudo primo agenti, non remanet ergo vt ſit niſi in entibus. & hoc eſt, quod appellant Philoſophi, vt diximus nomine naturæ. & ſic ſcientia Dei glo. de entibus, licet fuerit cauſa eorum, ſequuntur etiam ſcientiam eius. quare neceſſe eſt vt ſit ens ſecundum conuenientiam notitiæ eius cum ſcientia, & notitia reuerſionis Socratis, exẽpli gratia, ſi fuerit Propheta, ex notificatione Dei glo. ei,

tunc cauſa quòd ſit ſecundum conuenientiam ſcientiæ nihil aliud eſt, D
niſi quòd natura entis ſequitur ſcientiam æternam . nam ſcientia, in eo quòd eſt ſcientia, non eſt alligata ei, quod non habet naturam completam. & ſcientia Dei glo. eſt cauſa quòd proueniat illa natura, quæ reperitur, & eſt ei alligata. & ignorantia noſtra de poſsibilibus non eſt, niſi quia ignoramus hanc naturam, quæ determinat ei eſſe, aut priuationem. nam, ſi eſſent oppoſita in entibus æqualiter propter ſeipſa, aut propter cauſas agentes ea, ſequeretur neceſſario aut quòd non reperiantur, & non corrumpantur, aut quòd reperiantur, & corrumpantur ſimul. &, cum res ſic ſe habuerit, impoſsibile eſt quin inclinetur vnum duorum oppoſitorum ad eſſe. & ſcientia de eſſe huius naturæ eſt id, quod neceſsitat eſſe vnum duorum oppoſitorum perfecte. & ſcientia alligata ei eſt aut ſcientia id præcedens, & eſt ſcientia, à qua eſt cauſatum, & eſt ſcientia antiqua: aut ſcientia ſequens, & eſt ſcientia non antiqua & ſcire occultum nihil aliud eſt niſi inſpicere hanc naturam, & peruenire ſcientiam nobis de eo, in quo non eſt, E
nobis ratio præcedit eam. & eſt id, quod appellatur in hominibus conſilium, Prophetis vero prophetia. voluntas vero æterna, & ſcientia æterna ſunt, quæ faciunt in entibus hanc naturam. & hoc eſt id, quod dixit Deus glo. Occulta ſunt Deo domino noſtro, &c. & ſcias hodie, &c. & hæc quidem natura aliqualiter erit neceſſaria, & aliqualiter erit vt plurimum, & viſio, & Prophetia non eſt niſi ſcientia de hac natura in entibus poſsibilibus. & artes, quę determinant pronoſticationem eius, quod erit in futurum, eſt eis impreſsio impreſsionum huius naturę, aut menſura, aut appella eam vt vis, ſcilicet quę peruenit ex ſeipſa, cui alligata eſt ſcientia.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda autem via, qua eſt euaſio ab iſtis dubitationibus, eſt vt confiteamur quòd ignis creatus eſt diſpoſitione, qua, cum contangunt eum duę ſtuppæ ſimul ſimiles, comburit eas, & non diſtinguit inter eas, cum fuerint ſimiles omnimode. F
Attamen hoc eſt etiam poſsibile, vt proiiciatur aliquid in ignem, & tamen non comburitur, aut propter mutationem attributi ignis, aut propter mutationem attributi rei. & fit ex Deo glorioſo aut ex Angelis aliquod attributum igni, ita quòd ſufficit caliditas eius corpori, & non id tranſit, & remanet cum eo caliditas eius, & erit ſecundum formam ignis, & verificationem eius, ſed non tranſit caliditas eius, & impreſsio eius. & fit in corpore humano attributum, quod non abſtrahit id, quin ſit caro, & os, & aufert eſcharam ignis. quoniam nos videmus quòd, qui emplaſtratur cum Altelach, & poſtea ſedet in furno inflammato, non læditur, & non comburitur in eo. & qui non vidit hoc, id negat. & ſic negatio aduerſarii quæ vniuerſaliter poſſet

ad tri-

A ad tribuendum aliquod attributum igni, aut corpori humano, quod prohibeat cõbuſtionem, eſt ſicut negatio eius, qui nõ vidit Altelach, & attributum eius. Et in excelſis viribus Dei glo. ſunt extraneitates, & mirabilia: & nos non videmus omnia, & non debet negari poſsibilitas eorum, & iudicamus falſitatem eorum. & ſic eſt viuificatio mortuorum, & conuerſio baculi in ſerpentem, & manus nobilis, & munda facta eſt alba hoc modo: & eſt ꝙ materia recipit omnia eſſentialiter. & terra, & omnia elementa mutantur in plantam, deinde planta mutatur, cum comedit eam animal, & erit ſanguis, deinde ſanguis conuertitur in ſperma, deinde ſperma proiicitur in matricem, & erit creatura in animalibus. & hoc quidem erit iudicio conſuetudinis in longo tempore. & non negat aduerſarius quin ſit in poſſe Dei glo. vt regat materiam in his innouationibus tempore breuiori, quam id, in quo cõſuetum eſt, &, cum fuerit poſsibile breuiori tempore, igitur nõ eſt in potentia Dei glo. quin accelerentur hæ potentiæ ad faciendum B operationes ſuas cito, & prouenit in eis id, quod eſt miraculum Prophetis. Si vero dicitur ꝙ hoc prouenit ex anima Prophetæ, aut ex principio principiorum cum deſyderio Prophetæ, dicimus ꝙ ipſi conceſſerunt poſsibilitatem deſcenſus pluuiæ, & tonorũ, & terræmotus, virtute animarum prouenientium ex eis, aut ex alio principio: ergo ſermo noſter in hoc eſt ſicut veſter in illo. & quod melius eſt nobis, & vobis eſt attribuere hoc Deo glo. aut immediate, aut mediantibus Angelis. ſed hora verificationis aduentus eorum verſatur cogitatio Prophetæ in ea, & innuitur ordo in die conuenienti, cum oſtenderit ſequi ordinem principii. & hoc inclinat modum ipſius eſſe, & erit res ipſa in anima eius poſsibilis, & principium eius eſt bonus mos, ſed nõ influitur ab eo inclinatio, niſi cum inclinat neceſsitas ad eſſe eius, & ſit bonum demonſtratum tale, & non erit bonum demõſtratum tale, niſi cum indiget Propheta ad ſtabiliendum prophetiam ſuam ad in- C uentionem boni. & hoc totum eſt conueniens proceſſui verborum eorum, & ſequitur ea, & quotienſcunque aperuerint ianuam vnitatis creaturæ præciſe, differt conſuetudo hominum. nam menſura huius proprietatis non continuat in intellectu poſsibilitas eius, & nõ ſequitur cum eo falſitas eius, quod conſuetum eſt concedi, & narratio libri in verificatione eius. Demum non recipit formam animalis, niſi ſperma, ſed influunt potentiæ animales ei ex Angelis, qui ſunt principia entium apud eos, & non figuratur aliquid ex ſpermate hominis, niſi homo, & ex ſpermate equi, niſi equus. aduentus enim eius ab equo fecit inclinationem ex proportione formæ equi præ cæteris formis, & non recipit niſi formam inclinantem hoc modo. & propter hoc non naſcitur omnino ex hordeo triticum, nec ex grano perſici pomum. poſtea videmus aliqua genera animalium naſci ex terra, & non generant omnino, vt ſunt vermes: & aliqua ſunt, quæ generantur, & generant, vt eſt mus, & ſerpens, & ſcorpius, & generantur ex terra, &

diuerſificatur diſpoſitio eorũ ad recipiẽdum formas ex rebus occultis D
nobis.& impoſsibile eſt viribus humanis ſcire ea, cum non influatur forma apud eos ex Angelis ſufficienter,& nec extimatione, & tranſitiue: ſed non influitur omnino, niſi quod conſyderatur receptio eius in eo, quod ſit diſpoſitum in ſe.& diſpoſitiones ſunt diuerſæ,& principia eorum apud eos ſunt miſtiones potentiarum ſtellarum,& coniunctiones earum, diuerſitas proportionum corporum cœleſtium in motibus ſuis. Igitur patet ex hoc ꝙ principia diſpoſitionum in eis ſunt res extraneæ,& mirabiles, adeo ꝙ perueniet ad capitulum imaginum ex ſcientia proprietatum ſubſtantiarum mineralium, & ſcientia iudicii ſtellarum,& ad miſtionem potentiarum cœleſtium cum proprietatibus mineralibus.& accipiunt figuras ab iſtis rebus terreſtribus, & quærunt virtutem propriam præ cæteris virtutibus, & faciunt cum ea res extraneas in mundo.& aliquando expellũt ſerpentes, & ſcorpiones ab aliqua ciuitate,& muſcas ab alia, & alia ex iſtis mirabilibus ſciuntur in rebus imaginũ.&, cum proueniant à rebus extraneis principia diſpoſitionum,& non ſcimus ea,& nõ erit nobis via ad comprehendendum ea: igitur vnde ſcitur falſitas aduentus diſpoſitionis aliquibus corporibus ad mutandum in innouationibus breui tempore, adeo ꝙ diſponitur ad recipiendum formam, ad quam non erat diſpoſitus antea.& hoc excitat ad miraculum, & non negatur niſi groſsitie cordis,& obliuione entium ſuperiorum,& ignorãtia ſecretorũ Dei in creatione.& qui diſcurrit inductiue in mirabilibus mundi, non negat in poſſe Dei glo. id, quod dicitur de miraculis Prophetarum in tempore deputato. Si autem dixerint nos adiuuamus vos in hoc, quòd omne poſsibile attribuitur poſſe Deo glorioſo. & vos adiuuatis nos in hoc, quòd omne inconueniens non eſt conſyderatum: & ex rebus aliquæ ſunt, quarum falſitas ſcitur: & aliquæ, quarum poſsibilitas ſcitur:& aliquæ, quæ ſunt firmatio intellectus, & non determinat in eis falſitatem, nec poſsibilitatem: nunc vero quæ eſt definitio inconuenientis apud vos, ſi quidem eſt congregatio inter nega- E
tionem, & affirmationem in eadem re eodem tempore, dixerunt ꝙ omnia duo, quorũ hoc quidem non eſt illud, & illud non eſt hoc, non determinat eſſe vnius eorum eſſe alterius. & dixerunt ꝙ Deus poteſt creare voluntatem abſque ſcientia de re volita, & creare ſcientiã abſq; vita: & poteſt mouere manum mortui,& reddere eum, vt ſcribat cum manu ſua coria, & pergamena,& incumbet artibus: & in eo eſt apertio oculi, & acuitur viſus eius, tamen non videt, & non eſt in eo vita, nec poſſe ad eam. has autem operationes ordinatas creat Deus glorio. cum motione manus ſuæ: & motus eſt ex parte Dei glorio. &, cum conceſſerimus hoc deſtruitur differentia inter motum voluntarium, & factum ex tremore: & non indicat operatio apta ſcientiam, nec poſſe agentis. Et oportet vt conſyderemus quòd conuertantur genera, & conuertitur ſubſtantia in accidens, & conuer-

A titur ſcientia in poſſe,& nigredo in albedinem, & vox in odorem, ſicut conſyderauimus de conuerſione inanimati in animatum,& lapidis in aurum:& ſequitur etiam ex eo ex inconuenientibus, quæ non poſſunt numerari. Reſponſio autem eſt,quòd inconueniens non attribuitur poſſe eius,& inconueniens eſt affirmatio rei cum negatione eius, aut affirmatio particularis cũ negatione vniuerſalioris, aut affirmatio amborum cum ablatione vnius,& quod non venit in hoc non eſt inconueniens,& id,quod non eſt inconueniens, iam conſyderatur. aggregatio autem inter nigredinem, & albedinem eſt inconueniens:quoniam intelligitur ex affirmatione formæ nigredinis in ſubiecto ablatio diſpoſitionis albedinis, & eſſe nigredinis.igitur quemadmodum ablatio albedinis intelligitur ex affirmatione nigredinis, ſic etiam affirmatio albedinis erit cum negatione eius inconueniens. impoſsibile tamen eſt eſſe indiuiduum in duobus locis: quoniam nos intelligimus ex eo ꝙ eſt domi, ꝙ non ſit in alio loco præter domum. B & impoſsibile eſt conſyderare id eſſe præter domum, cum eo ꝙ eſt domi, quod intelligitur ex negatione præter domum. & ſic intelligitur per voluntatem quæſitum notum.&, ſi ponitur quæſitum, & nõ fuerit ſcientia,non erit voluntas,& erit in eo negatio eius, quod poſuimus.inanimatum autem eſt inconueniens,vt creet in eo ſcientiam.nã nos intelligimus per inanimatum id, quod non comprehendit. &, ſi eſſet creata in eo comprehenſio,erit appellatio eius inanimatũ in eo, quod intelleximus inconueniens. &, ſi non comprehendit appellare hoc ſcientiam,& non comprehendit ſubiectum ſuum,omnino eſt inconueniens.hic quidem eſt modus falſitatis eius. Conuerſio vero generum aliquid Loquentium dixerunt ꝙ eſt quid conſyderabile Deo glo. & dicunt nos ponimus rem aliud non intelligibile. nam nigredo cum conuerſa eſt in poſſe, exempli gratia, tunc quæro an nigredo remanet, vel ne? ſi corrumpitur, igitur non conuertitur, ſed corrumC pitur nigredo, & reperitur poſſe.&, ſi ambo reperientur, tunc non conuertitur, ſed copulatur ei aliud.&, ſi remanet nigredo,& poſſe corrumpitur,tunc non conuertitur,ſed remanet prout eſt. &, cum dicimus conuerſus eſt ſanguis in ſperma,intelligimus in eo, ꝙ illa eadẽ materia ſpoliata eſt forma,& recepit aliam formam. & quod prouenit ex hoc,eſt quòd forma corrupta eſt,& forma generata eſt, & ibi eſt materia antiqua,in quam veniunt formæ ſucceſsiue.& ſic,cum dicimus conuerſa eſt aqua in aerem caliditate,intelligimus in eo ꝙ materia illa recipiens mutabilis recepit formam aeris, & ſpoliata eſt forma aquæ,ſicut diximus antea.& ſic, cum dicimus quòd conuerſus eſt baculus in ſerpentem,& terra in animal.& non eſt inter accidens, & ſubſtantiam materia communis. & hoc quidem eſt inconueniens hoc modo.& ſic non eſt inter nigredinem, & poſſe materia communis.motus vero manus ab ipſo Deo.glo.in mortuo, & erectio eius, ac ſi eſſet viuus,qui ſedet & ſcribit,adeo ꝙ ſit ex motu manus eius ſcri-

ptura ordinata, non eſt inconueniens in ipſo, quotienſcunque deputa D
bimus innouationes voluntati eligenti: videtur vero negandum, cũ
ſuccedit conſuetudo in contrarium eius. cum autem dicitis deſtruitur
in eo ratio adaptationis operationis ſcientiæ agentis, non eſt verum.
nam agens eſt Deus glo. & ipſe eſt adaptans, & agens eius. Cum au-
tem dicitis ꝙ non remanet differentia inter motum terræmotus, &
motum electiuum, dicimus quòd comprehẽdimus hoc ex nobis ipſis.
quoniam nos videmus ex nobis ipſis differentiam inter ambo iſta, &
proferimus ex hac differentia poſſe, & ſcimus quòd ex duabus par-
tibus poſsibilibus, vna quidem eſt in vno tempore, & alia in alio tem
pore: & eſt inuentio motus cum poſſe ad eum in aliquo tempore, &
inuentio motus abſque poſſe in alio tempore. cum vero inſpiciemus
alios, & viderimus multos motus ordinatos, proueniet nobis ſcientia
de poſſe eius. igitur hæ ſunt ſcientiæ diuerſæ, quas creat Deus glo. in
curſu conſuetudinum, ex quibus ſcitur eſſe vnius partium poſsibilis, E
& non declaratur ex eo falſitas alterius partis, vt dictum eſt.

AVEROES.

Ait Auer, Quoniam vidit ſermonem, ꝙ non ſunt rebus attributa propria, nec formæ, ex quibus ſequuntur operationes propriæ in quolibet ente, eſſe ſermonem in vltimitate inconuenientiæ, & quid aliud ab eo, quod intelligunt homines, ideo conceſsit hũc ſermonem, & permutauit negationem ſuam ad duo loca: quorum Vnus eſt, quod poſsibile eſt vt reperiantur hæc attributa enti, & non reperitur ei impreſsio, in eo ꝙ currit eius conſuetudo vt reperiatur ei. vt ignis, exempli gratia, cui poſsibile eſt vt reperiatur ei caliditas, & non comburet id, quod tangit, licet natura eius ſit vt comburatur, cũ approximetur ei ignis. Secundus vero locus eſt, quod non eſt formis propriis cuilibet enti materia propria. Sermo autem primus non negatur. nam confitentur eum Philoſophi actiones enim agentium, non F
eſt emanatio operationum earum neceſſaria propter ea, quæ ſunt ab extra, & non prohibetur quin copuletur ignis bombici, exempli gratia in aliquo tempore, & non comburat eam, ſi reperitur ibi aliquid, ex cuius copulatione bombici factus eſt bombix, non recipiens combuſtionem, vt dicitur de lapide Altelach cum animali. Quod autem materiæ ſint conditio ex conditionibus entium habentium materiã eſt quid, quod non poſſunt Loquentes euadere ab eo. nam ſicut dicit Alg, non eſt differentia inter negare noſtrum, & affirmare noſtrum rẽ ipſam ſimul: aut negare noſtrum, & affirmare noſtrum partem eius ſimul: quemadmodum cum conſtituantur res ex duobus attributis vniuerſali, & proprio, & ſunt quæ ſignificant Philoſophi nomine definitionis, compoſitæ quidem apud eos ex genere, & differentia. & nõ eſt differentia inter negationem entium, & negationem vnius horum

A duorum attributorum. V.g. cum conſtitutio hominis fuerit ex his duobus attributis, quorum vnũ eſt vniuerſale, & eſt animalitas, exẽpli gratia, & aliud proprium, & eſt ratio, tunc quemadmodum nos, cũ auferimus ab eo, quòd ſit rationalis, non remanebit homo, ſic etiam cùm auferimus ab eo, quòd ſit animal. nam animal eſt conditio in rationali. &, cum remouetur conditio, remouetur conditionatum. & nulla eſt differentia inter Loquentes, & Philoſophos in hoc, niſi in rebus particularibus, in quibus tenent Philoſophi ꝙ attributa vniuerſalia ſunt eis conditio, vt ſunt attributa propria. Loquentes verò nõ tenent hoc, ſicut calidum & humidum, quæ ſunt apud Philoſophos ex conditione animalitatis in animali generabili & corruptibili, quia ſunt vniuerſaliora animalitate, vt eſt animal cum rationali. & Loquẽtes non tenent hoc: quare audies eos dicentes non ex conditione vitæ apud nos diſpoſitio, & ſenectus. & ſic figura apud eos eſt conditio ex conditionibus vitæ propriis entibus, habentibus figuram. nam, ſi non

B eſſet conditio, erit poſsibile alterum duorum: aut enim erit proprietas animali, & non erit ei operatio eius omnino, aut non erit. V.g. quoniam manus apud eos eſt inſtrumentum intellectus, ex quo emanãt ab homine operationes intellectuales, vt ſcriptura, & aliæ artes. &, ſi eſſet poſsibile eſſe intellectum in aſino, tunc poſsibile eſſet vt ſit intellectus, abſque eo quòd reperiatur operatio eius, quæ emanat ab eo. ſicut, ſi eſſet poſsibile vt ſit caliditas, abſque eo quòd calefaciat id, cuius natura eſt vt calefiat ab eo. Igitur omne ens apud eos eſt ei quãtitas terminata, licet habeat latitudinem cuilibet enti apud eos. & eſt ei qualitas terminata etiam, licet habeat latitudinem apud eos. & ſic eſſe entium eſt terminatum, & tempus durationis eorum eſt terminatum: licet habeat latitudinem etiam, ſed eſt terminata. Et nõ eſt differentia inter eos in hoc, quòd entia, quæ communicant eadem materia, talis quidem materia eorum aliquando recipit vnam duarum formarum, & aliquando recipit oppoſitam eius: ſicut eſt apud eos in for

C mis corporum ſimplicium quatuor, quæ ſunt ignis, aer, aqua, & terra. ſed differentia eſt in non habente materiam communem, aut eis, quorum materiæ ſunt diuerſæ, an ſit poſsibile vt aliquod eorum recipiat formas alterius. Verbi gratia id, cuius natura eſt vt videatur non recipere aliquam formam formarum, niſi multis mediis, an ſit poſsibile ei vt recipiat formam vltimam abſque mediis. v. g. ex elementis componitur planta, deinde ea nutritur animal, & generatur ex ea ſanguis, & ſperma, deinde generatur ex ſanguine & ſpermate animal. Loquentes quidem dicunt ꝙ forma hominis poteſt ineſſe terræ abſq; iſtis mediis, quæ videmus: Philoſophi vero negant hoc: & dicunt, ſi hoc eſſet poſsibile, erit ſapientia vt creet hominem abſque iſtis mediis: & erit creatio eius huiuſmodi magis conueniens, quam aliæ creationes, & magis potens ipſis. & vnaquæque harum duarum ſectarum determinat quod id, quod dicit, eſt notum per ſe. & nulla earum ha-

bet rationem in opinione ſua. tu autem præpara cor tuum, & quicquid D
dicet tibi, ſit poſitio tua, cui debes credere: et eſt id, quod iuſſum eſt ti
bi. & Deus glo. ponat nos, & te ex hominibus veritatis, & conuenië-
tiæ. Et opinatus eſt aliquis Maurorum ꝙ Deo glo. attribuitur poſſe
congregare duo oppoſita. & conſyderatio eorum eſt quòd determi-
natio intellectus de impoſſibilitate huius rei eſt quid, in quo innatus
eſt intellectus. ſi vero innatus eſſet in natura determinante poſſibi-
litatem eius, non negaret hoc, & id admitteret. Attamen ſequere-
tur eis vt non ſit intellectui natura perfecte perueniens nec entibus,
& non erit veritas reperta in eo ſequens eſſe entis. Loquentes vero
verecundantur ex hoc ſermone. et, ſi tenerent eum, eſſet magis conſer-
uans poſitionem eorum ab inconuenientibus euenientibus eis in hac
re ex aduerſariis. quoniam ipſi quærunt differentiam inter id, quod
affirmauerunt in hoc genere, & id, quod negauerunt, et eſt difficile
eis. ſed non inueniunt niſi ſermones fallaces. quare inuenimus eum,
qui eſt expertus in arte rationis, oportere eum vt neget neceſſitatem, B
quæ eſt inter conditionem et conditionatum, et inter rem et defini-
tionem ſuam, et inter rem et aliud ab ea, et inter rem et rationem
ſuam. et hoc totum eſt profundatio in opinione Sophiſtarum. et ni-
hil eſt. et qui facit hoc ex Loquentibus eſt Auoalmahely. Atta-
men ſermo vniuerſalis ſoluens has dubitationes eſt quòd entia di-
uiduntur ad oppoſita, et conuenientia. et, ſi eſſet poſſibile vt di-
ſtinguantur conuenientia, erit poſſibile vt congregentur oppo-
ſita: ſed non congregantur oppoſita: ergo non diſtinguen-
tur cõuenientia. Hæc autem eſt ſapientia Dei in enti-
bus, & in apprehenſione huius ſapientię erit in-
tellectus intellectus in homine. & eſſe ſic in
intellectu diuino eſt cauſa eſſe eius in
entibus. & ideo intellectus non
eſt poſſibile vt ſit creatus
diuerſis attributis, vt
imaginatur hoc
Auenha-
zam.

DE DICTO EORVM, QVOD ANIMAE HVMANAE SVNT SVBSTANTIAE EXISTENTES IN SE. ET NON SVNT INNNATAE IN CORPORE.

ALGAZEL.

AIT Alga. Diſputatio Secunda eſt de diminutione eorum in conſtituenda demõſtratione intellectuali de eo, ꝙ anima humana eſt ſubſtantia ſpiritualis exiſtens per ſe, et non continet terminum, et non eſt
B corpus, nec innata in corpore, nec continuata corpori humano, nec eſt ſeparata ab eo. quemadmodum Deus glo. non eſt extra mundum, nec infra mundum. et ſic Angeli apud eos. et ſermo in hoc requirit declarationem opinionis eorum de virtutibus vitalibus, et animalibus. Virtutes autem vitales diuiduntur apud eos in duas partes, motiuas, et apprehenſiuas: et apprehenſiuæ ſunt duæ partes, extrinſecę et intrinſecę. extrinſecæ autem ſunt quinque ſenſus, et ſunt res innatæ in corporibus, ſcilicet iſtæ virtutes. intrinſecę vero ſunt tres virtutes: quarum Vna eſt virtus Imaginatiua, et eſt in parte anteriori cerebri poſt virtutem viſiuam: et in ea quidem eſt remanentia formarum rerum, quæ videntur poſt clauſuram oculi, in eo quòd imprimitur in ea id, quod defuerunt ad eam ſenſus quinq; , et congregan-
C tur, et appellatur ſenſus communis. et niſi eſſet ipſe, is quidem, qui vidit mel album, non apprehenderet dulcedinem eius, niſi guſtu. et, cum viderit id ſecundo, non apprehenderet dulcedinem eius, quotiéſcunque non guſtauerit id, ſicut fecit primo. attamen in eo non eſt aliquid, quo iudicat ꝙ hoc album ſit dulce. et non eſt dubium quòd erit apud eum iudex, apud quem congregata ſunt ambo, ſ. color, et dulcedo, ita ꝙ determinabit cũ pręſentia vnius eorum, ꝙ ſit pręſens et alterum. Secũda vero eſt virtus cogitatiua: et eſt ea, quę apprehẽdit intentiones: prima vero virtus apprehendebat formas. Et intelligimus per formas id, quòd impoſſibile eſt vt ſit ſine materia, ſ. corpus. et intelligimus per intentionem id, quod non requirit eſſe eius corpus: euenit tamẽ ei vt ſit in corpore, ſicut amicitia, et odium. nã agnus apprehendit de lupo colorem, et figuram, et diſpoſitionem eius: et hoc quidem non eſt niſi in corpore: et apprehẽdit etiã ꝙ ſit eius inimicus. et apprehendit de pecude figuram matris, et colorem eius, dein-

de apprehendit amicitiam eius:quare non appropinquatur lupo, & deambulat poſt matrem.diuerſitas autem,& conuenientia non eſt de neceſsitate earum,vt ſint in corporibus,ſicut eſt de neceſsitate figurę, & coloris,niſi ꝙ accidit odio,& amicitiæ etiam vt ſint in corporibus. Et hæc virtus eſt diſtincta à prima virtute: & locus eius eſt ventriculus vltimus cerebri. Tertia vero virtus eſt virtus, quæ appellatur in animalibus imaginatiua, & in homine extimatiua. & natura eius eſt componere formas ſenſibiles adinuicem, & componete intentiones cum formis:& eſt in ventriculo medio cerebri inter conſeruatorem formarũ, & conſeruatorem intẽtionum.quare poterit homo imaginari equum volantem,& hominem,cuius caput eſt caput hominis, & corpus eius corpus equi,& alias compoſitiones, licet non viderit talia.& dignius eſt vt attribuatur hæc virtus virtutibus motiuis, quam ſit in virtutibus apprehenſiuis. Sciuntur autem loca harum virtutũ in arte Medicinæ. nam læſio in capite cum fuerit in his ventriculis, inuoluuntur hæ, quæ appellantur virtutes. deinde exiſtimauerunt ꝙ virtus, in qua imprimuntur formæ ſenſibiles in quinque ſenſibus, conſeruat illas formas, adeo quòd non amittant receptionem. & res quidem conſeruat rem non cum virtute, qua eam recipit. nam aqua recipit figuram,& non conſeruat eam. & cera recipit figuram cum humiditate ſua, & conſeruat eam cum ſiccitate ſua, aliter quam aqua. Igitur conſeruator hac conſyderatione eſt diuerſus à recipiente. & appellatur hæc virtus conſeruatiua. Et ſic intentiones imprimuntur in cogitatiua,& conſeruat eas virtus,quæ appellatur memoratiua. & erunt apprehenſiones intrinſecæ hac conſyderatione, cum coniungitur cum eis imaginatiua, quinque:quemadmodum fuerunt extrinſecæ quinque. Sed virtutes motiuæ diuiduntur ad motorem, per modum,quo ipſe præcipit motum, et motorem per modum,quo ipſe agit eum.motor autem in eo ꝙ præcipit motum, eſt virtus concupiſcibilis,& appetitiua: et eſt illa ,quæ cum imprimitur in virtute imaginatiua,quam diximus, forma alicuius quæſiti, aut aliquod, quod eſt fugiendum ab eo,pręcipit virtutem motiuam agentem motionẽ. et habet duos ramos. Vnus ramus eſt virtus quidem, qui appellatur Appetitiua:et eſt virtus,quę pręcipit motum, ad quem appropinquatur ex rebus imaginatis,neceſſario ſequens ad perquirendum delectationem. et alius ramus eſt, qui appellatur virtus Iraſcibilis: et eſt virtus pręcipiens motum, quo expellitur res imaginata,nocens, aut faciens perquirere victoriam.et cum hac virtute perficitur congregatum perfectum actioni,quę dicitur voluntas. Virtus vero motiua, in eo ꝙ eſt agens, eſt virtus tranſmiſſa per neruos, et muſculos. et de natura eius eſt vt excitet muſculos cum attractione cordarũ,et ligamẽtorũ iunctorum membris ad partem loci,in quo eſt virtus:aut eos lentos reddit,et extẽdit longitudinem, et ibũt chordę, et ligamẽta ad cõtrariã partẽ.Hę ſunt virtutes animę vitalis,vniuerſaliter dimittendo

A differẽtiã Anima vero intellectiua rerum eſt,quę appellatur apud eos rõnalis. & intelligunt per rationalem intellectiuam. qm̃ ratiocinatio eſt proprior proprietatibus intellectus in apparentia. & ideo attribuut eam ei. & habet duas virtutes, virtutem quidem intellectiuam & virtutem factiuam. & vnaquæque earum dicitur intellectus, ſed æquiuoce. Factiua autem virtus eſt principium motiuum corporis humani ad artes ordinatas humanas,quæ inuenit ordinem earum conſilio proprio homini. Intellectiua vero eſt ea, quæ appellatur ſpeculatiua. & eſt virtus,cuius natura eſt vt apprehendat veritatem intelligibilium abſtractorum à materia,& loco,& partibus. & ſunt propoſitiones vniuerſales, quas appellant diſpoſitiones aliquando, & modos aliquando,& appellant eas Philoſophi vniuerſalia abſtracta. Igitur animæ ſunt duæ virtutes reſpectu ad duas partes. virtus quidem ſpeculatiua reſpectu ad partem Angelorum, cum ex ea aſſumamus ab
B Angelis ſcientias veras. & debet eſſe hæc virtus continuæ receptionis ex parte ſuperiori. & virtus factiua ineſt ei reſpectu ad inferiora:& eſt pars corporis, & regimen eius, & adaptatio morum. & hæc quidem virtus oportet vt dominetur aliis virtutibus corporalibus,& aliæ virtutes ſint correctæ ab ea,& ſubiectæ ſub ea,adeo quòd non patitur,nec fit ei impreſsio ex eis, ſed patiuntur illæ virtutes ab ea, ad hoc vt non fiat nobis in anima ex attributis corporalibus aliqua mala qualitas,quæ appellatur vicium: ſed erit ipſa prædominans vt perueniat ad animam propter eam qualitas,quæ appellatur virtus. Hæc eſt breuitas eius,quod diſtinxerunt de virtutibus vitalibus humanis. & prolixi fuerunt in narratione earum cũ dimiſsione narrationis virtutum plantarum, quæ non ſunt neceſſariæ in intentione noſtra. & nihil eſt eorum,quæ dixerunt, quod debet negari in fide. nam ſunt res apparentes, quòd Deus glo.procedit in gubernatione earum. volumus tamen hic dubitare contra eum,qui hoc negat procedere à poſ-
C ſe Dei glo. aut videt quòd in lege venit oppoſitum eius. ſed forte declarabitur in congregatione in die iudicii, & reſurrectionis, quòd lex hoc verificat. nos vero negamus ratiocinationem eorum cum ratione abſtracta intellectus,& non indigere lege.& quærimus ab eis vt auferant in hoc rationem. ſunt tamen eis multæ demonſtrationes ſecundum opinionem eorum.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc totum non eſt in eo, niſi recitatio opinionis Philoſophorum de his virtutibus, & attributis earum, niſi quòd ſequitur in hoc Aui. differt tamen à Philoſophis in eo, ꝙ ponit in animali virtutem præter virtutem imaginatiuam, quam appellat cogitatiuam loco cogitatiuæ in homine. & dicit quòd nomen imaginatiuæ in homine. & dicit ꝙ nomen imaginatiuæ proferunt id

Antiqui pro hac virtute.&,cum id proferant,erit imaginatiua in animali loco cogitatiuæ,& erit in ventriculo medio cerebri.&,cum prolatum fuerit nomen imaginatiuæ pro ea,quæ includit figuram,dicitur de ea ꝙ eſt in anteriori parte cerebri. & nulla eſt diſcordia ꝙ conſeruatiua, & memoratiua ſunt in poſteriori parte cerebri. nam conſeruatio,& memoratio ſunt duæ in actu, vna vero in ſubiecto. Attamen quod apparet ex opinione Antiquorum eſt ꝙ imaginatiua in animali eſt ea,quæ iudicat quòd lupus ſit inimicus agno, & ꝙ pecus ſit amica. nam imaginatiua eſt virtus apprehenſionis,& iudicat neceſſario abſq; eo ꝙ indigeat ingreſſu alterius virtutis,præter virtutē imaginatiuam. eſſet autem poſsibile id, quod dixit Auic. ſi virtus imaginatiua non eſſet apprehendens. igitur nihil eſt addere virtutem præter virtutem imaginatiuam in animali,& præcipue in animali, cui ſunt multę artes naturaliter. nam imaginationes in iſtis nō apprehenduntur ſenſu: & quaſi ſunt apprehenſiones mediæ inter formas intellectas, & imaginatas.& iam declarata eſt diſpoſitio huius formę in de Senſu & ſenſato, quod dimittimus in hoc loco.& reuertamur ad id,quod dicit iſte vir,contradicens hominibus. D B

ALGAZEL.

Ait Alg.Demonſtratio aūt prima eſt cum dicunt ꝙ ſcientiæ intellectuales exiſtūt in animabus humanis, & includuntur in eis vnitate quadam,& non diuiduntur. & non eſt dubium ꝙ ſubiectum earū,ēt non diuiditur:& omne corpus diuiditur:igitur indicat ꝙ ſubiectū eius eſt quid non diuiſibile.Et pōt hoc reduci ad conditionē logicalē in figuris eius,& eſt quaſi vt dicatur ſi erit ſubiectū ſciētiæ corpus diuiſibile,tunc ſcientia,q̄ ineſt ei,eſt ēt diuiſibilis:ſed ſcientia,q̄ ineſt ei,non eſt diuiſibilis:igitur ſubiectum nō eſt corpus. & hic eſt ſyllogiſmus conditionalis continuus,in quo reiteratur oppoſitum conſequentis,& concluditur oppoſitum antecentis deliberatiue.Et nō eſt diſputatio de verificatione figuræ ſyllogiſmi,nec ēt de verificatione ambarum propoſitionū.nam,cū dicimus,omne,quod exiſtit in diuiſibili,eſt diuiſibile proculdubio,& euenit diuiſio in ſubiecto,eſt primum intellectum,in quo dubitatio impoſsibilis eſt. Secunda vero,cū dicimus ꝙ ſciētia vna exiſtit in homine, & tñ ipſe eſt indiuiſibilis,eſt intellectum ſecundum.nam, ſi diuideretur in infinitum eſſet inconueniens.ſi vero eſſet ei finitas,includitur in vnitatibus proculdubio non diuiſibilibus. demum nos ſcimus aliquas res, quarū partem non poſſumus ponere auferri,& partem remanere, ex eo ꝙ non hñt partes aliquas. & ſic remanebit dubitatio in duobus locis. Quorum Primus eſt vt dicatur quare negatis dicenti ꝙ ſubiectum ſcientiæ eſt ſubſtantia,indiuiſibilis,occupans regionem,q̄ nō diuiditur?& iam ſcitum eſt hoc ex opinione Loquentium. & non remanet poſt hoc, niſi negatio F

A abſoluta.& eſt quõ exiſtent omnes ſcientiæ in ſubſtantia indiuiſibili, & remanebunt omnes ſubſtantiæ natantes in ea abſq; ſcientia fruſtra. negatio aũt non eſt vtilis ei, cum fuerit poſsibile etiam dicere ſecundũ opiniones eorum quõ erit anima quid vnum, nõ occupans regionem, & non innuitur ei, & non erit infra corpus, nec extra, nec continuum corpori, nec ſeparatum ab eo. Sed nõs non eligimus hunc locum. qm̃ ſermo de parte non diuiſibili eſt prolixus, & ipſe habet in ea rationes Geometricas, in quarum narratione eſſet prolixitas. & ex eis eſt, cum dicunt cum ponimus eſſe ſubſtantiam indiuiſibilem infra duo corpora, an contangit vna duarum extremitatum eius id, quod contangit alia, vel ne? ſi idem, eſt inconueniens, cum ſequitur ex eo contactus duarum extremitatum. nam contangens contactum eſt contactum. ſi vero fuerit id, quod contangitur, aliud, in hoc quidem eſt affirmatio numerationis, & diuiſionis. & hoc dubium eſt difficilis ſolutionis, aut prolixus eſſet ſermo de eo. & non eſt noſtrum vt diſputemus

B de eo, & veniamus ad alium locum. Secundus vero locus eſt, vt dicamus id, quod narrauiſtis, quòd omne exiſtens in corpore, oportet vt diuidatur, eſt falſum, & conuertitur contra vos, in eo quòd comprehendit virtus extimatiua agni odium lupi. nam ipſa in iudicio vnius rei non poteſt conſyderari ꝙ diuidatur, cum non eſt odio aliqua pars, ita ꝙ conſyderetur apprehenſio alicuius partis eius, & ablatio alterius partis. & iam peruenit apprehenſio eius per virtutem corporalem apud vos. nam animæ beſtiarum ſunt innatæ in corporibus, & non remanent poſt mortem. & in hoc conuenerunt omnes. &, ſi eſſet poſsibile eis vt conarentur ad conſyderandum diuiſionem in apprehenſis per ſenſus quinque, & ſenſum communem, & virtutem conſeruatiuam formarum, impoſsibile eſt tamen eis conſyderare diuiſionem in virtute intentionum, ex cuius conditione non eſt vt ſit in materia. Si autem dixerit agnus non apprehendit odium abſolutum ab-

C ſtractum à materia, ſed apprehendit odium lupi demonſtrati talis indiuidualis, copulatum quidem indiuiduo ſuo, & ſede ſua: virtus vero intellectiua apprehendit veritates abſtractas à materiis, & indiuiduis, dicimus agnus quidem apprehendit colorem lupi, & figuram eius vſque ad odium. &, ſi color imprimitur in virtute viſiua, & ſic figura, & diuiditur diuiſione ſubiecti viſus, quæro, odium, cum quo apprehenditur ab eo. &, ſi id apprehendit in corpore, igitur diuiditur? Et vellem ſcire quid eſt hæc apprehenſio, cum diuiditur? & quomodo erit pars eius? an ſit apprehenſio partis, aut quælibet pars apprehenſio totius odii? & erit odium ſcitum pluribus vicibus, & erit apprehenſio eius omnibus partibus partium ſubiecti. hæ ſunt dubitationes, quæ fiunt demonſtrationibus eorum, & non poſſunt euadere ab inconuenienti. Si autem dicet, hæc eſt contradictio in intelligibilibus, quæ non poſſunt contradici. nam vos, cum non poteſtis dubitare in ambabus propoſitionibus, & eſt quòd ſcientia vna

non diuiditur,& quòd id, quod non diuiditur, non exiſtit in corpore diuiſibili, non poteritis dubitare in compoſitione ſyllogiſmi. & iam verificatum eſt quòd figura eius eſt figura concludens:& impoſſibile eſt vobis dubitare in concluſione Reſponſio autem eſt quòd hic liber, non compoſuimus eum, niſi ad declarandum conatum, & contradictionem verbis Philoſophorum.& prouenit ex eo,quòd contradicimus cum hoc vni duarum rerum:: aut enim ei, quod dixerunt de anima rationali,aut ei, quod dixerunt de virtute extimatiua. poſtea per ſermonem huius contradictionis declarabitur quòd ipſi dereliquerunt locum,quo inuoluitur in ſyllogiſmo. locus autem inuolutionis eſt,cum dicunt, ſi ſcientia exiſtit in corpore modo, quo exiſtit tinctura coloris in colorato, & diuiditur tinctura ad diuiſionem colorati,diuiditur quidem ſcientia ad diuiſionem ſubiecti. & inconueniens conſiſtit in dictione exiſtentiæ, cum poteſt eſſe vt non ſit proportio ſcientiæ ad ſubiectum, ſicut proportio tincturę ad coloratum, ita quòd dicitur quòd extenditur ſuper id exiſtens in eo, & diſpargitur in lateribus eius, & diuiditur ad diuiſionem eius. & forte proportio ſcientiæ ad ſubiectum ſuum eſt alio modo. & hic quidem modus, impoſſibilis eſt ei diuiſio ad diuiſionem ſubiecti: ſed proportio eius ad id eſt proportio odii ad corpus: & modi proportionum attributorum ad ſubiecta non includuntur eodem modo.& non ſunt notæ differentiæ nobis ſcientia, cui confidendum eſt. & iudicium de eo pręter incluſionem differentiæ proportionis eſt iudicium,cui non eſt confidendum. Demum non negatur ꝙ id, quod dixerunt, eſt id, propter quod vigoratur exiſtimatio, & fortificatur: ſed negatur quòd ſit ſcitum ſcientia vera,in quam non tranſit error, & non diriguntur dubitationes ad eam.& hoc capitulum dubitat contra eam.

AVEROES.

AIt Auer. Cum accipiuntur propoſitiones factæ à Philoſophis in hoc quęſito indefinitę, tunc diſputatio facta ab Alga. ſequitur eis. nam, cum dicimus omne, quod exiſtit ex attributis in corpore, eſt diuiſibile ad diuiſionem corporis, intelligunt de eo duo, quorum Vnum eſt quòd ſit definitio partis illius attributi exiſtentis parti ipſius corporis definitio totius: vt exiſtentia albedinis in corpore albo. nam quælibet pars albedinis exiſtentis in corpore demonſtrata,talis erit definitio eius, & definitio albedinis totius eadem definitio. Secundum vero eſt, vt ſit attributum alligatum corpori abſq; figura propria.& hoc etiam eſt diuiſibile ad diuiſionem corporis: non autem quòd definitio totius,& partis ſit eadem definitio,vt virtus viſiua exiſtens in viſu,ſed ex eo quòd ipſa recipit magis & minus, recipit etiam ſubiectum magis & minus. & ideo erit virtus viſiua in ſanis fortior,quàm ſit in ægris, & iuuenibus fortior, quàm ſenibus. Et

A quod in eo communicant hæ duæ potentiæ eſt quòd ſunt indiuiduales, ſcilicet quòd diuiditur in quantitate, & non diuiditur in quiditate, ſcilicet quòd ipſæ aut remanebunt idem definitione, & quiditate, aut auferentur, & diuiduntur ad vnum terminum in quantitate, & ſunt idem definitione, & quiditate, & non diuiduntur ad quamlibet partium. & totum hoc differt à primo ſecundum magis, & minus. & pars eius, quæ deperditur, non eſt operatio eius operatio reſidui. nam operatio deperditi ex viſu debili non agit actionem viſus debilis. & communicant in eo quòd coloratio etiam nō diuiditur ad diuiſionem ſui ſubiecti ad quamlibet partem. & definitio eius remanet eadem: ſed finit diuiſio ad terminum, ad quem ſi diuiſio ad terminum, ad quem ſi diuiditur, corrumpitur coloratio. Attamen quod conſeruat diuiſionem ſemper eſt natura continui, ſcilicet forma continuitatis. Et hęc propoſitio etiam, cum ſic poſita fuerit, erit nota ex ſeipſa, ſcilicet quòd omne recipiens diuiſionem his duabus ſpeciebus diuiſionis

B ſubiectum eius eſt corpus ex corporibus, & conuerſio etiam eſt manifeſta: & eſt quòd omne exiſtens in corpore recipit diuiſionem aliqua harum duarum ſpecierum diuiſionis. Et, cum verificatum fuerit hoc, tunc conuerſio ſui contradictorii eſt vera, ſi ſcieris quid ſit conuerſio contradictorii: & eſt, id, quod recipit diuiſionem aliquo horum duorum modorum, non exiſtit in corpore. &, cum copulaueris huic id, quod manifeſtum eſt etiam de intellectis vniuerſalibus, & eſt quòd ipſa non recipiunt diuiſionem aliquo duorum modorum, cum non ſint formæ indiuiduales, manifeſtum eſt quòd ſequitur ex hoc quòd intelligibilia, non eſt eis ſubiectum corpus ex corporibus, nec potentia ad ea eſt potentia in corpore: ergo ſequitur vt ſit ſubiectum eorum virtus ſpiritualis comprehendens ſeipſam, & aliud. Alga. vero, quoniam aſſumpſit vnam ſpeciem duarum ſpecierum diuiſionis, & remouit eam ab intellectis vniuerſalibus, contradixit per ſecundam partem

C repertam in virtute viſiua, & virtute imaginatiua, & fecit in hoc ſermonem ſophiſticum. & ſcientia animæ eſt nobilior, & profundior, quàm vt apprehendatur in arte topica. Præterea ipſe non adduxit demonſtrationem Auicennæ ſecundum modum eius. nam vir ille fundauit demonſtrationem ſuam, dicens quòd intellecta, ſi exiſterent in corpore, aut exiſterent ex eo in parte non diuiſibili, aut in parte diuiſibili. deinde inconueniens eſt vt exiſtant in re indiuiſibili ex corpore. &, cum hoc fuerit inconueniens, remanet vt intelleſtus, ſi exiſtit in corpore, vt exiſtat in eo in re diuiſibili. deinde deſtruxit quòd exiſtat in re diuiſibili: ergo falſum eſt vt exiſtat in corpore omnino. Et, quoniam deſtruxit Alga. vnam duarum partium, dixit non eſt abſurdum, quin ſit proportio intellectus in corpore alia proportio. & eſt manifeſtum quòd, ſi proportionabitur corpori, non ſunt hic niſi duæ proportiones, aut proportio ad id ſubiectum diuiſibile, aut ſubiectum non diuiſibile. Attamen quòd cum eo completur hæc demonſtra-

tio, eſt ꝙ intellectus non habet alligationem alicui virtuti virtutum animæ alligatione formę in ſubiecto. nam, ſi auferetur ab eo, ꝙ eſt alligatus corpori, non eſt dubium ꝙ auferetur ab eo, ꝙ non eſt alligatus virtuti virtutũ animę alligatarum corpori. nam, ſi eſſet alligatus alicui virtutum animæ, vt dicit Ariſ. non erit operatio ei niſi ex virtute illa. &, ſi hoc eſſet, non apprehendit virtutem illam. Hoc eſt, quo ſuſtentatus eſt Ariſt. in declarando ꝙ intellectus eſt ſeparatus. Et narrabimus etiam dubitationem ſecundam, quam adduxit in ſecunda ratione, q̃ Philoſophus aſſumpſit pro ratione, poſtquã notificauerimus ꝙ rationes eorum, cum ꝑmutatæ fuerint ab arte ſibi propria, eſt ſupremus gradus earum gradus ſermonum topicorum. & ideo intentio noſtra in hoc libro eſt ſcire qualitatem ſermonum poſitorum in eo, attributorum ambabus ſectis, & ad patefaciendum, qui duorum ſermonũ ſit dignior vt attribuatur dominio eius deſtructio, & contradictio. D

ALGAZEL. E

Ait Alg. Ratio Secunda. Dixerunt, ſi diſpoſitio ſcientis in ſcito vno intellectuali, & eſt ſcitum abſtractum à materia, eſt exiſtens in materia exiſtentia accidentium in ſubſtantiis corporalibus, ſequitur diuiſio eius in forma ad diuiſionem corporis, vt diximus antea. Et, ſi nõn fuerit exiſtens in eo, nec extenſum in ipſo, & negant dictionẽ exiſtentię, veniemus profecto ad aliam prolationem, & & dicemus an ſcientię ſit proportio ſcienti, vel ne? & eſt falſum ceſſare proportionem. nam, ſi ceſſaret proportio de eo, tunc ꝙ ſciat id, nõ erit dignius, q̃ non ſciat. Et, ſi eſt ei proportio, non euadet à tribus partibus. aut enim erit ꝓportio ad quãlibet partem partium ſubiecti, aut ad aliquas partes ſubiecti, pręter alias, aut non erit ad aliquam partium proportio. Et falſum eſt vt dicatur non eſt proportio ad aliquam partium. nam, cum non fuerit proportio in vnitatibus, non erit proportio in aggregato: aggregatum enim ex ſeparatis eſt ſeparatum. & F falſum eſt vt dicatur proportio ad aliquas. nam id, ad quod non habet proportionem ſcientia, non eſt de diſpoſitione ſcientiæ. & de eo non loquimur. Et falſum eſt vt dicatur ꝙ cuilibet parti poſitę ſit proportio ad ſubſtantiam. nam, ſi eſſet proportio ad ſubſtantiam ſcientiæ ſecundum totum, manifeſtum eſt ꝙ quælibet pars non eſt pars ſciti, ſed erit ſcitum ſicut eſt totum. & tunc erit intellectum vicibus infinitis in actu. ſi vero quęlibet pars habet proportionem aliam, quam ſit ꝓportio, quã habet alia pars ad ſubſtantiam ſcientię: igitur ſubſtantia ſciẽtię diuiditur re. & iam declarauimus ꝙ ſcientia de ſcito vno omnimode non diuiditur re. &, ſi fuerit proportio cuiuſlibet ad rẽ ex ſubſtantia ſcientię alia, quã illa, ad q̃ eſt proportio alterius, tunc diuidi hanc ſcientiam in hoc eſt magis apparens, & eſt falſum. Et ex hoc declarabitur ꝙ ſenſibilia impreſſa in quinq; ſenſibus non erunt niſi ſimilitudi-

A nes formarum particularium diuiſibilium. nam hęc apprehenſio eſt aduentus ſimilitudinis apprehenſi in animam apprehendentis, & erit cuilibet parti ſimilitudinum ſenſati proportio ad partem inſtrumẽti corporalis. Dubitatio tñ huic eſt id, quod dictum eſt ſupra. nam permutare dictionem exiſtentię in dictionẽ proportionis non aufert dubium in eo, quod exiſtit. ſicut virtus extimatiua in agno, & odium lupi, vt dixerunt, quę eſt apprehenſio abſque dubio, & non proportio ad eum. & ſequitur ex proportione illa illud, quod dixiſtis. nam odium non eſt quid, cui menſurata ſit proportio habens quantitatẽ menſurabilem, adeo ꝙ imprimatur ſimilitudo eius in corpore menſurato, & proportionentur partes eius partibus illius. & eſſe figuram lupi menſuratã non ſoluit dubium. nã genus aliquid apprehẽdit preter figurã, & eſt diuerſitas, & odium, & contrarietas. & hoc quidem odium additum figuræ non habet menſuram: & iam apprehẽdit id in corpore mẽſurato. Hoc profecto eſt dubium huic demõſtrationi, ſicut eſt primę.

B Si aũt dixerit aliquis, vos repuliſtis has demonſtrationes, ex eo ꝙ ſciẽtia exiſtit in ſubiecto per ſubſtantiam occupantem regionem, quę nõ diuiditur, & eſt pars indiuiſibilis, dicimus ꝙ non: qm̃ loqui de ſubſtãtia indiuiſibili pendet in Geometricis, & prolixus eſſet ſermo in ſolutione eius. Præterea non eſt in eo aliquid, quo auferatur dubium. nã ſequitur vt ſit poſſe, & voluntas etiam in hac parte. homini enim eſt actio. & hoc non poteſt conſyderari niſi cum poſſe, & voluntate, & non poteſt conſyderari voluntas, niſi cum ſcientia, & poſſe ſcribere cũ manu, & digitis. ſcientia vero eius non eſt cum manu, cum non auferatur in inciſione manus, nec voluntas eius eſt cum manu: nam vult eam præter dominium manus. & prohibetur non ex priuatione voluntatis, ſed ex priuatione ipſius poſſe.

AVEROES.

C AIt Auer. Hic ſermo non eſt declaratio diſtincta in ſe, ſed eſt complementum ſermonis præcedentis. Nam in ſermone pręcedẽti poſuit ꝙ ſcientia non diuiditur ad diuiſionem ſubiecti poſitiue, in hoc vero ſermone conatus eſt declarare illud, faciens quidẽ diuiſionẽ eius ad tria. & tunc dubitatio prima remanſit ei. & remanſit, qm̃ ipſe non compleuit ambas res, de quibus dicitur diuiſio materialis. nam, qm̃ ipſi auferunt ꝙ diuidatur intellectus ad diuiſionem ſubiecti eo modo, quo diuiduntur accidentia ad diuiſionem ſubiecti, & hęc eſt vna ſpecies diuiſionis corporalis, & eſt quę reperitur in virtutibus corporeis apprehenſiuis, ingreſſa eſt profecto contra eum dubitatio propter has virtutes. completur vero demonſtratio, cum auferantur hæ duæ ſpecies diuiſionis ab intellectu, & declaretur ꝙ omne habens permanentiam in corpore non euadet ab vna harum ſpecierum diuiſionis. Et forte dubitatur in eo quòd reperitur in corpore in hac

ſpecie alia entitatis,ſ.quę non diuiditur ad diuiſionem ſubiecti definitione, vtrum ſit ſeparatum à ſubiecto, vel ne?nam nos videmus plurimas partes ſubiecti auferri, & tamen non aufertur hic modus entitatis, ſcilicet apprehenſio indiuidualis. & exiſtimatur ꝙ, quemadmodum non aufertur forma in deſtructione partis, aut partium à ſubiecto, ſic non aufertur in deſtructione totius, & ꝙ ablatio actionis formę propter ſubiectum eſt ſimilis ablationi operationis artificis propter inſtrumentum. & ideo dixit Ariſt.ꝙ, ſi eſſet ſeni oculus, ſicut eſt iuueni, videret ſicut videt iuuenis.i. poteſt exiſtimari ꝙ diminutio viſus oculi,quæ euenit ſeni in virtute viſiua,non eſt ex debilitate viſus, ſed ex debilitate inſtrumenti. & ſumitur ratio in hoc ex deſtructione inſtrumenti,aut plurimarum partium eius in ſomno, & apoplexia, & ebrietate, & ægritudinibus, quibus deſtruuntur apprehenſiones ſenſuum. nam non dubitatur ꝙ virtutes non deſtruuntur in illis temporibus. & hoc videtur magis in animalibus, quæ, cum incidantur in duas partes, viuunt. & plurimæ plantarum ſunt huiuſmodi, licet non fuerit in eis virtus apprehenſiua. Sermo autem de anima eſt nimis profundus. ſed Deus appropriauit eum ſapientibus profundis in ſcientia. & ideo dixit Iob, Simplex ego ſum, neſcio animam meam. Et ſimilitudo mortis ſomno in hoc eſt ratio euidens permanentiæ animæ. quoniam deſtruitur operatio animę in ſomno ex deſtructione inſtrumentorum eius, & tamen ipſa non deſtruitur. igitur neceſſe eſt vt ſit diſpoſitio eius in morte, ſicut eſt diſpoſitio eius in ſomno. iudicium enim partium eſt idem, & eſt ratio communis omnibus, conueniens vulgo in credendo veritatem, & excitat homines ſapientes ad viam, ex qua ſciēt immortalitatem animę. & hoc manifeſtum eſt ex ſermone Dei, Perueniunt animę in morte in eo,qui non moritur in ſomno.

ALGAZEL.

AIt Alg. Ratio Tertia. Dicunt ſi ſcientia exiſteret in parte corporis,tunc eſſet ſciens, qui ſcit hanc partem pręter alias partes hominis. & tamen homo dicitur de eo ſciens. & ſcire eſt attributum ēi vniuerſaliter abſq; proportione ad ſubiectum proprium. & hoc eſt manifeſtum. quoniam ipſe appellatur videns, & audiens, & guſtans, & odor reperitur ei. & ſic beſtia attribuitur ei hoc. & id quidem non indicat ꝙ apprehenſio ſenſibilium non ſit in corpore, ſed eſt ſpecies permiſsionis. ſicut dicitur talis homo eſt in Gallia, licet fuerit in parte aliqua vniuerſę Gallię, non in tota, & tamen refertur ad totam.

AVEROES.

AIt Auer. Cum autem conceditur ꝙ intellectus non attribuitur alicui membro hominis, & conſtituta eſt demonſtratio in hoc: id enim

A id.n.non eſt notũ per ſe:manifeſtũ eſt ꝙ ſequitur ex eo vt nõ ſit ſubiectũ eius aliqđ corpus ex corporibus.Et non erit dictũ noſtrum de homine,ꝙ ſit ſciẽs,ſicut dictũ noſtrũ,ꝙ videat.qm̃, cum fuerit notũ per ſe ꝙ videt ꝑ aliquod mẽbrum deputatum,manifeſtum eſt ꝙ, cũ attribuimus ei viſum abſolute,eſt poſsibile ſecundum conſuetudinẽ Maurorum,& aliarũ gentium in hoc.&, cũ non fuerit intellectui membrũ deputatum,manifeſtum eſt ꝙ,cum dicimus de eo ꝙ ſit ſciẽs, nõ eſt ex eo ꝙ aliqua pars eius ſcit.ſed quomodo hoc ſit non eſt notum per ſe. nam ipſe nõ tenet ꝙ ſit hic membrũ deputatũ ei, nec locus deputatus in aliquo mẽbro mẽbrorũ,ſicut eſt in virtute imaginatiua, & cogitatiua,& memoratiua.nã loca iſtarum ſunt nota in cerebro.

ALGAZEL.

AIt Alga.Demonſtratio Quarta.Si autem ſcientia exiſtit in parte cordis,aut cerebri exẽpli gratia,tũc ignorãtia eſt cõtrariũ eius. & oportet vt admittamus ꝙ ſit in alia parte cordis, aut cerebri: B & erit homo aliqñ ſciens,& ignorans de aliqua re.&,cum hoc falſum fuerit, declarabitur ꝙ ſubiectũ ignorantiæ eſt ſubiectũ ſciẽtiæ. & hoc ſubiectũ eſt vnũ,ita ꝙ falſum eſt aggregari duo cõtraria in eo. & ipſe quidẽ,ſi eſſet in ſubiecto,nõ eſſet falſum exiſtere ignorãtiã in aliqua parte eius,& ſcientiã in aliqua parte eius.qm̃ rei exiſtenti in ſubiecto non contrariatur contrarium eius in alio ſubiecto, vt cõgregantur nigredo & albedo in eodẽ oculo,ſed in duobus ſubiectis. & nõ ſequitur hoc in ſenſibus.nã nullũ eſt cõtrariũ apprehenſioni eorũ.ipſi.n.apprehendunt,& non apprehẽdunt.& nõ eſt inter eos niſi oppoſitio eſſe, & priuationis.& ꝑꝑ hoc dicimus ꝙ apprehendit per aliquas partes eius, vt oculus,& aures:& nõ apprehendit per reſiduũ ſui corporis.& nulla eſt ei cõtradictio.& nõ ſufficit dictũ veſtrũ ꝙ ſcire eſt cõtrariũ ignorãtiæ. & iudiciũ eſt vniuerſale eis in toto corpore, cũ nõ ſit falſum vt ſit iudiciũ præter ſubiectũ cauſæ.nã ſciens eſt ſubiectũ,in quo exiſtit ſciẽtia:&,ſi profertur nomen de vniuerſali, eſt abuſiue.ſicut dicitur eſt in C Gallia,licet fuerit in aliqua parte eius.& ſicut dicitur vidẽs,licet ſciuerimus de neceſsitate ꝙ iudiciũ viſionis non cõſiſtit in pede, & manu, ſed eſt ꝓprium oculo.& cõuertitur iudiciũ de ſubiectis, vt conuertitur de cauſis.nã iudiciũ eſt diminutũ de ſubiecto cauſarum. & non euadit ab hoc ſermo dicẽtis ꝙ ſubiectum,aptum ad recipiendũ ſcientiam, & ignorantiã hominis,eſt vnũ,& conuertũtur cũ eo. nã apud vos omne corpus,habẽs vitã,recipit ſcientiã,& ignorãtiã, & non ponunt præter vitam aliã conditionẽ.& aliæ partes corporis apud eos circa receptionẽ ſciẽtiæ ſunt in eodẽ gradu. Dubitatio vero,ꝙ hoc conuertitur, eſt contra vos in appetitu,& deſyderio,& voluntate.nam hæc exiſtunt in beſtiis,& hominibus,& ſunt ſimul exiſtentia in corpore. deinde falſum eſt vt mutentur,ex eo ꝙ appetunt,& congregantur in eo fuga, & perfectio ad idem,cũ fuerit deſyderium in ſubiecto,& fuga in alio ſubiecto.& hoc non indicat ꝙ ipſa non exiſtant in corpore. qm̃ iſtæ vir

tutes, licet multæ fuerint, & mouentur diuerſis inſtrumentis, habent D
tamen vnum copulans: & eſt anima. & hoc homini, & beſtiæ ſimul. & cum vnitur copulans, mutabuntur relationes contradictoriæ in cõparatione ad id. & hoc quidem non indicat ꝙ anima non ſit exiſtens in corpore, ſicut eſt in beſtiis.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc, quod narrauit nomine Philoſophorum hic, non ſequitur ab eo, niſi ꝙ ſcientia non exiſtit in corpore, modo, quo exiſtit coloratio in eo, demum alia accidentia, non aũt ꝙ ipſa exiſtat in corpore omnino. nã prohibitio ſubiectæ ſcientiæ, quin recipiat ignorantiã de re, & ſcientiã de ea, indicat neceſſario ꝙ non ſit ei vnitas. cõtraria. n. non exiſtunt in eodẽ ſubiecto. & hæc ſpecies impoſsibilitatis reperitur in aliis attributis, quæ ſunt apprehenſiones, & ex apprehenſionibus. quod vero eſt proprium ſubiecto ſcientiæ ex receptione eſt ꝙ apprehendit contraria ſimul, ſ. rem, & contrarium eius. E
& hoc quidem impoſsibile eſt vt ſit, niſi apprehenſione non diuiſibili in ſubiecto non diuiſibili. nam iudex eſt vnus neceſſario. & ideo dicitur ꝙ ſcientia contrariorum eſt eadem. Hic quidem modus receptionis eſt, qui appropriatur animæ neceſſario. Attamen declaratum eſt apud eos ꝙ hæc eſt diſpoſitio ſenſus cõis iudicãtis de quinq; ſenſibus, & eſt apud eos corporeus. quare non eſt ratio ad ꝓbandũ ꝙ intellectus non exiſtat in corpore. qm̃ nos diximus ꝙ exiſtentia eſt duobus modis, aut exiſtẽtia attributorũ non apprehendẽtiũ, aut exiſtentia attributorũ apprehendentiũ. Et id profecto, cũ quo in hoc ſermone dubitauit eis, eſt verum: & eſt quod anima concupiſcibilis non mouetur ad contraria ſimul, & tamen eſt corporea. Et non vidi aliquẽ Philoſophorũ ratiocinari ex hoc, in affirmando permanentiam animæ, niſi cõſyderantem ſermones ſuos. nam proprietas vniuſcuiuſque virtutis apprehenſiuę eſt vt non copulentur in apprehenſione eius duo oppoſita, ſicut proprietas duorum contrariorum extra animam eſt vt nõ cõgregentur in eodẽ ſubiecto. Igitur hoc eſt, in quo cõicant virtutes apprehenſiuæ cum virtutibus non apprehenſiuis. & appropriatur virtutibus apprehenſiuis quòd ipſæ iudicant de contrariis repertis ſimul, ſ. ſciunt vnum eorum ex ſcientia alterius. & appropriatur virtutibus nõ apprehenſiuis, quoniã diuiduntur ad diuiſionem corporis, & reperiũtur in diuerſis partibus eiuſdem corporis contraria ſimul, non autem in eadem parte. &, qm̃ anima ſubiectum eius non diuiditur hac ſpecie diuiſionis, non euenit ei vt reperiantur in duo contradictoria ſimul in duabus partibus ſubiecti. Quare iſti ſermones omnes ſunt ſermones hominis non peruenientis ad opiniones Philoſophorum in his rebus. O quàm eſt remota opinio afferentis rationem de permanentia animæ, ex eo quòd ipſa non iudicat de duobus contradictoriis ſimul. nam ſequitur ex hoc vt ſubiectum eius ſit vnum non diui F

A ſibile.& quæro quæ eſt ratio ad probãdum ꝙ ſubiectum nõ diuiſibile ad diuiſionem ſubiecti accidentiũ,quod non ſit diuiſibile omnino?

ALGAZEL.

Ait Alga.Ratio Quinta. Dicunt ſi intellectus intelligit intelligibilia inſtrumẽto corporeo,ipſe quidem non intelligit ſeipſum.& conſequens eſt falſum, quia ipſe intelligit ſeipſum: igitur antecedens eſt falſum. Dicimus,nos bene concedimus ꝙ reiteratio oppoſiti conſequentis concludit oppoſitum antecedentis: attamen,cum probatur conſequentia conſequentis ab antecedenti,nõ admittimus,ſed dicimus non concedimus conſequentiam conſequentis. Et quæro quæ eſt ratio eius? Si autem dixerit ratio eius eſt, quia viſus eſt in corpore,& viſus,non alligatus viſui in aſpiciendo non videt, & auditus non audit, & ſic alii ſenſus, & intellectus non apprehendit B etiam,niſi in corpore:ergo non intelligit ſeipſum. intellectus autem, quemadmodum intelligit aliud,ſic intelligit ſeipſum, & intelligit ꝙ intelligat aliud, & ꝙ ipſe intellexerat ſe ipſum. Dicimus id,quod dixiſtis eſt corruptum ex duobus.Primũ quidem, qm̃ viſus apud nos poſsibile eſt vt alligetur ſibi ipſi,& erit viſus alteri,& ſibi ipſi, quemadmodum erit vnum ſciens aliud, & ſciens ſeipſum .ſed conſuetudo currit in contrarium huius, & reſciſsio conſuetudinis apud nos admittitur. Secundum vero,& eſt fortius, eſt concedendo hoc in ſenſibus.Attamen non, cum hoc impoſsibile eſt in quibuſdam ſenſibus, impoſsibile eſt etiam in quibuſdam.Et quid inconuenientius eſt vt diſtinguatur iudicium ſenſuum in modo apprehenſionis cum communicatione eorum ꝙ ſint corporei?vt differunt viſus,& tactus. quia tactus non acquirit apprehenſionem,niſi cum continuatione contacti inſtrumento tactus.& ſic etiam eſt guſtus.& differt ab eo viſus, cum conditionatur in eo ſeparatio,ita ꝙ,ſi ponatur ſuper palpebras, non videt C colorem,quia non diſtat ab eo.& hæc quidem diuerſitas non facit diuerſitatem,quo ad eorum indigentiam corpore. & non negatur quin ſit in ſenſibus corporeis quid,quod appellatur intellectus, & differt ab eis,in eo ꝙ apprehendit ſeipſum.

AVEROES.

Ait Auer.Contradictio aũt Prima,& eſt,cum dicit ꝙ poſsibile eſt vt reſcindatur conſuetudo,& videbit viſus ſeipſum,eſt ſermo in vltimitate ſophiſticationis,& inuolutionis.& iam locuti ſumus de hoc ſuperius. Secunda vero contradictio, & eſt, cum dicit ꝙ non eſt abſurdum vt apprehenſio corporea apprehendat ſeipſam, habet quidem quandam ſufficientiam. Attamen, cum ſcitus fuerit modus, qui mouit eos ad hoc, ſcietur ꝙ hoc eſt impoſsibile.nam apprehenſio eſt quid repertum inter agens, & paſſum, & eſt

apprehendens, & apprehenſum.& falſum eſt vt ſit ſenſus agens,& patiens eodẽ modo.&,cũ reperitur agẽs, patiens eſt duobus modis,ſ.ꝙ actio eſt ei ex parte formæ:paſsio vero ex parte materiæ: igitur omne cõpoſitũ nõ intelligit ſeipſum.qm̃ ſubſtãtia eius eſt alia ab eo, per qđ intelligit.nam intelligit per partẽ ſubſtãtiæ ſuæ. & , quia intellectus eſt ipſum intellectũ,tunc,ſi compoſitũ intelligit ſeipſum, conuertitur cõpoſitũ in ſimplex, & totũ fit pars & hoc totũ eſt falſum . Et hic ſermo,cũ ſcribitur hic,eſt rhetoricus.&,cum ſcribitur ſecundũ ordinem demonſtrationum,& eſt vt præcedant eum concluſiones, quæ debent præcedere, poteſt fieri demonſtratiuus. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Sexta. Dicunt ſi intellectus apprehenderet cum inſtrõ corporeo,vt viſus, nõ apprehẽderet inſtra ſua, vt faciunt alii ſenſus:ſed ipſe apprehendit cerebrũ ,& cor, & quod ponitur, ꝙ ſit inſtrm̃ eius:ergo indicat ꝙ non habet inſtrm̃,nec ſubiectum. ſin aũt, id nõ apprehenderet. Dubitatio aũt huic eſt, ſicut dubitatio, quę fit in pręcedẽti.qm̃ nos dicimus ꝙ non eſt inconueniẽs quin viſus apprehẽdat ſubiectũ ſuũ,ſed currit ſecũdũ conſuetudinẽ. nã dicimus nõ eſt falſum vt differãt ſenſus in hoc, licet cõicent in exiſtẽtia eorũ in corporibus,vt antea.Et quare dicitis ꝙexiſtẽs in corpore,falſum eſt vt apprehẽdat corpus,quod eſt ſubiectũ eius? & quare ſequitur vt iudicemus ex vno demõſtrato tali particulari remoto ſuper vniuerſale abſolutũ? & vnde ſcitur deliberatiue falſitas eius? & iã dictum eſt in Logica ꝙ iudicatur ex cã particulari,aut particularibus plurimis ſuꝑ vniuerſale,ita ꝙ dãt exẽplũ in hoc,cũ dixerit aliquis ꝙ omne animal mouet in maſticãdo mãdibulã inferiorẽ,qm̃ vidimus inductiue oĩa animalia eſſe talia.& hoc quidẽ erit,quia neſcit tanſah.nã ipſum mouet mãdibulã ſuperiorẽ.& ſic iſti ꝓfectò nõ inquirũt inductiue, niſi quinque ſenſus,& inueniũt eos modo tali, & iudicauerunt de omnibus cũ eo.& forte intellectus eſt ſenſus,qui currit in his ſenſibus curſu tãſah inter alia animalia.igit̃ ſenſus cũ hoc,ꝙ ſunt corporei, diuiduntur ad id, qđ apprehẽdit ſubiectũ ſuũ,& ad id,qđ nõ apprehẽdit,vt diuidũtur ad id, qđ apprehẽdit,obiectũ ſuũ abſq; cotactu,vt eſt viſus,& ad id, qđ non apprehẽdit,niſi cõtinuatione,vt guſtus,& tactus.igitur id,qđ dixerũt ſi generauit exiſtimationẽ,nõ generauit tñ veritatẽ,cui cõfidendũ ſit. Si aũt dicet nos nõ ſuſtẽtamur ſimplici inductione ſenſuũ,ſed demonſtratione,& dicimus ſi eſſent cor,& cerebrũ in anima hominis,nõ deficeret ei apprehẽſio eorũ,adeo ꝙ nõ euadet apprehẽſione ſui ipſius. nã vnus hõ nõ ſcit ſeipſum ex ſeipſo,ſed affirmat ſemper animã ſuam ex anima ſua.ſed nõ eſt ſic in apprehẽſione eorũ. homo.n. cũ non audiet recitationẽ cordis,& cerebri,nec videt ea in anatomia alicuius hominis,nõ apprehẽdit ea,nec credet qđ ſint.&, ſi intellectus eſſet in cor-

A pore,oportet vt intelligat hoc corpus ſemper, aut id non apprehendit ſemper. Dubitatio aũt eſt,ꝙ nullũ amborũ eſt verũ,ſed intelligit ſeipſum aliqñ,& nõ intelligit ſeipſum aliqñ.& hoc probatur.qm̃,ſi apprehenſio,exiſtẽs in ſubiecto,apprehẽdit ſubiectũ ex ꝓportione eius ad ſubiectũ,& non conſyderatur quòd fit ei ꝓportio ad id,niſi exiſtentia in eo,ꝓfecto nunq̃ id apprehẽdet. Et,ſi hæc proportio nõ erit tũc,nũquã debet id apprehẽdere:cum impoſsibile eſt vt ſit ei alia ꝓportio ad id,ꝓut eſt ipſe.qm̃ ex eo qđ intelligit ſeipſum,intelligit ſeipſum ſemper, & hoc nõ deficit ei in aliqua hora. Dicimus qđ homo,quotiẽſcũque perſeuerauerit cõſyderare aĩam ſuã,& non celatur ei, ipſe ꝓfecto cõſyderat corpus ſuum. Veruntñ quòd nõ innuitur ei nomẽ cordis, & forma eius,& figura eius,ſed affirmat animã ſuã eſſe corpus, adeo qđ affirmat eſſe animã ſuã cũ veſtibus ſuis,& eſſe domi.anima vero, quã dixerũt,non attribuitur veſtibus,& domui.& affirmatio eius ad corpus,qđ eſt principale,ſequitur ei.& nõ curant de figura eius, & nomi-

B ne eius,ſicut nõ curãt de ſubiecto odoris,& qđ ſunt addita in anteriori parte cerebri ſimilia capitibus mamillarũ.Et,ſicut homo ſcit qđ apprehendit odorẽ cũ naribus,tñ ſubiectũ apprehẽſionis nõ cõſyderatur ab eo,nec demõſtratur,licet apprehẽderit quòd eſt ꝓpinquior ad caput, q̃ ſit propinquior ad infra aures,ſic cõſyderat homo animã ſuã, & ſcit qđ eſſe eius,quo cõſiſtit,eſt propinquius cordi,q̃ ſit pedi. nã ipſe cõſyderat animã ſuã,remãſurã cũ priuatione pedis, & nõ cõſyderat cõſyderatione animæ ſuę remanſuræ cũ priuatione cordis. igitur id, quod dixerunt de eo,quòd ipſe intelligit de corpore aliquando,& aliquãdo non intelligit,non eſt ſic.

AVEROES.

AIt Auer. Dubitatio autẽ eius,quòd id, quod eſt in corpore, aut virtus in corpore,non intelligit ſeipſum per rationẽ, qm̃ ſenſus ſunt virtutes apprehẽſiuæ in corporibus,& ipſæ non intelligunt ſeip-

C ſas,hoc quidẽ eſt in capitulo inductionis,quæ non facit adipiſci veritatẽ. Et aſsimilatio eius inductioni factæ de eo,qđ omne animal mouet mandibulam inferiorem, profecto non eſt ei ſimilis aliquo modo,licet fuerit ſimilis aliquo modo. Quòd aũt ſit ei diſsimilis eſt,qm̃ ponẽs inductiue quòd omne animal mouet mandibulã inferiorẽ,facit inductionem diminutã:nam inducit in ea oẽs ſpecies animalium. ponens vero quòd oẽs ſenſus non apprehendũt ſeipſos in rei veritate, facit inductionẽ perfectã,cum nõ ſit ſenſus præter quinq; ſenſus. Iudicium aũt per id,qđ videtur ex ſenſibus,quòd omnis virtus apprehenſiua non eſt in corpore, eſt ſimile inductioni , qua iudicamus quòd oẽ animal mouet mandibulã inferiorem. nam ponens hoc, quemadmodũ nõ facit inductionẽ in omnibus animalibus, ſic ponẽs quòd omnis virtus apprehenſiua non eſt in corpore ,ex eo quòd ſic eſt in ſenſibus, non facit inductionem in omnibus virtutibus apprehenſiuis . Quòd vero dixit de eis in eo quòd,ſi intellectus eſſet in corpore, comprehẽ-

deret corpus, in quo eſt apud apprehenſionem ſuam, eſt ſermo leuis, D
& non eſt ex ſermonibus Philoſophorum. quoniam hoc ſequeretur, ſi omnis apprehendens eſſe rei, id apprehenderet per definitionẽ eius. & non eſt ſic. nam nos apprehendimus animam, & multa, & non apprehendimus definitiones eorum. quoniam, ſi apprehẽderemus definitionem animæ cum eſſe eius, ſciremus neceſſario ex definitione eius eſſe eius, an ſit in corpore, vel non ſit in corpore. ſi enim eſſet in corpore, eſſet corpus neceſſario aſſumptum in definitione eius. &, ſi nõ fuerit in corpore, non erit corpus aſſumptum in definitione eius. hoc quidem eſt id, quod debet teneri hic. Contradictio autem Alga. huic ſermoni, ꝙ homo conſyderat de anima quòd ſit in corpore eius, licet non diſcernatur ab eo membrum, in quo eſt ex corpore, eſt profecto vera. & Antiqui differunt in hoc. ſed ſcientia noſtra, ꝙ ſit in corpore non eſt ſcientia, ꝙ ſit ei exiſtentia in corpore. nam hoc non eſt notum per ſe. & eſt id, in quo differunt homines & Antiqui, & Moderni. ſi enim corpus eſſet ei vt inſtrumentũ, nullam quidem habet exiſtentiam in eo. ſi vero eſſet ei vt accidens ſubſtantiæ, non erit ei eſſe niſi in corpore. E

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Septima. Dixerunt virtutes apprehenſiuæ inſtrumentis corporeis, accidit eis ex conſuetudine in operatione, & continuatione apprehenſionis diminutio. nam continuatio motus corrumpit complexiones corporum, & deſtruit eas. & ſic res exceſsiue excelſioris comprehenſionis debilitant eas, & aliquando corrumpunt eas, adeo quòd non apprehendunt poſtea aliquid leuius, & debilius: ſicut eſt vox exceſsiua auditui, & lux clara viſui. nam aliquando corrumpit eum, aut prohibetur poſtea ab apprehenſione vocis leuis. & ſic etiam apprehenſa ex guſtu. apprehendens enim dulcedinem exceſsiuam non ſentit poſtea dulcedinem, quæ eſt minor ea. Diſpoſitio vero in virtute intellectiua eſt in contrarium. F
nam continuatio in ſpeculando intelligibilia non eam reddit feſſam in hoc. & apprehenſio ſpeculabilium ſupremorum fortificat eam ad comprehendendum ſpeculabilia leuia, & non debilitat eam. ſi vero euenit ei aliquando feſsitas, hoc eſt, quia indiget virtute imaginatiua, & coadiuuatione eius, & debilitatur virtus imaginatiua, & non inſeruit intellectui. Dubitatio autem eſt ex viis præcedentibus. nam nos dicimus non negatur ꝙ differant ſenſus corporei in hoc. & non omne, quod affirmatur aliquibus eorum, oportet vt affirmetur aliis. ſed non negamus ꝙ differãt corpora. nam ſunt aliqua eorũ, quæ debilitat ea motus aliquis: & aliqua, quæ ea fortificat alius motus, & non debilitat. &, ſi receperint impreſsionem ex eis, erit profecto ibi cauſa mutans virtutem eorum, ita quòd non ſentient impreſsionem. & to-

A tum hoc eſt poſsibile, cum iudicium affirmans in aliquibus, non oportet vt affirmet in omnibus.

AVEROES.

Ait Auer. Hæc eſt ratio antiqua ex rationibus eorum. & concluſio eius eſt ꝙ, cum intellectus apprehendit intelligibile forte, deinde reuertitur ad apprehenſionem eius, quod eſt debilius, tunc apprehenſio eius eſt facilior. & hoc indicat ꝙ apprehenſio eius non eſt in corpore. nam nos reperimus virtutes corporeas apprehenſiuas recipere impreſsionem ab apprehenſis fortibus impreſsione tali, qua debilitatur apprehenſio earum, ita ꝙ impoſsibile eſt eis vt apprehendant ea, quæ ſunt facilioris apprehenſionis poſt apprehenſionem fortioris apprehenſionis. Et cauſa in hoc eſt, quoniam omnis forma exiſtens in corpore, exiſtentia eius in eo eſt, quia recipit hoc corpus impreſsionem ab ea, ſed exiſtit in eo, quoniam eſt diuerſa procul
B dubio. ſin autem, non erit forma in corpore. &, qm̃ inuenerunt ꝙ recipiens intelligibilia non recipit impreſsionem ab intelligibilibus, determinauerunt ꝙ hoc recipiens non ſit in corpore. Attamen hoc non eſt ei contradictio. nam omne recipiens impreſsionem à ſubiecto ex exiſtentia formæ in eo, conuenientem quidem, aut fugiendam, aut paucam, aut multam, eſt corporeum neceſſario. & conuerſio huius eſt etiam vera. & eſt, omne, quod eſt corporeum, recipit impreſsionẽ à forma adueniente ei, & menſura impreſsionis eius eſt ſecũdum mẽſuram miſtionis illius formæ corpori. Et cauſa in hoc eſt, quoniam omnis generatio ſequitur mutationem. &, ſi introduceretur forma in corpore abſq; mutatione, tũc eſſet poſsibile vt reperiretur forma corporea, ex qua non imprimitur aliquid ſubiecto in aduentu eius.

ALGAZEL.

C Ait Alga. Ratio Octaua. Dixerunt, omnes partes corporis debilitatur vigor earum, poſtquam peruenerint ad ſtatum propè quadraginta annos: & quod eſt poſtea, debilitatur viſus, & auditus, & aliæ virtutes. virtus tamen intellectiua vt plurimum fortificatur poſt hoc in pluribus. Et non eſt dicendum contra hoc, ex eo quòd euenit priuatio ſpeculationis intelligibilium, cum acciderint morbi corpori, & hyeme cauſa ſenectutis. nam quotienſcunque declaratum ſit quòd fortificatur cum debilitate corporis in quibuſdam temporibus declarabitur etiam quòd exiſtat in corpore. Sed deſtructio eius apud deſtructionem corporis non infert neceſſario vt exiſtat in corpore. nam reiteratio conſequentis non concludit. nos enim dicimus ſi virtus intellectiua exiſteret in corpore, debilitaret eam debilitas corporis in aliquibus temporibus; igitur declarata eſt exiſtentia eius in ſeipſo in omni tempore. ſed

conſequens eſt falſum. igitur antecedens eſt falſum. &, cũ dicimus con D ſequens, quod reperitur in aliquibus temporibus, non ſequitur vt antecedens ſit verum. Vlterius cauſa eius eſt, quoniam anima habet operationem in ſeipſa, cum non fuerit ei prohibens, & non fuerit ei occupans. nam ipſius animæ duæ ſunt operationes, operatio quidem reſpectu corporis, & eſt regere id: & operatio reſpectu principiorum ſuorum, & ſui ipſius, & eſt apprehenſio intelligibilium. & ſunt duæ operationes diuerſæ, & diſtinctæ: &, dum occupauerit ſeipſam in aliqua earum, declinat ab alia, & defecit ei congregare ambas ſimul. occupatio autem eius ex parte corporis ſunt ſenſatio, & imaginatio, & appetitus, & timor, & ira, & exiſtimatio, & triſtitia, & dolor. &, cum incœperit conſyderare in intelligibili, deficit ab illis rebus immo ſenſus tantum prohibet, & remouet ab apprehenſione intellectus, & ſpeculatione eius, abſque eo quòd aliquid tangat inſtrumentum intellectus, aut accidat ipſimet læſio. Et cauſa huius eſt occupatio animæ in aliqua operatione. & ideo deſtruitur ſpeculatio intel- E lectus etiam apud dolorem, & morbum, & timorem, quia eſt morbus in cerebro. Et quomodo prohibetur impoſsibilitas cum diuerſitate modorum actionis animæ, & numeratione vnius modi ſequitur impoſsibilitas? nam timor inuoluitur à dolore; & appetitus ab ira, & conſyderatio in intelligibili ab aliquo intelligibili ſeparato ab eo. & ſignum, quòd morbus eueniens corpori non eſt in ſubiecto ſcientiarum, eſt, quoniam cum reuertitur ſanum, non indiget diſcipli na ſcientiarum denuo, ſed redit qualitas animæ eius, prout fuerat, & reuertuntur illæmet ſcientiæ, abſque quòd fiat diſciplinatio. Dubitatio autem, quoniam nos dicimus quòd diminutio virtutum, & additio earum habent multas cauſas, quæ non concluduntur, & aliquæ profecto virtutes fortificantur in principio vitæ, & aliquæ in medio, & aliquæ in fine; et intellectus eſt ſic etiam: et non remanet niſi quòd topicus ratiocinetur, et non concedat quòd differant odor, et F viſus: quoniam odor fortificatur poſt quadrageſimum annum, et tamen viſus debilitatur, licet ſint æquales, cum fiunt in corpore. quemadmodum differunt iſtæ virtutes in animalibus, et fortificatur odor in quibuſdam, et auditus in quibuſdam, et viſus in quibuſdam ex diuerſitate complexionis eorum. et non eſt quidem poſsibile hoc ſcire. et non eſt inconueniens vt ſint etiam complexiones inſtrumentorum diuerſæ ſecundũ indiuidua, et ſecundũ tempora. et erit vna cauſarũ prioritatis debilitatis viſus præter intellectum. quoniam viſus eſt prior intellectu. nã videt in principio creationis, et tamen non perficitur intellectus eius, niſi poſt quintumdecimum annum, aut plus, prout vidimus quòd differũt homines in eo, ita quòd dicitur quòd canities in capillis capitis eſt prior ea, quæ eſt in barba, quoniã capillus capitis eſt prior. Hæc ſunt cauſæ, de quibus, ſi aliquis loquitur, et non attribuit hoc curſui conſuetudinum, non poteſt ædificare ſuper

A eaſ ſcitum tutum. quoniam modi poſsibilitatis, in eo ꝙ adduntur ex eo virtutes, aut debilitantur, non includuntur. & hoc non facit peruenire ad aliquid veritatis.

AVEROES.

Ait Auer. Si poſuit ꝙ virtutes apprehenſiuæ, ſubiectum earũ eſt calor naturalis, & calori quidem elementali euenit diminutio poſt quadrageſimum annum, tũc debet eſſe intellectus in hoc, vt aliæ virtutes, ſcilicet ꝙ oportet, ſi eſſet ſubiectum eius calor elementalis, vt veteraſcat ad veterationem eius. Attamen, ſi conſyderetur ꝙ ſubiecta ſint diuerſa in intellectu, & ſenſibus, tunc non ſequitur vt ſint æqualia tempora eorum.

ALGAZEL.

Ait Alg. Ratio Nona. Dixerunt q̃ñ erit homo præfatio corporis, & accidentium eius: & tamen hęc corpora non deficiunt reſolui: & nutrimentum reſtaurat id, quod reſoluitur, adeo ꝙ

B cum videmus ſenſu vnum puerum ægrotare aliquando & macreſcere, deinde impinguari & creſcere; tunc poſſumus dicere ꝙ non remanet ei poſt quadrageſimum annum aliquid ex partibus, quæ reperiebantur in eo apud exitum ab vtero matris, ſed fuit initium eſſe eius ex partibus ſpermatis tantum. & nõ remanſit ei aliquid ex partibus ſpermatis, ſed reſoluitur totum hoc, & permutatur in aliud, & erit hoc corpus aliud à corpore illo. & tñ dicimus hunc hominem eſſe eundem hominem, adeo ꝙ remanebunt cum eo ſcientiæ eius ab initio pueritię. & iam mutauit omnes ſenſationes ſuas. igitur indicat ꝙ ſit animę eſſe p̃ter corpus, & ꝙ corpus ſit inſtrumentum animæ. Dubitatio autem, ꝙ hoc deſtruitur in belua, & arbore, eſt cum conſyderatur crementũm earum à pueritia. nam dicitur ꝙ hoc eſt illud, ſicut dicitur de homine, & tamen non indicat hoc, ꝙ ſit ei eſſe præter corpus. & quod dictum eſt de ſcientia deſtruitur, cum imaginatiua conſeruat formas. nã ipſa

C remanet à pueritia ad crementum, licet mutentur partes cerebri.

AVEROES.

Ait Auer. Hæc eſt ratio, quam non fecit aliquis Antiquorum in permanẽtia animę, ſed fecerunt eam in eo, ꝙ in indiuiduis eſt ſubſtantia remanens à genitura vſq; ad mortem, & ꝙ res non ſunt in continuo fluxu, vt putauerunt multi ex Antiquis, auferẽtes neceſſarium, adeo ꝙ neceſsitatus fuit Plato ponere ideas. & non eſt occupandum tempus in hoc. & dubitatio Alg. huic rationi eſt vera.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Decima. Dixerunt, virtus intellectiua apprehendit canones vniuerſales intellectuales, quos appellant Loquentes diſpoſitiones, & apprehendit hominem abſolutum, ex eo ꝙ videt aliquod indiuiduum humanum demonſtratum tale. & eſt ſciẽtia de indiuiduo, quod videtur. nam id, quod videtur, eſt in loco proprio, & colore proprio, & tempore proprio, & mẽſura propria,

& ſitu proprio.homo vero abſolutus intellectus eſt abſtractus ab his rebus:immo in eum ingreditur omne de quo profertur nomen hominis: licet non fuerit ſecundum colorem apparentem in menſura eius, & ſitu eius, & loco eius, & tempore eius. immo is, cuius eſſe eſt poſſibile in futurum,ingreditur in eum,adeo quòd,ſi corrumperetur homo,remaneret verificatio hominis in intellectu, abſtracti quidem ab iſtis proprietatibus. & omne,quod ſenſus vidit,id indiuiduale, ex eo peruenit in intellectum verificatio illius indiuidui vniuerſalis abſtracta à materiis,& mineralibus,adeo ꝙ diuidentur attributa eius ad id, quod eſt ei eſſentiale,vt eſt corporeitas plantæ, & animali, &c. vſq; ad finem capituli. D

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod recitauit nomine Philoſophorum de hac ratione, eſt ꝙ intellectus apprehendit de indiuiduis, quæ communicant ſpecie aliquid, quo communicant. & eſt quiditas illius ſpeciei,abſq; eo quòd diuidat illud in ea, in quæ diuiduntur indiuidua,in eo quòd ſunt indiuidua,ex loco,ſitu,& materiis, ex quibus plurificantur. igitur neceſſe eſt vt ſit non generabilis, nec corruptibilis,nec deperditur, cum deperdatur aliquod indiuiduorum, in quibus inuenitur illæ. & ideo ſcientiæ ſunt æternæ, & non generabiles nec corruptibiles,niſi per accidens,ſ.ex copulatione earũ Socrati, & Platoni,ſ.ſunt corruptibiles ꝓpter copulationẽ,nõ ꝙ ſint corruptibiles ex ſe. nam,ſi eſſent generabiles & corruptibiles,tunc eſſet hęc copulatio in eiſmet ipſis, & non congregarentur in eadem re. Dixerunt &,cum hoc habitum fuerit de intellectu, & fuerit in anima,neceſſe eſt vt ſit anima non diuiſibilis ad diuiſionem indiuiduorum, & vt ſit etiam quid vnum in Socrate,& Platone. Et hæc quidem ratio de intellectu eſt fortis,quoniam intellectui nihil eſt indiuiduitatis.anima autem,licet fuerit abſtracta ab accidentibus, quibus numerantur indiuidua,ſãmob tãmen ex Sapientibus dixerunt quòd non exit à natura indiuidui, licet ſit apprehendens. & eſt ſpeculatio in hoc loco. Dubitatio autem,quam fecit contra eos Alga. conſiſtit in hoc, ꝙ intellectus eſt quid indiuiduale: & vniuerſalitas accidit ei. & ſic aſsimilauit conſyderationem eius de re communi indiuiduis conſyderationi vnius ſenſus multis vicibus. nam eſt vnus apud eos, non autem quid vniuerſale. & vita exempli gratia in Socrate eſt eadem numero,quam vidit in Platone.& hoc eſt falſum. nam, ſi hoc eſſet verum, non eſſet inter apprehenſionem intellectus, & apprehenſionem ſenſus differentia.& non traduximus ſermonem eius hic,quia prolixus eſt.

DE DICTO EORVM, QVOD FALSVM EST DICERE QVOD CORRVMPANTVR ISTAE ANIMAE: SED, CVM REPERIANTVR, ſunt æternæ perpetuę, & non poteſt conſyderari corruptio, & finitas earum.

AVEROES.

AIT Auer. Et ſic dixit poſtea ꝙ Philoſophi in eo, ꝙ
B anima habet corruptionem poſt eſſe, ꝙ ſit falſum, habent duas rationes. Quarum vna eſt, ſi anima corrumpitur, corruptio eius non euadet ab vna triũ rerum. aut enim corrumpitur cum corruptione corporis, aut corrumpitur propter contrarium repertum ei, aut ex poſſe potentis. & falſum eſt vt corrumpatur ad corruptionem corporis. eſt enim ſeparata à corpore. & falſum eſt vt ſit ei contrarium, nam ſubſtantia ſeparata non habet contrarium. & falſum eſt vt alligetur poſſe potentis priuationi, vt dictum eſt ſupra. Dubitatio autem eis eſt. nos non concedimus quòd ſit ſeparata à corpore. Vlterius, quia dilectum apud Auicennam eſt vt ſint animæ numeratæ ad numerationem corporum. nam eſſe animam vnam numero omnimode in omnibus indiuiduis, accidunt ei multa inconuenientia, ex quibus illud eſt, quòd, cum ſcit Socrates aliquid, ſciet id etiam Plato. &,
C cum ignorat id Plato, ignorat id Socrates. Iterum ſunt inconuenientia alia, quæ ſequuntur huic poſitioni. ipſe vero reſpondet huic ſermoni quòd ipſa cum ponitur numerata ad numerationem corporum, ſequeretur vt eſſet alligata eis, & corrumperetur neceſſario ad corruptionem corporum. Attamen Philoſophi poſſunt dicere quòd non ſequitur, cum fuerit inter duo proportio alligationis, & amoris, vt eſt proportio inter deſyderans, & deſyderatum, & vt eſt proportio inter ferrum, & magnetem, vt, cum corrumpitur vnum, corrumpatur aliud. ſed aduerſarius poteſt interrogare eos quid eſt, quo appropriantur animæ, & plurificantur plurificatione numerali, & tamen ſunt ſeparatæ à materia. nam plurificatio numeralis indiuidualis prouenit ex materia. Veruntamen defendenti permanentiam animæ, & numerationem eius eſt dicere quòd ſit ex materia ſubtili: & eſt calor animalis, qui influitur à corporibus cœleſtibus; & eſt calidum, quod non eſt ignis, nec eſt in eo principium ignis, ſed in

eo ſunt animæ informantes corpora, quę ſunt hic, & animas exiſtentes in illis corporibus. Et nullus Philoſophorū contradicit quin in elementis ſit calor cœleſtis, deferens virtutes generantes animal, & plantā. ſed aliqui appellant has virtutes naturales cœleſtes: Galenus vero appellat eam virtutem informantē, & aliquando appellat eam creatorē, & dicit ꝙ ipſe tenet ꝙ ſit hic agens animalis ſapiens, id creans. & hoc apparet ex anatomia. vbi vero exiſtit hoc agens, & quid ſit, eſt q͂d nobilius quā poſsit homo id ſcire. Et ex hoc aſſumpſit rationē Plato, ꝙ anima ſit ſeparata à corpore, qm̄ ipſa eſt creatrix eius, & informatrix. nā, ſi corpus eſſet conditum in eſſe eius, non crearet, nec informaret illud. & hęc quidē anima, ſ. creatrix magis apparet in animali non generante, poſtea in generante. nam nos, quemadmodū ſcimus ꝙ anima ſit quid additum calori elementali, cum calor, in eo ꝙ eſt calor, nō eſt de natura eius vt efficiat operationes ordinatas intelligibiles, ſic ēt ſcimus ꝙ calor, qui eſt in ſpermatibus, non eſt ei ſufficientia ad creationem, & informationē. & nulla eſt differentia apud eos ꝙ ſint in elementis animæ creantes quālibet ſpecierum repertarum in animali, & plantis, & mineralibus, & totum, quod opus eſt in eſſe eius, & permanentia cum regione, & ꝙ ſint virtutes cōſeruantes eam. Hæ aūt animæ aut erunt tanquā medię inter animas corporum cœleſtium, & animas, q̄ ſunt hic in corporibus ſenſibilibus, & habebunt abſque dubio in animabus, q̄ ſunt hic, & corporibus dominium: & hinc ortus eſt ſermo de parte: aut ipſæ in ſe ipſis ſunt alligatæ corporibus, q̄ ab eis ſunt creata propter ſimilitudinem, quę eſt inter ea. &, cum corrumpantur corpora, reuertuntur ad materias ſuas ſpirituales, & corpora ſua ſubtilia, quæ non ſentiuntur. & nullus eſt Philoſophorum antiquorū, qui non concedat eſſe has animas: differunt tn̄ an ſint illæ, quę exiſtunt in corporibus, aut eſt aliud genus præter illas. Qui vero dixerunt de datore formarum, ipſi quidem poſuerūt has formas intellectum ſeparatū. & hoc non reperitur alicui Antiquorum, niſi quibuſdam Philoſophis Maurorum. qm̄ ex radicibus eorum eſt ꝙ ſeparata non mutant materias mutatione tranſmutationis per ſe, & primo. nam mutans eſt contrarium eius, quod mutatur. Et hæc quidem diſputatio eſt profundiſſima diſputationum, quæ ſunt in Philoſophia. Et fortiſsimum, quod teſtatur in hoc, eſt qm̄ intellectus materialis intelligit infinita in vno & eodem intellectu, & iudicat de eis iudicio vniuerſali, & non eſt ſubſtantia eius hæc ſubſtantia. igitur eſt non materialis omnino. Et ideo laudat Ariſtoteles Anaxagoram, cum poſuerit primum motorē intellectum, aut formam ſeparatam à materia. & ideo non patitur ex aliquo entium. nam cauſa paſsionis eſt materia. & in hoc eſt diſpoſitio in virtutibus recipientibus, ſicut eſt diſpoſitio in virtutibus agentibus. virtutes recipientes, habentes materiam, ſunt quæ recipiunt res determinatas.

DE DICTO EORVM, QVOD NON SIT FALSVM QVOD ANIMAE REVERTANTVR AMPLIVS IN CORPORIBVS.

AVEROES.

AIT Auer. Et, cum ſeparatus fuit ab hac diſputa-
tione, incœpit cogitare ꝙ Philoſophi negant con-
gregationem corporum in die iudicii. & hoc quidē
non reperitur ſermo de eo in aliquo pręcedentium.
B Sermo autem de congregatione corporum habet
paucam prouulgationem in legibus prouulgatis.
& quod dixerunt de ea Philoſophi eſt pręter nume
rum duorum. nam primi, qui dixerunt de congre-
gatione corporum, ſunt Prophetæ Iſraelitæ, qui venerunt poſt Moy-
ſen principem Prophetarum. & hoc apparet in pſalmis, & in multis li
bris attributis filiis Iſrael. & affirmatur etiam hoc in euangeliis. & eſt
ſermo Zabaiſtarum. quam quidem legem dixit Auenhazam fuiſſe an
tiquiſsimam legum. Sed iſti homines apparet de eis ꝙ ſunt vigoroſio
res ad magnificandum eam, & credendum ei. Et cauſa huius eſt. qm̄ Sermo de Legibus.
ipſi tenent ꝙ currit curſu regiminis hominum, in quo quidem conſi-
ſtit eſſe hominis, & aduentus ſummi boni ei proprii. nam ipſa eſt ne-
ceſſaria inuentioni virtutum moralium in homine, & virtutum ſpecu
labilium, & artium operatiuarū. ipſi enim tenent ꝙ homo non habet
C vitam in hac noſtra habitatione, niſi per artes operatiuas: & non eſt ei
vita in hoc ſeculo, & in futuro, niſi per virtutes ſpeculatiuas: & non ꝑ
ficitur quęlibet harum duarū, & non peruenit ad eū, niſi per virtutes
morales: & virtutes morales non vigorantur niſi per cognitionem ha
bitam de Deo glo. & magnificationem eius ꝑ operationes legales prę
ceptas in qualibet gente, vt ſunt holocauſta, & orationes, & ſimilia ex
ſermonibus, quos dicunt de Deo glo. & Angelis, & Prophetis. Deniq;
tenent ꝙ leges ſunt artes neceſſariæ morales, quarū principia accipiun
tur ab intellectu, & lege, & præcipue id, quod eſt commune omnibus
legibus: licet differant in hoc ſecundū magis, & minus. & tenent cum
hoc ꝙ non debemus dubitare, ꝑ ſermonem affirmantem, aut negantē,
in principiis earū vniuerſalibus, vt an neceſſe ſit ſeruire Deo glo. vel
ne, & quod maius eſt an reperiatur, vel ne? & ſic tenent in aliis princi
piis eius, ſicut ſermo de inuentione ſummi boni vltimi, & qualitate
eius. nam omnes leges conueniunt circa entitatem vltimam poſt mor-

tem,licet differant in qualitate huius entitatis:quemadmodum conue D
niunt circa ſcientiam eſſe eius, & attributa, & operationes eius, licet
differant in eo,quod eſt de ſubſtantia principii, & operationibus eius
ſecundum plus,& minus.& ſic etiam conueniunt in operationibus ꝓ-
ducentibus ad ſummum bonum,quod eſt in habitatione vltima, licet
differant in conſyderatione harum operationum. Demum ipſæ leges
quid vtuntur modo ſcientiæ per viam communem omnibus, quę eſt
neceſſaria apud eos. nam Philoſophi vtuntur vſu notificationis ſum-
mi boni aliquorum intelligentium, quibus opus eſt adiſcere ſcientiã,
& leges.& ideo intendunt docere vulgus generaliter:& tamen non in-
uenimus legem ex legibus,quæ non excitet ad id,quod eſt proprium
ſapientibus,& includat id, in quo communicat vulgus. Et,quoniam
ſpecies hominum propria, perficitur eſſe eius,& peruenit felicitas eius
ex communicatione ſpeciei vniuerſalis, ideo doctrina vniuerſalis eſt
neceſſaria in eſſe ſpeciei propriæ, & vita eius.in tempore autem pue-
ritiæ,& cremento eius nemo quidem in hoc dubitat.cum vero permu E
tauerit ſe ad id,quod eſt ſibi proprium, tunc ex neceſſitate nobilitatis
eius eſt vt non vilipendat id , in quo nutritus eſt, ſed id exponat pul-
chra expoſitione,& ſciat ꝙ id,quod intendit in hac doctrina, eſt vni-
uerſale,non autem proprium. Et,ſi declaratum fuerit ei ꝙ ſit dubium
in principiis legis,in quibus nutritus eſt,aut in expoſitione ſit aliquid
contradicens Prophetis,& declinauerit à viis eorum,eſt ex illis homi
nibus,qui debent appellari Hæretici, & debẽt condemnari in lege,in
qua nutritus eſt condemnatione Hæretici. & oportet etiam eum cum
hoc vt eligat legem nobiliorem ſuæ ætatis: licet omnes apud eum fue
rint veræ,& ab ignobiliori permutetur ad nobiliorem ea. Et ideo con
uerſi ſunt ad ſectam Maurorum ſapientes, qui docebant diſcipulos
Alexandriæ, cum peruenit ad eos lex Maurorum,& facti ſunt Chri-
ſtiani ſapientes,qui erant Romæ, cum peruenit ad eos lex Chriſtia-
na.& nemo dubitat quin fuerant in filiis Iſrael ſapientes multi. & hoc F
eſt manifeſtum ex libris, qui reperiuntur apud filios Iſrael, attribu-
tis Salomoni.& non defecit ſcientia reperiri in hominibus Prophetię,
& ſunt Prophetæ. & ideo veriſsima omnium propoſitionum eſt , ꝙ
omnis Propheta eſt ſapiens, & non omnis ſapiens eſt Propheta: ſed
ſunt ſapientes , de quibus dicitur ꝙ ſunt hæredes Prophetarum. Et,
cum artes demonſtratiuæ habeant in principiis ſuis præambula, &
radices poſitas,quanto magis eſt dignum vt ſit hoc in legibus aſſum-
ptis à prophetia,& intellectu. & omnis lex , quæ eſt per prophetiam,
miſcetur ei intellectus,& qui tenet ꝙ poſsibile eſt vt ſit hic lex per in-
tellectum tantum,neceſſe eſt ei vt ſit diminuta omnium legum , quæ
extractæ ſunt per intellectum,& prophetiam. & vniuerſum conuenit
in hoc,ꝙ principia operationis debent recipi ab alio:cum demonſtra-
tio non poſsit producere operationes , niſi per virtutes , prouenientes
ab operationibus moralibus,& factiuis. Igitur declaratum eſt ex hoc

A ſermone quòd Sapientes omnes opinantur in legibus hanc opinionem, ſcilicet quòd recipiatur à Prophetis, & ponentibus principia operationis, & præcepta legalia in qualibet gente. & laudabilius apud eos ex iſtis principiis neceſſariis eſt id, quod magis excitat vulgus ad operationes laudabiliores, adeo quòd erunt, qui nutriuntur cum eis, perfectioris virtutis, quàm qui nutriuntur cum aliis: vt ſunt orationes apud nos. quia non eſt dubium ꝙ orationes abſtinere faciunt à turpibus verbis, & Hæreſi. & oratio poſita in hac lege, reperitur ei hæc operatio, perfectior quàm aliis orationibus poſitis in aliis legibus. & hoc quidem ex eo, quod conditionatur de numero eius, & temporibus eius, & ſermonibus eius, & alio, quod conditionatum eſt de mundititie, & dimiſsione operationum, & ſermonum corrumpentium eam. & ſic id, quod dicitur de merito in ea, magis excitat ad operationes bonas, quàm quod dicitur in alia. & ideo aſsimilari meritum in eis rebus corporeis eſt nobilius, quàm aſsimilari rebus ſpiritualibus. vt dixit Deus glo. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum. Et dixit Propheta Oculus non videt eam domine præter te. & dixit ſapiens in hoc. Id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec reputatur in corde carnis. Et dixit Hauhas hen nega non eſt in fine huius mundi, niſi cœlum. Igitur indicat quòd illa entitas eſt ſuperior, & excelſior hac entitate, & alius gradus nobilior hoc gradu. & non debet negare hoc, qui credit quòd nos comprehendimus vnum ens permutari à gradu ad gradum, vt eſt permutatio formarum inanimatarum ad id, quod comprehendant ſeipſas, & ſunt formæ intellectuales. Qui vero dubitauerunt in his rebus, & diſputauerunt contra hoc, & ſe patefecerunt in eo, ſunt qui intendunt deſtruere leges, & deſtruere virtutes, & ſunt Epicurei, qui opinantur quòd nullus eſt finis intentus in homine, niſi proſequi delectationes. & hoc quidem eſt, cui nemo dubitat, & qui meditatur hoc facere de

C eis, non eſt dubium quòd habentes leges, & ſapientes ſimul interficerent eum, & qui non habet poſſe ſuper eum, perfectior quidem ſermonibus, quibus ratiocinatur contra eum, ſunt rationes, quas includit liber excellens. Id autem, quod dixit hic vir, contradicens eis, eſt bonum. & non euadet in contradicendo eis, quin ponatur anima immortalis, vt indicauerunt hoc rationes intellectuales, & legales, & vt ponatur quòd qui reuertentur, ſunt vt iſta corpora, quæ fuerant in hac habitatione, non ipſamet. nam corruptum non reuertitur in indiuiduum, ſed reuertitur ens ſimile ei, quod corruptum eſt, nō ipſummet, quod corruptum eſt, vt declarauit Alga. Quare non eſt verus ſermo de reuerſione ſecundum opinionem opinantis ex Loquentibus ꝙ anima ſit accidens, & corpora, quæ reuertentur, ſunt illa, quæ corrupta ſunt. nam id, quod corruptum eſt, & poſtea inuenitur, eſt vnum ſpecie, non vnum numero, ſed duo. & præcipue apud eum, qui dixerit ex eis quòd accidentia non permanent per duo tempora. Hic

Quo pacto indiuidua reuertantur.

autem vir negauit Philoſophis tres diſputationes. quarum Vna eſt D
iſta:& eſt apud eos ex diſputationibus ſpeculatiuis.Secunda vero eſt, cum dicunt ꝙ Deus glo.ſcit particularia. & iam diximus etiam ꝙ hic ſermo non eſt ex ſermonibus eorum. & Tertia, cum dicunt de antiquitate mundi. & iam diximus etiam ꝙ id, quod intelligunt per hoc nomen,non eſt id, quod negauerunt Loquentes in eo. & dixit in hoc libro ꝙ nullus Maurorum dicit de merito ſpirituali: & dixit in alio libro ꝙ Sapientes id dicunt.Et ſecundum hoc non erit Hæreſis ei, qui dicit de merito ſpirituali,& non dicit ſenſibiliter congregationem, & ponit poſsibilitatem huius ſermonis de merito ſpirituali, & reuertitur etiam in alio loco in negationem congregationis.& hoc totum eſt implicatio,& perturbatio, vt vides.& non eſt dubium ꝙ iſte vir errauit ſecundum legem,ſicut errauit ſecundum ſcientiam. & Deus eſt dirigens ad verum,& approprians veritati eum,quem vult. Et decreui reſecare hic ſermonem de his rebus.& peto veniam de ſermone noſtro in eis.& niſi fuiſſet neceſsitas perquiſitionis veritatis ei, cui conuenit: B
& eſt,ſicut ait Galenus, vnus ex mille,& prohibitio vt loquatur de ea cum eo, qui non eſt ex hominibus eius, non laboraſſem in hoc. & Deus glo. bene ſcit etiam & vnicam literam.& debet Deus glo.recipere excuſationem noſtram in hoc,& remouere ſcrupulum ex bonitate, & miſericordia ſua:quia eſt tribuens,& benefaciens omnibus.

Deſtructionum deſtructionum Philoſophiæ Algazelis.

FINIS.

AVERROIS
CORDVBENSIS
TRACTATVS DE ANIMAE. BEATITVDINE.

Caput Primum. Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ eſt ſecundum Ariſtotelem coniunctio intellectus abſtracti cum anima humana.

B INTENTIO mea in hoc tractatu nobiliſsimo eſt declarare beatitudinẽ vltimã animæ humanę * (in hoc mundo, & in futuro,) ſecundũ principalẽ intẽtionẽ Philoſophorũ in aſcẽſu ſupremo ipſius. Et, cũ dico aſcenſum, intelligo ꝙ perficiatur, & nobilitetur, ita vt coniungatur cũ intellectu abſtracto, & vniatur cum eo, ita vt cũ eo fiat vnũ: & hoc ſine dubio eſt ſupremus gradus ſui aſcenſus. Nam manifeſtum eſt omnia entia ſub tribus ſpeciebus cõprehendi. Vna eſt materia infima, & quæ ex ea generãtur, & illa quidẽ ignobilior eſt in gradu, & loco. Et ſuper iſtã in gradu, & loco eſt ſpecies corporũ ſphæricorũ: quorũ ſemper eſt fixa forma, & ſtabilis in ſuis materijs: ita ꝙ dicuntur materia, & forma in illis, & generabilibus ex materia infima æquiuoce. Et ſuper illa eſt vnus gradus ſupremus, & glorioſus, qui vocatur gradus intellectũ abſtractorũ, qui vere ſunt formæ dantes perfectionẽ, non exiſtentes in ſubiecto. Ideo, cũ dicitur de anima ꝙ aſcẽdit, intelligitur coniunctio eius cum aliquo intellectuum abſtractorũ. Et, quia cognoſco principalem intentionem Philoſophorum fuiſſe contemplari in eſſentia hmõi entis apud eos, &

C apud veritatẽ, & vltimã beatitudinẽ, viſum eſt mihi declarare hoc ſermone breui: & intelligẽti, ſicut tu: in quo reperies declarationẽ huius rei, pluſquã in commẽtis meis de Anima: & plus argumẽtis ꝓbatũ, ꝙ̃ in libris Philoſophorũ. Solicite itaq; meipſum dedi, nobiliſsime ſocie, ſuper rẽ a te poſtulatã, ſ. ad opinionẽ Philoſophi in cõiunctione intellectus abſtracti cũ anima humana declarãdam, & ad veritatẽ aperiendã. & hoc ſecundũ radices ſuas: nã illud quidẽ fundamẽtũ eſt, quod ab omnibus glorificatur Philoſophis. ſed multũ condiuiſi ſunt Philoſophi: quemadmodũ per intentionem ſermonum apparet diuiſio in eo, quod de ſermonibus ipſius eſt verum.

* al. eo. non habet hæc verba.

Entia oĩa ſub tribus ſpẽbus comprehendi.

Caput Secundum. De intellectus materialis eſſentia, tum ex Antiquorum, tum ex propriis dictis declarata.

SCIAS ꝙ certitudinis huius rei cognitio exiſtit in duabus radicibus. Vna eſt ſpeculatio in eſſe intellectus materialis. & hoc eſt fundamentũ huius quæſtionis. & non ſunt diuerſificati Philoſophi in hoc, niſi propter diuerſitatẽ, quam habet in eſſe huius intellectus.

Radices duæ, ad cognoſcẽdum connexionẽ

Itellectus ab ſtracti cũ ho mine.

Secunda radix eſt ſpeculatio in re, propter quam intellectus abſtractus eſt cau- D
ſa reducendi intellectum materialem in eſſe actu intellectum. & hoc eſt ſcire, ſi
eſt cauſa ſecundum modum efficientis, & motoris ſolum, ſicut reperitur in moto-
ribus naturalibus, aut per viam formę, & finis, ſicut faciunt abſtracta in anima-
libus ſphęricis. Hic volo enarrare tibi breuiter intentionem Philoſophi in eſſe
intellectus materialis, & abſtracti. Poſt hoc autem declarabo tibi quid oritur ex
ſententia ſua ex ijs duobus. Deinceps peruentam ad cognitionem poſsibilitatis

Ariſtotelis dicta, & qd ex eis cõpre henditur.

coniunctionis animę cum intellectu. Dico autem ꝙ principium dicti Philoſo-
phi in ſpeculatione intellectus, qui materialis dicitur, ſi eſt, aut non, fuit quod pro
poſuit ex rebus notis per ſe., & dixit ꝙ comparatio intelligibilium ad intelle-
ctum, ſcilicet materialem ipſorum apprehenſiuum, eſt vna, et eadem, quę eſt ſen
ſibilium ad ſenſum. Et ex hoc habet ꝙ intellectus apprehenſiuus intelligibi-
lium eſt virtus recipiens, & non agens: ſicut ſenſus, qui eſt virtus recipiens a ſen
ſato. Et, cum declaratum fuit ei ꝙ intellectus materialis eſt de virtutibus reci-
pientibus, & non agentibus, reſultauit ei de neceſsitate vna duarum rerum: aut
ꝙ intellectus, qui eſt in potentia recipiat, quę ſunt intelligibilia actu, & permu-
tetur ex eis, ſicut receptio ſenſus ad ſenſatum: aut ſit hęc receptio, & permutatio
alio modo. Et poſtquam vera eſt hęc diuiſio, ſpeculatur poſtea in eſſe intelle-
ctus, dicens conueniens eſſe ꝙ natura huius receptionis, & permutationis ſit di-
uerſa a natura receptionis ſenſus, & dicatur receptio, & permutatio de eis ęqui- E
uoce. & hoc ideo eſt, quia eſt de rebus notis per ſe ꝙ intellectus materialis ha-

Intellectus non eſt vir- tus per cor- pus diſtẽſa.

bet intelligere omnes formas. De neceſsitate ergo eſt ꝙ illa virtus non ſit diſ-
gregata, ſiue diſtenſa per corpus, neque diuiſibilis ad diuiſionem corporis: ſicut
ſunt virtutes ſenſibiles, quę ſunt diſgregatæ in corpore, & diuiſibiles ad diuiſio-
nem corporis ſecundum vnum modum. Et hoc probatur quatuor medijs demõ
ſtratiuis. Primo quidem, quia, ſi intellectus materialis eſſet virtus apprehenſi-
ua in corpore ſecundum modum ſenſuum, nõ apprehenderet niſi vnam forma-
rum. quia propria ſubiecta non recipiunt niſi proprias formas: ſicut natura ſen-
ſus viſus non recipit ſenſatum guſtus. Secundo. quia, ſi eſſet virtus in corpore
ad propriã formam, non appræhenderet rem ſibi appropriatam. nam, ſi oculus
eſſet coloratus, non poſſet recipere virtus viſibilis colorem. &, ſi in lingua eſſet
ſapor, non apprehenderet alios ſapores. Tertio. ſi eſſet hæc virtus in corpore
ad formam propriam, ſicut dictum eſt, non apprehenderet ſeipſam. quia vides
formas ſenſibiles materiales non ſeipſas apprehendere: & finis eſſe earum eſt
apprehenſio alterius rei a ſe. Quarto. ſi hæc virtus, & præparatio eſſet in cor-
pore ad formam propriam, contingeret ei quod accidit ſenſibus, quoniam appre-
hendunt vnum ſenſatum. Nã duorum alterũ accidit ſenſui: vel quia non recipit
contrariũ, qñ apprehendit iſtud ſenſatum: vel, ſi recipit, imperfectum, & permu F
tatum recipit: ſicut accidit viſui in contrarijs coloribus, & guſtui in cõtrarijs ſa
poribus. & hoc voluit Philoſophus, cum dixit, ſi eſſet mixtus, nõ reciperet con

Intellectus mãlis nõ ha bet niſi natu rã poſsibili- tatis, & præ parationis.

traria: vel imperfecta, & permutata reciperet. Et hæc eſt ſumma eius, quod cõ-
prehẽdi põt ex verbis Philoſophi in eſſentia huius intellectus. Et qñ declara-
tũ fuit ei eſſe intellectus materialis, fuit etiã declaratũ ꝙ hęc pars perfectionis,
quę eſt in aĩa, quæ vocatur intellectus materialis, non habet niſi naturã poſsibi-
litatis, & pręparationis ſolũ: quia nõ eſt mixtus materiæ, nec de virtutibus mo
tiuis. Et nõ eſt hęc præparatio in ꝓprio ſubiecto eſſentia intellectus materialis,
ſicut opinati ſunt Antiqui commentatores. Et ideo diuerſa eſt eius poſsibilitas

Themiſtij opinio.
* a.l. Theo phraſtus.

ab alijs poſsibilitatibus. Et ideo dico ꝙ nõ eſt aliquod entiũ, antequã intelligat.
Sed Antiqui cõmentatores, ſicut* Themiſtius, & alij, qñ dicitur ab Ariſtotele
ꝙ intellectus materialis nõ eſt aliquod entiũ, intellexerunt ꝙ non ſit ens actu:
ſed eſt apud eos ſubſtantia potentia, recipiens formas materiales, ſ. poſsibilitas
ipſius eſt in ſeipſo, & ꝙ eſt potentia proprię ſpeciei, quã recipit. Et, poſtꝙ occur

Differẽtia in ter poſsibili- tatem, & po tentiam.

rit in hoc ſermone incidẽter memoratio poſsibilitatis, recuſabo de ea verbum
nouum dicere, vtile, & neceſſariũ. Et, quãuis poſsibilitas, & potentia in pluri-
bus communicent, ſcias tñ ꝙ differt poſsibilitas in duobus a potentia. Vnũ eſt,
quia poſsibilitas attribuitur ſubſtantiæ rei, cuius eſt: potentia vero attribuitur

A ei, quod recipit aliquid aliud extra ipſum in ſpecie. verbi gratia maſſa ferri habet in ſe poſsibilitatem vt ex ea fiat enſis: iterũ etiã habet in ſe potentia enſem, ſed poſsibilitas attribuitur ſubſtantiæ ſuæ ſolum, & dicitur ꝙ eſt poſsibilis in ſe, & præparatæ virtutis vt ex ea fiat enſis, & cætera alia, quæ ex ferro fiunt, quæ non poſſunt nec ex palea, nec ex cæra fieri: potentia vero attribuitur formæ aptæ recipi in ſubiecto in ſpecie enſis: & dicitur ꝙ enſis eſt in hac maſſa in potentia. poſsibilitas ergo eſt magis ſubſtantialis, & magis generalis, quã potentia: & præcedit in intellectu, quia eſt præparatio fixa, & ſtabilis in ſubſtantia talis rei, per quam poteſt habere virtutem vt efficiatur hoc, vel illud. Aliud aũt eſt, quia potentia de neceſsitate eſt vt exeat in actum in aliquo indiuiduorũ ſpeciei aliquo tempore. &, ſi non, eſſet vana. Verbi gratia, ſicut ex neceſsitate eſt vt ſit aliquis Philoſophus in ſpecie humana: ſed non eſt de neceſsitate vt ſit Socrates Philoſophus, quamuis Philoſophiam habeat in potentia. ſed poſsibilitas non eſt neceſſarium vt exeat in actum in ſpecie, nec in indiuiduo, nec in aliquo tempore. Verbi gratia, ſicut omne vinum poſsibile eſt fieri acetum: ſed non eſt neceſſarium vt aliquod vinum demonſtratum efficiatur, ſi ab extrinſecis cuſtodiatur accidentibus. Et, cum dixerim quod poſsibilitas eſt magis ſubſtantialis, dico propter ſubſtantiam reimet. Et ſcias ꝙ multi Sapientes errauerunt in hoc, credentes non eſſe aliquam differentiam. & non expectes declarationem aliquam in aliquo librorum antecedentium me. Nunc autem redeo ad

B ſententiam meam, & dico ꝙ ſecundum illorum Antiquorum opinionem debet intelligi ꝙ natura intellectus materialis intelligitur, ſicut natura materiæ: ſcilicet vt dicatur ꝙ iſte intellectus comparatur rei intelligibili comparatione materiæ, & formæ: quãuis eſſentia materiæ ſit potentia. Et, quando ponunt ꝙ hæc ſubſtantia intellectus materialis ſit ſolum ens in potentia, ſicut materia prima, non poſſunt dicere ꝙ generetur, & corrumpatur. quia quod in potentia eſt, non generatur, neque corrumpitur, ſicut declaratum eſt in eſſe materiæ primæ. Alexander autem, qui fuit de poſtremis inquiſitoribus, ſentit ꝙ natura humanæ partis intellectus non eſt aliud, niſi præparatio quædam in anima. Et hoc ideo mouetur dicere, quia Ariſtoteles aſsimilauit intellectũ materialem præparationi, quæ eſt vt tabula raſa ad recipiendum omnes formas. & ipſe opinatus eſt, ideo quod ſubiectum præparationis eſt anima, & cum anima. Ex hoc trahitur argumentum ꝙ hæc præparatio adueniat cum eſſe animæ: quemadmodum aliæ præparationes cum ſubiectis adueniunt ſuis. Et quidem ſecundũ veriſimile apparet ex radicibus Ariſtotelis ꝙ ipſa ſit præparatio. Siquidem enim ipſa eſſet ſubſtantia, tunc intelligibilia, quæ ſunt etiam per ſe formæ rerum ſenſibilium, non fierent: & eſſent ſecũdũ hoc intelligibile, & ſenſus res vna omni ex *Alexandri opinio.*

C parte: & ex ea parte, qua eſt intelligibile, non eſſet poſsibile cognoſcere eſſentiam rerum. Finis denique huius rei eſt ꝙ ſermo iſte ſimilis eſt ſermoni formarũ intelligibilium, quæ apparẽt in eſſe eorũ, ꝙ in eis non eſt aliud, niſi rei ſenſatę forma. Et, niſi hoc eſſet, nullo modo daret ad cognoſcendũ ſeipſam. ſubſtãtia. n. vnius rei non facit alterius rei ſubſtantiam intellectam, inquantum eſt alia ab ea. Et hęc quidẽ res eſt cũ alijs, quę ſunt hic, neceſſaria, ad ſciendum vnam de magnis reprehenſionibus, quas de his in alijs narrauimus locis. Confirmatio vero Alexãdri eſt, quia tenet eſſe per ſe notũ ꝙ iſte intellectus eſt ingenerabilis, & incorruptibilis: quoniam non habet naturam niſi poſsibilitatis, & pręparationis. et hęc res, per Deũ, non eſt res clara. verum ipſa eſt dubitatione digna, atque inquiſitione. ſed eſt cui contradici poteſt, ſicut contradiximus, quod nũc pręteremittamus. Sed in hoc Ariſtoteles nõ firmiter manifeſtauit ſententiã ſuã, eo ꝙ ſuperficies ſui textus ſuſtinet duo ſimul: primo ſcilicet ꝙ ſit permutabilis: ſecũdo vero ꝙ ſit ſeparabilis. Et põt intelligi pro ſeparabile ꝙ non ſit virtus in corpore, recipiens diuiſionẽ corporis, ſcilicet vt diuidatur ſecũdum diuiſionem corporis, quãuis a corpore neceſſariam habeat dependentiam, mediante anima: et propter hoc ſuſtinet ꝙ non in toto ſeparabilis ſit. ſuſtinet etiã ꝙ ſeparabilis ſit: quia ſeparabile nihil aliud eſt, niſi quod eſt ſeparabile. Et propter hoc diximus hoc apud nos non bene eſſe declaratum, pręter illud, quod habemus ab Octauo Phyſico.

rum. Nam ibi dicitur ꝙ non diuiditur ad corporis diuiſionē: nec eſt mixtus mate D
riæ: relinquitur ergo ꝙ in toto ſit ſeparabilis, & hoc eſt contrarium coniunctio-
nis: & contradictio huius contrarietatis non eſt declarata. Adhuc ēt, quia vir-
tus quælibet, quæ non diuiditur ad corporis diuiſionem, ſeparabilis eſt. Et, quia
habet radices apud ſe, ꝙ formæ inueniuntur, quæ non habent relationis naturā,
quid contradicet eſſe præparationes hoc modo? multo fortius cum eo, quod vi-
demus in eſſe huius præparationis, ꝙ eſt vna numero in omnibus hominibus,
plures tamen per accidens, quod in formis non eſt materialibus.

Caput Tertium. De intellectus materialis cum abſtractis intellectibus connexione.

SED prætermittamus hoc, quia alterius eget inquiſitionis in lo-
co alio, & redeamus ad dictum noſtrum. Et dicamus ꝙ nulla
duarū ſententiarum horum hominū, qui vocati ſunt ſcientiarum
inquiſitores de ſecta exiſtētes Ariſtotelis, de intellectu eſt apud
eos aliquid, quod deneget iſtum intellectum materialē intellige-
re intellectus abſtractos, ita vt efficiatur intellectus abſtractus B
vnū cum eo. Declaratum eſt enim ꝙ illud, quod intelligitur de abſtractis, non
eſt aliud quā intelligere rem, quæ per ſe ſtat, videlicet intellectum agentem. Et
iſte intellectus materialis, ſi eſt ſubſtantia æterna, vt expoſitores omnes reſtan-
tur, non eſt impoſsibile ei intelligere rem æternam. Et, ſi eſt præparatio ſolum
vt dicit Alexander, nō inuenitur ratio, per quam denegari poſsit, quin efficiatur
æternum, veluti Auennaſar fatetur. Credo aūt ꝙ hoc ideo opinatus eſt Auen-
naſar, quia credidit intellectū materialē eſſe ſubſtantiam poſsibilem, nouam, ac
corruptibilem. Et hoc eſt obliuio, & error. nam omnes Philoſophos concorda-
ri vides vltimam animæ hominis beatitudinem eſſe in apprehendendo abſtra-
ctos intellectus. Et quidem vides ꝙ Alexander poſuit hoc in vno libro ſuorū,
Themiſtij dictum.
ac ſi per ſe notum eſſet. Et Themiſtius in hoc dicit verbū abbreuiatū, credens
illud eſſe in hoc ſufficiens. ſi intellectus, qui eſt in nobis, intelligit id, quod non
eſt intellectus per ſe, multo magis id, quod eſt intellectus per ſe. Et huic, ſi vel-
lem, poſſem quodā modo contradictionis contradicere. Nam Sol eſt magis ap-
parens aliquo apparenti, & vt plurimum ab habentibus viſum magis ꝙ aliud
quid apparēs apprehendi debet: & cū hoc veſpertilionis viſus ipſum minime
apprehendit, comprehendens tamē quædā minus viſu cōprehenſibilia. Philo-
ſophus aūt promiſit in libro de Anima tentare hanc quæſtionem: verū nunquā
inueni ſolutionem in aliquo ſuorū librorum. Sed inueni in quoddam Alexan- F
Alexādri demonſtratio.
dri libro viam vnam demonſtratiuam, vbi credit eam mouiſſe Philoſophum
ad inueniendam eiuſmodi apprehenſionem, & intellectus huiuſmodi coniun-
ctionem, & eſt vt ſupra dixi, & quemadmodum hic melius repetam. Dicit
namque, ſcis ꝙ comparatio intelligibilis ad intellectum eſt vna, & eadem in
hoc, ſicut ſenſati ad ſenſum. & hoc quaſi notum eſt per ſe. Et manifeſtum eſt ꝙ
ſenſus in tribus conſiſtit. Vnum eſt recipiens: & hoc eſt membrū ſenſitiuum.
Aliud eſt receptum in eo, videlicet ſenſibilis virtus fixa in membro ſenſitiuo.
Tertium eſt motor, qui ſentitur in actu, videlicet extra animam: vt lux in viſu.
Similiter hæc tria in intellectu reperiri debent: intellectus recipiens, vt intelle-
ctus materialis: intellectus receptus, vt intelligibile, quod eſt ſpeculatiuū acqui-
ſitum: & intellectus motor, & agens, vt abſtractus. Hac quidem declarata propo
ſitione neceſſaria, coniungitur debite alia huic, videlicet ꝙ, ſi ſenſorium poten-
tiam habet recipiendi ſenſibile, quod in actu eſt, licitum eſt ſimiliter vt intelle-
ctus, qui in potentia eſt, debeat in ſe habere potentiam recipiendi intellectum,
qui eſt in actu, qui ſenſato ipſi cōparatur. Et cum coniungitur huic vna propoſi
tio, cuius certitudinē omnes confirmant, videlicet ꝙ omne, quod in potētia eſt
ad aliquid, indubitanter accidit in actu aliquo tēpore: & hoc ſpecie, aut genere.
& hoc eſt neceſſarium, cui nullus contradicit, & cum intellectus materialis in-

A ſe potentia habeat intellectum abſtractum, neceſſario orietur ex his. vt in actu reducatur aliquo tempore. hæc autem receptio in actu non eſt aliud, niſi eſſe vnum cum eo. Et propter hoc dixit Alexander in eodem ſermone verbũ ſimile ſupradicto. Dicit enim ꝙ intellectus, qui eſt in potentia, quando perfectionẽ recipit, intelligit abſtractum. nam, ſicut virtus ambulãdi, quæ eſt in hoĩe tempore ſuæ natiuitatis, ex longitudine tẽporis & cõſuetudine multa exit in actũ, ſimiliter intellectus materialis exit, cũ perficitur intelligendo res ſuapte natura intelligibiles, & a ſenſibilibus intelligibilia recipiens. Nec exiſtimes vt propter hoc permutetur in ſeipſo, ita vt efficiatur aliud in ſe, vt recipiat per modum ſenſus, hoc eſt vt permutetur. immo ſpecialiter in hoc contrarius eſt ipſi ſenſus eſſe: quia ſenſus eſt paſsio cũ permutatione. ſed quod recipit intellectus ab intelligibili eſt ſolum receptio apprehenſionis: quæ quidem apprehenſio eſt idem, qđ ipſe. Et non accidit ei permutatio ex hac receptione, ſicut accidit ſenſui, qui eſt in potentia. Nam entium nihil aliud eſt, niſi quod receptum eſt, quod in ſenſu non eſt, quia ſenſus eſt in potentia aliud, quam receptum in eo. Et vere poſt hoc dicendum eſt ꝙ, ſi eſſet intellectus materialis aliud, quã extra receptionem, naſceretur ex hoc ꝙ comprehendendo intellectum abſtractum, fieret ex nouo æternum. & eſt hoc impoſsibile declaratum, vt videbis. Adhæc autem iam manifeſtum eſt quidem apud nos ꝙ intellectus agens non tantum eſt cauſa in

B intellectu materiali per viam efficientis, & motoris, ſed per viam vltimæ perfectionis, hoc eſt per viam formæ, & finis. Et hoc eſt vnum eorum, quæ fecerunt errare Auennaſarem, cum opinatus ſit quod eſſet cauſa ſolum, ſicut motores materiales. Et quidem argumentum Themiſtij ad huiuſmodi copulationem ſupra adductum, eſt, ꝙ videlicet ſenſata hæc intelligibilia ſunt a parte intellectus abſtracti: & quia res efficit ſemper ſibi ſimile: conueniens eſt igitur, & magis dignum vt intellectus materialis cum eo coniungatur, & fiat vnum in aliquo indiuiduo. Nam, licet res ſenſibilis per naturam ſit occulta oculis alicuius ſpeciei animalis propter ſuam debilitatem, non accidit eſſe occultam omnibus ſpeciebus. Nam, ſi occulta eſſet omnibus ſpeciebus, igitur prouidentia diuina, quę dicitur natura ſapientiæ, feciſſet aliquod vanum, ponendo rem in potentia, quæ nunquam ad actum reduceretur. vt, quamuis veſpertilio lumen Solis intueri nõ poſsit, non in omnibus animalibus eſt hoc. ſimiliter quamuis aliqua hominum ſocietas non poſsit intelligere hunc intellectum, nõ eſt de neceſsitate vt hoc contingat toti ſpeciei, immo neceſſe eſt vt hoc non accidat. Et hic ſolutum eſt dubium ſupra monſtratum, ꝙ videlicet præparatio hæc, cum qua abſtracta recipiuntur, eſt vnum, quod accidit intellectui ſpeculatiuo poſt perfectionem, ita vt huius præparationis proportio ad intellectum adeptum completum, eſt ſicut materialis intellectus ad animam. Vides nanque poſt quamlibet formam nouam

Themiſtij argumentũ.

C particularem, generabilem & corruptibilem ꝙ accidit recipiendi impreſsio ad formam aliam, & aliam: & quamuis procedat in infinitum in præparationum fine, recipit formam vnam, non materialẽ. Quia vero eſt hoc, iam habes ꝙ intelligibilia intellectus ſpeculatiui ſunt ſcientiæ in potentia, cum ſint ſcientiæ rerum, quæ ſunt in potentia. Et ex hoc remouetur dubium, cum dicitur, quomodo poſſunt verificari vniuerſalia in apprehenſione, cum non inueniantur extra animam. & hoc eſt, quod induxit Platonem dicere ꝙ ſint formæ ſingulares abſtractæ, quæ dant eſſe ſingularium ſpeciei humanæ, & animalis. Reſponſio quidem ad hoc eſt, ꝙ vniuerſalia ſunt ſcientiæ in potentia eorum ſenſibilium, quæ ſunt extra animam. Et iam diximus eſſe notum per ſe ꝙ id, quod eſt in potentia in aliquo genere, neceſſario exit ad actũ in illo genere ex aliquo illius: ſed ſcientię in potentia ſunt intelligibilia: igitur neceſſario educũtur a ſcientijs, quę ſunt in actu, quando requirunt motorem efficere ea de potentia ad actum. Difficile eſt autem ei, qui non peruenit ad hunc gradum, concedere hoc. itaque dubitat ſicut longe eſt ei, qui eſt in vna ętate temporis, credere quod accidit ſibi in futuris. Et nobis quidem in hoc videtur ꝙ euentus ad hanc perfectionem naturaliter accidit vtplurimum ex aggregatione rerum coadiuuantium ſeſe. igitur euentus huius perfectionis vtplurimum contingit tempore ſenectutis, ac poſt

Quo pacto vniuerſalia poſſunt verificari in apprehẽſione, cum nõ inueniuntur extra animã.

Quo tpe intellectus humanus perfectionem co-

pulatiõis cū intellectibus abſtractis acquirat.

multum ſtudiū in ſpeculatione, & moribus, & poſt elongationē ſuperfluarū re- D
rum, quę videntur neceſſarię, & non ſunt. & videtur ꝙ plures debeant peruenj-
re ad hanc perfectionē, qñ vicinantur ſegregationi huius ęui: quia hęc perfectio
eſt oppoſita perfectioni corporeę. Et cum Auennaſar credidit in fine ſuorū die-
rum peruenire ad hanc perfectionem, & nõ peruenit, poſuit impoſsibile hoc, &
vanum, & dixit eſſe fabulas vetularū. ſed eſt ſolum, vt nos diximus, non autē,
vt dixit vir iſte.

Caput Quartū. De intellectus agentis natura: ac quo pacto intellectionis cauſa ſit humano intellectui.

ET remanſit iterum declaratio vna, adiuncta iam dicto ad inqui-
rendum, videlicet intellectum in actu, qui moueat materialem,
& reducat eum in actū: ſicut reperiuntur hęc duo in quolibet ge
nerabili, & corruptibili ſpecie, hoc eſt potentiale, & actuale, qđ
trahit illud in actum. & ſecundum Ariſtotelē in libro de Anima
hęc via eſt manifeſtior ad inueniendum intellectum abſtractū,
qui ducat intellectum materialem ad actum. Et dicentibus nobis ꝙ intelligere E
eſt ſimile ipſi ſentire, non debes propter hoc credere ꝙ hic intellectus eſt extra
animam, ſicut ſenſus eſt extra animā. quia intelligibile, quod eſt comparatū in-
tellectui materiali comparatione ſenſati ad ſenſum, eſt in anima, & ſenſatū eſt
extra animā. Et propter hoc non de neceſsitate eſt ꝙ hęc intelligibilia ſint ſe-
parabilia, vt opinatus eſt Plato. & anima recipitur in definitione intelligibiliū
ſpeculabilium, ſenſus autē non. Et remanſit nobis declarare, quomodo formę
materiales mouēt intellectū materialē, & reducunt eum in actū: ſicut ſenſatum
ſenſum. Hanc autem pręparationem non habent formę, inquantū ſunt in mate-
ria, ſed inquantum formę: nam impoſsibile eſt rem materialem operari in imma
terialem, niſi inquantum eſt forma ſolū. Formę igitur materiales ſenſatę mouēt
intellectum materialem, cum acquirunt eſſe formarum, quę de neceſsitate non
ſunt in materia. Hęc autem eſt forma illa, quę inducit formas materiales efficere
intellectionem. Et ſcis ꝙ omne, quod inducit aliquid facere rem intellectus, eſt
intellectus neceſſario. & ideo dicitur ꝙ formę materiales ſunt intelligibiles in
potentia: & oportet ꝙ habeant vnum agens, quod extrahat eas de potentia ad
actū: ſicut habet quodlibet, quod eſt in potētia. Et ſicut res, quę apprehenditur
a ſenſu viſus, apparet per illud, quod videtur, quod eſt ſua cauſa, vt eſt lux, per
hanc eandem rationem eſt proportio intellectus abſtracti cum materiali ſimilis
proportioni primi apparentis, videlicet lucis cū ſenſu viſus. Et, cum intellexi- F
ſti hęc, intelliges etiam illud, quod Ariſtoteles ait. dixit enim ꝙ conueniens eſt
hic eſſe intellectū intelligentem omnia, & vnū intellectum, qui omnia reducat
intelligibilia: vt lux, quę omnia apparentia in potentia reducit ad actum. Et,
poſtquam comparatio intellectus abſtracti ad materialem eſt ſimilis cõparatio-
ni lucis ad viſum: igitur decet ipſum eſſe intelligibilem ab intellectu materiali,
magis quā illud, quod eſt intelligibile per ipſum. Sicut ignis eſt dignior calefa
cere, quę eſt calefacta per ipſum. nam res apta recipere ignem particulariter,
magis de neceſsitate eſt apta recipere ignem abſolute. hoc tamen poſito, quod
mediet aliquid. hoc autem accidit per vnum ſubiectum accidentale. nam ſunt
multa, quę recipiunt per medium vnius, vel plurium rerum. Et ex hoc videtur
quod cauſa propter quam non recipit intellectus materialis hunc intellectum,
niſi per medium alterius rei. quę eſt intellectus, eſt vna, & eadem, cum qua mul
ta entium non recipiunt ſuam vltimam perfectionem, niſi per media aliqua: vt
reperitur iuuentus poſt infantiā, & alia innumera entia. & hęc cauſa a parte na-
turę manifeſta eſt. A parte vero conſuetudinis eſt alia cauſa. nam videmus ꝙ
multa entia non recipiunt perfectionem, quę eſt per naturam in aliquo genere,
niſi ex conſuetudine: & exiſtentiam omnium horum recipit intellectus iſte tu

Quod intelligibilia non ſunt extra animam.

Quo pacto formę materiales mouēt intellectum.

Dubitatio.

A hoc, quod eſt materialis. Et, ſi forte dicere vellet quis, natura eſt velamẽ * ſeparatum, a Deo, vt has apprehenſiones apprehendere non poſsimus: quemadmodum naturę materiali oculorum veſpertilionis obſtat videre lucem, quamuis lux ſit ſui natura apparens, reſpondeas, vt ſupra diximus, quod in indiuiduo ſolum eſt, non autem in ſpecie. Et ſcias quod non eſt alia ſpecies, quę apprehendat intelligibilia, niſi homo: animalium autem plures ſunt ſpecies pręter veſpertilionem, quę lucem apprehendunt. immo dicitur quod ſunt quędam animalia, quę etiam corpus ſtellę contuentur, vt animalia ſunt quędam rapinantia. Similiter oportet vt inueniantur aliqua indiuidua in ſpecie hominis, quę apprehendant hunc intellectum ex neceſsitate: & erunt illa quidem, quę ſunt perfecta in ſcientijs ſpeculatiuis cum alijs nobilitatibus, quę oportet neceſſario vt cum illis coniungantur. Et, ſi quis dicere vellet eſſe forte dubium, quod in Ethica ſua Auennaſar mouit, videlicet quod intellectus, qui eſt in potentia, eſt vna res, quę non poteſt dici vt naturam habeat priuationis, & eſt nouum: &, cum hoc eſt nouum, renouabitur etiam ex neceſsitate ex parte receptionis huius, ſi ei accidat hęc receptio: &, ſi reciperet formam intellectus abſtracti, & vniretur cum eo, fieretq; vnum: igitur poſsibile eſſet corruptibile effici ęternum. &, quia hoc impoſsibile eſt de rebus notis per ſe, ſententiatus eſt Auennaſar verba dicentium quod vniemur cum intellectu abſtracto,

B eſſe verba vetularum. Dico igitur, quemadmodum declaratum eſt nobis, quod formę materiales mouent hunc intellectum, qui in potentia eſt, & hunc motum faciunt a parte intellectus abſtracti. nam motor materialis non poteſt mouere, niſi in virtute rei, quę non eſt in materia: vt declaratum eſt. Similiter nobis declaratum eſt quod receptio, quam habet iſte intellectus, qui eſt in potentia, eſt ſpeciei receptionis naturę intellectuum abſtractorum, non ſpeciei receptionis materialis: & ſpecies receptionis eſt illa, quę limitat ei hanc vnionem cum abſtracto, ad hoc vt reducantur ad vnam ſubſtantiam eſſendi: & maxime quando intelligit ſeipſum: & tunc erit intellectus abſtractus neceſſario. nam hęc ſpecies motus, quę accidit intellectui materiali, accidit ei a parte rei, quę eſt intellectus neceſſario: quoniam declaratum eſt intellectuum abſtractorum eſſe proprietatem, vt ſeipſos apprehendant. & ſcis quod proprium, inquantum eſt proprium, conuertitur. Et poſtquam declaratum eſt quod intellectus materialis apprehendit ſeipſum, & cętera abſtracta, oportet vt habeat hoc, aut ex ſe, aut ab alio. &, poſtquam eſt impoſsibile vt habeat ex ſe, quia nihil mouet ſeipſum; & eſt impoſsibile etiam vt ſit nouum: neceſſe igitur eſt vt habeat hanc proprietatem a parte coniunctionis, ſcilicet vt coniungatur cum ea re, quę eſt ipſa eadem apprehenſio, abſtractio videlicet. Et, poſtquam ita eſt, opor-

C tet quod hęc ſpecies receptionis, quam habet iſte intellectus, ſit per viam coniunctionis, & vnionis cum abſtracto ſine nouatione, & generatione: ita vt ipſe idem recipiat ſeipſum. Et ordo vnionis huius, & ſui eſſe hoc modo eſt, vt dixerunt Philoſophi, quod intellectus intelligit agens primum, & omnia ſecunda, & ſeipſum: & ſimiliter quę non ſunt actu intelligibilia, reducit ad intelligibilia actu. Et quę ſeipſis intelligibilia ſunt, ea ſunt, quę a corporibus ſeparata ſunt, nec ſunt in materia: & ſubſtantię quidem harum rerum intelligunt, & intelliguntur. Et ſcias quod intelligunt ex ea parte, qua intelliguntur, & quod in eis eſt res intellecta, eſt res intelligẽs: quod non eſt in alijs intelligibilibus. V.g. lapis, & terra naſcens ſunt intelligibilia; id tñ, quod ex eis intelligitur, nõ intelligit. nam, quę ſunt corpus, vel ſtãt per corpus, nõ ſunt in ſe intelligibilia, vel ſubſtantialiter: nec aliquid eorũ eſt intellectus in actu: ſed agẽs intellectus eſt, q facit ea actu intellecta, eleuans ea a gradu eſſentię, in quo erant ad gradum nobiliorem eſſentię, pluſquam eis ſit conceſſum a parte naturę ipſarũ. Nã virtus rationalis, quę eſt in homine, non eſt ipſa eadem in ſe intellectus in actu, nec per naturam ſuę eſſentię; ſed intellectus agens reducit eam in intellectum in actu, & cõcedit ꝙ alia ſint ſibi intelligibilia in actu. Et, cum rationali virtuti acciderit vt ſit intellectus in actu, aſcendet tunc ille intellectus in actu ad aſsimilationẽ rerũ abſtractarũ, & intelliget ſuũ eſſe, quod eſt actu intellectus; & ſũc te-

* a.l. ſeparatium.

Solutio.

Solus homo apprehendit ĩtelligibilia.

Dubiũ Auẽnaſaris, quo pacto ĩtellectus nr̃ poſſit recipere formã ĩtellectus abſtracti.

Solũ Auerrois, et declaratio, quo pacto ĩtellectus noſter ĩtelligat intellectus abſtractos, & etiã ſeipſum.

linquetur ſuum intelligibile eſſe intelligens : & etiam intellectus, intelligibile, D
& intelligens erit tunc vnum, & idem in hoc, & reducetur in eſſentiam gradus intellectus agentis. nam erit tunc intelligens intellectus materialis, res intellecta eſt agens, & intellectus erit intellectus materialis. & hęc ſunt vnum in eſſe, & tria in diſpoſitione. Verbi gratia ſcis quod comparatio intellectus agentis ad hominem eſt ſicut comparatio Solis ad ſenſum viſus: & vt Sol dat viſui lucem, & poſtea per hanc lucem, quam recipit videns a Sole, efficitur videns ipſum Solem in actu, qui fuit cauſa faciens ipſum videre rem in actu, & ꝙ omnes colores, qui erant apparentes in potentia, efficiuntur apparentes in actu: ſimiliter intellectus agens facit: quia tribuit homini eſſe impreſſum in virtute rationali, quod habet comparationem cum anima rationali, quam habet lux cum viſu: & cum illa eadem re intelligit anima rationalis id, quod fecit eam intelligere: & reducuntur per hoc ea, quę erant potentia intelligibilia ad actu intellecta: & reducitur vt ſit ipſa idem cum intellectu agente, & efficitur intellectus, quod non erat prius, & reducit ſe ad intelligibile, hoc eſt vt intelligat ſe, quod non erat prius: igitur reducuntur omnia hæc, quę tria ſunt, in vnum, quando ſunt in actu: & res, quæ erat attributa materię reducitur ad eſſe diuinũ. Et hęc eſt actio, quam facit in nobiſ intellectus agens: & hinc vocatus eſt agens. Et quando quidem ad hunc peruenimus gradum, completa eſt noſtra beatitudo. Et ſcias B
ꝙ, quando eſt ſeparata a nobis aliquo tempore accidentaliter, non debet hęc ſeparatio ſibi attribui a diminutione, & permutatione in ſua ſubſtantia: nec coniunctio ſimpliciter acquirit ei aliquam formam, quam antea non habuerit. Neque vtique eſt in vanum iſta apprehenſio. Nam intentio diuina in hoc fuit ꝙ formę, quę ſunt ęternę in genere, vt vniuerſalia, debeant aſcendere formam vnam numero. Nam cuilibet enti ineſt diuina intentio, vt perueniat ad recipiendum tantum illius nobilis finis, quantum competit ſuę naturę: nec denegatur ab eius eſſentia pars ſibi conceſſa. itaque entibus, quę in ipſorum natura non habẽt, niſi vt ſint in hac eſſentia diminuta, vt bruta animalia, erit poſsibile habere in ſeipſis virtutes, per quas in fine aſcendẽt ad talem perfectionem, qualis eſt primi entis ſimpliciter. Quod quidem igitur eſt primum ens ſimplex, ideo eſt primum, quia primum primo habuit ſemetipſum, non autem ab antecedente cauſa. quod vero eſt poſt ipſum, ſuum eſſe habet virtute primi. & hoc eſt eſſe primę materię cum prima forma: quia ipſum primum tribuit ſibi meritum in prima diſpoſitione, vt gratiam habeat recipiendi formas, quę poſſunt ſibi accidere: & formis materialibus tribuit gratiam, qua poſsint peruenire ad formas complete abſtractas, tanquam in finem.

Caput Quintum. De ordine Principiorum. E

VOLVMVS autẽ nunc cõcludere ſermonẽ noſtrum, & cum hoc tibi demõſtrare, et breuibus verbis referre ordinẽ valde pulchrũ principiorũ, vt ponit Auẽnaſar. & eſt quidẽ radix vna eleuandi intellectũ intendentibus ſcire magna. Dixit itaque Auennaſar principia, per quæ conſtituuntur corpora, & ipſorum accidentia eſſe Sex gradus altos & ſupremos: & vnaquęq; ſpecierum continetur in aliquo illorum graduum hoc modo: vt prima cauſa in primo gradu, ſecunda in ſecundo, intellectus agens in tertio, anima in quarto, forma in quinto, materia demum in ſexto. Quod eſt in primo gradu, non poteſt eſſe plura, ſed omnibus modis eſt vnum ſolum, ſeparatum: quę autẽ ſunt in alijs, ſunt plura. Et horum quidẽ tria, neque ſunt corpora, neque ad corpus, videlicet prima cã, ſecũda cauſa, & intellectus agẽs: tria aũt alia, licet non ſint corpora, ſunt ad corpus, videlicet anima, forma, & materia. Genera autem corporum ſunt ſex, videlicet corpus cœleſte, rationale animal, irrationale animal, vegetabile, minerale, & quatuor elemẽta. Sũma vero ex his ſex generibus cõpoſita eſt mũdus. cuius ꝓpriam, & Primã cauſam credendum eſt eſſe altiſsimum Deũ benedictum, ipſe enim eſt cauſa propinqua eſſentię ſecundorum, & eſſentiæ intellectus agen-

A tis. Secunda vero ſunt cauſæ corporum cœleſtium,& ab his proueniunt ſubſtã-
tię horum corporum.eſſentia enim cuiuslibet corporis cœleſtis dependet a quo
libet ſecundorum.nã ſupremũ ſecundorum in gradu cõſtituit eſſe primę ſphęrę:
infimum conſtituit eſſe Lunę,media quoq;,q̃ ſunt inter hęc , conſtituunt eſſe cę
terarũ ſphęrarũ, quę ſunt inter has . Et numerus quidẽ ſecundorũ eſt ſecundum
numerum corporum cœleſtium. Et,cum dico hic numerum, debes intelligere p
modũ cauſarum,& cauſatorum. ſcis nanq; cauſam,q̃ non eſt corpus,non recipe
re numerũ,niſi per modum,quo eſt cã corporum numeratorum:hęc aũt ſecunda
ſunt,quę dicuntur Angeli. Et intellectus quidem agens habet de ſua virtute,&
opere prouidentiam,quę eſt in animali rationali , & apprehendere quidem illũ
eſt vltimus gradus perfectionis animę noſtrę,quia illud eſt finis,& noſtra beati-
tudo.Contingit aũt hoc,cum ſeparatur,nec eget in ſuo eſſe re,q̃ ſit ſub ea:vt eſt
corpus materia,vel accidens:& in hac perfectione remanet ſemper.Et ſubſtan
tia quidem intellectus agentis eſt vna,quãuis gradus ſuus contineat id,quod de-
pendet ab oĩbus animalibus rationalibus receptiuis beatitudinis.& hoc eſt qđ
vocatur Spiritus ſanctus. Res aũt illę principiorum, quę ſunt in gradu animæ,
ſunt plures.earum.n.ſunt animę cœlorum:& earum,ſunt animæ rationabilium
animalium:& earum,irrationabilium. In anima aũt rationalium animalium cõ
B tinetur virtus rationalis,motiua,imaginatiua.& ſenſibilis. Virtus quidem.n.ra
tionalis ea eſt,qua homo apprehendit artes,& ſcientias:& qua ẽt deprehendun-
tur conueniens,& diſconueniens in operationibus , & virtutibus moralibus: &
id,quod eſt conueniens facere,vel non facere iuuatiuum vel nociuum,delectabi
le vel triſte. Et de hac quidem quędam eſt ſpeculatiua, & quędã practica: pra-
ctice vero quędam artificialis,quędam cogitatiua.Speculatiua quidẽ ea eſt,qua
homo adipiſcitur cognitionẽ rerum, quę non poſſunt fieri ab homine . Practica
vero,qua cognoſcitur quod põt homo facere, & quod pertinet ipſi homini face-
re. Artificialis eſt illa,qua apprehendit oẽs artes Mechanicas . Cogitatiua ve-
ro,qua præuidet homo,ſi eſſet conueniens facere,vel non. Motiua vero eſt,per
q̃ eſt motus humanus ad proſequendum,vel fugiendum,delectando, vel abhor-
rendo:& ab hac contingunt odium & beneuolentia,timor & audacia,ira & mã
ſuetudo,crudelitas & pietas,& alię animæ effectiones. Et illa quidẽ eſt imagi-
natiua,quę impreſsiones rerum ſenſatarum conſeruat , poſtquã a ſenſibus abie-
rint,& componit vnam cum alia,& ſeparat vnã ab alia, & in ſomno,& in vi-
gilijs,compõnes,& ſeparationes dico in parte veras, & in parte falſas . &,cum
hoc ẽt apprehendit iuuatiuũ,& nociuum , & alia,quę in virtute rõnali ſupradi-
cta ſunt. Senſibilis aũt manifeſte eſt illa,qua ſenſata apprehenduntur quinque
ſenſuum,& delectabile & triſte,non aũt iuuatiuum & nociuum , nec conueniẽs
C ab inconuenienti. Sed in quibuſdam animalium irrationabiliũ reperiuntur tres
virtutes,præter videlicet rationalem:in quibus quidem imaginatiua ſtat loco ra
tionalis,quã habet animal rationale , & in quibuſdã reperiuntur ſolum motiua,
& ſenſibilis.Animę veró corporum cœleſtium diuerſificantur ab his animabus
in eſſe ipſa re,& ſpecie . Nam per has animas , quas habent corpora cœleſtia,
ſtant,& mouentur motu cõtinuo,& circulari,& recipiunt multam nobilitatem,
& perfectionẽ.& ſunt nobilioris eſſentię,q̃ ſint animę, quę ſunt animę, q̃ ſunt
apud nos. Nec ſunt in potentia aliquo tempore,ſed actu ſemper.qm̃ intelligibi-
lia ipſarum nec defuerunt,nec deſunt ipſis a principio earum:quia id,quod intel
ligunt, ſemper intelligunt. animę vero noſtrę primo ſunt in potentia,poſtea re
ducuntur ad actũ:& accidit hoc ab aptitudine,quã habent ad recipiendum intel
ligibilia. Et corpora quidẽ cœleſtia non habent de anima ſenſibilẽ,neq; imagi
natiuã: licet ipſorum anima intellectiua ſit ſimilis animæ rationali aliqua parte
aſsimilationis. Et intelligibilia ipſorũ ſunt ſubſtantię abſtractę a materia: quia
quęlibet anima illorum intelligit primum,& ſe, hoc eſt ſuum eſſe, qđ Dehaath
appellatur. de ſecundis vero intelligit Zobar , quod dedit ſibi ſuum eſſe. No-
biles aũt gradus intelligibilium,qui ſunt apud nos,quamuis ſint nobiles in intel
lectu,cum ipſi ſint in materia,ab animabus cœlorum non intelliguntur. nã gra-
dus ipſorum intelligibilium eſt multo nobilior, q̃ ſit gradus intelligibiliũ,quæ

Pluralitas intelligēdi nō eſt deputata pro nobilitate.

* a.l. perfectio.

ſunt ſub ipſis. Nec pluralitas intelligendi eſt deputata pro vltima nobilitate. D
Vides enim Primum ſe ſolum intelligere, quamuis ſit quodammodo omnia entia. cum igitur ſe intelligit, iam omnia intellexit per illum modum, quia quodlibet ens recipit eſſe ſuum ab eo. itaque pluralitas intelligendi * pluralitas non eſt. Et quidem ipſorum ſecundorū intelligere diminutum eſt ab illo. nam quodlibet horum intelligit ſe, & primum. & ſolutio huius queſtionis dimittatur in alium locum. Animę autem, inquantum perſeuerant in eſſe ipſarum, nec faciūt opiniones earum, ſunt virtutes, & præparationes ſolum pręparatę ad recipiendum impreſsiones rerum, quę recipiuntur. verbi gratia vt eſt virtus viſibilis, antequam videat, & imaginatiua, ante impreſsiones rerum imaginabilium, & ijs ſimilia, vſq; ad hunc punctum, ipſę ſunt formę. verum qñ impreſsiones ſunt receptę in ipſis in actu, videlicet impreſsiones ſenſatorum in virtute ſenſibili, & impreſsiones imaginabilium in virtute imaginatiua, & impreſsiones intelligibilium in virtute rationali ſunt ſeparatę a formis: neq; ſunt formę, niſi per viam ſimilitudinis. & quę ſunt longiores ab his, vt dicantur formę ſunt impreſsiones intelligibilium, quæ accidunt virtuti rationali: ipſę nanq; ſunt poſsibiles eſſe ſeparatæ a materia. ſimilitudo ẽt ipſarum exiſtens in virtute rationali eſt multum longinqua a ſimilitudine coniunctionis formę cum materia. &, quando accidit ꝙ intellectus in actu eſt ſimilis intellectui agenti, tunc non debet vocari intellectus forma, nec ſimilis formę. Quidam tamen homines vocant omnes ſubſtantias incorporeas formas, equiuoce dicentes de formis. Dico ꝙ formarum quędā ſunt ſeparatę, & denudatę a materia, nec egent materia: quędam ſunt, quę ſunt inſeparatę a materia, vt illę quæ dictę ſunt. & hæc diuiſio eſt per ęquiuoca. Et formę, quę egent materia, ſunt plurium graduum. magis autē infimus gradus formarum eſt gradus formarum quatuor elementorum. ipſæ nanq; ſunt quatuor formę in quatuor materijs: & ſunt alię formę corporum, quę generantur ex commixtione elementorum. Et de his etiam ſunt aliquę, quarum vna eſt nobilior altera. aliqua nanq; forma corporum mineralium eſt nobilior alia in gradu, & formę corporum mineralium ſunt nobiliores formis elementorum, & formę naſcentium terræ ſecundum earum nobilitatem ſunt nobiliores formis corporum mineralium, & formę animalium irrationalium ſunt nobiliores formis naſcentium terræ: forma autem rationalis animalis, inquantum rationalis, eſt nobilior omnibus formis dictis. Veruntamen prima materia, & prima forma plus diminutæ ſunt omnibus alijs in ipſorum eſſe. nam quęlibet illarum eget in ſuo eſſe ſtabilitate alterius: altera vero, ſcilicet forma, ſtabilitatem non habet niſi in materia. Similiter & materia eſt ens & in ſeipſa, & in ſui natura propter formam, et perfectio ſuæ eſſentiæ eſt vt recipiat formam. nam ſi forma non eſſet, neq; materia eſſet. poſt hoc autem ſunt formę quædam, quę abſtractæ ſunt. C

De Animæ Beatitudine finis.

Sequens epiſtola De connexione intellectus abſtracti cum homine idem eſt cum tractatus De animæ Beatitudine parte: quam alia ab illo uerſam tranſlatione hic appoſuimus, vt codicum, & interpretum diuerſitas inſpici poſſit.

LIBELLVS SEV EPISTOLA AVERROIS DE CONNEXIONE INTELLECTVS ABSTRACTI CVM HOMINE.

Calo Calonymos, Hebræo, Neapolitano, Medico, interprete.

OPERAM dedi, frater optime, ei quod petiiſti a me, vt tibi patefaciam mentem Ariſtotelis circa connexionem intellectus abſtracti cum homine, & oſtendam verificationem ſermonis in hoc, iuxta radices huius viri. ipſe enim fuit
B princeps, quo perficiuntur omnes ſapientes poſt eum: licet differant in intelligendo verba eius, & in eo, quod ex eis ſequitur. Notitia autem huius quæſiti fundatur ſuper duas radices, quarum Vna eſt natura intellectus materialis, & eſt fundamentum huius quæſiti: & euenit differentia inter eos vt plurimum ex eorum differentia in natura huius intellectus. Secunda vero radix eſt modus, quo intellectus abſtractus eſt intellectui materiali cauſa vt ſit intellectus in actu, ſcilicet an ſit ei cauſa, tanquam agens, & motor tantum, vt eſt diſpoſitio in motoribus naturalibus, vel tanquam forma, & finis, vt eſt diſpoſitio in motoribus abſtractis, qui mouent animas corporum cœleſtium. Decreuimus tamen ante omnia breui ſermone narrare tibi id, quod dixit ſapiens de natura intellectus materialis, & natura intellectus abſtracti. Deinde narrabimus tibi id, quod videtur in hoc quæſito ex rebus conſequentibus ab opinione eius in his duabus naturis. ex hoc enim poſsibile erit peruenire ad veritatem eius: ſi quidem hoc poſsibile fuerit homini. Et dicimus ꝙ ſapiens primum, quod dixit, cum incœpit perſcrutari de natura intellectus, quem ipſe materialem appellat, eſt præſupponendo ꝙ ex rebus per ſe notis eſt ꝙ proportio intellectorum ad intellectum apprehendentem ea eſt, ſicut proportio ſenſibilium ad ſenſum. et verificatum eſt ei ex hoc, ꝙ intellectus apprehendens intellecta
C eſt potentia recipiens, non autem agens, ſicut eſt in ſenſibus, ſ. ꝙ eſt potentia receptiua ſenſibilis. Et, cum verificatum eſt ei ꝙ ſit ex potentijs receptiuis, ſ. quæ ſunt in potentia, non autem ex potentijs actiuis, ſequitur neceſſario ex hoc vnum duorum, ſcilicet aut ꝙ receptio intellectus, qui eſt in potentia intellectorum, quæ ſunt in actu, & paſsio eius ab eis eſt ſicut receptio ſenſus ſenſibilium, & paſsio eius ab eis: aut ꝙ receptio intellectus, & paſsio eius eſt aliter. Et, cum verificata fuit ei hæc diuiſio, in qua reſtringitur veritas, perſcrutatus eſt de natura intellectus, & dixit ꝙ neceſſe eſt vt ſit natura eius in hac re diuerſa a natura ſenſus: & vt ſit nomen paſsionis, & receptionis dictum de eis æquiuoce. Quoniam, cum ſit notum per ſe de intellectu ꝙ intelligit omnes formas, neceſſe eſt vt hæc potentia non ſit potentia in corpore, ita ꝙ ſit extenſa in eo, & diuiſa ad diuiſionē eius: ſicut eſt diſpoſitio in potentijs ſenſuum, ſ. ꝙ ſunt extenſæ in corporibus, & diuiſæ quodāmodo ad diuiſionem eorum. Nam, ſi ipſe eſſet quid repertum in corpore, ſicut eſt in ſenſibus, eueniret quidem ei vt apprehenderet vnum genus tantum formarū. ſubiecta enim propria recipiunt formas proprias. Vlterius, ſi eſſet potentia in corpore, tunc illa potentia nō reciperet formā illius corporis ſibi propriam. oculus enim ſi eſſet habens colorem, non eſſet poſsibile virtuti viſiuæ recipere colores. & ſic eſt in reliquis potentijs ſenſuū. Iterū, ſi eſſet hæc potentia in corpore, habens formā ſibi propriā, non apprehēderet ſeipſam,

Radices duæ ad cognoſcēdam connexionē intellectus abſtracti cum hoīe

Dicta Ariſt. de itellectu, & ea, que illis ſequūtur.

Intellectus nō eſt potentia in corpore, extenſa ad eius extenſionem.

nam formæ apprehendentes materiales, ſ. ſentientes non apprehendunt ſeipſas, D
neq; finem ſuæ diſpoſitionis. Prçterea, ſi eſſet hęc potentia, & hęc pręparatio in
corpore determinaio, tunc accideret eis id, quod accidit ſenſibus, cum appre-
hendunt aliquod ſenſibile. & eſt vnum duorum: aut enim non apprehendunt
rem hora apprehenſionis ſuę: aut ſi apprehenderint ipſam, apprehendunt qui-
dem eam, non prout eſt. quemadmodum accidit coloribus, qui ſunt contrarij
adinuicem in viſu, & ſaporibus, qui ſunt contrarij in guſtu. & hoc voluit Ari-
ſto. cum dixit, ſi enim in eo apparuerit, apparens impediet alienum, quia eſt
aliud. Hęc eſt ſumma eius, quod dixit ſapiens de natura huius intellectus, &
eius, quod ſequitur ex verbis ſuis. Et, cum peruenerit ad eum hoc tm̄ de intelle-
ctu materiali, patuit ei ꝙ hęc pars perfectionis, quę in anima reperitur, appella
Intellectus ta quidem intellectus materialis, nō habet naturam, niſi naturam poſsibilitatis,
materialis & pręparationis tm̄, cum nō fuerit miſtus cum materia neq; cum natura aliqua
non hēt niſi naturarum ſenſibilium omnino. Quare non eſt hæc præparatio, ſeu diſpoſitio,
naturā poſsi appella eam vt vis, exiſtēs in ſubiecto proportionato naturę intellectus, vt ima
bilitatis, & ginabantur expoſitores Antiqui. vnde pręcęteris poſsibilitatibus fuerat intel-
p̄parationis. lectus. & ideo dixit loco huius ꝙ ipſe nihil eſt ex entibus, antequā intelligat.
Theophra- Expoſitores autem Antiqui, vt * Theophraſtus, & alij intellexerunt de hoc,
ſti opinio. ꝙ ipſe nihil eſt ex entibus in actu, ſed eſt ſubſtantia in potentia, ſ. ꝙ eſt ſubſtan B
* a. l. Themi tia intellectiua cuius eſſe eſt in potentia, prout eſt in potentijs receptiuis forma-
ſtius. rum materialium, ſ. ꝙ poſsibilitas in eis eſt in ſubſtantia, quę eſt in potentia ꝓ
portionata ſpeciei, quam recipit. Et videtur quidem ꝙ ſecundum opinionē eo-
rum intelligitur natura intellectus, prout intelligitur natura materię primę, ſcili
cet vt dicatur ꝙ iſte intellectus eſt ille, cuius proportio ad id, quod intelligit, eſt
proportio materię formę demonſtratę talis ad formam: licet entitas huius mate-
rię ſit in potentia. &, cum poſuerint entitatem huius ſubſtantiæ in potentia tm̄,
non potuerunt quidem dicere ꝙ ſit generabilis, & corruptibilis. id enim, quod
eſt in potentia, non generatur nec corrumpitur, vt declaratū eſt in Phyſicis de
Alexandri materia prima. Alexander vero ex recentioribus Peripateticorum videbatur
opinio. ei ꝙ natura huius partis animę nihil aliud eſt, niſi præparatio, ſeu diſpoſitio, q̄
reperitur in anima, dicens quidem, & ideo aſsimilauit eam Ariſto. pręparationi
repertę tabulę recipienti ſcripturam. nam tenet ꝙ ſubiectum huius pręparatio-
nis nihil aliud eſt, niſi anima. & determinauit ex hoc ꝙ hęc pręparatio innoue-
tur ad innouationem animę, prout eſt in alijs præparationibus, Attamen veri-
tas, quam pręhent fundamenta Ariſt. eſt ꝙ ſit pręparatio tantum, nam, ſi reperi
retur hic ſubſtantia recipiens formas entium, tunc eſſent pręparationes vnum
ex entibus exiſtentibus per ſe. &, ſi eſſet vnum ex entibus exiſtentibus per ſe,
tunc eſſent abſq; formis rerum ſenſibilium, & non eſſent naturę quiditatis earū. F
Demum hic ſermo aſsimilatur ſermoni de formis abſtractis. nam hęc intellecta,
vr̄ de eis ꝙ nihil ſit in eis, niſi quiditas rei ſenſibilis. &, ſi eſſent abſq; ea, non no
tificarent ſubſtantiam eius. nam aliud non notificat ſubſtantiam alterius, pręter
Diſcrepātia alia inconuenientia, conſequentia illam opinionem, quæ alias narrauimus. Niſi
inter Alexā ꝙ Alexander determinauit ꝙ notum eſt per ſe ꝙ hæc natura eſt generabilis,
drū, et Auer. & corruptibilis: qm̄ non habet aliam naturam niſi poſsibilitatis, & præparatio-
nis. quod quidem non mihi placet, ſed oportet ſummopere de hoc perſcrutari.
Ariſt. vero nihil de hoc declarauit: ſed id, quod percipitur ex verbis eius, tolle-
rat vtrunq; ſimul. nam dicit de hoc intellectu materiali ꝙ non eſt paſsiuus, ſed
immiſtus. & poteſt dici ꝙ intelligit per immiſtum ꝙ non ſit potentia in corpo-
re, diuiſa ad diuiſionem eius, licet fuerit ei connexio neceſſaria in corpore me-
diante anima: & poteſt dici ꝙ ſit abſtractus ſimpliciter. Diximus autem ꝙ hoc
non eſt notum per ſe qm̄ declaratum eſt de potentia prima abſtracta in lib. Phy
ſic. ꝙ non ſit diuiſibilis ad diuiſionem corporis, neq; miſceatur materiæ: & remā
ſit conuerſio huius propoſitionis, & deſtructio conuerſi non declarata, & eſt ꝙ
omnis potentia, non diuiſa ad diuiſionem corporis, ſit abſtracta. & qui habet ex
radicibus ſuis ꝙ ſunt hic formę abſtractæ, quę non ſunt ex natura relatiua, q̄ro
quid prohibet apud eum quin ſint hic pręparationes huiuſmodi? pręſertim cum

A eo, quod videtur de hac præparatione, ꝙ ſit vna numero in hominibus. & hoc quidem per ſe eſt, tamen multa per accidens. quod non eſt ſic in formis materialibus. Et dimittamus hoc, & redeamus ad id, in quo fuimus. hoc enim requirit maximam ſpeculationem per ſe ipſum. Et dicimus ꝙ in aliqua harum duarũ opinionum, quas tenẽt iſti homines, ſ. Philoſophi nuncupati Peripatetici eſſe de mente Ariſt. in intellectu materiali, nihil eſt quod cogat, vt prohibeat intellectum, & diſcurſum ſuum de intellectibus abſtractis, & ne fiat ſubſtantia abſtracta, vt declaratum eſt. qm̃ intellectum de abſtractis eſt ipſummet eſſe. Nam iſte intellectus materialis, ſi eſt ſubſtantia antiqua, vt dixerunt omnes expoſitores, nihil profecto ei prohibet quin intelligat priores eo. ſi vero eſt præparatio tantum, vt dicit Alexander, tunc nõ eſt hic ens innouatum, quod prohibeatur quin fiat æternum: vt dixit Alpharabius. Et opinor ꝙ Alpharabius imaginatus eſt hoc, qm̃ opinatur ꝙ intellectus materialis ſit ſubſtantia, habens potentiam innouatam corruptibilem. nam ipſe dixit in de Intellectu, & intellecto, recitans de hoc intellectu ꝙ ſit ſubſtantia quædam, ſeu aliquid, cuius moris eſt vt cum recipit intellecta, fit vnio cum eis, ſeu diſpoſitio eius eſt hęc diſpoſitio. & poſuit ſubſtantiam cuius eſſe eſt in potentia innouata ſtatim, vt vides. Igitur omnes homines propter hoc conueniunt ꝙ felicitas vltima hominis eſt, cum ſit intelligens

Quo pacto intellus materialis intelligere poſsit itellectus abſtractos.

B intellectus abſtractos. Et Alexander poſuit hoc in libro ſuo de Anima, tanꝗ quid per ſe notum. Et ſic fecit Themiſtius, qui ſecutus eſt id in ſermone, quem reputat eſſe ſufficientem. nam dixit, cum intelligat intellectus, in nobis exiſtẽs id, quod non eſt in ſe intellectu, multo fortius debet intelligere id, quod eſt in ſe intellectus. Sed opponitur huic vt dicatur ꝙ lumen Solis dignius eſt vt videatur, & tamen veſpertiliones id non apprehendunt. Et iam promiſit ſapiẽs perſcrutari de hoc quęſito in libro de Anima, & non deuenit ad nos adhuc ſermo eius in eo. Tamen inuenimus in libello Alexandri de intellectu demonſtrationem de hac re: & exiſtimauit ꝙ ipſa eſt, quæ mouit ſapientem ad ſermonẽ de intellectu adepto. Et declaratio eius, quod dixit in hoc, & id, quod ꝑuenit mihi, eſt hoc, ac ſi diceret ꝙ proportio intellectus apud Ariſt. eſt ipſamet proportio ſenſus. &, cum appareat ꝙ tria ſunt in ſenſu, ſ. recipiens, & eſt ſenſus: & receptum, & eſt ſenſatio: & motor, & eſt ſenſibile in actu, ſeu extra animam, neceſſe eſt etiam vt reperiantur in intellectu hęc tria, ſ. intellectus recipiens & eſt materialis: & intellectum, & eſt ſpeculabile: & agens, & eſt intellectus abſtractus. Et cum vera ſit hęc propoſitio, & copuletur ei id, quod ſequitur ex ea, & eſt ꝙ ſenſus poteſt recipere ſenſibile, quod eſt in actu: igitur ſequitur vt intellectus, qui eſt in potentia, poſsit recipere intellectum, qui eſt in actu, ſ. abſtractum, qui eſt tanquam ſenſibile. proportio enim eadem eſt. Et etiam, cum copuletur ei

Themiſtij dictum.

Alexãdri demonſtratio.

C propoſitio, quam omnes confitentur, ſ. ꝙ omne, quod habet potẽtiam ad aliquid, oportet de neceſsitate vt exeat in actum: & vt res, quæ eſt in potẽtia in aliquo tempore, fiat neceſſario res, quę eſt in actu in illo genere: tunc ſequitur ex hoc de neceſsitate vt intellectus materialis fiat intellectus, qui eſt in actu in aliquo tempore. Et ideo dixit Alexander in libello prædicto, poſtquam declarauit id, cuius vis eſt vis prędictę demonſtrationis, hoc, cuius litera talis eſt. Intellectus ›› autem, qui eſt in potentia, cum perficitur, & augetur, intelligit illum. qm̃, vt ipſe ›› dicit, quemadmodum potentia eundi, quæ eſt homini hora natiuitatis, exit in ›› actum cum proceſſu temporis, & perficitur res, mediante qua id erit, ſic etiam in ›› tellectus, cum perficitur, intelligit res, quę ſunt in natura ſua intellecta, & facit ›› etiam ſenſibilia intelligibilia. Nam intellectus non eſt in natura ſua paſsibilis, ›› in eo ꝙ recipit aliud, prout eſt ſentiens, ſed eſt in contrarium ſentienti, ſenſus ›› enim eſt in eo paſsio, & receptio impreſsionis: apprehenſio vero illius eſt receptio, quę additur. Cauſa autem receptionis intellectus materialis rerum abſtractarum eſt, qm̃ non euenit ei in receptione earum paſsio, prout eſt in ſentiente, ›› qui eſt in potentia. nam intellectus non eſt aliud ens, niſi ſubſtantia recepti in cõ ›› trarium ſentienti, quod eſt in potentia aliud, pręter receptionem in ſe. Et dixit ›› hoc, quoniam, ſi eſſet intellectus materialis aliquid præter receptionem, ſequeretur, cum perſcrutatus fuerit de intellectu abſtracto, vt innouatum fiat ęternum,

& hoc patet, vt vides. Et patet profecto ex hac proportione ꝙ intellectus agẽs non eſt intellectui materiali vt agens tñ, ſed vt perfectio vltima eius per viam formæ, & finis, prout eſt ſentienti cum ſenſibili. Et hoc eſt etiam vnum ex eis, quæ fecerunt errare Alpharabium, qui exiſtimauit ꝙ ſit ei agens tantum, prout eſt in motoribus naturalibus. Demonſtratio vero Themiſtij prædicta vera eſt. quoniam, cum hæc ſenſibilia ſint intellecta ex parte intellectus abſtracti: & res ſemper tribuit ſimilitudinem ſuæ entitatis: ergo multo dignius eſt vt ipſum ſit intellectum. quemadmodum colores cum fiant viſibiles ex parte luminis Solis, multo dignius eſt vt lumen eius ſit magis viſibile. Et licet omne viſibile, & vniuerſaliter ſenſibile naturaliter occultetur alicui ſpeciei animalis propter debilitatem eius, non occultatur tamen alteri ſpeciei. nam, ſi occultaretur omnibus ſpeciebus, tunc prouidentia diuina, & eſt illa, quam appellant naturam, fruſtra operata fuiſſet: cum poſuerit aliquid abſq; eo, ꝙ id exeat in actum Veſpertiliones enim ſi non poſſunt aſpicere lumen Solis, hoc tamen non eſt ſic in cæteris animalibus. Et ſic etiam, ſi aliqui homines non poſſunt reſpicere hunc intellectum non eſt neceſſe vt ita ſint omnes homines. quoniam fuit hoc eis ex aliquo euentu, qui eis accidit, ſeu ex natura, ſeu ex voluntate vniuerſali, quę ſic voluit. ſed, ſi hoc eſſet propter diſpoſitionem, quę eſt intellectui abſtracto, dantem ꝙ ſit intellectum, non exiens in actum, tunc eſſet fruſtra. Id autem, ex quo apparet, ꝙ hęc præparatio, qua homo recipit res abſtractas, fiat in intellectu ſpeculatiuo poſt ſuam perfectionem, adeo ꝙ hęc pręparatio erit proportio eius ad intellectum adeptum perfectiſsime, vt proportio præparationis appellatæ intellectus materialis ad animam, eſt hoc, quoniam omnis forma innouata euenit ei poſsibilitas, & præparatio ad recipiendum aliam formam. & hoc quidem aut procedet in infinitum, aut vltima præparationum recipiet formam non materialem. & hoc indicat, quoniam intellecta rerum, quæ ſunt in habitu, ſunt ſcientię in potentia, ex eo ꝙ ſunt ſcientiæ rerum in potentia. & ideo vniuerſale includit id, quod eſt infinitum. & iam declarauit hoc Ariſtoteles in ſermone ſuo in Metaphyſica. Et ex hoc ſoluitur dubium, quod fit, quomodo vniuerſalia vera, & tamen non reperiuntur extra animam: & eſt id, quod coegit Platonem ad tenendum formas abſtractas. Et reſpondetur ꝙ vniuerſalia ſunt ſcientiæ in potentia rerum, quę ſunt extra animam * in potentia. & ex rebus per ſe notis eſt ꝙ in omni genere rerum id, quod eſt in potentia, neceſſe eſt vt procedat ad id, quod eſt in actu in illo genere. &, cum fuerint ſcita ſcientiæ in potentia, & moueantur a potentia in actum, neceſſe eſt vt moueantur ad ſcientias, quæ ſunt in actu. Quanquam hoc videatur abſurdum ei, qui non peruenit ad hunc gradum, adeo ꝙ pudet eum loqui de eis: prout videtur abſurdum ei, qui fuerit in aliqua ętate ſuorum annorum, credere quod ei eueniet in alta ætate, ad quam adhuc nõ peruenit. In eo vero, quod interrogaſti me de dicto ſapientis, ſi quidem animæ fuerit actio, tunc erit poſsibile vt abſtrahatur, ipſe profecto innuit id, quod declaratum eſt de intellectu materiali, quod non indigeat in operando vt ſit vnum ex entibus materialibus. quoniam ens tale poſsibilis eſt ei abſtractio: & non eſt neceſſe vt perfectio ſit ei poſsibilis, non autem neceſſaria. & hoc patet ex opinione eius. Et videtur ꝙ proueniat hęc perfectio naturaliter: & vt plurimum erit ex aggregatione hominum, qui congregantur ad hoc, vt proueniat hęc perfectio. &, cum hęc perfectio proueniat ex his congregationibus, illa quidem perfectio hic vni tantum difficilis eſt, niſi ſenectute, & perſeuerantia in ſpeculationibus, & non deficiendo ei res, quæ exiſtimantur eſſe neceſſariæ. Et videtur ſecundum eos quod adueniat hæc perfectio multis hominibus, prope ſeparationem eorum ab hoc ſeculo, quoniam eſt perfectio contraria perfectioni corporali. Alpharabius autem, vt vidiſti, contradixit in ſuo libello huic interrogationi. &, cum reputauit ſe eſſe perfectum in fine ſuę ętatis, & non peruenit illud ad eum, adduxit inconuenientia ex rebus per ſe notis. & ideo dixit de eis quod ſunt vanitates ſenectutis. Perfectio vero, ex qua prouenit hoc, vt diximus, eſt nimis difficilis. nam ex conditionibus eius eſt vt non ſit peccatum in credulitate ſua. & ideo exiſtimatur de eo quod ſit proprium homini-

D

E

F

Themiſtij demõſtratio

Quõ uniuerſalia ſint vera cũ tñ non ſint extra animam.

* a.l. non habet, in potentia.

An Intellectus humanus abſtrahat, & quando.

A bus excelſis. Et hoc totum, quod cauſa tui recitauimus, eſt narratio opinionum hominum. & quid intelligit, & illud negat, non debet decidere ꝙ ſit opinio recitantis. Et accidunt et, & ſimilibus multi errores, & maximi quidem. & Deus omnipotens auertat nos, & vos a lapſu in eis, & dirigat nos omnes ad ſcientiam, & operationes rectas. Et pax vobis, ac pietas Dei, & benedictiones eius. Demum perfectio, quam innuimus, erit per ſcientias iuuatiuas, & opiniones veras, & mores bonos, ac operationes bonas. Vale.

FINIS.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy.

Omnes quaterniones
* duernio.

VENETIIS Apud Cominum
de Tridino, Montisferrati.

M D L X.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

